LXII.
F.
34.

Digitized by Google

LXII
7
34

D. DANIELIS de NESSEL
Breviarium & Supplementum Commentariorum Lambecianorum,

Sive

CATALOGUS,

Aut

Recenſio ſpecialis Codicum MStorum *Græcorum*, nec non *Linguarum Orientalium* Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis,

Cum locupletiſſimis Indicibus *& ſelectiſſimis* Additamentis.

Digitized by Google

CATALOGUS,

Sive

Recenſio Specialis omnium
Codicum Manuſcriptorum GRÆCORUM,
nec non Linguarum ORIENTALIUM, Auguſtiſſimæ BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ Vindobonenſis,

Quem,

Juſſu & Auſpicijs

SACRATISSIMI GLORIOSISSIMIQUE IMPERATORIS ROMANORUM,

LEOPOLDI I.

MAGNI, PII, FELICIS, INCLYTI, VICTORIS AC TRIUMPHATORIS SEMPER AUGUSTI, QUEM DEUS SOSPITET,

In publicam lucem edidit

DANIEL de NESSEL, J. U. D.
SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS
Conſiliarius & Bibliothecarius Aulicus.

Accedunt Operi non ſolùm locupletiſſimi INDICES, *Chronologicus* nempe & *Alphabeticus*, verùm etiam ſelectiſſima APPENDIX variorum *Iconiſmorum* & *Additamentorum*, totum hunc Catalogum illuſtrantium.

Cum SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS
Speciali & Perpetuo Privilegio.


VINDOBONÆ & NORIMBERGÆ Typis Leopoldi Voigt, & Joachimi Balthaſaris Endteri, Anno ſalutis M. DC. XC.

NAPOLI

Digitized by Google

Iconiſmus hic, exhibens Imaginem NATURÆ, mammis lacte plenis totum terrarum Orbem irrigantis, pertinet ad Codicem *ſecundum* Philoſophicum & Philologicum MStum Græcum *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis.*

pag. 4.




Quatuor hæ Imagines, ANIMÆ nempe HUMANÆ, cum quatuor *Virt*
HERCULIS Muſagetæ cum *Mercurio*, nec non URBIS ATHENIE
& Philologicum MStum Græcum, *Aug*





Digitized by Google

…dinalibus, CUPIDINIS NATURALIS SCIENDI cum *Sphinge*,
…in *Noctuis* & Statuâ *Palladis*, pertinet ad Codicem *quartum* Philoſophicum
…*liothecæ Cæſareæ Vindobonenſis*, pag. 5.





NAPOLI

in Calat. filosof. para pag 4


LEOPOLDVS I. IMP. ROM.
Cum S. CÆS. MAI. privilegio
A. MDCLXXIX.
Math. van Somer... sculp.



AUGUSTISSIMO ET POTENTISSIMO ROMANORUM IMPERATORI,

LEOPOLDO

PRIMO & MAGNO,

PIISSIMO, FELICISSIMOQUE CÆSARI, VICTORI AC TRIUMPHATORI INVICTISSIMO, PATRI PATRIÆ,

ET

VIGILANTISSIMO SALUTIS PUBLICÆ ASSERTORI, GERMANIÆ, HUNGARIÆ, BOHEMIÆ, DALMATIÆ, CROATIÆ, SCLAVONIÆ, &c. REGI, ARCHIDUCI AUSTRIÆ, DUCI BURGUNDIÆ, STYRIÆ, CARINTHIÆ, CARNIOLÆ ET WIRTENBERGÆ, COMITI TYROLIS, &c.

SACRATISSIME IMPERATOR,

Domine, Domine longè Clementiſſime.

TAndem aliquando CATALOGUM *meum*, Tuo *juſſu & auſpiciis inchoatum*, *ſive Recenſionem ſpecialem omnium Codicum MStorum* Græcorum, *nec non Linguarum* Orientalium *Auguſtiſſimæ* Tuæ Biblio-

thecæ *in publicum emitto, & ad ſacros pedes* TUI AUGUSTISSIMI NUMINIS *humillimâ veneratione depono. Qui fœtus literarius, cujus maturitatem varia hactenùs obſtacula, me invitiſſimo, ſufflaminârunt, & jam partui proximum ſuppreſſerunt, eò tamen jam vehementiùs exitum urgere, & alacriùs publicam in lucem prodire contendit, quò diutiùs in officinâ typographicâ, præter vota, deliteſcere coactus fuit. Cui molimini vehementiſſimum incitamentum addidit fauſtiſſimus ille* SACRÆ CÆS. MAJ. TUÆ *ad nos ex Sacro Romano Imperio reditus, qui præter alia exuberantiſſimæ felicitatis adducta munera, quicquid inſuper apud nos obſcuræ hactenùs fuit immenſum caligini, largiſſimo nunc novitiæ lucis ſplendore, qui à* Tua *præſentiâ promanat, uſquequaq; replevit & in apricum produxit. Prodit igitur bonis avibus exigua hæc mea lucubratio, & in ſinum* Tuæ *Auguſtalis Clementiæ plenis velis convolat. Argumentum hoc ut elaborarem, ſacra* Tua *mandata, Auguſtiſſime* CÆSAR, *mihi clementiſſimè injunxerunt, quin & officii partes ſuâ ſponte viſæ ſunt requirere, ut iis nempe* Codicibus MStis Græcis, *quos* Lambeciana *induſtria abſolvere non poterat, continuationem, ſed breviore obſervatâ methodo, & conveniens ſupplementum adjungerem. Quibus deinde ob materiæ & cubiculi connexitatem* LL: Orientalium *MStos Libros, cum locupletiſſimis Indicibus addidi. Ita crevit hoc opus ſub manu, velut herba irrigua, & in ampliorem molem, quàm primùm animo deſignaveram, exiit. Cœterùm quantilla hæc eſt*

ſupe-

ſuperati laboris portio, Clementiſſime MONARCHA, *ſi ad reſiduos locupletiſſimæ* Tuæ Bibliothecæ *plus quàm centum mille, tàm MStos, quàm Impreſſos libros in* perfecti Catalogi *formam redigendos, fiat reflexio? Ego certè quidquid in me erit virium, quicquid induſtriæ ac fidelitatis hiſce conatibus feliciter adimplendis omni contentione nuncupabo, quin imò, ſi DEUS vitam mihi concederet, auderem ſperare & ſine jactantiâ polliceri, me illud brevi, & vel intra unius anni ſpatium (ſi ſub meâ directione extraordinarii nonnulli, tantæq; Librorum multitudini recenſendæ ſufficientes amanuenſes mihi ad deſcribendum concederentur,) ad finem perducturum. Cui rei inſigne adjumentum, evidentemq; facilitatem ſuppeditaret nova illa quidem, ſed concinnior longè & antiquâ elegantior totius* Bibliothecæ Cæſareæ *ſtructura, quam me ſuaſore, paucis ante abitum* Auguſtam Vindelicorum *diebus, clementiſſimo ſuffragio in ipsâ* Bibliothecâ, *cum* AUGUSTISSIMA IMPERATRICE *approbâſti, meiſq; humeris ejuſdem adornationem, ex ſuggeſtâ delineatione, impoſuiſti. Quibus ſacris mandatis illicò à me promptiſſimâ obedientiâ ſatisfactum, dum, vaſtis illis antiquis loculamentis & inconditis repoſitoriis, (quæ in obſcura ambulacra diſtincta vicem alicujus labyrinthi repræſentabant, omnem lucem cōmoditatemq; perluſtrandi Libros curioſis hoſpitibus adimebant,) dejectis deſtructiſq;, nova altiora & juxta formam librorum convenientiora ſubſtituta ſunt, ita ut omnia* Bibliothecæ *cubicula liberrimo proſpectu, abundante luce, conſpicuâ & concin-*

nâ librorum collocatione, plurimis menſis, quæ vicem tamen armariorum ad recondendos inferiùs libros præbēt, jam gaudeant, nec quicquam ibidem tenebroſi, obſcuri, conſtipati, malè collocati, aut ſinuoſi appareat. De quâ novâ & felici Tuæ Bibliothecæ *reſtauratione meritò* Tibi *ex animo gratulor*, GLORIOSISSIME IMPERATOR, *eaq́ propter quantas poſſum concipere gratias humillimo cultu perſolvo, quòd Divina* Tua *mens, tot graviſſimis curis undiq́ ſtipata, inter medios bellorum æſtus, de meliore tamen & commodiore librorum diſpoſitione concinnandâ, memorabili certè exemplo, paternè ſollicita & in eum ſtatum redigi à me paſſa fuerit, qui novū illi decus, uberius ornamentum, & majorem commoditatem concinnaret. Quibus verò congratulationum formulis defungar, quibus ſubjectiſsimarum apprecationum verbis utar, Potentiſsime* IMPERATOR, *dum* Te *cœleſtis Providentiæ favor & divinorum exuberantia munerum liquidiſsimis indiciis verè* Feliciſſimum *toti Orbi oſtendit, & ad id faſtigium potentiæ, gloriæ, victoriarū admirandis incrementis evexit, ut* Gloriosissimorum Avorum *trophæa & felicitatem ſupergreſſus, quid amplius tantis donis ubertim collatis, quid abundantius* Tuis *votis, præter perpetuitatem, ſuperaddere poſsit, vix habeat? Dum enim tot cladibus cæſos pacifragos hoſtes vides, dum Domum fœcundiſſimam, ruenteſq́ in* Tua *obſequia Principes ac Statûs intueris, dum unanimi Reverendiſsimorum & Sereniſsimorum* S. R. I. ELECTORUM *conſenſu* AUGUSTISSIMAM IMPERATRI-

TRICEM *Conjugem, & Sereniſsimum* Filium JOSEPHUM, (*delicium illud & Amorem humani generis, ipſiſſimumq́ Regiæ juventutis Florem,*) *Sacro Romani Imperij Diademate coronari, inter ſolenniſſimos applauſûs Inſignibus Regijs redimiri, & Auguſtiſſimam* Tuam *Domum certis Hæredibus ac indubitatis Succeſſoribus fulciri coràm cernis, deſideriorum* Tuorum *menſuram non contemnendis incrementis impletam eſſe ſperamus. Meritò igitùr iteratas has Pompas Triumphales & Geſta ad miraculum uſque felicia nunquam intermorituris Annalibus inſerent certatim Clarorum Virorum ingenia, tantarum verò Victoriarum curſum ſera poſteritas non admirabitur tantùm, verùm inſuper ejus perceptâ magnitudine obſtupeſcet. Proinde ad pia vota progredior, & Sanctiſſimum* DEI *Numen publicâ voce, quàm calidiſſimè fieri poteſt, obteſtor, precor ac rogo, ut* TE, PATREM PATRIÆ, STATOREM PUBLICÆ SALUTIS ET FELICITATIS, *cum Familiâ ter inclytâ, perpetuò foveat, tueatur ac ſoſpitet, munera illa divinitùs conceſſa rata habeat ac perpetua, tùm, ſi quid adhuc ijs deeſt, uberrimè ſuppleat, & lætiſsimis incrementis ita in ſeras transferat ætates, ut Glorioſiſsima illa & Fortunatiſsima* IMPERATORUM AUSTRIACORUM *Monarchia Romana omnium noviſsima ſit, nullis unquam ſeculorum metis, nullis humanarum molitionum viribus, niſi fatali totius orbis excidio, terminanda. Quod reliquum eſt, ad Sacros pedes* Tuos *provolutus ardentiſsimè rogo, ut* SA-

CRA

CRA CÆSAREA MAJESTAS TUA, *hoc, quicquid eſt, opellæ, clementiſsimâ manu ſuſcipere, me meosque labores literarios contra æmulorum, (ſi qui ſunt,) invidiam* CÆSAREO *Patrocinio tueri, adeoque ad publicanda* Hiſtorica Rerum Antiquitatumque Germanicarum & Auſtriacarum hactenùs ineditarum Syntagmata, (*quæ ex* TUA BIBLIOTHECA *ſummâ fide ac diligentiâ collecta, præloque matura in meo Muséolo aſſervo,*) *alacriorem reddere* IMPERIALI *Munificentiâ haut dedignetur: Ita me exuberantiſsimæ* TUÆ *Clementiæ cum Auguſtiſsimâ* BIBLIOTHECA *ſupplex commendo, & perenni fidelitate ad exuvias uſque corporeas permaneo*

SACRÆ CÆSAREÆ
REGIÆQUE MAJESTATIS
TUÆ

Dabam Vindobonæ in Auguſtiſſimâ
Bibliothecâ Cæſareâ Kal. Febr.
Anno M.DC.XC.

longè humillimus & æternùm
devotiſſimus Cliens,

D. DANIEL de NESSEL.

BENEVOLO ET AMICO LECTORI SALUTEM!

QUàm ampliſſimè de Republicâ literariâ meritus fuerit, quantamq; nominis celebritatem ſibi olim Lucubrationibus & Operibus editis ſuo merito comparaverit Illuſtris ac Celeberrimus Dominus *Lambecius*, Orbi erudito abundè jam compertum eſt. Illud tamen, neſcio quo Fato, peculiare ipſi accidit, ut immenſos ferè limites ſuæ induſtriæ præfixerit, eoſq; labores exantlandos (an fiduciâ ingenij motus, an famæ captandæ illecebris, quibus nobiles animæ facilè ineſcantur, delinitus,) ſe ſuſcepturum publicè promiſerit, quibus abſolvendis tota hominis vita, licèt in decrepitam ſenectutem, imò ultrà ſecularem porrecta, nunquam ſuffeciſſet. Hinc proinde factum eſt, ut pleraque ipſius Opera, orbi literario largiſſimè promiſſa, imperfecta reliquerit. Quam ſortis malignitatem experiri etiam debuerunt doctiſſimi illi quidem, et variâ polymathiâ inſtructiſſimi, ſed præter ea vaſti, prolixi, multiſq; ſuperfluis digreſſionibus, allegationibus, ultrà neceſſitatem conquiſitis citationibus referti Commentariorum de *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* Libri, quorum octo Tomis editis *Catalogum*, ſive, Recenſionem ſpecialem ſexcentorum viginti unius Codicum MStorum Græcorum tantùm intra octodecim annorum ſpatium incredibili induſtriâ conſignavit, & eruditæ poſteritati reliquit. Quantum verò temporis ſpatium adhibendum porrò, quantus Comentariorum Librorum numerus compilandus inſuper fuiſſet, ſi juxta hanc diffuſiſſimæ elaborationis formulā cœpta proſequēda, & reſidui illi decē ferè mille MSti Græci Latiniq; Codices, (calculus eſt ipſiusmet CL: Lambecij lib. 3. Comment. pag. 293.) *Lambecianâ* prolixitate uſurpatâ, abſolvi debuiſſent? Proinde cùm poſt ipſius obitum mihi Bibliothecæ Cæſareæ Præfectura ab *Invictiſſimo & Glorioſiſſimo Monarcha Noſtro* LEOPOLDO MAGNO, clementiſſimè concredita eſſet, nihil

hil mihi prius fuit, nihil antiquius, quàm ſeriâ cogitatione in fructuoſam incepti Operis *Lambeciani* continuationem incumbere. Sed cùm Anteceſſoris mei veſtigia premere, rem prorſus eſſe impoſſibilem, mihiq; inſuperabilem vel è longinquo viderem, aliâ proinde, magis ſuccinctâ nimirum & breviore viâ progrediendum eſſe, neceſſarium omninò duxi. Proinde clementiſſimo & ſpeciali juſſu, approbatione & auſpicijs CÆSAREIS, quæcunq; ad convenientem, ex conceptæ meæ methodi formulâ, Codicum MStorum reſiduorum enumerationem ex *Commentarijs Lambecianis* hauriri uſurpariq; commodè poterant, ſtudiò datâq; induſtriâ retinui; (*Titulos* enim & *Inſcriptiones* recenſitorum Operum, nec non ipſorum Autorum genuina *Nomina* ego alijs appellationibus indigitare non potui, quin *operas Lambecianas* ſummo ſtudio ac diligentiâ ſuo Catalogo inſertas eliminare prorſus è meo, & faſtidioſo ſupercilio eijcere nolui, (ne Tanti Viri meritis laudibuſq; ulla à me ſuboriretur imminutio,) ſed quæ ſuperflua minùſq; neceſſaria mihi viſa fuerunt, reſecavi, ab ipſo omiſſa, nempe recenſionem *Codicum MStorum Philoſophicorum & Hiſtoricorum Prophanorum Græcorum*, ſupplevi, *Linguarum inſuper Orientalium* Codices fideliter recenſui, copioſiſſimos *Indices* & ſelectiſſimam *Appendicem* toti Operi adjunxi, imò nihil eorum omittere volui, quæ *Commentarijs Lambecianis* memoratu & curioſitate digna olim inſerta fuerunt. Quòd ſi hos meos labores benigno calculo BENEVOLUM LECTOREM approbâſſe intellexero, redhoſtimenti vice plurima *Syntagmata Hiſtorica Variarum Rerum, Antiquitatum, Actorum, Documentorum hactenùs Ineditorum* publicis uſibus ex Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ brevi communicabo, tantorumq; theſaurorum in eâ latitantium uſuram non invidebo. Longiore *Præfatione* Te detinerem B. L. niſi ſubitaneæ & inſperatæ occupationes calamum interrumperent. Tu interea benè vale, mihique, ſi mereor, fave.

CATALOGUS BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ MANUSCRIPTORUM CODICUM THEOLOGICORUM.



Effigies CL. Viri JOANNIS SAMBUCI pertinet ad *Primum* Codicem MStum Theologicum Græcum Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis.



Te, qui præclaros Medicos depingis, et ornas,
Quid fugit? es pectus, bibliotheca, labor.
Facta Ducum texis; Scriptores undique clauſos
Exquiris; ſtudio Græcia, Roma patet.
Vulgò graſſantes morbos, Anazarbea purgas:
Dij tribuant vitæ tempora longa tuæ.
Dij cives, urbem, qui te genuere parentes,
Pannoniam et foueant, nil minuantque dies.

N.Hautt ſculp.

NAPOLI

A. C. 1584. *apoplexiâ* Viennæ. Cumq; ex ipſius *privata* Bibliotheca *Auguſtiſſima Cæſarea* in-
-ntum ſumpſerit, ipſiusq; *Sambuci* in hoc *Opere* frequentiſſimè in poſterum facienda ſit men-
-iſc è regione *veram* Ejus *Effigiem*, cum adjuncto anonymi cujusdam Autoris *Epigrammate*, ut
-ine *Iconum illuſtrium aliquot Veterum Medicorum, & Philoſophorum*, quas ipſe æri inciſas, & appo-
natibus ſuis illuſtratas A. C. 1574 *Antverpiæ* typis Chriſtophori *Plantini* in *folio* edidit.

CATALOGI AUGUSTISSIMÆ BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ VINDOBONENSIS MANUSCRIPTÆ GRÆCÆ, LINGUARUMQVE ORIENTALIUM,

PARS PRIMA,

Quâ continetur,

Recenſio ſpecialis Manuſcriptorum Codicum THEOLOGICORUM GRÆCORUM, ſecundum præſentem *Collocationis* eorum ſeriem, & novum ordinem *Numerorum*, quibus iidem nunc notati ſunt.

I.

PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* in *folio majori*, & ante *ducentos* circiter *annos* exaratus, pertinuitque olim ad *Regis Hungariæ* (1) *Matthiæ Corvini Bibliothecam Budenſem*; poſt cujus barbaram diſſipationem à V. CL. (2) *Joanne Sambuco Tirnavienſi* redemptus, & poſt hujus mortem cum reliquâ ipſius ſuppellectile literariâ in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream Vindobonenſem* translatus eſt. Continentur eo *S. Joannis Chryſoſtomi Homiliæ in Evangelium S. Matthæi* Homiliâ *primâ*, cujus principium Ἔδει μὲν ἡμᾶς μηδὲν δεῖσθαι τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων βοηθείας, &c. uſque ad finem Homiliæ *quadrageſimæ tertiæ*,

(1) Obiit *Rex Matthias Corvinus Vindobonæ* ſive *Wiennæ Auſtriæ* apoplexiâ, & quidem die *quarto* Aprilis, non autem *quinto*, ut perperàm legitur in *Sethi Calviſii* Opere Chronologico. Cum verò ex reliquiis *Regiæ Bibliothecæ Budenſis*, à Sereniſſimo Rege Hungariæ *Matthiâ Corvino*, ingentibus & plusquam Regiis ſumptibus olim inſtitutæ, (quæ A. C. 1526, cum *Solimannus* Turcarum Tyrannus, poſt *Ludovici* Regis Hungariæ interitum, *Budam* occupâſſet, miſerè direpta variéq; diſtracta eſt) Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ plurimi inſignes Libri acceſſerint; utq; appareat, quomodo plerique jam memorati Codices *Inſignibus Regis Matthiæ Corvini gentilitiis* notati exornatiq; ſint, exhibeo è regione hujus paginæ * *Titulum* unius, quo continentur *Philoſtrati Heroica, Icones, Vitæ Sophiſtarum*, & *Epiſtolæ*, ab *Antonio Bonſinio* è *Græcâ* in *Latinam* Linguam translatæ, & *Regi Matthiæ* prolixâ quâdam *Præfatione* dedicatæ.

(2) Mortuus is eſt A. C. 1584. *apoplexiâ* Wiennæ. Cumq; ex ipſius *privatâ* Bibliothecâ *Auguſtiſſima Cæſarea* magnum incrementum ſumpſerit, ipſiusq; *Sambuci* in hoc *Opere* frequentiſſimè in poſterum facienda ſit mentio, exhibeo hîc è regione *veram* Ejus *Effigiem*, cum adjuncto anonymi cujusdam Autoris *Epigrammate*, ut ea exſtat, in fine *Iconum illuſtrium aliquot Veterum Medicorum, & Philoſophorum*, quas ipſe æri inciſas, & appoſitis Epigrammatibus ſuis illuſtratas A. C. 1574 *Antverpiæ* typis Chriſtophori *Plantini* in *folio* edidit.

tiæ, cujus principium: Ἄρα τι γένοιτ᾽ ἂν ἀνοητότερον ἢ ἀσεβέστερον &c. Totus Codex conſtat *trecentis viginti duobus* foliis, & generalem hunc habet titulum: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ὑπόμνημα εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον ἐν ὁμιλίαις.

II.

SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, & bonæ notæ in *folio maximo*, ſeu, ut vulgò vocant, *regali*, conſtátque nunc *quadringentis viginti quatuor* foliis, & ab (1) *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1. uſque ad fol. 18. pag. 2, S. ATHANASII *Archiepiſcopi Alexandrini* (2) Λόγος κατὰ ἑλλήνων, ſive *Oratio contra Gentes*; cujus principium: Ἡ μὲν περὶ τῆς εὐσεβείας καὶ τῆς τῶν ὅλων ἀληθείας γνῶσις &c.

Secundò, & quidem à fol. 18. pag. 2, uſque ad fol. 37. pag. 1, EJUSDEM (3) Λόγος περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Λόγου, καὶ τῆς διὰ σώματος πρὸς ἡμᾶς ἐπιφανείας. Hoc eſt: *Oratio de Incarnatione Verbi, ejúſque corporali ad nos adventu.* Principium ejus eſt: Αὐτάρκως ἐν τοῖς πρὸ τούτων ἐκ πολλῶν ὀλίγα διαλαβόντες, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 37 pag. 1, uſque ad fol. 49 pag. 1, EJUSDEM (4) Διάλεξις ἐν τῇ κατὰ Νίκαιαν συνόδῳ πρὸς Ἄρειον, ſive *Diſputatio in Nicæno Concilio contra Arium*; cujus principium: Τῇ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ ἀπήειν προσεληλυθὼς, &c.

Quartò, & quidem à fol. 49 pag. 1, uſque ad fol. 56 pag. 1, EJUSDEM (5) Ἐπιστολὴ ἐγκύκλιος πρὸς τοὺς Ἐπισκόπους Αἰγύπτου καὶ Λιβύης κατὰ Ἀρειανῶν, ſive *Epiſtola circularis ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ contra Arianos*; cujus principium: Πάντα μὲν, ὅσα ὁ Κύριος ἡμῶν καὶ Σωτὴρ Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς ἔγραψεν ὁ Λουκᾶς, πεποίηκέ τε καὶ ἐδίδαξεν, &c.

Quintò, & quidem à fol. 56 pag. 2, uſque ad fol. 76 pag. 2, EJUSDEM (6) Λόγος πρῶτος κατὰ Ἀρειανῶν, ſive *Oratio prima contra Arianos*, cujus principium: Αἱ μὲν αἱρέσεις ὅσαι τῆς ἀληθείας, &c.

Sextò, & quidem à fol. 76 pag. 2, uſque ad fol. 102 pag. 1, EJUSDEM (7) κατὰ Ἀρειανῶν Λόγος δεύτερος, ſive, *Oratio ſecunda contra Arianos*; cujus principium: Ἐγὼ μὲν ᾤμην τοὺς τῆς Ἀρείου μανίας ὑποκριτάς &c.

Septimò,

(1) Fuit is natione *Belga*, patriâ *Cominæus*, accerſitu *Romanorum Regis* FERDINANDI I. verò Wiennam commigravit, duabúsque Legationibus, *Conſtantinopolitanâ* & *Amaſianâ*, quæ elegantisſimo ſtylo literis ab ipſo conſignatæ ſunt, ſummâ cum laude defunctus, incredibili diligentiâ & impensâ magnum comparavit numerum *Codicum Manuſcriptorum*, quos ex *Aſiâ* & *Græciâ Europæâ* in *Auſtriam* reverſus, *Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſi* conſecravit. Cæterum quod attinet ad ſolennem propriæ manus *Buſbeckianæ* inſcriptionem, quæ tàm in hoc, quàm in aliis multis antiquis *Codicibus MStis Græcis* in fronte & calce cernitur, ea eſt hæc: *Augerius de Buſbecke comparavit Conſtantinopoli.* (2) Vide omnium Operum *S. Athanaſii* editionem græco-latinam, Lutetiæ Pariſiorum An. 1627. impreſſam duobus Tomis in folio, Tom. I pag. 1. (3) Vide jam memorat. edition. Pariſin. Tom. I pag. 53. (4) Vide edit. Pariſ. Tom, I pag. 111. (5) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 283. Vocatur autem ibi perperàm *Oratio prima contra Arianos.* (6) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 306. Vocatur autem ibi perperàm *Oratio ſecunda contra Arianos.* (7) Vide edit, Pariſ, Tom, I pag. 371. Vocatur autem ibi perperàm *Oratio tertia contra Arianos.*

Septimò, & quidem à fol. 102 pag. 2, uſque ad fol. 121 pag. 2, EJUSDEM (1) κατὰ Ἀρειανῶν λόγος τρίτος, ſive, *contra Arianos Oratio tertia*, cujus principium: Οἱ ἀρειομανῖται, ὡς ἔοικε, κρίναντες ἅπαξ ἀποστάται γενέσθαι, &c.

Octavò, & quidem à fol. 121 pag. 2, uſque ad fol. 127 pag. 1, EJUSDEM (2) Λόγος περὶ τῆς ἐνσάρκου ἐπιφανείας τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ κατὰ Ἀρειανῶν, ſive, *Oratio de* (3) *incarnatâ apparitione Verbi Dei*, *& contra Arianos*; cujus principium: Οἱ κακοτέχνως τὰς θείας γραφὰς βουλόμενοι νοεῖν, &c.

Nonò, & quidem à fol. 127 pag. 1, uſque ad fol. 129 pag. 2, EJUSDEM (4) Ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς ἁπανταχοῦ ὀρθοδόξους, ὅτε ὁ παρὰ τῶν Ἀρειανῶν διωγμὸς ἐγένετο. ἀναγινώσκεται δὲ ὁ παρὼν λόγος εἰς τὴν μνήμην τοῦ ἁγίου τὴν κατὰ τὴν δευτέραν τοῦ Μαΐου μηνός. Hoc eſt: *Epiſtola ad omnes ubique orthodoxos tempore perſecutionis per Arianos. Legitur autem ea in memoriam ipſius S. Athanaſii die* (5) *ſecundo Maij.* Principium hujus Epiſtolæ eſt: Ἃ μὲν πεπόνθαμεν, δεινὰ καὶ ἀφόρητά ἐστι, &c.

Decimò, & quidem à fol. 129 pag. 2, uſque ad fol. 140 pag. 1, EJUSDEM (6) Ἐπιστολὴ πρὸς Σεραπίωνα Ἐπίσκοπον περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ſive, *Epiſtola ad Serapionem Epiſcopum de Spiritu Sancto: nempe contra eos, qui dicunt, Spiritum Sanctum eſſe creaturam.* Principium ejus eſt: Τὰ γράμματα τῆς σῆς ἱερᾶς διαθέσεως, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 140 pag. 1, uſque ad fol. 142 pag. 1, EJUSDEM (7) κατὰ τῶν λεγόντων κτίσμα τὸν Υἱὸν πρὸς τὸν αὐτὸν Ἐπίσκοπον Σεραπίωνα ἐπιστολὴ δευτέρα, ſive, *contra eos, qui Filium dicunt creaturam eſſe, ad eundem Epiſcopum Serapionem Epiſtola ſecunda*; cujus principium: Ἐγὼ μὲν ἐνόμιζον, καὶ οὕτως ὀλίγα γεγραφηκέναι, &c.

Duodecimò, & quidem fol. 142 pag. 2, EJUSDEM (8) Καθολικὴ ἐπιστολή, ſive, *Catholica Epiſtola*, cujus inſcriptio & principium: Τοῖς κατὰ τόπον ἀδελφοῖς ἀντιποιουμένοις πίστεως καὶ σωτηρίας, καὶ τοῖς κατ' Αἴγυπτον, καὶ Συρίαν, καὶ Κιλικίαν, καὶ Φοινίκην, καὶ Ἀραβίαν ὀρθοδόξοις Ἐπισκόποις, Ἀθανάσιος καὶ οἱ Συνεπίσκοποι ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Ὅσοι τὴν ἀσέβειαν, &c.

Decimotertiò, & quidem fol. 143, EJUSDEM (9) Ἔλεγχος ὑποκρίσεως τῶν περὶ Μελέτιον, καὶ Εὐσέβιον, καὶ τὸν Σαμοσατέα, (10) κατὰ τοῦ ὁμοιουσίου, ſive, *Refutatio Meletii, & Euſebii, & Pauli Samoſateni, orthodoxos ſe ſimulantium uſurpatione ambiguæ vocis* ὁμοιούσιος, *pro* ὁμοούσιος, hoc eſt, *ſimilis ſubſtantiæ*, pro *ejuſdem ſubſtantiæ*. Principium ejus eſt: Ἄνθρωπος κατ' ὁμοίωσιν Θεοῦ γέγονε, καί ἐστιν οὐ Θεὸς ὁ ἄνθρωπος· τὸ γὰρ ὅμοιόν τινι, &c.

Decimoquartò, & quidem à fol. 143 pag. 2, uſque ad fol. 146 pag. 1, EJUSDEM (11) πρὸς Ἐπίκτητον Ἐπίσκοπον Κορίνθου κατὰ αἱρετικῶν ἐπιστολή, ſive, *ad Epictetum Epiſcopum Corinthi contra hæreticos Epiſtola*; cujus inſcriptio & principium: * (1) Κυρίῳ μου, ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ ποθεινοτάτῳ συλλειτουργῷ Ἐπικτήτῳ Ἀθανάσιος ἐν Κυρίῳ χαίρειν· Ἐγὼ μὲν ἐνόμιζον, πᾶσαν ματαιολογίαν πάντων, &c.

 Decimò

(1) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 453. Vocatur autem ibi perperàm *Oratio quarta contra Arianos.* (2) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 595. Minùs autem appoſitè titulus græcus legitur ibi latinè translatus hoc modo: *De humanâ naturâ ſuſceptâ ab unigenito Verbo, & contra Arium.* (3) Vel, quod idem eſt, *de apparitione Verbi Dei in carne.* (4) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 942. (5) Celebratur enim eo *natalis S. Athanaſii*, uti in Martyrologio Romano videre eſt. (6) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 173. (7) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 166. (8) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 570. (9) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 572. (10) In Edit. Pariſinâ pro κατὰ τοῦ ὁμοιουσίου legitur περὶ τοῦ ὁμοουσίου. (11) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 581. * (1)

Decimoquintò, & quidem à fol. 146 pag. 2, uſque ad fol. 151 pag. 2, *EJUSDEM* (2) λόγος κατὰ Ἀπολιναρίου, ſive, *Oratio contra Apolinarium, de ſalutari adventu JESU CHRISTI*; cujus principium: Οἱ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν μὴ ἐκ Θεοῦ, &c.

Decimoſextò, & quidem à fol. 151 pag. 2, uſq; ad fol. 158 pag. 1, *EJUSDEM* (3) περὶ τῆς σαρκώσεως τοῦ Χριστοῦ κατὰ Ἀπολιναρίου λόγος, ſive, *de Incarnatione Chriſti contra Apolinarium Oratio*; cujus principium: Ὁ μὲν (4) σκοπὸς τοῦ εὐσεβοῦς ὁ ἄκοπος, &c.

Decimoſeptimò, & quidem à fol. 158 pag. 1, uſq; ad fol. 163 pag. 1, *EJUSDEM* (5) εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Εὐαγγελίου· Ὃς ἂν εἴπῃ λόγον κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀφεθήσεται αὐτῷ· ὃς δ' ἂν εἴπῃ κατὰ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου, οὐκ ἀφεθήσεται αὐτῷ, οὔτε ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, οὔτε ἐν τῷ μέλλοντι. Hoc eſt, *Expoſitio verborum Evangelii*: (6) *Quicunque dixerit verbum contra Filium hominis, remittetur ei; qui autem dixerit contra Spiritum Sanctum, non remittetur ei, neque in hoc ſeculo, neque in futuro.* Principium hujus Expoſitionis eſt: Περὶ μὲν οὖν γράφων ἐδήλωσας Εὐαγγελικοῦ ῥητοῦ, &c.

Decimooctavò, & quidem à fol. 163 pag. 1 uſque ad fol. 164 pag. 1, *EJUSDEM* (7) εἰς τὸ πάθος τοῦ Σωτῆρος, ſive, *in Paſſionem Salvatoris Oratio*, ſeu potius, ut videtur, *Orationis fragmentum*, quod incipit his verbis: Τῶν μὲν ἀνθρώπων ἡ ἁμαρτία πολλή τις ἦν, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην περικατειλήφει τοῦτο τὸ κακὸν, &c. Extat quidem illud etiam in Pariſinâ omnium *S. Athanaſii* Operum editione, ſed tantùm *latinè*, ſub hoc titulo: *S. Patris noſtri Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini in Paſſionem Salvatoris Segmentum, alicunde ex Athanaſio divulſum.* Ipſa autem verborum *S. Athanaſii* græcorum verſio latina incipit ibidem hoc modo: *Hominum certè peccata plurima erant, & univerſum terrarum Orbem hoc malum occupaverat*, &c. Operæ pretium igitur erit, ut totus ille contextus *græcus* ex hoc Codice MSto *Cæſareo* aliquando proferatur in publicum.

Decimononò, & quidem à fol. 164 pag. 1, uſque ad fol. 172 pag. 2, *EJUSDEM* (8) πρὸς Μαρκελλῖνον εἰς τὴν ἑρμηνείαν τῶν Ψαλμῶν ἐπιστολὴ, ſive, *ad Marcellinum de Interpretatione Pſalmorum Epiſtola*; cujus principium: Ἄγαμαί σε τῆς ἐν Χριστῷ προαιρέσεως, φίλε Μαρκελλῖνε, &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 172 pag. 2, uſque ad fol. 179 pag. 1, *EJUSDEM* (9) περὶ Παρθενίας, ἤτοι περὶ ἀσκήσεως. λόγος σωτηρίας πρὸς τὴν παρθένον. Hoc eſt: *de Virginitate, ſive, de Exercitatione mentis in rebus divinis Sermo ſalutis ad virginem.* Principium ejus eſt: Ἀρχὴ λόγου σωτηρίας πρὸς τὴν παρθένον· πρὸ πάντων πίστευσον εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 179 pag. 1, uſque ad fol. 189 pag. 2, *EJUSDEM* (10) μαρτυρίαι ἐκ τῆς γραφῆς τῆς κατὰ φύσιν κοινωνίας, ἐκ τοῦ ὁμοίως εἶναι τὸν Πατέρα, καὶ τὸν Υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Hoc eſt: *Teſtimonia ex Sacrâ Scripturâ de naturali communione ſimilis eſſentiæ inter Patrem, & Filium, & Spiritum Sanctum.* Principium ejus eſt: Περὶ ἐλευθερίας· Περὶ Πατρὸς, ἀναμφίβολον. &c.

Vigeſi-

(1) Hæ duæ voces, Κυρίῳ μου, deſunt in editione Pariſinâ. (2) Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 633. (3) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 614. (4) Ibidem ſuprà vocem σκοπὸς, non tamen deletam, ſcriptum eſt eàdem manu τρόπος, tanquam lectio varians. (5) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 970. (6) *Sancti Matthæi* cap. 12. verſ. 32. (7) Vide edit. Pariſ. Tom. II pag. 625. (8) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 959. (9) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag 1043. (10) Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 209.

Vigeſimoſecundò, & quidem à fol. 189 pag. 2, uſque ad fol. 190 pag. 2, *EJUSDEM* (1) περὶ σαρκώσεως τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐπιστολὴ, ſive, *de Incarnatione Verbi DEI Epiſtola*; cujus principium: Ἐκλύπει μὲν τὴν ἁγίαν Σύνοδον Παύλου τοῦ Σαμοσατέως ἡ καινοτομία, &c.

Vigeſimotertiò, & quidem fol. 190 pag. 2, & fol. 191 pag. 1, (2) Τοῦ τρισμακαριωτάτου Λιβερίου Ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης ἐπιστολὴ πρὸς τὸν θεοφιλέστατον Ἀρχιεπίσκοπον Ἀλεξανδρείας Ἀθανάσιον, ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἀνέλαβεν ὁ Θεὸς Λόγος. Hoc eſt: *Beatiſſimi LIBERII Archiepiſcopi Romæ epiſtola ad Deo-dilectiſſimum Archiepiſcopum Alexandriæ Athanaſium, quòd Deus Verbum perfectum hominem aſſumpſerit.* Principium ejus eſt: Ἔστιν οὖν ἡ ὁμολογία, ἐπιπόθητέ μοι Ἀθανάσιε, &c.

Vigeſimoquartò, & quidem fol. 191 pag. 1 & 2, (3) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἀντίγραφον, ὃ ἔγραψε Λιβερίῳ Ἀρχιεπισκόπῳ Ῥώμης, ὅτι τέλειον ἄνθρωπον ἀνέλαβεν ὁ Θεὸς Λόγος ὑπὲρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας. Hoc eſt: *Sancti Patris noſtri ATHANASII Archiepiſcopi Alexandriæ Reſcriptum ad Liberium Archiepiſcopum Romæ, quòd perfectum hominem Deus Verbum aſſumſerit propter noſtram ſalutem.* Principium ejus eſt: Εἷς Θεὸς ἀθάνατος, ἄορατος, &c.

Vigeſimoquintò, & quidem à fol. 191 pag. 2, uſque ad fol. 194 pag. 1, *EJUSDEM S. ATHANASII* (4) ἐπιστολὴ γραφεῖσα πρὸς Ἀδέλφιον ἐπίσκοπον καὶ ὁμολογητὴν κατὰ Ἀρειανῶν. Hoc eſt: *Epiſtola ſcripta ad Adelphium, Epiſcopum & Confeſſorem, contra Arianos.* Principium ejus eſt: Ἐντυχόντες τοῖς παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας γραφεῖσι, &c.

Vigeſimoſextò, & quidem à fol. 194 pag. 1, uſque ad fol. 197 pag. 2, *EJUSDEM* (5) λόγος εἰς τὸ πορευθέντες εἰς τὴν ἀπέναντι κώμην, εὑρήσετε πῶλον δεδεμένον. Hoc eſt: *Sermo in illud: Profecti in pagum, qui ex adverſo eſt, invenietis pullum alligatum.* Principium ejus eſt: Οἱ τὰ ἐπὶ γῆς φρονήσαντες, &c.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 197 pag. 2 uſque ad fol. 203 pag. 1, *EJUSDEM* (6) Κηρυκτικὸν εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. Hoc eſt: *Sermo in Annunciationem Sanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ.* Principium ejus eſt: Τοὺς θείους ἱεροκήρυκας οὐ πρὸς τὴν ἀσθένειαν τῆς ἀκροάσεως δεῖ ἀποβλέπειν, ἀλλὰ, &c.

Vigeſimooctavò, & quidem à fol. 203 pag. 1, uſque ad fol. 217 pag. 2, *EJUSDEM* (7) λόγος εἰς τὸ πάθος τοῦ Κυρίου, καὶ εἰς τὸν σταυρόν. Hoc eſt: *Sermo in Paſſionem & Crucem Domini.* Principium ejus eſt: Καὶ ἐλθόντες εἰς τόπον λεγόμενον γολγαθᾶ, &c. Τὸ μὲν ἀναγνωσθὲν ῥητόν ἐστιν εὐαγγελικόν· σαφηνείας δὲ τούτου χάριν, &c.

Vigeſimononò, & quidem à fol. 218 pag. 1, uſque ad fol. 219 pag 2, *EJUSDEM* (8) κατὰ Ἀρειανῶν λόγος σύντομος, ſive, *contra Arianos Oratio conciſa*; cujus principium: Ὁ μὲν Ἰωάννης φησίν· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, &c.

Trigeſimò, & quidem à fol. 219 pag. 2, uſque ad fol. 222 pag. 1, *EJUSDEM* (9) ἐπιστολὴ πρὸς (10) Σαραπίωνα ἐπίσκοπον περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Hoc eſt: *Epiſtola ad Sara-*

(1) Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 591. (2) Vid. edit. Pariſ. *Operum S. Athanaſii* Tom. I pag. 243. (3) Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 244. (4) Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 155. (5) Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 983. (6) Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 1028. (7) Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 992. (8) Vid. edit. Pariſ. Tom. II pag. 22. (9) Vide edit. Pariſ. Tom. II pag. 10. (10) Ita ibi in hoc titulo nomen illud ſcriptum eſt, nempe Σαραπίων, non autem Σεραπίων. Vide *Claudij Dauſquij* Orthographiam antiqui & novi Latii, pag. 297. ubi agitur de ſcripturâ vocis *Sarapis* vel *Serapis*.

ad Sarapionem Epiſcopum de Sancto Spiritu; cujus principium: Ἴσως θαυμάσεις, πῶς ἐντειλασμένος, &c.

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 222 pag. 1, uſque ad fol. 224 pag. 2, EJUSDEM (1) ἐπιστολὴ πρὸς τὸν αὐτὸν Σαραπίωνα ὁμοίως περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Hoc eſt: *Epiſtola ad eundem Sarapionem ſimiliter de Spiritu Sancto.* Principium ejus eſt: ἐνέτυχον καὶ τῇ νῦν γραφείσῃ παρὰ τῆς σῆς εὐλαβείας ἐπιστολῇ, &c.

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 224 pag. 2, uſque ad fol. 236 pag. 1, EJUSDEM (2) κατὰ Ἀρειανῶν λόγος ἕκτος, ſive, *contra Arianos Oratio ſexta*; cujus principium: Ἐκ Θεοῦ Θεός ἐστιν ὁ Λόγος, &c.

Trigeſimo tertiò, & quidem à fol. 236 pag. 1, uſq; ad fol. 338 pag. 2, *EJUSDEM* (3) λόγος εἰς τὸ· Πάντα μοι παρεδόθη ὑπὸ τοῦ Πατρός μου, καὶ οὐδεὶς γινώσκει, τίς ἐστι ὁ Υἱός, εἰ μὴ ὁ Πατὴρ, καὶ τίς ἐστιν ὁ Πατὴρ, εἰ μὴ ὁ Υἱός, καὶ ᾧ ἂν βούληται ὁ Υἱὸς ἀποκαλύψαι. Hoc eſt: *Sermo in illud: Omnia mihi tradita ſunt à Patre; & nullus cognoſcit Filium niſi Pater, aut Patrem niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* Principium hujus Sermonis eſt: Καὶ τοῦτο οὐ νοήσαντες οἱ τῆς αἱρέσεως Ἀρείου, &c.

Trigeſimo quartò, & quidem fol. 238 pag. 2, ex *EJUSDEM Epiſtolâ de Synodi Nicænæ decretis contra Arianam hæreſin* Fragmentum περὶ ἀληθοῦς διδασκαλίας, ſive, *de verâ Doctrinâ*; cujus principium: (4) Τοῦτ᾽ ἐστὶν ἀληθῶν διδασκάλων τεκμήριον, τὸ τὰ αὐτὰ ἀλλήλοις ὁμολογεῖν, &c.

Trigeſimo quintò, & quidem à fol. 238 pag. 2, uſque ad fol. 240 pag. 2, *EJUSDEM* Sermo (5) περὶ σαββάτων καὶ περιτομῆς, ἐκ τῆς Ἐξόδου. Hoc eſt: *de Sabbatis & Circumciſione ex Exodo.* Principium ejus eſt: Καὶ φυλάξουσιν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ τὰ σάββατα, &c.

Trigeſimo ſextò, & quidem à fol. 241 pag. 1, uſque ad fol. 245 pag. 1, Τοῦ μακαρίου Μάρκου τοῦ διαδόχου κατὰ Ἀρειανῶν. Hoc eſt: *MARCI*, cognomine *Diadochi* ſive *Succeſſoris*, Epiſcopi Ægyptiaci, cujus S. Athanaſius, Archi-Epiſcopus Alexandrinus, tanquam æqualis ſui meminit, *Oratio contra Arianos*; hactenùs, ut opinor, nondum edita, publicâ tamen luce digniſſima. Plura de Beato *Marco Diadocho* vide apud CL. Lambecium lib. 3. Comment. pag. 83. Principium ejus eſt: Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. Ἀρχῆς κρείττονα τὸν Λόγον ὁ Θεολόγος λέγει, καὶ οἱ τὴν Ἀρείου μελετῶντες μανίαν λέγουσιν· ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν· &c.

Trigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 245 pag. 1, uſq; ad fol. 246 pag. 2, *EJUSDEM* (6) Ἔκθεσις πίστεως, ſive, *Expoſitio Fidei*; cujus principium: Πιστεύομεν εἰς ἕνα ἀγέννητον Θεὸν, &c.

Trigeſimo octavò, & quidem à fol. 246 pag. 2, uſque ad fol. 249 pag. 1, *EJUSDEM* πρὸς Ἀντιοχεῖς (7) Τόμος, ſive, *Epiſtola ad Antiochenſes*; cujus Inſcriptio & principium: Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις συλλειτουργοῖς Εὐσεβίῳ, Λουκίφερι, Ἀστερίῳ, Κυματίῳ, καὶ Ἀνατολίῳ, Ἀθανάσιος καὶ οἱ παρατυχόντες ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἐπίσκοποι, &c.

Trige-

(1) Vid. edit. Pariſ. Tom. II pag. 16. (2) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 519. (3) Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 149. (4) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 252. (5) Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 964. (6) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 240. (7) In edit. Pariſ. Tom. I pag. 574. pro τόμος legitur ἐπιστολή.

Trigeſimo nonò, & quidem à fol. 249 pag. 2, uſque ad fol. 254 pag 1, EJUSDEM *Oratio* (1) περὶ τῆς ἀϊδίου ὑπάρξεως τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ Πνεύματος σὺν Θεῷ, καὶ πρὸς τοὺς Σαβελλίζοντας. Hoc eſt: *de æternâ ſubſtantiâ Filii & Spiritûs Sancti cum Deo, & contra Sectatores Sabellij*. Principium ejus eſt: Ἰουδαϊσμὸς ἀντίκειται πρὸς ἑλληνισμὸν, καὶ οὐδέτερος εὐσεβὴς, &c.

Quadrageſimò, & quidem à fol. 254 pag. 1, uſque ad fol. 255 pag. 2, EJUSDEM Λόγος (2) ὅτι εἷς ὁ Χριστὸς, ſive, *Oratio, quâ demonſtratur, unum eſſe Chriſtum*. Principium ejus eſt: Ἔδει μὲν τοῦ ἅπαξ ἀποπηδήσαντας (3) ἑλληνικῆς πλάνης, &c.

Quadrageſimo primò, & quidem à fol. 255 pag. 2, uſque ad fol. 256 pag. 2, EJUSDEM (4) ἐπιστολὴ πρὸς Μάξιμον (5) Ἐπίσκοπον, ſive, *Epiſtola ad Maximum Epiſcopum*; cujus Inſcriptio & principium: Τῷ ἀγαπητῷ καὶ ἀληθῶς ποθεινοτάτῳ υἱῷ Μαξίμῳ Φιλοσόφῳ Ἀθανάσιος ἐν Κυρίῳ χαίρειν· Ἐντυχὼν τοῖς νῦν γραφεῖσι παρά σου, &c.

Quadrageſimo ſecundò, & quidem fol. 256 pag. 2, uſque ad fol. 257 pag. 1, EJUSDEM (6) *Refutatio ſimulationis Meletij, Euſebij, & Pauli Samoſateni.*

Quadrageſimo tertiò, & quidem fol. 257 pag. 1 & 2, EJUSDEM *Epiſtola* (7) *Catholica*; éſtque eadem, quæ extat ſuprà in eodem Codice MSto, nempe folio 142.

Quadrageſimo quartò, & quidem à fol. 257 pag. 2, uſque ad fol. 268 pag. 2, EJUSDEM *Epiſtola* (8) ὅτι ἡ ἐν Νικαίᾳ Σύνοδος, ἑωρακυῖα τὴν πανουργίαν τῶν περὶ Εὐσέβιον, ἐξέθετο πρεπόντως καὶ εὐσεβῶς κατὰ τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως τὰ ὁρισθέντα. Hoc eſt: *Quòd Nicæna Synodus, animadverſâ Euſebii calliditate, congruis & piis verbis Decreta ſua contra Arianam hæreſin expoſuerit*. Principium ejus eſt: Καλῶς ἐποίησας, δηλώσας μοι τὴν γενομένην παρὰ σοῦ ζήτησιν, &c.

Quadrageſimo quintò, & quidem à fol. 268 pag. 2, uſque ad fol. 269 pag. 2, *EUSEBII PAMPHILI*, Cæſareenſis in Palæſtinâ Epiſcopi Ariani, *Epiſtola ad Eccleſiam Cæſareenſem*, cui *duplicem* inſeruit *Confeſſionem Fidei*, nempe *propriam* ſive *Arianam*, & *Nicænam* ſive *Catholicam*, quam ob vocem ὁμοούσιος ſive *Conſubſtantialis* exagitat. Titulus iſtius Epiſtolæ in hoc Codice MSto eſt talis: Εὐσεβίου Καισαρείας τοῦ Ἀρειανόφρονος ἐπιστολὴ πρὸς τοὺς τῆς παροικίας αὐτοῦ. Principium autem hoc: Τὰ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως πραγματευθέντα κατὰ τὴν μεγάλην Σύνοδον, τὴν ἐν Νικαίᾳ συγκροτηθεῖσαν, &c. Extat autem ea integra, unà cum inſertis *duobus Fidei Symbolis* apud (9) *Socratem* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 1. & apud (10) *Theodoretum* itidem in libro primo Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ; item in *Gelaſii Cycizeni Actis Concilii Nicæni* pag. 179.

Quadrageſimo ſextò, & quidem à fol. 269 pag. 2, uſque ad fol. 276 pag. 1, *S. ATHANASII* Archiepiſcopi Alexandrini (11) ἐπιστολὴ περὶ Διονυσίου τοῦ Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ὅτι καὶ αὐτὸς κατὰ τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως ἐφρόνει, ὡς ἡ ἐν Νικαίᾳ Σύνοδος, καὶ μάτην αὐτὸν συκοφαντοῦσιν οἱ Ἀρειομανῖται, ὡς ὁμόδοξον αὐτῶν. Hoc eſt: *Epiſtola de Dionyſio Epiſcopo Alexandrino, quòd idem cum Nicænâ Synodo contra Arianam hereſin ſenſerit*,

(1) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 650. (2) Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 664. (3) In edit. Pariſ. additur hîc articulus præpoſitivus τῆς. (4) Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 162. (5) Ita ibi ſcriptum eſt, nempe Ἐπίσκοπον, non autem Φιλόσοφον, ut in editione Pariſinâ. (6) Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag 572, & ſuprà pag. 79. (7) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 570. (8) Vide edit. Pariſ. Tom. I pag. 248. (9) Vide Scriptorum Græcorum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Syntagma græco-latinum, à *Joan. Chriſtophorſono* & *Suffrido Petri* adornatum, & Coloniæ Allobrogum typis Petri de la Roviere Anno 1612. in folio editum, Tom. I pag. 509. (10) Vide idem jam memoratum Syntagma Tom. II pag. 25. (11) Vide Operum *S. Athanaſii* edit. Pariſ. Tom. I pag. 548.

ſerit, quódq; Ariani falsò ac fruſtrà eum calumnientur, tanquam hæreſeos ſuæ adſtipulatorem. Principium ejus eſt: Βραδέως ἐδήλωσας περὶ τῆς νῦν διαλέξεως, &c.

Quadrageſimo ſeptimò, & quidem fol. 276 pag. 1, (1) Καθαίρεσις Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας. Hoc eſt: *S. ALEXANDRI Archiepiſcopi Alexandrini Epiſtola brevis ad Presbyteros & Diaconos Alexandriæ & Mareotidis, quá Arium & ſocios ejus depoſitos eſſe indicat.* Principium ejus eſt: Ἀλέξανδρος Πρεσβυτέροις καὶ Διακόνοις Ἀλεξανδρείας καὶ Μαρεώτου, παρὼν παροῦσιν ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν Κυρίῳ χαίρειν· Εἰ καὶ φθάσαντες ὑπεγράψατε οἷς ἐπέστειλα τοῖς περὶ Ἄρειον, &c.

Quadrageſimo octavò, & quidem à fol. 276 pag. 1, uſque ad fol. 277 pag. 2, EJUSDEM *Archiepiſcopi Alexandrini ad omnes ubique orthodoxos Epiſcopos de Arii & ſociorum ejus depoſitione Epiſtola*; cujus titulus & principium: Ἀντίγραφον. Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ τιμιωτάτοις Συλλειτουργοῖς ἁπανταχοῦ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας Ἀλέξανδρος ἐν Κυρίῳ χαίρειν· Ἑνὸς σώματος ὄντος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, ἐντολῆς τε οὔσης ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς τηρεῖν τὸν σύνδεσμον τῆς ὁμονοίας καὶ εἰρήνης, &c. Epiſtola hæc extat integra *græcè & latinè* in principio *Tomi primi Conciliorum Generalium*, Pauli V. Pontif. Max. autoritate *Romæ* typis Vaticanis A. 1608. editorum in folio; ut & in *Gelaſii Cyziceni Syntagmate* ſive *Commentario Actorum Concilii Nicæni*, paginâ 51, editionis Pariſinæ *Roberti Balforei; apud* Federicum Morellum A. 1599. in 8tvo impreſſæ; nec non apud *Socratem* lib. 1. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ pag. 498. ſuprà memoratæ editionis Allobrogicæ. Notandum tamen eſt, *ſubſcriptiones* Presbyterorum & Diaconorum Alexandriæ & Mareotidis, quæ eidem *S. Alexandri* Archiepiſcopi Alexandrini *Epiſtolæ* tàm in Codice hoc MSto *Cæſareo*, quàm in *Gelaſii Cyziceni* Syntagmate Actorum Concilii Nicæni ſubjunctæ ſunt, cùm in ſuprà citatâ editione *Romanâ*, tùm quoque apud *Socratem* eſſe omiſſas, atque ibidem etiam in *principio Epiſtolæ* deeſſe hæc verba: Ἑνὸς σώματος ὄντος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας.

Quadrageſimò nonò, & quidem fol. 277 pag. 2, & fol. 278 pag. 1, *CONCILII NICÆNI* (2) *Epiſtola ad Eccleſiam Alexandrinam, & fratres Ægyptum, Libyam ac Pentapolim incolentes, contra Arium ejúsque ſocios;* cujus titulus & principium: Ἀντίγραφον ἐπιστολῆς τῆς ἐν Νικαίᾳ Συνόδου κατὰ Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ. Τῇ ἁγίᾳ, καὶ μεγάλῃ Θεοῦ χάριτι Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ, καὶ τοῖς κατ' Αἴγυπτον, καὶ Λιβύην, καὶ Πεντάπολιν ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς, οἱ ἐν Νικαίᾳ συναχθέντες, καὶ τὴν μεγάλην καὶ ἁγίαν Σύνοδον συγκροτήσαντες Ἐπίσκοποι ἐν Κυρίῳ χαίρειν· Ἐπειδὴ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, καὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου συναγαγόντος ἡμᾶς, &c.

Quinquageſimò, & quidem fol. 278 pag. 1 & 2, (3) *Symbolum CONCILII NICÆNI*, cujus principium: Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, &c.

Quinquageſimo primò, & quidem fol. 278 pag. 2, *Imp. CONSTANTINI MAGNI Epiſtola ad Eccleſiam Alexandrinam*, cujus titulus & principium: (4) Κωνσταντῖνος Σέβαστος τῇ καθολικῇ Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίᾳ· Χαίρετε ἀγαπητοὶ ἀδελφοί· Τελείαν παρὰ τῆς θείας προνοίας εἰλήφαμεν χάριν, &c.

Quinqua-

(1) Epiſtolam hanc hactenùs nondum reperi impreſſam. (2) Vide *Socrat.* Hiſt. Eccleſ. lib. I. cap. 9, pag. 512; *Gelaſii Cyziceni* Syntagma Actor. Concil. Nicæni pag. 173. & *Conciliorum* editionem Romanam Tom. I pag. 31. (3) Vide *Socrat.* Hiſt. Eccleſ. lib. 1, & Acta Concilii Nicæni ſuprà citata. (4) Vide *Socrat.* Hiſt. Eccl. lib. 1, pag. 514. & *Gelaſ.* Acta Concil. Nicæn. pag. 188, & *Concilior.* editionem Romanam Tom. I pag. 36.

Quinquageſimo ſecundò, & quidem fol. 278 pag. 2, & fol. 279 pag. 1, *Imp.* CONSTANTINI MAGNI *Epiſtola ad omnes Epiſcopos & Populos, quâ jubet, ut Ariani deinceps vocentur Porphyriani, & ſcripta Arii publicè comburantur, & ut morte multetur, ſi quis ea dolo malo occultaverit*; Titulus & principium eſt: Ἀντίγραφον ὧν ἐκόμισαν Συγκλήτιος καὶ Μαγνέντιος μαγιστριανοί. (1) Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος, σεβαστὸς, Ἐπισκόποις καὶ λαοῖς· Τοὺς πονηροὺς καὶ ἀσεβεῖς μιμησάμενος Ἄρειος, &c.

Quinquageſimo tertiò, & quidem à fol. 279 pag. 1, uſque ad fol. 281 pag. 1, *Imp.* CONSTANTINI MAGNI *Epiſtola ad Arium ejúſque ſocios*, cujus titulus & principium: (2) Κωνσταντῖνος σεβαστὸς Ἀρείῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ Ἀρειανοῖς· Κακὸς ἑρμηνεὺς αὐτόχρημα εἰκὼν καὶ ἀνδριὰς τοῦ διαβόλου· &c. In fine autem hæc ſubſcripta ſunt: Διὰ Συγκλητίου καὶ Γαυδεντίου μαγιστριανῶν ἐκομίσθη καὶ ταῦτα, ὅτε Πατέριος ἦν ἔπαρχος Αἰγύπτου, καὶ ἀνεγνώσθη ἐν τῷ παλατίῳ.

Quinquageſimo quartò, & quidem à fol. 281 pag. 1, uſque ad fol. 282 pag. 1, *Imp.* CONSTANTINI MAGNI *Epiſtola ad Eccleſiam Nicomedienſem, contra Euſebium Nicomedienſem & Theognium*, cujus titulus & principium: Κατὰ Εὐσεβίου καὶ Θεογνίου. Κωνσταντῖνος σεβαστὸς τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ Νικομηδέων. Τὸν δεσπότην Θεὸν δηλαδὴ καὶ Σωτῆρα Χριστὸν ἀκριβῶς ἅπαντες ἴστε, &c. Eadem Epiſtola extat ſimiliter integra in *Gelaſii Cyziceni* Actis Concilii Nicæni pag. 217, & deinceps: apud *Theodoretum* autem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 1 cap. 20, ut & in *Conciliorum Generalium* editione græco-latinâ *Romanâ*, Tom. I pag. 37, extat tantùm poſterior ejus pars, nempe à verbis: Τίς ἐστιν ὁ διδάξας ταῦτα οὕτως ἄκακον πλῆθος; uſque ad finem.

Quinquageſimo quintò, & quidem fol. 282 pag. 1 & 2, *Imp.* CONSTANTINI MAGNI *Epiſtola ad Theodoretum*, cujus titulus & principium: Νικητὴς Κωνσταντῖνος σεβαστὸς Θεοδότῳ· Ὅση τῆς θείας ὀργῆς ἡ ἰσχὺς πέφυκε, &c. Hæc quoque Epiſtola extat in *Gelaſii Cyziceni* Actis Concilii Nicæni pag. 224. & deinceps.

Quinquageſimo ſextò, & quidem à fol. 282 pag. 2, uſque ad fol. 288 pag. 1, S. ATHANASII *Archiepiſcopi Alexandrini Apologia de fugâ ſuâ, cum à Syriano Duce perſecutionem pateretur*; cujus titulus & principium: (3) Τοῦ ἐν ἁγίοις Ἀθανασίου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας περὶ τῶν διαβαλλόντων τὴν ἐν τῷ διωγμῷ φυγήν· Ἀκούω Λεόντιον τὸν νῦν ἐν Ἀντιοχείᾳ, καὶ Νάρκισσον, &c.

Quinquageſimo ſeptimò, & quidem à fol. 288 pag. 1, uſque ad fol. 312 pag. 1, EJUSDEM *Apologia ſecunda*, cujus titulus & principium: (4) Τοῦ αὐτοῦ ἀπολογητικὸς δεύτερος· Ἐγὼ μὲν ᾤμην μετὰ τὰς τοσαύτας ὑπὲρ ἡμῶν γενομένας ἀποδείξεις, &c. Inſertæ autem ſunt *ſecundæ* huic *Apologiæ triginta quatuor Epiſtolæ*, à diverſis *pro S. Athanaſio* ſcriptæ, quarum *tituli* & *principia* deinceps ſingulatim indicantur.

Quinquageſimo octavò, & quidem à fol. 288 pag. 2, uſque ad fol. 293 pag. 2, (5) SYNODI ALEXANDRINÆ *Epiſtola pro S. Athanaſio*, cujus principium: Ἠδυνάμεθα μὲν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν, &c.

C Quin-

(1) Vide *Socrat.* Hiſt. Eccl. lib. 1. & Acta Concilii Nicæni ſuprà citata. (2) Vide ſuprà citata *Gelaſii Cyziceni* Acta Concilii Nicæni pag. 203. (3) Vide Operum *S. Athanaſii* editionem græco-latinam Pariſienſem Tom. I pag. 701. (4) Vid. edit. Pariſ. Tom. I pag. 719. (5) Vide Operum *S. Athanaſii* edit. Pariſ. Tom. I pag. 721. Eſt autem hæc *prima* illarum *triginta quatuor Epiſtolarum*, quæ *ſecundæ S. Athanaſii Apologiæ* inſertæ ſunt.

Quinquageſimo nonò, & quidem à fol. 293 pag. 2, uſque ad fol. 297 pag. 2, S. JULII, *primi ejus nominis Pontificis Romani, Epiſtola ad Danium, Flacillum, alióſque nonnullos Epiſcopos orientales pro S. Athanaſio*; cujus principium: (1) Ἀνέγνων τὰ γράμματα, τὰ διὰ τῶν πρεσβυτέρων μου Ἐλπιδίου καὶ Φιλοξένου, &c.

Sexageſimò, & quidem à fol. 297 pag. 2, uſque ad fol. 299 pag. 1, CONCILII SARDICENSIS *ad Eccleſiam Alexandrinam Epiſtola pro S. Athanaſio*; cujus principium: (2) Καὶ πρὶν μὲν λαβεῖν ἡμᾶς, &c.

Sexageſimo primò, & quidem à fol. 299 pag. 1, uſque ad fol. 301 pag. 2, CONCILII SARDICENSIS *ad omnes Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopos Epiſtola pro S. Athanaſio*; cujus principium: (3) Πολλὰ μὲν καὶ πολλάκις ἐτόλμησαν οἱ Ἀρειομανῖται, &c.

Sexageſimo ſecundò, & quidem fol. 301 pag. 2, *Imp.* CONSTANTII *ad S. Athanaſium Epiſtolæ tres*, quarum *prima* incipit his verbis: (4) Ἐπὶ πολὺ σε κλυδωνίζεσθαι, &c. *ſecunda*, Εἰ καὶ τὰ μάλιστα, &c. *tertia*, Ἡνίκα ἐν τῇ Ἐδέσσῃ, &c.

Sexageſimo tertiò, & quidem fol. 301 pag. 2, & fol. 302 pag. 1, S. JULII, *primi ejus nominis Pontificis Romani, Epiſtola ad Presbyteros, Diaconos & Populum Eccleſiæ Alexandrinæ pro S. Athanaſio*; cujus principium: (5) Συγχαίρω κἀγὼ ὑμῖν, ἀγαπητοὶ Ἀδελφοί, &c.

Sexageſimo quintò, & quidem fol. 302 pag. 1 & 2, *Imp.* CONSTANTII *Epiſtola ad Epiſcopos & Presbyteros Eccleſiæ Catholicæ pro S. Athanaſio*; cujus principium: (6) Οὐκ ἀπελείφθη τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος ὁ αἰδεσιμώτατος Ἀθανάσιος. &c.

Sexageſimo quartò, & quidem fol. 302 pag. 2, *Imp.* CONSTANTII *pro S. Athanaſio ad Populum Alexandrinum Epiſtola*, cujus principium: (7) Σκοπὸν ποιούμενοι τὴν ὑμετέραν, &c.

Sexageſimo ſextò, & quidem fol. 302 pag. 2, *Imp.* CONSTANTII *pro S. Athanaſio Epiſtola ad Neſtorium, & eádem formâ ad Auguſtamnicæ & Thebaidis & Libyarum Præſides*; cujus principium: (8) Εἰ τί ποτε περὶ τούτου, &c.

Sexageſimo ſeptimò, & quidem fol. 303 pag. 1, CONCILII HIEROSOLYMITANI *pro S. Athanaſio Epiſtola ad omnes in Ægypto & Libyis Epiſcopos, ut & ad Presbyteros, Diaconos & Populum Eccleſiæ Alexandrinæ*; cujus principium: (9) Κατ' ἀξίαν τῷ τῶν ὅλων Θεῷ, &c.

Sexageſimo octavò, & quidem fol. 303 pag. 1, *duorum Epiſcoporum* URSACII & VALENTIS *de falſis ſuis contra S. Athanaſium criminationibus Confeſſio pœnitentiæ ad Pontificem Romanum S. Julium I, ex latino in græcum ſermonem translata*; cujus principium: (10) Ἐπειδὴ συνέστηκεν ἡμᾶς περὶ τούτου, &c.

Sexageſimo nonò, & quidem fol. 303 pag. 2, eorundem *Epiſcoporum* URSACII & VALENTIS *ad S. Athanaſium Epiſtola reconciliatoria*, cujus principium: (11) Ἀφορμὴν εὑρόντες διὰ τοῦ ἀδελφοῦ, &c.

Septuageſimò, & quidem fol. 303 pag. 2, *Fragmentum Epiſtolæ Imp.* CONSTANTINI MAGNI *ad S. Athanaſium*, quod incipit his verbis: (12) Ἔχων τοίνυν τῆς ἐμῆς βουλήσεως τὸ γνώρισμα, &c.

Septua-

(1) Vide Operum *S. Athanaſii* edit. Pariſ. Tom. I pag. 739. (2) Vide ibidem pag. 756. (3) Vide ibidem pag. 760. (4) Vide ibidem pag. 769. (5) Vide ibidem pag. 770. (6) Vide ibidem pag. 772. (7) Vide ibidem pag. 773. (8) Vide ibidem pag. 774. (9) Vide ibidem pag. 774. (10) Vide ibidem pag. 776. (11) Vide ibidem pag. 776. (12) Vide ibidem pag. 778.

Septuageſimo primò, & quidem fol. 304 pag. 1 & 2, *Imp.* CONSTANTINI MAGNI *pro S. Athanaſio Epiſtola ad Populum Eccleſiæ Alexandrinæ*; cujus principium: (1) Ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, προσαγορεύω ὑμᾶς, &c.

Septuageſimo ſecundò, & quidem fol. 304 pag. 2, ISHCYRÆ *cujuſdam ad S. Athanaſium Epiſtola deprecatoria, ob falſas de ipſo criminationes*; cujus principium: (2) Ἐπειδὴ προσῆλθόν σοι, Κύριε Ἐπίσκοπε, &c.

Septuageſimo tertiò, & quidem fol. 305 pag. 1, ALEXANDRI *Epiſcopi Theſſalonicenſis, pro S. Athanaſio, ad ipſum Athanaſium Epiſtola*, cujus principium: (3) Συγχαίρω τῷ βελτίςῳ Σαραπίωνι, &c.

Septuageſimo quartò, & quidem fol. 305 pag. 1 & 2, PINNÆ *Presbyteri pro S. Athanaſio Epiſtola ad Joannem quendam ipſius calumniatorem*; cujus principium: (4) Γινώσκειν σε θέλω, ὅτι ἀπέςειλεν Ἀθανάσιος, &c.

Septuageſimo quintò, & quidem fol. 305 pag. 2, & fol. 306 pag. 1, *Imp.* CONSTANTINI MAGNI *Epiſtola ad S. Athanaſium, pro ipſius innocentiâ*; cujus principium: (5) Τοῖς παρὰ τῆς σῆς συνέσεως ἐντυχὼν γράμμασι, &c.

Septuageſimo ſextò, & quidem fol. 306 pag. 1, ARSENII *Archiepiſcopi Hypſelitarum Epiſtola ad S. Athanaſium*; cujus principium: (6) Καὶ ἡμᾶς ἀσπαζόμενοι τὴν εἰρήνην, &c.

Septuageſimo ſeptimò, & quidem fol. 306 pag. 1, *Imp.* CONSTANTINI MAGNI *Epiſtola ad Joannem, S. Athanaſii calumniatorem*; cujus principium: (7) Πάνυ μοι καταθύμια γέγονε, &c.

Septuageſimo octavò, & quidem fol. 306 pag. 2, BREVE *à Meletio datum Alexandro Epiſcopo*; cujus principium: (8) Ἐγὼ Μελίτιος ἐν Λυκῷ, &c.

Septuageſimo nonò, & quidem fol. 307 pag. 1 & 2, PRESBYTERORUM & DIACONORUM *Eccleſiæ Alexandrinæ pro S. Athanaſio epiſtola ad Theognium, & cæteros Epiſcopos è Tyro profectos*; cujus principium: (9) Ἔπρεπεν ὑμᾶς ἐρχομένους, &c.

Octogeſimò, & quidem fol. 307 pag. 2, & fol. 308 pag. 1, PRESBYTERORUM & DIACONORUM *Mareoticorum pro S. Athanaſio Epiſtola ad Sanctam Synodum Beatorum Epiſcoporum Catholicæ Eccleſiæ*; cujus principium: (10) Εἰδότες τὸ γεγραμμένον, &c.

Octogeſimo primò, & quidem fol. 308 pag. 1, EORUNDEM *Epiſtola ad Curioſum & Philagrium Præfectum Ægypti*; cujus principium: (11) Ἐπειδὴ Θεόγνιος, καὶ Μαρὶς, &c.

Octogeſimo ſecundò, & quidem fol. 308 pag. 1 & 2, EORUM, *qui cum S. Athanaſio ex Ægypto ad Concilium venerunt, Epiſtola ad Epiſcopos Tyri congregatos*; cujus principium: (12) Οὐκέτι νομίζομεν τὴν σκευὴν, &c.

Octogeſimo tertiò, & quidem fol. 309 EORUNDEM *S. Athanaſii ſociorum Epiſtola ad Flavium Dionyſium, Comitem Illuſtriſſimum*; cujus principium: (13) Πολλὰς ὁρῶντες σκευὰς, &c.

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 128 pag. 2, uſque ad fol. 130 pag. 2, *Hiſtoria MIRACULI*, quod A. C. 765 ſub *Imp. Conſtantino Copronymo*, cum quæſtio de ſacrarum Imaginum cultu quàm maximè agitaretur, opportuniſſimè contigit *Beryti* per *Imaginem Chriſti*, quæ cùm *à Judæis* ad imitationem Paſſionis Dominicæ per ludibrium crucifixa eſſet, verum ex latere ſuo emiſit *ſanguinem* & *aquam*. Ipſa tituli græci verba, unà cum principio prooemii Narrationis, ſunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας λόγος περὶ τοῦ γενομένου θαύματος ἐν Βηρυτῷ τῆς εἰκόνος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, Ἄρατε σὺν ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας ὑμῶν, &c. Ubi notandum eſt, Hiſtoriam illam etiam in hoc Codice MSto perperàm attribui *S. Athanaſio, Archiepiſcopo Alexandrino*, qui A. C. 373 obiit; cùm tamen verus illius Autor ſit *Athanaſius* aliquis, *Magno* iſto *Athanaſio* integris ferè *quadringentis annis junior*, utpote qui ipſe expreſsè indicat, ſe A. C. 765. quo illud Miraculum contigit, in vitâ fuiſſe.

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 131 pag. 1, uſque ad fol. 147 pag. 2, *S. JOANNIS CHRYSOSTOMI Orationes duæ in Pſalmum quinquageſimum*, quarum *prima* incipit: (2) Οἱ ζωγράφοι μιμοῦνται τῇ τέχνῃ τὴν φύσιν, &c. *ſecunda* autem: (3) Τὰ λείψανα τῆς χθεσινῆς τραπέζης, &c.

Trigeſimò, & quidem à fol. 147 pag. 2, uſque ad fol. 156 pag. 2, *EJUSDEM Oratio de Pœnitentiâ*, cujus principium: (4) Πάντοτε μὲν ὁ θεῖος Ἀπόστολος, &c.

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 156 pag. 2, uſque ad fol. 160 pag. 2, *EJUSDEM Orationes duæ de Jejunio*, quarum *prima* incipit: (5) Πάλιν νηστείας καιρὸς, &c. *ſecunda* autem: (6) Ἧκεν καὶ σήμερον Ἱερεμίας ὁ προφήτης, &c.

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 160 pag. 2, uſque ad fol. 162 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in caput decimum quintum Evangelii S. Lucæ de drachmâ & de filio prodigo*; cujus principium: (7) Πάλιν οἱ κόλποι Χριστοῦ, &c.

Trigeſimo tertiò, & quidem à fol. 162 pag. 2, uſque ad fol. 166 pag. 2, *ANONYMI cujuſdam Autoris Hiſtoria Martyrii Sanctorum Quadraginta Martyrum Sebaſtenorum*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Μαρτίῳ θ' Μαρτύριον τῶν ἁγίων τεσσαράκοντα μαρτύρων

(1) Vide Auctar. Bibliothecæ Patrum græco-lat. Pariſ. A. 1648. Tom. II. colum. 664. (2) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſt.* edit. græc. Savil. Tom. I. pag. 692. (3) Vide ibid. Tom. I. pag. 702. (4) Vide ibid. Tom. VI. pag. 769. (5) Vide ibid. Tom. VI. pag. 938. (6) Vide ibid. Tom. VI. pag. 940. (7) Vide ibid. Tom. VII. pag. 418. ubi *Savilius* in margine expreſsè indicat, ſe Orationem hanc accepiſſe ex quodam Codice MSto *Cæſareo*.

ρων τῶν ἐν Σεβαστείᾳ. Κατὰ τοὺς καιροὺς Λικινίου τοῦ Βασιλέως ἦν διωγμὸς μέγας τῶν Χριστιανῶν, &c.

Trigeſimo quartò, & quidem à fol. 166 pag. 2, uſque ad fol. 170 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio de Serpente, quem Moyſes in eremo crucifixit*, cujus principium: (1) Χθὲς ἡμῖν ὁ λόγος περί τε τὴν αἱρετικὴν πάλην, &c.

Trigeſimo quintò, & quidem à fol. 170 pag. 1, uſque ad fol. 172 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in Annunciationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, cujus principium: (2) Πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια, &c.

Trigeſimo ſextò, & quidem à fol. 172 pag 2, uſque ad fol. 180 pag. 1, *ANDREÆ Archiepiſcopi Cretenſis Oratio in Annunciationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus titulus & principium: Ἀνδρέου Ἱεροσολυμίτου, Ἐπισκόπου Κρήτης, λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπερενδόξου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας. Ἐπέστη σήμερον ἡ πάντων χαρὰ λύουσα τὴν πάντων ἀράν· &c.

Trigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 180 pag. 1, uſque ad fol. *185* pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio de Jejunio*, cujus principium: (3) Φαιδρὰ σήμερον ἡμῖν ἡ πανήγυρις, &c.

Trigeſimo octavò, & quidem à fol. *185* pag. 2, uſque ad fol. *193* pag. 1, *EJUSDEM Oratio de Patientiâ, & de mortuis non tàm vehementer deflendis, præcipuè ſi infantes ſint.* Ipſa tituli græci verba, unà cum principio Orationis, ſunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος περὶ ὑπομονῆς καὶ εὐχαριστίας, καὶ μὴ οὕτως σφοδρῶς θρηνεῖν τοὺς τελευτῶντας, καὶ μάλιστα ὅπου δ' ἂν νήπιοι καὶ ἄφθοροι τινὲς ἐξῆλθον ἐκ τοῦ βίου. (4) Φέρε σήμερον μάλιστα τῶν περιλοίπων ἡμερῶν, &c.

Trigeſimo nonò, & quidem à fol. *193* pag. *1*, uſque ad fol. *195* pag. 2, *EJUSDEM Oratio, quòd is, qui ſingularem aliquam à DEO habet gratiam, communicare eam debeat cum illo, qui eâ indiget; & de Presbytero.* Ipſa tituli græci verba, unà cum principio Orationis, ſunt hæc: (5) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος, ὅτι χρὴ τὸν ἔχοντα χάριν, οἵαν δήποτε ἐπιστήμης, μεταδιδόναι τῷ χρείαν ἔχοντι, καὶ περὶ Πρεσβυτέρου. Ὁ φιλάνθρωπος Θεὸς οἰκτείρων τὸ γένος ἡμῶν, &c. Multa certè in illâ Oratione ſunt obſervatu digniſſima, ſed præcipuè clariſſimum hoc & valdè inſigne teſtimonium de verâ *Tranſſubſtantiatione* in Sanctiſſimo Sacramento Euchariſtiæ, etſi conſecratio à malo & vitioſo Sacerdote facta ſit: Πολλοὶ πρεσβύτεροι ἁμαρτωλοὶ ὄντες προσφέρουσι τὰ δῶρα, καὶ οὐκ ἀποστρέφεται αὐτοὺς ὁ Θεὸς, ἀλλὰ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ἁγιάζει τὰ προκείμενα δῶρα, καὶ ὁ μὲν ἌΡΤΟΣ ΓΊΝΕΤΑΙ ΣΩ͂ΜΑ ΚΥΡΊΟΥ, καὶ τὸ ΠΟΤΗΊΡΙΟΝ ΓΊΝΕΤΑΙ ἛΑΙΜΑ ΤΊΜΙΟΝ ΚΥΡΊΟΥ.

Quadrageſimò, & quidem à fol. *195* pag. 2, uſque ad fol. *196* pag. 2, *Narratio de SOZOMENO quodam, qui Chriſtum ſub perſonâ pauperis ignoti proprio pallio ſuo veſtivit, & de ſubſecutâ per viſionem admirandâ compenſatione divinâ iſtius tàm inſignis miſericordiæ.* (6) Ipſa tituli græci verba, unà cum principio narrationis, ſunt hæc: Κεφάλαιον

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſt.* edit. græc. Savil. Tom. V. pag. 659. (2) Vide ibid. Tom. VII. pag. 537. (3) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſt.* edit. græc. Savil. Tom. VI. pag. 814. (4) Vide ibid. Tom. VI. pag. 943. (5) Vide ibidem Tom. VII. pag. 421. ubi *Savilius* in margine expreſsè teſtatur, ſe Orationem hanc accepiſſe ex quodam Codice MSto *Cæſareo*. (6) Notandum eſt, titulum iſtum ſcriptum eſſe recentiori manu, loco antiqui alicujus tituli, de induſtriâ raſi,

λαιον πάνυ ὠφέλιμον περὶ τῦ ἐλεήμονος Σωζομένυ. Ἦν τις ἄνθρωπος εὐσεβῶς ἐν τῷ βίῳ ζῶν ἐν ταῖς ἡμέραις, ὅτε ἔζη κατὰ τὸν βίον Κυριακὸς ὁ Ἱεροσολύμων ἀρχιερεὺς· ἦν δὲ καὶ ἐλεήμων ἄκρος· ὄνομα δὲ αὐτῷ Σωζόμενος. οὗτος ὁ ἄνθρωπος, &c.

Quadrageſimo primò, & quidem à fol. 196 pag. 2, uſque ad fol. 204 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio in S. Apoſtolum Petrum & in Prophetam Eliam*; cujus principium: (1) Ὀλίγοι ἡμῖν οἱ παρόντες σήμερον. ἄρα τί τὸ αἴτιον, &c.

Quadrageſimo ſecundò, & quidem à fol. *204* pag. *2*, uſque ad fol. *211* pag. *2*, *S. JOANNIS DAMASCENI Oratio, quòd ii, qui in Fide ex hâc vitâ exceſſerunt, vivorum Miſſis ac beneficiis juventur.* Ipſa tituli græci verba unà cùm principio Orationis ſunt hæc: (2) Ἰωάννυ μοναχῦ ταπεινῦ καὶ ἁμαρτωλῦ περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων, ὅπως αἱ ὑπὲρ αὐτῶν γινόμεναι λειτεργεῖαι καὶ εὐποιΐαι τέτυς ὀνίνησιν. Τὰ τῶν βρωμάτων ἡδέα, καὶ τίμια παρατιθέμενα πολλάκις, &c. In fine autem eſt Oratio hæc ibi ob defectum unius folii mutila, & pertingit tantùm incluſivè uſque ad hæc verba: (3) ὡς δ' ἀγαθὸς, τὸ τῶν οἰκείων χειρῶν διασώσει πλασ - - - -

Quadrageſimo tertiò, & quidem à fol. 212 pag. 1, uſque ad fol. 215 pag. 2, *S. EPHRÆMI Syri Oratio de Pœnitentiâ*, cujus principium: (4) Ὁ κατελθὼν Κύριος ἐκ τῶν κόλπων τῦ Πατρὸς, &c.

Quadrageſimo quartò, & quidem à fol. 215 pag. 2, uſque ad fol. 222 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio de Pœnitentiâ*, cujus titulus & principium: Τῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννυ Ἀρχιεπισκόπυ Κωνσταντινυπόλεως τῦ Χρυσοστόμυ λόγος περὶ μετανοίας. Ὁ μακάριος Ἀπόστολος Παῦλος, &c. Orationem hanc edidit *Henricus Savilius* Tomo ſeptimo Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* pag. 641, ſed ſub nomine *Joannis Archiepiſcopi Conſtantinopolitani* cognomine Τῦ Νηστευτῦ, ſive, *Jejunatoris*.

Quadrageſimo quintò, & quidem à fol. 223 pag. 1, uſque ad fol. 225 pag. 2, *EJUSDEM Oratio ad Catechumenos*, cujus titulus & principium: (5) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννυ τῦ Χρυσοστόμυ λόγος εἰς τὺς κατηχυμένυς. Ἐν τοῖς ἔξωθεν σταδίοις, &c.

Quadrageſimo ſextò, & quidem à fol. *226* pag. *1*, uſque ad fol. *230* pag. *1*, *Narratio S. JOANNIS* cognomine Ἐλεήμονος, ſive, *MISERICORDIS*, *Archiepiſcopi Alexandrini*, de (6) *Petro* quodam divite & avaro *Publicano*, qui à ſummâ inhumanitate & truculentiâ ad ſummam ergà pauperes miſericordiam & ſanctitatem vitæ divinitùs converſus eſt, deſumpta ex (7) *Vitâ* jam memorati *S. Joannis Eleemoſynarii*, quam conſcripſit græcè *Leontius Neapoleos Cypri Epiſcopus*. Ipſa tituli græci verba unà cum principio Narrationis ſunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ἸΩΑ'ΝΝΟΥ τῦ ἘΛΕΗ'ΜΟΝΟΣ, Ἀρχιεπισκόπυ Ἀλεξανδρείας, εἰς Πέτρον τελώνην. Ἄξιον καὶ ἁρμόζον τῷ προειρημένῳ κεφαλαίῳ ἐξηγεῖτο ἐπὶ πάντων ὁ ὅσιος· εἴχον, φησὶν, τινὰ παραμονήτην

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſt.* edit. græc. Savil. Tom. VIII. pag. 18. ſed ibi ea incipit hoc modo: Ὀλίγοι ἡμῖν σήμερον οἱ παραγενόμενοι. &c. (2) Vide Operum *S. Joannis Damaſceni* edit. Pariſ. An. 1619. pag. 516. ſed ibi Oratio hæc exſtat tantùm *latinè*. (3) Vide ibidem pag. 521. verſ. 43. (4) Vide Operum *S. Ephræmi* editionem Voſſianam Colonienſem Tom. I. pag. 144. (5) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſt.* edit. græc. Savil. Tom. VI. pag. 971. ubi *Savilius* in margine expreſsè indicat, ſe Orationem hanc accepiſſe ex quodam Codice MSto *Cæſareo*. (6) Vid. *S. Joannis Damaſceni* Orationem de iis, qui in Fide mortui ſunt, per Miſſas & beneficia vivorum juvandis, pag. 522. ſuprà citatæ editionis Pariſienſis, & *Menæa Græcorum* d. 20. Januarii. (7) Vide R. P. *Heriberti Roſvveidi* Vitas Patrum pag. 189. edit. Antverp. Plantin. An. 1628. in folio, & RR. PP. *Bollandi* & *Henſchenii* Acta Sanctorum d. 23. Januarii. Utrobique autem exſtat Vita illa tantùm *latinè*, ſecundum antiquam translationem *Anaſtaſii Bibliothecarii*.

τὴν εἰς τὴν ἐμὴν ἀποθήκην ἐν Κύπρῳ, &c. Hoc eſt ſecundùm antiquam verſionem *Anaſtaſii S. R. E. Bibliothecarij: Dignum & congruum prædicto capitulo referebat ſemel coram omnibus iſte Sanctus, dicens: Habebam, inquit, quendam miniſtrum in apothecâ meâ in Cypro, &c.*

Quadrageſimo ſeptimò, & quidem à fol. *230* pag. *1*, uſque ad fol. *233* pag. *1*, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio in Divitem & Lazarum*, cujus principium: (1) Μέγιστόν ἐστιν διδασκάλιον, &c.

Quadrageſimo octavò, & quidem à fol. *233* pag. *1*, uſque ad fol. *236* pag. *2*, *EJUSDEM Oratio de Pœnitentiâ & in Jobum, & de Divite atque Lazaro*; cujus principium: (2) Οἱ λειμῶνες ἔχουσι ποικίλα καὶ διάφορα ἄνθη, &c.

Quadrageſimo nonò, & quidem fol. *237* pag. *1* & *2*, & à fol. *245* pag. *1*, uſq; ad fol. *248* pag. *2*, *EJUSDEM Homilia, habita in principio Quadrageſimæ in illud, In principio creavit DEUS Cælum & Terram, & de Jejunio atque Eleemoſynâ*; cujus principium: (3) Ἡδὺ μὲν ναύταις τὸ ἔαρ, &c.

Quinquageſimò, & quidem à fol. *248* pag. *2*, uſque ad fol. *251* pag. *1*, *EJUSDEM Oratio, cur DEUS in creatione Solis, & Lunæ, & Cæli, & aliarum rerum dixerit, Fiat*; *in creatione autem hominis, Faciamus*; *& quidnam ſit illud, Ad imaginem.* Principium ejus eſt: (4) Ἆρα μέμνησθε τῶν ζητημάτων, &c.

Quinquageſimo primò, & quidem à fol. *251* pag. *1*, uſque ad fol. *253* pag. *2*, *EJUSDEM Oratio, quid ſit, Ad ſimilitudinem: & quare, cùm DEUS nos juſſerit dominari in feras, non dominemur, & quòd hoc magnæ de nobis curæ argumentum ſit.* Principium ejus eſt: (5) Ὥσπερ τῶν απειρήνων ὄφελος οὐδὲν, &c.

Quinquageſimo ſecundò, & quidem à fol. *253* pag. *2*, uſque ad fol. *258* pag. *1*, *EJUSDEM Oratio, quòd peccatum tres induxerit modos ſervitutis, & ad negligentes auditores, & in eos, qui parentes non honorant.* Principium ejus eſt: (6) Ἠκούσατε χθὲς, πῶς μὲν ἐποίησεν βασιλέα, &c,

Quinquageſimo tertiò, & quidem à fol. *258* pag. *1*, uſque ad fol. *262* pag. *1*, *EJUSDEM Oratio, quòd non propter Adamum punimur, & quòd majora ſunt per eum bona importata, quàm mala, ſi nobis ipſis attendere voluerimus, & contra eos, qui pauperes prætereunt.* Principium ejus eſt: (7) Ὑμεῖς μὲν ἴσως νομίζετε, &c.

Quinquageſimo quartò, & quidem à fol. *262* pag. *1*, uſque ad pag. *264* pag. *2*, *EJUSDEM Oratio, utrum ex ligno illo facta ſit Adamo notitia boni & mali, an ante manducationem habuerit vim hanc & facultatem diſcernendi; & de Jejunio; & quòd oporteat domi meditari ea, quæ in Eccleſiâ dicuntur.* Principium ejus eſt: (8) Φιλῶ μὲν τὴν νηστείαν, ὅτι μήτηρ σωφροσύνης ἐστὶ, καὶ πηγὴ φιλοσοφίας· &c.

Quinquageſimo quintò, & quidem à fol. *264* pag. *2*, uſque ad fol. *267* pag. *1*, *EJUSDEM Oratio in diem imbribus fœdum, & in conventum Epiſcoporum, & de præcepto Adamo dato, quódq; magnæ de nobis curæ argumentum ſit, legem illam accepiſſe.* Principium ejus eſt: (9) Ἡ μὲν τῶν νεφῶν συνδρομὴ τὴν ἡμέραν, &c.

Quinquageſimo ſextò, & quidem à fol. *267* pag. *2*, uſque ad fol. *275* pag. *1*, *EJUSDEM Oratio Catechetica in illud Evangelii S. Matthæi cap. 21, Simile eſt Regnum Cælo-*

(1) Vide Oper. *S. Joannis Chryſoſt.* edit. græc. Savil. Tom. V. pag. 726. ubi Savilius in margine expreſsè indicat, ſe Orationem hanc ex Codice quodam MSto *Cæſareo* emendaſſe. (2) Vid. ibid. Tom. VI. pag. 926. (3) Vid. ibid. Tom. V. pag. 1. (4) Vide ibid. Tom. V. pag. 6. (5) Vide ibid. Tom. V. pag. 8. (6) Vid. ibid. Tom. V. pag. 11. (7) Vide ibid. Tom. V. pag. 15. (8) Vide ibid. Tom. V. pag. 19. (9) Vide ibid. Tom, V. pag. 29.

rum homini patriſamilias, qui exiit primo mane conducere operarios in vineam ſuam, &c. Principium ejus eſt: (1) Ὁρῶ τῇ ποίμνῃ τῶν εὐσεβῶν μεμιγμένα πρόβατα ξένα, &c.

Quinquageſimo ſeptimò, & quidem à fol. 275 pag. 1, uſque ad fol. 281 pag. 1, *EJUSDEM Oratio de Pœnitentiâ*, cujus titulus & principium: (2) Τοῦ αὐτοῦ ἐξ ἀγροῦ διὰ χρόνου ἐλθόντος, καὶ περὶ μετανοίας. Ἆρα ἐμέμνησθε ἡμῶν, &c.

Quinquageſimo octavò, & quidem à fol. 281 pag. 1, uſque ad fol. 284 pag. 2, *EJUSDEM Oratio de Cruce, & quomodo Chriſtus nos per eam ſervaverit, & quòd nos oporteat in ipsâ gloriari; & de virtute, & quomodo DEUS deſideret ſalutem noſtram.* Ipſa tituli græci verba, unà cum principio Orationis, ſunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὸν Σταυρὸν, καὶ ὡς δι' αὐτοῦ ἔσωσεν ἡμᾶς ὁ Χριστὸς, καὶ ὅτι δεῖ ἐν αὐτῷ καυχᾶσθαι, καὶ περὶ ἀρετῆς, καὶ ὅπως ἐφίεται τῆς ἡμετέρας σωτηρίας. (3) Τοῦτό ἐστιν, ἀδελφοὶ, τὸ σημεῖον, ὅπερ ὁ Δεσπότης, &c.

Quinquageſimo nonò, & quidem à fol. 284 pag. 2, uſque ad fol. 303 pag. 1, *EJUSDEM Oratio de Pœnitentiâ, & in Herodem & S. Joannem Baptiſtam*; cujus principium: (4) Φέρε δὴ καὶ τῶν ἡμετέρων χρεῶν, &c.

Sexageſimò, & quidem à fol. 303 pag. 1, uſque ad fol. 307 pag. 1, *EJUSDEM Oratio in illud Pſalmi nonageſimi quarti, Venite, exultemus Domino; & de Pœnitentiâ, atque in Ninivitas, & de Eleemoſynâ.* Principium ejus eſt: (5) Ἐγείρει τὸν ὁπλίτην εἰς πόλεμον ἡ τῆς σάλπιγγος βοὴ, &c.

Sexageſimo primò, & quidem à fol. 307 pag. 1, uſque ad fol. 309 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in verſum 26. capitis 10. Epiſtolæ S. Pauli ad Hebræos: Voluntariè enim peccantibus nobis poſt acceptam notitiam veritatis, jam non relinquitur pro peccatis hoſtia; & quomodo accedere oporteat ad Chriſti Sacramenta.* Principium ejus eſt: (6) Τῶν δένδρων ὅσαπερ ἂν φυτευθέντα, &c.

Sexgeſimo ſecundò, & quidem à fol. 309 pag. 2, uſque ad fol. 316 pag. 1, *EJUSDEM Oratio* περὶ μετανοίας, ſive, *de Pœnitentiâ*; cujus principium: (7) Εἰ καὶ χθὲς ἡμῶν ἀπελείφθην, &c.

Sexageſimo tertiò, & quidem à fol. 316 pag. 1, uſque ad fol. 325 ſive ultimum, EJUSDEM *Homilia in Jobum*, cujus principium: (8) Ἥκει ἡμῖν ἐνιαύσιος σήμερον ὁ τῆς οἰκουμένης ἀθλητὴς, &c.

XI.

UNDECIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc *centum ſexaginta ſex* foliis, & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 33, Liber Jobi, cum ampliſſimâ *Catenâ marginali*, ſive *marginali Commentario*, qui collectus eſt ex (9) variis antiquis Scriptoribus Eccleſiaſticis, quorum nomina ibidem adſcripta ſunt.

Secundò,

(1) Vide ibid. Tom. V. pag. 708. (2) Vide ibid. Tom. VI. pag. 785. (3) Vide ibid. Tom. VII. pag. 864; ſed ibi Oratio hæc à *Savilio* vocatur tantùm Ἐκλογὴ ſive Ἀπάνθισμα. (4) Vide ibid. Tom. VI. pag. 804 ubi Oratio hæc valdè mutila eſt, & multis laborat lacunis, quæ tamen ferè omnes beneficio hujus Codicis MSti *Cæſarei* poſſunt ſuppleri. (5) Vide ibid. Tom. VII. pag. 561. ubi *Savilius* in margine expreſsè indicat, ſe Orationem hanc accepiſſe ex Codice hoc MSto *Cæſareo*. (6) Vide ibid. Tom. V. pag. 807. (7) Vide Tom. VI. pag. 784. (8) Vide ibid. Tom. V. pag. 949. (9) Frequens inter illos fit mentio *Olympiodori*, de quo vid. R. P. *Philipp. Labb.* Tom. II. de Script. Eccleſ. pag. 133, 134, 135. Citatur etiam ibidem aliquoties, & quidem in primis folii 10. pag. 1. *Severus Epiſcopus Antiochenus.*

Secundò, & quidem à fol. 34, uſque ad fol. 61, *Proverbia Salomonis*, *Commentario marginali* illuſtrata, & eâdem ratione, ut in proximè præcedenti Codice *in duas Claſſes* diviſa.

Tertiò, & quidem à fol. 61, uſque ad fol. 77, *Eccleſiaſtes, cum Commentario marginali.*

Quartò, & quidem à fol. 77, uſque ad fol. 86, *Canticum Canticorum*, cum *Commentario marginali.*

Quintò, & quidem à fol. 86, uſque ad fol. 105, *Sapientia Salomonis*, ſine Commentario marginali.

Sextò, & quidem à fol. 105 pag. 2, uſque ad fol. 118, *Pſalmi Salomonis* (1) *octodecim* ſuppoſititii, ſine Commentario marginali, quorum titulus Ψαλμοὶ Σολομῶντος: in fine autem legitur hæc ſubſcriptio: Ψαλμοὶ Σολομῶντος ιη ἔχουσιν ἔπη. *Primi* Pſalmi principium eſt: Ἐβόησα πρὸς Κύριον ἐν τῷ θλίβεσθαί με εἰς τέλος, &c. *ultimi autem*: Κύριε τὸ ἔλεός σου ἐπὶ τὰ ἔργα τῶν χειρῶν σου εἰς τὸν αἰῶνα, &c.

Septimò, & quidem à fol. 118, uſque ad fol. 166, ſive ultimum, *Sapientia Jeſu filij Sirach*, ſine Commentario marginali.

Elegantiſſimus quidem eſt hic Codex, & nonnullis locis *literis majuſculis aureis* exaratus, ſed adeò ruinoſus & lacerus, ut inter folia, quæ tunc temporis, ubi *Busbeckius* eum comparavit Conſtantinopoli, fuerunt (2) *trigeſimum ſecundum* & *quinquageſimum quintum*, integra nunc deſint *viginti duo* folia. An autem illa in *Auguſtiſſima Bibliothecá Cæſareá* alicubi adhuc latitent, non auſim affirmare, priusquam res ipſa id indicaverit.

XII.

D*UODECIMUS* Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio majori*, ſed longinquitate temporis in fine & aliis nonnullis locis mutilus, conſtátque nunc foliis *centum ſexaginta ſex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Quis autem ante *Sambucum* poſſederit eundem Codicem, indicatur ibidem in fine antiquâ hâc ſubſcriptione Τοῦ (3) Πρωτοπάπα. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 4 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio in Ficum areſactam*; cujus principium: (4) Ὀφθαλμὸς μὲν ὁρῶν ἢ δένδρον ἀνθοφόρον, &c.

Secundò, & quidem à fol. 4 pag. 2, uſque ad fol. 12 pag. 1, *EJUSDEM Oratio in illud capitis duodecimi Epiſtolæ ſecundæ ad Corinthios: Sufficit tibi gratia mea; nam virtus in infirmitate perficitur.* Principium ejus eſt: (5) Ὅτε τὸν παναρμόνιον τουτονὶ κόσμον, &c.

Tertiò,

(1) Hos *octodecim Pſalmos* ſub titulo *Pſalterii Salomonis*, primus *græcè & latinè* in lucem edidit, & *Scholiis* illuſtravit R. P. *Joannes Ludovicus de la Cerda*, Societatis Jeſu Presbyter, in Appendice *Adverſariorum Sacrorum*, Lugduni ad Rhodanum, apud Ludovicum Proſt, An. 1626. in folio. Operæ pretium autem fore arbitror, ſi jam memorata editio impreſſa cum antiquisſimo hoc Codice MSto *Cæſareo* accuratè conferatur. (2) Nunc 33 & 34. (3) De dignitate & officio *Protopapæ* vide *Georgii Codini* Librum de Officiis Magnæ Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ, cum Notis RR. PP. *Jacobi Gretſeri* & *Jacobi Goar*. Conſule etiam *Joannis Meurſii* Gloſſarium Græco-barbarum in explicatione vocis Πρωτοπαπᾶς. (4) Vide Operum *S. Joan. Chryſoſt.* edit. græc. Savil. Tom. VII. pag. 252. (5) Vide ibid. Tom. V. pag. 799.

Tertiò, & quidem à fol. 12 pag. 2, uſque ad fol. 26 pag. 2, EJUSDEM *Oratio de Pœnitentiâ, Continentiâ & Virginitate*; cujus principium: (1) Ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος, ὁ τῶν ἐθνῶν ἀπόστολος, &c.

Quartò, & quidem à fol. 26 pag. 2, uſque ad fol. 32 pag. 2, EJUSDEM *Oratio in S. Petrum Apoſtolum, & in Eliam Prophetam*; cujus principium: (2) Ὀλίγοι ἡμῖν σήμερον οἱ παραγινόμενοι· καὶ τί τὸ αἴτιον, &c.

Quintò, & quidem à fol. 32 pag. 2, uſque ad fol. 37 pag. 2, EJUSDEM *Oratio de Pœnitentiâ & Oratione*; cujus principium: (3) Οἱ ποιμένες τὰ πρόβατα, &c.

Sextò, & quidem à fol. 37 pag. 2, uſque ad fol. 39 pag. 2, EJUSDEM *Oratio in Zacchæum Publicanum*; cujus principium: (4) Οἱ τῶν καλῶν ἐρῶντες, οὐδὲν ἀπέχουσιν τῶν διψώντων, &c. Et hoc quidem eſt illud ipſum exemplar manuſcriptum *Cæſareum*, quod *Henricus Savilius* in editione ſuâ impreſſâ ſecutus eſt.

Septimò, & quidem à fol. 39 pag. 2, uſque ad fol. 43 pag. 1, EJUSDEM *Oratio in Hecatontarcham ſive Centurionem*; cujus principium: (5) Ἑκατοντάρχου τινὸς δοῦλος κακῶς ἔχων, &c. Hanc quoque Orationem ex hoc Codice MSto *Cæſareo* accepit *Savilius*, ut ipſe ibi teſtatur in margine.

Octavò, & quidem fol. 43 pag. 1 & 2, EJUSDEM *Oratio in Chananæam*; cujus principium: (6) Πολὺς ὁ χειμὼν, ἀλλὰ τὴν προθυμίαν, &c. Maxima autem ejus pars poſterior deeſt.

Nonò, & quidem à fol. 44 pag. 1, uſque ad fol. 47 pag. 1, EJUSDEM *Oratio in Parabolam de decem Virginibus apud S. Matthæum cap. 25*; cujus principium: (7) Ὅταν τὸ εὐδαπάνητον τῆς ζωῆς ἐννοήσω, &c.

Decimò, & quidem à fol. 47 pag. 1, uſque ad fol. 50 pag. 1, EJUSDEM *Oratio in Meretricem, & in Phariſæum*; cujus principium: (8) Πάντοτε μὲν ὁ Θεὸς ὡς φιλάνθρωπος, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 50 pag. 1, uſque ad fol. 56 pag. 1, EJUSDEM *Oratio in proditionem Judæ, & in traditionem Myſteriorum*; cujus principium: (9) Ὀλίγα ἀνάγκη σήμερον πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην εἰπεῖν, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 56 pag. 1, uſque ad fol. 57 pag. 2, EJUSDEM *Oratio in Encænia*; cujus titulus & principium: Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς ἀπολειφθέντας εἰς τὰ ἐγκαίνια. Ἀγαπητοὶ, οὐκ ἀρκεῖ τὸ ἁπλῶς καὶ ὡς ἔτυχεν ἀκούειν ἡμᾶς Χριστιανοὺς, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 58 pag. 1, uſque ad fol. 61 pag. 1, EJUSDEM *Oratio in Patriarcham Joſephum, & de Caſtitate*; cujus principium: (10) Οἱ ἐκ πελάγους μεγάλου σαλεύοντες κυβερνῆται, &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 61 pag. 1, uſque ad fol. 64 pag. 2, EJUSDEM *Oratio de Suſannâ*; cujus principium: (11) Ἤκουσεν ὑμῖν εὐγνώμονες ὀφειλέται τοῦ λόγου, &c.

Decimo

(1) Vide ibid. Tom. VII. pag. 641. ſed ibi ea à *Savilio* edita eſt ſub nomine *Joannis Archiepiſcopi Conſtantinopolitani*, cognomine τοῦ Νηστευτοῦ ſive *Jejunatoris*. (2) Vide ibid. Tom. VIII. pag. 18. (3) Vide ibid. Tom. VI. pag. 798. (4) Vide ibid. Tom. VII. pag. 403. (5) Vide ibid. Tom. VII. pag. 405. (6) Vide ibid. Tom. V. pag. 188. (7) Vide ibid. Tom. VII. pag. 554. (8) Vide ibid. Tom. VII. pag. 490. (9) Vide ibid. Tom. V. pag. 547. (10) Vid. ibid. Tom. V. pag. 656. ubi *Savilius* in margine indicat, ſe eam emendâſſe ex Codice MSto *Cæſareo*. (11) Vid. ibid. Tom. V. pag. 703.

Decimo quintò, & quidem à fol. 64 pag. 2, uſque ad fol. 69 pag. 2, EJUSDEM *Oratio de Patientiâ*; cujus principium: (1) Οἱ διψῶντες ὁδοιπόροι, &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 69 pag. 2, uſque ad fol. 73 pag. 2, EJUSDEM *Oratio in Pſalmi 75 verſ. 12. Vovete, & reddite Domino Deo veſtro*; cujus principium: (2) Οἱ μὲν τοῦ κόσμου τούτου διδάσκαλοι, &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 73 pag. 2, uſque ad fol. 76 pag. 2, EJUSDEM *Oratio in Parabolam de Semine apud S. Lucam cap. 8*; cujus principium: (3) Ἡ παρθένος ἄρουρα ὑπὸ ἐμπείρων γεωργῶν, &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 76 pag. 2, uſque ad fol. 81 pag. 1, EJUSDEM *Oratio contra Judæos, & Gentiles, & Hæreticos*; cujus principium: (4) Οἱ νεοττοὶ τῶν χελιδόνων, &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 81, pag. 1, uſque ad fol. 85, pag. 1, EJUSDEM λόγος περὶ ὀργῆς καὶ κενοδοξίας, καὶ περὶ μετανοίας καὶ ἐλεημοσύνης, ſive, *Oratio de Iracundiâ & vanâ gloriâ, & de Pœnitentiâ atque eleemoſynâ*; cujus principium: Οὐδὲν τῆς ἀληθείας φαιδρότερον, &c. Meminit hujus Orationis *Savilius* Tomo octavo Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* in Notis ad *Scripta Chryſoſtomi ſuppoſititia* colum. 857.

Vigeſimò, & quidem à fol. 86 pag. 1, uſque ad fol. 88 pag. 1, *S.* GREGORII NAZIANZENI *Oratio in Sanctum Paſcha, & in tarditatem*; cujus principium: (5) Ἀναστάσεως ἡμέρα· &c. cum *anonymi* cujuſdam *Autoris paraphraſticâ Expoſitione*, ipſi verborum *S. Gregorii* contextui intermixtâ.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 89 pag. 1, uſque ad fol. 166, ſive ultimum, *S.* JOANNIS DAMASCENI (6) *Hiſtoria de Barlaamo & Joſaphato*; cujus titulus & principium: Ἱστορία ψυχωφελὴς ἐκ τῆς ἐνδοτέρας τῶν Αἰθιόπων χώρας, Ἰνδῶν λεγομένης, πρὸς τὴν ἁγίαν πόλιν μετενεχθεῖσα διὰ ἸΩΑΝΝΟΥ μοναχοῦ, ἀνδρὸς τιμίου καὶ ἐναρέτου, μονῆς τοῦ ἁγίου Σάβα. Ὅσοι πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοι εἰσὶν υἱοὶ Θεοῦ, φησὶν ὁ θεῖος Ἀπόστολος· τὸ δὲ πνεύματος ἁγίου ἀξιωθῆναι, &c. Pertingit autem Hiſtoria hæc ibi incluſivè tantùm uſque ad hæc verba: (7) ἐβόα πρὸς τὸν δυνάμενον σώζειν τοὺς ἐπ' αὐτῷ πεπιστευκότας. Ἐπὶ σοὶ Κύριε ἤλπισα, μὴ - - -.

XIII.

DECIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & licet valde mutilus, variiſque pravis transpoſitionibus laborans, optimæ tamen notæ in *folio*, conſtátque foliis *ſexaginta octo*. Continentur eo S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homiliæ quædam in Evangelium S. Matthæi*, quarum *prima* incipit: Καλὸν ἐνταῦθα ϛενάξαι, &c. & eſt in operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editione græcâ *Savilianâ vigeſima*; *ſecunda* incipit: Τὸ πνευματικώτερον πάντων, &c. & eſt in jam citatâ editione impreſſâ *decimâ*

F *nona*;

(1) Vide ibid. Tom. VI. pag. 949. ubi *Savilius* in margine expreſsè indicat, ſe Orationem hanc accepiſſe ex Codice MSto *Cæſareo*. (2) Vide ibid. Tom. VII. pag. 260. ubi *Savilius* in margine expreſsè indicat, ſe Orationem hanc emendâſſe ex Codice MSto *Cæſareo*. (3) Vide ibid. Tom. VII. pag. 409. ubi *Savilius* in margine expreſsè indicat, ſe Orationem hanc accepiſſe ex Codice MSto *Cæſareo*. (4) Vide ibid. Tom. VII. pag. 284. ubi *Savil.* in margine annotat, ſe Orationem hanc ex Codice MSto *Cæſareo* emendâſſe. (5) Vide Operum *S. Gregorii Nazianz.* edit. gr. lat. Pariſ. Tom. I. pag. 673. (6) Vide Oper. *S. Joan. Damaſceni* edit. Pariſ. A. 1619. in fol. pag. 828. ſed ibi hiſtoria illa extat tantùm *latinè*. (7) Vide jam citatam Operum *S. Joannis Damaſceni* editionem cap. 30. pag. 892. verſ. 5. In Codice autem hoc MSto *Cæſareo* non eſt hiſtoria illa diviſa in *Capita*, ſed eſt continua & indiviſa narratio.

nona; *tertia*, in principio mutila, incipit in ſuprà citatâ editione: Ὁ ἑξῆς, πῶς κατὰ μικρὸν τῶν, &c. & eſt ibi *vigeſima prima*; *quarta* incipit: Εἰπὼν περὶ τῆς ἀναγκαίας τροφῆς, &c. & eſt in eâdem editione *vigeſima ſecunda*; *quinta*, in fine mutila, incipit: Τί οὖν, οὐ χρὴ τοῖς ἁμαρτάνουσιν ἐγκαλεῖν, &c. & eſt in eâdem editione *vigeſima tertia*; *ſexta*, in principio mutila, incipit in ſuprà citatâ editione: Ὁ μὲν λεπρὸς καταβαίνει, &c. & eſt ibi *vigeſima ſexta*; *ſeptima* incipit: Ὁ δὲ Μάρκος καὶ εὐθέως προστέθηκεν, &c. & eſt in eâdem editione *vigeſima ſeptima*; *octava* incipit: Ὁ μὲν Λουκᾶς ἀπαλλάττων ἑαυτὸν, &c. & eſt in eâdem editione *vigeſima octava*; *nona* incipit: Ἰδίαν αὐτοῦ πόλιν ἐνταῦθα, &c. & eſt in eâdem editione *vigeſima nona*; *decima* incipit: Ποιήσας γὰρ τὸ θαῦμα, οὐκ ἔμεινεν, &c. & eſt in eâdem editione *trigeſima*.

XIV.

DECIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegans & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 96 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI (1) *Homiliæ undecim in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam primam ad Theſſalonicenſes*, & *Homiliæ quinque in Epiſtolam ſecundam ad eoſdem.*

Secundò, & quidem à fol. 97 pag. 1, uſque ad fol. 132 pag. 2, *EJUSDEM* (2) *Homiliæ ſex in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Titum.*

Tertiò, & quidem à fol. 133 pag. 1, uſque ad fol. 208, ſive *ultimum*, *EJUSDEM* (3) *Homiliæ in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Coloſſenſes*, quarum *undecima* in fine eſt mutila, *duodecima* autem ſive *ultima* omninò deeſt.

XV.

DECIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio majori*, conſtátque *ducentis quinquaginta quatuor* foliis, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo S. JOANNIS CHRYSOSTOMI Λόγοι, ſive *Orationes in Geneſin*, ab Orationis *tertiæ* verbis (4) ἡμῖν ἐμφαίνων· ἐπεὶ οὖν τοιαύτη, uſque ad Orationis *trigeſimæ ſecundæ* verba: (5) καὶ οἱ Ἀπόστολοι κατὰ τὸ μεσονύκτιον ἐκτενεῖς τὰς προσευχὰς καὶ τοὺς ὕμνους ἐποιοῦντο. Oratio illa incipit: Ἰδοὺ πρὸς τὸ τέλος ἐφθάσαμεν λοιπὸν τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, & tàm in *Savilianâ* Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editione græca, quàm in *Frontonianâ* editione græco-latinâ eſt *trigeſima*; in hoc autem Codice MSto eſt *trigeſima ſecunda*, quia ibi inter Orationem *VItam*, quæ incipit: Πολλὰς ὑμῖν ἔχω χάριτας, & Orationem *XVItam*, quæ

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſt.* edit. græc. Savil. Tom. IV. à pag. 161. uſque ad pag. 147. (2) Vide ibid. Tom. IV. pag. 381. (3) Vid. ibid. Tom. IV. pag. 89. (4) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* græcam editionem Savilianam Tom. I. pag. 11. verſ. 13. ut & græco-latinam editionem Frontonianam Tom. II. pag. 18. verſ. 19. (5) Vide edit. Savil. Tom. I. pag. 243. & edit. Fronton. Tom. II. pag. 444.

quæ incipit: Βούλομαι σήμερον ἀγαπητοί, inſertæ ſunt duæ aliæ Orationes, tanquam *decima ſexta* & *decima ſeptima*. Harum *prior*, quæ inſcribitur: Λόγος ιϛʹ εἰς τὸ, Περιεπάτει ὁ Θεὸς τὸ δειλινὸν ἐν τῷ παραδείσῳ, καὶ περὶ τοῦ φεύγειν τοὺς ὅρκους, & incipit: Ἔγνωτε πρώην, πῶς πᾶσα γραφὴ παράκλησιν φέρει καὶ παραμυθίαν, eſt in ſuprà memoratis (1) duabus Operum *Sancti Joannis Chryſoſtomi* editionibus impreſſis *inter* Ἀνδριάντας, ſive, *Homilias ad Populum Antiochenum de Statuis octava*. *Poſterior* autem, quæ inſcribitur: Λόγος ιζʹ Ὅτι δουλείας τρόπους τρεῖς εἰσήγαγεν ἡ ἁμαρτία, καὶ πρὸς τοὺς ῥαθύμως ἀκούοντας, καὶ μὴ τιμῶντας τοὺς γονέας, & incipit: Ἠκούσατε χθὲς, πῶς μὲν ἐποίησεν βασιλέα καὶ ἄρχοντα τῶν θηρίων τὸν ἄνθρωπον ὁ Θεὸς, extat in ſuprà memoratis duabus Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editionibus impreſſis, *inter Sermones miſcellaneos in diverſa Sacræ Scripturæ loca*; & quidem in Savilianâ editione Tom. V. pag. 11, in Frontonianâ autem Tom. II. pag. 897.

XVI.

DECIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus, elegans & optimæ notæ in *folio* majori, conſtatque foliis *ducentis octoginta uno*, & ad *Joannem Sambacum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Quis autem eumdem Codicem anteà poſſederit, indicatur ibidem duabus diverſis Inſcriptionibus, quarum una eſt: Τὸ παρὸν βιβλίον κτῆμά ἐστι Γεωργίου τοῦ Κορινθίου, altera autem: Βίβλος Μάρκου Μαμουνᾶ τοῦ Κρητός. Continentur eo S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homiliæ in Evangelium S. Matthæi*, ab Homiliâ *quadrageſimâ quartâ*, cujus principium: Ὅτε πρώην ἔλεγον, ὅτι ἀρετῆς ἀπούσης, &c. uſque ad Homiliam *nonageſimam* ſive *ultimam*. Deſunt tamen, injuriâ vetuſtatis, Homilia *ſeptuageſima ſeptima*, *ſeptuageſima octava*, & *ſeptuageſima nona*, unà cum parte priori *octogeſimæ*.

XVII.

DECIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, ſed valdè ruinoſus, & tam in principio, quàm in fine mutilus; conſtatque nunc *ducentis quadraginta tribus* foliis, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo *Commentarius* ampliſſimus non ſolùm in totum *Pſalterium*, verùm etiam in (2) *Cantica duo Moyſis*, quæ extant Exodi cap. 15, & Deuteronomii cap. 32; item in *Canticum Hannæ* matris Samuelis Lib. 1. Reg. cap. 2, in *Canticum Habacuc* Prophetæ cap. 3, in *Canticum Eſaiæ Prophetæ* cap. 26, verſ. 9. Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου, &c. in *Canticum Jonæ Prophetæ* cap. 2, Ἐβόησα ἐν θλίψει μου, &c. in *Canticum trium puerorum* Prophetiæ Danielis cap. 3, in *Canticum Beatiſſimæ DEI Genetricis Mariæ* Evangelii S. Lucæ cap. 1.

 & in

(1) Vide edit. Savil. Tom. VI. pag. 515. & edit. Fronton. Tom. I. pag. 113. (2) Commentarium hunc *Theodori Epiſcopi Heracleenſis* in Cantica ſacra, Pſalterio ſubjuncta, non edidit R. P. *Balthaſar Corderius* ſeparatim, uti extat in hoc Codice MSto, ſed permiſcuit eum ἀνωνύμως reliquorum Patrum Græcorum *Catenæ* in eadem Cantica. Vide Tomum tertium Expoſitionis Patrum Græcorum in Pſalmos, à jam memorato R. P. *Corderio* editæ, pag. 853. & deinceps uſque ad finem.

& in *Canticum Zachariæ*, patris S. Joannis Baptiſtæ, quod extat eodem capite. Procœmii autem loco præfixa eſt huic Commentario (1) *Epiſtola S. Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini, ad Marcellinum, de interpretatione Pſalmorum*, cujus principium: Ἀγαμαί σε τοῦ ἐν Χριστῷ προαιρέσεως, &c. ſed deeſt ibi prior ejus pars, uſque ad hæc verba: - - τῆς ᾠδὴν γράφει, καὶ ὁ Ἡσαΐας ᾄδει, &c. Finitâ hâc *S. Athanaſii Epiſtolâ* ſequitur ibidem, & quidem folio ſexto, alterius cujuſdam (2) *anonymi Autoris* Præfatio in Pſalterium, cujus initium: Πᾶσα μὲν γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος, διὰ τοῦτο συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ πνεύματος, ἵν' ὥσπερ, &c. Huic porrò ſubjunguntur *Euſebij Pamphili* Epiſcopi Cæſareenſis Præfatiunculæ duæ, quarum *prima* inſcribitur: Εὐσεβίου Ἐπισκόπου Καισαρείας περὶ τοῦ Διαψάλματος. *altera* autem: Ὑπόθεσις Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου εἰς τὴν ἀνακεφαλαίωσιν τῶν ψαλμῶν. Hinc tandem folio ſeptimo incipit ipſe *Commentarius in Pſalmos*, hoc modo: ΒΙΒΛΟΣ ΨΑΛΜΩΝ, ἈΛΛΗΛΟΥΪΑ. ΜΑΚΑΡΙΟΣ ἈΝΗΡ, ὋΣ ΟΥΚ ἘΠΟΡΕΥΘΗ, &c. Μακαριότητος μὲν φύσει ἅπαντες ὀρεγόμεθα, &c. Quamvis autem in hoc Codice Cæſareo, propter defectum principii, non extet *nomen Autoris*, à quo *Commentarius* ille compoſitus eſt; beneficio tamen aliorum Codicum MStorum *Bibliothecæ Vaticanæ & Barberinianæ* animadvertit R. P. *Balthaſar Corderius*, Autorem ejus eſſe *Theodorum, Heracleæ in Thraciâ Epiſcopum*, cujus *S. Hieronymus* in Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 90. meminit. Cæterùm quòd R. P. *Balthaſar Corderius* præſtantiſſimo illo Codice MSto, de quo in præſens agitur, ad contexendam *Patrum Græcorum Expoſitionem in Pſalmos* non tantùm *Vindobonæ* uſus ſit, verùm etiam aliquam ejus partem clementiſſimo Glorioſiſſimi *Imp. Ferdinandi II* permiſſu ſecum abſtulerit *Antverpiam*, teſtatur V. CL. *Sebaſtianus Tengnagelius* in fine paginæ *ſecundæ* folii *centeſimi vigeſimi quarti*, hâc propriæ manûs ſubſcriptione: *Reliqua folia, quæ hinc dempta ſunt, R. P. Corderius Soc. JESU ex mandato S. Cæſareæ Majeſtatis Antverpiam ſecum tulit; quæ reſtituet, ubi deſcripſerit; d. 26. Martij A. 1632.*

XVIII.

DECIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *centum octoginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 92 pag. 1, *S. GREGORII NAZIANZENI Orationes viginti ſex;* nempe Prima, quæ eſt *magna Apologia de fugâ in Pontum;* Secunda *ad eos, qui ipſum initiò vocaverant, & poſteà tempore ordinationis in Presbyterum non venerant;* Tertia, quæ eſt *prima de Pace;* Quarta, quæ eſt *ſecunda de Pace;* Quinta, quæ eſt *tertia de Pace;* Sexta *Apologetica ad Patrem ſuum, & S. Baſilium Magnum, de ordinatione ſuâ in Epiſcopum Saſimorum;* Septima *Apologetica ad eosdem poſt reditum ſuum ex fugâ;* Octava *de ſeipſo & de Sene, quo tempore ſibi à Patre cura Eccleſiæ Nazianzenæ commiſſa eſt;* Nona *ad Arianos, & de ſeipſo;* Decima *de ſeipſo,*

(1) Vide Operum *S. Athanaſii* editionem Græco-latinam Pariſienſem An. 1627. in fol. Tom. I. pag. 959.
(2) In Codice MSto, inter Theologicos Græcos quinquageſimo nono, attribuitur illud Procœmium *S. Baſilio Magno.*

ſeipſo, & ad eos, qui dixerunt, ipſum affectare Cathedram Conſtantinopolitanam; Undecima *de ſeipſo, cùm poſt ea, quæ à Maximo perpetrata fuerant, rure in Urbem rediiſſet*; Duodecima *de modeſtiâ, in diſputationibus ſervandâ*; Decima tertia *funebris in laudem patris ſui Gregorii Epiſcopi Nazianzeni, habita in præſentiâ S. Baſilii Magni*; Decima quarta *in laudem Heronis*, vel ſecundùm *S. Hieronymum, Maximi, Philoſophi Alexandrini*; Decima quinta, quæ eſt *Epiſtola prima ad Cledonium*; Decima ſexta, quæ eſt *Epiſtola ſecunda ad Cledonium*; Decima ſeptima *in verba Evangelii S. Matthæi, Cum conſummâſſet JESUS ſermones iſtos*, &c. Decima octava *adhortatoria ad Virginem*, quæ, ut ſuprà jam aliquoties monui, re verâ eſt *Carmen trochaicum tetrametrum catalectum*; Decima nona, quæ eſt *Epiſtola ad Nectarium Epiſcopum Conſtantinopolitanum*; Vigeſima *ad Evagrium monachum de Divinitate*; Vigeſima prima, quæ eſt *prima de Theologiâ*, & continet *Præludium diſputationis adverſus Eunomianos*; Vigeſima ſecunda, quæ eſt *ſecunda de Theologiâ*; Vigeſima tertia, quæ eſt *de dogmate & conſtitutione Epiſcoporum*, quæ in hoc Codice MSto vocatur *tertia de Theologiâ*; Vigeſima quarta, quæ eſt *tertia de Theologiâ, & prima de Filio*, in hoc autem Codice MSto vocatur *quarta de Theologiâ*; Vigeſima quinta, quæ eſt *quarta de Theologia*, & *ſecunda de Filio*, in hoc autem Codice MSto vocatur *quinta de Theologiâ*; Vigeſima ſexta, quæ eſt *quinta de Theologiâ*, & inſcribitur *de Spiritu Sancto*, in hoc autem Codice MSto vocatur *ſexta de Theologiâ*.

Secundò, & quidem à fol. 92 pag. 2, uſque ad fol. 162 pag. 1, *S. BASILII MAGNI, Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ Libri quinque adverſus Eunomium hæreſiarcham*, quorum primus incipit: Εἰ μὲν ἐβούλοντο, &c. ſecundus: Ἐν τούτοις τοῖς περὶ Θεοῦ, &c. tertius: Μόλις ποτὲ κορεσθεὶς, &c. quartus: Εἰ φύσει Θεὸς ὁ Υἱὸς, &c. quintus: Ὅτι τὰ κοινὰ τῆς κτίσεως, &c. & *ejuſdem S. Baſilii Magni Liber de Spiritu Sancto, ad Amphilochium Epiſcopum Iconienſem, in triginta capita diviſus*, cujus principium: Ἐπήνεσα τὸ φιλομαθές σου καὶ φιλόπονον τοῦ τρόπου, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 163 pag. 1, uſque ad fol. 185 pag. 2, *S. CYRILLI Archiepiſcopi Alexandrini de rectâ Fide Liber ſecundus ad Imperatrices, in quadraginta tria capita diviſus*, cujus principium: (1) Τοῖς τὸ θεῖον καὶ οὐράνιον ἱερουργοῦσι κήρυγμα, &c. item *ejuſdem S. Cyrilli Oratio de Incarnatione Verbi DEI*, quæ incipit: (2) Ἡ τῆς θείας γραφῆς ὀρθοτάτη ἔννοια, &c. ut & *ejuſdem Epiſtola ad Monachos Ægypti*, cujus principium: (3) Ἀφίκοντο μέν τινες, &c. ac denique *ejuſdem S. Cyrilli Epiſtola ad Neſtorium hæreſiarcham*, quæ incipit: (4) Ἄνδρες αἰδέσιμοι καὶ πίστεως ἄξιοι, &c. unà cum *Neſtorii Epiſtolâ reſponſoriâ*, cujus principium: (5) Οὐδὲν ἐπιεικείας χριστιανικῆς βεβαιότερον, &c.

(1) Vide *Conciliorum Generalium* editionem græco-lat. Vaticanam An. 1608. Tom. I. pag. 216. ſed ibi iſte Liber diviſus eſt in *capita quinquaginta novem*, quamvis in hoc Codice MSto partim ex *titulo* ejus, partim verò etiam ex *marginalibus numeris* perſpicuè appareat, eum ab ipſo *S. Cyrillo* tantùm fuiſſe diviſum in κεφάλαια τεσσαράκοντα τρία τοῖς τελεῖ. (2) Vide eandem ſuprà citatam *Conciliorum Generalium* editionem Tom. I. pag. 588. (3) Vide ibidem Tom. I. pag. 108. (4) Vide ibidem Tom. I. pag. 255. (5) Vide ibidem Tom. I. pag. 256, ſed ibi pro βεβαιότερον legitur βιαιότερον.

XIX.

DECIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *trecentis viginti duobus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 314 pag. 1, *THEOPHYLACTI, Acridæ in Bulgariâ Archiepiſcopi, Commentarii in quatuor Evangelia*; quorum generalis titulus præ vetuſtate ibi deeſt, Commentarius autem in Evangelium S. Matthæi ſpeciatim inſcribitur, atque incipit his verbis: Τὸ κατὰ Ματθαῖον Εὐαγγέλιον πρῶτον τῶν ἄλλων ἐγράφη παρὰ Ματθαίου τοῦ Ἀποστόλου μετὰ ὀκτὼ ἔτη τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως ἑβραΐδι φωνῇ πρὸς τοὺς ἐξ Ἰουδαίων πιστεύσαντας· μετεφράσθη δὲ ἀπὸ τῆς ἑβραΐδος εἰς τὴν ἑλληνίδα παρὰ (1) Ἰωάννου τοῦ Ἀποστόλου. Οἱ μὲν περὶ τοῦ νόμου ἐκεῖνοι θεῖοι ἄνδρες οὐ διὰ γραμμάτων καὶ βιβλίων ἐδιδάσκοντο, &c. Editi quidem ſunt hi *Commentarii* græcè & latinè Lutetiæ Pariſiorum, apud Carolum Morellum, An. 1631. in folio, valdè tamen utile futurum arbitror, eos tàm cum hoc, quàm cum aliis ejusdem argumenti præſtantisſimis Codicibus MStis Cæſareis diligenter & accuratè conferri. Cæterùm *quo tempore* & *quo loco*, *cujuſq; juſſu & cujus manu*, præſtantiſſimus ille Codex manuſcriptus, de quo in præſens ex profeſſo agitur, ſcriptus ſit, indicatur ibi fol. 314, pag. 1, in fine Commentarii in Evangelium *S. Joannis* hâc ſubſcriptione: Τὸ παρὸν βιβλίον προστάξει τοῦ ἁγίου μου Πατρὸς καὶ Καθηγουμένου τῆς σεβασμίας μονῆς τῆς Περιβλέπτου Θεοτόκου ἀσκητοῦ κυροῦ Μητροφάνους καὶ ἱερέως ἐγράφη καὶ ἐτελειώθη κατὰ τὸν Ὀκτώβριον μῆνα τῆς ιε ἐπινεμήσεως τοῦ ςψε ἔτους διὰ χειρὸς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ Παύλου, &c. Hoc eſt: *Præſens Liber juſſu ſancti Patris mei & Præpoſiti venerabilis* (2) *Monaſterij Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, cognomine* τῆς Περιβλέπτου, *hoc eſt, Spectabilis ſeu Admirandæ, ſcriptus & abſolutus eſt menſe Octobri, Indictione decimâ quintâ, anno Mundi ſexies milleſimo ſeptuageſimo quinto*, hoc eſt, anno Chriſti milleſimo centeſimo nonageſimo ſeptimo, *manu meâ Pauli peccatoris*.

Secundò, & quidem à fol. 314, pag. 2, uſque ad fol. 316, pag. 1, *PHOTII Patriarchæ Conſtantinopolitani, Liber ſchiſmaticus de Epiſcopis & Metropolitis, aliisque Quæſtionibus contra Romanos ſive Latinos*. Ipſa tituli græci verba, cum *primâ Quæſtione*, ſunt hæc: Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ, Πατριάρχου συναγωγαὶ καὶ ἀποδείξεις ἀκριβεῖς συνειλεγμέναι ἔκ τε συνοδικῶν καὶ ἱστορικῶν γραφῶν περὶ Ἐπισκόπων καὶ Μητροπολιτῶν καὶ ἑτέρων ἀναγκαίων ζητημάτων. Ἐρώτησις. Ἐν ποίοις φαίνονται πεπραχότες οἱ Ῥωμαῖοι παραλόγως, &c. Vide etiam Librum *tertium* Lambecianorum Commentariorum pag. 195 & 259.

Tertiò, & quidem à fol. 316 pag. 1, uſque ad fol. 321 pag. 1, *EJUSDEM Epitome Actorum Conciliorum ſeptem Generalium*; cujus titulus & principium: Ἐπιτομὴ τῶν πρακτικῶν

(1) At *S. Hieronymo* de autore iſtius tranſlationis græcè non liquet, ut capite tertio de Scriptoribus Eccleſiaſticis teſtatur his verbis: *Evangelium Chriſti, Hebraicis literis verbisque à S. Matthæo compoſitum, quis poſteà in Græcum tranſtulerit, non ſatis certum eſt.* (2) Celeberrimi hujus *Monaſterii Conſtantinopolitani* τῆς περιβλέπτου paſſim fit mentio apud *Joannem Zonaram*, *Georgium Cedrenum*, *Nicephorum Gregoram*, *Georgium Codinum*, alioſque antiquos Scriptores Hiſtoriæ Byzantinæ.

κλικῶν τῶν ἑπτὰ οἰκουμενικῶν Συνόδων. Ἀναγκαῖον ἐστὶ, μέλλοντας ἡμᾶς χριστιανικῶν αἱρέσεων ἐπιμιμνῆσκειν, &c.

Quartò, & quidem à fol. 321 pag. 1 & 2, *ANONYMI* cujusdam Autoris Opuſculum *de ſeptem Conciliis Generalibus & de Provincialibus*, ſed maximâ parte poſteriori mutilum. Inſcribitur illud atque incipit hoc modo: Περὶ τῶν ἑπτὰ ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν Συνόδων καὶ περὶ τοπικῶν. Χρὴ γινώσκειν πάντα χριστιανὸν, ὅτι ἑπτὰ εἰσὶ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ Σύνοδοι· καὶ ἡ μὲν πρώτη γέγονεν ἐν Νικαίᾳ τῷ δωδεκάτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου, &c. Unde ſatis apparet, Opuſculum hoc diverſum eſſe à *Photii Synopſi hiſtoricâ ſeptem Conciliorum Generalium*, quæ *Epiſtolæ ipſius ad Michaëlem Principem Bulgariæ* inſerta eſt. Quâ de re vide Librum *tertium* Lambecianorum Commentariorum pag. *161* & *162*. Conſule etiam Bibliothecam Juris Canonici veteris, græcè & latinè à *Gulielmo Voëllo & Henrico Juſtello* Pariſiis A. *1661* duobus Tomis in folio editam, Tom. II. pag. *1141*, *1155* & *1161*.

XX.

VIGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis uno*, & olim ad *Joannem Sambucum* pertinuit. Continentur eo S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homiliæ in Evangelium S. Matthæi*, ab (1) Homiliâ *primâ*, cujus initium: Ἔδει μὲν ἡμᾶς μηδὲ δεῖσθαι τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων βοηθείας, &c. uſque ad Homiliam *quadrageſimam ſecundam*, cujus principium: Πάλιν ἑτέρως αὐτοὺς καταισχύνει, &c.

XXI.

VIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *ſexaginta ſeptem*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 10 pag. 2, *PHOTII Patriarchæ Conſtantinopolitani Liber de Voluntatibus in Chriſto, quæ vocantur Gnomicæ*. Ipſa tituli græci verba & principium Libri ſunt hæc: Φωτίου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως περὶ τῶν γνωμικῶν θελημάτων ἐπὶ Χριστοῦ λόγος. Περὶ γνωμικῶν θελημάτων ἐπὶ Χριστοῦ λόγος, πῆ μὲν ἐστὶ χαλεπὸς, πῆ δὲ ῥάδιος. διότι μὲν γὰρ οὐδεὶς, ὅσαγε ἐμὲ εἰδέναι, τῶν ἀξιολόγων καὶ θεοφρόνων Πατέρων, &c. Edidit quidem hunc *Photii* Librum *Petrus Stevartius* Leodienſis, Sacrarum Literarum in Academiâ Ingolſtadienſi Profeſſor, in Auctario Antiquæ Lectionis *Henrici Caniſii*, Ingolſtadii typis Ederianis A. 1616. in quarto edito, à pag. 437 uſque ad pag. 452, ſed tantùm *latinè* ſecundùm verſionem R. P. *Franciſci Turriani* è Societate JESU.

Secundò, & quidem à fol. 11 pag. 1, uſque ad fol. 17 pag. 2, *THOMÆ* (2) *Patriarchæ Hieroſolymitani Epiſtola adverſus Armenos hæreticos, à Theodoro Abucarâ Arabicè ſcripta, & à Michaele Syncello translata in linguam græcam*; cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ περιέχουσα τὴν ὀρθὴν καὶ ἀμώμητον πίστιν, μόνην ἀληθινὴν καὶ κατὰ τὸν ὅρον τῆς ἐν Χαλκη-

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* græcam editionem Savilianam Tom. II. à pag. 1. uſque ad pag. 276.

(2) In *Marquardi Freheri* Chronologiâ Juri Græco-Romano præfixâ refertur initium Patriarchatûs hujus *Thomæ* ad annum Chriſti 802.

Χαλκηδόνι συγκεκροτημένης Συνόδου τὸν περὶ τῆς εἰς Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν ὀρθῶς ἔχοντα λόγον πεμφθεῖσα παρὰ τοῦ μακαρίου Πάπα ΘΩΜΑ͂ Πατριάρχου Ἱεροσολύμων πρὸς τοὺς κατὰ τὴν Ἀρμενίαν αἱρετίζοντας, ἀραβιστὶ μὲν ὑπὸ ΘΕΟΔΩ'ΡΟΥ τοῦ τὸ ἐπίκλην ἈΒΟΥΚΑΡΑ͂, τοῦ Καρῶν Ἐπισκόπου, ὑπαγορευθεῖσα, διὰ δὲ ΜΙΧΑΗ'Λ πρεσβυτέρου καὶ ΣΥΓΓΕ'ΛΟΥ τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου μεταφρασθεῖσα, μεθ' οὗ καὶ ἀπέσταλται. Χριστὸς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν τῷ τῶν Ἀποστόλων ἔφη κορυφαίῳ Πέτρῳ· σὺ εἶ Πέτρος, ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ, &c. Tota hæc *Epiſtola* exſtat *græcè & latinè* inter *Theodori Abucaræ* varia contra Hæreticos, Judæos & Saracenos Opuſcula à R. P. *Jacobo Gretſero* S.I. cum *Anaſtaſii Sinaitæ* Ὁδηγῷ, ſive *Duce Viæ adverſus Acephalos*, conjunctim edita Ingolſtadii typis Adami Sartorii A. 1606, in quarto. Vide ibi pag. 428. Prodiit autem *Gretſeriana* illa editio ex Codice manuſcripto Bibliothecæ Sereniſſimi utriusque Bavariæ Ducis *Maximiliani*, ideòque haud inutile erit, eam cum hoc Codice MSto *Cæſareo* accuratè conferri.

Tertiò, & quidem à fol. 18 pag. 1, uſque ad fol. 24 pag. 2, *THEMISTII cognomento* Εὐφραδοῦς, *ſive Eloquentis Gratiarum actio ad Imp. Theodoſium Magnum ſive Seniorem, ob pacem A. C. 382. cum Athanarico & universâ gente Gothorum factam, & ob Conſulatum Saturnino Magiſtro Militum collatum in ſequentem A. 383*, quo is *Conſul* fuit cum *Merobaude*. Titulus hujus *Orationis*, omiſſis *Themiſtii* & *Imp. Theodoſii* nominibus, eſt talis: Χαριστήριος τῷ Αὐτοκράτορι ὑπὲρ τῆς εἰρήνης καὶ τῆς ὑπατείας τοῦ στρατηγοῦ Σατουρνίνου. Ipſa autem *Oratio* incipit his verbis: Πολλάκις ἐβουλευσάμην κατ' ἐμαυτὸν, ὅτι μοι καὶ τοῦ σώματος πεπονηκότος, καὶ τοῦ (1) γήρως ἐπιδιδόντος, &c. Edidit quidem R. P. *Dionyſius Petavius* S. I. *novendecim Themiſtii Orationes græcè & latinè*, Pariſiis typis Nivellianis, An. 1618. in quarto, ſed deeſt ibi hæc *Oratio*, de quâ in præſens agitur, éſtque, quod ſciam, hactenùs nondum edita. Vide, ſi lubet, plura apud CL. Lambecium Lib. V. Comment. pag. 14, 15. &c.

Quartò, & quidem à fol. 25 pag. 1, uſque ad fol. 26 pag. 1, *GENNADII SCHOLARII, Patriarchæ Conſtantinopolitani Expoſitio Vaticinii cujuſdam ſuppoſititii de Imperio Romano Orientali & de Imperio Turcico, quod traditur inſculptum fuiſſe lapidi marmoreo ſepulcri Imp. Conſtantini Magni.* Titulus ejus eſt ibi talis: Χρησμοὶ ΣΟΛΟΜΩ'ΝΤΟΣ καὶ ἑτέρων Σοφῶν. Ταῦτα τὰ γράμματα εὑρέθησαν ἐν λίθῳ μαρμαρίνῳ τοῦ τάφου τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου· ἐξηγήθη δὲ ταῦτα ὁ μέγας Πατριάρχης ΣΧΟΛΑ'ΡΙΟΣ. Ipſum autem *Vaticinium*, cum *Patriarchæ Gennadii Interpretatione interlineari*, incipit hoc modo:

ΤΠΤΤ ΙΔ ΗΒ Λ Τ
Τῇ πρώτῃ τῆς Ἰνδίκτου ἡ βασιλεία τοῦ
ΙΜΑ ΟΚΑ ΜΑΜ ΜΛ
Ἰσμαὴλ, ὁ καλούμενος Μωάμεθ, μέλλει
ΔΑΝΤΠΣ ΓΝ Τ ΠΑΟΑΓ
διανατρέψησειν γένος τῶν Παλαιολόγων.
Τ ΠΤΑΦ Κ ΤΣ
Τὴν ἑπτάλοφον κρατήσει, &c.

Meminit

(1) Produxit enim *Themiſtius* vitam ad extremam uſque ſenectutem, quippe qui jam ſub *Imp. Conſtantio* ad honores promotus eſt, ſub *Imp.* autem *Theodoſio Magno*, vel ſub filio ejus *Imp. Arcadio* obiit.

Meminit hujus *Vaticinii* & Expoſitionis Gennadianæ *Leo Allatius* in Diatribâ de *Georgiis* pag. 404. Plura vide apud CL. Lambecium Lib. V. Comment. pag. 15, 16.

Quintò, & quidem à fol. 26 pag. 2, uſque ad fol. 29 pag. 1, *THEOPHILI Presbyteri & Clerici Magnæ Eccleſiæ antiquæ Romæ Vaticinia, ex linguâ latinâ in græcam translata à Notario Joanne Rhyzano.* Ipſa tituli verba *græco-barbara* cum principio *primi Vaticinij* ſunt hæc: Ἕτεροι Χρησμοὶ ΘΕΟΦΙΛΟΥ πρεσβυτέρου κ̀ κληρικοῦ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας τῆς παλαιᾶς Ῥώμης μεταβληθέντες ἀπὸ ῥωμαϊκῆς εἰς τὴν ἑλλάδα διάλεκτον παρὰ νοταρίου κυροῦ ἸΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ῬΥΖΑΝΟΥ. Ἀναζήσεται σχίσμα ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, &c.

Sextò, & quidem à fol. 29 pag. 2, *APPENDIX græco-barbara præcedentium Vaticiniorum*, in quâ fit mentio *Oraculorum Imp. Leonis Sapientis*, ſimul & ſuprà memoratæ *Inſcriptionis Sepulcri Imp. Conſtantini Magni, cum Expoſitione Patriarchæ Gennadii Scholarii.* Principium ejus eſt: Ἐν τῇ Κωνσαντινουπόλει εὑρίσκεται κιόνας, &c. *Gennadij* autem mentio conſtat his verbis: ἅπινα ἐξηγήθηκεν ὁ θεῖος Πατριάρχης, ΣΧΟΛΑΡΙΟΣ ὁ ἅγιος, ΓΕΝΑΔΙΟΣ ὁ μέγας.

Septimò, & quidem à fol. 30 pag. 1, uſque ad fol. 33 pag. 2, *Imp. LEONIS*, cognomine *Sapientis* ſeu *Philoſophi*, *Oracula de Imperio Byzantino* ſive *Conſtantinopolitano*, quorum *primum* incipit: Τὴν ἐχθροποιὸν ἔνδοθεν κρύπτει πλάνην, &c. *ultimum* autem: Δέξαι τὸ δῶρον, μὴ κατόκνει μοι, γέρων, &c. Sunt autem hæc (1) eadem illa *Oracula*, quæ cum *Georgii Codini Originibus Conſtantinopolitanis* A. 1655 Lutetiæ Pariſiorum typis Regiis *græcè* & *latinè*, & cum antiquis *Figuris* æri inciſis, in folio à CL. Lambecio edita, & neceſſariis Annotationibus illuſtrata ſunt. Ibidem quoque fit mentio editionis eorundem *Oraculorum Italicæ.*

Octavò, & quidem à fol. 34 pag. 1, uſque ad fol. 63 pag. 2, *S. MAXIMI, Monachi & Martyris, Capitum de Theologiâ & Filii DEI in carne Oeconomiâ Centuria prima*, cujus principium: Εἷς Θεὸς ἄναρχος, ἀκατάληπτος, &c. *ſecunda*, quæ incipit: Εἷς Θεὸς, ὅτι μία θεότης, &c. Quod autem hæ *duæ Centuriæ* in Codice hoc MSto inſcribuntur: Ἑκατοντὰς πέμπτη & Ἑκατοντὰς ἕκτη, hoc eſt, *Centuria quinta* & *Centuria ſexta*, id fit reſpectu *quatuor Centuriarum* ejuſdem *S. Maximi de Charitate*, quippe quæ in pleriſque Codicibus MStis *Centuriis de Theologiâ & Filii DEI in carne Oeconomiâ* ſolent præfigi.

Nonò, & quidem à fol. 63 pag. 1, uſque ad fol. 67 ſive ultimum, *EJUSDEM Capita quindecim de Deitate & Incarnatione Domini noſtri JESU Chriſti*; quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Μαξίμου περὶ θεότητος καὶ ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Κεφάλαιον α΄. Ἓν ἐστι τὸ ὑπεράναρχον καὶ ὑπερούσιον ἀγαθὸν, &c.

(1) Eadem *Oracula* etiam *germanicè* edita ſunt, cum figuris æri inciſis, à Joanne Theodorico & Joanne Iſraele de Bry Francofurti An. 1597, in quarto, in Appendice Hiſtoriæ de Vitâ & rebus geſtis Pſeudo-Prophetæ *Muchamedis*, & de ejuſdem Succeſſoribus germanicè conſcriptæ, & elegantisſimis figuris æri inciſis illuſtratæ,

XXII.

VIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, elegans & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *quadringentis triginta*, & unus eſt ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homiliæ*, ſive *Orationes nonaginta in Evangelium S. Matthæi*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: (1) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον Ματθαῖον τὸν εὐαγγελιστήν. Λόγος α΄. Ἔδει μὲν ἡμᾶς μηδὲν δεῖσθαι τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων βοηθείας, &c. *nonageſima* autem ſive *ultima* hoc modo: Διὰ τούτους σὺν στρατιώταις ὁ σεισμὸς ἐκεῖνος ἐγένετο, &c. Eſt autem ultima hæc Oratio unico folio in fine mutila, & pertingit tantùm incluſivè, uſque ad hæc verba: (2) καὶ τὸ δὴ χαλεπώτερον, ὅτι καὶ εὐφραίνεσθε τῇ - - - . Notandum porrò eſt, jam memoratis *nonaginta Orationibus* in eodem Codice MSto, & quidem *ſeptem primis foliis*, præfixum eſſe *antiquum Græcum Indicem Ethicum*, omnium illarum Orationum *Argumenta moralia* ſummatim complectentem, & hactenùs, quod ego ſciam, nondum editum.

XXIII.

VIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis 623, & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo *Biblia Sacra Veteris & Novi Teſtamenti*, cum *antiquis Annotationibus marginalibus*. In principio deeſt unum folium uſque ad capitis ſecundi *Geneſeos* verſum vigeſimum primum, cujus verbis (3) καὶ ἀνεπλήρωσε σάρκα, ἀντ᾽ αὐτῆς Codex iſte nunc incipit. Similiter etiam *Apocalypſis* in fine eſt mutila, inde à ſeptimi verſûs Capitis vigeſimi his verbis: (4) λυθήσεται ὁ σατανᾶς ἐκ τῆς φυλακῆς αὐτοῦ.

XXIV.

VIGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis viginti novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſq; ad fol. 71, *Proverbia* SALOMONIS cum ampliſſimâ *Catenâ* ſive *Commentario*, ex variorum Sanctorum Patrum, aliorúmq; veterum Scriptorum Eccleſiaſticorum, Operibus collecto, cujus principium: Αἱ παροιμίαι περιέχουσι παίδευσιν ἠθῶν καὶ παθῶν ἐπανόρθωσιν, &c.

Secundò,

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* græcam editionem Savilianam Tom. II. à pag. 1, uſque ad pag. 554. (2) Vide ibid. pag. 552. (3) Hoc eſt ſecundùm verſionem vulgatam: *& replevit carnem pro ea.* (4) Hoc eſt ſec. verſ. vulg. *ſolvetur Satanas de carcere ſuo.*

Secundò, & quidem à fol. 72, uſque ad fol. 329, *ESAIAS Propheta*, cum ampliſſimâ *Catenâ*, ſive *Commentario*, ex variorum Sanctorum Patrum aliorúmque veterum Scriptorum Eccleſiaſticorum Operibus collecto, cujus principium: *Τοῦ ἁγιωτάτου Κυρίλλου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας εἰς τὸν Ἡσαΐαν προοίμιον. Ἀσυμφανὴς μὲν τῶν ἁγίων Προφητῶν ὁ λόγος*, &c.

Collector utriuſque hujus *Catenæ*, nempe tàm in *Proverbia Salomonis*, quàm in *Eſaiam*, fuit *ANDREAS* quidam *Presbyter*, uti videre eſt folio 329, ſive ultimo; quippè ubi *ſcriba*, qui totum hunc Codicem ſuâ manu exaravit, lectores rogat orare DEUM, ut in tremendo ultimi Judicii die miſereatur non ſolùm ſui, verùm etiam *Ἀνδρέου ἐλέει Θεοῦ Πρεσβυτέρου, τοῦ συναγαγόντος καὶ παραθεμένου τὰς ἐμφερομένας τῇ βίβλῳ ταύτῃ παραγραφάς*. *Tempus* autem, quo idem Codex exaratus eſt, indicatur folii 73 pag. 2, per fragmentum *Canonis Paſchalis*, ab anno Mundi, ſecundùm communem *Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ* ſupputationem 6744, hoc eſt, (1) anno Æræ Chriſtianæ 1236, uſque ad annum Mundi 6749, ſive annum Chriſti 1241.

XXV.

VIGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *centum & ſeptuaginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homiliæ viginti quatuor in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Epheſios*, quarum prima incipit: *Ἰδοὺ τὸ, διὰ, τῷ Πατρὶ δέδωκε*, &c. ultima autem: *Περιζωσάμενοι, φησι, τὴν ὀσφὺν ὑμῶν ἐν ἀληθείᾳ*, &c. Titulus totius Operis eſt ibi talis: *Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ἑρμηνεία εἰς τὴν πρὸς Ἐφεσίους ἐπιστολὴν τοῦ ἁγίου καὶ πανευφήμου Ἀποστόλου Παύλου ἐν λόγοις κδʹ.*

XXVI.

VIGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegans & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc *ducentis octoginta*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe propriâ manu teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *variæ* S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Orationes*; nempè:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 53, (2) *Orationes quinque περὶ ἀκαταλήπτου*, ſive, *de incomprehenſibili Naturâ DEI*, quarum (3) *ſecunda* in fine, *tertia* autem in principio eſt mutila.

(1) Si videlicet anni 5508, quot *Eccleſia Conſtantinopolitana* ab Orbe condito uſque ad initium vulgaris *Æræ Chriſtianæ* ſupputat, ſubtrahantur ab anno Mundi, ſecundùm eandem ſupputationem, ſexies *milleſimo ſeptingenteſimo quadrageſimo quarto*. (2) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* græcam editionem Savilianam Tom. VI. à pag. 389. uſque ad pag. 425. & editionem græco-latinam Frontonianam Tom. I. à pag. 328. uſque ad pag. 393. (3) Lacuna hæc exſtat inter fol. 19 & 20: Deeſt enim ibi unum folium.

Secundò, & quidem à fol. 53, uſque ad fol. 60, (1) *Oratio ſexta contra Anomœos de incomprehenſibili Dei Naturâ*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀκαταλήπτου πρὸς ἀνομοίους λόγους ς΄. Μίαν ὑμῖν διελέχθην ἡμέραν, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 60, uſque ad fol. 74, (2) *Oratio ſeptima contra Anomœos de incomprehenſibili Naturâ Dei*, cujus principium: Πάλιν ἱπποδρομίαι, &c.

Quartò, & quidem à fol. 74, uſque ad fol. 84, (3) *Oratio contra hæreticos & de petitione filiorum Zebedæi*, cujus principium: Ἐκ πολέμου χθὲς ἐπανήλθομεν, &c.

Quintò, & quidem à fol. 84, uſque ad fol. 139, (4) *Oratio ad eos, qui ſcandalizati fuerant propter adverſitates, quæ contigerant*; cujus principium: Ἰατρῶν μὲν παῖδες, &c.

Sextò, & quidem à fol. 140, uſque ad fol. 155, (5) *Oratio prima contra Judæos*, cujus principium: Ἐβουλόμην ὑμῖν ἀποδοῦναι, &c. Deeſt autem illud ibi, defectu unius folii, uſque ad hæc verba: (6) εἰ γὰρ οἱ ἐχθροὶ τῆς ἀληθείας, &c.

Septimò, & quidem à fol. 155, uſque ad fol. 165, (7) *Oratio ſecunda contra Judæos*, cujus principium: Πάλιν οἱ δείλαιοι, &c. Deeſt autem ibi finis ejus, ob defectum duorum foliorum, poſt hæc verba: (8) ὅταν ἀδελφὸν δέη διορ-.

Octavò, & quidem à fol. 166, uſque ad fol. 190, (9) *Oratio tertia contra Judæos*, cujus principium: Πόθεν ἡμῖν ἄρα πλείων, &c. Deeſt autem illud ibi, uſque ad hæc verba: ἔλαβε τὸ προοίμιον.

Nonò, & quidem à fol. 190, uſque ad fol. 204, (10) *Oratio quarta contra Judæos*, cujus principium: Τὰ θηρία ἕως μὲν τὰς ὕλας, &c.

Decimò, & quidem à fol. 204, uſque ad fol. 217, (11) *Oratio quinta contra Judæos*, cujus principium: Ἄρα κόρον ἐλάβετε, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 217, uſque ad fol. 234, (12) *Oratio ſexta contra Judæos*, cujus principium: Παρῆλθεν ἡ νηστεία τῶν Ἰουδαίων, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 234, uſque ad fol. 262, (13) *Oratio contra Judæos & Gentiles, quâ demonſtratur, Chriſtum eſſe Deum.* Principium ejus eſt hoc: Ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων, &c. Eſt autem hæc Oratio ibi tàm in medio, quàm in fine æquè mutila, ut in editione *Savilianâ* impreſsâ. Quare conſulenda eſt editio Frontoniana, quippè ubi eadem Oratio exſtat integra.

Decimo tertiò, & quidem fol. 263 & 264, *Fragmentum* (14) *Orationis ſecundæ in Oziam*, cujus principium: Χαίρω συντρέχοντας ὑμᾶς ὁρῶν, &c. à verbis οὐδὲν χρήσιμον ἔχει. τί λέγεις; ὁ Θεὸς φθέγγεται, καὶ σὺ τολμᾷς, &c. uſque ad totius Orationis finem.

Decimo

(1) Vide edit. Savil. Tom. VI. pag. 434. & edit. Fronton. Tom. I. pag. 787. Vide etiam ibid. Notas R. P. Frontonis Ducæi pag. 121. (2) Vide edit. Savil. Tom. VI. pag. 425. & edit. Fronton. Tom. I. pag. 404. (3) Vid. edit. Savil. Tom. V. pag. 206. & edit. Fronton. Tom. I. pag. 420. (4) Vid. edit. Savil. Tom. VII. pag. 1. & edit. Front. Tom. V. pag. 857. (5) Vid. edit. Savil. Tom. VI. pag. 366. & edit. Fronton. Tom. I. pag. 432. (6) Vid. edit. Front. Tom. I. pag. 433. & edit. Savil. Tom. VI. pag. 367. (7) Vide edit. Front. Tom. I. pag. 450. & edit. Savil. Tom. VI. pag. 312. (8) Vid. edit. Savil. Tom. VI. pag. 319. (9) Vide edit. Fronton. Tom. I. pag. 465. & edit. Savil. Tom. VI. pag. 320. (10) Vid. edit. Front. Tom. I. pag. 494. & edit. Savil. Tom. VI. pag. 336. (11) Vide edit. Fronton. Tom. I. pag. 510. & edit. Savil. Tom. VI. pag. 346. (12) Vide edit. Front. Tom. I. pag. 526. & edit. Savil. Tom. VI. pag. 354. (13) Vide edit. Savil. Tom. VI. pag. 622, 625 & 640. & edit. Front. Tom. V. pag. 822, 827, 828, 829 & 856. (14) Vide edit. Savil. Tom. V. pag. 134 & 137. & edit. Front. Tom. III. pag. 847 & 851.

Decimo quartò, & quidem à fol. 265, uſque ad fol. 273, (1) *Oratio in illud : Exaltatum eſt cor Oziæ*, cujus principium : Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, καὶ ἐπὶ τῆς γραφῆς τῆς ἡμετέρας ἐβλάστησαν μάρτυρες, &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 273, uſque ad fol. 280, (2) *Oratio in Seraphim*, cujus principium : Μόλις ποτὲ τὸ καὶ τὸν Ὀζίαν διεπλεύσαμεν πέλαγος, &c. Cæterùm quis pervetuſtum hunc Codicem, cujus omnes tituli eleganter & magnificè *aureis literis* exarati ſunt, ante *Augerium Busbeckium* poſſederit, indicatur ibi ſtatim in principio his verbis : Βιβλίον τῆς ἁγίας μονῆς Βήρας. Item fol. 10, pag. 1, hoc modo : Βιβλίον Βήρας μονῆς τῆς Κοσμοσωτείρας.

XXVII.

VIGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegantiſſimus & optimæ notæ, in *folio*, conſtàtque foliis *trecentis quindecim*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo S. GREGORII NAZIANZENI *Homiliæ ſedecim*: nempe: Prima *in Sanctum Paſcha, & in tarditatem*, quæ inſcribitur, atque incipit: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Ἐπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Θεολόγου εἰς τὸ Πάσχα, καὶ εἰς τὴν βραδυτῆτα. Ἀναστάσεως ἡμέρα, καὶ ἡ ἀρχὴ δεξιὰ, &c. Secunda, quæ eſt *ſecunda in Sanctum Paſcha*, & incipit: Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου στήσομαι, &c. Tertia *in Novam Dominicam, & S. Martyrem Mamantem* ; Quarta *in Sanctam Pentecoſten* ; Quinta *in Maccabæos* ; Sexta *in S. Cyprianum Martyrem* ; Septima *de ſuis Sermonibus, & ad Julianum tributorum exæquatorem* ; Octava *in Sanctam Chriſti Nativitatem* ; Nona *funebris in laudem S. Baſilii Magni* ; Decima *in Sancta Lumina*, ſive, *in Feſtum Epiphaniæ* ; Undecima *in Sanctum Baptiſma* ; Duodecima *in laudem S. Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini* ; Decima tertia *ad Gregorium Epiſcopum Nyſſenum, S. Baſilii Magni fratrem* ; Decima quarta *in præſentia centum quinquaginta Epiſcoporum* ; Decima quinta *in plagam grandinis*. Extat etiam in eodem Codice, & quidem fol. 60 pag. 2, ejuſdem *S. Gregorii Nazianzeni* Σημασία εἰς τὸν Ἰεζεκιὴλ, cujus principium : Νομίζομεν τὸν ἄνθρωπον, &c. ſed ſcripta ea eſt *minùs antiquâ manu*, eâdémque ſcripturâ adjuncta etiam ſunt nonnullis ſuprà memoratis Orationibus *anonymi cujuſdam Autoris ſcholia marginalia* ; quibus in margine *Orationis ſecundæ in Sanctum Paſcha*, fol. 10 & 11, *Fragmenta* quædam *veterum Patrum Græcorum* inſerta ſunt : nempe *S. Baſilii Magni* ex primâ & ſecundâ Oratione in Hexäemeron ; *S. Gregorii Nyſſeni* ex Sermone Catechetico ; *S. Joannis Chryſoſtomi* ; *S. Cæſarii*, fratris *S. Gregorii Nazianzeni*, ex Dialogis ; *Polychronii* in illud Jobi cap. 38, verſ. 7: Ὅτε ἐγεννήθησαν ἄστρα, ᾔνεσάν με μεγάλῃ φωνῇ πάντες ἄγγελοί μου, (3) καὶ ὕμνησαν· & *S. Baſilii, Seleuciæ in Iſauriâ Epiſcopi*, ex Oratione in principium Geneſeos, Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. Inſuta quoque ſunt eidem pervetuſto Codici membranaceo (4) *ſex folia chartacea*, quibus continetur *S. Baſilii Magni, Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi*, *Oratio in Chriſti natalem*, cujus titulus & principium : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας λόγος εἰς τὴν γενέθλιον τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· (5) Χριστοῦ γέννησις ἡ μὲν οἰκεία καὶ πρώτη, &c.

 VIGE-

(1) Vide edit. Savil. Tom. V. pag. 138. & edit. Front. Tom. III. pag. 854. (2) Vid. edit. Savil. Tom. V. pag. 155. & edit. Front. Tom. III. pag. 886. (3) Hæ duæ voces καὶ ὕμνησαν deſunt nunc in editione verſionis *Septuaginta* Interpretum *Romanâ* & *Pariſienſi*. (4) Nempe à fol. 101, uſque ad fol. 106. (5) Vide Operum *S. Baſilii Magni* editionem græco-latinam Pariſ. Tom. I. pag. 585.

XXVIII.

V*IGESIMUS OCTAVUS* Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *ſexaginta quatuor*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo LEONIS *Magiſtri*, *Proconſulis*, *Patricii* (1) *Myſtici*, *Epitome Expoſitionis variorum Patrum in Pentateuchum Moſaicum*, *in Librum Joſue*, *in Librum Judicum*, *in Librum Ruth*, & *in quatuor Libros Regum*. Ipſa verba græca, quibus *Epitome Expoſitionis in Geneſin* inſcribitur atque incipit, ſunt hæc: ΛΕΟΝΤΟΣ Μαγίστρου, Ἀνθυπάτου, Πατρικίου, καὶ Μυστικοῦ, Ἐπιτομὴ ἑρμηνείας εἰς τὴν Γένεσιν ἀπὸ διαφόρων Πατέρων. Οὐ παρέταχεν θεολογίαν ὁ Μωσῆς διὰ τὴν νηπιότητα αὐτῶν, &c. Inter varios autem illos Patres, ex quorum Operibus Expoſitiones hæ *à Leone* ſunt collectæ, præcipuum obtinet locum *Theodoretus Epiſcopus Cyrenſis*, utpote ex cujus *Queſtionibus* in ſuprà memoratos Veteris Teſtamenti Libros pleraque ad verbum deſcripta ſunt. Hoc enim inprimis apparet ex *Epitome Expoſitionis in Librum Ruth*, cujus titulus & principium: Εἰς τὴν Ῥούθ. Τί δήποτε τὸ κατὰ τὴν Ῥοὺθ συνεγράφη διήγημα; Πρῶτον μὲν διὰ τὸν Δεσπότην Χριστόν· ἐξ αὐτῆς γὰρ, &c. Item ex *Expoſitione in quatuor Libros Regum*, quæ ibi inſcribitur atque incipit hoc modo: Σχόλια εἰς τὰ ζητούμενα τῶν Βασιλειῶν. Πρόλογος. Ἐπειδὴ τῆς θείας χάριτος ἀπολαύσαντες, Μωυσέως τοῦ νομοθέτου τὰς βίβλους, καὶ Ἰησοῦ τοῦ προφήτου, καὶ τῶν κριτῶν, καὶ τῆς Ῥοὺθ ἑρμηνεύσαμεν, φέρε πάλιν, &c.

XXIX.

V*IGESIMUS NONUS* Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquiſſimus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque *ducentis quadraginta novem* foliis, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 61 pag. 1, *EUSEBII PAMPHILI*, Cæſareæ in Paleſtinâ Epiſcopi, *Libri quatuor Eclogarum Propheticarum de Chriſto*, Arianiſmo infecti, & hactenùs *inediti*, de quibus in Libro primo de Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Commentariorum ſatis prolixè egit CL. Lambecius pag. 139, 140, 141 & 142; ubi inter alia etiam indicavit, ultimo Libri *tertii* illarum Eclogarum Capiti inſertum eſſe inſigne *fragmentum ex Sexti Julii Africani*, vetuſtiſſimi Chriſtianorum Chronographi, *Libro quinto Chronographiæ*; & in fine Libri *quarti* earundem Eclogarum promitti ab Autore aliud quoque poſteà edendum Opus *adverſus Hæreſes atheas*.

Secundò, & quidem à fol. 61 pag. 2, uſque ad fol. 141 pag. 2, *JOANNIS PHILOPONI Libri* (2) *ſeptem in Hexaëmeron*, ſive, *in Caput primum Geneſeos de Creatione Mundi*, quos R. P. *Balthaſar Corderius*, Soc. JESU Theologus, ex vetuſtiſſimo hoc Codice *Cæſareo* græcè & latinè primùm in lucem edidit Vindobonæ typis Gregorii Gelbhaar A. 1630 in 4to.

Tertiò

(1) De Dignitate & Officio *Myſtici* in Aulâ Imperiali Conſtantinopolitanâ vide Lib. III. Lambecianorum Commentarior. pag. 56. (2) Horum *primus* inſcribitur atque incipit ibi hoc modo: τῶν εἰς τὴν μωυσέως κοσμογονίαν ἐξηγητικῶν λόγος πρῶτος. Πολὺς μὲν ἡμῖν περὶ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 142 pag. 1, uſque ad fol. 146 pag. 1, EJUSDEM *Diſputatio* (1) *de tempore celebrandi Paſchatis*, quam R. P. *Corderius* itidem ex antiquiſſimo hoc Codice *Cæſareo* græcè & latinè primùm edidit, tanquam Appendicem præcedentis Operis in *Hexaëmeron*.

Quartò, & quidem à fol. 146 pag. 2, uſque ad fol. 154 pag. 2, PHILONIS HEBRÆI *Liber* (2) *de creatione Mundi*, *ſecundùm traditionem Moyſis*, cui præfixus eſt hic titulus:

ΤΑ'ΔΕ 'ΕΝΕΣΤΙΝ ΦΙ'ΛΩΝΟΣ.

Περὶ τῆς κατὰ Μωυσέα κοσμοποιΐας·

(3) Τῶν ἐν Γενέσει ζητημάτων καὶ λύσεων· α', β', γ', δ', ε', (4) ς'·

(4) Τῶν ἐν Ἐξόδῳ ζητημάτων καὶ λύσεων· β' καὶ ε'·

Περὶ τῶν τοῦ δοκησισόφου Κάϊν ἐγγόνων καὶ ὡς μετανάστης γίγνεται· (5) ιβ'·

Περὶ τῶν δέκα λογίων·

Περὶ τῶν ἀναφερομένων ἐν εἴδει νόμων εἰς β' γένη τῶν δέκα λογίων τὸ ς' καὶ ζ'. τό τε κατὰ μοιχῶν καὶ παντὸς ἀκολάστου, καὶ τὸ κατὰ ἀνδροφόνων καὶ πάσης βίας (6) καὶ τὸ η', καὶ θ', καὶ ι', τὸ περὶ τοῦ μὴ κλέπτειν, καὶ ψευδομαρτυρεῖν, καὶ μὴ ἐπιθυμεῖν, καὶ περὶ τῶν εἰς ἕκαστον ἀναφερομένων, καὶ περὶ δικαιοσύνης, ἣ πᾶσι τοῖς δέκα λογίοις ἐφαρμόζει· ὅ ἐστιν τῆς ὅλης συντάξεως.

Quamvis autem hic *Titulus* ſive *Index* tàm multa promittat, tantùm tamen abeſt, ut *omnia* illa ibi extent *Opuſcula*, ut ne *primum* quidem eorum ſit integrum. Pertingit enim illud tantùm uſque ad hæc verba, ἡ δὲ, τῆς ἑβδομάδος ἐκτὸς ἀριθμὸς, οὐ πάντως ἀρχὴ μονάδος κατὰ τὸν διπλασίους, quæ extant in editione omnium Operum *Philonis* græco-latinâ, Lutetiæ Pariſiorum A. 1640, in folio impreſsâ, paginâ *vigeſimâ*. Reliqua verò ejusdem Libri pars, unà cum cæteris ſuprà memoratis Opuſculis, omninò ibi deficit.

Quintò, & quidem à fol. 155, uſque ad fol. 249, S. CYRILLI, *Epiſcopi Hieroſolymitani*, *Catecheſes tàm extemporaneæ ad illuminatos*, *quàm Myſtagogicæ ad recens baptizatos*. Earum *prima* inſcribitur atque incipit ibi hoc modo: Κυρίλλου Ἐπισκόπου Ἱεροσολύμων Κατήχησις α' βαπτιζομένων ἐν Ἱεροσολύμοις σχεδιασθεῖσα εἰσαγωγικὴ τοῖς προσελθοῦσιν, καὶ ἀνάγνωσις ἐκ τοῦ Ἡσαΐου· Λούσασθε καθαροὶ γίνεσθε, ἀφέλετε τὰς πονηρίας ἀπὸ τῶν ψυχῶν ὑμῶν ἀπέναντι τῶν ὀφθαλμῶν μου, καὶ τὰ ἑξῆς. Καινῆς διαθήκης μαθηταὶ, καὶ Χριστοῦ μυστηρίων κοινωνοὶ, &c. Obſervatu nempe digniſſimum hîc eſt, in antiquiſſimo hoc & optimæ notæ membranaceo Codice MSto *Cæſareo Catecheſes* illas tàm *Illuminatorum*, quàm *Myſtagogicas*, manifeſtiſſimo & prorsùs incorrupto teſtimonio, attribui *S. Cyrillo Epiſcopo Hieroſolymitano*. Fruſtrà enim hoc Hæretici Calviniani *Robertus Cocus* & *Andreas Rivetus* in dubium vocare auſi ſunt; quâ de re inprimis conſulendus eſt R. P. *Philippi*

(1) Incipit ea ibi his verbis: Ἐζήτηται περὶ τοῦ δείπνου τοῦ δεσποτικοῦ, &c. (2) Incipit is ibi his verbis: τῶν ἄλλων νομοθετῶν, οἱ μὲν ἀκαλλώπιστα, &c. (3) Opuſculum hoc *Philonis*, Quæſtiones ex *Geneſi* cum Solutionibus ſuis continens, & ſequens ejusdem generis Opuſculum ex *Exodo*, nec non tertium Opuſculum de *Caini poſteris*, deſunt in omnium, quæ nunc extant, Operum *Philonis* editione græco-latinâ Pariſienſi, A. 1640, in folio. Primum autem eorundem trium Opuſculorum extat tantùm latinè in *Micropresbytico*, ab Henrico Petri Baſileæ, A. 1550 edito in folio. Vide ibi pag. 340. (4) Libri *primi* Commentariorum Lambecianorum paginâ 143, non ſolùm hic numerus ς' perperàm omiſſus eſt, verùm etiam tota ſequentis Opuſculi Inſcriptio: τῶν ἐν Ἐξόδῳ ζητημάτων καὶ λύσεων· β' καὶ ε'. (5) Hic numerus ιβ'. perperàm omiſſus eſt pag. 143 Libri *primi* Lambecianorum Commentariorum. (6) Cætera, quæ hîc ſequuntur uſque ad vocem συντάξεως, deſunt in ſuprà memoratâ Operum *Philonis* editione Pariſinâ. Vide ibi pag. 776.

Philippi Labbæi Tomus primus Diſſertationis Hiſtoricæ & Philologicæ de Scriptoribus Eccleſiaſticis, ubi de *S. Cyrillo Hieroſolymitano* agitur. Vide inſuper etiam ipſas illas *Catecheſes*, ſtudio & operâ *Joannis Prevotii Burdegalenſis*, cum latinâ Interpretatione *Joannis Grodecii*, *Decani Glogovienſis*, græcè editas Lutetiæ Pariſiorum apud Claudium Morellum A. 1608 in 4to. Haud infructuoſum enim erit, ut editio illa *Pariſina* cum præſtantiſſimo hoc Codice MSto *Cæſareo* accuratè conferatur.

XXX.

TRIGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegantiſſimus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis ſeptuaginta novem*, & ad *Marcum Mamunam Cretenſem*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo S. GREGORII NAZIANZENI *Orationes triginta*, cum præfixo *æquè antiquo Indice*: nempe Prima, quæ eſt *prima de Pace, poſt reconciliationem Monachorum*; Secunda, quæ eſt *ſecunda de Pace*; Tertia, *Apologetica ad Patrem ſuum & S. Baſilium Magnum, quando Epiſcopus Saſimorum ordinatus eſt*; Quarta, quæ eſt *Apologetica ad eoſdem, poſt reditum ex fugâ*; Quinta *ad S. Gregorium, Epiſcopum Nyſſenum*; Sexta *de ſeipſo & de Sene, cùm Pater ipſi commiſiſſet curam Eccleſiæ Nazianzenæ*; Septima *funebris in laudem Patris ſui Gregorii Nazianzeni*; Octava *de Sermonibus ſuis, & ad Julianum tributorum exæquatorem*; Nona *ad Cives Nazianzenos, gravi timore perculſos, & ad Præſidem iraſcentem*; Decima *in Maccabæos*; Undecima *ad eos, qui ipſum primùm vocaverant, & poſteà non venerant, quando Presbyter ordinatus eſt*; Duodecima *funebris in laudem fratris ſui Cæſarii*; Decima tertia *funebris in laudem ſororis ſuæ Gorgoniæ*; Decima quarta *habita in portu ad eos, qui ex Ægypto venerant*; Decima quinta *de dogmate & conſtitutione Epiſcoporum*; Decima ſexta, quæ eſt *ſecunda de Theologiâ*; Decima ſeptima *in laudem Heronis*, vel, ſecundùm *S. Hieronymum*, *Maximi*, *Philoſophi Alexandrini*; Decima octava, quæ eſt *prima de Theologiâ*, & continet *Præludium diſputationis adverſus Eunomianos*; Decima nona, quæ eſt *tertia de Pace*; Vigeſima *de modeſtiâ in diſputationibus ſervandâ*; Vigeſima prima *cùm poſt ea, quæ à Maximo perpetrata fuerant, rure in Urbem rediiſſet*; Vigeſima ſecunda, quæ eſt *Epiſtola prima ad Cledonium*; Vigeſima tertia, quæ eſt *Epiſtola ſecunda ad Cledonium*; Vigeſima quarta, quæ eſt *Epiſtola ad Nectarium, Epiſcopum Conſtantinopolitanum*; Vigeſima quinta *in verba Evangelii S. Matthæi*; *Cum conſummaſſet JESUS ſermones iſtos, migravit à Galilæâ*, &c; Vigeſima ſexta *de ordinatione Eulalij, Epiſcopi Doarenſium*; Vigeſima ſeptima *adhortatoria ad Virginem*, quæ re verâ eſt *Carmen trochaicum tetrametrum catalectum*; Vigeſima octava, *ad Evagrium Monachum, de Divinitate*; Vigeſima nona *in Ezechielem*; Trigeſima, quæ eſt *Metaphraſis in Eccleſiaſten*, nec *à S. Gregorio Thaumaturgo* compoſita eſt. Subjungitur demùm jam memoratæ *Metaphraſi*, & quidem ducenteſimo ſeptuageſimo nono ejuſdem Codicis folio, *Vita S. Gregorii Nazianzeni*, cujus principium: Συγκαλεῖ μὲν ἡμᾶς, ὦ Ἄνδρες, &c. ſed ob defectum ſequentium foliorum pertingit ea tantùm incluſivè, uſque ad hæc verba: Ἀλλὰ πρῶτον μὲν οὐχ' οἷόν τε ἦν ἀντιλέγειν τιμίῳ γεννήτορι, τούτῳ δὴ - - -

XXXI.

TRIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *rariſſimus* & antiquiſſimus, *membranaceus, purpureus, aureis & argenteis literis majuſculis* abſque *accentibus & diſtinctione vocum*, ante *mille & trecentos* annos exaratus, in *folio*, conſtátque foliis *viginti ſex*; quorum *viginti quatuor* prioribus continentur Fragmenta *Geneſeos*, ſive Libri primi Hiſtoriæ Moſaicæ, exornata quadraginta octo æquè vetuſtis Picturis; quarum beneficio cùm aliæ variæ Antiquitates tàm ſacræ, quàm profanæ, tùm inprimis *Romæ ſubterraneæ* Imagines, & magna pars *Rei Veſtiariæ*, apud diverſas Gentes antiquitùs uſitatæ, plurimùm poſſunt illuſtrari.

Notandum autem eſt *primò*, ſcripturam vetuſtiſſimi hujus Codicis MSti lectu longè difficillimam eſſe, non tantùm quod totus contextus ſine *accentibus* atque *diſtinctione* ſingularum vocum ſcriptus ſit, ſed etiam propter *literas* longinquitate temporis partim *obſcuratas*, partim miſerè *exeſas*, & ob pellucentem averſæ paginæ ſcripturam vix ampliùs cognoſcibiles.

Notandum *ſecundò* eſt, *Picturas*, quæ ſingulis *Fragmentis* ſubjunctæ ſunt, ejus eſſe generis, quæ vulgò appellantur *Miniaturæ*, earúmque colores non oleo, ſed tantùm aquâ, gummique eſſe temperatos.

Notandum *tertiò* eſt, omnes *quadraginta octo Tabulas* conjunctim hîc publicari, nempè in fine hujus Codicis, quæ licet non ſatis artificioſæ, ſed ſimplicitatem *primitivæ Eccleſiæ Chriſtianæ*, qualis illa circa ætatem Imp. *Conſtantini Magni* fuit, ruditate ſuâ referant, doctis tamen & piis talium Antiquitatum æſtimatoribus, ſine dubio, nec minùs jucundæ, nec minùs utiles erunt, quàm illæ æquè rudes, quarum vetuſtate gloriatur *Roma ſubterranea*. Quænam autem *Fragmenta Geneſeos* contineantur *viginti quatuor prioribus foliis* hujus MSti membranacei, brevibus accipe:

Folii nempè *primi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *tertii* Geneſeos, à verſûs quarti verbis, (1) *καὶ εἶπεν ὁ ὄφις τῇ γυναικὶ*, hoc eſt, (2) *& dixit ſerpens mulieri*, uſque ad verſûs 13 verba, *ὁ ὄφις ἠπάτησέ με καὶ ἔφαγον*, hoc eſt, *ſerpens ſeduxit me, & manducavi.*

Ejuſdem folii *primi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *tertii* Geneſeos, à verſu 14, Καὶ εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς τῷ ὄφει, hoc eſt: *Et dixit Dominus DEUS ſerpenti.*

Folii *ſecundi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *ſeptimi* Geneſeos, à verſu 19: Τὸ δὲ ὕδωρ ἐπεκράτει σφόδρα σφόδρα ἐπὶ τῆς γῆς, hoc eſt: *Aqua autem ſuperabat valdè valdè ſuper terram*, uſq; ad capitis *octavi* verſum tertium, *καὶ ἐνεδίδου τὸ ὕδωρ πορευόμενον ἀπὸ τῆς γῆς*, hoc eſt: *Et cedebat aqua vadens à terrâ.*

Ejuſdem folii *ſecundi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *octavi* Geneſeos à verſu 14: Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ μηνὶ ἐξηράνθη ἡ γῆ, hoc eſt: *In ſecundo autem menſe ſiccata eſt terra*, uſque ad verſûs vigeſimi verba: *καὶ ἀνήνεγκεν εἰς ὁλοκάρπωσιν ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον*, hoc eſt: *Et obtulit in holocarpoſin ſuper altare.*

(1) Secundùm verſionem græcam *Septuaginta Interpretum*. (2) Secundùm translationem latinam *ad verbum*, quæ adjuncta eſt græcæ *Septuaginta Interpretum* verſioni, editæ à *Joanne Morino* Bleſenſi, Pariſiis anno 1628, duobus Tomis in folio.

Folii *tertii* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *noni* Geneſeos à verſu 8: καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς τῷ Νῶε καὶ τοῖς υἱοῖς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ, hoc eſt : *Et dixit DEUS Noe & filiis ejus cum eo*, uſque ad verſûs decimi quinti verba : καὶ μνησθήσομαι τῆς διαθήκης μου, ἥ ἐστιν ἀνὰ μέσον ἐμοῦ καὶ ὑμῶν, hoc eſt : *Et memor ero teſtamenti mei, quod eſt inter Me & vos.*

Ejuſdem folii *tertii* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *noni* Geneſeos, à verſu 20 : καὶ ἤρξατο Νῶε ἄνθρωπος γεωργὸς γῆς, hoc eſt : *Et cœpit Noe homo agricola eſſe terræ*, uſque ad verſûs vigeſimi ſeptimi verba : καὶ γενηθήτω Χαναὰν παῖς αὐτοῦ, hoc eſt: *Et fiat Chanaan filius ejus.*

Folii *quarti* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *decimi quarti* Geneſeos, à verſu decimo ſeptimo : Ἐξῆλθεν δὲ Βασιλεὺς Σοδόμων εἰς συνάντησιν αὐτῷ, hoc eſt: *Egreſſus autem eſt Rex Sodomorum in occurſum ei* , uſque ad verſûs vigeſimi verba : καὶ ἔδωκεν αὐτῷ Ἄβραμ δεκάτην ἀπὸ πάντων, hoc eſt : *Et dedit Abram decimam de omnibus.*

Ejusdem folii *quarti* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *decimi quinti* Geneſeos, à verſu primo : Μετὰ δὲ τὰ ῥήματα ταῦτα ἐγενήθη ῥῆμα Κυρίου πρὸς Ἄβραμ, hoc eſt : *Poſt hæc verba factum eſt verbum Domini ad Abram in viſu*, uſque ad verſûs quinti verba : οὕτως ἔσται τὸ σπέρμα σου, hoc eſt: *Sic erit ſemen tuum.*

Folii *quinti* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *decimi noni* Geneſeos, à verſu duodecimo : Εἶπαν δὲ οἱ ἄνδρες πρὸς τὸν Λώτ, hoc eſt : *Dixerunt autem viri ad Lot*, uſque ad verſûs vigeſimi ſexti verba : καὶ ἐγένετο στήλη ἁλός, hoc eſt : *Et facta eſt ſtatua ſalis.*

Ejuſdem folii *quinti* paginâ *ſecundâ* continentur fragmentum Capitis *decimi noni* Geneſeos, à verſu vigeſimo nono : καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐκτρῖψαι τὸν Θεὸν πάσας τὰς πόλεις τῆς περιοίκου, hoc eſt : *Et factum eſt, cùm diſperderet DEUS omnes civitates vicinas*, uſque ad verſûs trigeſimi quinti verba : καὶ ἐκοιμήθη μετ' αὐτοῦ ἡ νεωτέρα, hoc eſt : *Et dormivit cum eo junior.*

Folii *ſexti* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *vigeſimi ſecundi* Geneſeos, à verſu decimo quinto : καὶ ἐκάλεσεν ἄγγελος Κυρίου τὸν Ἀβραὰμ δεύτερον ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, hoc eſt : *Et vocavit Angelus Domini Abraham ſecundùm de Cœlo*, uſque ad verſûs decimi noni verba : καὶ κατῴκησεν Ἀβραὰμ ἐπὶ τὸ φρέαρ τοῦ ὅρκου, hoc eſt : *Et habitavit Abraham ad puteum juramenti.*

Ejuſdem folii *ſexti* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *vigeſimi quarti* Geneſeos, à verſu primo : καὶ Ἀβραὰμ ἦν πρεσβύτερος προβεβηκὼς ἡμερῶν, hoc eſt: *Et Abraham erat ſenior provectus diebus*, uſque ad verſûs undecimi verba : καὶ ἐκοίμισε τὰς καμήλους ἔξω τῆς πόλεως παρὰ τὸ φρέαρ τοῦ ὕδατος, hoc eſt : *Et fecit recumbere camelos extra civitatem juxta puteum aquæ.*

Folii *ſeptimi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *vigeſimi quarti* Geneſeos, à verſûs decimi quinti verbis : καὶ ἰδοὺ Ῥεβέκκα ἐξεπορεύετο ἡ τεχθεῖσα Βαθουήλ, hoc eſt : *Et ecce Rebecca egrediebatur, quæ nata erat Bathuel* , uſque ad verſûs vigeſimi verba : καὶ ὑδρεύσατο πάσαις ταῖς καμήλοις, hoc eſt : *Et hauſit aquam omnibus Camelis.*

Ejuſdem

Ejuſdem folii *ſeptimi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *vigeſimi quarti* Geneſeos, à verſu 22: Ἐγένετο δὲ, ἡνίκα ἐπαύσαντο πᾶσαι αἱ κάμηλοι πίνουσαι, hoc eſt: *Factum eſt autem, poſtquam ceſſârunt omnes cameli bibentes*, uſque ad verſûs trigeſimi primi verba: ἐγὼ δὲ ἡτοίμασα τὴν οἰκίαν καὶ τόπον ταῖς καμήλοις, hoc eſt: *Ego autem paravi domum & locum camelis.*

Folii *octavi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *vigeſimi quinti* Geneſeos, à verſu vigeſimo ſeptimo: Ηὐξήθησαν δὲ οἱ νεανίσκοι, καὶ ἦν Ἡσαῦ ἄνθρωπος εἰδὼς κυνηγεῖν, hoc eſt: *Creverunt autem juvenes, & erat Eſau homo ſciens venari*, uſque ad verſûs trigeſimi quarti verba: καὶ ἐφαύλισεν Ἡσαῦ τὰ πρωτοτόκια, hoc eſt: *Et contempſit Eſau primogenita.*

Ejuſdem folii *octavi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *vigeſimi ſeptimi* Geneſeos, à verſu ſexto: Κατῴκησε δὲ Ἰσαὰκ ἐν Γεράροις, hoc eſt: *Habitavit autem Iſaac in Geraris*, uſque ad verſûs undecimi verba: πᾶς ὁ ἁψάμενος τοῦ ἀνθρώπου τούτου καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, θανάτῳ ἔνοχος ἔσται, hoc eſt: *Omnis, qui tetigerit hominem hunc & uxorem ejus, morti obnoxius erit.*

Folii *noni* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi* Geneſeos, à verſûs trigeſimi verbis: καὶ εὐλόγησέ σε κύριος ὁ Θεὸς ἐπὶ τῷ ποδί μου, hoc eſt: *Et benedixit te Dominus Deus in pede meo*, uſque ad verſûs trigeſimi quarti verba: ἔστω κατὰ τὸ ῥῆμά σου, hoc eſt: *Sit juxta verbum tuum.*

Ejusdem folii *noni* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi* Geneſeos, à verſu 35: καὶ διέστειλεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ τοὺς τράγους τοὺς ῥαντοὺς, hoc eſt: *Et ſeparavit in die illâ hircos ſparſos*, uſque ad verſûs trigeſimi ſeptimi verba: ὃ ἐλέπισε, ποικίλον, hoc eſt: *Quod decorticaverat, varium.*

Folii *decimi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi primi* Geneſeos, à verſu 25: Ἰακὼβ δὲ ἔπηξε τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἐν τῷ ὄρει, hoc eſt: *Jacob autem fixit tabernaculum ſuum in monte*, uſque ad verſûs trigeſimi verba: ἵνα τί ἔκλεψας τοὺς θεούς μου, hoc eſt: *Ut quid furatus es Deos meos?*

Ejuſdem folii *decimi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi primi* Geneſeos, à verſu 31: Ἀποκριθεὶς δὲ Ἰακὼβ εἶπε τῷ Λάβαν, hoc eſt: *Reſpondens autem Jacob dixit ad Laban*, uſque ad verſûs trigeſimi quarti verba: καὶ ἐπεκάθισεν αὐτοῖς, hoc eſt: *Et inſederat eis.*

Folii *undecimi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi ſecundi* Geneſeos, à verſu ſexto: καὶ ἀνέστρεψαν οἱ ἄγγελοι πρὸς Ἰακὼβ, hoc eſt: *Et reverterunt nuncii ad Jacob*, uſq; ad verſûs octavi verba: ἔσται ἡ παρεμβολὴ ἡ δευτέρα εἰς τὸ σώζεσθαι, hoc eſt: *Erunt caſtra ſecunda in ſalutem.*

Ejuſdem folii *undecimi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi ſecundi* Geneſeos, à verſûs 13 verbis: καὶ ἔλαβεν ὧν ἔφερεν δῶρα, hoc eſt: *Et ſumpſit de his, quæ ferebat, dona*, uſque ad verſûs 18 verba: δῶρα ἀπέσταλκε τῷ κυρίῳ μου Ἡσαῦ, hoc eſt: *munera miſit Domino meo Eſau.*

Folii *duodecimi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi ſecundi* Geneſeos, à verſûs vigeſimi ſecundi verbis: ἀναστὰς δὲ τὴν νύκτα ἐκείνην, ἔλαβε τὰς δύο γυναῖκας, hoc eſt: *Surgens autem nocte illâ, accepit duas uxores*, uſque ad verſûs vigeſimi octavi verba: καὶ μετὰ ἀνθρώπων δυνατὸς ἔσῃ, hoc eſt: *Et cum hominibus potens eris.*

Ejuſdem folii *duodecimi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi ſecundi* Geneſeos, à verſu 29: Ἠρώτησεν δὲ αὐτὸν Ἰακὼβ, καὶ εἶπεν, hoc eſt: *Interrogavit autem eum Jacob, & dixit*, uſque ad *finem* totius Capitis.

Folii *decimi tertii* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi quinti* Geneſeos, à verſu primo: Εἶπε δὲ ὁ Θεὸς πρὸς Ἰακὼβ· ἀναστὰς, ἀνάβηθι εἰς τὸν τόπον Βεθὴλ, hoc eſt: *Dixit autem DEUS ad Jacob: Surgens aſcende in locum Bethel*, uſque ad verſûs quarti verba: καὶ ἀπώλεσεν αὐτὰ ἐκεῖ, hoc eſt: *Et perdidit ea illic.*

Ejuſdem folii *decimi tertii* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi quinti*, à verſu octavo: Ἀπέθανε δὲ Δεβόρρα ἡ τροφὸς Ῥεβέκκας, hoc eſt: *Mortua eſt autem Deborra nutrix Rebeccæ*, uſque ad verſûs vigeſimi verba: αὕτη ἐστὶν ἡ στήλη ἐπὶ τοῦ μνημείου Ῥαχὴλ ἕως τῆς ἡμέρας ταύτης, hoc eſt: *Hic eſt titulus ſuper monumentum Rachel uſque ad hanc diem*.

Folii *decimi quarti* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi quinti* Geneſeos, à verſu 28: Ἐγένοντο δὲ αἱ ἡμέραι Ἰσαὰκ, ἃς ἔζησεν, hoc eſt: *Fuerunt autem dies Iſaac, quos vixit*, uſque ad *finem* totius Capitis; & porrò fragmentum Capitis *trigeſimi ſeptimi*, à verſu primo: Κατῴκει δὲ Ἰακὼβ ἐν τῇ γῇ, οὗ παρῴκησεν ὁ πατὴρ αὐτοῦ ἐν γῇ Χαναὰν, hoc eſt: *Habitavit autem Jacob in terrâ, ubi habitaverat pater ejus in terrâ Chanaan*, uſque ad verſûs quarti principium: Ἰδόντες δὲ, hoc eſt: *Videntes autem.*

Ejuſdem folii *decimi quarti* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi ſeptimi*, à verſûs quarti verbis: οἱ ἀδελφοὶ, ὅτι αὐτὸν ὁ πατὴρ φιλεῖ, hoc eſt: *Fratres ejus, quòd eum pater amat*, uſque ad verſûs octavi verba: καὶ προσέθεντο ἔτι μισεῖν αὐτὸν ἕνεκεν τῶν ἐνυπνίων αὐτοῦ, καὶ ἕνεκεν τῶν ῥημάτων αὐτοῦ, hoc eſt: *Et adjecerunt adhuc odio habere illum propter ſomnia ejus, & propter verba ejus.*

Folii *decimi quinti* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi ſeptimi* Geneſeos, à verſu nono: Εἶδε δὲ ἐνύπνιον ἕτερον, hoc eſt: *Vidit autem ſomnium aliud*, uſque ad finem verſûs 13, & principium verſûs 14: ἰδοὺ ἐγώ. Εἶπεν δὲ, hoc eſt: *Ecce ego. Dixit autem*.

Ejuſdem folii *decimi quinti* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi ſeptimi* Geneſeos, à verſûs decimi quarti verbis: αὐτῷ Ἰσραήλ· πορευθεὶς ἴδε, εἰ ὑγιαίνουσιν οἱ ἀδελφοί σου, hoc eſt: *Ei Iſraël: Vadens vide, ſi valent fratres tui*, uſque ad verſûs 19 principium (1). Εἶπαν δὲ ἕκαστος, hoc eſt: *Dixerunt autem unusquisque.*

Folii *decimi ſexti* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi noni* Geneſeos, à verſûs noni verbis: ἀπ' ἐμοῦ, οὐδὲν πλὴν σοῦ, διὰ τὸ σὲ γυναῖκα αὐτοῦ εἶναι, hoc eſt: *A me, nihil præter te, quia tu uxor illius es*, uſque ad verſûs duodecimi verba: ἔφυγε καὶ ἐξῆλθεν ἔξω, hoc eſt: *Fugit, & exivit foras.*

Ejuſdem folii *decimi ſexti* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *trigeſimi noni* Geneſeos, à verſu 14: Καὶ ἐκάλεσε τοὺς ὄντας ἐν τῇ οἰκίᾳ, hoc eſt: *Et vocavit eos, qui erant in domo*, uſque ad verſûs decimi octavi verba: καταλιπὼν τὰ ἱμάτια αὐτοῦ παρ' ἐμοὶ ἔφυγε, καὶ ἐξῆλθεν ἔξω, hoc eſt: *Relictis veſtimentis ſuis apud me, fugit, & exiit foras.*

Folii *decimi ſeptimi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi* Geneſeos, à verſûs decimi quarti verbis: ἐκ τοῦ ὀχυρώματος τούτου, hoc eſt: *De cuſtodiâ hâc,*

(1) Ita ibi ſcriptum eſt pro Εἶπε δὲ ἕκαστος, uti legitur in edit. Rom. & Pariſ.

hâc, uſque ad verſûs decimi noni verba: καὶ φάγεται τὰ ὄρνεα, hoc eſt: *Et comedent aves.*

Ejuſdem folii *decimi ſeptimi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi* Geneſeos, à verſûs decimi noni verbis: τῦ ὀρανῦ τὰς σάρκας σῦ ἀπὸ σῦ, hoc eſt: *Cœli carnes tuas à te*, uſque ad Capitis quadrageſimi primi verſum primum: καὶ ἰδὲ ὥσπερ ἐκ τῦ ποταμῦ, hoc eſt: *Et ecce quaſi de flumine.*

Folii *decimi octavi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi primi* Geneſeos, à verſûs vigeſimi primi verbis: καὶ αἱ ὄψεις αὐτῶν αἰσχραὶ, hoc eſt: *Et aſpectus earum turpes*, uſque ad verſum 27: Καὶ αἱ ἑπλὰ, hoc eſt: *Et ſeptem.*

Ejuſdem folii *decimi octavi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi primi* Geneſeos, à verſûs vigeſimi ſeptimi verbis: βόες αἱ λεπλαὶ αἱ ἀναβαίνυσαι ὀπίσω αὐτῶν, hoc eſt: *Boves graciles, aſcendentes poſt eas*, uſque ad verſûs trigeſimi ſecundi verba: ἀληθὲς ἔςαι τὸ ῥῆμα τὸ παρὰ τῦ Θεῦ· καὶ ταχυνεῖ ὁ Θεὸς, hoc eſt: *Verum erit verbum, quod à DEO; & feſtinabit DEUS.*

Folii *decimi noni* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi ſecundi* Geneſeos, à verſûs vigeſimi primi verbis: τῆ ψυχῆς αὐτῦ, ὅτε κατεδέετο ἡμῶν, hoc eſt: *Animæ ejus, quando orabat nos*, uſque ad verſum vigeſimum ſextum: Καὶ ἐπιθέντες τὸν σῖτον, hoc eſt: *Et imponentes frumentum.*

Ejuſdem folii *decimi noni* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi ſecundi* Geneſeos, à verſûs vigeſimi ſexti verbis: ἐπὶ τὰς ὄνυς αὐτῶν, ἀπῆλθον ἐκεῖθεν, hoc eſt: *Super aſinos ſuos, abierunt inde*, uſque ad verſûs trigeſimi primi verba: Εἴπαμεν δὲ αὐτῷ· εἰρηνικοί ἐσμεν, hoc eſt: *Diximus autem ei: Pacifici ſumus.*

Folii *vigeſimi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi ſecundi* Geneſeos, à verſûs trigeſimi primi verbis: οὐκ ἐσμὲν κατάσκοποι, hoc eſt: *Non ſumus exploratores*, uſque ad verſûs trigeſimi quinti verba: καὶ ὁ πατὴρ αὐτῶν, καὶ ἐφοβήθησαν, hoc eſt: *Et pater eorum, & timuerunt.*

Ejuſdem folii *vigeſimi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi ſecundi* Geneſeos, à verſu 36: Εἶπε δὲ αὐτοῖς Ἰακὼβ ὁ πατὴρ αὐτῶν, hoc eſt: *Dixit autem eis Jacob pater eorum*, uſque ad verſûs ſecundi Capitis *quadrageſimi tertii* verba: καὶ εἶπεν αὐτοῖς ὁ πατὴρ αὐτῶν, hoc eſt: *Et dixit eis pater eorum.*

Folii *vigeſimi primi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi tertii*, à verſûs ſecundi verbis: πάλιν πορευθέντες, πρίασθε ἡμῖν μικρὰ βρώματα, hoc eſt: *Rurſus euntes emite nobis puſillas eſcas*, uſque ad verſûs ſeptimi verba: ἀγάγετε τὸν ἀδελφὸν ὑμῶν, hoc eſt: *Adducite fratrem veſtrum.*

Ejuſdem folii *vigeſimi primi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi tertii* Geneſeos, à verſu octavo: Εἶπε δὲ Ἰύδας πρὸς Ἰσραὴλ τὸν πατέρα αὐτῦ, hoc eſt: *Dixit autem Judas ad Iſraël patrem ſuum*, uſque ad verſus duodecimi verba: καὶ τὸ ἀργύριον τὸ ἀποςραφὲν ἐν τοῖς μαρσίπποις ὑμῶν, hoc eſt: *Et argentum, quod rediit in marſupiis veſtris.*

Folii *vigeſimi ſecundi* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi tertii*, à verſûs duodecimi verbis: ἀποςρέψατε μεθ' ὑμῶν, μή ποτε ἀγνόημά ἐςι, hoc eſt: *Reportate vobiſcum, ne fortè error ſit*, uſque ad verſum decimum ſeptimum: Ἐποίησε δὲ ὁ ἄνθρωπος, hoc eſt: *Fecit autem homo.*

Ejuſdem folii *vigeſimi ſecundi* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi tertii* Geneſeos, à verſûs decimi ſeptimi verbis: *καθὼς εἶπεν Ἰωσὴφ*, hoc eſt: *Sicut dixit Joſeph*, uſque ad verſûs vigeſimi primi verba: *ἀπεστρέψαμεν νῦν ἐν ταῖς χερσὶν ἡμῶν*, hoc eſt: *Reportavimus nunc in manibus noſtris.*

Folii *vigeſimi tertii* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi octavi* Geneſeos, à verſûs decimi ſexti verbis: *ῥυόμενός με ἐκ πάντων τῶν κακῶν*, hoc eſt: *Qui eruit me ex omnibus malis*, uſque ad verſûs decimi noni verba: *καὶ τὸ σπέρμα αὐτοῦ*, hoc eſt: *Et ſemen ejus.*

Ejuſdem folii *vigeſimi tertii* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi octavi* Geneſeos, à verſûs decimi noni verbis: *ἔσται εἰς πλῆθος ἐθνῶν*, hoc eſt: *Erit in multitudinem gentium*, uſque ad verſûs tertii Capitis quadrageſimi noni verba: *σὺ ἰσχύς μου καὶ ἀρχὴ τέκνων μου*, hoc eſt: *Tu fortitudo mea & principium filiorum meorum.*

Folii *vigeſimi quarti* paginâ *primâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi noni* Geneſeos, à verſu vigeſimo octavo: *πάντες οὗτοι υἱοὶ Ἰακὼβ δώδεκα*, hoc eſt: *Omnes hi filii Jacob duodecim*, uſque ad verſûs trigeſimi tertii verba: *Καὶ κατέπαυσεν Ἰακὼβ ἐπιτάσσων τοῖς*, hoc eſt: *Et ceſſavit Jacob præcipiens.*

Ejuſdem folii *vigeſimi quarti* paginâ *ſecundâ* continetur fragmentum Capitis *quadrageſimi noni* Geneſeos, à verſûs trigeſimi tertii verbis: *υἱοῖς αὐτοῦ, καὶ ἐξάρας τοὺς πόδας αὐτοῦ ἐπὶ τὴν κλίνην, ἐξέλιπε*, hoc eſt: *Filiis ſuis, & ſuſtollens pedes ſuos ſuper lectum, defecit*, uſque ad verſûs quarti Capitis *quinquageſimi* verba: *εἰ εὗρον χάριν*, hoc eſt: *Si inveni gratiam.*

Cæterùm quod ad *poſteriora duo* ejuſdem Codicis manuſcripti folia, nempe *vigeſimum quintum* & *vigeſimum ſextum*, attinet, ea meliùs conſervata, magiſque legibilia ſunt, quàm præcedentia. Carent autem *picturis*, & unaquæque *pagina* in *duas columnas* diviſa eſt. *Primo* horum duorum foliorum continetur fragmentum Capitis *vigeſimi quarti* Evangelii *S. Lucæ*, à verſûs decimi tertii verbis: *ἀπέχουσαν σταδίους ἑξήκοντα ἀπὸ Ἱερουσαλήμ, ᾗ ὄνομα Ἐμμαοῦς*, hoc eſt, ſecundùm verſionem latinam vulgatam: *Quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta ab Jeruſalem, nomine Emmaus*, uſque ad verſûs vigeſimi primi verba: *Ἀλλά γε σὺν πᾶσι τούτοις, τρίτην ταύτην*, hoc eſt ſecundùm verſionem latinam vulgatam: *Et nunc ſuper hæc omnia, tertia dies eſt. Secundo* eorundem duorum foliorum, quod totius iſtius Codicis MSti nunc eſt, *ultimum*, continetur fragmentum ejuſdem ſuprà memorati Capitis *vigeſimi quarti* Evangelii *S. Lucæ*, à verſûs trigeſimi noni verbis: *πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει*, hoc eſt: *Spiritus carnem & oſſa non habet*, uſque ad verſûs quadrageſimi noni verba: *ἐγὼ ἀποστέλλω τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Πατρός μου ἐφ' ὑμᾶς· ὑμεῖς δὲ κα-*, hoc eſt ſecundùm vulgatam verſionem latinam: *Et ego mitto promiſſum Patris mei in vos; vos autem.*

Iconiſmus

Sequuntur jam conjunctim quadraginta illæ octo TABULÆ antiquiſſimi Codicis MSti Theologici Græci Geneſeos, TRIGESIMI PRIMI, quæ, ut confido, curioſitati ERUDITI LECTORIS non exiguam ſatisfactionem ſuppeditabunt.

Iconiſmus hic pertinet ad *CATALOGI UNIVERSALIS* Auguſtiſsimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis Codicem MStum Theologicum Græcum.

Num. XXXI.

TABVLA PRIMA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet lapſum ADAMI & EVÆ in Paradiſo, & præſentiam DEI illos increpantis, quæ indicatur per manum in nubibus.

TABVLA SECVNDA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet *manum* DEI in nubibus, & ejectionem *Adami* & *Evæ* ex Paradiſo; ubi præter *tunicas* ipſorum *pelliceas* & *rotam flammeam* cum *Cherubim* ante portam Paradiſi collocatam, maximè notabilis eſt perſona illa *muliebris*, cœruleo & purpureo veſtitu induta, quæ *Adamum* & *Evam*, tanquam ſolatii cauſâ, extra Paradiſum comitatur.

TABULA

TABVLA TERTIA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet *Diluvium univerſale ;* ubi maximè notabilis eſt *arca Noe*, tribus contignationibus diſtincta.

TABVLA SECVNDA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.


TABULA QUARTA ANTIQUISSIMI CODICIS MANUSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet exitum Noe ex arcâ, & primum ejuſdem ſacrificium poſt diluvium.

TABULA

TABVLA QVINTA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſujuncta exhibet *manum* DEI in nubibus, & ſub eâ *Iridem*, tanquam ſignum pacti divini cum Noe poſt diluvium.

TABVLA SEXTA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet ebrietatem Noe, & filiorum ejus *Semi* & *Japheti*, in cooperandâ patris ſui nuditate, verecundiam, cujus præmium fuit ſubſecuta paterna benedictio.

TABULA



TABULA SEPTIMA ANTIQUISSIMI CODICIS MANUSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.

Pictura ſubjuncta exhibet Patriarcham *Abrahamum* à cæde *Chodorlahomor*, ſeu, ut in verſione LXX Interpretum legitur, Χοδολλογόμορ, & ſociorum Regum reducem, & *Melchiſedechum* panem & vinum ei offerentem.

TABVLA OCTAVA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet *manum* Dei in nubibus, inter ſtellas innumeras, & *Abrahamum* in ſomno divinitùs accipientem promiſſum de multiplicatione ſui ſeminis. Ibidem quoque repræſentatur, tanquam paſtor *Damaſcus* ille, *Heliezer, filius Maſec vernaculæ Abrahami*, cujus verſu ſecundo ejuſdem capitis fit mentio.

NAPOLI

TABULA

TABVLA NONA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet *Loti* eductionem per Angelos ex *Sodomis*, ejuſdémque Urbis interitum, & mutationem uxoris *Loti* in ſtatuam ſalis.

NAPOLI

TABULA

TABVLA DECIMA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet *Loti* ebrietatem, & concubitum cum duabus filiabus.

NAPOLI

TABULA


TABVLA VNDECIMA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet Angelum *Abrahamo* multiplicationem ſeminis de Cœlo ſecundùm promittentem, ut & *Abrahamum* ad ſervos ſuos redeuntem, & apud *puteum juramenti* habitantem.

NAPOLI

TABVLA DVODECIMA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet *Abrahamum* mittentem ſervum ſuum in Meſopotamiam, ut filio Iſaaco inde adducat ſponſam; ſimul etiam ſervi adventum in Meſopotamiam ad civitatem *Nachor*, & commorationem cum camelis apud puteum.

TABULA

TABVLA DECIMATERTIA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS



Pictura ſubjuncta exhibet *Rebeccam* progredientem è civitate *Nachor*, & præbentem aquam ad bibendum ſervo *Abrahami* & ejus camelis; ubi inprimis notatu digna eſt *Nympha ſeminuda*, ſedens ad originem fontis, & hydriæ dextro brachio innitens.

TABVLA DECIMA QVARTA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet *Rebeccam* loquentem cum *ſervo Abrahami*, & poſteà, quid actum eſſet, matri ſuæ ac fratri ſuo *Labano* indicantem. Cernitur etiam in hac Picturâ, æquè ut in præcedente, *Nympha ſeminuda*, origini fontis aſſidens.

[library stamp]

TABVLA DECIMAQVINTA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS



Pictura ſubjuncta exhibet *Eſau* à venatione domum redeuntem, & *Jacobo* fratri primogenita ſua vendentem pro coctione ſive edulio lentis.

NAPOLI

TABVLA DECIMASEXTA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet Regem *Abimelechum* expoſtulantem cum *Iſaaco*, quòd is dixiſſet, *Rebeccam* non eſſe ſuam uxorem, ſed ſororem; ubi non ſolùm ipſius *Regis*, ſed & *Conſiliariorum* ejus & ſatellitum habitus maximè eſt notabilis.

TABULA

TABVLA DECIMA SEPTIMA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS



Pictura ſubjuncta exhibet pactum *Jacobi* cum *Labano* ſocero ſuo, de ovibus capriſque fuſcis & variis, mercedis loco ſibi dandis.

NAPOLI

TABULA

TABVLA DECIMA OCTAVA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet *Jacobi* artem & induſtriam multiplicandi oves & capras varii coloris, per quam valdè ditatus eſt.

TABULA

TABVLA DECIMA NONA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEΩS.



Pictura ſubjuncta exhibet *Labanum*, perſequentem & aſſequentem *Jacobum* fugitivum.

TABVLA VIGESIMA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet *Labanum*, Deos ſuos à *Jacobo* ablatos quærentem, & *Rachelem* inſidendo eos occultantem.

TABULA

TABVLA VIGESIMAPRIMA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet *nuncios duos*, (quos pictor, ambiguitate vocis græcæ ἄγγελος deceptus, perperàm pinxit tanquam *Angelos*,) ad *Jacobum* revertentes, & adventum *Eſau* fratris illi ſignificantes.

TABVLA VIGESIMA SECVNDA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet *Jacobum* ad *Eſau* fratrem, mitigandi ejus placandique cauſâ, dona præmittentem.

TABULA

TABVLA VIGESIMA TERTIA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet tranſitum *Jacobi* cum familiâ ſuâ per *pontem torrentis*, & luctam ejuſdem cum Angelo.

TABVLA VIGESIMA QVARTA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet benedictionem *Jacobo* datam ab *Angelo*, cum quo luctatus fuerat.

NAPOLI

TABULA


TABVLA VIGESIMA·QVINTA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet *manum* DEI *Jacobo* præcipientis, ut aſcendat in *Bethel*; ſimul & *Jacobum* idola, apud familiam ſuam inventa, ſub terebintho defodientem.

TABULA

TABVLA VIGESIMA SEXTA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet obitum *Deboræ*, nutricis *Rebeccæ*, & obitum *Rachelis*, uxoris Patriarchæ *Jacobi*, unà cum utriuſque ſepulturâ & monumento.

TABULA

TABVLA VIGESIMA SEPTIMA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet ſuperiori parte ſuá Patriarcham *Iſaacum* morientem; inferiori autem Patriarcham *Jacobum* donantem filio ſuo *Joſepho* tunicam polymitam.

TABVLA VIGESIMA OCTAVA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS



Pictura ſubjuncta exhibet *Joſephum* in lecto dormientem, & poſteà fratribus ſuis narrantem ſomnium ſuum de manipulis, illorum manipulum ſuum adorantibus.

TABULA

TABVLA VIGESIMA NONA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet ſuperiori ſuâ parte *Joſephum* in lecto dormientem, & poſteà patri matrique & fratribus ſuis narrantem ſomnium ſuum de *Sole* & *Lunâ* & *undecim ſtellis* ſe adorantibus; inferiori autem parte *decem Joſephi fratres*, natu majores, paſcentes in agro *Sychem*.

TABVLA TRIGESIMA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet *Joſephum* ad decem fratres ſuos natu majores quærendos profecturum, patri ſuo *Jacobo* matrique, & *Benjamino* fratri natu minori, ob diſceſſum ejus ploranti, vale dicentem, poſteáq; abeuntem ductore & comite *Angelo cuſtode*; inferiori autem parte *Joſephum* fratres ſuos in *Dothaim* paſcentes invenientem, ejuſdémque exceptionem ſarcaſticam. Notabiles etiam ſunt *Columnæ milliariæ*, quibus *Via publica*, quam *Joſephus* cum *Angelo cuſtode* ingreditur, diſtincta atque notata eſt, quodq; prima *Columna*, à quâ eadem *Via* incipit, *major* eſt reliquis, tanquam præcipua.

TABULA

TABVLA TRIGESIMA PRIMA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet *Joſephum*, ab *uxore Potipharis* ad adulterium provocatum, relicto in manibus ejus pallio aufugientem. Obſervatu etiam dignæ ibidem ſunt aliæ variæ res, ad *Gynæcea* veterum pertinentes, & quidem inprimis ad *rem veſtiariam* & *lanificium*.

TABVLA TRIGESIMA SECVNDA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS



Pictura ſubjuncta exhibet *uxorem Potipharis Joſephum*, tanquam tentatorem ſuæ pudicitiæ, falſò accuſantem, ejuſdémque rei probandæ causâ monſtrantem ipſius pallium.

TABVLA TRIGESIMA TERTIA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.

NAPOLI



Pictura ſubjuncta exhibet *Joſephum*, ſedentem in carcere, & poſt interpretationem boni ſomnii *Præfecti pincernarum Pharaonis* etiam *Præfecto piſtorum* malum ejus ſomnium interpretantem. Cernitur quoque ibidem *Præfectus carceris*, tanquam mirabundus cum uxore ſuâ de *Joſépho* colloquens.

Pictura ſubjuncta exhibet *Convivium Pharaonis* Regis Ægypti, & eventum ſomniorum *Præfecti pincernarum* & *Præfecti piſtorum*, ſecundùm eorum interpretationem, quam à *Joſepho* in carcere acceperant; nempe reſtitutionem *Præfecti pincernarum* in priſtinam dignitatem, ſuffixionem verò *Præfecti Piſtorum* in furcâ. Præ cæteris autem in hac Tabulâ adhuc obſervatu digniſſima ſunt: 1. Modus *accumbendi* ſive *accubandi* in Conviviis, & quidem *pedibus nudis, in Sigmate tetraclino*, ſive *in Stibadio ſemicirculari, quatuor accumbentes capiente*. 2. *Lectus* & *Menſa* triclinaris formâ *ſemicirculari*. 3. *Tympanorum* & *Tibiarum duplicium* ſive *geminatarum* uſus in Conviviis. 4. *Veſtitus Regis* PHARAONIS & *Diadema margaritis ornatum*.

TABVLA TRIGESIMA QVARTA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



5. *Regis accubatio* in *imâ* lecti triclinaris *parte*. 6. *Velorum* uſus in Aulâ Regiâ. 7. *Servorum* triclinarium *habitus*, & quidem in primis *tegumentum capitis* ac *calcei*. 8. *Vaſculorum* variorum convivalium formæ. 9. Vera & genuina forma *Furcæ* ſive *Gabali*. 10. Furcæ infixi *velamen pudendorum*, & *manus poſt tergum invinctæ*. 11. *Carnifex* cum *ſuperfluâ furcâ* à ſuſpendio Præfecti Piſtorum domum revertens.

TABULA

TABVLA TRIGESIMA QVINTA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet Regem *Pharaonem* dormientem, & poſteà *Joſepho* narrantem ſomnium ſuum de *quatuordecim* bobus totidemque ſpicis, futurorum *quatuordecim* annorum fertilitatem & ſterilitatem præſignificantibus.

TABVLA TRIGESIMA SEXTA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS



Pictura ſubjuncta exhibet Regem *Pharaonem*, ſedentem in ſolio regio, & *Joſephum* ſomnium illius de quatuordecim bobus totidémque ſpicis interpretantem. Ibidem quoque inter alia obſervatu digni ſunt *ſatellites armati*, ante lectum regium noctu excubantes, & *Janitores* interdiu ſtantes ad oſtium & velum cubiculi regii cum *baculis*.

BIBLIOTECA NAPOLI

TABULA

TABVLA TRIGESIMA SEPTIMA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet *Joſephum*, præ amore erga fratres ſuos, quos tanquam proditores Ægypti ſimulatè objurgaverat, clanculum flentem, & nihilominùs poſteà perſeverantem in fictâ illâ duritie; quippe qui fratrem *Simeonem* vinctum retinuit in Ægypto, donec reliqui à ſe dimiſſi, fratrem natu minimum *Benjaminum* ſibi adducerent.

TABVLA TRIGESIMA OCTAVA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS



Pictura ſubjuncta exhibet fratrum *Joſephi* ex Ægypto diſceſſum, & inventionis reſtitutæ pecuniæ cauſa perturbationem ; ſimul etiam eorundem reditum ad patrem *Jacobum*, & de itinere ſuo relationem.

TABVLA TRIGESIMA NONA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS



Pictura ſubjuncta exhibet fratres *Joſephi* ex Ægypto reduces, patri ſuo *Jacobo* monſtrantes faſciculos pecuniæ clanculùm ſibi reſtitutæ, quos in ſaccis ſuis inopinatè invenerant.



Pictura ſubjuncta exhibet Patriarcham *Jacobum*, permiſſionem deductionis *Benjamini* in Ægyptum filiis ſuis, qui inde redierant, denegantem.

[library stamp]

TABULA

TABVLA QVADRAGESIMA PRIMA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet Patriarcham *Jacobum*, jubentem filios ſuos redire in Ægyptum; ſimul & eorundem filiorum recuſationem ſuſcipiendi itineris, niſi *Benjaminum* ſecum ducerent.

[T]ABVLA QVADRAGESIMA SECVNDA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS



Picturâ ſubjuncta exhibet filios *Jacobi*, accepto *Benjamino*, ſe parantes ad ſecundum iter Ægyptiacum.

TABULA

TABULA QUADRAGESIMA TERTIA ANTIQUISSIMI CODICIS MANUSCRIPTI GRAECI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet filios *Jacobi* cum *Benjamine* redeuntes ad *Joſephum* in *Ægyptum*.

TABVLA QVADRAGESIMA QVARTA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet filios *Jacobi*, metuentes ſe in Ægypto in carcerem conjectum iri, & apud *diſpenſatorem domus Joſephi*, de pecuniâ in ſaccis ſuis repertâ, ſe excuſantes.

TABULA

TABVLA QVADRAGESIMA QVINTA ANTIQVISSIMI CODICIS MANVSCRIPTI GRÆCI GENESEOS



Pictura ſubjuncta exhibet Patriarcham *Jacobum*, in præſentiâ *Joſephi* & uxoris ejus *Aſeneth*, decuſſatâ manuum impoſitione benedicentem duobus nepotibus ſuis *Ephraim* & *Manaſſe*.

[TA]BULA QUADRAGESIMA SEXTA ANTIQUISSIMI CODICIS MANUSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet Patriarcham *Jacobum*, filiis ſuis duodecim benedicentem, & futura annunciantem.

TABULA

TABULA QUADRAGESIMA SEPTIMA ANTIQUISSIMI CODICIS MANUSCRIPTI GRAECI GENESEOS



Pictura ſubjuncta exhibet Patriarcham *Jacobum*, filiis ſuis duodecim indicantem, ubi vellet ſepeliri.

TABULA QUADRAGESIMA OCTAVA ANTIQUISSIMI CODICIS MANUSCRIPTI GRÆCI GENESEOS.



Pictura ſubjuncta exhibet *Joſephum*, ſuper faciem mortui patris ſui *Jacobi* cum fletu ruentem, & cum deoſculantem; ſimul etiam *faſciationem* corporis Patriarchæ *Jacobi*, & ejuſdem ſepulturam in *ſpelunca* in agro Ephron Hethæi contra Mambre in terrâ Chanaan.

TABULA

XXXII.

TRIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus; &, licet in principio & fine aliiſque nonnullis intermediis locis ob defectum aliquot foliorum præ nimiâ vetuſtate mutilus, optimæ tamen notæ in *folio*, conſtâtque foliis *ducentis viginti duobus*. Continentur eo S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homiliæ triginta quinque in Evangelium S. Matthæi*, ab Homiliâ *quinquageſimâ primâ*, quæ ibi in principio mutila eſt, in editione autem *Savilianâ* incipit his verbis: Τότε, πότε; ὅτε τὰ μυρία σημεῖα εἰργάσατο, &c. uſque ad Homiliam *octogeſimam quintam*, cujus principium: Διὰ τί ταῦτα ἐποίουν, ἀναιρεῖν μέλλοντες, &c.

XXXIII.

TRIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ in *folio*, conſtâtque foliis *centum octoginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo *MENÆUM Græcorum* (1) *ab initio menſis Martij uſque ad finem menſis Auguſti, cum antiquis Notis Muſicis*. Principium ejus eſt tale: Μὴν Μάρτιος ἡμέρας ἔχων λά· ἡ ἡμέρα ἔχει ὥρας ιβ', καὶ ἡ νὺξ ὥρας ιβ'. Μηνὶ Μαρτίῳ ά· μνήμη τῆς ἁγίας ὁσιομάρτυρος Εὐδοκίας. Στιχηρά. ἦχος δ'. Ἔδωκας σημείωσιν. Πρότερον ἀσκήσασα, τὰ τῆς σαρκὸς τὰ σκιρτήματα, &c. Differt autem manuſcriptùm hoc *Menæi* exemplar multis modis à *Menæo* impreſſo Venetiis typis Joannis Petri Pinelli, A. 1648, in folio, & ad illud emendandum atque ſupplendum plurimùm conferet. Notandum etiam eſt, in principio ejuſdem Codicis MSti exſtare *folium unicum chartaceum*, *Augerii Busbeckii* propriâ manu inſignitum, cujus primâ paginâ continetur *principium Orationis S. GERMANI, Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, in Beatiſſimam Virginem Deiparam, quando triennis à parentibus in Templo oblata eſt.* Inſcribitur atque incipit fragmentum illud iſtius *Orationis* hoc modo: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γερμανοῦ Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως λόγος εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, ὅτε προσηνέχθη ἐν τῷ ναῷ τριετίζουσα. Eadem *Oratio* exſtat integra græcè & latinè Tomo primo Auctarii Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſinæ, Pariſiis A. 1648, in folio editi, à columnâ 1411, uſque ad colum. 1424.

XXXIV.

TRIGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, elegans & bonæ notæ, in *folio*, conſtâtque foliis *ducentis nonaginta*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Quòd autem ante Sambucum ejuſdem Codicis fuerit poſſeſſor *Franciſcus à Navarra, Epiſcopus Pacenſis*, ipſe propriâ manu ibidem indicat. Continetur eo EUTHYMII ZIGABENI *Liber primus Panopliæ dogmaticæ* *Ortho-*

(1) Eſt hæc *Menæi Græcorum pars dimidia poſterior*. Quò autem ejuſdem *Menæi* manuſcripti *pars prior dimidia* ab initio menſis Septembris uſque ad finem menſis Februarii devenerit, & ubi nunc ea latitet, id mihi prorſùs eſt incognitum.

Orthodoxæ Fidei. Appendicis autem loco exſtat ibi à fol. 289 pag. 1, uſque ad fol. 290, ſive ultimi, pag. 1. *Hypotheſis* ſive *argumentum Epiſtolæ S. Pauli ad Romanos*, cujus principium: Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Κορίνθου, &c.

XXXV.

TRIGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* pervetuſtus, in *folio*, conſtátque foliis *viginti*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 2 pag. 1, *S. GREGORII NYSSENI*: Περὶ τῆς εἱμαρμένης διάλεξις πρός τινα τῶν ἔξω φιλοσόφων, ὅτε Εὐσέβιος ἐξ ἀσεβείας ἐκυλίσθη εἰς τὴν εὐσέβειαν, hoc eſt: *Diſputatio de Fato cum quodam ethnico Philoſopho, quando Euſebius ab impietate converſus eſt ad pietatem*; incipitque ea ibi his verbis: (1) Προσῆγον ἐγώ τινι ἀνδρὶ πεπαιδευμένῳ τὴν ἔξω σοφίαν τινὰς τῶν καθ' ἡμᾶς εὐσεβείας λόγους, &c. In editione autem græco-latinâ *Pariſinâ* Operum *S. Gregorij Nyſſeni* inſerta eſt hæc Diſputatio *Epiſtolæ*, quæ inſcribitur: Κατὰ εἱμαρμένης, ſive, Contra Fatum, atque incipit his verbis: Μέμνησαι πάντως, ὅτι μοι γέγονεν, &c.

Secundò, & quidem à fol. 2 pag. 1, uſque ad fol. 3 pag. 2, *EJUSDEM Libellus de Scopo ſive Propoſito ſecundùm Deum, & de aſceſi, ſive exercitatione ſpirituali ſecundùm veritatem*; cujus principium: Εἴ τις μικρὸν ἀποστήσας, &c.

Tertiò, & quidem fol. 3 pag. 2, & fol. 4 pag. 1, *EJUSDEM Oratio in illud Apoſtoli dictum*: Ὁ δὲ πορνεύων εἰς τὸ ἴδιον σῶμα ἁμαρτάνει, hoc eſt: *Qui autem fornicatur, peccat in proprium corpus.* Principium ejus eſt: Φοβερὰ τῆς ἀποστολικῆς παραγγελίας ἡ σάλπιγξ, &c. Oratio hæc exſtat quidem in ſuprà citatâ Operum *S. Gregorii Nyſſeni* editione græco-latinâ *Pariſienſi* Tomo I, pag. 961, ſed tantùm *latinè*, *Gentiano Herveto* interprete. Ipſum autem contextum *græcum* primus ex hoc Codice MSto *Cæſareo* in lucem edidit R. P. *Jacobus Gretſerus* in *Appendice Quæſtionum & Reſponſionum ſacrarum S. Anaſtaſii Sinaitæ*, Ingolſtadii, typis Ederianis, A. 1617, græcè & latinè in quarto editarum, pag. 686. Eadem Oratio ab eodem *Gretſero* ſecundùm edita eſt in Appendice græco-latinâ Pariſienſi Operum *S. Gregorij Nyſſeni*, A. 1618, in fol. pag. 260.

Quartò, & quidem fol. 4 pag. 1 & 2, atque fol. 5 pag. 1, *EJUSDEM* πρὸς Ἀβλάβιον, διά τι μίαν θεότητα ἐπὶ Πατρὸς, Υἱοῦ καὶ Πνεύματος λέγοντες, τρεῖς Θεοὺς οὐ λέγομεν, ſive, *Epiſtola ad Ablabium, cur unam Divinitatem ſive Deitatem Patre, Filio & Spiritu Sancto conſtantem aſſerentes, tres Deos non dicamus?* Principium ejus eſt: (2) Ὑμᾶς μὲν δίκαιόν ἐστι, &c.

Quintò, & quidem fol. 5 pag. 1 & 2, *EJUSDEM* πρὸς Ἕλληνας ἐκ τῶν κοινῶν ἐννοιῶν, ſive, *Diſſertatio adverſus Græcos ſive Ethnicos ex communibus notionibus*; cujus principium: (3) Εἰ τὸ Θεὸς ὄνομα, &c.

Sextò, & quidem à fol. 6 pag. 1, uſque ad fol. 8 pag. 2, *EJUSDEM Oratio funebris in laudem fratris ſui S. Baſilii Magni*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἐκείνου ἀδελφὸν τὸν μέγαν Βασίλειον. (4) Καλὴν ἐπέθηκεν ὁ Θεὸς, &c.

Septimò,

(1) Vide Operum *S. Gregorii Nyſſeni* editionem græco-latinam Pariſinam Tom. I. pag. 894. (2) Vide ibid. Tom. II. pag. 447. (3) Vide ibid. Tom. I. pag. 914. (4) Vide ibid. Tom. II. pag. 911.

Septimò, & quidem à fol. *8* pag. *2*, uſque ad fol. *12* pag. *1*, *EJUSDEM* Λόγος περὶ τῶν κεκοιμημένων, ſive, *Oratio de mortuis*, quâ docet eſſe dolendum ob eorum obitum, qui in fide obdormierunt. Principium ejus eſt: (1) Οἱ τὴν ἀναγκαίαν τῆς φύσεως ἡμῶν, &c.

Octavò, & quidem fol. *12*, pag. *1* & *2*, *EJUSDEM ad Simplicium Tribunum* Liber *de Patre, & Filio, & Spiritu Sancto*; cujus titulus & principium: Σιμπλικίῳ τριβούνῳ Γρηγόριος περὶ Πατρὸς, καὶ Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος. (2) Κελεύει ὁ Θεὸς διὰ τοῦ προφήτου, &c.

Nonò, & quidem à fol. *13* pag. *1*, uſque fol. *14* pag. *2*, EJUSDEM Pars poſterior *Epiſtolæ de Vitâ ſororis ſuæ S. Macrinæ*, incipiens ab his verbis: (3) τῷ ὄντι γὰρ καθάπερ τις δρομεὺς διαδραμὼν τὸν ἀντίπαλον, &c.

Decimò, & quidem à fol. *14* pag. *2*, uſque ad fol. *17* pag. *2*, EJUSDEM *Epiſtola ad Hierium de Infantibus, qui præmaturi abripiuntur*; cujus principium: (4) Σοὶ μὲν, ὦ ἄριστε, πάντες σοφισαὶ, &c.

Undecimò, & quidem à fol. *17* pag. *2*, uſque ad fol. *18* pag. *2*, EJUSDEM *Epiſtola ad Euſtathiam, Ambroſiam & Baſiliſſam*; cujus principium: (5) Ἡ μὲν τῶν ἀγαθῶν καὶ καταθυμίων συντυχία, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. *18* pag. *2*, uſque ad fol. *20* pag. *1*, EJUSDEM *Epiſtola ad Euſtathium de Sanctâ Trinitate*; cujus principium: (6) Ἔστι μὲν καὶ πᾶσιν ὑμῖν τοῖς τὴν ἰατρικὴν μετιοῦσι, &c.

Decimo tertiò, & quidem fol. *20* pag. *1*, EJUSDEM *Epiſtola Canonica ad S. Letojum, Epiſcopum Melitenæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ κανονικὴ πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Λητόϊον, Ἐπίσκοπον Μελιτηνῆς. (7) Εἰ καὶ τοῦτο τῶν εἰς τὴν ἁγίαν ἑορτὴν, &c.

XXXVI.

TRIGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis viginti ſeptem*; & eſt unus ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. *1* pag. *1*, uſque ad fol. *116* pag. *2*, COMMENTARIUS *in Prophetiam Jeremiæ, Librum Baruch & Lamentationes Jeremiæ*, qui quidem in duplici Inſcriptione, quæ illi in hoc Codice MSto præfixa eſt, *ſoli attribuitur S. Joanni Chryſoſtomo*, re verâ autem ex *Origenis, S. Joannis Chryſoſtomi* & *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis* tribus diverſis in eundem Prophetam Expoſitionibus conflatus, & in *duodecim Tomos* ſive *Sectiones* diviſus eſt. *Prima* iſtius Commentarii *Præfatio* inſcribitur ibi, atque incipit his verbis: Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως εἰς τὸν Ἱερεμίαν. Λεκτέον τις ἡ προφητεία,

P

(1) Vide ibid. Tom. II. pag. 1049. (2) Vide ibid. Tom. II. pag. 470. ſed ibi Inſcribitur περὶ πίστεως, ſive de Fide. (3) Vide ſuprà citatam græco-latinam Operum *S. Gregorii Nyſſeni* Appendicem Pariſinam pag. 191. (4) Vide ejuſdem editionis Operum *Sancti Gregorii Nyſſeni* Tom. II. pag. 749. (5) Vide ibid. Tom. II. pag. 1088. (6) Vide ibid. Tom. II. pag. 438. (7) Vide ſuprà citatam Operum *S. Gregorii Nyſſeni* editionem græco-latinam Pariſinam Tom. I. pag. 946.

φητεία, καὶ πότε ἤρξατο, καὶ πότε πέπαυται, καί τινος ἕνεκεν ἔληξεν, καί τι λαβεῖν ἐστιν ἐκ ταύτης εἰς τὸν βίον ὠφέλιμον. &c. *Secunda* ejuſdem Commentarii *Præfatio* inſcribitur ibidem, atq; incipit his verbis: Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ἑρμηνεία εἰς τὸν προφήτην Ἱερεμίαν. Τὸν μὲν οὖν χρόνον, καθ' ὃν προεφήτευσεν ὁ μακάριος προφήτης Ἱερεμίας, καὶ ἀπὸ ποίου Βασιλέως ἤρξατο, καὶ εἰς ποῖον προφητείων ἐτελεύτησεν, σαφῶς ἐν τοῖς προοιμίοις τοῦ προφήτου ἐστὶ μαθεῖν· πᾶσαν δὲ τὴν προφητείαν κατὰ τῶν δύων ποιεῖται φυλῶν, &c. *Tertia* denique *Præfatio*, quæ eſt *Theodoreti, Epiſcopi Cyrenſis*, & peculiari caret Inſcriptione, incipit his verbis: (1) Ἐγὼ μὲν ᾤμην τὴν Ἱερεμίου τοῦ θείου προφητείαν ἑρμηνείας μὴ δεῖσθαι· ἐπειδὴ δὲ, &c.

Secundò, & quidem à fol. *117* pag. *1*, uſque ad folium *227*, ſive *ultimum*, THEODORETI, *Epiſcopi Cyrenſis, Expoſitio in Prophetam Danielem*, quæ in *Tomos* ſive *Sectiones decem* diviſa, inſcribitur atq; incipit hoc modo: Τοῦ μακαριωτάτου Θεοδωρήτου Ἐπισκόπου Κύρου ἑρμηνεία εἰς τὸν προφήτην Δανιήλ. Πρόλογος· (2) Εἰ πᾶσι ῥᾴδιον ἦν τὰ τῶν θείων προφητῶν ἀναπτύσσειν θεσπίσματα, &c.

XXXVII.

TRIGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ in *folio*, conſtatque nunc foliis *trecentis ſeptuaginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem fol. 1, *antiquus INDEX græcus*, quo recenſentur omnia, quæ continentur toto hoc Codice. Titulus ejus eſt hic: Τάδε ἔνεστιν ἐν τῇδε τῇ βίβλῳ. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου, &c.

Secundò, & quidem à fol. *2*, uſque ad fol. *95* pag. *1*, *S. BASILII MAGNI, Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi, Homiliæ ſeptendecim* (3) *in Pſalmos Davidicos*, nempe: In Pſalmum *primum* una, quæ incipit: Πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος, &c. In Pſalmum *ſeptimum* una: Δοκεῖ πως ἐναντίως, &c. In Pſalmum *decimum quartum* duæ, quarum prima: Τὸν τέλειον ἡμῖν, &c. eſt mutila; ſecunda autem: Χθὲς εἰς τὸν τεσσαρεσκαιδέκατον, omninò deeſt. In Pſalmum *vigeſimum octavum* duæ, quarum prima: Ὁ εἰκοστὸς ὄγδοος ψαλμὸς, &c. eſt in principio mutila; altera autem: Ἔξω τῆς ἁγίας αὐλῆς, &c. eſt integra. In Pſalmum *vigeſimum nonum* una: Ψαλτήριον μὲν τροπικῶς, &c. In Pſalmum *trigeſimum ſecundum* una: Συνήθης τῇ γραφῇ, &c. In Pſalmum *trigeſimum tertium* una: Ἐπὶ δύο ὑποθέσεις, &c. In Pſal. *trigeſimum ſeptimum* una: Οἱ τοῦ θεοπνεύστου, &c. In Pſalmum *quadrageſimum quartum* una: Φαίνεται μὲν καὶ οὗτος, &c. In Pſal. *quadrageſimum quintum* una: Προφητείαν μοι δοκεῖ, &c. In Pſal. *quadrageſimum octavum* una: Ἐφαντάσθησαν μέν τινες, &c. quæ eſt in fine mutila. In Pſalmum *quinquageſimum nonum* una:

(1) Vide Commentarium hunc *Theodoreti* è græco in latinum ſermonem converſum à *Joanne Pico* Canonico Pariſienſi, & Lutetiæ, apud Guilielmum Chaudiere, A. 1564. editum, in octavo. (2) Vide Commentarium hunc *Theodoreti*, è græco in latinum ſermonem translatum à *Joanne Baptiſta Gabio* Veronenſi, & Romæ, apud Paulum Manutium, A. 1562, in folio editum. (3) Vide Operum *S. Baſilii Magni* editionem græco-latinam Pariſienſem Tom. I. à pag. 125, uſque ad pag. 320.

una: Πρὸς τὸ πρόθυμον, &c. quæ eſt in principio mutila. In Pſalmum *ſexageſimum primum* una: Δύο ψαλμοὺς ἔγνωμεν, &c. In Pſalmum *centeſimum decimum quartum* una: Πάλαι καταλαβόντες τὸν ἱερὸν, &c. In Pſalmum *centeſimum decimum quintum* una; quæ harum Homiliarum in Pſalmos eſt *decima ſeptima*, ſive ultima, atque incipit: Πίστις ἡγείσθω τῶν περὶ Θεοῦ λόγων· &c.

Tertiò, & quidem à fol. 95 pag. *2*, uſque ad fol. 99 pag. *1*, *EJUSDEM Homilia in illud: In principio erat Verbum*; cujus principium: (1) Πᾶσα μὲν ἡ τῶν Εὐαγγελίων φωνὴ, &c.

Quartò, & quidem à fol. 99 pag. *1*, uſq; ad fol. *105* pag. *2*, *EJUSDEM Homilia de humanâ Chriſti generatione*; cujus principium: (2) Χριστοῦ γέννησις ἡ μὲν οἰκεία καὶ πρώτη, &c.

Quintò, & quidem à fol. *105* pag. 2, uſque ad fol. *107* pag. *2*, *EJUSDEM Homilia* περὶ Πνεύματος ἁγίου, ſive, *de Spiritu Sancto*; cujus principium: (3) Ὁ βαπτιζόμενος εἰς Τριάδα βαπτίζεται, &c.

Sextò, & quidem à fol. *107* pag. *2*, uſque ad fol. *113* pag. *2*, *EJUSDEM Homilia in illud Evangelii S. Lucæ, Deſtruam horrea mea, & majora ædificabo*; cujus principium: (4) Διπλοῦν τὸ εἶδος τῶν πειρασμῶν, &c.

Septimò, & quidem à fol. *113* pag. *2*, uſque ad fol. *123* pag. *1*, EJUSDEM *Homilia* πρὸς τοὺς πλουτοῦντας, ſive, *ad Divites*; cujus principium: (5) Εἴρηται καὶ πρώην ἡμῖν, &c.

Octavò, & quidem à fol. *123* pag. *1*, uſque ad fol. *137* pag. *1*, EJUSDEM *Homilia in principium Proverbiorum Salomonis*; cujus principium: (6) Ἀγαθὸς ὁ τῆς εὐπειθείας μισθός, &c.

Nonò, & quidem à fol. *137* pag. *1*, uſque ad fol. *145* pag. *2*, EJUSDEM *Homilia exhortatoria ad Baptiſmum*; cujus principium: (7) Ὁ μὲν σοφὸς Σολομῶν, &c.

Decimò, & quidem à fol. *145* pag. *2*, uſq; ad fol. *158* pag. *1*, EJUSDEM *Homiliæ duæ de Jejunio*, (8) *quarum prior* incipit: Σαλπίσατε, &c. *poſterior* autem: Παρακαλεῖτε.

Undecimò, & quidem à fol. *158* pag. *1*, uſque ad fol. *167* pag. *2*, EJUSDEM *Homilia de eo: Quòd Deus non eſt autor malorum*; cujus principium: (9) Πολλοὶ τῆς διδασκαλίας οἱ τρόποι, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. *167* pag. *2*, uſque ad fol. *175* pag. *2*, EJUSDEM *Homilia in illud Moyſis*: Πρόσεχε σεαυτῷ, ſive, *Attende tibi ipſi*; cujus principium: (10) Τοῦ λόγου τὴν χρῆσιν, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 175 pag. 2, uſque ad fol. 181 pag. *2*, *EJUSDEM Homilia de Irâ*, quæ hîc inſcribitur: Ὁμιλία περὶ ὀργῆς, λεχθεῖσα πρός τινα ἐμπαθῶς ἔχοντα πρὸς τὸ πάθος. Incipit autem: (11) Ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἰατρικῶν παραγγελμάτων, &c.

Decimo quartò, & quidem à fol.. *181* pag. *2*, uſque ad fol. *186* pag. *2*, *EJUSDEM Homilia de Invidiâ*; cujus principium: (12) Ἀγαθὸς ὁ Θεὸς, &c. Eſt autem hæc Homilia in medio mutila.

(1) Vide ibid. Tom. I. pag. 502. (2) Vide ibid. Tom. I. pag. 585. (3) Vide ibid. Tom. I. pag. 508. ſed ibi inſcribitur: *εἰς τὸ ἅγιον βάπτισμα*, ſive, *de ſacro Baptiſmate*. (4) Vide ibid. Tom. I. pag. 383. (5) Vide ibid. Tom. I. pag. 393. (6) Vide ibid. Tom. I. pag. 454. (7) Vide ibid. Tom. I. pag. 475. (8) Vide ibid. Tom. I. pag. 221 & 333. (9) Vide ibidem Tom. I. pag. 420. (10) Vide ibid. Tom. I. pag. 341. (11) Vide ibid. Tom. I. pag. 434; ſed titulus diſcrepat, atque eſt mutilus. (12) Vide ibid. Tom. I. pag. 445.

Decimo quintò, & quidem à fol. 186 pag. 2, uſque ad fol. 193 pag. 2, *EJUSDEM Homilia contra Ebrios*; cujus principium: (1) Κινεῖ μὲν με περὶς τὸν λόγον, &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 193 pag. 2, uſque ad fol. 201 pag. 1, *EJUSDEM Homilia de Gratiarum actione*; cujus principium: (2) Ἠκούσατε τῶν ῥημάτων τοῦ Ἀποςόλου, &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 201 pag. 1, uſque ad fol. 210 pag. 1, *EJUSDEM Encomium in Sanctam Martyrem Julittam*; cujus principium: (3) Ἡ μὲν ὑπόθεσις τῆς ἐκκλησίας, &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 210 pag. 1, uſque ad fol. 217 pag. 2, *EJUSDEM Encomium in Sanctos Quadraginta Martyres*; cujus principium: (4) Μαρτύρων μνήμη· τίς ἂν γένοιτο κόρος τῷ φιλομάρτυρι, &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 217 pag. 2, uſque ad fol. 219 pag. 1, *EJUSDEM Encomium in S. Martyrem Barlaam*; cujus principium: (5) Πρότερον μὲν τῶν ἁγίων οἱ θάνατοι, &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 219 pag. 1, uſque ad fol. 225 pag. 2, *EJUSDEM Encomium in Sanctum Martyrem Gordium*; cujus principium: (6) Νόμος ἐςὶ φύσεως ταῖς μελίσσαις, &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 225 pag. 2, uſq; ad fol. 230 pag. 1: Τοῦ *αὐτοῦ* Ἐγκώμιον εἰς Μελέτιον Ἐπίσκοπον. Hoc eſt: *EJUSDEM Encomium in Meletium, Epiſcopum Antiochenum.* Incipit ea his verbis: Ηὔξησεν ἡμῖν τὸν ἀριθμὸν τῶν Ἀποςόλων ὁ νέος Ἀπόςολος, &c. Attribuitur autem aliàs rectiùs *S. Gregorio Epiſcopo Nyſſeno*, & extat in Operum ipſius editione græco-latinâ Pariſienſi, Tom. II, pag. 119, ubi inſcribitur: Ἐπιτάφιος λόγος εἰς τὸν Μέγαν Μελέτιον Ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας. Hoc eſt: *Funebris Oratio in Magnum Meletium, Epiſcopum Antiochiæ.* Idem confirmant *Socrates* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 5, cap. 9, & *Sozomenus* lib. 7, cap. 10; item *Nicephorus Calliſtus* lib. 11, cap. 29.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 230 pag. 2, uſque ad fol. 234 pag. 1, *EJUSDEM Encomium in Sanctum Martyrem Mamantem*; cujus principium: (7) Οὐκ ἀγνοῶ τὸ μέγεθος, &c.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 234 pag. 1, uſque ad fol. 237 pag. 1, *EJUSDEM Homilia de Fide*; cujus principium: (8) Θεοῦ μεμνῆσθαι μὲν διηνεκῶς, &c.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 237 pag. 1, uſque ad fol. 240; pag. 1, *EJUSDEM Homilia contra eos, qui nos calumniantur, quòd tres Deos colamus.* Principium ejus eſt: (9) Μεγάλη παράκλησις ψυχαῖς, &c.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 240 pag. 1, uſque ad fol. 246 pag. 2, *EJUSDEM Homilia contra Sabellianos, & Arianos, & Anomæos*; cujus principium: (10) Μάχεται ἰουδαϊσμὸς Ἑλληνισμῷ, &c.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 246 pag. 2, uſque ad fol. 254 pag. 1, *EJUSDEM Homilia ad adoleſcentes, quomodo ex lectione librorum ethnicorum poſſint proficere.* Principium ejus eſt: (11) Πολλά με τὰ παρακαλοῦντά ἐςι, &c.

Vigeſimo

(1) Vide ibid. Tom. I. pag. 487. (2) Vide ibid. Tom. I. pag. 354. (3) Vide ibid. Tom. I. pag. 367. (4) Vide ibid. Tom. I. pag. 526. Legitur autem ibi hoc modo: Μαρτύρων μνήμης τίς ἂν γένοιτο κόρος τῷ φιλομάρτυρι. (5) Vide ibid. Tom. I. pag. 512. (6) Vide ibid. Tom. I. pag. 515. (7) Vide ibid. Tom. I. pag. 595. (8) Vide ibid. Tom. I. pag. 498. (9) Vide ibid. Tom, I. pag. 620. (10) Vide ibid. Tom. I. pag. 601. (11) Vide ibid. Tom. I. pag. 570.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 254 pag. 1, uſque ad fol. 261 pag. 2, *EJUSDEM Homilia habita in Lacizis de variis Sacræ Scripturæ locis, ad varia vitia pertinentibus*. Principium ejus eſt: (1) Ἀνταγωνίζεται ὁ ἐχθρὸς, &c.

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 261 pag. 2, uſque ad fol. 270 pag. 2, *EJUSDEM Homilia habita tempore famis & ſiccitatis*; cujus principium: (2) Λέων ἐρεύξεται, &c.

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 270 pag. 2, uſque ad fol. 280 pag. 1, *EJUSDEM Homilia: Quòd non ſit adhærendum rebus ſecularibus, & de Incendio exorto*, ἔξωθεν τῆς πόλεως, ſive, *extra Urbem*. Ita enim ibi ſcriptum eſt, non autem, ut in editione græco-latinâ Pariſienſi, ἔξωθεν τῆς ἐκκλησίας, ſive, *extra Eccleſiam*. Principium ejus eſt: (3) Ἐγὼ μὲν ᾤμην, ἀγαπητοὶ, &c.

Trigeſimò, & quidem à fol. 280 pag. 1, uſque ad fol. 281 pag. 2, *EJUSDEM Epiſtola ad Monachum lapſum*; cujus principium: (4) Χαίρειν οὐ λέγομεν, &c.

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 281 pag. 2, uſque ad fol. 287 pag. 2, *EJUSDEM Epiſtola alia ad Monachum lapſum*; cujus principium: (5) Διπλός μοι φόβος, &c.

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 287 pag. 2, uſque ad fol. 290 pag. 1, *EJUSDEM Epiſtola*, πρὸς τοὺς Ἐπισκόπους τῆς δύσεως, ſive, *ad Epiſcopos Occidentales*; cujus principium: (6) Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς σῶμα ἑαυτοῦ καταδεξάμενος, &c. In editione græco-latinâ Pariſienſi inſcribitur hæc Epiſtola *ad Epiſcopos Galliæ & Italiæ*.

Trigeſimo tertiò, & quidem à fol. 290 pag. 2, uſque ad fol. 294 pag. 2, *EJUSDEM Epiſtola ad Optimum Epiſcopum de verbis Capitis quarti Geneſeos: Omnis, qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur; & de verbis Capitis ſecundi Evangelii S. Lucæ: Tuam ipſius animam pertranſibit gladius*. Principium ejus eſt: (7) Καὶ ἄλλως ἡδέως ὁρῶν τοὺς ἀγαθοὺς παῖδας, &c.

Trigeſimo quartò, & quidem à fol. 294 pag. 2, uſque ad fol. 299 pag. 2, *EJUSDEM Epiſtola* περὶ μετανοίας, ſive, *de Pœnitentiâ*; cujus principium: (8) Τῶν τὴν μετανοίαν ἀναιρεῖν ἐπιμώντων τὴν ἀλαζονείαν, &c. In editione græco-latinâ Pariſinâ legitur Ὁμιλία, non autem Ἐπιστολή.

Trigeſimo quintò, & quidem fol. 300 pag. 1 & 2, *EJUSDEM Epiſtola ad Eunomium hæreticum*; cujus principium: (9) Ὁ ἐφικτὴν εἶναι λέγων, &c.

Trigeſimo ſextò, & quidem à fol. 300 pag. 2, uſque ad fol. 304 pag. 1, *EJUSDEM Epiſtola ad S. Gregorium Nazianzenum*; cujus principium: (10) Ἐπέγνων σου τὴν ἐπιστολὴν, &c.

Trigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 304 pag. 2, uſque ad fol. 310 pag. 1, *EJUSDEM ad fratrem S. Gregorium Nyſſenum Epiſtola de differentiâ*, οὐσίας, ſive *Eſſentiæ*, & ὑποστάσεως, ſive *Subſtantiæ*; cujus principium: (11) Ἐπειδὴ πολλοὶ τὸ κοινὸν, &c.

Trigeſimo octavò, & quidem à fol. 310 pag. 1, uſque ad fol. 311 pag. 2, *EJUSDEM Epiſtola conſolatoria ad Nectarium, de obitu filij*; cujus principium: (12) Οὔπω εἶχον τρίτην, &c.

Trigeſimo nonò, & quidem à fol. 311 pag. 2, uſque ad fol. 312 pag. 2, *EJUSDEM Epiſtola conſolatoria ad Nectarij uxorem, de morte filij*; cujus principium: (13) Ἔμελλον ἀποσιωπᾷν, &c.

 Quadra-

(1) Vide ibid. Tom. I. pag. 535. (2) Vide ibid. Tom. I. pag. 407. (3) Vide ibid. Tom. I. pag. 555. (4) Vide ibid. Tom. II. pag. 745. (5) Vide ibid. Tom. II. pag. 749. (6) Vide ibid. Tom. II. pag. 860. (7) Vide ibid. Tom II. pag. 1083. (8) Vide ibid. Tom. I. pag. 611. (9) Vide ibid. Tom. II. pag. 952. (10) Vide ibid. Tom. II. pag. 781. (11) Vide ibid. Tom. II. pag. 805. (12) Vide ibid. Tom. I. pag. 969. (13) Vide ibid. Tom. II. pag. 974.

Quadrageſimò, & quidem à fol. 312 pag. 2, uſque ad fol. 313 pag. 2, *EJUSDEM Epiſtola ad Simpliciam hæreticam, de ipſius Eunuchis*; cujus principium: (1) Ἀβούλως οἱ ἄνθρωποι, καὶ μισοῦσι τοὺς κρείττονας, καὶ φιλοῦσι τοὺς χείρονας· διὸ δὴ, &c. Argumentum hujus *Epiſtolæ*, quod in Operum S. Baſilii Magni editione græco-latinâ Pariſienſi deeſt, edidit Cl. Lambecius, lib. 3. Commentar. pag. 132.

Quadrageſimo primò, & quidem à fol. 313 pag. 2, uſque ad fol. 371, ſive ultimum, *EJUSDEM* Ὁμιλία περὶ τῆς ἐν παρθενίᾳ ἀληθοῦς ἀφθορίας· Hoc eſt: *Homilia* ſive *Oratio de verâ Virginitatis integritate.* Incipit ea his verbis: (2) Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν τὸν νυμφίον ἡμῶν, &c. Notandum autem eſt, Opuſculum hoc minùs rectè ibi appellari *Homiliam*, reverâ autem appellandum eſſe *Librum*, ſcriptúmq; eſſe ad *Letoium*, Μελιτηνῆς ſive *Melitenæ in Cappadociâ Epiſcopum*, qui in editione *Pariſinâ* perperàm vocatur Ἐπίσκοπος Μελίτης, & latinè *Epiſcopus Melitenſis* pro *Melitenenſis.*

XXXVIII.

TRIGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátq; foliis *centum ſexaginta ſeptem.* Continetur eo *THEODORETI*, *Epiſcopi Cyrenſis*, *Commentarius in Prophetam Ezechielem*; cujus titulus & principium: Θεοδωρήτου Ἐπισκόπου Κύρου ὑπόθεσις τῆς εἰς τὸν Προφήτην Ἰεζεκιὴλ Ἑρμηνείας. Οἱ μὲν τοῦ σώματος ὀφθαλμοὶ σχημάτων καὶ χρωμάτων ἐδημιούργησαν δικασταὶ, &c. Vide Operum *Theodoreti* editionem latinam Colonienſem, Tom. I, à pag. 514, uſque ad pag. 646.

XXXIX.

TRIGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus ac optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis & uno*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homiliæ in Geneſin*, ab (3) Homilia *trigeſimâ quartâ*, cujus principium: Κατεμάθετε χθὲς, ἀγαπητοὶ, &c. uſque ad finem Homiliæ *ſexageſimæ ſeptimæ*, ſive *ultimæ*, cujus principium: Πρώην ἐπαγγειλάμενος τέλος ἐπιθεῖναι, &c. Quis autem ante *Sambucum* ejuſdem Codicis fuerit poſſeſſor, indicatur folio primo his verbis: Μάρκου Μαμοῦνα τὸ κτῆμα.

XL.

QUADRAGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc *ducentis ſexaginta novem* foliis, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 2, pag. 1, S. CYRILLI, *Archi-Epiſcopi Alexandrini*, *Epiſtola ad Neſtorium Hæreſiarcham*, *Archiepiſcopum Conſtantinopoli*.

(1) Vide ibid. Tom. II. pag. 920. (2) Vide Operum *S. Baſilii Magni* editionem græco-latinam Pariſ. Tom. I. pag. 705. (3) Vide editionem Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* græcam Savilianam Tom. I, à pag. 272, uſque ad pag. 519.

nopolitanum, cujus principium: (1) Καταφλυαρῦσιν, ὡς μανθάνω, τινὲς τῆς ἐμῆς ὑπολήψεως, &c.

Secundò, & quidem à fol. 2 pag. 1, uſque ad fol. 4 pag. 1, *NESTORII ad S. Cyrillum Epiſtola reſponſoria*; cujus principium: (2) Τὰς μὲν καθ' ἡμῶν ὕβρεις, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 4 pag. 1, uſque ad fol. 7 pag. 1, S. CYRILLI & *Concilij Alexandrini ad Neſtorium* ἐπιστολὴ ἐπιφωνητικὴ τρίτη, cujus principium: (3) Τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν λέγοντος· ὁ φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμὲ, οὐκ ἔστι μου ἄξιος, &c.

Quartò, & quidem à fol. 7 pag. 1, uſque ad fol. 8 pag. 1, *EJUSDEM Epiſtola ad S. Cæleſtinum, primum ejus nominis Pontificem Romanum*, cujus principium: (4) Εἰ μὲν ἦν σιωπῆσαι, καὶ μὴ πάντα, &c.

Quintò, & quidem à fol. 8 pag. 2, uſque ad fol. 15 pag. 1, S. COELESTINI *Pontificis Romani Epiſtolæ* (5) *quatuor*, quarum prima *ad S. Cyrillum* incipit: Τῇ ἡμετέρᾳ συγνότητι, &c. ſecunda *ad Neſtorium*: Ἐφ' ἡμέρας τινὰς τῆς ζωῆς ἡμῶν, &c. tertia *ad Clerum & Populum Conſtantinopolitanum*: Πρὸς τούτους μοι διαλεχθησομένῳ, &c. quarta *ad Joannem Epiſcopum Antiochenum*: Εὐχόμεθα μὲν, ὥσπερ μία, &c.

Sextò, & quidem fol. 15 pag. 1 & 2, S. CYRILLI & *Synodi Alexandrinæ Epiſtola ad Monachos Conſtantinopolitanos*, cujus principium: (6) Τῆς θεοσεβείας ὑμῶν τὸν ζῆλον, &c.

Septimò, & quidem à fol. 15 pag. 2, uſque ad fol. 17 pag. 1, JOANNIS, *Epiſcopi Antiocheni, Epiſtola ad Neſtorium*, cujus principium: (7) Τὸν ἐμαυτοῦ σκοπὸν, &c.

Octavò, & quidem à fol. *17* pag. *1*, uſque ad fol. *18* pag. *2*, S. CYRILLI *Epiſtolæ* (8) *tres*, quarum prima *ad Joannem Epiſcopum Antiochenum*, incipit: Ἔγνω πού πάντως καὶ διὰ πολλῶν, &c. ſecunda *ad Juvenalem Epiſcopum Hieroſolymitanum*: Ηὐχόμην μὲν, &c. tertia *ad Acacium Epiſcopum Beræenſem*: Ὡς σφόδρα λυπούμενοι, &c.

Nonò, & quidem fol. *18* pag. *2*, & fol. *19* pag. *1*, *ACACII, Epiſcopi Beræenſis, Epiſtola ad S. Cyrillum*, cujus principium: (9) Ἐνέτυχον γράμμασι τῆς σῆς θεοσεβείας, &c.

Decimò, & quidem fol. *19* pag. *1* & *2*, CLERICORUM CONSTANTINOPOLITANORUM *Conteſtatio publicè in conſpectu Eccleſiæ propoſita, quòd Neſtorius ejuſdem ſit ſententiæ cum Paulo Samoſateno, ante centum ſexaginta annos ab orthodoxis Epiſcopis anathemate condemnato.* Principium ejus eſt: (10) Ὁρκίζω τὸν λαβόντα τόδε τὸ χαρτίον, &c.

Undecimò, & quidem à fol. *19* pag. *2*, uſque ad fol. *20* pag. *2*, S. CYRILLI *Epiſtola ad Clericos Conſtantinopolitanos, mutuis diſſidiis inter ſe conflictantes*, cujus principium: (11) Ἀνέγνων τὸ ὑπομνηστικὸν, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. *21* pag. *1*, uſque ad fol. *33* pag. *1*, *EJUSDEM de rectâ in Dominum noſtrum* Jesum Christum *fide Liber ad Imp. Theodoſium II, ſive Juniorem*; cujus principium: (12) Τῆς μὲν ἐν ἀνθρώποις εὐκλείας, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. *33* pag. *1*, uſque ad fol. *34* pag. *1*, *EJUSDEM Epiſtola ad Clerum Populúmque Conſtantinopolitanum contra Neſtorium*, quæ incipit: (13) Ὀψὲ μὲν καὶ μόλις ἤλθομεν, &c.

Decimo

(1) Vide Conciliorum Generalium editionem græco-latinam Vaticanam A. 1608. in fol. Tom. I. pag. 257. (2) Vide ibid. pag. 260. (3) Vide ibid. pag. 298. (4) Vide ibid. pag. 270. (5) Vide ibid. pag. 273 & deinceps uſque ad pag. 290. (6) Vide ibid. pag 308. (7) Vide ibid. pag. 295. (8) Vide ibid. pag. 289. & deinceps uſque ad pag. 294. (9) Vide ibid. pag. 292. (10) Vide ibid. pag. 268. (11) Vide ibidem pag. 265. (12) Vide ibid. pag. 122. (13) Vide ibid. pag. 306.

Decimo quartò, & quidem fol. 34 pag. 1 & 2, *Imp. THEODOSII II.*, *ſive Junioris*, *Epiſtola ad S. Cyrillum*; cujus principium: (1) Μέλει πλεῖστον φιλοσοφίας ἡμῖν, δὶ ἣν, &c. Inſcriptio ejuſdem Epiſtolæ eſt ibidem talis: Θεοδόσιος ἔνδοξος, θριαμβευτὴς, ἀεὶ αὔγουστος, Κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ.

Decimo quintò, & quidem fol. 34 pag. 2, *EXEMPLUM Sacræ Epiſtolæ Imperatoriæ ad Acacium Epiſcopum Beræenſem & Symeonem Antiochenſem Anachoretam*; cujus principium: (2) Οὐδὲν παντελῶς ἡμῖν, &c.

Decimo ſextò, & quidem fol. 35 pag. 1 & 2, *EXEMPLUM Sacræ Epiſtolæ Imperatoriæ ad S. Cyrillum*; cujus principium: (3) Ἤρτηται τὸ εἰς Θεὸν εὐσεβείας, &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 35 pag. 2, uſque ad fol. 37 pag. 2, *Librorum NESTORII capitula quædam hæretica & blaſphema, à Petro Presbytero Alexandrino & Primicerio Notariorum in Sancto Concilio Generali Epheſino publicè lecta & condemnata.* Principium eorum eſt: (4) Ὅταν οὖν ἡ θεία γραφὴ, &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 37 pag. 2, uſque ad fol. 39 pag. 1, *S. CYRILLI Epiſtolæ duæ*, *quarum* prima *ad Comarium & Potamonem Epiſcopos*, *& nonnullos alios*, incipit: (5) Προσεδοκῶμεν ἐλθόντα, &c. ſecunda ab Epheſo *ad Patres monachorum*, (6) Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, &c.

Decimo nonò, & quidem fol. 39 pag. 1 & 2, *S. CONCILII EPHESINI ad Impp. Theodoſium II, & Valentinianum III. Relatio de Neſtorii depoſitione*; cujus principium: (7) Ἐκ προγόνων τὴν ἀληθῆ, &c.

Vigeſimò, & quidem fol. 40 pag. 1, *S. CONCILII EPHESINI Epiſtola ad Clerum Populúmque Conſtantinopolitanum de Neſtorij depoſitione*; cujus principium: (8) Ἐπὶ τὸ πολυσέναχλον, &c.

Vigeſimo primò, & quidem fol. 40 pag. 1 & 2, *Epiſtola CLERI CONSTANTINOPOLITANI ad S. Concilium Epheſinum*; cujus principium: (9) Ἀεὶ καὶ ἐκ νέας ἡλικίας, &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem fol. 40 pag. 2, *EXEMPLUM Epiſtolæ Imperialis ad S. Concilium Epheſinum miſſæ per Palladium Magiſtrianum*; cujus principium: (10) Τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου Κόμητος, &c.

Vigeſimo tertiò, & quidem fol. 41 pag. 1 & 2, *S. CONCILII EPHESINI Relatio ad Impp. Theodoſium II, & Valentinianum III, contra Comitem Candidianum*: cujus principium: (11) Τὸ μὲν ὑμέτερον κράτος, &c.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 41 pag. 2, uſque ad fol. 42, pag. 2, *EJUSDEM Sancti Concilij Relatio ad eoſdem Imperatores, de Conciliabulo Orientalium Epiſcoporum, à Joanne Epiſcopo Antiocheno contra S. Concilium Epheſinum collecto*; cujus principium: (12) Τὰ μὲν προσδεδογμένα, &c.

Vigeſimo quintò, & quidem fol. 42 pag. 2, *S. CONCILII EPHESINI Epiſtola ad Epiſcopos, Clerum & Populum ſingularum Provinciarum de Orientalibus*; cujus principium; Συναχθέντων ἡμῶν κατὰ τὸ εὐσεβὲς γράμμα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, &c.

Vigeſimo

(1) Vide ibid. pag. 314. ſed ibi pro φιλοσοφίας legitur θεοσεβείας. (2) Vide ibid. pag. 647. (3) Vide ibid. pag. 315. (4) Vide ibid. pag. 359. (5) Vide ibid. pag. 374. (6) Vide ibid. pag. 383. (7) Vide ibid. pag. 378. (8) Vide ibid. pag. 413. (9) Vide ibid. pag. 478. (10) Vide ibid. pag. 450. (11) Vide ibid. pag. 473. (12) Vide ibid. pag. 425.

Vigeſimo ſextò, & quidem fol. 43 pag. 1 & 2, *S. CONCILII EPHESINI Relatio ad Imperatores Theodoſium II, & Valentinianum III, de Epiſcopis & (1) Presbyteris, qui ab Urbe Romá venerant*; cujus principium: Τὴν περὶ τὴν εὐσέβειαν ἡμῶν φροντίδα, &c.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem fol. 43 pag. 2, *EXEMPLUM Sacræ Epiſtolæ Imperialis, per Joannem Comitem ad S. Concilium Epheſinum miſſæ*; cujus principium: (2) Ὅτι περὶ τὴν εὐσέβειαν καὶ τὴν προγονικὴν πίστιν, &c.

Vigeſimo octavò, & quidem fol. 43 pag. 2, & fol. 44 pag. 1, *S. CONCILII EPHESINI Relatio ad Impp. Theodoſium II, & Valentinianum III, quâ Sacræ Epiſtolæ Imperiali per Joannem Comitem lectæ reſpondetur.* Principium ejus eſt: (3) Ἡ μὲν φιλόχριστος ὑμῶν βασιλεία, &c.

Vigeſimo nonò, & quidem fol. 44 pag. 2, & fol. 45 pag. 1, *S. CYRILLI Epiſtolæ duæ*, quarum prima *ad Clerum, & Populum Conſtantinopolitanum*, incipit: (4) Ἐταράχθη λίαν ἡ ἁγία Σύνοδος, &c. ſecunda autem *ad Epiſcopos Theopemptum, Potamonem & Danielem*, (5) Πολλαὶ καθ' ἡμῶν γεγόνασι, &c.

Trigeſimò, & quidem fol. 45 pag. 1 & 2, *S. CONCILII EPHESINI* (6) *Epiſtola mandatoria ad Epiſcopos, qui ab eá Conſtantinopolim miſſi ſunt, ut cauſam contra Orientales dicerent.* Principium ejus eſt: Ἐπιτραπέντες παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων, &c.

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 45 pag. 2, uſque ad fol. 47 pag. 2, *S. CYRILLI Homiliæ quinque, quarum prima contra Joannem Antiochenum ſchiſmaticum*, incipit: (7) Τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης τὴν δύναμιν, &c. ſecunda: (8) Ἔδει μὲν ἀρκεῖσθαι ταῖς τῶν προλαβόντων διδασκάλων μυσταγωγίαις, &c. tertia: (9) Ὦ τοῖς ἱεροῖς προσέχοντες γράμμασι, &c. quarta inſcribitur atque incipit hoc modo: (10) Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐξήγησις λεχθεῖσα ἐν Ἐφέσῳ ἐν ἁγίῳ Ἰωάννῃ τῷ εὐαγγελιστῇ· Τῆς μὲν τῶν ἁγίων εὐκλείας, &c. quinta *contra Neſtorium*: (11) Φανερὸν ὁρῶ τὸ σύστημα, &c.

Trigeſimo ſecundò, & quidem fol. 49 pag. 2, & fol. 50 pag. 1, *RELATIO Decreti Imperialis de exilio Neſtorii, & de ordinatione Maximiani Epiſcopi*, cujus principium: (12) Ἀνελθόντων ἐν Κωνσταντινουπόλει, &c. & *Exemplum Decreti Imperialis de exilio Neſtorii ad Iſidorum Præfectum Prætorii & Conſulem*; cujus principium: (13) Εἰ καὶ τῆς τῶν δημοσίων, &c. item *Exemplum Sacræ Legis Imperialis contra Neſtorium*, cujus principium: (14) Τὸ τῇ εὐσεβεστάτῃ θρησκείᾳ, &c.

Trigeſimo tertiò, & quidem fol. 50 & 51, *MAXIMIANI, Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, Epiſtola ad S. Cyrillum*, (15) Πεπλήρωταί σοι τὰ τῆς ἐπιθυμίας, &c. & *S. Cyrilli Epiſtola reſponſoria*, (16) Πρέπον οἶμαι καὶ νῦν εἰπεῖν, &c.

Trigeſimo quartò, & quidem à fol. 51 pag. 2, uſque ad fol. 57 pag. 2, *S. CYRILLI Apologeticus ad Imperatorem Theodoſium Juniorem*, cujus principium: (17) Ἡ μὲν θεία καὶ ἀκήρατος, &c.

Trigeſimo quintò, & quidem à fol. 57 pag. 2, uſque ad fol. 58 pag. 2, *EXEMPLUM Sacræ Epiſtolæ Imperatoriæ, per Ariſtolaum Tribunum miſſæ ad Joannem, Epiſcopum*

 Antio-

(1) Vide ibidem pag. 412. ſed ibi pro ἐπισκόπων τε καὶ πρεσβυτέρων perperàm legitur ἐπισκόπων καὶ πρεσβευτῶν, hoc eſt, *de Epiſcopis & Legatis*. (2) Vide ibidem pag. 459. (3) Vide ibid. pag. 479. (4) Vide ibid. pag. 480. (5) Vide ibid. pag. 486. (6) Vide ibid. pag. 491. ſed pro ἐπιστολὴ legitur ἐντολή. (7) Vide ibid. pag. 431. (8) Vide ibidem pag. 385. (9) Vide ibid. pag. 591. (10) Vide ibid. pag. 612. (11) Vide ibid. pag. 387. (12) Vide ibid. pag. 631. (13) Vide ibid. pag. 632. (14) Vide ibid. pag. 711. (15) Vide ibid. pag. 633. (16) Vide ibid. pag. 634. (17) Vide ibid. pag. 616.

Antiochenum de pace & unione Eccleſiarum. Principium ejus eſt: (1) Σκοπὸς μὲν ἡμῖν τὸ τῆς εἰρήνης κατόρθωμα· &c.

Trigeſimo ſextò, & quidem à fol. 58 pag. 2, uſque ad fol. 59 pag. 2, *JOANNIS, Epiſcopi Antiocheni, Libellus, S. Cyrillo à Paulo Epiſcopo Emeſeno oblatus*, cujus principium: (2) Οἱ εὐσεβέστατοι καὶ καλλίνικοι, &c. & *ejuſdem Joannis Epiſtola ad S. Cyrillum*, cujus principium: (3) Πρώην ἐκ θεσπίσματος, &c.

Trigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 59 pag. 2, uſque ad fol. 60 pag. 2, S. CYRILLI *Epiſtola ad Joannem Epiſcopum Antiochenum & Synodum ibidem congregatam*; cujus principium: (4) Οὐκ ἠρέμησεν ὁ δράκων ὁ ἀποστάτης, &c.

Trigeſimo octavò, & quidem à fol. 60 pag. 2, uſque ad fol. 62 pag. 1, *PROCLI, Epiſcopi Cyziceni, Homilia in Incarnationem Domini noſtri JESU CHRISTI, ſedente adhuc Neſtorio habita*; cujus principium: (5) Παρθενικὴ πανήγυρις σήμερον, &c.

Trigeſimo nonò, & quidem fol. 62 pag. 1 & 2, & fol. 63 pag. 1, S. CYRILLI *Epiſtolæ quatuor ad Clerum & Populum Alexandrinum*, quarum prima ante S. Concilium Epheſinum è Rhodo ſcripta, incipit: (6) Χάρις καὶ φιλανθρωπία τοῦ πάντων, &c. ſecunda: (7) Διψῶντί μοι πάλιν, &c. tertia: (8) Εἰ καὶ πλατύτερον, &c. quarta: (9) Τὰ λαμπρὰ καὶ μεγάλα, &c.

Quadrageſimò, & quidem fol. 63 pag. 1, SYMBOLUM NICÆNUM, (10) Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, &c.

Quadrageſimo primò, & quidem à fol. 63 pag. 1 & 2, CHARISII, *Presbyteri Philadelphiæ, Relatio ad S. Concilium Epheſinum contra Quartodecimanos*; cujus principium: (11) Κατὰ θέσπισμα τῶν εὐσεβεστάτων, &c.

Quadrageſimo ſecundò, & quidem à fol. 63 pag. 2, uſque ad fol. 65 pag. 1, *EJUSDEM Libellus S. Concilio Epheſino oblatus*, cujus principium: (12) Εὐχὴ μὲν ἅπασι τοῖς εὐφρονοῦσι, &c. unà cum ſubjuncto *Exemplo Expoſitionis Symboli Nicæni depravati*: (13) Τοὺς ἢ νῦν πρῶτον παιδευομένους, &c. & cum *Subſcriptione eorum, qui decepti fuerant*: (14) Ῥοῦφος Ἰκονικοῦ φιλαδελφεὺς τεσσαρεσκαιδεκατίτης, ἐπιγνοὺς, &c.

Quadrageſimo tertiò, & quidem à fol. 65 pag. 1, uſque ad fol. 72 pag. 2, *THEODOTI, Epiſcopi Ancyrani, Homiliæ tres*, quarum prima, *contra Neſtorium*, Epheſi habita, incipit: (15) Ὅπερ ἐστὶ τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἰατρὸς, τοῦτο ταῖς ψυχαῖς ἱερεύς, &c. ſecunda *in Natalem Salvatoris*, lecta in S. Concilio Epheſino, præſente S. Cyrillo: (16) Λαμπρὰ τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ ὑπόθεσις, &c. tertia, quæ itidem *die natali Salvatoris noſtri* habita, & in S. Concilio Epheſino lecta eſt, (17) Λαμπρὰ καὶ παράδοξος τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ ὑπόθεσις, &c.

Quadrageſimo quartò, & quidem à fol. 72 pag. 2, & fol. 73 pag. 2, *ACACII, Epiſcopi Melitenæ Homilia, in S. Concilio Epheſino habita*, cujus principium: (18) Ὁρῶντί μοι, ἀγαπητοὶ, &c.

Quadrageſimo quintò, & quidem à fol. 73 pag. 2, uſq; ad fol. 75 pag. 1, PAULI, *Epiſcopi Emeſeni, Homiliæ duæ in Nativitatem Salvatoris noſtri habitæ Alexandriæ*, quarum prima

(1) Vide ibidem pag. 644. (2) Vide ibidem pag. 648. (3) Vide ibidem pag. 650. (4) Vide ibid. pag. 708. (5) Vide ibid. pag. 103. (6) Vide ibid. pag 317. (7) Vide ibid. pag. 318. (8) Vide ibid. pag. 381. (9) Vide ibid. pag. 382. (10) Vide ibid. pag. 328 & 433. (11) Vide ibid. pag. 434. (12) Vide ibid. pag. 435. (13) Vide ibid. pag. 436. (14) Vide ibid. 438. (15) Vide ibid. 614. (16) Vide ibid. pag. 605. (17) Vide ibid. pag. 596. (18) Vide ibid, pag. 593.

prima incipit: (1) Εὔκαιρον σήμερον τὴν ὑμετέραν, &c. ſecunda autem: (2) Πρώην πρὸς τὴν ὑμετέραν, &c.

Quadrageſimo ſextò, & quidem fol. 75 pag. 1 & 2, *S. CYRILLI Homilia de Paulo, Epiſcopo Emeſeno, & de Incarnatione Dominica*; cujus principium: (3) Ὁ μακάριος Προφήτης Ἠσαΐας, &c.

Quadrageſimo ſeptimò, & quidem à fol. 75 pag. 2, *RHEGINI, Epiſcopi Cypri, Homilia habita Epheſi, poſt depoſitionem Neſtorii*; cujus principium: (4) Ἐμοὶ μὲν ἐδόκει σιγᾷν, &c.

Quadrageſimo octavò, & quidem à fol. 76 pag. 2, *S. CYRILLI Epiſtola ad Euoptium, contra Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis impugnationem duodecim Anathematiſmorum*. Principium ejus eſt: (5) Ἐνέτυχον τοῖς παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας, &c.

Quadrageſimo nonò, & quidem à fol. 77 pag. 1, uſque ad fol. 95 pag. 1, *EJUSDEM duodecim Anathematiſmi contra Neſtorium, eorúmque Declaratio coram S. Concilio Epheſino; ut & eorundem Defenſio adverſus Theodoreti, Epiſcopi Cyrenſis, Reprehenſiones*. Principium: *Prologi jam memoratorum duodecim Anathematiſmorum* & *Declarationis* ſive *Explanationis* eorundem eſt hoc: (6) Πάντα ἐνώπια τοῖς συνιοῦσι, &c.

Quinquageſimò, & quidem à fol. 95 pag. 1, uſque ad fol. 106 pag. 1, *EJUSDEM Epiſtolæ quatuor*, quarum prima *ad Valerianum, Epiſcopum Iconii*, incipit: (7) Ἀπόχρη μὲν, ὡς διάκειμαι, &c. ſecunda *ad Eulogium Presbyterum*: (8) Ἐπιλαμβάνονταί τινες, &c. tertia *ad Acacium, Epiſcopum Melitenæ*, (9) Χρῆμα μὲν ἀδελφοῖς, &c. quarta *ad Succeſſum, Epiſcopum Diocæſareæ Iſaurienſis Provinciæ*, (10) Ἐνέτυχον μὲν τῷ ὑπομνηστικῷ, &c.

Quinquageſimo primò, & quidem à fol. 106 pag. 1, uſque ad fol. 9 pag. 2, *PROCLI, Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, Epiſtola ad Armenios de Fide*; cujus principium: (11) Οὐ μετρίως ἀδελφοὶ, &c.

Quinquageſimo ſecundò, & quidem à fol. 109 pag. 2, uſq; ad fol. 112 pag. 2, S. ATHANASII, *Archiepiſcopi Alexandrini, Epiſtola dogmatica ad Epictetum, Epiſcopum Corinthi*, cujus principium: (12) Ἐγὼ μὲν ἐνόμιζον, πᾶσαν ματαιολογίαν, &c.

Quinquageſimo tertiò, & quidem à fol. 112 pag. 2, uſque ad fol. *114* pag. 2, EJUSDEM Ἀπόδειξις, ſive *Demonſtratio, quòd unus ſit Chriſtus*. Principium ejus eſt: (13) Ἔδει μὲν τοῦ ἅπαξ, &c.

Quinquageſimo quartò, & quidem à fol. *114* pag. *2*, uſque ad fol. *120* pag. *2*, EJUSDEM περὶ τῆς ἐνσάρκου (14) οἰκονομίας τοῦ Θεοῦ Λόγου, καὶ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος, cujus principium: (15) Ὁ καλοτέχνως τὰς θείας γραφὰς, &c.

Quinquageſimo quintò, & quidem à fol. *120* pag. *2*, uſque ad fol. *122* pag. *1*, S. CYRILLI, *Archiepiſcopi Alexandrini, Epiſtola ad Joannem, Epiſcopum Antiochenum, cæteróſque Epiſcopos Orientales de Pace*, cujus principium: (16) Εὐφραινέσθωσαν οἱ οὐρανοὶ, &c.

Quinquageſimo ſextò, & quidem à fol. *122* pag. *1*, uſque ad fol. *125* pag. *2*, S. LEONIS, *primi ejus nominis Pontificis Romani, Epiſtola ad Flavianum Patriarcham Conſtantinopolita-*

Octavò, & quidem à fol. 280 pag. 1, uſque ad fol. 284 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio in Feſtum Occurſûs Domini noſtri Jeſu Chriſti*, ſive *in Feſtum Purificationis*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου Ὁμιλία ῥηθεῖσα εἰς τὴν ἁγίαν καὶ σεβάσμιον καὶ ὑπερένδοξον Ὑπαπαντὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ἐλέχθη δὲ ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ πόλει. &c. Notandum autem eſt, hujus *Orationis* nullam fieri mentionem in *Indice alphabetico* principiorum omnium Orationum *S. Joannis Chryſoſtomi*, tàm genuinarum, quàm ſuppoſititiarum & dubiarum, Tomo octavo Operum ejuſdem ab *Henrico Savilio* græcè edito.

XLVIII.

Q*UADRAGESIMUS OCTAVUS* Codex Manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ſexaginta*, & ad V. CL. (1) *Sebaſtianum Ericium* olim pertinuit. Eſt autem hic unus ex illis *Codicibus manuſcriptis Græcis*, qui hoc ipſo anno 1672, auſpicio ac liberalitate *Sacratiſſimi Potentiſſimique Imperatoris LEOPOLDI I.* ab Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Domino Abbate (2) *Dominico Federici*, pro S. Cæſ. Majeſtate apud Sereniſſimam Rempublicam Venetam Reſidente, *Venetiis* empti, atque inde in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream* tranſlati ſunt. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 10 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Homiliæ quatuor*; quarum *prima in Beatiſſimam Virginem Deiparam* inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον. Ὥσπερ παράδεισος ἄλλος, ἀγαπητοί, πολυανθὴς καὶ εὐώδης ἡ τῶν θείων καὶ εὐαγγελικῶν ῥημάτων ἀκρόασις ἐστὶ, καὶ δι᾽ αὐτῶν &c; *ſecunda de ſacrâ Synaxi & vitâ continente*: Ὁμιλία περὶ συνάξεως τῆς ἐν τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ, καὶ περὶ σώφρονος βίου. Ἀεὶ μὲν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις διὰ πάσης τῆς τοῦ Θεοῦ γραφῆς &c. *tertia*, *Quod DEUS non ſit autor mali*: Ὁμιλία εἰς τὸ, ὅτι ὁ Θεὸς ἀναίτιος ἐστιν εἰς τὰ κακά. Ἔδει μὲν πάντας ἡμᾶς, ἀδελφοί, πεπαγιωμένους εἶναι τῇ πίστει, &c. *quarta*, *in Sanctum Baptiſma, & de Compunctione*: Ὁμιλία εἰς τὸ ἅγιον Βάπτισμα, καὶ περὶ κατανύξεως. Κατελθὼν ὁ Θεὸς καὶ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐπὶ τῆς γῆς, &c.

Secundò,

(1) Hic eſt ille *Sebaſtianus Ericius*, ſive *Erizzo*, qui ſibi magnam nominis celebritatem comparavit eruditiſſimo *Commentario Italico de antiquis Numiſmatibus*; cujus exemplar adſervatur in *Auguſtiſſima Bibliothecâ Cæſareâ*, impreſſum Venetiis apud Joannem Variſcum, A. 1568. in quarto, &, quod obſervatu digniſſimum eſt, *autographis Joannis Sambuci Annotationibus marginalibus* paſſim illuſtratum & auctum.

(2) Vide Lib. IV. *Lambecianorum Commentar.* pag. 326.

Secundò, & quidem à fol. 10 pag. 2, uſque ad fol. 12 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio in illud, Eccleſia Chriſti, ſecundùm Beatum Paulum, eſt corpus ipſius Chriſti.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Orationis* ſunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὸ, ἡ ἐκκλησία τοῦ Χριστοῦ κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον σῶμά ἐστιν αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. Ὅταν γὰρ ἴδῃς τὸν Κύριον τεθυμένον καὶ κείμενον, καὶ τὸν Ἱερέα ἐφεστῶτα τῷ θύματι καὶ ἐπευχόμενον, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 13 pag. 1, uſque ad fol. 26 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Homiliæ octo*, quarum *prima de Congregatione in Eccleſiâ* DEI, *& de vitâ continente*, inſcribitur atque incipit his verbis: Ὁμιλία περὶ ἀθροίσεως τῆς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ, καὶ περὶ σώφρονος βίου. Ἀεὶ μὲν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις διὰ πάσης τῆς τοῦ Θεοῦ γραφῆς, &c. *ſecunda de Conſervatione* DEO *gratâ, & de timore atque obſervatione præceptorum*: Ὁμιλία περὶ πολιτείας εὐαρεστούσης Θεῷ, καὶ περὶ φόβου καὶ τηρήσεως ἐντολῶν. Τῶν ἀνόμων ἑλλήνων τοὺς ἰδίους υἱοὺς καὶ τὰς θυγατέρας τοῖς Θεοῖς αὐτῶν θυσάντων, &c. *tertia de Converſatione* DEO *gratâ & vitâ rectâ*: Ὁμιλία περὶ θεαρέστου πολιτείας καὶ βίου ὀρθοῦ. Ἡ δὲ πόλις μὲν καὶ πατρὶς ἡ ἄνω Ἱερουσαλὴμ, &c. *quarta de Amore erga pauperes*: Ὁμιλία περὶ φιλοπτωχείας, καὶ τοῦ μὴ τρυφᾷν εἰς κόρον. Τῶν ἐπιγείων χρημάτων ὁ ἄστατος πλοῦτος, &c. *quinta, Quòd quiſque peccata ſua patribus ſpiritualibus confiteri, & cordis ſui arcana iiſdem revelare debeat*: Ὁμιλία εἰς τὸ, ὅτι χρὴ ἕκαστον ἐξαγγέλλειν τὰς ἁμαρτίας πατράσι πνευματικοῖς καὶ τὰ τῆς καρδίας κρυπτά. Ἀπὸ τῶν παραδόσεων τῶν οἰκουμενικῶν διδασκάλων, &c. *ſexta de revelandis & non reticendis pravis ſuis cogitationibus*; Ὁμιλία εἰς τὸ, ὅτι χρὴ ἀποκαλύπτειν τοὺς πονηροὺς λογισμοὺς, καὶ μηδαμῶς παρακατέχειν αὐτούς· ἄτοπον γάρ. Ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, ἐμοὶ μὲν τὸ λέγειν πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην τὸ κατὰ δύναμιν, οὐκ ὀκνηρὸν, ὑμῖν δὲ πάλιν τὸ ἀκούειν, &c. *ſeptima de Patientia*: Ὁμιλία περὶ ὑπομονῆς, καὶ μὴ ἐκκακεῖν ἐν ταῖς θλίψεσιν. Τὸ τῆς φύσεως ἡμῶν χαμαιπετὲς καὶ πρὸς τὰς ἡδονὰς ἔκλυτον, &c. *octava in Nativitatem Chriſti, & de Temperantiâ*: Ὁμιλία ἐν τῇ ἁγίᾳ γεννήσει τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ περὶ σωφροσύνης. Ὥσπερ γὰρ εἰς ἀμπελῶνα τὶς εἰσελθὼν, καὶ τὰς ἀμπέλους ἰδὼν κομώσας, &c.

Quartò, & quidem à fol. 26 pag. 2, uſque ad fol. 28 pag. 2, AFRICANI *Narratio de iis, quæ in Perſide contigerunt per incarnationem Chriſti.* Ipſa tituli græci verba cum principio Narrationis ſunt hæc: Διήγησις Ἀφρικανοῦ περὶ τῶν ἐν Περσίδι γενομένων διὰ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐκ Περσίδος ἐγνώσθη ἀπ᾽ ἀρχῆς ὁ Χριστὸς· οὐδὲν γὰρ λανθάνει τοὺς ἐν αὐτῇ νομομαθεῖς ἅπαντα φιλοπονοῦντας. ὅσα γὰρ, &c.

Quintò, & quidem à fol. 29 pag. 2, uſque ad fol. 34 pag. 1, JOANNIS CALECÆ, *Patriarchæ Conſtantinopolitani, Homiliæ duæ*; quarum *prima in Evangelium Dominicæ poſt Nativitatem Chriſti* inſcribitur, atque incipit his verbis: Κυριακῇ μετὰ τὴν Χριστοῦ γέννησιν. Ἀναχωρησάντων τῶν Μάγων, ἰδοὺ Ἄγγελος Κυρίου φαίνεται κατ᾽ ὄναρ τῷ Ἰωσὴφ, &c. Τοὺς Μάγους ὁ Θεὸς πρῶτον δι᾽ ἀστέρος εἰς τὴν πίστιν ἐχειραγώγησε, &c. *ſecunda in Evangelium Dominicæ ante Epiphaniam*: Κυριακῇ πρὸ τῶν φώτων. Ἀρχὴ τοῦ Εὐαγγελίου Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὡς γέγραπται ἐν τοῖς Προφήταις· Ἰδοὺ ἐγὼ ἀποστέλλω τὸν Ἄγγελόν μου, &c. Τὸν ὕστερον καὶ τὸν τελευταῖον τῶν Προφητῶν Ἰωάννην τὸν Πρόδρομον, &c.

Sextò, & quidem à fol. 35 pag. 1, uſque ad fol. 60 pag. 2, *Vita S.* ANTONII *Abbatis, conſcripta à S. Athanaſio, Archiepiſcopo Alexandrino*; cujus titulus & principium: Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιζ΄. Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀντωνίου. Ἀγαθὴν ἅμιλλαν ἐνεστήσασθε πρὸς τοὺς ἐν Αἰγύπτῳ μοναχοὺς, &c. Eadem *Vita* exſtat *græcè* & *latinè* inter *Opera S. Athanaſii*, Pariſiis anno 1627 duobus Tomis in folio edita, Tomi primi paginâ 451, & deinceps uſque ad pag. 505; item *latinè* tantùm *Evagrio, Presbytero Antiocheno, interprete* in *Syntagmate de Vitis Patrum*, à R. P. *Heriberto Roſweydo* S. J. Antverpiæ typis Plantinianis An. 1628 in folio edito, à pag. 35 uſque ad pag. 74, cum ſubjunctis jam memorati R. P. *Roſweydi* doctiſſimis *Annotationibus*. Primus autem omnium eandem *Vitam* græcè cum Interpretatione ſuâ latinâ & Notis, è Codice MSto *Boico*, in lucem edidit *David Hoeſchelius Auguſtanus*, Auguſtæ Vindelicorum, typis Davidis Franckii A. 1611, in quarto.

XLIX.

Q*UADRAGESIMUS NONUS* Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in folio, in principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *octo*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Ericium* olim pertinuit. Eſt autem hic quoque unius ex illis *Codicibus manuſcriptis Græcis*, qui anno 1672 auſpicio & liberalitate *S. Cæſ. Majeſtatis Venetiis* empti, atque inde in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream* tranſlati ſunt. Continentur eo ANONYMI cujuſdam Autoris *Homiliæ quinque*, quarum *prima* caret principio; *ſecunda* autem *de Timore* DEI inſcribitur, atque incipit his verbis: Ὁμιλία εἰς λιτανίαν περὶ φόβου Θεοῦ. Τοὺς ἀγωνιζομένους αὐθεντῶς τῶν ἀλλοφύλων ταῖς φάλαγξιν, &c. *tertia de Invidiâ, & quòd aliis ignoſcere debemus errores, quos ipſi commiſimus*: Ὁμιλία περὶ φθόνου, καὶ ὅτι δεῖ συγχωρεῖν τοῖς πέλας τὰ παρ᾽ ἑαυτῶν ἐπταισμένα. Ἀγαθὸς ὁ Θεὸς, καὶ ἀγαθῶν τοῖς ἀξίοις παρεκτικός· πονηρὸς δὲ ὁ διάβολος, &c. *quarta, Quomodo* DEUS *averſetur peccantes*: Ὁμιλία εἰς λιτανίας, ὅπως ἀποστρέφεται ὁ Θεὸς τοὺς ἁμαρτάνοντας. Καλὸν τὸ παραπτῆναι καὶ παραβάλλειν τὰ σωματικὰ τοῖς πνευματικοῖς, ἀδελφοὶ, &c. *quinta de Compunctione & Confeſſione*: Ὁμιλία περὶ κατανύξεως καὶ ἐξομολογήσεως. Χρὴ γινώσκειν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, ὅτι, ὁπόταν ὑποσυρῇ ἡ ψυχὴ ταῖς ἀλόγοις ἐπιθυμίαις, &c.

L.

Q*UINQUAGESIMUS* Codex Manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *ſex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo S. METHODII *Martyris*, primùm *Olympi Lyciæ*, vel, ſecundùm alios, *Patarorum*, ac poſteà *Tyri Epiſcopi*, cognomento *Eubulij*, Liber περὶ τοῦ αὐτεξουσίου, ſive, *de Libero Arbitrio*, cujus titulus & principium: Μεθοδίου περὶ τοῦ αὐτεξουσίου. Ὁ μὲν Ἰθακήσιος γέρων κατὰ τὸν τῶν ἑλλήνων μῦθον, &c. Eſt autem *imperfectus*, & pertingit tantùm uſque ad hæc verba: καὶ γὰρ ἔτι ποιοῦσιν πόλεις οὐκ ἐκ πόλεων, καὶ ναοὺς ὁμοίως οὐκ ἐκ ναῶν. Eodem quoque modo & æquè

æquè *imperfectè* edidit eundem *S. Methodii* Librum *Joannes Meurſius* in Syntagmate *Variorum Divinorum*, Lugduni Batavorum apud Iſaacum Elzevirium, A. 1619, græcè edito in 4to. Meminit quidem etiam ejuſdem Operis *Photius* Patriarcha Conſtantinopolitanus, & non pauca ejus *Fragmenta* exhibet in *Bibliothecæ* ſuæ *Codice ducenteſimo trigeſimo ſexto*, ita tamen, ut ipſe ibidem expreſsè teſtetur, ſe illud non vidiſſe *integrum*, ſed tantùm ejus Συντομίαν ſive *Epitomen*, quam etiam aliàs vocat Ἐκλογὴν κατὰ σύνοψιν, & ſimpliciter Σύνοψιν.

LI.

QUINQVAGESIMUS PRIMUS Codex Manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *octodecim*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 10 pag. 2, THEOPHYLACTI, *Acridæ in Bulgariâ Archiepiſcopi*, *Diſſertatio ad quendam ſuorum familiarium, de iis rebus, ob quas Latini à Græcis reprehenduntur.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Diſſertationis* ſunt hæc: Τοῦ μακαρίτου Ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας κυροῦ Θεοφυλάκτου προσλαλιὰ τινὶ τῶν αὐτοῦ ὁμιλητῶν, περὶ ὧν ἐγκαλοῦνται Λατῖνοι. Εἰσῆλθε τὸ ἀξίωμα σου ἐνώπιόν μου, εὐλαβέστατέ μοι ἐν Κυρίῳ υἱὲ, καὶ κατενόησα μὲν αὐτὸ καλὸν καὶ ὀφθαλμῶν ἀρχιερατικῶν ἄξιον, &c. Meminit hujus Diſſertationis *Leo Allatius* lib. II, de Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ Conſenſione, cap. 10, §. 2.

Secundò, & quidem à fol. 10 pag. 2, uſque ad fol. 18 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in adorationem venerandæ Crucis, medio Jejuniorum tempore.* Ipſa tituli græci verba, cum principio Orationis, ſunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὴν προσκύνησιν τοῦ τιμίου Σταυροῦ ἐν τῇ μεσονηστίμῳ· Τί δαί; ἡμεῖς ἐπὶ τῷ προκειμένῳ στήσωμεν θαῦμα, &c. Exſtat hæc *Oratio* græcè & latinè Tomo ſecundo Syntagmatis R. P. *Jacobi Gretſeri* S. J. *de Sanctâ Cruce*, colum. 1499, ſed deprompta ex Codice MSto *Bibliothecæ Bavaricæ*.

LII.

QUINQVAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *quatuordecim*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo ALEXANDRI LYCOPOLITÆ *Diſputatio contra Manichæos*, cujus titulus & principium: Ἀλεξάνδρου Λυκοπολίτου, ἐπιστρέψαντος ἐξ ἐθνῶν, πρὸς τὰς Μανιχαίου δόξας. Ἡ Χριστιανῶν φιλοσοφία ἁπλῆ καλεῖται. αὐτὴ δὲ ἐπὶ τὴν τῶν ἠθῶν κατασκευὴν τὴν πλείστην ἐπιμέλειαν ποιεῖται, &c.

LIII.

QUINQVAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *quadraginta*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo *COSMÆ Hieroſolymitani* Ἔκφρασις ſive *Enarratio metrica ſingulorum Pſalmorum totius Pſalterij Davidici*, cujus titulus & principium:

 Ἔκφρα-

Ἔκφρασις ὡραιοτάτη εἰς τὸν θεῖον καὶ προφητικώτατον Δαυὶδ Κοσμᾶ Ποιητοῦ. Προοίμιον.

> Μετὰ τὸν μέγιστον Μωσῆν καὶ μέγαν ἐν Προφήταις,
> Καὶ πρώτιστον δημαγωγὸν, &c.

Plura de hâc *Pſalmorum Ecphraſi* vide Libri *tertij Lambecianorum* Commentariorum, pag. 103, 104, & 227.

LIV.

QUINQVAGESIMUS QVARTUS Codex Manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus ac optimæ notæ, in *folio*, conſtatque foliis *trecentis viginti ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo S. JOHANNIS CHRYSOSTOMI *variæ quædam Homiliæ*, nempe *primò*, & quidem fol. 1 & 2, Fragmentum *Homiliæ ſextæ in Evangelium S. Matthæi* à verbis: (1) Τῶν ἐπὶ σκηνῆς, τῶν πορευομένων γυναικῶν, uſque ad finem. *Secundò*, & quidem fol. 2, 3 & 4, Fragmentum *Homiliæ ſeptimæ in Evangelium S. Matthæi*, ab initio ejus: Εἶδες ἅπαντα εἰς ἔλεγχον γινόμενα Ἰουδαϊκὸν, uſque ad verba: (2) οὐδὲ γὰρ τὸ ὄνομα τῆς ἀρχῆς καλέσαι ἠνέσχετο· ἀλλ' ἢ Μάγοι. *Tertiò*, & quidem à fol. 5, uſque ad fol. 15, *Homilia tertia in Evangelium S. Matthæi integra*, cujus principium: Ἰδοὺ τρίτη διάλεξις, &c. *Quartò*, & quidem à fol. 15, uſque ad fol. 30, *Homilia ſexta in Evangelium S. Matthæi integra*, cujus principium: Πολλῆς ἡμῖν δεῖ τῆς ἀγρυπνίας, &c. *Quintò*, & quidem à fol. 30, uſque ad fol. 43, *Homilia nona in Evangelium S. Matthæi integra*, cujus principium: Καὶ μὴν οὐκ ἐχρῆν θυμωθῆναι, &c. *Sextò*, & quidem à fol. 43, uſque ad fol. 53, *Homilia duodecima in Evangelium S. Matthæi integra*, cujus principium: Μετὰ τῶν δούλων ὁ δεσπότης, &c. *Septimò*, & quidem à fol. 53, uſque ad fol. 320: Ἀνδριάντες, ſive, (3) *Homiliæ viginti & una de Statuis ad Populum Antiochenum habitæ*, quarum tamen una, nempe *decima quinta*, cujus principium: Ἔδει καὶ τήμερον καὶ τῷ προτέρῳ σαββάτῳ, improvidi librarii culpâ illic deficit. *Octavò*, & quidem fol. 320, 321, 322, *Monitum ethicum, in fine mutilum, de non deflendis mortuis*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος ἐκ αὐτοῦ ἠθικῶν, ὅτι οὐ δεῖ θρηνεῖν τοὺς τελευτηκότας. Μηδεὶς τοίνυν κοπτέσθω λοιπὸν, μηδὲ θρηνείτω, &c. *Nonò*, & quidem fol. 323 & 324, Fragmentum *Homiliæ ſextæ in Evangelium S. Matthæi*, à verbis: (4) ὑπόδειγμα· μάλιστα μὲν οὖν καὶ οὗτος νουθείας ὁ λόγος, uſque ad verba: καὶ θρύπτεσθαι καὶ τρυφᾷν, ἀλλά. *Decimò*, & quidem fol. 325 & 326, Fragmentum *Homiliæ ſeptimæ in Evangelium S. Matthæi*, à verbis: (5) τούτων οὐδὲν συνιδόντες, uſque ad verba: καὶ ἢ μὲν βάρβαροι, πρὶν ἰδεῖν αὐτὸν, τοσαύτην ἤνυσαν ὁδόν.

QVIN-

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. II. pag. 42, verſ. 3. (2) Vide ibid. Tom. II. pag. 46, verſ. 9. (3) Vide ibid. Tom. VI. à pag. 447, uſque ad pag. 611. & editionem Fronton. Tom. I. à pag. 1. uſque ad pag. 275. (4) Vid. ibid. Tom. II. pag. 40, verſ. 5. & pag. 42, verſ. 3. (5) Vid. ibid. Tom. II. pag. 46, verſ. 9, & pag. 48, verſ. 9.

LV.

QUINQUAGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis viginti tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo (1) *THEODORI ANTIOCHENI*, *Mopſueſtiæ in Ciliciá Epiſcopi*, *Expoſitio in duodecim Prophetas Minores*; cujus titulus & principium: ΘΕΟΔΩ'ΡΟΥ 'ΑΝΤΙΟΧΕ'ΩΣ Ἑρμηνεία εἰς τοὺς Προφήτας. Ἑρμηνεία Ὠσηὲ τοῦ Προφήτου. Εἰς ἔλεγχον τῶν ἀβασανίστως ἐπιβάλλειν ταῖς προφητικαῖς ἐπιχειρούντων φωναῖς, &c. τοῦ γὰρ μακαρίου Δαυίδ, &c. Expoſitio autem in *duodecimum* ſive *ultimum Prophetam Minorem*, nempe *Malachiam*, deſinit his verbis: *ὡς ἂν μὴ μένοντες ἐπὶ τῆς ἀσεβείας φοβερᾶς αὐτοὺς τῆς παρουσίας πειραθῶσιν ἐπὶ ἀφανισμῷ παντελεῖ τῶν μοχθηρῶν γινομένης.*

LVI.

QUINQUAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum & ſeptem*. Continetur eo *GEORGII SCHOLARII*, aliàs in Monachatu dicti *Gennadii*, *de Proceſſione Spiritûs Sancti adverſus Latinos*, *Liber ſecundus ad Joannem Comnenum Imperatorem Trapezuntinum*.

LVII.

QUINQUAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus optimæque notæ, in *folio*, conſtátque foliis *centum quadraginta tribus*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Tengnagelium*, quartum ante me Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Præfectum, olim pertinuit. Continentur eo *PENTATEUCHUS*, ſive *Libri quinque Moyſis*, *Liber Joſue*, *Liber Judicum*, & *Liber Ruth*, cum antiquis *græcis Annotationibus* marginalibus. In fine ejuſdem Codicis, nempe folio 143, extat fragmentum aliquod, ex *S. Athanaſii* Archiepiſcopi Alexandrini *Synopſi Sacræ Scripturæ* deſumptum, quo de (2) *ſeptem* diverſis Veteris Teſtamenti Interpretationibus & editionibus græcis agitur. Titulus ejus, unà cum principio, eſt ibi talis: Πόσαι παραδόσεις εἰσὶ τῆς θείας γραφῆς εἴτ' οὖν ἀπὸ τοῦ ἑβραϊκοῦ εἰς τὸ ἑλληνικὸν ἑρμηνεῖαι, καὶ τίνες οἱ ταύτην ἑρμηνεύσαντες. Πρώτη ἐστὶν ἡ τῶν ἑβδομήκοντα ἑρμηνευτῶν. οὗτοι Ἑβραῖοι ὄντες, &c. Hoc eſt: *Quot ſint Editiones*

(1) Vide *Photii* Patriarchæ Conſtantinopolitani Bibliothecam, Codice XXXVIII. ubi memoratur ΘΕΟΔΩ'ΡΟΥ 'ΑΝΤΙΟΧΕ'ΩΣ, τοῦ Μοψυεστίας, ἑρμηνεία τῆς κτίσεως, ſive, *Expoſitio in Geneſin*, idémque *Theodorus Neſtorii Hæreſiarchæ Magiſter* fuiſſe traditur. Meminit quoque *Photius* ejuſdem *Theodori* in aliis nonnullis ſuæ Bibliothecæ Codicibus, ſed cum ſeverâ & acri reprehenſione. Contrà autem defendit eundem *Theodorum*, & *clariſſimum Eccleſiæ Doctorem* appellat anonymus Autor Appendicis de XII. Scriptoribus Eccleſiaſticis, quæ *Iſidori Hiſpalenſis & Ildefonſi Toletani* Libellis de Scriptoribus Eccleſiaſticis ſubjuncta eſt. Vide ibi caput quartum cum *Auberti Miræi* Scholio. (2) Quorum prima *Septuaginta duorum Interpretum*, ſecunda *Aquilæ Pontici*, tertia *Symmachi Samaritani*, quarta *Theodotionis Epheſii*, quinta cujuſdam *Anonymi*, ſexta itidem *Anonymi*, ſeptima *S. Luciani*, Presbyteri Antiocheni & Martyris. Vide *Joannis Morini Bleſenſis* Præfationem in editionem græco-latinam Pariſienſem verſionis Septuaginta Interpretum, & *Joannis Wouveri* Syntagma de Græcâ & Latinâ Sacrorum Bibliorum Interpretatione.

nes Divinæ Scripturæ ſive ex Hebraico in Græcum translationes, & qui eam tranſtulerint. Prima translatio eſt ſeptuaginta duorum Interpretum. Hi cùm Hebræi eſſent, &c. Diſcrepat autem manuſcriptum hoc iſtius fragmenti exemplar non mediocriter ab editione ejus impreſsâ, quæ extat pag. 156 & 157 Tomi ſecundi Operum *S. Athanaſii*, græcè & latinè Pariſiis 1627 editorum in folio. Sequuntur etiam ibidem alia *duo* ejuſdem ſuprà memoratæ *Synopſeos fragmenta* hactenùs non edita; quorum primo agitur de *undecim præcipuis cladibus Hebræorum*, quarum primam acceperunt tempore *Roboami* (1) *Suſakim* ſive *Seſac* Rege Ægypti, ultimam autem à *Tito* Imp. *Veſpaſiani* filio. Titulus hujus fragmenti cum principio eſt talis: Ποσάκις καὶ πότε ἐπορθήθησαν οἱ ἐξ Ἰσραήλ. α᾽ Ἐπὶ Ῥοβοὰμ Σουσακεὶμ ὁ αἰγυπτίων βασιλεὺς &c. Secundo jam memoratorum duorum fragmentorum ineditorum agitur de *decem nominibus DEI*, quæ uſurpantur in Sacræ Scripturæ contextu Hebraico. Caret illud fragmentum peculiari titulo, & incipit his verbis: Δέκα ὀνόμασι παρ᾽ Ἑβραίοις ὀνομάζεται ὁ Θεός, ὧν ἓν μὲν Ἀδωναῒ λέγεται, ὅ ἐστι Κύριος· ἕτερον δὲ Ἰὰ &c.

LVIII.

QUINQUAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum quinquaginta novem*, & ad Illuſtriſſimum Reverendiſſimúmque Epiſcopum Vindobonenſem, (2) *Joannem Fabrum*, ut ipſe (3) ſolenni ſuâ inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 76 pag. 2, *JOANNIS METROPOLITÆ Epheſini*, qui (4) Patriarchæ Conſtantinopolitani *Gregorii Cyprij*, acerrimus fuit adverſarius, *Liber contra Schiſmaticos, ex Sacrâ Scripturâ, & Apoſtolicis atque Synodicis Conſtitutionibus, ut & ex Sanctorum Patrum Operibus collectus*, cujus titulus & principium: Ἰωάννου τοῦ ἱερωτάτου Μητροπολίτου Ἐφέσου λόγος συντεθεὶς ἐκ διαφόρων κανόνων ἀποστολικῶν τε καὶ συνοδικῶν, καὶ ἑτέρων ῥήσεων γραφικῶν, ἀποδεικνὺς, ὅτι ὀρθοδοξεῖς τῆς Ἐκκλησίας, ἀλόγως ταύτης διΐσανται καὶ νῦν ταύτης ἀποσχιζόμενοι, καὶ ὡς, εἰ μὴ ταύτῃ ἑνωθεῖεν, μεγάλην ἕξουσι τὴν καταδίκην ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, &c.

Secundò, & quidem à fol. 77 pag. 1, uſque ad fol. 91 pag. 1, *ANONYMI cujuſdam Autoris Excerpta miſcellanea ex Sacrâ Scripturâ, ex Conſtitutionibus Apoſtolicis, ex Canonibus Sextæ Synodi Oecumenicæ, & ex Operibus Sanctorum Patrum Dionyſii Areopagitæ, S. Baſilii Magni, S. Gregorii Nazianzeni, S. Joannis Chryſoſtomi, S. Cyrilli, Archiepiſcopi Alexandrini, Iſidori Peluſiotæ, Theodoreti, Epiſcopi Cyrenſis, Joannis Climaci, S. Anaſtaſii Sinaitæ, & S. Maximi Monachi atque Martyris.* Exſtat inter eadem *Excerpta miſcellanea* etiam alicujus *S. PATRIS JOANNICII Apophthegma de Pœnitentiâ*, quod integrum hîc exhibeo: Τοῦ μεγάλου Πατρὸς Ἰωαννικίου. Μακάριος ὁ φθάσας κἂν μίαν ὥραν μετανοῆσαι· δύναται γὰρ καὶ μιᾶς ὥρας μετάνοια πολλῶν ἁμαρτιῶν ἄφεσιν χαρίζεσθαι.

Tertiò, & quidem à fol. 91 pag. 1, uſque ad fol. 93 pag. 1, *ex S. NICEPHORI Patriarchæ Conſtantinopolitani, & Patrum cum ipſo congregatorum Conſtitutionibus Eccleſiaſticis Excerpta*

(1) Regum lib. III. cap. 14. ℣. 25. (2) Vide Lib. I. Lambecianorum Commentariorum pag. 33. & Lib. II. pag. 1011. (3) Vide Lib. I. Lambecianor. Commentar. pag. 33. (4) Vide *Georgii Pachymeris* Hiſtoriam Imperii Andronici Palæologi Senioris lib. 2. cap. 3, 6, 7 & 8.

Excerpta, quorum titulus & principium: Νικηφόρου τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν αὐτοῦ διατάξεων καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων Πατέρων. Τὰς ἐκκλησίας, τὰς ὑπὸ αἱρετικῶν ἐνθρονισθείσας, &c.

Quartò, & quidem fol. 93 pag. 1, *Fragmenta quædam ex* S. BASILII MAGNI *Aſceticis*; quorum principium: Ὁ τῆς νυκτὸς μολυσμὸς, &c.

Quintò, & quidem à fol. 93 pag. 1, uſque ad fol. 99 pag. 1, S. GREGORII, *Epiſcopi Nyſſeni Epiſtola Canonica ad Letojum Epiſcopum Melitenæ*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Νύσσης περὶ διαιρέσεως καὶ θεραπείας ἁμαρτημάτων Ἐπιστολὴ κανονικὴ πρὸς Λητόιον Ἐπίσκοπον Μελιτηνῆς. Ἓν καὶ τοῦτο τῶν εἰς τὴν ἁγίαν ἑορτὴν συντελούντων ἐστὶ, &c. Vide Librum *tertium* Lambecianorum Commentariorum pag. 101 & 149, & Librum *quartum* pag. 234 & 235.

Sextò, & quidem à fol. 99 pag. 1, uſque ad fol. 105 pag. 2, CONSTITUTIONES POENITENTIALES *miſcellaneæ ex Conſtitutionibus SS. Apoſtolorum, ex Conſtantini Chartophylacis Solutionibus Quæſtionum Canonicarum, ex Canonibus ſextæ Synodi Oecumenicæ, ex Imp. Juſtiniani Imi ſive Magni Novellis, & ex S. Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini admonitione de triduanâ abſtinentiâ concubitûs cum uxore ante Sacram Communionem.*

Septimò, & quidem à fol. 106 pag. 1, uſque ad fol. 114 pag. 1, *NICETÆ*, *Monachi & Presbyteri Studitæ, cognomine Stethati ſive Pectorati, Liber contra Eccleſiam Romanam de Azymis, de Jejunio Sabbati, & de Nuptiis Sacerdotum*; cujus titulus & principium: Νικήτα μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τῆς μονῆς τῶν Στουδίου, τοῦ Στηθάτου, Ῥωμαίοις περὶ ἀζύμων καὶ σαββάτου νηστείας καὶ γάμου ἱερέων, Καλὸν ἡ πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπη, ὦ πάντων ἐθνῶν σοφώτατοι Ῥωμαῖοι καὶ εὐγενέστατοι· ἐκ γὰρ &c.

Octavò, & quidem à fol. 114 pag. 1, uſque ad fol. 119 pag. 2, LEONIS, *Archiepiſcopi Bulgariæ, Epiſtolæ duæ contra Latinos de Jejunio Sabbati, & de Azymis*; quarum *prima* inſcribitur his verbis: Λέοντος τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας ἐπιστολὴ πρός τινα Ἐπίσκοπον Ῥώμης περὶ τῶν σαββάτων καὶ ἀζύμων. *ſecunda* autem hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ δευτέρα περὶ τῶν ἀζύμων.

Nonò, & quidem à fol. 119 pag. 2, uſque ad fol. 124 pag. 2, *NICETÆ*, *Monachi & Presbyteri Studitæ, cognomine Stethati, Oratio invectiva prima contra blaſphemam Armeniorum hæreſin*; cujus titulus & principium: Νικήτα εὐτελοῦς μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τῆς μονῆς τῶν Στουδίου, τοῦ Στηθάτου, λόγος στηλιτευτικὸς πρῶτος κατὰ τῆς βλασφήμου τῶν Ἀρμενίων αἱρέσεως. Τὴν συγχυτικὴν τῶν δύο φύσεων τοῦ Χριστοῦ δόξαν &c.

Decimò, & quidem fol. 125 pag. 1, *ex S.* EPIPHANII *Libro de Menſuris & Ponderibus fragmentum de Talento*, cujus principium: Ἰστέον, ὅτι τὸ τάλαντον ἔχει χρυσοῦς στατῆρας ἐν ὁλκῇ τρεῖς· &c.

Undecimò, & quidem à fol. 125 pag. 1, uſque ad fol. 126 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Fragmentum de Azymis*, cujus titulus & principium: Τοῦ Χρυσοστόμου περὶ τοῦ τελείου ἄρτου καὶ τῶν ἀζύμων. Ἐκεῖ φησὶ τὸ γράμμα περὶ τῆς παλαιᾶς, ὧδε τὸ πνεῦμα· ἐκεῖ ἡ κιβωτὸς, ὧδε ἡ παρθένος· ἐκεῖ ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν, ὧδε ὁ σταυρός· ἐκεῖ τὰ ἄζυμα, ὧδε ὁ ἄρτος· &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 126 pag. 2, uſque ad fol. 128 pag. 1, S. MAXIMI, *Monachi & Martyris, Epiſtolæ tres*, quarum *prima ad Thalaſſium Abbatem* inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ἁγίου Μαξίμου ἐπιστολὴ πρὸς τὸν Ἀββᾶν Θαλάσσιον.

Τρία καθώς φασιν ὑπάρχουσι τὰ τὸν ἄνθρωπον ἄγοντα, &c; *ſecunda*: Τοῦ αὐτοῦ. Εἰ μὲν, τὴν μεγάλην καὶ φοβερὰν ἐκείνην ἔρημον, ὁ Ἰσραηλίτης λαὸς &c; *tertia ad Polychronium Monachum*: Πολυχρονίῳ μοναχῷ. Εἰρήνην ἀπιὼν πρὸς τὸ πάθος ὁ Κύριος ἀφῆκεν ἡμῖν, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. *128* pag. *1*, uſque ad fol. *132* pag. *1*, GREGORII, *Monachi & Præpoſiti Monaſterii in Oxiá ſeu Oxeâ Propontidis inſulâ*, *Epiſtolæ duæ*; quarum *prima ad Cæſarem* inſcribitur his verbis: Γρηγορίου μοναχοῦ καὶ Καθηγουμένου τῆς ἐν τῇ Ὀξείᾳ νήσῳ σεβασμίας μονῆς, τοῦ Βουλγαρίου, ἐπιστολὴ τῷ Καίσαρι, &c; *ſecunda* autem *conſolatoria ad Porphyrogenitam* (1) *Deſpoenam ſive Dominam Theodoram de obitu* (2) *Panhyperprotoſebaſtohypertati Deſpotæ Anemûs*: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὴν Πορφυρογέννητον κυρίαν Θεοδώραν ἐπὶ τῷ θανάτῳ τοῦ Πανυπερπρωτοσεβαστοϋπερτάτου Δεσπότου τοῦ (3) Ἀνεμοῦς. Πᾶς ἁμαρτωλὸς πρὸ τῆς οἰκείας ἐξόδου καταξιωθεὶς ἐξ ὅλης καρδίας ἐπιστρέψαι πρὸς τὸν Θεὸν, &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. *132* pag. *1*, uſque ad fol. *133* pag. *1*, THEODORI PRODROMI, qui principio ſeculi poſt Chriſtum duodecimi (4) ſub *Imp. Alexio Comneno* floruit, *Epiſtola* ad eundem ſuprà memoratum *Gregorium*, *Monaſterii Inſulæ Oxiæ Abbatem*; cujus titulus & principium: Τοῦ φιλοσόφου κυροῦ Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου ἐπιστολὴ πρὸς τὸν αὐτὸν κύριον Γρηγόριον, ὅτε ἦλθε πρὸς τὸ νησίον ὁ ἁγιώτατος ἡμῶν Δεσπότης ἀπὸ τοῦ Πατριαρχείου ἀῤῥωστήσας καὶ παραιτησάμενος. Οἴμοι θεσπέσιε καὶ φίλε μου Πάτερ καὶ σῶτερ μέγα Γρηγόριε, ὅτι ἐκλέλοιπεν ὅσιος ἀφ' ἡμῶν, &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. *133* pag. *1*, uſque ad fol. *134* pag. *2*, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio encomiaſtica in S. Stephanum Protomartyrem*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Παλαιάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον ἀπόστολον καὶ πρωτομάρτυρα Στέφανον. (5) Πάντες μὲν οἱ τῶν Μαρτύρων ἀγῶνες ἐπίδοξοι, καὶ θαυμάζεται τῶν δικαίων ἡ ἄθλησις, ἀλλ' ὅπου, &c.

Decimo ſextò, & quidem fol. *135* pag. *1* & *2*, THEOPHILI, *Archiepiſcopi Alexandrini*, *Oratio de causâ esûs caſei & ovorum tempore Jejunii*; cujus titulus & principium: Θεοφίλου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐν κυριακῇ προσφώνησις, ἑρμηνεύουσα τὴν αἰτίαν, δι' ἣν ἐσθίομεν οἱ Χριστιανοὶ τυρὸν καὶ ὠὰ τῇ τετράδι καὶ τῇ παρασκευῇ τῆς τυρινῆς. Οἱ αἱρετικοὶ, καὶ μᾶλλον οἱ Ἀρμένιοι, τῇ παρασκευῇ καὶ τῇ τετράδι τῆς τυρινῆς, ὁμοίως &c.

Decimo ſeptimò, & quidem fol. *135* pag. *2*, & fol. *136* pag *1*, *Demonſtratio* (6) CLEMENTIS *de Paſchate*; cujus titulus & principium: Ἀπόδειξις Κλήμεντος περὶ τοῦ Πάσχα· Γίνωσκε εἶναι τὴν ἀρχὴν τῆς τεσσαρακοστῆς ἀπὸ τῆς δευτέρας τῆς τυραποθέσεως ἕως τῆς παρασκευῆς τῶν βαΐων, &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. *136* pag. *1*, uſque ad fol. *137* pag. *2*, ANONYMI *cujuſdam Autoris Narratio de miraculosâ apparitione Beatiſſimæ Virginis Deiparæ cum Infantulo ſuo JESU in Monaſterio quodam Orientali, cujus cognomen* Ἡ μεγάλη Ἀντίληψις *ſive Magnum Adjutorium*. Ipſa tituli græci verba, cum principio *Narrationis*, ſunt hæc: Θαῦμα γενόμενον εἰς τὴν μονὴν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου τὴν λεγομένην Ἡ μεγάλη Ἀντίληψις. Ἐν τοῖς μέρεσι τοῖς ἀνατολικοῖς μοναστήριον ὑπῆρχεν, ἐπωνομαζόμενον Ἡ μεγάλη Ἀντίληψις. ἐν τῷ ταύτης οὖν πανάγιῳ ναῷ &c.

Decimo

(1) Titulus hic tribuitur illi in ipſo epiſtolæ contextu. (2) En monſtrum tituli. (3) Vide *Nicetæ Choniatæ* Hiſtoriam Imperii Andronici Comneni pag. 224, editionis græco- latinæ Pariſinæ, ubi fit mentio *Caſtelli*, quod appellatum fuit ἡ τῆ Ἀνεμᾶ φρουρά. (4) Vide *Leon. Allat.* lib. 2. de Eccleſ. Occid. & Orient. perpet. Conſenſ. cap. 10. §. 2. colum. 629. (5) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. V. pag. 871. (6) Vide Apoſtolicas Conſtitutiones, quæ ſub *Clementis Romani* nomine exſtant, lib. 5. c. 12, 17 & 19.

Decimo nonò, & quidem fol. 137 pag. 1 & 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Narratio de Obitu & Aſſumtione Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, *& de origine formulæ Invocationis* : Παναγία Θεοτόκε βοήθει ἡμῖν, hoc eſt : *Sanctiſſima Deipara adjuva nos.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Narrationis* ſunt hæc : Περὶ τῆς Παναγίας πότε ἔσχε τὴν ἀρχὴν γίνεσθαι. Μετὰ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φρικτὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος κάθοδον, &c.

Vigeſimò, & quidem fol. 137 pag. 2, & fol. 138 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Explicatio nominis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ* MARIA'M *per hæc verba* : Μόνη Αὕτη Ῥύσεται Ἰοῦ Ἅπαντας (1) Μιτσκάλου, hoc eſt : *Sola hæc liberabit omnes veneno diaboli ; ſimul etiam Narratio de annis vitæ, & de moribus, formâ atque veſtitu ejuſdem Beatiſſimæ Virginis.* Ipſa tituli græci verba, cum principio *Explicationis nominis*, ſunt hæc: Περὶ τοῦ, πότε καὶ πῶς ἔλαβε τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ καλεῖσθαι ΜΑΡΙΑ'Μ ἡ παναγία ἡμῶν Μαρία καὶ Θεοτόκος. Ἰστέον ὅτι μετὰ τὸ γεννηθῆναι τὴν πανάχραντον Θεοτόκον, &c. Totum verò hoc *Fragmentum* deſumptum videtur ex *Aphrodiſiani Perſæ Hiſtoriâ de Nativitate Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, cujus *Epiphanius Monachus & Presbyter* in Opuſculo ſuo de Vitâ ejuſdem Sanctiſſimæ Deiparæ nominatim meminit. Quâ de re vide Libr. *quartum* Lambecianorum Commentariorum, pag. 132.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 138 pag. 1, uſque ad fol. 139 pag. 2, *HIPPOLYTI THEBANI Fragmentum de Cognatione Chriſti*, *deſumtum ex Syntagmate ejus Chronologico.* Ipſa tituli græci verba, cum principio *Fragmenti*, ſunt hæc : Ἱππολύτου Θηβαίου ἐκ τοῦ Χρονικοῦ αὐτοῦ Συντάγματος. περὶ τῆς συγγενείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐγένετο τοίνυν ἡ ἐνανθρώπησις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἔτους ε φ' ἐπὶ Αὐγούστου Βασιλέως· ἐγεννήθη δὲ ἐν σπηλαίῳ μηνὸς Δεκεμβρίου εἰκοστῇ πέμπτῃ. ἀπὸ γὰρ Ἀδὰμ μέχρι Νῶε ἔτη δισχίλια διακόσια τεσσαράκοντα δύο, καὶ ἀπὸ τοῦ Νῶε ἕως τοῦ Ἀβραὰμ ἔτη χίλια ἑκατὸν ἑβδομήκοντα, καὶ ἀπὸ Ἀβραὰμ ἕως Μωυσέως ἔτη τετρακόσια τεσσαράκοντα τέσσαρα, &c. Plura de hoc *Hippolyti Thebani Syntagmate Chronologico* vide Libri *tertii* Lambecianorum Commentariorum pag. 45, 46, 47, 98 & 99, & Libri *quarti* pag. 150, & Libri *quinti* pag. 109 & 110.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 139 pag. 2, uſque ad fol. 142 pag. 1, *ex S. NICEPHORI, Patriarchæ Conſtantinopolitani*, qui A. C. 828, die 13 Martii obiit, *Chronographiâ Pericope ſive Segmentum à Dario Codomano Rege Perſarum, uſque ad Imperatorem Conſtantinopolitanum Michaëlem Balbum*, qui cœpit imperare A. C. 820. ipſo die natali Domini, unà cum ANONYMI *cujuſdam Autoris Continuatione*, *uſque ad Imp. Cònſtantinum Ducam*, qui A. C. 1067, die 5 Junii obiit. Ipſa tituli græci verba, cum principio *Segmenti Chronologici*, ſunt hæc : Περικοπὴ ἐκ τοῦ Χρονογραφικοῦ τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Νικηφόρου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. Δαρεῖος Ἀρσάμου ἔτη ἕξ. τοῦτον Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν ἀνελὼν, καὶ καθελὼν τὴν τῶν Περσῶν ἀρχὴν, ἐβασίλευσεν ἔτη ἕξ, πρὸ δὲ καθελεῖν τὸν Δαρεῖον βασιλεύσας, &c. Vide *Chronographiæ S. Nicephori* editionem græco-latinam Pariſinam, *Corpori Hiſtoriæ Byzantinæ* inſertam, & à R. P. *Jacobo Goar*, O. P. cum *Georgii Syncelli Chronographiâ* in folio editam, à pag. 398, uſque ad pag. 403.

Vigeſimo tertiò, & quidem fol. 142 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Syntagma Chronologicum ab Adamo uſque ad Nativitatem Chriſti, & porrò à Nativitate Chriſti*

 uſque

(1) Per Μιτσκάλου, ſive *Oſorem boneſti*, ſignificatur hoc loco *Diabolus.*

uſque ad exſtructionem Conſtantinopoleos per Imp. Conſtantinum Magnum, ac demum ab origine Urbis uſque ad ejuſdem interitum, qui ſecundum *Valentis Aſtronomi* prædictionem incidere debuit in annum Mundi 6534, ſive annum Chriſti 1026. Ipſa tituli græci verba, cum principio *Syntagmatis*, ſunt hæc : Τὸ χρονικὸν Σύνταγμα ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι τῆς Χριστοῦ παρουσίας, καὶ ἕως τῆς οἰκοδομῆς Κωνσταντινουπόλεως καὶ τοῦ τέλους αὐτῆς. Χρὴ γινώσκειν τοὺς ἐντυγχάνοντας τῷ παρόντι Χρονικῷ Συντάγματι, ὅτι ἀπὸ Ἀδὰμ καὶ τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως, &c.

Vigeſimo quartò, & quidem fol. 143 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Fragmentum Hiſtorico-Geographicum de diviſione Orbis terrarum inter tres filios Noæ eorumque poſteros*; cujus principium: Ἰστέον ὅτι μετὰ τὸν κατακλυσμὸν υἱοὶ Νῶε, Σὴμ, Χὰμ, Ἰάφεθ, τεκνοποιήσαντες, γεγόνασιν ἐξ αὐτῶν πάντα τὰ ἔθνη· καὶ ἐκ μὲν τοῦ Σὴμ Ἑβραῖοι, ἐκ δὲ Χὰμ &c.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 144 pag. 1, uſque ad fol. 159 pag. 2, JOANNIS, cognomine Νηστευτοῦ ſive *Jejunatoris*, *Patriarchæ Conſtantinopolitani*, *Filii Obedientiæ* dicti, *Opus Pœnitentiale*, cujus titulus & principium : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Νηστευτοῦ, οὗ τινος ἐπώνυμον Τέκνον ὑπακοῆς, διάφοροι διαφορὰι τῶν ἐξομολογουμένων. Διάφοροι διαφορὰι περὶ ἐξαγορεύσεως τῶν ἐξομολογουμένων κρύφια ἁμαρτήματα καὶ τῶν τούτους ἀναδεχομένων, &c. Plura de hoc *Opere Pœnitentiali* vide Libri *quarti* Lambecianor. Comment. pag. 196.

LIX.

QUINQUAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis triginta duobus*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Tengnagelium* olim pertinuit. Continetur eo *Catena* ſive *Commentarius in Pſalterium*, à Pſalmo primo, uſque ad ſeptuageſimum octavum, collectus ex Operibus variorum Sanctorum Patrum aliorumque Scriptorum Eccleſiaſticorum Græcorum ; nempe *Origenis*, *Euſebii*, Epiſcopi Cæſareenſis, *Apollinaris*, Epiſcopi Laodiceni, *S. Baſilii* Magni, *S. Gregorii* Nazianzeni, *S. Gregorii* Nyſſeni, *S. Joannis Chryſoſtomi*, *Iſidori* Peluſiotæ, *S. Cyrilli*, Archiepiſcopi Alexandrini, *Ammonii* Secundi ſive Junioris, *Theodoreti*, Epiſcopi Cyrenſis, *Gennadii*, Patriarchæ Conſtantinopolitani, *Georgii*, Patriarchæ Alexandrini, *Heſychii*, Presbyteri Hieroſolymitani, & *Michaëlis Pſelli*, quorum omnium nomina ibidem in margine adſcripta ſunt. Titulus *græcus* ejuſdem Commentarii eſt hic : Ἐξήγησις ἀκριβεστάτη διαφόρων ἐξηγητῶν εἰς τὸ ψαλτήριον· Hoc eſt : *Expoſitio accuratiſſima diverſorum Explanatorum in Pſalterium*. Inter diverſas autem *Præfationes*, quæ huic Expoſitioni præfixæ ſunt, incipit ea, quæ *prima* eſt, hoc modo : Ἑρμηνειῶν τοῦ ψαλτηρίου πρώτη ἐστὶν ἡ τῶν Ἑβδομήκοντα δύο· οὗτοι Ἑβραῖοι ὄντες, &c. *Secunda* autem, quæ *Theodoreto* attribuitur, incipit his verbis : Τινὲς τῶν τὰς ὑποθέσεις τῶν ψαλμῶν συγγεγραφότων ἠθικὴν τούτους ἔφασαν περιέχειν διδασκαλίαν, ἐμοὶ δὲ οὐχ' ἧττον δογματικοὺς ἢ ἠθικοὺς τούτους ἔδοξεν εἶναι. Περιέχει δὲ ἡ τούτων βίβλος &c. Sequitur deinde *S. Baſilii Magni* (1) Præfatio, cujus principium : Πᾶσα γραφὴ θεόπνευστος καὶ ὠφέλιμος, διὰ τοῦτο συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ πνεύματος, ἵνα ὥσπερ ἐν κοινῷ τῶν ψυχῶν ἰατρείῳ, &c. Cæterùm minimè dubium

(1) Edidit eam R. P. *Corderius*, ſed tanquam Autoris *anonymi*.

bium eſt, quin *Expoſitio Patrum Græcorum in Pſalmos*, à R. P. *Corderio* edita, beneficio hujus Codicis manuſcripti, utpote cujus ope is caruit, non contemnendo *Spicilegio* poſſit augeri.

LX.

SEXAGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque *trecentis & duodecim* foliis, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 258, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homiliæ viginti novem in Geneſin*, quarum prima & ultima ſunt mutilæ. Notandum autem eſt, Homiliam illam, quæ in hoc Codice MSto eſt *prima*, in impreſſis editionibus Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* Savilianâ græcâ Anglicanâ & Frontonianâ græco-latinâ Pariſienſi eſſe *ſecundam*, & per conſequentiam, quæ in Codice hoc MSto eſt *vigeſima nona*, ibi eſſe *trigeſimam*. Unde patet, eum, cujus autoritate & juſſu hic Codex olim exaratus eſt, Orationem εἰς τὴν εἴσοδον τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς, quæ incipit: Χαίρω καὶ εὐφραίνομαι &c, à numero *Homiliarum in Geneſin* excluſiſſe.

Secundò, & quidem à fol. 259, uſque ad fol. 270, Hiſtoria Vitæ, martyrii & miraculorum (1) *S. THEODORI*, cognomine *Tyronis*, qui ſub *Impp. Maximiano & Maximino* in Urbe Ponti *Amaſeâ* paſſus eſt, ab Anonymo quodam Autore compoſita, cujus titulus & principium: Βίος περὶ τοῦ μαρτυρίου, καὶ ἡ ἐκ παιδὸς ἀναγωγή τε καὶ αὔξησις καὶ θαύματα ἐξαίσια τοῦ ἁγίου καὶ πανενδόξου Μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ εὐλογήσας ἡμᾶς ἐν πάσῃ εὐλογίᾳ πνευματικῇ, &c. Memoria hujus Sancti in (2) Martyrologio Romano celebratur *die nono Novembris*: in jam memoratis autem Actis manuſcriptis indicatur *tempus paſſionis* ipſius, his verbis: Ἐνίκησεν τὴν ἀσέβειαν τελειωθεὶς ἐν Ἀμασίᾳ τῇ πόλει πρὸ δεκατριῶν Καλανδῶν Μαρτίων ἐπὶ Μαξιμιανοῦ καὶ Μαξιμίνου τῶν ἀσεβῶν Βασιλέων.

Tertiò, & quidem à fol. 270 pag. 1, uſque ad fol. 280 pag. 2, CHRYSIPPI, *Presbyteri Hieroſolymitani*, Narratio miraculorum *S. Theodori Martyris*, cognomine *Tyronis*, cujus titulus & principium: Χρυσίππου Πρεσβυτέρου Ἱεροσολύμων Διήγησις τῶν παραδόξων θαυμάτων τοῦ ἁγίου καὶ πανενδόξου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου. Μάρτυρος ὑπερλάμποντος ἐν τοῖς Μάρτυσιν εὐφημίαν εἰς τὸ παρὸν προθεὶς ὑμῖν, ὦ πατέρες ἀγαπητοί μου καὶ ἀδελφοί, κοινωνοὺς πάντας ὑμᾶς ἐξαιτῶ γενέσθαι τῆς ἐπ' αὐτῇ σπουδῆς, &c. Meminit hujus Opuſculi *Photius* Patriarcha Conſtantinopolitanus in Bibliothecâ ſuâ, Codice CLXXI.

Quartò, & quidem à fol. 281 pag. 1, uſque ad fol. 290 pag. 1, *S. ANASTASII Sinaitæ*, qui ex *monacho montis Sinai* evaſit *Patriarcha Antiochenus*, *Demonſtratio*, *magnam & angelicam eſſe Summi Sacerdotis dignitatem*, *nec Sacerdotem judicari poſſe à laico*, *ſed tantùm ab alio majori Sacerdote*. Ipſa tituli græci verba, unà cum initio Opuſculi, ſunt hæc: Ἀναστασίου, μοναχοῦ τοῦ ἁγίου ὄρους Σινᾶ, ἀπόδειξις ἐναργὴς, ὅτι μέγα καὶ ἀγγελικὸν τὸ ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα, καὶ ὅτι ἀδύνατον ἀνακρίνεσθαι ἱερέα ὑπὸ λαϊκοῦ, ἀλλ' ὑπὸ μείζονος

(1) Vide RR. PP. *Bollandi* & *Henſchenii* Acta Sanctorum d. 7. Februarii, pag. 23, utpote ubi agitur de differentiâ inter duos Martyres *S. Theodorum Ducem* & *S. Theodorum Tyronem*. (2) Vide ibi Card. Baronii Notas.

ζον@ Ἀρχιερέως, καθὼς καὶ οἱ ἅγιοι κανόνες φασίν. Ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ ηὕρον τι τοιοῦτο, ὅπως ἐν τῷ καιρῷ τῶν διωγμῶν Ἐπίσκοπός τις &c.

Quintò, & quidem fol. 287 & 288, ANONYMI cujuſdam Autoris *Narratio de efficaciâ ſinceræ fidei, & de converſione duodecim latronum, quorum princeps Monaſterium aliquod muliebre, in ſuburbio Antiocheno ſitum, & firmiſſimo muro circumdatum, prodendi ejus & ſpoliandi causâ ſub falſo monachi habitu intraverat.* Ipſa tituli verba græca, unà cum principio Narrationis, ſunt hæc: Διήγησις ψυχωφελὴς περὶ πίστεως εἰλικρινοῦς. Διηγήσατό τις τῶν πατέρων, ὅτι ἐστὶν μοναστήριον γυναικεῖον εἰς ἓν τῶν προαστείων Ἀντιοχείας· &c.

Sextò, & quidem fol. 289 & 290, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homilia* (1) *in illud: Nemo poteſt duobus dominis ſervire.* Titulus ejus eſt ibi talis: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου λόγ@ εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Εὐαγγελίου, τὸ λέγον· οὐδεὶς δύναται δυσὶν κυρίοις δουλεύειν. Φασί τινες ἐκ μύρμηκ@ καὶ λέοντ@ &c.

Septimò, & quidem à fol. 291, uſque ad fol. 312, Hiſtoria vitæ & miraculorum S. (2) NICOLAI, *Epiſcopi Myrenſis in Lyciâ*, ab *anonymo* quodam Autore compoſita, cujus titulus & principium: Γένεσις, ἀνατροφὴ, πολιτεία καὶ βί@ θεοφιλὴς, καὶ τῶν θαυμάτων διήγησις τοῦ μεγάλου ἐν Ἀρχιερεῦσιν Θεοῦ καὶ ἐν θαυματουργίαις περιωνύμου Νικολάου Ἀρχιεπισκόπου γενομένου Μύρων τῆς τῶν Λυκίων ἐπαρχίας. Πάντας μὲν ἁγίους καὶ Θεοῦ θεράποντας ἐκλεκτοὺς ἐπαινεῖσθαι καὶ τιμᾶσθαι παρὰ πάντων δίκαιον πέφυκε, καὶ τὰς τούτων μνήμας &c.

LXI.

SEXAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, ſed bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis quindecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 169 pag. 2, JOANNIS CALECÆ, à patriâ ſuâ (3) *Apro, Thraciæ urbe*, cognominati (4) *Aprii* & (5) *Apreni*, ſeu potiùs (6) *Apræi*, qui (7) A. C. 1331 ſtudio atque operâ (8) *Joannis Cantacuzeni*, tunc temporis ſub *Imp. Andronico II*, ſive *Juniore* Magni Domeſtici, *Patriarcha Conſtantinopolitanus* electus eſt, *Homiliæ quinquaginta ſex in Evangelia Dominicalia*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Ἰωάννου τοῦ Καλέκα. Κυριακῇ τοῦ τελώνου καὶ τοῦ Φαρισαίου. Ὁμιλία εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Εὐαγγελίου τῆς παραβολῆς τοῦ τελώνου καὶ τοῦ φαρισαίου. &c. Reliquarum Homiliarum *inſcriptiones* & *initia* vide prolixiùs enarrantem CL. *Lambecium*, lib. V. Comment. pag. 187, 188, 189, 190.

Secun-

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* græcam editionem Savilianam Tom. VIII. pag. 857, ubi incipiunt *Notæ in S. Joannis Chryſoſtomi Scripta ſuppoſititia.* (2) Vide *Martyrolog. Roman.* d. 6. Decembris. (3) Vide *Stephanum* de Urbibus lit. A. ubi authoritate *Theopompi* demonſtrat, *Apron* eſſe fœminini generis, atque inde oriundum appellari Ἀπραῖον. (4) Græcè τοῦ Ἀπρίου. Vide *Joannis Cantacuzeni* Hiſtor. lib. 2. cap. 21. pag. 264. editionis Reg. Pariſ. græco-latinæ, ubi Apros vocatur ἡ τῶν Ἀπρίων πόλις. (5) Græcè τοῦ Ἀπρηνοῦ. Vide *Catalogum græcum Patriarcharum Conſtantinopolitanorum* in Propemptico Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ pag. 37. Ibidem in *Carmine Jambico græco* de Patriarchis Conſtantinopolitanis pag. 36. appellatur idem Patriarcha ὁ κακοδαίμων Καλέκας Ἰωάννης (6) Vide *Stephanum* de Urbibus ſub titulo Ἄπρ@. (7) Sequor hîc Chronologiam Hiſtoricam R. P. *Philippi Labbei* S. I. quam vide Partis tertiæ pag. 182. *Onuphrius* autem *Panvinius* in Chronico Eccleſiaſtico & *Marquardus Freherus* in Chronologiâ Juris Græco-Romani initium Patriarchatûs *Joannis Calecæ* perperàm referunt ad annum Chriſti 1341. quo *Imp. Andronicus II*, ſive *Junior* obiit. (8) Vide ipſum *Joannem Cantacuzenum* Hiſtor. Lib. 2. cap. 21.

Secundò, & quidem à fol. *169* pag. *2*, uſque ad fol. *198* pag. *1*, NICETÆ SCUTARIOTÆ *Homiliæ tres*, quarum *prima*, (1) *Dominicâ Orthodoxiæ* habita, inſcribitur atque incipit hoc modo: Κυριακῇ τῆς ὀρθοδοξίας. Ἑρμηνεία Νικήτα Σκουταριώτου. Καὶ οἱ διά τινος κλίμακος ἐπί τινα ὑψηλοτάτην περιωπὴν ἀνατρέχειν βουλόμενοι, &c; *ſecunda* autem in *Caput duodecimum Evangelii S. Joannis, Jeſus ergò ante ſex dies Paſchæ venit Bethaniam, ubi Lazarus fuerat mortuus*, &c; ſine ullâ peculiari inſcriptione, utpote cujus locus, ubi ea minio ſcribi debuit, eſt vacuus, incipit his verbis: Ὁ μὲν νοῦς τῶν προκειμένων ἡμῖν εἰς ἐξήγησιν εὐαγγελικῶν ῥημάτων τὴν σήμερον, &c; *tertia* denique *in principium Evangelii S. Joannis*, peculiari inſcriptione itidem carens, incipit his verbis: Τοῦ Πνεύματος ἡ δύναμις ἐν ἀσθενείᾳ τελειοῦται, &c.

Tertiò, & quidem à fol. *198* pag. *1*, uſq; ad fol. *215* pag. *1*, THEOPHYLACTI, *Acridæ in Bulgariâ Archiepiſcopi*, *Homiliæ undecim in totidem Evangelia Officii matutini Reſurrectionis Domini*; quarum *prima* inſcribitur atq; incipit hoc modo: Ἑρμηνεία κυροῦ Θεοφυλάκτου Βουλγαρίας εἰς τὰ ἑωθινὰ Εὐαγγέλια. Εὐαγγέλιον α΄. Οἱ δὲ ἕνδεκα μαθηταὶ ἐπορεύθησαν εἰς τὴν Γαλιλαίαν &c. Κατὰ τὸν Ἰωάννην ὤφθη τοῖς μαθηταῖς ὁ Ἰησοῦς κατ' αὐτὴν τὴν ἡμέραν τῆς ἀναστάσεως, τῶν θυρῶν κεκλεισμένων· *undecima* autem ſive *ultima*: Τοῦ αὐτοῦ ἑωθινὸν ια΄. ἐκ τοῦ κατὰ Ἰωάννην. Εὐαγγέλιον ια΄. Ὅτε οὖν ἠρίστησαν, λέγει τῷ Σίμωνι Πέτρῳ· Σίμων Ἰωνᾶ ἀγαπᾷς με πλεῖον τούτων; &c. Ἐπειδὴ τέλος εἶχεν αὐτοῖς τοῦ ἀρίστου, τῷ Πέτρῳ τὴν προστασίαν τῶν τῆς οἰκουμένης προβάτων ἐγχειρίζει, &c. Notandum etiam eſt, in fine hujus ultimæ Homiliæ exſtare ſubſcriptionem aliquam græcam, quâ indicatur, Codicem hunc eſſe ſcriptum A. Mundi 7015, hoc eſt, A. Chriſti 1507.

LXII.

SEXAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegans, & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis ſexaginta novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 17 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI Λόγος α΄ κατὰ Ἰουδαίων, ſive, *Oratio prima contra Judæos*; cujus principium: Ἐβουλόμην ὑμῖν ἀποδοῦναι τὰ λείψανα &c. Similiter etiam in Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editione græco-latinâ *Pariſienſi* R. P. *Frontonis Ducæi*, Tom. I, pag. 432, eſt eadem Oratio (2) *prima contra Judæos*; in editione autem græcâ *Etonenſi Henrici Savilij*, Tom. VI, pag. 366, ſubjungitur ea Orationibus *quinque contra Judæos*, & tanquam ab illis diverſa, inſcribitur Πρὸς τοὺς ἰουδαΐζοντας, καὶ μετ' ἐκείνων νηστεύοντας, hoc eſt: *Contra Judaizantes, & cum illis jejunia celebrantes.*

Secundò, & quidem à fol. 17 pag. 1, uſque ad fol. 24 pag. 2, EJUSDEM λόγος β΄ κατὰ Ἰουδαίων, ſive, *Oratio ſecunda contra Judæos*; cujus principium: Πάλιν οἱ δείλαιοι καὶ πάντων ἀνθρώπων ἀθλιώτεροι νηστεύειν μέλλουσιν Ἰουδαῖοι, &c. In fine autem eſt ea mutila, & pertingit tantùm uſque ad hæc verba: (3) Τῶν ἁγίων ἐκείνων οὐδὲν τῶν τοιούτων φυλαττόντων - - - -. Oratio hæc in Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editione græco-latinâ

(1) *De hâc* Dominicâ orthodoxiæ, vid. Lib. IV. Comment. *Lambecianrum*, pag. 127. (2) Vide etiam hâc de re R. P. *Frontonis Ducæi* Notas pag. 82. (3) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſt.* edit. græco-lat. Fronton, Tom. I. pag. 459. & edit. gr. Savil. Tom. VI. pag. 317.

latinâ (1) Frontonianâ eſt ſimiliter Oratio *ſecunda contra Judæos*; in editione autem græcâ (2) Savilianâ *prima*.

Tertiò, & quidem à fol. 25 pag. 1, uſque ad fol. 26 pag. 1, EJUSDEM Λόγος δ' κατὰ Ἰουδαίων, ſive, *Oratio quarta contra Judæos*, quæ, poſt defectum totius *Orationis tertiæ*, in principio eſt mutila, atque incipit ibi nunc ab his verbis: (3) διὰ τῆς ἀκαίρου ταύτης παρατηρήσεως &c. Oratio hæc in editionibus impreſſis incipit: (4) Τὰ θηρία ἕως μὲν ἂν τὰς ὕλας νέμηται, &c; & eſt in editione græco-latinâ Frontonianâ ſimiliter *quarta*, in editione autem græcâ Savilianâ *tertia*.

Quartò, & quidem à fol. 26 pag. 1, uſque ad fol. 39 pag. 1, EJUSDEM λόγος ε' κατὰ Ἰουδαίων, ſive, *Oratio quinta contra Judæos*; cujus principium: Ἆρα κόρον ἐλάβετε τῆς πρὸς Ἰουδαίους μάχης &c. Oratio hæc in Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editione græco-latinâ Frontonianâ ſimiliter eſt *quinta*, in græcâ autem Savilianâ *quarta*.

Quintò, & quidem à fol. 39 pag. 1, uſque ad fol. 57 pag. 1, EJUSDEM λόγος ς' κατὰ Ἰουδαίων, ſive, *Oratio ſexta contra Judæos*; cujus principium: Παρῆλθεν ἡ νηστεία τῶν Ἰουδαίων, &c. Oratio hæc in Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editione græco-latinâ Frontonianâ ſimiliter eſt *ſexta*, in græcâ autem Savilianâ *quinta*.

Sextò, & quidem à fol. 58 pag. 1, uſque ad fol. 113 pag. 2, EJUSDEM περὶ ἀκαταλήπτου, ſive, *de incomprehenſibili DEI Naturâ Orationes* (5) *quinque contra Anomæos*; quarum *prima* incipit: Τί τοῦτο; ὁ ποιμὴν οὐ πάρεστι &c; *ſecunda*: Φέρε δὴ σήμερον πρὸς τοὺς ἀπίστους Ἀνομοίους ἀποδυσώμεθα· &c; *tertia*: Οἱ φιλόπονοι τῶν γεωργῶν, &c; *quarta*: Ἤρκει μὲν οὖν δείξαντα πρώην ἀνθρώποις &c; *quinta*: Ἐπειδὰν μέλλῃ τις μακροτέρας, &c.

Septimò, & quidem à fol. 133 pag. 2, uſque ad fol. 135 pag. 1, EJUSDEM (6) *Oratio ſexta & ſeptima contra Anomæos*; quarum *prior* incipit: Μίαν ὑμῖν διελέχθην ἡμέραν, &c; *poſterior* autem: Πάλιν ἱπποδρομίαι, &c.

Octavò, & quidem à fol. 135 pag. 1, uſque ad fol. 145 pag. 1, EJUSDEM *Oratio contra hæreticos & de petitione matris filiorum Zebedæi*; cujus principium: (7) Χθὲς ἐκ πολέμου ἐπανελθόντες, &c.

Nonò, & quidem à fol. 145 pag. 1, uſque ad fol. 190 pag. 1, EJUSDEM *Oratio ad eos, qui ſcandalizati fuerant propter adverſitates, quæ contigerant.* Principium ejus eſt: (8) Ἰατρῶν μὲν παῖδες ὅταν πυρέττοντάς τινας, &c.

Decimò, & quidem à fol. 190 pag. 2, uſque ad fol. 201 pag. 2, EJUSDEM *Oratio prima in Oziam*; cujus principium: (9) Πολλὴν ὁρῶ τὴν σπουδὴν, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 202 pag. 1, uſque ad fol. 208 pag. 2, EJUSDEM *Oratio in Seraphim*; cujus principium: (10) Μόλις ποτὲ τὸ κατὰ τὸν Ὀζίαν &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 209 pag. 1, uſque ad fol. 269, ſive ultimum, EJUSDEM, *in Lazarum & Divitem Homiliæ* (11) *quatuor*; quarum *prima* incipit: Τὴν χθὲς

(1) Vide ibid. Tom. I. pag. 450. (2) Vide ibid. Tom. VI. pag. 312. (3) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſt.* edit. græc. lat. Fronton. Tom. I. pag. 509. & edit. græc. Savil. Tom. VI. pag. 345. (4) Ita principium hujus Orationis legitur in editione *Savilianâ*; in editione autem *Frontonianâ* hoc modo: τὰ θηρία, ἕως οὐ τὰς ὕλας νέμονται. (5) Vide Operum *S. Joan. Chryſoſt.* edit. græc. *Savil.* Tom. VI. à pag. 389, uſque ad pag. 425. & edit. græc. lat. *Fronton.* Tom. I. à pag. 328, uſq; ad pag. 393. (6) Vide edit. græc. *Savil.* Tom. VI. pag. 425. & 434. ſed exſtant illæ ibi inverſo ordine. (7) Vide ibid. Tom. V. pag. 206. ſed ibi ea incipit: Ἐκ πολέμου χθὲς ἐπανελθόντες. (8) Vide ibid. Tom. VII. pag. 1. (9) Vide ibid. Tom. V. pag. 127. (10) Vide ibid. Tom. V. pag. 155. (11) Vide ibid. Tom. V. à pag. 220, uſque ad pag. 261.

χθὲς ἡμέραν, ἑορτὴν οὖσαν διαβολικὴν, &c; *ſecunda*: Ἐθαύμαζα τὴν ἀγάπην ὑμῶν, &c; *tertia*: Οὐ τὰ τυχόντα ἡμᾶς ὤνησεν, &c; *quarta*: Τῆς τοῦ Λαζάρου παραβολῆς &c. in cujus quartæ ſive ultimæ Orationis principio rectè legitur οὐ μὴν ἔγωγε χρήσομαι ὑμῶν εἰς (1) ἈΠΆΤΗΝ τῇ ἀγνοίᾳ, non autem, ut in Savilianâ editione perperàm legitur, οὐ μὴν ἔγωγε χρήσομαι ὑμῶν εἰς ἈΓΆΠΗΝ τῇ ἀγνοίᾳ.

LXIII.

SEXAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, in *folio*, & *abhinc* (2) *ſexcentos & viginti tres annos* elegantiſſimè exaratus, quem *Augerius Busbeckius*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim comparavit *Conſtantinopoli*. Continentur eo *S. JOANNIS CHRYSOTOMI Homiliæ in Evangelium S. Joannis* ab Homiliâ *primâ*, quæ incipit: Οἱ τῶν ἀγώνων τῶν ἔξωθεν θεαταὶ, uſque ad finem Homiliæ *quadrageſimæ quintæ*, cujus principium: Οὐδὲν γαστριμαργίας χεῖρον, &c. Totus ille collatu digniſſimus Codex conſtat *trecentis & undecim* foliis, ac generalem hunc habet titulum: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Εὐαγγελιστήν.

LXIV.

SEXAGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque nunc foliis *trecentis triginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem fol. 1 & 2, *antiquus INDEX Græcus* Homiliarum ſive Orationum diverſorum Sanctorum Patrum, quæ continentur illo Codice.

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 1, uſque ad fol. 7 pag. 2, *ECLOGÆ*, ſive *Excerpta* quædam miſcellanea ex *Origenis*, *Apollinaris* Laodiceni in Syriâ Epiſcopi, *S. Cyrilli*, Archiepiſcopi Alexandrini, & *Theodoreti*, Epiſcopi Cyrenſis, Expoſitionibus in *Vetus Teſtamentum*.

Tertiò, & quidem à fol. 8 pag. 1, uſque ad fol. 18 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio in proditionem Judæ & in traditionem Myſteriorum*; cujus principium: (3) Ὀλίγα ἀνάγκη σήμερον πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην εἰπεῖν· &c.

Quartò, & quidem à fol. 18 pag. 2, uſque ad fol. 24 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in decollationem S. Joannis Baptiſtæ*; cujus principium: (4) Πάλιν Ἡρωδιὰς μαίνεται, &c.

Quintò, & quidem à fol. 25 pag. 1, uſque ad fol. 28 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in latronem & in proditionem Servatoris noſtri Jeſu Chriſti*; cujus principium: (5) Ὢ πόση δύναμις τῆς ἡμετέρας πίστεως· &c.

U *Sextò*

(1) Similiter quoque rectè legitur in editione Frontonianâ Pariſienſi Tom. V. pag. 79. (2) *Nempe reſpectu præſentis anni Chriſti* 1685. (3) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. V. pag. 547. (4) Vide ibid. Tom. VII. pag. 545. (5) Vide ibid. Tom. V. pag. 910. ubi *Savilius* in margine indicat, ſe Orationem hanc accepiſſe ex Codicibus MStis *Cæſareis*.

Sextò, & quidem à fol. 29 pag. 1, uſque ad fol. 40 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in S. Apoſtolum Petrum & in Prophetam Eliam*; cujus principium: (1) Ὀλίγοι ἡμῖν σήμερον οἱ παραγινόμενοι· καὶ τί τὸ αἴτιον; &c.

Septimò, & quidem à fol. 41 pag. 1, uſque ad fol. 55 pag. 1, *S. GREGORII NAZIANZENI Oratio ſecunda in Sanctum Paſcha*; cujus principium: (2) Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου στήσομαι &c.

Octavò, & quidem à fol. 55 pag. 2, uſque ad fol. 77 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in Sanctum Baptiſma*; cujus principium: (3) Χθὲς τῇ λαμπρᾷ τῶν φώτων ἡμέρᾳ &c.

Nonò, & quidem à fol. 78 pag. 2, uſque ad fol. 97 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio contra Judæos de Serpente æneo à Moyſe erecto; & in illud, Dedit ei nomen ſuper omne nomen; & in illud, Quia per neminem potuit majorem jurare, juravit per ſeipſum.* Principium ejus eſt: (4) Ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος, ἀδελφοὶ, &c.

Decimò, & quidem à fol. 98 pag. 1, uſque ad fol. 113 pag. 1, *EJUSDEM Oratio de Sacrificiis Caini & de donis Abeli, & de Gigantibus, & de Diluvio, & de ſtellis, & de fato*; cujus principium: Μήτηρ εὐταξίας ἀκολουθία &c. Edidit quidem hanc Orationem *Henricus Savilius* Tomo VII Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* pag. 458, & 459, ſed longè plùs quàm dimidiâ parte poſteriori mutilam. Pertingit etiam ea ibi incluſivè tantùm uſque ad hæc verba: ὁ Ἄβελ μὴ ἁμαρτήσας πρῶτον - - -. In hoc autem Codice MSto *Cæſareo* ſequuntur deinceps integra *tredecim folia*, hoc modo: ὁ Ἄβελ μὴ ἁμαρτήσας, πρῶτος τῶν καταδικασθέντων ἀποθνήσκει, τοῦ Θεοῦ οὕτως οἰκονομήσαντος &c. Diverſus ergò eſt hic Codex MStus *Cæſareus* ab *altero* illo, ex quo *Savilius* eam Orationem ſe accepiſſe ibidem in margine indicat.

Undecimò, & quidem à fol. 113 pag. 2, uſque ad fol. 122 pag. 2, *EJUSDEM Oratio de Eleemoſynâ*; cujus principium: (5) Πάλιν ἡμῖν παρὰ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 123, pag. 1, uſque ad fol. 138 pag. 1, *EJUSDEM Oratio in Chananæam*; cujus principium: (6) Πολὺς ὁ χειμὼν, ἀλλὰ τὴν προθυμίαν &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 138 pag. 2, uſque ad fol. 140 pag. 2, *ECLOGÆ*, ſive *Excerpta* quædam miſcellanea ex *Philonis Hebræi*, *Euſebii Pamphili*, *S. Gregorii Nyſſeni*, & *S. Cyrilli*, Archiepiſcopi Alexandrini, Expoſitionibus in *Vetus Teſtamentum*.

Decimo quartò, & quidem à fol. 141 pag. 1, uſque ad fol. 148 pag. 1, *S. GREGORII NAZIANZENI Oratio in Pentecoſten*; cujus principium: (7) Περὶ τῆς ἑορτῆς βραχέα φιλοσοφήσωμεν, &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 149 pag. 1, uſque ad fol. 155 pag. 2, S. BASILII MAGNI, *Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi*, *Oratio in Nativitatem Chriſti*; cujus principium: (8) Χριστοῦ γέννησις ἡ μὲν οἰκεία καὶ πρώτη &c.

Decimo

(1) Vide ibid. Tom. VIII. pag. 18. (2) Vide Operum *S. Gregorii Nazianzeni* edit. græc. lat. Pariſ. Tom. I. pag. 676. (3) Vide ibid. Tom. I. pag. 637. (4) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. VII. pag. 448; ubi *Savilius* in margine indicat, ſe Orationem hanc accepiſſe ex Codice MSto *Cæſareo*. (5) Vide ibid. Tom. VI. pag. 811. (6) Vide ibid. Tom. V. pag. 188. (7) Vide Operum *S. Gregorii Nazianzeni* edit. græc. lat. Pariſ. Tom. I. pag. 705. (8) Vide Operum *S. Baſilii Magni* edit. græc. lat. Pariſ. Tom. I. pag. 585.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 156 pag. 1, uſque ad fol. 160 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio in feſtum* Ὑπαπαντῆς, ſive *Occurſûs Chriſti & Purificationis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus principium: (1) Οὐ μόνον φορεῖ σάρκα ὁ Κύριος ἡμῶν, &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 161 pag. 1, uſque ad fol. 164 pag. 2, S. CYRILLI, *Archiepiſcopi Alexandrini, Oratio in feſtum* Ὑπαπαντῆς, ſeu *Purificationis*; cujus principium: Χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιών·

Decimo octavò, & quidem à fol. 165 pag. 1, uſque ad fol. 174 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio in Mariam, & Martham, & Lazarum, & Eliam Prophetam*; cujus principium: (2) Ὅσοι τῆς δεσποτικῆς ἀναστάσεως ἔρωτα φέρετε, &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 175 pag. 1, uſque ad fol. 189 pag. 1, S. GREGORII NYSSENI *Oratio de Reſurrectione* CHRISTI, *& de Evangeliſtarum in eâ narrandâ conſenſu*; cujus principium: (3) Πάντες μὲν, ἀγαπητοὶ, ὡς εἰπεῖν ἀποδέχονται, &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 190 pag. 1, uſque ad fol. 203 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homilia de Sanctâ & conſubſtantiali Trinitate*; cujus principium: (4) Οἱ κατὰ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος τὰς γλώσσας ἀκονῶντες &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 203 pag. 2, uſque ad fol. 204 pag. 2, ECLOGÆ, ſive *Excerpta* quædam miſcellanea ex *Euſebii Pamphili*, *S. Cyrilli*, *Archiepiſcopi Alexandrini*, & *Severiani Gabalorum in Syriâ Epiſcopi* Expoſitionibus in *Vetus Teſtamentum*.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 205 pag. 1, uſque ad fol. 219 pag. 1, S. JOANNIS DAMASCENI *Oratio de in Fide mortuis, quòd juventur per Miſſas & beneficia vivorum.* Principium ejus eſt: (5) Τὰ τῶν βρωμάτων ἡδέα καὶ τίμια προτιθέμενα, &c.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 219 pag. 2, uſque ad fol. 225 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio in Sanctum Paſcha*; cujus principium: (6) Τὸ τῶν νομικῶν τύπων εὔλογον &c.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 226 pag. 1, uſque ad fol. 236 pag. 1, *EJUSDEM Oratio prima de incomprehenſibili adverſus Anomæos*, cujus principium: (7) Τί τοῦτο; ὁ ποιμὴν οὐ πάρεστιν, &c.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 236 pag. 2, uſque ad fol. 248 pag. 1, *EJUSDEM Oratio quarta de Incomprehenſibili adverſus Anomæos*; cujus principium: (8) Ἤρκει μὲν οὖν πρώην δείξαντα, &c.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 249 pag. 1, uſque ad fol. 262 pag. 1, *EJUSDEM Oratio in verba Judæorum de Chriſto apud S. Joannem cap. 7, Quomodo hic literas ſcit, cùm non didicerit? & in verba Chriſti apud S. Matthæum cap. 24, De die autem illâ & horâ nemo ſcit, &c.* Principium ejus eſt: (9) Φέρε πάλιν τῶν εὐαγγελικῶν ἀπαρξώμεθα ναμάτων· &c.

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. V. pag. 872. (2) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. VII. pag. 320. (3) Vide Operum *S. Gregorii Nyſſeni* edit. græc. lat. Pariſ. Tom. II. pag. 832. (4) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. *Savil.* Tom. VI. pag. 955; ubi *Savilius* in margine indicat, ſe Orationem hanc accepiſſe ex Codice MSto *Cæſareo*. (5) Vide Operum *S. Joannis Damaſceni* edit. Pariſ. A. 1619, pag. 516; & ſuprà Cod. CXLIV, num. 42, pag. 103. (6) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. V. pag. 920. (7) Vide ibid. Tom. VI. pag. 389. (8) Vide ibid. Tom. VI. pag. 409. (9) Vide ibid. Tom. V. pag. 752. ubi *Savilius* in margine indicat, ſe Orationem hanc accepiſſe ex Codice MSto *Cæſareo*.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 262 pag. 2, uſque ad fol. 268 pag. 1, EJUSDEM *Oratio de Hoſpitalitate*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσαντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ Προφήτου τὸ λέγον, Μὴ φόβου, ὅταν πλουτήσει ἄνθρωπος, καὶ περὶ Φιλοξενίας. Ὁ μὲν γήπονος εἰς καθαρὰς μὲν ἕλκει τὰς ἀρούρας &c.

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 268 pag. 2, uſque ad fol. 274 pag. 1, S. BASILII MAGNI, *Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi*, *Caput primum Conſtitutionum Monaſticarum; quòd Oratio aliis omnibus rebus anteponenda ſit.* Ipſa tituli græci verba, unà cum principio Orationis, ſunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας περὶ τοῦ δεῖν τὴν εὐχὴν προτιθέναι πάντων (1) Πᾶσα πρᾶξις, ἀγαπητὲ, καὶ πᾶς λόγος τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ κανών ἐστιν εὐσεβείας &c.

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 274 pag. 2, uſque ad fol. 279 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio in parabolam Oeconomi injuſti, & quòd nihil noſtrum eſt.* Principium ejus eſt: (2) Πολλάκις ὑμῖν εἶπον διαλεγόμενος &c.

Trigeſimò, & quidem à fol. 280 pag. 1, uſque ad fol. 288 pag. 2, *EJUSDEM*, Ἀνδριάντων, ſive *Orationum de Statuis decima nona*, cujus principium: (3) Ἀπὸ τῆς ῥήσεως, ἀφ' ἧς ἀεὶ παρὰ τὸν καιρὸν τῶν κινδύνων &c.

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 289 pag. 1, uſque ad fol. 297 pag. 2, *EJUSDEM Oratio, quòd Veteris & Novi Teſtamenti idem eſt Legislator; & in Sacerdotis indumentum; & de Pœnitentiá.* Principium ejus eſt: (4) Τῆς Χριστοῦ βασιλείας τὸ εὐαγγέλιον &c.

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 298 pag. 1, uſque ad fol. 317 pag. 2, *EJUSDEM Oratio ſexta* περὶ ἱερωσύνης, ſive, *de Sacerdotio*; cujus principium: (5) Καὶ τὰ μὲν ἐνταῦθα τοιαῦτα, οἷάπερ ἤκουσας. &c.

Trigeſimo tertiò, & quidem à fol. 318 pag. 1, uſque ad fol. 333, ſive ultimum, *ECLOGÆ*, ſive *Excerpta* miſcellanea ex variorum Sanctorum Patrum aliorúmque Scriptorum Eccleſiaſticorum Operibus; nempe *Philonis Hebræi* (6), *Flavii Joſephi* (7), *Hegeſippi* (8), *S. Irenæi*, Epiſcopi Lugdunenſis (9), *Tertulliani* (10), *Apollinaris*, Epiſcopi Laodiceni (11), *S. Baſilii Magni* (12), *S. Joannis Chryſoſtomi* (13), *S. Cyrilli*, Archiepiſcopi Alexandrini (14), *Iſidori Peluſiotæ* (15), *Theodoreti*, Epiſcopi Cyrenſis (16), & *Severi*, Epiſcopi Antiocheni (17).

SEXA-

(1) Vide Operum *S. Baſilii Magni* edit. græc. lat. Pariſ. Tom. II. pag. *666*; ſed ibi pro Πᾶσα πρᾶξις, ἀγαπητὲ, perperàm legitur Πᾶσα πρᾶξις ἀγαθὴ, &c. (2) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. VII. pag. 423. ubi *Savilius* in margine annotat, ſe Orationem hanc accepiſſe ex Codice MSto *Cæſareo*. (3) Vide ibid. Tom. VI. pag. 595. (4) Vide ibid. Tom. VI. pag. 640. (5) Vide ibid. Tom. VI. pag. 44. (6) De *Moyſe*, de *Iſaaco*, & de *Aſcetis Ægyptiacis*. (7) De *Sicariis Hieroſolymitanis*. (8) De *S. Jacobo fratre Domini*. (9) De *Moyſe*. (10) Ex *Apologetico adverſus Gentes* de veteri apud Romanos decreto, ne quis Deus ab Imperatore conſecraretur, niſi à Senatu probatus; item de *Imp. Nerone*. Cæterùm ex duobus his Fragmentis apparet, *Tertulliani Apologeticum adverſus Gentes* fuiſſe olim è *latino* in *græcum ſermonem* converſum. (11) De *Balaamo*. (12) De *Moyſe*; & principium *Epiſtolæ* ad *S. Gregorium Nyſſenum*, cujus principium: Φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα, &c. (13) Ex Orationibus *adverſus Anomœos* & *contra Judæos*. (14) De *Moyſe*. (15) Ex *Epiſtolis in Sacram Scripturam*. (16) Ex Commentario *in Exodum*. (17) De *Moyſe* & de *Balaamo*.

LXV.

SEXAGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *centum novendecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo (1) S. DIONYSII AREOPAGITÆ *Opera*, cum *Scholiis marginalibus S. Maximi Monachi & Martyris*, hoc ordine:

A fol. 1, uſque ad fol. 52 pag. 2, extat Liber Περὶ Θείων Ὀνομάτων ſive *de Divinis Nominibus*. Deeſt autem principium Capitis primi uſque ad hæc verba §. 3, νοὸς εὐλαβείαις· τὰ δὲ ἄρρητα σώφρονι σιγῇ τιμῶντες &c. In fine ejuſdem Libri legitur hæc rubricata ſubſcriptio: Ἐνθάδε παραλέλειπται ἡ Συμβολικὴ Θεολογία. Hoc eſt: *Hic omiſſa eſt Symbolica Theologia*. Intelligitur nempe *S. Dionyſii Areopagitæ Symbolica Theologia*, quæ nunc quidem ampliùs non extat, ab ipſo tamen *S. Dionyſio* expreſsè memoratur in fine Capitis ultimi *de Divinis Nominibus*. Cæterùm poſt ſuprà memoratam ſubſcriptionem ſequitur in eodem hoc Codice MSto Cæſareo (2) *ANONYMI* cujuſdam antiqui Autoris *Epigramma græcum* in laudem Scriptorum *S. Dionyſii Areopagitæ*, literis itidem rubricatis exaratum, quod vid. lib. 3. Comment. Lambecianorum pag. 67.

A fol. 52 pag. 2, uſque ad fol. 75 pag. 1, extat Liber Περὶ τῆς Οὐρανίας Ἱεραρχίας, ſive *de Cœleſti Hierarchiâ*.

A fol. 75 pag. 1, uſque ad fol. 102 pag. 1, extat Liber Περὶ τῆς Ἐκκλησιαστικῆς Ἱεραρχίας, ſive de *Eccleſiaſticâ Hierarchiâ*; in cujus fine leguntur in honorem & laudem *S. Dionyſii Areopagitæ tria Epigrammata*: quæ vide lib. 3. Comment. Lambecianorum, pag. 67 & 68.

A fol. 102 pag. 2, uſque ad fol. 105 pag. 1, extat Liber Περὶ Μυστικῆς Θεολογίας, ſive, *de Myſticâ Theologiâ*.

A fol. 105 pag. 1, uſque ad fol. 116 pag. 1, extant *S. Dionyſii Areopagitæ Epiſtolæ* (3) *decem*, ſub hoc titulo græco: Διονυσίου Ἀρεοπαγίτου, Ἐπισκόπου Ἀθηνῶν, ἐπιστολαὶ διάφοροι δέκα. Harum Epiſtolarum *quatuor priores* ſcriptæ ſunt Γαΐῳ θεραπευτῇ, ſive *Cajo Monacho*; *quinta* Δωροθέῳ λειτουργῷ, ſive *Dorotheo Miniſtro*; *ſexta* Σωσιπάτρῳ ἱερεῖ, ſive *Soſipatro Sacerdoti*; *ſeptima* Πολυκάρπῳ ἱεράρχῃ, ſive *Polycarpo Epiſcopo*; *octava* Δημοφίλῳ θεραπευτῇ, ſive *Demophilo Monacho*; *nona* Τίτῳ ἱεράρχῃ, ſive *Tito Epiſcopo*; *decima S. Joanni*, cognomine *Theologo*, Apoſtolo & Evangeliſtæ.

Et hactenùs quidem recenſui, quo ordine ipſa *S. Dionyſii Areopagitæ Opera* extent in Codice hoc MSto *Cæſareo*; quod autem ad *Appendicem*, iiſdem Operibus ibi ſubjunctam, attinet, eâ continentur hæc:

Primò, & quidem fol. 116, pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Expoſitio græca* difficiliorum quorundam vocabulorum, ad *Hierarchiam Eccleſiaſticam* pertinentium, quibus *S. Dionyſius Areopagita* in ſuis Scriptis utitur; ſimul & *Recenſio deperdito-*

(1) De hoc & aliis duobus Operum *S. Dionyſii Areopagitæ* antiquis Codicibus MStis *Græcis*; ut & de duobus eorundem Operum antiquis Codicibus MStis *latinis*, qui in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi* adſervantur, extat prolixus & valdè notabilis locus in *Diario Lambeciano Sacri Itineris Cellenſis*, à pag. 175, uſque ad pag. 190; nec non pag. 270. (2) Veriſimile Cl. Lambecio videtur, hujus & ſequentium Epigrammatum autorem eſſe *S. Maximum*. (3) Extat etiam ſub nomine ejuſdem *S. Dionyſii in Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi undecima* quædam epiſtola ad *S. Timotheum*, Epiſcopum Epheſinum, de *morte* SS. Apoſtolorum *Petri & Pauli*. Videſis *Diarium Lambecianum Sacri Itineris Cellenſis*, pag. 270.

rum Operum ejuſdem *S. Dionyſii*, quorum ipſe in Scriptis ſuis, quæ ad nos pervenere, meminit. Ipſa (1) *anonymi* iſtius Autoris verba, quæ ad *deperdita S. Dionyſii Opera* pertinent. Vid. lib. 3. Comment. Lambec. pag. 68, & 69.

Secundò, & quidem fol. 117 pag. 1, Fragmentum *Epiſtolæ POLYCRATIS Epiſcopi Epheſiorum ad Pontificem Romanum, S. Victorem I*, de tempore celebrandi *Paſchatis*. Incipit illud ibi his verbis: Καὶ γὰρ κατὰ τὴν Ἀσίαν μεγάλα στοιχεῖα κεκοίμηται, &c. eodémque modo id legitur apud *Euſebium Pamphili* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 5, cap. 24, & *latinè* apud *S. Hieronymum* cap. 45, de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Titulus iſtius Fragmenti græcus in Codice hoc MSto Cæſareo eſt talis: Πολυκράτους (2) διαδόχου, Ἀρχιεπισκόπου Ἐφέσου ἐκ τῆς ἐπιστολῆς πρὸς Βίκτορα τὸν διάδοχον καὶ Ἀρχιεπισκόπον τῆς μεγάλης Ῥώμης.

Tertiò, & quidem fol. 117 pag. 1 & 2, Fragmentum ex *CLEMENTIS ALEXANDRINI* deperditâ quadam Oratione, quam inſcripſerat, *Quis ſalvetur dives*; continens *Narrationem* memorabilis æquè ac inopinatæ *Pœnitentiæ* corruptiſſimi cujusdam & ſceleratiſſimi Juvenis, qui à *S. Joanne Evangeliſtâ* miro modo converſus eſt. Titulus hujus Fragmenti eſt ibi talis: Κλήμεντος πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας, ἡγουμένου τῆς σχολῆς, ἐκ τοῦ ἐπιγεγραμμένου αὐτῷ λόγου, τίς ὁ σωζόμενος πλούσιος. Extat quidem etiam apud *Euſebium Pamphili* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 3, cap. 13, idem *Fragmentum*, ſed in principio deeſt ibi *cauſa*, cur *Clemens Alexandrinus* narrationem hanc Orationi ſuæ inſeruerit, incipitque illud ex abrupto Ἄκουσον μῦθον οὐ μῦθον, ἀλλ' ὄντα λόγον, &c.

Quartò, & quidem fol. 118 & 119, Fragmenta *ſeptem* ex *PHILONIS HEBRÆI* libro de *Vitâ contemplativâ*, quibus agitur de antiquiſſimis illis *Hebræo-Chriſtianis Aſcetis* ſive *Monachis*, qui ipſius (3) ætate in *Ægypto* commorati ſunt. Titulus horum Fragmentorum generalis eſt hic: Φίλωνος περὶ τῶν ἐκ περιτομῆς πιστευσάντων ἐν Αἰγύπτῳ Χριστιανῶν ἅμα καὶ μοναχῶν ἐκ τοῦ ἐπιγεγραμμένου αὐτῷ λόγου περὶ βίου θεωρητικοῦ ἢ περὶ ἱκετῶν. Fragmentum autem primum incipit his verbis: (4) Πολλαχοῦ μὲν τῆς οἰκουμένης ἐστὶ τοῦτο τὸ γένος· ἔδει γὰρ &c. Eadem *Fragmenta Philoniana* extant quoq; apud *Euſebium Pamphili* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 2, cap. 17, quippe ubi itidem agitur de vetuſtiſſimis *Monachis Chriſtianis* in *Ægypto* degentibus.

LXVI.

SEXAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque nunc foliis *trecentis ſexaginta octo*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 217 pag. 1, *THEOPHYLACTI Acridæ in Bulgariâ Archiepiſcopi*, *Expoſitio in* (5) *quinque Prophetas Minores*, *Oſeam*, *Habacuc*, *Jonam*, *Nahum* & *Michæam*; cujus titulus & principium: Θεοφυλάκτου Ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας ἐξήγησις εἰς τοὺς ιβ' Προφήτας. Ὑπόθεσις εἰς τὸν Ὠσηὲ τὸν Προφήτην. Ὠσηὲ ἑρμηνεύεται σωζόμενος &c. Quamvis igitur

(1) Vide etiam *Georgii Pachymeræ* Proœmium in Opera *S. Dionyſii* Tom. I. editionis Corderianæ pag. XLIII. (2) Hoc *eſt*, *Succeſſoris Sanctorum Apoſtolorum*. (3) Nempe ſub Imperatoribus Romanis *Cajo Caligula* & *Claudio*. (4) Vide Operum *Philonis Hebræi* editionem græco-latinam, Lutetiæ Pariſiorum A. 1640, in folio impreſſam, pag. 892. (5) *Theophylacti* Expoſitio in *quatuor* Prophetas, *Habacuc*, *Jonam*, *Nahum* & *Oſeam*, edita eſt latinè à Joanne Leonicero Francofurti A. 1534, in octavo, Pariſiis typ. Jacobi Gazeau A. 1542, in octavo.

igitur in hoc Codice MSto tantùm exſtet Expoſitio in jam memoratos *quinque Prophetas Minores*, ex titulo tamen ejus generali apparet, *Theophylactum omnes duodecim Prophetas Minores* Commentariis ſuis illuſtrâſſe.

Secundò, & quidem à fol. 218 pag. 1, uſque ad fol. 355 pag. 2, (1) *NICEPHORI BLEMMIDÆ Expoſitio in Pſalterium Davidis*; cujus *Prolegomena* inſcribuntur atq; incipiunt hoc modo: Ἐξηγημένον Ψαλτήριον παρὰ ἀσκητοῦ κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βλεμίδου. Ψαλτήριον κυρίως ὀργάνου εἶδός ἐστι μουσικοῦ, ναῦλα παρ' ἑβραίοις ὀνομαζόμενον, &c. Expoſitionis autem *primi Pſalmi* initium eſt tale: Τοῦ σοφωτάτου ἀσκητοῦ κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βλεμίδου Ἐξήγησις τοῦ Ψαλτῆρος. Ὁ πρῶτος ψαλμὸς ἠθικός τέ ἐστι καὶ δογματικός· παραινεῖ γὰρ προσέχειν τοῖς θείοις λογίοις, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 356 pag. 1, uſque ad fol. 368 pag. 2, *EJUSDEM Expoſitio in Appendicem Pſalterii Davidici*: nempe in *Cantica duo Moyſis Exodi* cap. 15, & *Deuteronomii* cap. 32; in *Canticum Prophetiſſæ Hannæ*, matris *Samuelis*; in *Canticum Prophetæ Habacuc*; in *Orationem Ezechiæ Regis Juda* apud *Eſaiam* cap. 38; in Canticum Jonæ Prophetæ; in *Canticum trium Puerorum* apud Prophetam *Danielem*; in *Canticum Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, & in *Prophetiam Zachariæ* Patris *S. Joannis Baptiſtæ* apud *S. Lucam* cap. 1. Cæterùm quod ad ipſum *Nicephorum Blemmidam* attinet, de ejus ætate, vitâ, moribus & eruditione præclara multa, ex variis antiquis Autoribus collecta, exſtant apud V. CL. *Leonem Allatium* Lib. 2 de Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ Conſenſione, cap. 14, §. 4.

LXVII.

SEXAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis ſeptuaginta tribus*. Continentur eo *MICHAELIS GLYCÆ Epiſtolæ Theologicæ quinquaginta ſex*: Plura de his vid. Lib. IV. Comment. Lambec. pag. 157, 158, 159.

LXVIII.

SEXAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis quindecim*, & anno Chriſti 1563, à quodam *Michaële* exaratus eſt. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 136 pag 1, *PROCOPII, Sophiſtæ Chriſtiani, Commentarius in Geneſin*, cujus *Præfatio* inſcribitur atq; incipit hoc modo: Εἰς τὴν Γένεσιν τῶν ἐκλογῶν ἐπιτομῆς Προκοπίου χριστιανοῦ σοφιστοῦ Προοίμιον. Ἤδη μὲν καὶ πρότερον Θεοῦ τὸ δύνασθαι χορηγήσαντος τὰς καταβεβλημένας ἐκ τῶν Πατέρων καὶ τῶν ἄλλων εἰς τὴν ὀκτάτευχον ἐξηγήσεις συνελεξάμεθα, &c.

Secundò, & quidem à fol. 137 pag. 1, uſque ad fol. 158 pag. 1, *PLOTINI, Philoſophi Platonici celeberrimi, Vita & Librorum ab eodem ſcriptorum Catalogus, autore Porphyrio*. Ipſa tituli græci verba, unà cum principio Narrationis, ſunt hæc: Πορφυρίου εἰς τὸν βίον τοῦ Πλωτίνου. Πλωτῖνος ὁ καθ' ἡμᾶς γεγονὼς φιλόσοφος, ἐῴκει μὲν αἰσχυνομένῳ, ὅτι ἐν σώματι εἴη. ἀπὸ δὲ τῆς τοιαύτης διαθέσεως &c. *Vita* hæc græcè & latinè præfixa eſt Operi-

(1) Ita ibi ſcriptum eſt; nempe βλεμίδου, non autem βλεμμίδου, ut in aliis ferè omnibus antiquis Codicibus MStis, ubi hujus *Nicephori* fit mentio.

Operibus *Plotini*, cum latinâ *Marſilii Ficini* Interpretatione & Commentatione editis Baſileæ, typis Petri Pernæ, A. 1580, in folio.

Tertiò, & quidem à fol. 158 pag. 2, uſque ad fol. 240 pag. 1, *Operum Philoſophicorum* PLOTINI *Enneas prima integra, & Enneadis ſecundæ libri ſex priores.* Vide ſuprà citatam Operum *Plotini* editionem græco-latinam à pag. 1, uſque ad pag. 182.

Quartò, & quidem à fol. 241 pag. 1, uſque ad fol. 315 pag. 2, *NEMESII, Emeſini in Phœniciâ Epiſcopi, Liber de Naturâ hominis;* cujus titulus & principium: Νεμεσίυ Ἐπισκόπυ Ἐμέσης περὶ φύσεως ἀνθρώπυ λόγος κεφαλαιώδης. Κεφάλαιον α΄. Τὸν ἄνθρωπον ἐκ ψυχῆς νοερᾶς καὶ σώματος &c. In *Nicaſii Ellebodii* editione hujus Opuſculi græco-latinâ, A. 1565, Antverpiæ typis Plantinianis in octavo impreſsâ, ut & in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum græco-latinâ Pariſienſi anni 1654, Tom. XII, à pag. 708, uſque ad pag. 804, conſtat illud *Capitibus quadraginta quatuor;* in hoc autem Codice MSto *Cæſareo* exſtant tantùm *Capita quadraginta unum*, quorum *ultimum* inſcribitur: Διὰ ποίαν αἰτίαν αὐτεξούσιοι γεγόναμεν. Reliqua enim *tria* ibi deſunt.

LXIX.

SEXAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum viginti*, & ad (1) *Andream Tarmarum Epidauriotam* olim pertinuit. Continentur eo *ANDREÆ, Cæſareenſis in Cappadociâ Archiepiſcopi, Commentarius in Apocalypſin S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ;* cujus *Præfatio* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἀνδρέυ Ἀρχιεπισκόπυ Καισαρείας Καππαδοκίας ἐπιστολή. Κυρίῳ μυ ἀδελφῷ καὶ συλλειτυργῷ. Πολλάκις αἰτηθεὶς παρὰ πολλῶν ἐξ ἀγάπης, μείζονα τῆς ἐμῆς δυνάμεως ὡς ἐγνωκότων ὑπόληψιν, &c. Ipſe autem *Commentarius* incipit his verbis: Ἀποκάλυψις μέν ἐστιν ἡ τῶν κρυπτῶν μυστηρίων δήλωσις, καταυγαζομένυ τῦ ἡγεμονικῦ εἴτε διὰ θείων ὀνειράτων εἴτε &c. Primus hunc Commentarium, ſed *latinè* tantùm, edidit R. P. *Theodorus Peltanus* S. J. Ingolſtadii, typis Davidis Sartorii, A. 1584, in quarto. Eodem quoque modo exſtat idem *Commentarius* in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum græco-latinâ Pariſienſi, anni 1654, Tom. I, à columnâ *1529*, uſque ad colum. *1622*.

LXX.

SEPTUAGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque *centum nonaginta novem* foliis, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo S. BASILII MAGNI *in Eſaiæ Prophetæ Capita ſedecim Expoſitio:* adſcripta ſunt in margine *antiqua græca Scholia* in eundem Prophetam *Eſaiam*, deſumpta ex Operibus *Euſebii Pamphili*, Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopi, *Theodori*, Epiſcopi Heracleæ in Thraciâ, *S. Joannis Chryſoſtomi*, *Severiani*, Epiſcopi Gabalorum in Syriâ, *S. Cyrilli*, Archiepiſcopi Alexandrini, *Theodoreti*, Epiſcopi Cyrenſis, & *Severi*, Epiſcopi Antiocheni; quibus inſuper accedunt & alia nonnulla *Scholia* ἀνεπίγραφα, ſive, *ſine nomine Autoris.*

SEPTUA-

(1) Vide Librum III. Lambecianorum Commentariorum, pag. 110.

LXXI.

SEPTUAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtatque foliis *quadringentis viginti quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo *Catena* ſive *Commentarius ampliſſimus in Evangelium S. Lucæ*, collectus ex variorum Sanctorum Patrum aliorumque veterum Scriptorum Eccleſiaſticorum *Græcorum* Operibus, ſed nunc, quod dolendum eſt, in principio mutilus. Meminit perantiqui hujus Codicis Cæſarei R. P. *Balthaſar Corderius* in Præfatione ad Lectorem, præfixâ *Catenæ ſexaginta quinque Græcorum Patrum in S. Lucam*, quam is anno 1628 Antverpiæ, typis Plantinianis, ex græco quidem Codice Bibliothecæ Venetæ Cardinalis Beſſarionis, ſed tamen latinè tantùm, in folio edidit. Cæterùm quod ad *Autores*, ex quibus jam memoratus Codicis hujus *Cæſarei* Commentarius collectus eſt, attinet, ii ſecundùm ordinem alphabeticum ſunt hi: (1) *Africanus*; (2) *Alexander*, Archimandrita ſive Abbas; *Amphilochius*, Epiſcopus Iconii; *Anaſtaſius* Sinaita, Patriarcha Antiochenus; (3) *Antipater*, Epiſcopus Boſtrenſis; *S. Athanaſius*, Archiepiſcopus Alexandrinus; *S. Baſilius* Magnus, Archiepiſcopus Cæſareenſis in Cappadociâ; *Clemens* Alexandrinus; *Coſmas* Hieroſolymitanus; *S. Cyrillus*, Archiepiſcopus Alexandrinus; S. *Cyrillus*, Archiepiſcopus Hieroſolymitanus; *S. Dionyſius* Areopagita; *Dorotheus*, Archimandrita ſive Abbas; S. *Epiphanius*, Salaminæ Cypri Epiſcopus; S. *Ephræm* Syrus; (4) *Euſebius* Pamphili, Cæſareæ in Palæſtinâ Epiſcopus; *Flavius* Joſephus; S. *Gregorius* Nazianzenus, Epiſcopus, cognomine Theologus; S. *Gregorius*, Epiſcopus Nyſſenus; S. *Hippolytus* Martyr, Portûs Romani Epiſcopus; S. *Ignatius* Martyr, Epiſcopus Antiochenus; *Joannes* Climacus, Abbas in monte Sinâ; S. *Joannes* Chryſoſtomus, Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus; S. *Joannes* Damaſcenus; S. *Irenæus*, Epiſcopus Lugdunenſis & Martyr; *Iſidorus* Peluſiota; S. *Juſtinus*, Philoſophus & Martyr; S. *Maximus*, Monachus Conſtantinopolitanus & Martyr; S. *Macarius*, Abbas Ægyptius; S. (5) *Nilus*, Monachus Conſtantinopolitanus, & diſcipulus S. Joannis Chryſoſtomi; *Origenes* Adamantius, Clementis Alexandrini diſcipulus; *Photius*, Patriarcha Conſtantinopolitanus; *Severus*, Epiſcopus Antiochenus; *Simeon* Metaphraſtes; *Theodoretus*, Epiſcopus Cyrenſis; *Theodorus*, Epiſcopus Mopſueſtenus; *Titus*, Boſtrorum in Arabiâ Epiſcopus, & *Victor*, Presbyter Antiochenus. Digniſſima profectò eſt hæc *Catena*, ut ſecundùm

X exem-

(1) Is eſt *Sextus Julius Africanus*, antiquiſſimus Chriſtianorum Chronographus, qui initio tertii poſt Chriſtum ſeculi, ſub Impp. *Macrino* & *Heliogabalo* potiſſimùm floruit. Vide Librum *primum Lambecianorum* de Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Commentariorum pag. 141. In Catenâ autem in S. Lucam à *Corderio* editâ, nulla hujus *Africani* fit mentio. (2) Neque hujus *Alexandri* fit mentio in Catenâ *Corderianâ*. Videtur autem ſignificari *Alexander* fundator Cœnobii *Acœmetarum* ſive *Monachorum inſomnium* Conſtantinopoli. Vide Card. *Baronii* Annal. Eccleſ. Tom. VI. anno 459. & *Nebridii à Mundelheim* Antiquarium Monaſticum epiſtolâ 130. (3) Neque hujus *Antipatri* fit mentio in Catenâ à *Corderio* editâ. (4) Extat ibi fol. 171, 172, 173 & 174 locus ſatis prolixus de nativitate Chriſti ex *Hiſtoriæ* ipſius *Eccleſiaſticæ* libro primo, & quidem ex cap. 6 atque 7, deſumptus, cujus principium: Ἦν μὲν δεύτερον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος τῆς Αὐγούστου βασιλείας, &c. Differt autem manuſcriptum hoc ejus loci exemplar non mediocriter ab impresſis editionibus. Citatur quoque ibidem fol. 346, pag. 2, & fol. 375, pag. 2. Opus ejusdem, quod inſcribitur Εὐαγγελικὴ Θεοφάνεια. (5) Fol. 162, pag. 2. citatur ibi ejus Opus, quod inſcribitur περὶ φιλοσοφίας.

exemplar hoc manuſcriptum ſine ullâ interpolatione edatur *græcè*, & cum alterâ illâ ejuſdem argumenti *Catenâ latinâ*, à R. P. *Corderio* editâ, accuratè conferatur. Inter alia enim nonnulla *veterum Autorum fragmenta*, quæ in *noſtrâ* quidem hâc *Catenâ græcâ* extant, in *Corderianâ* autem *latinâ* non reperiuntur, eſt etiam inſignis ille & ſatis prolixus *Sexti Julii Africani*, antiquiſſimi Chriſtianorum Chronographi, locus *de Genealogiâ Chriſti*, qui folii 251 paginâ ſecundâ incipit his verbis: Οὐκ ἀκριβῶς μὲν τοι τινὲς λέγουσιν, ὅτι δικαίως γέγονεν ἡ διάφορος αὕτη τῶν ὀνομάτων καταρίθμησίς τε καὶ ἐπιμιξία, τῶν τε ἱερατικῶν ὡς οἴονται καὶ τῶν βασιλικῶν, ἵνα δειχθῇ δικαίως ὁ Χριστὸς ἱερεύς τε καὶ βασιλεὺς γενόμενος, &c.

LXXII.

SEPTUAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum ſexaginta novem*, & eſt unus ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 151 pag. 2, S. ANASTASII *Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni, Spiritualis Anagogæ in Hexaëmeron Libri duodecim*, in hoc Codice MSto perperàm & falsò attribuuntur *S. Cyrillo Archiepiſcopo Alexandrino*, ut ex ſequenti *Titulo* ſive *Inſcriptione Proœmii* videre eſt: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΚΥΡΙΛΛΟΥ Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας Ἑρμηνεία συλλογιστικὴ εἰς τὴν τοῦ προφήτου Μωυσέως βίβλον. Φωνὴ Θεοῦ ἱερὰ &c.

Secundò, & quidem à fol. 152 pag. 1, uſque ad fol. 167 pag. 2, *Acta Conciliabuli Conſtantinopolitani Pſeudo-Oecumenici & Pſeudo-Octavi*, in quo poſt obitum (1) *S. Ignatii Patriarchæ Conſtantinopolitani*, à (2) *trecentis octoginta* Epiſcopis reſtitutio *Photii* confirmata, vera & genuina *Synodus Oecumenica octava* fraudulenter abrogata, & *Proceſſio Spiritûs Sancti ex Filio* è Symbolo Fidei malitiosè & perperàm ſublata eſt anno Chriſti 879. Ipſa *tituli græci* verba, cum *principio Narrationis*, ſunt hæc: Πράξεις τῆς γενομένης ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίας Συνόδου ἐπὶ τῆς βασιλείας Βασιλείου, Λέοντος καὶ Ἀλεξάνδρου, κυρῶσαι καὶ βεβαιῶσαι τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ οἰκουμενικῇ Συνόδῳ πραχθέντα ἐν Νικαίᾳ τὸ δεύτερον. Βασιλεύσαντες οἱ εὐσεβέστατοι βασιλεῖς Βασίλειος, Λέων καὶ Ἀλέξανδρος, καὶ ὁρῶντες τὴν ἁγίαν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν τὴν πρεσβυτέρας Ῥώμης λυμαινομένην παρὰ τῶν αἱρετικῶν, &c. Plura de hâc perditiſſimi *Photii Pſeudo-Synodo*, & contra eandem, vide apud *Severinum Binium* Tomi tertii Conciliorum omnium Generalium & Provincialium Parte ſecundâ, & apud *Card. Baronium* Annalium Eccleſiaſtic. Tomo decimo in Actis anni 879, & quidem inprimis num. 76.

Tertiò, & quidem à fol. 168 pag. 1, uſque ad fol. 169 pag. 2, *Papæ JOANNIS Octavi Epiſtola ad Photium Patriarcham Conſtantinopolitanum*, cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ τοῦ μακαρίου Ἰωάννου Πάπα Ῥώμης πρὸς τὸν ἁγιώτατον Φώτιον Ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως. Ἰωάννης Ἐπίσκοπος, δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, Φωτίῳ τῷ αἰδεσι-

(1) Obiit is A.C. 878. (2) Ita ibi bis expreſsè & conſtanter legitur, nempe τπ, hoc eſt 380, non autem 395, ut apud *Severinum Binium*, vel 383 ut apud *Card. Baronium* & R. P. *Labbeum*.

αἰδεσίμῳ καθολικῷ ἀδελφῷ, Πατριάρχῃ Κωνσαντινουπόλεως, χάριν ἄνωθεν πρὸς ἔργα σωτηριώδη.

LXXIII.

SEPTUAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis quadraginta uno*, & eſt unus ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continetur eo *NICETÆ*, *primùm quidem Serrarum in Macedoniâ primâ, poſteà autem Heracleæ in Thraciâ Metropolitæ*, *Catena ſive Commentarius ampliſſimus in Librum Jobi*, collectus ex Operibus variorum Sanctorum Patrum aliorúmque Scriptorum Eccleſiaſticorum Græcorum; nempe (1) *Ammonii Junioris*, *Apollinaris*, *Epiſcopi Laodiceni*, *S. Athanaſii*, *Archiepiſcopi Alexandrini*, *S. Baſilii*, *Cæſareæ in Cappadociâ Archiepiſcopi*, *S. Cyrilli*, *Archiepiſcopi Alexandrini*, *Didymi Alexandrini*, *S. Dionyſii*, *Archiepiſcopi Alexandrini*, *Evagrii*, *S. Gregorii Nazianzeni*, *S. Gregorii*, *Epiſcopi Nyſſeni*, *Heſychii*, *Presbyteri Hieroſolymitani*, *S. Joannis Chryſoſtomi*, *Iſidori Peluſiotæ*, (2) *Juliani*, *S. Methodii*, *S. Nili*, *Olympiodori*, *Origenis*, *Polychronii*, *Severi*, *Epiſcopi Antiocheni*, *Symmachi*, & *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis*, quorum omnium, & fortè etiam paucorum quorundam aliorum in tranſcurſu à me non obſervatorum, nomina ibidem partim contextui intermixta, partim in margine adnotata ſunt. Titulus hujus *Catenæ* græcus cum principio *Proœmii* eſt ibi talis: Ἐξήγησις εἰς τὸν μακάριον Ἰὼβ, συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ ἱερωτάτου Μητροπολίτου Ἡρακλείας κυρίου Νικήτα. Ὑπόθεσις μὲν ὑμῖν καὶ σκοπὸς τοῦ λόγου ἡ τῆς βίβλου τοῦ πολυάθλου Ἰὼβ ἀνάπτυξις· οὗ καὶ μόνον μεμνῆσθαι μέλλοντας, ἀποπλύναι ἔδει τὸ στόμα, καὶ οὕτως αὐτοῦ μνησθῆναι. &c. Primus hanc *Catenam in Jobum*, à R. P. *Paulo Comitolo Peruſino* ex Eminentiſſimi Cardinalis *Antonii Caraffæ* Codice manuſcripto græco-latinè translatam, edidit *Laurentius Cum-Deo* Lugduni apud Joannem Stratium, anno 1586, in quarto, cum præfixâ *Epiſtolâ* ad jam memoratum *P. Comitolum*, in quâ ob ſummum conſenſum multorum veterum Codicum manuſcriptorum rectè aſſerit, *Autorem* ſeu *Coagmentatorem hujus Catenæ* eſſe *Nicetam Metropolitam Heracleenſem*; quemadmodum id etiam in noſtro hoc Codice manuſcripto *Cæſareo* æquè luculenter videre eſt. Secundò autem edidit eandem ejuſdem Catenæ translationem ſuam latinam ipſe *P. Paulus Comitolus* Venetiis apud Jolitos, anno 1587, in quarto, cum prolixâ Diſputatione, in quâ contra ſuprà memoratum *Laurentium Cum-Deo* & veterum Codicum manuſcriptorum autoritatem imperiosè quidem, ſed perperàm & fruſtrà demonſtrare annititur, *Autorem* ſeu *Coagmentatorem hujus Catenæ* non eſſe *Nicetam Metropolitam Heracleenſem*, ſed *Olympiodorum Alexandrinæ Eccleſiæ Diaconum*, quòd illius præ cæteris frequentiſſimè in eâ fiat mentio. Vid. plura ad hanc materiam pertinentia apud CL. Lambecium lib. V. Comment. pag. 63, 64.

(1) Notandum eſt, Autores illos hîc à me non recenſeri ordine *chronologico*, ſive reſpectu temporis, quo claruerunt, ſed tantùm ordine *alphabetico* ſecundùm eorum nomina. (2) Nomen hoc nunquam ibi exſtat ſcriptum integrè, ſed ſemper tantùm abbreviatè hoc modo Ἰουλ.

LXXIV.

SEPTUAGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegantiſſimus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque *trecentis quinquaginta octo* foliis, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *varia S. GREGORII NAZIANZENI, cognomine Theologi, Opera*, cum *antiquis* æquè antiquâ manu exaratis *Scholiis marginalibus*, hoc ordine:

Primò, & quidem fol. 1 & 2, *INDEX antiquus* omnium Opuſculorum totius Voluminis unà cum cujuſque principio. *Titulus* ejus ſive *Inſcriptio* eſt talis: Πίναξ ἀκριβὴς τῆς γραφῆς τοῦ Βιβλίου.

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 1, uſque ad fol. 34 pag. 2, S. GREGORII NAZIANZENI (1) *Oratio prima*, ſive *Sermo Apologeticus de fugâ ſuâ in Pontum*; cujus principium: Ἥττημαι &c. Exſtat ibidem *PHILÆ Epigramma Jambicum*, minùs antiquâ manu in margine exaratum, cujus titulus: Στίχοι ἰαμβικοὶ τοῦ Φιλῆ εἰς τὸν (2) λόγους τοῦ Θεολόγου.

Tertiò, & quidem à fol. 35 pag. 1, uſq; ad fol. 37 pag. 1, *EJUSDEM Oratio ſecunda ad eos, qui ipſum primùm acciverant, nec tamen venerant, quando Presbyter ordinatus eſt*; cujus principium: Πῶς βραδεῖς &c. Etiam hujus Orationis principio minùs antiquâ manu in margine adſcriptum eſt *Philæ Epigramma Jambicum*.

Quartò, & quidem à fol. 37 pag. 2, uſque ad fol. 50 pag. 2, *EJUSDEM Oratio tertia funebris in fratrem ſuum Cæſarium*: Οἴεσθέ με ἴσως &c. Etiam hujus Orationis principio minùs antiquâ manu in margine adſcriptum eſt *Epigramma Philæ Jambicum*.

Quintò, & quidem à fol. 50 pag. 2, uſque ad fol. 52 pag. 1, *EJUSDEM Oratio quarta* (3) *ad patrem ſuum & S. Baſilium Magnum, cum ipſum ordinaturi eſſent Epiſcopum Saſimorum*; cujus principium: Οὐδὲν ἰσχυρότερον, &c. Etiam hujus Orationis principio minùs antiquâ manu in margine adſcriptum eſt *Epigramma Philæ Jambicum*.

Sextò, & quidem à fol. 52 pag. 1, uſque ad fol. 55 pag. 1, *EJUSDEM Oratio quinta* (4) *ad eoſdem, cùm jam ordinatus eſſet Epiſcopus Saſimorum*; cujus principium: Πάλιν ἐπ' ἐμὲ χρῖσμα &c. Etiam hujus Orationis principio minùs antiquâ manu in margine adſcriptum eſt *Epigramma Philæ Jambicum*.

Septimò, & quidem à fol. 55 pag. 1, uſque ad fol. 58 pag. 1, *EJUSDEM Oratio ſexta* εἰς τὸν Πατέρα αὐτοῦ ἡνίκα ἐπέτρεψεν αὐτὸν φροντίζειν τῆς Ναζιανζοῦ ἐκκλησίας, hoc eſt: *ad Patrem ſuum, quando ipſi commiſit curam Eccleſiæ Nazianzenæ*. Principium ejus eſt: Τὸ στόμα μου ἤνοιξα &c. Etiam hujus Orationis principio minùs antiquâ manu in margine adſcriptum eſt *Epigramma Philæ Jambicum*.

Octavò, & quidem à fol. 58 pag. 1, uſque ad fol. 69 pag. 2, *EJUSDEM Oratio ſeptima*, quæ eſt *prima de Pace*, atque incipit: Λύει μοι τὴν γλῶσσαν &c. Etiam hujus Orationis principio minùs antiquâ manu in margine adſcriptum eſt *Epigramma Philæ Jambicum*.

Nonò,

(1) In titulo hujus Orationis *aureis literis* exarato vocatur *S. Gregorius Nazianzenus*. (2) Hinc videtur rectè colligi, *Philen* in *omnes S. Gregorii Nazianzeni Orationes* compoſuiſſe hujuſmodi *Epigrammata* ſive *Hypotheſes*. (3) Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν πατέρα ἑαυτοῦ καὶ εἰς Βασίλειον, ἡνίκα ἔμελλον χειροτονεῖν αὐτὸν Ἐπίσκοπον Σασίμων. (4) Ipſa tituli græci verba ſunt: τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς αὐτοὺς μετὰ τὴν χειροτονίαν.

Nonò, & quidem à fol. 69 pag. 2, uſque ad fol. 75 pag. 2, *EJUSDEM Oratio octava*, quæ eſt *ſecunda de Pace*, & incipit: Θεσμὸς ὁ ζῆλ☉ &c. Etiam hujus Orationis principio minùs antiquâ manu in margine adſcriptum eſt *Epigramma Philæ Jambicum*.

Decimò, & quidem à fol. 75 pag. 2, uſque ad fol. 83 pag. 2, *EJUSDEM Oratio nona*, quæ eſt *tertia de Pace*, & incipit: Εἰρήνη φίλη &c.

Undecimò, & quidem à fol. 83 pag. 2, uſque ad fol. 90 pag. 1, *EJUSDEM Oratio decima ad Cives Nazianzenos gravi timore perculſos & Præſidem iraſcentem*; cujus principium: Τὴν κοιλίαν μου &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 90, pag. 1, uſque ad fol. 100 pag. 2, *EJUSDEM Oratio undecima funebris in laudem ſororis ſuæ Gorgoniæ*; cujus principium: Ἀδελφὴν ἐπαινῶν &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 100 pag. 2, uſque ad fol. 123 pag. 2, *EJUSDEM Oratio duodecima*, quæ eſt *funebris in laudem Patris ſui Gregorii, Epiſcopi Nazianzeni*, & incipit: Ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 123 pag. 2, uſque ad fol. 128 pag. 2, *EJUSDEM Oratio decima tertia*, quæ eſt *prima de Theologiâ adverſus Eunomianos*, & incipit: Πρὸς τοὺς ἐν λόγῳ κομψοὺς &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 128 pag. 2, uſque ad fol. 139 pag. 2, *EJUSDEM Oratio decima quarta*, quæ eſt *tertia de Theologiâ*, *prima* autem *de Filio*, & incipit: Ἃ μὲν οὖν εἴποι τίς ἂν &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 139 pag. 2, uſque ad fol. 150 pag. 2, *EJUSDEM Oratio decima quinta*, quæ eſt *quarta de Theologiâ*, *ſecunda* autem *de Filio*, & incipit: Ἐπειδή σοι τὰς μὲν ἐκ τῶν λογισμῶν &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 150 pag. 2, uſque ad fol. 165 pag. 1, *EJUSDEM Oratio decima ſexta*, quæ eſt *quinta de Theologiâ*, & inſcribitur *de Spiritu Sancto*; Principium ejus eſt: Ὁ μὲν δὴ περὶ τοῦ Υἱοῦ λόγ☉ τοιοῦτ☉ &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 165 pag. 1, uſque ad fol. 173 pag. 1, *EJUSDEM Oratio decima ſeptima ad Arianos & de ſeipſo*; cujus principium: Ποῦ ποτέ εἰσιν οἱ τὴν πενίαν &c. Orationis hujus principio minùs antiquâ manu in margine adſcriptum eſt *Epigramma Philæ Jambicum*.

Decimo nonò, & quidem à fol. 173 pag. 1, uſque ad fol. 183 pag. 2, *EJUSDEM Oratio decima octava in laudem Heronis*, vel ſecundùm *S. Hieronymum*, *Maximi, Philoſophi Alexandrini*; cujus principium: Τὸν Φιλόσοφον ἐπαινέσομαι &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 183 pag. 2, uſque ad fol. 189 pag. 2, *EJUSDEM Oratio decima nona in portu ad eos, qui ex Ægypto venerant*, cujus principium: Τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 189 pag. 2, uſque ad fol. 195 pag. 1, *EJUSDEM Oratio vigeſima de dogmate & conſtitutione Epiſcoporum*; cujus principium: Ὅτ' ἂν ἴδω τὴν νοῦν &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 195 pag. 1, uſque ad fol. 212 pag. 2, *EJUSDEM Oratio vigeſima prima*, quæ eſt *ſecunda de Theologiâ*, & incipit: Ἐπεὶ δὲ ἀνεκαθήραμεν τῷ λόγῳ τὸν θεολόγον, &c.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 212 pag. 2, uſque ad fol. 228 pag. 2, EJUSDEM *Oratio vigeſima ſecunda de modeſtiâ in diſputatione ſervandâ*; cujus principium: Ἐπειδὴ συνεληλύθατε προθύμως &c.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 228 pag. 2, uſque ad fol. 235 pag. 1, EJUSDEM *Oratio vigeſima tertia ad eos, qui ipſum dixerunt affectare Cathedram Conſtantinopolitanam*; cujus principium: Ἐγὼ θαυμάζω τί ποτέ ἐστιν &c.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 235 pag. 2, uſque ad fol. 246 pag. 1, EJUSDEM *Oratio vigeſima quarta de ſeipſo, cùm poſt ea, quæ à Maximo perpetrata fuerant, rure in Urbem rediiſſet.* Principium ejus eſt: Ἐπόθουν ὑμᾶς &c.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 246 pag. 1, uſque ad fol. 247 pag. 2, EJUSDEM *Oratio vigeſima quinta*, quæ eſt *Epiſtola ad Nectarium Epiſcopum Conſtantinopolitanum*, & incipit: Ἔοικε τὴν παροῦσαν ζωὴν &c.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 247 pag. 2, uſque ad fol. 254 pag. 1, EJUSDEM *Oratio vigeſima ſexta*, quæ eſt *Epiſtola prima ad Cledonium Presbyterum*, & incipit: Βουλόμεθα μαθεῖν &c.

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 254 pag. 2, uſque ad fol. 257 pag. 2, EJUSDEM *Oratio vigeſima ſeptima*, quæ eſt *Epiſtola ſecunda ad Cledonium*, & incipit: Ἐπειδὴ πολλοὶ προσελθόντες &c.

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 257 pag. 2, uſque ad fol. 305 pag. 2, EJUSDEM *Oratio vigeſima octava*, quæ eſt *Invectiva prima adverſus Imp. Julianum Apoſtatam*, & incipit: Ἀκούσατε ταῦτα πάντα τὰ ἔθνη &c.

Trigeſimò, & quidem à fol. 305 pag. 2, uſque ad fol. 326 pag. 1, EJUSDEM *Oratio vigeſima nona*, quæ eſt *ſecunda Invectiva adverſus Imp. Julianum Apoſtatam*, & incipit: Οὗτος μὲν δὴ τῶν ἐμῶν λόγων &c.

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 326 pag. 1, uſque ad fol. 327 pag. 2, EJUSDEM *Oratio trigeſima de ordinatione Eulalii Epiſcopi Doarenſium*; cujus principium: Δέξασθε τὸν ἡμέτερον λόγον &c.

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 327 pag. 2, uſque ad fol. 329 pag. 2, EJUSDEM *Oratio trigeſima prima*, *quæ quidem inſcribitur* Λόγος παραινετικὸς πρὸς παρθένον, hoc eſt, *Sermo adhortatorius ad Virginem*, ſed re verâ eſt *Carmen trochaicum tetrametrum catalectum*.

Trigeſimo tertiò, & quidem à fol. 330 pag. 1, uſque ad fol. 340 pag. 2, EJUSDEM *Oratio trigeſima ſecunda in verba Evangelii S. Matthæi: Cum conſummáſſet JESUS ſermones iſtos, migravit &c.* cujus principium: Ὁ τοὺς ἁλιεῖς προσελόμενος &c. Adſcriptum ibidem eſt in margine æquè antiquâ manu de *genuinitate* iſtius Orationis notabile Scholion, quod vide lib. III Comment. Lambecian. pag. 187.

Trigeſimo quartò, & quidem à fol. 340 pag. 2, uſque ad fol. 343 pag. 2, EJUSDEM *Oratio trigeſima tertia ad Evagrium Monachum de Divinitate*; cujus principium: Σφόδρα σε θαυμάζω &c.

Trigeſimo quintò, & quidem à fol. 343 pag. 2, uſque ad fol. 344 pag. 2, EJUSDEM *Oratio trigeſima quarta*, quæ inſcribitur: Σημασία εἰς τὸν Ἰεζεκιὴλ, & incipit: Νομίζομεν τὸν ἄνθρωπον &c.

Trigeſimo ſextò, & quidem à fol. 344 pag. 2, uſque ad fol. 358, ſive ultimum, EJUSDEM *Oratio trigeſima quinta*, quæ re verà eſt *S. Gregorii Thaumaturgi Meta-*

Metaphraſis in Eccleſiaſten, & incipit: *Τάδε λέγει Σολομὼν* &c. Adſcriptum ibidem eſt æquè antiquâ manu in margine: *Ἰστέον ὅτι κατά τινας ὁ λόγος οὗτος ἀμφιβάλλεται.*

LXXV.

S*EPTUAGESIMUS QUINTUS* Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, elegans & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis nonaginta quinque*, & pertinuit olim ad doctiſſimum celeberrimúmque (1) *Beſſarionem*, Archiepiſcopum *Nicænum*, patriâ *Trapezuntinum*, qui A. C. 1439, à Papâ *Eugenio IV*, Florentiæ in Concilio Generali S. R. E. *Cardinalis* creatus eſt, & A. 1473 obiit. Folii enim *primi* paginâ *ſecundâ* exſtat ibi *duplex* propriæ manûs ipſius Inſcriptio, *Græca* nempe & *Latina*, quâ ipſe poſſeſſorem ſe iſtius Codicis fuiſſe indicat; ut ex ſubjuncto utriuſque apographo videre eſt: *Βιβλίον ἐμοῦ* ΒΗΣΣΑΡΙΏΝΟΣ *Καρδινάλεως τοῦ τῶν Τούσκλων. Liber meus, B. Card. Tuſculani.* Hucuſque duæ illæ Inſcriptiones propriæ manûs *Cardinalis Beſſarionis*. Quæ autem præſtantiſſimo illo Codice MSto continentur, ea ſunt hæc:

Primò, & quidem à fol. 2 pag. 1, uſque ad fol. 185 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homiliæ triginta in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam* (2) *ſecundam ad Corinthios*, quarum prima incipit: *Ἄξιον ζητῆσαι πρότερον, τίνος ἕνεκεν δευτέραν* &c; trigeſima autem ſive ultima: *Ἤθελε αὐτοῖς σφοδρότερον διαλεχθέντος* &c.

Secundò, & quidem à fol. 186 pag. 1, uſque ad fol. 201 pag. 2, *EJUSDEM Hypotheſis*, ſive *Argumentum & Expoſitio in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad* (3) *Philemonem*, in *tres Homilias* diviſa; quarum prima incipit: *Ὑπὲρ οἰκέτου πρὸς δεσπότην ἐστὶ ταῦτα, ἐυθέως*, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 202 pag. 1, uſq; ad fol. 233 pag. 2, *EJUSDEM* *Ἑρμηνεία*, ſive *Expoſitio in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad* (4) *Titum*, in *ſex Homilias* diviſa; quarum prima incipit: *Τῶν Παύλῳ συνόντων* &c.

Quartò, & quidem à fol. 234 pag. 1, uſque ad fol. 295 pag. 2, *EJUSDEM* *Ἑρμηνεία*, ſive *Expoſitio in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad* (5) *Galatas*; cujus principium: *Πολλοῦ τὸ προοίμιον γέμει θυμοῦ* &c.

LXXVI.

S*EPTUAGESIMUS SEXTUS* Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegantiſſimus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis & uno*, *& ad Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Qui autem ante *Sambucum* ejuſdem præſtantiſſimi Codicis poſſeſſores fuerint, indicatur ibidem duabus Inſcriptionibus græcis, quarum prima eſt hæc: *Κτῆμα* (6) *Μάρκου Μαμουνᾶ τοῦ Κρητός.* ſecunda verò: *Το νυν δὲ* (7) *Γεωργίου Κόμητος Κορίνθου τοῦ ἐκ Μονεμβασίας.*

(1) Vide Librum III. Lambec. Commentariorum, pag. 61, 344 & 380. (2) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. III. à pag. 541. uſque ad pag. 707. (3) Vide ibid. Tom. III. à pag. 411. uſq; ad 425. (4) Vide ibid. Tom. III. à pag. 381. uſq; ad pag. 409. (5) Vid. ibid. Tom. II. à pag. 709 uſq; ad pag. 763. (6) Hujus *Marci Mamunæ Cretenſis* fit etiam mentio in aliis nonnullis antiquis Codicibus MStis Græcis. De quibus vide Lib. III, & IV. Comment. Lambec. (7) Vid. Lib. III. Comment. Lambec. pag. 134.

σίας. Continetur eo EUTHYMII *Monachi Zigabeni* (1) *Panopliæ dogmaticæ Orthodoxæ Fidei adverſus diverſas hæreſes*, quam initio ſeculi poſt Chriſtum *duodecimi* juſſu *Imp. Alexii Commeni*, propter *Bogomilos* potiſſimùm compoſuit, *Liber primus* in *Titulos* ſive *Capita undecim* diviſus, cujus inſcriptio Ἡ ΔΟΓΜΑΤΙΚΗ ΠΑΝΟΠΛΙΑ. Hinc ſtatim ſequuntur *tria Epigrammata*, quorum *primum* incipit hoc modo: Ἡ βίβλος αὕτη τοῦ κρατίστου Δεσπότου Θείων πέφυκεν ὁπλοθήκη δογμάτων, &c; *ſecundum:* Εὐθυμίου μοναχοῦ Πρόγραμμα βίβλου τῆσδε τῆς τῶν δογμάτων. Ἀλεξίου φρόντισμα, καὶ γλυκὺς πόνος, Ῥώμης βασιλεύοντος εὐσεβῶς νέας, &c.; *tertium:* Τοῦ αὐτοῦ. Ὡς ηὐδόκησεν ὁ κρατῶν Στεφηφόρος, &c. Quibus finitis, ſequitur *Index Capitum Libri primi* cum hâc inſcriptione: Τῶν δύο βιβλίων τῆς δογματικῆς Πανοπλίας τὸ πρῶτον. Τίτλοι τοῦ πρώτου βιβλίου ἕνδεκα. Προοίμιον. Κατὰ Ἐπικουρείων. &c. Finito hoc Indice, incipit *Proœmium proſaicum*, his verbis: Προοίμιον. Καὶ πάντα μὲν τὰ κατορθώματα τοῦ μεγίστου καὶ θεοκυβερνήτου Βασιλέως ἡμῶν ἈΛΕΞΙΟΥ περιφανῆ καὶ λαμπρὰ &c. Undecimi autem Capitis Libri hujus primi ultima verba ſunt hæc: Ἐν αὐτῷ γάρ εἰσι πάντες οἱ θησαυροὶ τῆς σοφίας, καὶ τῆς γνώσεως ἀπόκρυφοι. Cæterùm minimè dubium eſt, quin eximius hic Codex MStus *ipſo Euthymii ævo*, hoc eſt, ſeculo poſt Chriſtum *undecimo*, ſcriptus ſit, ideóque magna ejus habenda eſt ratio, ſi quis poſt hac novam iſtius *Panopliæ* editionem græco-latinam adornare voluerit. Plura de eâdem *Panopliâ* ejuſque autore *Euthymio* vide Libri *tertii* Lambecianorum Commentariorum pag. 168.

LXXVII.

SEPTUAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátq; foliis *trecentis nonaginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 17 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI (2) *Homilia quinta, decima octava, & vigeſima octava in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ſecundam ad Corinthios.*

Secundò, & quidem à fol. 17 pag. 2, uſque ad fol. 28 pag. 2, EJUSDEM (3) *Hypotheſis* ſive *Argumentum* & *Homiliæ tres in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Philemonem.*

Tertiò, & quidem à fol. 28 pag. 2, uſq; ad fol. 141 pag. 2, EJUSDEM (4) *Hypotheſis & Homiliæ viginti quatuor in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Epheſios.*

Quartò, & quidem à fol. 141 pag. 2, uſque ad fol. 254 pag. 2, EJUSDEM (5) *Homiliæ triginta in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ſecundam ad Corinthios.*

Quintò, & quidem à fol. 255 pag. 1, uſq; ad fol. 381 pag. 2, EJUSDEM (6) *Homiliæ viginti octo in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam primam & ſecundam ad Timotheum*, præ vetuſtate nonnullis locis mutilæ, & imperitiâ veteris Bibliopegi perperàm tranſpoſitæ.

Sextò, & quidem à fol. 382 pag. 1, uſque ad fol. 393 pag. 2, EJUSDEM *Oratio de Pſeudo-Prophetis, & falſis doctoribus, & atheis hæreticis, & de ſignis conſummationis, quam paulò ante mortem habuit.* Ipſa tituli græci verba, unà cum principio ipſius Orationis,

(1) Vide Comm. Lamb. pag. 168. (2) Vide Operum *S. Joan. Chryſoſt.* edit. græc. Savil. Tom. III. pag. 573, 644 & 693. (3) Vide ibid. Tom. IV. à pag. 411. uſque ad 425. (4) Vide ibid. Tom. III. à pag. 763. uſque ad pag. 894. (5) Vide ibid. Tom. III. à pag. 541. uſque ad pag. 707. (6) Vide ibid. Tom. IV. à pag. 149. uſque ad pag. 380.

tionis ſunt hæc: (1) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος περὶ ψευδοπροφητῶν καὶ ψευδοδιδασκάλων, καὶ (2) ἀθέων αἱρετικῶν, καὶ περὶ σημείων τῆς συντελείας· ἐρρέθη δὲ, μέλλοντος αὐτοῦ ἐκδημεῖν ἀπὸ τοῦ σώματος. Ὀδυνηρὸς ὁ λόγος, καθότι ἔσχατος ὑμῖν διεδήλωται, ἀλλὰ καὶ πολλῆς χαρᾶς γέμων, &c.

LXXVIII.

SEPTUAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, perelegans & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *trecentis ſeptuaginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 77 pag. 2, (3) *JOANNIS*, cognomine (4) *MAUROPODIS*, ſive *Nigripedis*, primùm *Monachi*, deinde autem *Metropolitæ* (5) *Euchaitorum*, *Canones paracletici*, ſive *Cantica conſolatoria viginti quatuor ad Chriſtum Servatorem*; quorum unumquodque peculiarem ſuam habet *Acroſtichidem*, quæ itidem, ut quælibet *Ode nona*, nomine *Joannis* inſignita eſt. *Primus* illorum *Canonum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Κανόνες παρακλητικοὶ εἰς τὸν Κύριον καὶ Θεὸν ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. ποίημα Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ ἐπίκλην Μαυρόποδος, οὗ τὸ ὄνομα ἐντέτακται ἑκάστῃ ἐννάτῃ ᾠδῇ. Κανὼν πρῶτος, οὗ ἡ ἀκροστιχὶς αὕτη. Ἀπάρχομαί σοι τῶν ἐμῶν, Σῶτερ, λόγων ὁ τάλας Ἰωάννης. Ὠδὴ α΄. Ἅπας ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, Χριστὲ περιέφης ἡ αὐταλήθεια, &c.

Secundò, & quidem à fol. 77 pag. 2, uſque ad fol. 83 pag. 1, *alia duo Cantica ad CHRISTUM Servatorem ſine Acroſtichide & nomine Autoris*; quorum *primum* inſcribitur atque incipit his verbis: Κανὼν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν παρακλητικὸς ἅμα καὶ κατανυκτικός. Ὠδὴ α΄. Οἴμοι, τί κλαύσω, &c; *ſecundum* autem hoc modo: Ἀκολουθία εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν περὶ νήψεως. Ἰησοῦ γλυκύτατε, ψυχῆς ἐμῆς θυμηδία, &c. Κανὼν ἦχος β΄, Ὠδὴ α΄. Ἰησοῦ γλυκύτατε Χριστὲ, Ἰησοῦ μακρόθυμε, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 83 pag. 1, uſque ad fol. 87 pag. 1, *JOANNIS MAUROPODIS*, *Metropolitæ Euchaitorum*, *Canon* ſive *Canticum ad S. Angelum Cuſtodem*; cujus titulus & principium: Κανὼν τοῦ Μαυρόποδος εἰς τὸν φύλακα Ἄγγελον, οὗ ἡ ἀκροστιχὶς· Τὸν Ἄγγελον μέλπω σε τὸν φύλακά μου, ᾠδὴ μοναχοῦ Ἰωάννου. Ὠδὴ α΄. Τὸν ἄγρυπνον φύλακα τῆς ἐμῆς ψυχῆς καὶ προστάτην τῆς ζωῆς μου καὶ ὁδηγὸν, &c.

Quartò, & quidem à fol. 88 pag. 1, uſque ad fol. 314 pag. 2, *EJUSDEM Metropolitæ Euchaitorum*, *Canones* ſive *Cantica* (6) *ſexaginta ſeptem ad Beatiſſimam Virginem Deiparam*,

(1) Vide ibid. Tom. VII. pag. 211; ubi *Savilius* in margine expreſsè indicat, ſe Orationem hanc accepiſſe ex Codice quodam MSto *Cæſareo*. Fuit autem is diverſus ab illo, de quo in præſens agitur. Principium enim ejusdem Orationis legitur apud *Savilium* corruptè hoc modo: Ὀδυνηρὸς ὁ λόγος, καθότι καὶ ἔσχατος μηδὲ δῆλωται, ἀλλὰ &c. (2) Vide Lib. I. Lambecianorum Commentar. pag. 142, & Lib. 3. pag. 75. (3) De hujus *Joannis Mauropodis* ætate, vitâ & ſcriptis vide plura Lib. V. Comment. Lambec. à pag. 29, uſque ad pag. 33. (4) De ſignificatione hujus cognominis, vide plura Lib. I. Lambec. Commentarior. pag. 149. (5) Ita hoc nomen ſcribendum eſt, nempe *Euchaitorum*, non autem, ut vulgò fit, *Euchaitarum*. Quâ de re vide plura Lib. V. Commentar. Lambecian. pag. 33. in margine. (6) *Hippolytus Maraccius* in ſuâ *Bibliothecâ Marianâ* facit tantùm mentionem *Canonum octo*. Unde patet, reliquos *quinquaginta novem* Ipſi fuiſſe incognitos. Plura hâc de re vide Lib. V. Comment. Lambec. pag. 33.

param, quorum unumquodque peculiarem ſuam habet *Acroſtichidem*, & itidem, ut quælibet *Ode nona*, nomine *Joannis* inſignita eſt. *Primus* illorum *Canonum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Κανόνες παρακλητικοὶ τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. ποίημα Ἰωάννου μοναχοῦ τὸ ἐπίκλην Μαυρόποδος, τοῦ ἐν ὑστέροις χρόνοις χρηματίσαντος Ἀρχιερέως Εὐχαΐτων, οὗ τὸ ὄνομα ἐντέτακται τῇ ἀκροστιχίδι ἑκάστης ἐννάτης ᾠδῆς. Κανὼν πρῶτος, οὗ ἡ ἀκροστιχὶς αὕτη· Ἀπάρχομαί σοι τῶν ἐμῶν λόγων, Κόρη, ὁ τλήμων Ἰωάννης. Ὠδὴ ά. Ἅγιον εὑρών σε ἱερὸν, ὁ ἐν ἁγίοις ἐπαναπαυόμενος ἅγιος Θεὸς ἡμῶν, ὑπεραγία Θεοτόκε, ᾤκησε &c.

Quintò, & quidem à fol. 315 pag. 1, uſque ad fol. 355 pag. 1, *EJUSDEM*, *Metropolitæ Euchaitorum*, *Canones* ſive *Cantica undecim ad S. Joannem Baptiſtam, Chriſti Præcurſorem*, quorum unum quodque peculiarem ſuam habet *Acroſtichidem*, quæ itidem, ut *Ode nona*, nomine *Joannis* inſignita eſt. *Primus* illorum *Canonum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Κανόνες εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Πρόδρομον. ποίημα, Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Μαυρόποδος, τοῦ ἐν ὑστέροις χρόνοις χρηματίσαντος Ἀρχιερέως Εὐχαΐτων, οὗ τὸ ὄνομα ἐντέτακται ἐν ἑκάστῃ ἐννάτῃ ᾠδῇ. Κανὼν πρῶτος, οὗ ἡ ἀκροστιχὶς αὕτη· Πρῶτον φέρω μέλισμά σοι τῷ Προδρόμῳ, ἔπος Ἰωάννου. Ὠδὴ ά. Πηλίνῃ σε γλώσσῃ ῥυπαρᾷ &c.

Sextò, & quidem à fol. 356 pag. 1, uſque ad fol. 371 pag. 2, *VARIORUM AUTORUM* (1) *varii Canones* ſive *varia Cantica Eccleſiaſtica*: inter quæ *nominibus ſuorum Autorum* expreſsè inſignita ſunt, (2) *THEODORITI Canon catanycticus ad Chriſtum Servatorem*, cujus principium: Παντοκράτωρ Χριστὲ, Πατρὸς ἀνάρχου παῖ μονογενὲς, &c. *NICEPHORI XANTHOPULI Hymnus encomiaſticus in Beatiſſimam Virginem Deiparam*, inſcriptus Χαιρετισμὸς, *ordine alphabetico*, cujus principium: Χαῖρε ἀνωτέρα τῶν νοερῶν &c; *EJUSDEM Troparia duo in Beatiſſimam Virginem Deiparam*, *ordine alphabetico*, quorum *primum* incipit his verbis: Ἄχραντε Παρθένε, Μῆτερ Θεοῦ, πάσης ἀνθρωπίνης βοηθείας ἀπολυθεὶς, &c; *ſecundum* autem, Ἄχραντε Παρθένε, Μῆτερ Θεοῦ, ἡ δεδοξασμένη ὑπὲρ πᾶσαν φύσιν βροτῶν, &c; *THEOPHANIS Canon paracleticus ad Beatiſſimam Virginem Deiparam*, cujus principium: Πολλοῖς συνεχόμενος πειρασμοῖς, πρὸς σὲ καταφεύγω σωτηρίαν ἐπιζητῶν, ὦ Μῆτερ τοῦ Λόγου καὶ Παρθένε &c; *THEODORI Monachi Canon catanycticus ad CHRISTUM Servatorem*, cujus principium: Ὥσπερ ἐξ τάφου σεαυτὸν ἐξήγειρας θείᾳ δυνάμει σου, οὕτω καμὲ &c; *MICHAELIS PSELLI Canon ad Chriſtum exagoreuticus ſimul & paracleticus*, cujus principium: Ἀδεῶς Σῶτερ μου &c; (3) *COSMÆ Epiſcopi Majumenſis Canon paracleticus ad Chriſtum*, cujus principium: Πένθος μοι δώρησαι Λόγε καθαρτικὸν, &c; *JOSEPHI STUDITÆ Canon de ſecundo Adventu Chriſti*, cujus principium: Χαίρει χορὸς τῶν σῶν ἁγίων Κύριε &c.

SEPTUA-

(1) Hi *Canones* recentiori manu in *chartâ* ſcripti & *Joannis Mauropodis* ſuprà memoratis *Canonibus*, in *membranâ* exaratis, tegumenti loco partim præfixi, partim ſubjuncti ſunt. (2) Ita ibi in *Acroſtichide* iſtius Canonis ſcriptum eſt, nempe Θεοδωρίτου, non autem Θεοδωρήτου. Incipit litera Jota hoc modo: Ἴδε χεῖρα τὴν θλῖψιν τῆς ψυχῆς μου &c. (3) Vide Leon. Allat. Diſſertat. 1. de Libris Eccleſiaſticis Græcorum. pag. 73, 81 & 82.

LXXIX.

SEPTUAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, ſed in fine mutilus, conſtátque nunc foliis *centum octodecim*. Continetur eo THEOPHYLACTI, *Acridæ in Bulgariâ Archiepiſcopi*, Ἑρμηνεία, ſive Expoſitio *in Evangelium S. Marci*, *in Evangelium S. Joannis*, *in Evangelium S. Matthæi*, *in Epiſtolam Catholicam S. Jacobi*, *in Epiſtolas duas Catholicas S. Petri*, *in Epiſtolas tres Catholicas S. Joannis*, *& in Epiſtolam Catholicam S. Judæ*. Cæterùm ſcriptus eſt hic præſtantiſſimus Codex A. C. 1139, *manu* LEONIS *peccatoris & indigni de Rhaul*, ut in fine *Commentarii in Evangelium* S. *Matthæi*, nempe fol. 97, pag. 1, indicatur.

LXXX.

OCTOGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ in *folio*, & *Leonis de Rhaul manu* anno Chriſti 1139 exaratus, conſtátque nunc foliis *centum ſeptuaginta octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo THEOPHYLACTI, *Acridæ in Bulgariâ Archiepiſcopi*, Ἐξήγησις, *ſive Expoſitio in Evangelium* S. *Lucæ*, *& in omnes S. Pauli Epiſtolas*: nempe *in Epiſtolam ad Galatas*, *in Epiſtolam ad Epheſios*, *in Epiſtolam ad Philippenſes*, *in Epiſtolam ad Coloſſenſes*, *in Epiſtolas duas ad Theſſalonicenſes*, *in Epiſtolas duas ad Timotheum*, *in Epiſtolam ad Titum*, *in Epiſtolam ad Philemonem*, *in Epiſtolam ad Hebræos*, *in Epiſtolam ad Romanos*, *& in Epiſtolas duas ad Corinthios*.

LXXXI.

OCTOGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *quadraginta ſeptem*. Continentur eo S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homiliæ* ſeu *Orationes quinque in Geneſin*: nempe *decima quarta*, in principio mutila, quæ in editionibus impreſſis incipit his verbis: Πάλιν, εἰ βούλεσθε, καὶ σήμερον &c; *decima quinta*: Πολλὰς ὑμῖν ἔχω χάριτας &c; *decima ſexta*: Βούλομαι σήμερον, ἀγαπητοί, &c; *decima ſeptima*: Ἱκανῶς, οἶμαι, κατὰ δύναμιν &c; *decima octava*, in fine mutila: Εἴδετε χθὲς δικαστοῦ φιλανθρωπίαν &c.

LXXXII.

OCTOGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis ſexaginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo JOANNIS, cognomine CERAMEI, ſive *Figuli* (à THEOPHANE *Cerameo*, *Tauro-*

Tauromenii in Sicilia Archiepiſcopo, planè diverſi,) *Homiliæ triginta tres in Evangelia Dominicalia*, quarum *ordinem*, *titulos* & *principia vide prolixiùs & ſpecialiùs enarrantem* CL. Lambec. *lib. V. Comment.* pag. 59, 60, 61.

LXXXIII.

OCTOGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis viginti ſeptem*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 28 pag. 1, S. DIADOCHI, *Photices in Veteri Epiro ſive Illyrico Epiſcopi Capita centum aſcetica de Perfectione ſpirituali*, quæ in hoc Codice MSto inſcribuntur atque incipiunt his verbis: Διαδόχου, Ἐπισκόπου Φωτικῆς τῆς παλαιᾶς Ἠπείρου, κεφάλαια φωτιστικὰ ρ'. Κεφάλαιον ά. Πάσης πνευματικῆς, ἀδελφοὶ, ἡγείσθω θεωρίας &c.

Secundò, & quidem à fol. 29 pag. 1, uſque ad folium 327, ſive ultimum, MICHAELIS GLYCÆ *Epiſtolæ Theologicæ quinquaginta de variis Sacræ Scripturæ controverſiis*; quarum generalis titulus eſt ibi talis; Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Γλυκᾶ εἰς τὰς ἀπορίας τῆς θείας γραφῆς. Speciatim autem & peculiariter inſcribitur *prima* illarum Epiſtolarum atque incipit hoc modo: Τῷ τιμιωτάτῳ μοναχῷ καὶ συλίτῃ κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ Σιναΐτῃ, εἰ χρὴ συγκαταβαίνειν τοῖς πταίουσι, καὶ μὴ κατὰ λόγον αὐτοῖς ἐπιτιμᾶν τὸν προσήκοντα. Καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων, ὦ θεία καὶ ἱερὰ κεφαλὴ, &c. *Reliquarum Epiſtolarum ſpecialem recenſionem vid. in Lib. IV. Comment. Lambec.* pag. 152, 153, 154.

LXXXIV.

OCTOGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *centum nonaginta*, & ab *Augerio Busbekio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo ANONYMI *cujuſdam Autoris Loci Communes aſcetici de Charactere veri Chriſtianiſmi*, *ſive*, *de Interpretationibus divinorum Præceptorum Domini*, ex variorum Sanctorum Patrum Operibus collecti, & in Λόγους ſive *Sermones ſexaginta tres* diviſi; ex quibus tamen nunc ibi tantùm ſuperſunt *triginta ſeptem priores*, exceptis *decimo nono*, *vigeſimo*, *vigeſimo primo*, *vigeſimo ſecundo*, *vigeſimo tertio*, *vigeſimo quarto* & *vigeſimo quinto*, qui incuriâ veterum poſſeſſorum hujus Codicis vel injuriâ temporis perierunt, æquè ac *poſteriores viginti ſex Sermones* à *trigeſimo octavo* uſque ad *ſexageſimum tertium*. *Primus Sermo*, qui continet *Hypotheſin* & *Ordinem* totius Operis, inſcribitur atque incipit hoc modo: Λόγος διαλαμβάνων περὶ τῆς Ὑποθέσεως τοῦ βιβλίου τῶν Ἑρμηνειῶν. Αὕτη ἡ Βίβλος τὰς τοῦ Κυρίου μετὰ ἐντολὰς καὶ ταῖς τούτων ἑρμηνείαις περιέχων ὁμοίως συναρμοζούσας καὶ ἐξακολουθούσας τὰς τῶν Πατέρων διδασκαλίας. ἐν ᾗ ἐκ τοῦ ἑτέρου κεφάλαιον λαμβάνει τὴν ἀφορμὴν καὶ ὥσπερ τις χρυσόπλοκος διὰ λίθων καὶ μαργαριτῶν τιμίων ἐξυφασμένος, ὅλον μικροῦ δεῖν ΤΟΝ ΧΑΡΑΚΤΗΡΑ ΤΟΥ ΧΡΙΣΤΙΑΝΙΣΜΟΥ περιέχει· &c. Ἐπισυνάπτεται δὲ ὅλη ἡ Βίβλος εἰς Λόγους ἑξήκοντα καὶ τρεῖς· &c. Cæterùm quod ad *Autores* attinet, ex quorum Scriptis

Loci

Loci iſti *Communes* collecti ſunt, ii ordine alphabetico ſunt hi: *AMMONIUS PRESBYTER*, ex cujus Ἑρμηνεία τῶν Πράξεων, ſive *Expoſitione in Acta Apoſtolorum*, exſtat fragmentum fol. 21 pag. 1; *S. ANASTASIUS SINAITA*, Patriarcha Antiochenus; *S. ATHANASIUS MAGNUS*, Archiepiſcopus Alexandrinus; *S. BASILIUS MAGNUS*, Cæſareæ in Cappadociâ Archiepiſcopus, cujus varia ibi exſtant fragmenta, ſed præcipuè ἐκ τῶν Ἀσκητικῶν, ſive, *ex Aſceticis*; *S. CLEMENS* Romanus; *S. DIADOCHUS*, Photices in Veteri Epiro ſive Illyrico Epiſcopus; *DIDYMUS ALEXANDRINUS*, cujus fragmentum *Expoſitionis in Acta Apoſtolorum* exſtat fol. 187 pag. 1; *S. DOROTHEUS*, Archimandrita ſive Abbas; *S. EPHRÆM*, ſive *Ephraim Syrus*; *S. EPIPHANIUS*, Conſtantiæ, ſive Salaminis in Cypro Inſulâ Epiſcopus; *ESAIAS*, Abbas; *GENNADIUS*, Patriarcha Conſtantinopolitanus, & *SYNODUS* cum ipſo, fol. 176 pag. 1; *S. GREGORIUS MAGNUS*, cujus varia ibi exſtant fragmenta *ex Dialogis*; *S. GREGORIUS NAZIANZENUS*; *S. GREGORIUS*, Epiſcopus Nyſſenus; *S. GREGORIUS THAUMATURGUS*, Neocæſareæ in Ponto Epiſcopus; *JOANNES CARPATHIUS*; *JOANNES CASSIANUS*; *S. JOANNES CHRYSOSTOMUS*; *JOANNES CLIMACUS*, cujus varia ibi exſtant fragmenta *ex Scalâ Paradiſi* & ex antiquis græcis in eandem *Scholiis*: *S. JOANNES DAMASCENUS*, cujus varia ibi exſtant fragmenta ἐκ τῶν κατὰ αἱρέσεων, ſive, *ex Opere contra hæreſes*, fol. 11 pag. 2, & fol. 12 pag. 1, ubi ſpeciatim fit mentio hæreſeos LXXXVIIIvæ, XCVItæ, XCVIImæ, XCVIIIvæ, CImæ & CIIItiæ; *JOANNES NESTEUTA*, ſive *Jejunator*, Patriarcha Conſtantinopolitanus; *S. ISAAC SYRUS*, Abbas & Anachoreta; cujus fragmentum *ex Epiſtolâ ad Abbatem Symeonem*, exſtat fol. 111 pag. 2; ISIDORUS PELUSIOTA; S. MACARIUS *Alexandrinus*, cujus fragmentum ἐκ τῶν Ἐρωτήσεων πρὸς τὸν μέγαν Εὐσέβιον Ἀλεξανδρείας, ſive, *ex Quæſtionibus ad Magnum Euſebium, Archiepiſcopum Alexandrinum*, exſtat fol. 141 pag. 1; S. MARCIANUS, *Bethlehemita*, cujus fragmenta *Inſtitutionum aſceticarum* exſtant fol. 52 pag. 1, & fol. 58 pag. 1, ubi præclarè agitur *de differentiâ inter peccata manifeſta & occulta*, & *de converſatione mulierum ab aſcetis omnimodè vitandâ*; MARCUS *Eremita*; S. MAXIMUS, Monachus & Martyr, cujus fragmenta ἐκ τῶν ἀπόρων, exſtant fol. 4 p. 2, & fol. 141 p. 2; S. METHODIUS, Patriarcha Conſtantinop. cujus fragmentum ἐκ τῶν Ἀφορισμῶν τῶν Στουδιωτῶν ἀσκητῶν, ſive *ex Aphoriſmis Aſcetarum Studitarum*, exſtat fol. 189 pag. 1; S. NILUS, ex Præfecto Urbis Conſtantinopolitanæ Monachus; ORSISIUS, Abbas Ægyptius, qui ab aliis vocatur *Oreſieſis* & *Orieſius*, fol. 40 pag. 1; S. PETRUS, Epiſcopus Alexandrinus & Martyr, cujus fragmenta *Canonum de Pœnitentiâ* exſtant fol. 137 pag. 1, atque alibi; S. SYMEON *Thaumaturgus*, ſive STYLITA *Senior*, ex cujus *Epiſtolâ* πρός τινα τῶν ἐγκλειστῶν, ſive, *ad Aſcetam aliquem incluſum*, ut & ἐκ τῶν διδασκαλιῶν, ſive, *ex Doctrinis aſceticis*, exſtant fragmenta fol. 35 pag. 1, & fol. 162 pag. 1; TARASIUS, Patriarcha Conſtantinopolitanus, ex cujus *Epiſtolâ ad Papam Hadrianum I*, exſtat fragmentum fol. 174 pag. 1; THEODORETUS, Epiſcopus Cyrenſis; THEODORUS Studita; TIMOTHEUS, Patriarcha Alexandrinus, fol. 65 pag. 2. Exſtant inſuper in iiſdem Locis Communibus aſceticis etiam alia quædam *Excerpta* miſcellanea: nempe ἐκ τῶν Ἀποστολικῶν διατάξεων, ſive, *ex Apoſtolicis Conſtitutionibus*; ex variis Conciliis Generalibus & Provincialibus, & quidem præcipuè ex *Synodo Conſtantinopolitanâ habitâ in Templo ſanctorum Apoſtolorum*, fol. 21 pag. 1, & paſſim alibi;

alibi; ex variorum Imperatorum *Novellis Conſtitutionibus* de rebus eccleſiaſticis fol. 117 pag. 2; ἐκ τοῦ Γεροντικοῦ, ſive, ex Opere de Vitis Patrum; ex *Martyrio S. Anaſtaſiæ* fragmentum fol. 156 pag. 1, cujus principium: Ἡ τοῦ Χριστοῦ μάρτυς Ἀναστασία παρὰ τῷ Ἐπάρχῳ τοῦ Ἰλλυρικοῦ πρευμένη, &c; ex Vitâ S. *Antonii Abbatis* fragmentum fol. 161 pag. 1, cujus principium: Μέλλων ἐσθίειν ποτὲ ὁ μέγας Ἀντώνιος, καὶ ἀναστὰς ἔυξασθαι περὶ τὴν θ' ὥραν, &c; ex Vitâ S. *Charitonis* fragmentum fol. 127 pag. 2, cujus principium: Ὁ μέγας Πατὴρ ἡμῶν Χαρίτων ἅπαντας μὲν τέως τοῖς ἑαυτοῦ φυτηταῖς διατίθησιν, &c; ex Vitâ S. *Danielis Stylitæ* fragmentum fol. 138 pag. 1 & 2, cujus principium: Ὁ ὅσιος Πατὴρ ἡμῶν Δανιὴλ καταλιπὼν ἅπαντα, ἐξῆλθεν ἀπὸ τοῦ μοναστηρίου, καὶ φθάσας τὴν μάνδραν τοῦ ἁγίου Συμεὼν τοῦ Στυλίτου, &c; ex *Martyrio S. Dionyſii Areopagitæ* fragmentum fol. 100 pag. 2, cujus principium: Ὁ μέγας Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης εἶπεν· ὅτι γενομένου μου ποτὲ κατὰ τὴν Κρήτην &c; ex Vitâ S. *Epiphanii* Conſtantiæ ſive Salaminis in Cypro Inſulâ Epiſcopi, à *coætaneo* quodam ipſius *diſcipulo* conſcriptâ, fragmentum fol. 77 pag. 2, cujus principium: Ἦν τις Διάκονος ἐν τῇ Ἐπισκοπίῳ ὀνόματι Σαβῖνος, ἔχων ἐπιτήδευμα τὸ τοῦ καλλιγράφου, &c; & fol. 119 pag. 2, cujus principium: Παρεγένετό τις ποτὲ ἀπὸ τῶν Ἱεροσολύμων Διάκονος καὶ ἀνήγγειλεν &c; & paulò poſt: μετὰ δὲ χρόνον πολὺν εἶπεν Ἐπιφάνιος πρὸς ΜΕ τὸν ΜΑΘΗΤΗ'Ν αὐτοῦ· δεῦρο τέκνον, πορευσώμεθα ἐν Ἱερουσαλὴμ, καὶ προσκυνήσαντες, ἐπιστρέψωμεν. ἀπάραντες δὲ ἀπὸ τῆς Κύπρου, &c; ex Vitâ S. *Joannis Chryſoſtomi* fragmentum fol. 177 pag. 2, cujus principium: Προσῆλθεν ὁ τῆς μακρηγορείας ἡμῖν αἴτιος τοῖς Ἐπισκόποις πᾶσιν, Ἐυσέβειος ὁ κατήγορος τῶν ἐξ λοιπῶν Ἐπισκόπων, &c; ex Vitâ S. *Joannis Eleemoſynarii* fragmentum fol. 100 pag. 1, cujus principium: Ἔλεγεν ὁ μακάριος Ἰωάννης ὁ Ἐλεήμων, ὅτι εἰ ἐννούμεθα καὶ ἐλογιζόμεθα τὴν τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμᾶς ἐυσπλαγχνίαν καὶ ἀγαθότητα, &c; ex Vitâ S. *Joannis* τοῦ Ἡσυχαστοῦ τοῦ ἁγίου Σαβίτου fragmentum fol. 138 pag. 2, cujus principium: Ἀλαμένδαρος ὁ Σισίκης Βασιλεὺς, ἀξιωμάτων ὑπὸ Πέρσας τελούντων Σαρακηνῶν εἰληφὼς, ἐπῆλθεν τήν τε Ἀραβίαν καὶ τὴν Παλαιστίνην μετὰ πολλοῦ τοῦ κατὰ Ῥωμαίων θυμοῦ, &c; ex Vitâ S. *Pachomii* fragmenta varia fol. 37 pag. 2 & alibi; ex Vitâ S. *Philemonis* fragmentum fol. 122 pag. 1, cujus principium: Ἀδελφὸς ἠρώτησε τὸν μέγαν Φιλήμονα, λέγων· τί ποιῶν Πάτερ, ἔχω σωθῆναι; &c; ex Vitâ S. *Sabæ* fragmentum exſtat fol. 25 pag. 2, cujus principium: Ὁ ἡγιασμένος Σάβας θεωρήσας τὸν μέγαν Ἐυθύμιον ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν ἐρχόμενον, &c; ex Vitâ S. *Symeonis Taumaturgi*, ſive *Stylita Senioris* fragmentum exſtat fol. 186 pag. 1, cujus principium: Ὁ μέγας Συμεὼν ὁ Θαυματουργὸς μέλλων ἀνέρχεσθαι εἰς τὸν μέγαν κίονα, μετὰ πάντων τῶν ἐντολῶν τοῦ Κυρίου, καὶ τὰ παρ' ἑαυτοῦ ἐνετείλατο τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς, λέγων οὕτως· &c; ex Vitâ S. *Theodori Archiepiſcopi Edeſſeni* fragmentum exſtat fol. 169 pag. 2, cujus principium: Στυλίτης τις ἦν ἐν Ἐδέσσῃ τῇ πόλει, ὃν καὶ παραβαλὼν ὁ ἐν ἁγίοις Θεόδωρος ὁ Ἀρχιεπίσκοπος τῆς αὐτῆς πόλεως, μετὰ καὶ ἑτέρων ὁμιλιῶν &c; ἐκ τῆς Ἐυθυμιακῆς ἱστορίας, ſive, ex (1) *Euthy-*

(1) De hâc *Euthymiacâ Hiſtoriâ* ejuſque autore *Cyrillo Monacho* vide ſingularem quandam & lectu neceſſariam Obſervationem Lambecianam, quam *Diario Sacri Itineris Cellenſis* inſeruit pag. 147 uſque ad pag. 164, ubi teſtimonio *S. Joannis Damaſceni* aliiſq; argumentis ſolidè & luculentè demonſtratur, eam apud *Laurentium Surium* Tomo primo de probatis Sanctorum Hiſtoriis d. 20. Januarii non exſtare *integram*, ſed tantùm *abbreviatam*, nec audiendos eſſe *Card. Baronium* Annal. Eccleſ. Tom. I. an. 48, & R. P. *Martinum Delrium* in Vindiciis Areopagiticis, ubi perperàm exiſtimant, *Hiſtoriam* hanc appellari *Euthymiacam*, quod ab *Euthymio* quodam *Hiſtorico* compoſita fuerit.

Euthymiacâ Hiſtoriâ de Vitâ & rebus geſtis *S.* (1) *Euthymii* Abbatis Palæſtini, à (2) *Cyrillo Monacho* conſcriptâ, fragmentum exſtat fol. 177 pag. 2, cujus principium : Ὁ ἐν ἁγίοις καὶ μακάριος Φλαβιανὸς τοῦ μακαρίου Πρόκλου τὴν προεδρίαν Κωνσταντινουπόλεως διαδεξάμενος, &c.

LXXXV.

OCTOGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegantiſſimus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *trecentis triginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 154 pag. 2, *S. BASILII MAGNI, Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi, Homiliæ ſeptendecim in Pſalmos Davidicos.* Prima earum in hoc Codice ſola eſt in principiò mutila, reliquæ autem omnes ſunt integræ.

Secundò, & quidem à fol. 155 pag. 1, uſque ad fol. 326 pag. 2, *EJUSDEM Homiliæ novendecim*, hoc ordine : nempe prima & ſecunda *de Jejunio*; tertia *in illud, Attende tibi ipſi*; quarta *de Gratiarum actione*; quinta *in Sanctam Martyrem Julittam*; ſexta *Quòd Deus non eſt autor malorum*; ſeptima *de Ira*; octava *de Invidia*; nona *in illud, Deſtruam horrea mea*; decima κατὰ πλουτούντων, ſive *contra Divites*; undecima *tempore Famis & ſiccitatis*; duodecima *in principium Proverbiorum Salomonis*; trigeſima tertia *Exhortatoria ad Baptiſmum*; decima quarta *de Fide*; decima quinta εἰς τὸ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγέλιον, ſive *in Evangelium S. Joannis, In principio erat Verbum*; decima ſexta *de Spiritu Sancto*, Ὁ βαπτιζόμενος &c; decima ſeptima *in S. Martyrem Barlaam*; decima octava *in S. Martyrem Gordium*; decima nona *in Sanctos Quadraginta Martyres.*

Tertiò, & quidem à fol. 327 pag. 1, uſque ad fol. 334 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homiliæ tres in Evangelium S. Matthæi*, nempe *ſeptima*, *octava* & *nona*, ſed omnes mutilæ, quoniam ultima hæc *octo folia* ſuprà enumeratis *S. Baſilii Magni Homiliis* partim in principio, partim in fine, olim aſſuta fuerunt loco tegumenti.

LXXXVI.

OCTOGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis quadraginta quatuor*, atque olim ad *Marcum Mamunam Cretenſem* & *Georgium* quendam *Corinthium* pertinuit, uti in fine ejus indicatur his ſubſcriptionibus : Κἀυτὸ Μαμουνᾶ ἦν, ὅτε τάδε ἐγέγραφετο· Ὅτε δὲ καὶ τάδε ἐγέγραφετο, κτῆμα Γεωργίου τοῦ Κορινθίου ἦν. Poſtea autem pervenit in poteſtatem *Joannis Sambuci*, & poſt illius mortem in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 83 pag. 2, *S. BASILII MAGNI Homiliæ ſeptendecim in Pſalmos Davidicos.* Prima eorum in hoc Codice ſola eſt in principio mutila, reliquæ autem omnes ſunt integræ.

Secundò, & quidem à fol. 83 pag. 2, uſque ad fol. 225 pag. 2, *EJUSDEM Homiliæ viginti ſeptem*, nempe prima & ſecunda *de Jejunio*; tertia *in illud, Attende tibi ipſi*; quarta

(1) Obiit is A. C. 472. Quâ de re vide ſuprà citatum Diarium Sacri Itineris Cellenſis, pag. 148, 149, 150.
(2) Fuit is diſcipulus *S. Sabæ Abbatis*, qui A. C. 531. obiit. Vide ibidem Diarium pag. 148.

quarta *de Gratiarum actione*; quinta *in S. Martyrem Julittam*; ſexta *Quòd Deus non eſt autor malorum*; ſeptima *contra Iracundos*; octava *de Invidiâ*; nona *in illud, Deſtruam horrea mea*; decima *ad Divites*; undecima *tempore Famis & ſiccitatis*; duodecima *in principium Proverbiorum Salomonis*; decima tertia *Exhortatoria ad Sacrum Baptiſma*; decima quarta *contra Ebrios*; decima quinta *de Fide*; decima ſexta *in illud, In principio erat Verbum*; decima ſeptima *de Spiritu Sancto*, Ὁ βαπτιζόμενος &c; decima octava *in S. Martyrem Barlaam*; decima nona *in S. Martyrem Gordium*; vigeſima *in Sanctos Quadraginta Martyres*; vigeſima prima *habita in Lacizis*; vigeſima ſecunda περὶ ταπεινοφροσύνης, ſive, *de Humilitate*, cujus principium: (1) Ὤφειλεν ἄνθρωπος &c; vigeſima tertia *Quòd non ſit adhærendum rebus ſecularibus, & de Incendio* ἔξωθεν τῆς ἐκκλησίας, ſive, *extra Eccleſiam*: vigeſima quarta *ad Adoleſcentes de utilitate percipiendâ ex lectione librorum ethnicorum*; vigeſima quinta *de humanâ Chriſti generatione*; vigeſima ſexta *contra Sabellianos, Arianos & Anomœos*; vigeſima ſeptima *contra eos, qui nos calumniantur, quòd tres Deos colamus.*

Tertiò, & quidem à fol. 225 pag. 2, uſque ad fol. 241 pag. 2, EJUSDEM *Epiſtolæ ſex*, quarum prima *ad Optimum Epiſcopum de Caino, & de Prophetiâ Symeonis*, cujus principium: Καὶ ἄλλως μὲν ἡδέως ἑώρων σου ἀγαθοὺς παῖδας &c; ſecunda *ad Monachum lapſum*, Διπλός μοι φόβος &c; tertia *ad Virginem lapſam*, Καὶ νῦν καιρὸς ἐκβοῆσαι &c; quarta πρὸς Ἰταλοὺς καὶ Γάλλους Ἐπισκόπους, ſive, *ad Italiæ & Galliæ Epiſcopos*, Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς σῶμα &c; quinta πρὸς Χίλωνα ἴδιον μαθητὴν, ſive, *ad Chilonem diſcipulum*, cujus principium: (2) Σωτηρίας πράγματος &c; ſexta *ad Simpliciam hæreticam*, cujus principium: Ἀβουλήτως οἱ ἄνθρωποι &c.

Quartò, & quidem à fol. 241 pag. 2, uſque ad fol. 244 pag. 2, EJUSDEM *Homilia in S. Martyrem Mamantem*, cujus principium: (3) Οὐκ ἀγνοῶ τὸ μέγεθος &c.

LXXXVII.

OCTOGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis quinquaginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homiliæ triginta tres in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Romanos*; quarum *prima*, quæ eſt reliquarum *Prooemium*, incipit his verbis: (4) Συνεχῶς ἀκούων ἀναγινωσκομένων τῶν ἐπιστολῶν &c; *trigeſima tertia* autem, ſive *ultima*: Πάλιν παραίνεσις, καὶ εὐχὴ μετὰ παραίνεσιν &c. In fine ultimæ hujus Homiliæ exſtat hæc inſcriptio: Τῷ Θεῷ χάριν ἐτέλεσα ἐγὼ παντλήμων ΝΕΊΛΟΣ ἱερομόναχος τήνδε τὴν βίβλον κατὰ τ' ἔτος ϛϡνγ', quâ indicatur, Codicem hunc ſcriptum eſſe à *Nilo* quodam *Hieromonacho* anno Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, *ſexies milleſimo nongenteſimo quinquageſimo tertio*, hoc eſt, anno Æræ Chriſtianæ *milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo quinto*. Exſtant etiam in eodem Codice MSto ante & poſt jam memoratas *S. Joannis Chryſoſtomi Homilias Excerpta quædam miſcellanea* ex Scriptis Sanctorum Patrum *Dionyſii Alexandrini*,

(1) Vide Operum *S. Baſilii Magni* editionem græco-latinam Pariſienſem Tom. I. pag. 546. (2) Vide *S. Baſilii Magni* Opera Tom. II. pag. 735. (3) Vide *S. Baſilii Magni* Opera Tom I. pag. 595. (4) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. III. à pag. 1, uſque ad pag. 244; ſed ibi numerantur tantùm Homiliæ *triginta duæ*, quoniam ea, quæ in hoc Codice MSto *Cæſareo* eſt *prima* pro *Præfatione* tantùm habetur, non autem pro integrâ & ſeparatâ Homiliâ.

drini, Baſilii Magni, Gregorii Nazianzeni, Gregorii Nyſſeni, Joannis Chryſoſtomi, Anaſtaſii Sinaitæ, (1) *Joannis Climaci, & Maximi Monachi atque Martyris*, ad implendum videlicet folia ſeptem, quæ alioqui manſiſſent vacua.

LXXXVIII.

OCTOGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *quadringentis duobus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 381 pag. 1, *THEODORI DAPHNOPATÆ, Proto-Secretarii & Patricii, Apanthiſmata ſive Floſculi ex variis S. Joannis Chryſoſtomi Operibus decerpti, & in triginta tria Capita diviſi.* Ipſa tituli græci verba ſunt: Ἀπανθίσματα τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, συναθροισθέντα παρὰ κυροῦ ΘΕΟΔΩ'ΡΟΥ τοῦ (2) ΔΑΦΝΟΠΑ'ΤΟΥΣ. Exſtant quidem hæc *Apanthiſmata* in Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editione græcâ *Savilianâ* Tom. VII, pag. 665, & in editione græco-latinâ *Frontonianâ* Tom. VI, pag. 663; ſed *ordo* eorum & *numerus* utrobique diſcrepat ab hoc Codice MSto *Cæſareo*, ut ex *antiquo* illorum *Indice Græco*, qui ibi fol. 1 pag. 2 exſtat, videre eſt. Vide illum, ſi placet, editum à Cl. *Lambecio* Lib. IV. *Comment.* pag. 137, 138. Sequitur deinde *Caput primum*, quod inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος περὶ ὑπομονῆς καὶ μακροθυμίας. (3) Εἰ βούλεσθε προθυμῶμεν ὑμῖν εἰς ὑπομονῆς παράκλησιν &c. in fine autem *Capitis trigeſimi tertii*, ſive *ultimi*, exſtat hæc ſubſcriptio: Τέλος τῶν Ἀπανθισμάτων τοῦ χρυσορρήμονος Ἰωάννου τοῦ Χρυσολόγου, ὁμοῦ λόγοι λγ΄. Notabile porrò in eodem Codice MSto eſt, unicuique Capiti partim in principio, partim in margine literis miniatis adſcriptum eſſe, ex quibus *S. Joannis Chryſoſtomi* Operibus ſingula *Apanthiſmata* deſumta ſint.

Secundò, & quidem à fol. 381 pag. 2, uſque ad fol. 394 pag. 1, *Vita S. ALEXII à Symeone Metaphraſte conſcripta*, cujus titulus & principium: (4) Μηνὶ Μαρτίῳ, ιζ. Βίος τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀλεξίου τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ. Ἔδει μὲν, ὦ ἱερωτάτη καὶ θεοσύλλεκτος ἄθροισις, τὸν νῦν σήμερον εὐφημούμενον &c. Meminit hujus Vitæ V. Cl. *Leo Allatius* in *Diatribâ de Symeonum Scriptis* pag. 125, eámque ibi *Symeoni Metaphraſtæ* aſſeveranter attribuit. Valdè autem ab his *Græcis Actis* diſcrepat *latina* illa *Narratio*, quam, tanquam ex *Symeonis Metaphraſtæ* Actis Sanctorum deſumptam, *Laurentius Surius* Tomo quarto de probatis Sanctorum Hiſtoriis d. 17 Julii inſeruit.

Tertiò, & quidem à fol. 394 pag. 1, uſque ad folium 402, ſive ultimum, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio* εἰς τὸν ἄσωτον υἱὸν, ſive, *in Parabolam de Filio prodigo*; cujus principium: (5) Ἀεὶ μὲν γὰρ τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν κηρύττειν ὀφείλομεν. διὰ ταύτης γὰρ &c.

Poſtremò

(1) Nempe ex Quæſtionibus & Reſponſionibus Sacris. (2) Ita ibi ſcriptum eſt, nempe Δαφνοπάτους, non autem, Δαφνοπάτου. (3) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. VII. pag. 872, & edit. græc. lat. Fronton. Tom. VI. pag. 847. (4) Vide *Menologium & Menæa Græcorum* d. 17 Martii; in *Martyrologio* autem *Romano* celebratur ejuſdem *S. Alexii* memoria d. 17 Julii. (5) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. VII. pag. 539.

Poſtremò etiam illud in eodem Codice MSto obſervatu dignum arbitror, quod folii primi paginâ primâ *nomen* ejus, cujus manu is ſcriptus eſt, autographo hoc indicatur teſtimonio: Ἐγεάφη παρ' ἐμȣ̃ τȣ̃ εὐτελȣ̃ς Ἱερέως ϗ Ταβȣλαρίȣ ΛΕΌΝΤΟΣ τȣ̃ ΠΑΔΙΑΤΟΥ ἡ παρȣ̃σα βίβλος ἐν Κωνςαντινȣπόλει.

LXXXIX.

OCTOGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque *quadringentis viginti tribus* foliis, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 59 pag. 1, *S. BASILII MAGNI Liber ſive Tractatus de verâ & incorruptâ Virginitate*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείȣ Ἀρχιεπισκόπȣ Καισαρείας Καππαδοκίας Λόγος περὶ παρθενίας τῆς ὄντως ἀληθȣ̃ς ἀφθορείας· Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν τὸν νυμφίον ἡμῶν &c.

Secundò, & quidem à fol. 59 pag. 2, uſque ad fol. 127 pag. 1, Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννȣ Ἀρχιεπισκόπȣ Κωνςαντινȣπόλεως τȣ̃ Χρυσοςόμȣ Λόγος περὶ Παρθενίας ἔχων κεφάλαια πδ΄· Hoc eſt: *Sancti Patris noſtri* JOANNIS CHRYSOSTOMI, *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, Liber de Virginitate continens Capita octoginta quatuor*. Principium ejus eſt: (1) Τὸ τῆς παρθενίας καλὸν ἀποςρέφονται μὲν Ἰȣδαῖοι, καὶ θαυμαςὸν ȣ̓δέν· &c. Extat ibidem in ejuſdem Libri laudem ANONYMI cujuſdam (2) Autoris *Epigramma*, cujus principium: Τὸν ὄγδοον γνȣ̃ς καθαρὸν πεφυκέναι, καὶ καθαρῶν χρήζοντα &c.

Tertiò, & quidem à fol. 127 pag. 1, uſque ad fol. 146 pag. 2, *EJUSDEM Oratio* πρὸς τȣ̀ς ἔχοντας συνεισάκτȣς παρθένȣς ἀνεχομένας, ſive, *ad eos, qui citra conjugium apud ſe habent Virgines contubernales*. Principium ejus eſt: (3) Ἐπὶ μὲν προγόνων τῶν ἡμετέρων &c.

Quartò, & quidem à fol. 146 pag. 2, uſque ad fol. 165 pag. 2, *EJUSDEM Oratio* ὑπὲρ τȣ̃ τὰς κανονικὰς μὴ συνοικεῖν ἀνδράσιν, ſive, *quòd fœminæ regulares non debent cohabitare viris*. Principium ejus eſt: (4) Οἴμοι ψυχὴ οἴμοι· μετὰ γὰρ τȣ̃ Προφήτȣ &c.

Quintò, & quidem à fol. 165 pag. 2, uſque ad fol. 175 pag. 1, *EJUSDEM* εἰς νεωτέραν χηρεύσασαν, ſive, *ad Virginem juniorem Oratio prima*, cujus principium: (5) Ὅτι μὲν χαλεπὴν ἔλαβες τὴν πληγὴν &c.

Sextò, & quidem à fol. 175 pag. 1, uſque ad fol. 184 pag. 1, *EJUSDEM ad Viduam juniorem Oratio ſecunda*, quæ inſcribitur: περὶ μονανδρίας, hoc eſt, de (6) *Univiratu*, ſive, de non iterando Conjugio. Principium ejus eſt: (7) Τὸ μὲν τὰς ἀπείρȣς ὁμιλίας ἀνδρῶν &c.

Septimò,

(1) Vide Operum *S. Joan. Chryſoſt.* editionem græc. Anglicanam Savil. Tom. VI. pag. 244; & editionem græco-latinam Pariſienſem *Frontonianam* Tom. IV. pag. 313. (2) Videtur is eſſe *Conſtantinus Tarſites*, qui fol. 245. pag. 1. ſimilibus ςίχοις ſive verſibus teſtatur, totum illum Codicem ſuâ manu eſſe exaratum. (3) Vide edit. Savil. Tom. VI. pag. 214. & edit. Fronton. Tom. IV. pag. 283. (4) Vide edit. Front. Tom. IV. pag. 257. (5) Vid. edit. Savil. Tom. VI. pag. 296. & edit. Front. Tom. IV. pag. 519. (6) Utitur hâc voce eodem ſenſu *Tertullianus*, lib. 1. ad Uxorem cap. ultimo: *Nulla*, inquit, *hujuſmodi fœminarum de bono Univiratûs loqui novit*. Similiter etiam *Voluſia* in veteri quâdam Inſcriptione vocatur *Univira*, vel *Univiria*, uti legitur in Syntagmate Gruteriano pag. 307. num. 3. (7) Vide edit. Savil. Tom. VI. pag. 304. & edit. Fronton. Tom. IV. pag. 535.

Septimò, & quidem à fol. 184 pag. 1, uſque ad fol. 245 pag. 1, *EJUSDEM Epiſtolæ ſeptendecim ad Olympiadem Diaconiſſam*, quarum prima inſcribitur atque incipit hoc modo: (1) Τῇ δεσποίνῃ μου αἰδεσιμωτάτῃ καὶ θεοφιλεστάτῃ Διακονίσσῃ Ὀλυμπιάδι Ἰωάννης ἐν Κυρίῳ χαίρειν· Φέρε δὴ πάλιν ἐπαντλήσωμέν σου τῆς ἀθυμίας τὸ ἕλκος, &c. reliquarum *inſcriptiones* & *principia* vid. Lib. III. *Comment. Lambec.* pag. 137. Notabile porrò eſt, quòd ibidem in fine ultimæ hujus epiſtolæ extant aliquot στίχοι, ſive *verſus*, quibus indicatur, Codicem hunc ſcriptum eſſe manu *Conſtantini Tarſitæ*, τοῦ ἐξ Ἀθηνῶν ἐν Κρήτῃ γεγονότος, anno Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ϛχλζ', ſive, 6637, hoc eſt, anno vulgaris Æræ Chriſtianæ 1129.

Octavò, & quidem fol. 245 pag. 2, & fol. 246 pag. 1, *Fragmentum Canonis* ſive *Cantici* cujuſdam *Eccleſiaſtici* cum *antiquis Notis Muſicis*.

Nonò, & quidem à fol. 246 pag. 2, uſque ad fol. 422 pag. 2, S. (2) *ANTIOCHI, Monachi Palæſtini in* (3) *Laurâ* ſive *Monaſterio S. Sabæ Abbatis*, *Pandectes Sacræ Scripturæ, in centum & triginta Capita diviſus, & Euſtathio Præpoſito Monaſterii Attalini Urbis Ancyræ in Galatiâ dedicatus*; cujus titulus græcus eſt ibi talis: ΒΙΈΛΟΣ Ἡ ΛΕΓΟΜΈΝΗ ΠΑΝΔΈΚΤΗΣ. Sequitur deinde ibidem ſecundus hic titulus literis minuſculis: Τοῦ μοναχοῦ Ἀντιόχου τῆς Λαύρας τοῦ ἁγίου Σάββα πρὸς Εὐστάθιον ἡγούμενον μονῆς Ἀτταλινῆς Κεφάλαια διάφορα ρλ'. Hinc porrò ſequuntur *Lemmata*, ſive *Inſcriptiones* jam memoratorum *centum triginta Capitum*, quorum primum περὶ πίστεως, ſive, *de Fide*; ultimum autem περὶ βασιλείας οὐρανῶν, ſive *de Regno Cœlorum*. Finito hoc Indice Capitum, ſequitur *Conſtantini Tarſitæ*, qui totum illum Codicem ſuâ manu exaravit, *Epigramma in laudem ejuſdem Operis*, quod integrum vid. Lib. III. *Comment. Lambec.* pag. 138. His autem verſibus non ſubjungitur ſtatim *Præfatio Antiochi ad Euſtathium*, ſed à fol. 248 pag. 1, uſque ad fol. 250 pag. 1, præmittitur *Narratio compendiaria vitæ S.* (4) *Euphroſyni, coqui cœnobialis, ab* (5) *Autore quodam ſynchrono compoſita*, cujus titulus & principium: Βίος σύντομος ΕΥΦΡΟΣΥΝΟΥ μαγείρου· Οὗτος ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Εὐφρόσυνος ἐν κώμῃ τινὶ γεννηθεὶς παρὰ πτωχῶν γονέων, καὶ ἀγροίκως ἀνατραφεὶς, γράμματα μὴ μεμαθηκὼς, &c. Sequitur dein fol. 250. pag. 2, & fol. 251 pag. 1, alia quædam ANONYMI alicujus Autoris *Narratio de Euchariſto*, Ægyptiaci cujuſdam vici incolâ, in ſtatu ſeculari & conjugali vitam monaſticam exercente; cujus titulus & principium: Περὶ Εὐχαρίστου κοσμικοῦ· Δύο τῶν πατέρων παρεκάλεσαν τὸν Θεὸν, ἵνα πληροφορήσῃ αὐτοὺς ὁ Θεὸς, εἰς ποῖον ἔφθασαν μέτρον, καὶ ἦλθεν αὐτοῖς φωνὴ &c. Eadem hæc poſterior narratio extat etiam in *Libro* (6) *ſexto* Syntagmatis *de Vitis Patrum* à R. P. *Heriberto Roſweydo* è Soc. JESU A. 1628, Antverpiæ typis Plantinianis in folio editi, ſed tantùm *latinè*, incipitque ibi his verbis: *Duo quidam Patrum rogabant DEUM, ut oſtenderet eis, in quam pervenerint menſuram*

Et ve-

(1) Vide edit. Savil. Tom. VII. pag. 51. & edit. Fronton. Tom. IV. pag. 688. ibid. quoq; extant reliquæ ſedecim Epiſtolæ. (2) Vide Card. *Baronii* Annal. Eccleſiaſt. Tom. VIII. an. 614. num. 18 & deinceps. (3) Vide *Joan. Meurſii* Gloſſarium Græco-barbarum & *Abrah. Ortelii* Theſaurum Geographicum in voce Λαῦρα ſive *Laura*. (4) Hujus *S. Euphroſyni* apud alios Autores, qui de Vitis Sanctorum ſcripſerunt, nullam adhuc mentionem reperi. (5) Veriſimile mihi videtur, Autorem hujus Vitæ eundem eſſe *S. Antiochum*, cujus *Pandectæ* illa præfixa eſt. (6) Veriſimile mihi videtur *Libri quinti & ſexti de Vitis Patrum* Autorem eſſe eundem illum *S. Antiochum*, monachum Lauræ S. Sabæ, cujus *Pandectæ* Narratio illa de *Euchariſto* in Codice hoc MSto Cæſareo præfixa eſt. Præter *argumentum* enim & *ſtylum* Operis, & ejuſdem *ſcribendi cauſam*, quæ haud alia eſt, quàm quæ in ſuprà memorato *Pandecte* exprimitur, congruit etiam *tempus Imperii Heraclii*, utpote cujus *Photius* in Bibliothecæ ſuæ Codice 198, ubi de iiſdem Vitis Patrum agitur, expreſsè meminit. Vide etiam R. P. *Heriberti Roſweydi* Prolegomena in Vitas Patrum, quæ ad Librum *quintum* & *ſextum* pertinent.

Et venit eis vox &c. Poſt *duas* igitur jam memoratas *Narrationes* incipit demum *S. Antiochi ad Euſtathium Præfatio in Pandecten*, hoc modo: (1) Ἐπιστολὴ Ἀντιόχου μοναχοῦ τῆς Λαύρας τοῦ ἁγίου Σάβα πρὸς Εὐστάθιον ἡγούμενον μονῆς Ἀτταλινῆς πόλεως Ἀγκύρας τῆς Γαλατίας· Ἐπειδήπερ γεγράφικάς μοι, τίμιε Πάτερ Εὐστάθιε, πολλὰς θλίψεις &c. Sequitur deinde fol. 254 pag. 1, eujſdem *Antiochi Præfatio ſecunda ad Lectorem*, ſive, Principium ipſius *Pandectæ*, his verbis: (2) Φησὶν ἐν τοῖς ᾄσμασιν ὁ Σολομῶν &c. Quâ finitâ *ſecundâ Præfatione*, ſequuntur porrò ipſa illa ſuprà memorata *centum triginta Capita*, quorum ultimo annexus eſt in fine hic (3) *Epilogus*:

Τοῦ αὐτοῦ Ἀντιόχου ἀπολογητικός·

Τὸ χρέος τῆς παρ' ὑμῶν ὑποταγῆς ἀποπληρῶσαι, τίμιε Πάτερ Εὐστάθιε, τὴν Πανδέκτην τῆς θεοπνεύστου γραφῆς ἔστειλα τῇ ὑμετέρᾳ θεοφιλίᾳ περιστήσας εἰς σωτήρια κεφάλαια· ὃν δεχόμενος, ἀδιαλήπτως πρέσβευε πρὸς τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν ὑπὲρ τῆς ἐμῆς ἐλεεινότητος, ἵνα εὕρω ἔλεον ἐν τῇ παρουσίᾳ τοῦ ἀγαθοῦ καὶ φιλανθρώπου Θεοῦ.

Decimò, & quidem fol. 423 pag. 1, *ANONYMI cujuſdam Autoris Narratio brevis de Vitâ ſuprà memorati S. Antiochi*, quam quia hactenùs nondum eſt edita, totam exhibuit Cl. Lambecius Lib. III. Comment. pag. 140.

Undecimò, & quidem fol. 423 pag. 1 & 2, ex *S. JOANNIS Abbatis Montis Sinæ*, qui vulgò *Climacus* cognominatur, *Opere aſcetico*, inſcripto Κλίμαξ, ſive *Scala Paradiſi*, *caput vigeſimum tertium* περὶ Βλασφημίας, ſive, *de Blaſphemiâ*; cujus principium: Χαλεπῆς ῥίζης καὶ μητρὸς χαλεπώτατον ἀπόγονον εἶναι &c.

XC.

NONAGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegantiſſimus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *quingentis duobus*, & olim ad celeberrimum (4) *Cardinalem Beſſarionem* pertinuit; poſteà autem à *Joanne Sambuco*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, undecim Ducatis ſive Aureis emptus, ac demùm poſt illius mortem in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream* translatus eſt. Continentur eo *THEOPHYLACTI*, *Acridæ in Bulgariâ Archiepiſcopi*, *Commentarii in Evangelia duo S. Marci & S. Lucæ*, inſcribitúrque & incipit *Commentarius in Evangelium S. Marci* hoc modo:

ΤΗ͂Σ ΒΑΣΙΛΙ͂ΣΣΗΣ ἘΝΝΟΉΜΑ ΜΑΡΙ͂ΑΣ,
ΨΥΧΗ͂Σ ἈΛΗΘΩ͂Σ ἜΡΓΟΝ ἘΥΓΕΝΕΣΤΑ͂ΤΗΣ·
Ὁ ΔΕ͂ ΤΡΥΤΗ͂ΣΑΣ ΤΟΥ͂Σ ΜΕΛΛΙῬΡΥ͂ΤΟΥΣ ΛΟ͂ΓΟΥΣ
ΘΕΟΦΥ͂ΛΑΚΤΟΣ ΠΟΙΜΕΝΑ͂ΡΧΗΣ ΒΟΥΛΓΑΡΙ͂ΑΣ.
ἘΥΑΓΓΕ͂ΛΙΟΝ ΚΑΤΑ͂ ΜΑ͂ΡΚΟΝ.

Τὸ κατ'

(1) Extat quidem hic *S. Antiochi Pandectes Sacræ Scripturæ* in Bibliothecâ Veterum Patrum græco-latinâ *Pariſinâ* anni 1654 in folio, nempe Tomi XII. pag. 9. & deinceps uſque ad pag. 240. valdè tamen neceſſarium exiſtimo, ut cum præſtantiſſimo hoc Codice MSto *Cæſareo* diligenter & accuratè conferatur. Interim obiter moneo, in verſione latinâ Epiſtolæ hujus dedicatoriæ perperàm ibi legi *centum* QUINQUAGINTA Capita, pro *centum* TRIGINTA. (2) In ſuprà citatâ editione *Pariſinâ* legitur titulus *ſecundæ* hujus Præfationis pag. 13. perperàm hoc modo: Ἀντιόχου μοναχοῦ τῆς Λαύρας μονῆς Ἀτταλίνης. Re verâ enim legendum eſt: τοῦ αὐτοῦ Ἀντιόχου, μοναχοῦ τῆς Λαύρας τοῦ ἁγίου Σάβα Πρόλογος. (3) Deeſt hic *Epilogus* in ſuprà citatâ editione *Pariſinâ*. (4) Vide Lib. IV. Lambecianorum Commentariorum pag. 84 & 139.

Τὸ κτ̀ Μάρκον Εὐαγγέλιον μετ̀ δέκα ἔτη τῆς Χριστοῦ ἀναλήψεως συνεγράφη ἐν Ῥώμῃ· ἦν μὲν γὰρ οὗτος ὁ Μάρκος Πέτρου μαθητὴς, ὃν καὶ υἱὸν αὐτοῦ ὁ Πέτρος ὀνομάζει, πνευματικὸν πάντως· &c. Ex *verſibus* igitur huic *Commentario in Evangelium S. Marci* præfixis, ut & ex admirandâ elegantiâ perantiquæ majuſculæ ſcripturæ totius Codicis, luculentè apparet, Codicem hunc *ipſo Theophylacti ævo* eſſe exaratum, & veriſimiliter illum ipſum eſſe, quo uſa eſt *Imperatrix MARIA*, primò quidem *Imp.* (1) *Michaëlis Ducæ*, cognomine *Parapinacii*, ſecundò autem *Imp.* (2) *Nicephori Botaniatæ* Uxor, cujus inſtinctu ac juſſu *Theophylactus* Commentarios in quatuor Evangelia compoſuit.

XCI.

NONAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtatque foliis *ducentis octoginta uno*. Continentur eo S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homiliæ viginti novem in Geneſin*, quarum *prima* incipit: (3) Χαίρω καὶ εὐφραίνομαι, ὁρῶν σήμερον &c. Notandum autem eſt, Homiliam *vigeſimam*, cujus principium: Φέρε πάλιν τῆς ἀκολουθίας καὶ σήμερον τῶν ἀνεγνωσμένων ἀψάμενοι &c, ibi eſſe omiſſam, ejuſque loco *vigeſimam* ibi numerari Orationem Πολὺς καὶ ἄφατος ὁ θησαυρὸς &c, quæ in impreſſis editionibus Operum S. *Joannis Chryſoſtomi*, Savilianâ Anglicanâ & Frontonianâ Pariſienſi eſt *vigeſima prima*; & per conſequentiam, quæ in iiſdem editionibus impreſſis eſt Oratio *trigeſima*, atque incipit: Ἰδοὺ πρὸς τὸ τέλος ἐφθάσαμεν &c, eam in hoc Codice MSto eſſe *vigeſimam nonam*.

XCII.

NONAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *folio*, & à blattis ac tineis valdè corroſus, conſtátque nunc foliis *trecentis quadraginta octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo *NICETÆ*, primùm quidem *Serrarum in Macedoniâ primâ*, poſteà autem *Heracleæ in Thraciâ Metropolitæ*, *Commentarius in S. Gregorij Nazianzeni Orationes ſedecim.* Titulus *primæ* Orationis & Commentarii ad eandem pertinentis eſt ibi talis: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου λόγος εἰς τὸ Πάσχα καὶ εἰς τὴν βραδύτητα, ὑπὸ Νικήτα Σερρῶν, τοῦ καὶ Ἡρακλείας ἐξηγηθείς·

XCIII.

NONAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegans & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *nonaginta quinque*, & ad *Joannnem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 53 pag. 2, *S. DIADOCHI*, *Photices in Veteri Epiro ſive Illyrico Epiſcopi*, *Capita centum aſcetica de Perfectione ſpirituali*, quibus

(1) Cœpit is imperare A. C. 1071. (2) Cœpit is imperare A. C. 1078. (3) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſt.* edit. gr. Savil. Tom. I. pag. 1. & edit. gr. lat. Fronton. Tom. II. pag. 1.

quibus itidem, ut in exemplari illo manuſcripto, quo (1) *Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus* olim uſus fuit, *Proœmii* loco præfixæ ſunt ὅροι, ſive *Definitiones decem*, quarum *ſecunda*, nempe *Definitio Spei*, quæ apud *Photium* continetur, his verbis: ἐκδημία τοῦ νοῦ πρὸς τὰ ἐλπιζόμενα, ſupplenda eſt ex præſtantiſſimo hoc Codice MSto Cæſareo hoc modo: ἐκδημία τοῦ νοῦ ἘΝ ἈΓΆΠΗ, πρὸς τὰ ἐλπιζόμενα. *Titulus generalis*, ſive *Inſcriptio* prima aſcetici iſtius Opuſculi in eodem Codice Cæſareo eſt talis: Ἀσκητικὸν τοῦ ἁγίου Διαδόχου Ἐπισκόπου Φωτικῆς τῆς (2) Ἠπείρων. Sequuntur deinde ſuprà memoratæ *Definitiones decem*: Πρῶτος ὅρος τῆς πίστεως, ἔννοια περὶ Θεοῦ ἀπαθής. &c. Finitis *decem* illis *Definitionibus* ſubjungitur *ſecundus* hic *Titulus* cum principio *Capitis primi*, hoc modo: Διὰ ποίας δὴ γνώσεως εἰς τὴν προδεδηλωμένην τοῦ Κυρίου ἡμᾶς ὁδηγοῦντος καταφθάσαι τελειότητα, ἵνα ἕκαστος ἡμῶν τῆς κατὰ τὸ σχῆμα τῆς ἐλευθερικῆς παραβολῆς τοῦ λόγου σπέρμα καρποφορήσωμεν· καὶ εἰσὶν κεφάλαια ρ'. Κεφάλαιον α'· Πάσης πνευματικῆς, ἀδελφοὶ ἡγείσθω θεωρίας πίστις, ἐλπὶς, ἀγάπη, πλέον δὲ ἡ ἀγάπη· αἱ μὲν γὰρ &c. Exſtant quidem hæc *centum Capita aſcetica* Tomo quinto Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſienſis A. 1654, à colum. 293. uſque ad colum. 328, ſed tantùm *latinè* ex interpretatione R. P. *Franciſci Turriani* Soc. JESU.

Secundò, & quidem à fol. 53 pag. 2, uſque ad fol. 95, ſive ultimum, *Prophetia* ESAIÆ à capite *primo*, Ὅρασις, ἣν εἶδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμὼς &c, uſque ad capitis *trigeſimi* verſum tertium.

XCIV.

NONAGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, in *folio*, elegantiſſimus & magnâ ex parte *literis aureis* ſcriptus, conſtátque *ducentis octoginta ſeptem* foliis, & olim pertinuit ad celeberrimum doctiſſimúmque *Cardinalem Beſſarionem*, ut folii primi pag. 2, ex propriæ ſcripturæ ipſius reliquiis etiamnunc luculenter apparet, etſi *nomen* ejuſdem de induſtriâ ibi eraſum ſit. Poſtea autem, nempe A. 1556, emit illum *Joannes Sambucus Venetiis viginti tribus aureis*, ut ipſe folii quarti paginâ primâ ſolitâ propriæ manus inſcriptione indicat. Continentur eo THEODORI *Daphnopatæ Apanthiſmata ſive Floſculi, ex variis S. Joannis Chryſoſtomi Operibus decerpti, & in triginta tria Capita diviſi.*

XCV.

NONAGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis ſeptuaginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 16 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio de conſummatione hujus ſeculi & contra hæreticos*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου λόγος περὶ συντελείας αἰῶνος

(1) Vide Bibliothecæ ipſius Codicem GCImum. (2) Ita ibi ſcriptum eſt, nempe τῶν Ἠπείρων, non autem, ut quis fortè conjiceret, τῶν Ἠπειρωτῶν. Ἤπειροι enim plurali numero hîc uſurpatur, quemadmodum *Hiſpaniæ & Galliæ*. Huc ergò pertinet locus ille *Stephani* de Urbibus: Ἤπειρος ἡ γενικὴ χώρα· οἱ μὲν γὰρ εἰς δύο τὴν γῆν, οἱ δὲ εἰς γ', οἱ δὲ εἰς τέσσαρα διαμέρισαν.

αἰῶνος τούτου καὶ κυρίου αἰρετικῶν. (1) Ὀδυνηρὸς ὁ λόγος καθόπη καὶ ἔχατος, ὥς μοι δεδήλωται, ἀλλὰ καὶ πολλῆς χαρᾶς γέμων· &c.

Secundò, & quidem à fol. 16 pag. 1, uſque ad fol. 17 pag. 2, *S. GREGORII NAZIANZENI Oratio prima in Sanctum Paſcha*; cujus principium: (2) Ἀναστάσεως ἡμέρα, καὶ ἡ ἀρχὴ δεξιά· &c.

Tertiò, & quidem à fol. 18 pag. 1, uſque ad fol. 20 pag. 2, *S. GREGORII NYSSENI Oratio panegyrica in S. Martyrem* (3) *Theodorum, cognomine Tyronem*; cujus principium: (4) Ὑμεῖς ὁ τοῦ Χριστοῦ λαὸς, ἡ ἁγία ποίμνη, &c.

Quartò, & quidem à fol. 21 pag. 1, uſque ad fol. 29 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio de Incarnatione Chriſti, & quòd unicuique climati præſunt Angeli.* Principium ejus eſt: (5) Ὄντως ἐπεφάνη ἡμῖν ἡ τοῦ Χριστοῦ χάρις, &c.

Quintò, & quidem à fol. 29 pag. 2, uſque ad fol. 35 pag. 1, *EJUSDEM Oratio panegyrica in S. Philogonium, ex cauſidico Epiſcopum, & acerrimum Arii hæreſiarchæ antagoniſtam*; quæ incipit: (6) Ἐγὼ μὲν καὶ σήμερον παρεσκευαζόμην πρὸς τὴν τῶν αἱρετικῶν παλαίσματα ἀποδύεσθαι, &c.

Sextò, & quidem à fol. 35 pag. 1, uſque ad fol. 40 pag. 2, *S. GREGORII NAZIANZENI Oratio in Nativitatem Chriſti*; cujus principium: (7) Χριστὸς γεννᾶται δοξάσατε· &c.

Septimò, & quidem à fol. 41 pag. 1, uſque ad fol. 46 pag. 2, *NICETÆ, Serrarum in Macedoniâ primâ Metropolitæ, Expoſitio Orationis primæ S. Gregorii Nazianzeni in Sanctum Paſcha*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΝΙΚΗΤΑ Μητροπολίτου Σερρῶν ἐξήγησις τοῦ Θεολόγου. Ἄκων χειροτονηθεὶς ἱερεὺς ὁ θεῖος Γρηγόριος, &c. Plura de hâc Orationum *S. Gregorii Nazianzeni* expoſitione ejuſque Autore *Nicetâ*, primùm quidem *Serrarum in Macedoniâ primâ*, poſteà autem *Heracleæ in Thraciâ Metropolitâ*, vide Libri *tertii* Lambecianorum Commentariorum pag. 198, 199, 200, 201 & 255.

Octavò, & quidem à fol. 46 pag. 2, uſque ad fol. 52 pag. 2, SYMEONIS *Metaphraſtæ Hiſtoria Martyrii S. Panteleemonis*; cujus titulus & principium: Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Παντελεήμονος. Βασιλεύοντος τοῦ ἀσεβεστάτου Μαξιμιανοῦ, πολλῶν τε πλειόνων τοῦ ζῆν ὑπερορώντων &c. Meminit hujus Hiſtoriæ etiam *Leo Allatius* in *Diatribâ de Symeonum Scriptis* pag. 125, ubi eam *Symeoni Metaphraſtæ* ſine ullâ hæſitatione adjudicat.

Nonò, & quidem à fol. 53 pag. 1, uſque ad fol. 65 pag. 1, S. JOANNIS DAMASCENI *Canones ſeu Carmina* (8) *tria Jambica pentaſticha.* Horum *primum* in feſtum *Pentecoſtes*, poſt *Acroſtichidem* ſuam, duobus hexametris totidémque pentametris comprehenſam, incipit hoc modo: Θείῳ καλυφθεὶς ὁ βραδύγλωσσος γνόφῳ, &c. *Secundum* Carmen in *Nativitatem Chriſti* incipit poſt *Acroſtichidem* ſuam hoc modo: Ἔσωσε λαὸν θαυματουργῶν Δεσπότης, &c. *Tertium* Carmen εἰς τὰ Θεοφάνια, ſive, in feſtum

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. VII. pag. 211; ubi *Savilius* in margine expreſsè indicat, ſe Orationem hanc accepiſſe ex Codice MSto *Cæſareo*. (2) Vide Operum *S. Gregorii Nazianz.* edit. græc. lat. Pariſ. Tom. I. pag. 673. (3) Vide *Martyrolog. Romanum* d. 9. Novembris. (4) Vide Operum *S. Gregorii Nyſſeni* edit. gr. lat. Pariſ. Tom. II. pag. 1002. (5) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. V. pag. 851. (6) Vide ibid. Tom. V. pag. 505. Conſule etiam *Martyrologium Romanum* d. 20 Dembris, quo celebratur *S. Philogonii* memoria. (7) Vide Operum *S. Gregorii Nazianz.* edit. græc. lat. Pariſ. Tom. I. pag. 613. (8) Vide Operum *S. Joannis Damaſceni* edit. Pariſ. An. 1619. pag. 585, uſque ad pag. 592.

feſtum *Baptiſmatis Chriſti* incipit poſt *Acroſtichidem* ſuam hoc modo: Στείβει θαλάσσης κυματούμενον σάλον, &c. Adjuncta autem eſt hiſce tribus Carminibus *Paraphraſis græca Theodori Prodromi*, ita ut ſingulis eorum verſibus, è regione collocata, reſpondeat. Titulus *Paraphraſticæ* hujus *Exegeſeos* ſive *Expoſitionis* eſt ibi talis: Κανόνες δεσποτικοὶ δι᾽ ἰάμβων ἐξηγηθέντες παρὰ κύρου Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου.

Decimò, & quidem à fol. 61 pag. 1, uſque ad fol. 65 pag. 1, S. JOANNIS DAMASCENI *Definitiones Theologicæ per Interrogationes & Reſponſiones*; quarum principium: Τί ὑπόστασις, καὶ κατὰ τί ὑπόστασις, καὶ ὁσαχῶς εἴρηται ἡ ὑπόστασις, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 66 pag. 1, uſque ad fol. 95 pag. 2, & à fol. 99 pag. 1, uſque ad fol. 127 pag. 2, *EJUSDEM Opus de* (1) *Orthodoxâ Fide*, non, ut vulgò nunc fit, in (2) *quatuor Libros*, ſed in *nonaginta ſex* (3) *Capita* diviſum, quorum primum inſcribitur atque incipit hoc modo: Κεφάλαιον α΄. Ὅτι ἀκατάληπτον τὸ Θεῖον, καὶ ὅτι οὐ δεῖ ζητεῖν καὶ περιεργάζεσθαι τὰ μὴ παραδεδομένα ἡμῖν ὑπὸ τῶν ἁγίων Προφητῶν καὶ Ἀποστόλων καὶ Εὐαγγελιστῶν. &c, *Nonageſimum ſextum* autem, ſive *ultimum Caput* inſcribitur atque incipit hoc modo: Κεφάλαιον ϟϛ΄. Περὶ ἀναστάσεως. Πιστεύομεν δὲ καὶ εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν. &c.

Duodecimò, & quidem fol. 96 pag. 1, (4) *Narratio græco-barbara* ex S. ANASTASII *Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni*, Operibus deſumpta, de famoſo quodam & terribili *latrone Thracio*.

Decimo tertiò, & quidem fol. 98 pag. 1 & 2, *Eclogæ* ſive (5) *Excerpta* quædam de *locis prædicationis Sanctorum duodecim Chriſti Apoſtolorum*.

Decimo quartò, & quidem à fol. 128 pag. 1, uſque ad fol. 131 pag. 2, S. JOANNIS DAMASCENI *Dialectica* ſeu *Logica*, ab editione latinâ *Jacobi Billii* valdè diſcrepans, ut ſtatim in principio videre eſt ex *Inſcriptione Præfationis*, quæ in jam memoratâ editione *Billianâ* eſt talis: *Sanctiſſimo ac Venerando Patri COSMÆ MAJUMÆ Joannes minimus S.* In Codice autem hoc MSto *Cæſareo* inſcribitur atque incipit eadem Præfatio hoc modo: Τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ θεοτιμήτῳ Πατρὶ ΚΟΣΜΑ͂, ΤΩ͂ ἉΓΙΩΤΑ΄ΤΩ ἘΠΙΣΚΟ΄ΠΩ ΤΟΥ͂ ΜΑΙΟΥΜΑ͂, Ἰωάννης ἐλάχιστος. Τὸ μὲν στενὸν τῆς διανοίας καὶ τὸ ἄπορον τῆς γλώσσης &c. Unde patet, etiam in *Billianâ* editione pro *Coſmæ Majumæ* legendum eſſe *Coſmæ Epiſcopo Majumæ*. De ejuſdem *lectionis* veritate vide plura apud CL. Lambecium Lib. III. Comment. pag. 116, 117. *S. Joannis Damaſceni* autem *Dialectica* ſeu *Logica*, ea in Codice MSto *Cæſareo*, de quo in præſens agitur, pertingit tantùm incluſivè uſque ad *Caput*, quod in hoc quidem exemplari manuſcripto eſt *duodecimum*, ibique inſcribitur atque incipit hoc modo: Περὶ οὐσίας, καὶ φύσεως, καὶ μορφῆς, ἀτόμου τε καὶ προσώπου, καὶ ὑποστάσεως· κεφάλαιον ιβ΄. Οἱ μὲν ἔξω φιλόσοφοι &c; in *Billianâ* autem editione *latinâ* eſt *trigeſimum*, & inſcribitur atque incipit ibi his verbis: *De Subſtantiâ, & Naturâ, & Formâ, & Individuo, & Perſonâ, & Hypoſtaſi. Caput XXX. Externi quidem Philoſophi &c.*

Decimo

(1) Vide Operum *S. Joannis Damaſceni* edit. Pariſ. A. 1619. in fol. pag. 244. ſed ibi Opus hoc *de Orthodoxâ Fide* exſtat tantùm *latinè*. (2) Vide jam citatam Operum *S. Joannis Damaſceni* editionem Pariſinam Billianam, ubi Liber *primus* complectitur capita novendecim, *ſecundus* triginta, *tertius* viginti novem, *quartus* deniq; viginti octo. (3) Vide etiam Librum *tertium* Lambecianorum Commentariorum pag. 117. Similiter quoq; in pluribus aliis Codicibus MStis *Cæſareis* idem Opus *de Orthodoxâ Fide* non in *Libros*; ſed tantùm in *Capita* diviſum eſt, ita tamen, ut circa *Capitum diſtinctionem & numerum* non mediocris ſit diſcrepantia. (4) Scripta ea ibi eſt *recentiori* manu, quia folium illud alioqui manſiſſet vacuum. (5) Scripta ea ibi ſunt *recentiori* manu ob ſuperfluitatem folii iſtius vacui.

Decimo quintò, & quidem à fol. 132 pag. 1, uſque ad fol. 133 pag. 2, *Formula ejurandi Muhammediſmi*; cujus titulus & principium: Τάξις εἰς τὸ ποιῆσαι ἐθνικὸν κατηχούμενον, ἤγουν Σαρακηνοὺς καὶ Ἀγαρηνούς. Ὁ δεῖνα ὁ ἀπὸ Σαρακηνῶν σήμερον προσερχόμενος τῇ πίστει τῶν Χριστιανῶν, οὐκ ἔκ τινος βίας καὶ ἀνάγκης, &c. Quâ ejuratione Muhammediſmi finitâ, ſequitur ibidem *Formula Religionis Chriſtianæ* his verbis: Συντάσσομαι τῷ ἀληθινῷ καὶ μόνῳ Χριστῷ τῷ Θεῷ, καὶ πιστεύω εἰς Πατέρα, καὶ Υἱὸν, καὶ ἅγιον Πνεῦμα, &c.

Decimo ſextò, & quidem fol. 134 pag. 1 & 2, (1) *Principium Comœdiæ ARISTOPHANIS*, quæ inſcribitur *Plutus*, atque incipit his verſibus:

(2) Ὡς ἀργαλέον πρᾶγμ' ἐστὶν, ὦ Ζεῦ καὶ Θεοὶ,
Δοῦλον γενέσθαι παραφρονοῦντος δεσπότου.

Adjuncta autem illi eſt *Expoſitio* quædam *græco barbara*.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 135 pag. 1, uſque ad fol. 203 pag. 1, *THEOPHYLACTI, Archiepiſcopi Bulgariæ, Expoſitio in Evangelium S. Matthæi* à capitis *primi* verſu *decimo octavo*; Τοῦ δὲ Ἰησοῦ Χριστοῦ ἡ γέννησις οὕτως ἦν· μνηστευθείσης γὰρ τῆς μητρὸς αὐτοῦ Μαρίας τῷ Ἰωσὴφ, &c. (3) Τίνος ἕνεκεν συνεχώρησεν ὁ Θεὸς μνηστευθῆναι ταύτην, &c, uſque ad Capitis *vigeſimi octavi*, ſive *ultimi*, hæc verba: (4) Οὗτοι δὲ οἱ προσκυνήσαντες ἐν τῇ Γαλιλαίᾳ - - - .

Decimo octavò, & quidem à fol. 204 pag. 1, uſq; ad fol. 223 pag. 2, *EJUSDEM Expoſitio in Evangelium S. Marci* à Capitis *primi* verſu *nono*: Καὶ ἐγένετο ἐν ἐκείναις ταῖς ἡμέραις, ἦλθεν Ἰησοῦς ἀπὸ Ναζαρὲτ τῆς Γαλιλαίας, καὶ ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου &c. (5) Οὔτε διὰ τὸ ἀφεθῆναι τῶν ἁμαρτιῶν ἔρχεται ὁ Ἰησοῦς ἐπὶ τὸ βάπτισμα· &c, uſque ad Caput *decimum*: Κἀκεῖθεν ἀναστὰς ἔρχεται εἰς τὰ ὅρια τῆς Ἰουδαίας &c. (6) Συνεχῶς τὴν Ἰουδαίαν ἠφίει ὁ Κύριος &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 224 pag. 1, uſque ad fol. 274, ſive ultimum, *EJUSDEM Expoſitio in Evangelium S. Lucæ* cum præfixâ *Hypotheſi* ſive *Argumento*, cujus principium: (7) Λουκᾶς ὁ θεῖος, Ἀντιοχεὺς μὲν ἦν, ἰατρὸς δὲ, καὶ τὴν ἔξω σοφίαν πολύς· &c. Sequitur deinde ipſum *Caput primum* cum ſubjunctâ *Expoſitione*, hoc modo: Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι διήγησιν &c. (8) Τίνες ἦσαν οἱ πολλοὶ οὗτοι οἱ ἐπιχειρήσαντες, &c. Pertingit autem ibi *Expoſitio* illa incluſivè uſque ad Capitis *decimi quinti* hæc verba: (9) Καὶ γυναῖκα δὲ νοήσαις τὴν σοφίαν καὶ δύναμιν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς τὸν αὐτοῦ Υἱὸν, ὃς ἀπώ - - - .

XCVI.

NONAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum & tredecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homiliæ* ſive *Orationes novem in Geneſin*; quarum *prima*, quæ in editionibus impreſſis eſt *trigeſima prima*, incipit his verbis: Πολλάς ὑμῖν

Aa ἔχω

(1) Scriptum illud eſt *recentiori* manu ob ſuperfluitatem folii iſtius vacui. (2) Hoc eſt: *Quàm durum ac grave eſt, ô Jupiter & reliqui vos Dii, ſervum eſſe deſipientis Domini!* (3) Vide *Expoſitionis Theophylacti in quatuor Evangelia* editionem græc. lat. Pariſ. apud Claudium Morellum An. 1631 in folio, pag. 7. (4) Vide ibid. pag. 183. (5) Vide ibid. pag. 192. (6) Vide ibid. pag. 242. (7) Vide ibid. pag. 293. (8) Vide ibid. pag. 297. (9) Vide ibid. pag. 444.

ἔχω χάριτας, ὅτι μεθ' ἡδονῆς ἐδέξαϑε χθὲς &c; *ultima* autem ſive *trigeſima nona*: Εὐδῆλε, ἀγαπητοὶ, πῶς οὐδὲν ἀργὸν τῶν παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ κειμένων· &c.

XCVII.

N*ONAGESIMUS SEPTIMUS* Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque *ducentis quadraginta duobus* foliis, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo S. GREGORII NAZIANZENI *Homiliæ ſedecim: cum antiquis nonnullis Scholiis marginalibus*: nempe prima *in Sanctum Paſcha & in Tarditatem*; ſecunda, quæ eſt *ſecunda in Sanctum Paſcha*; tertia *in Novam Dominicam & S. Martyrem Mamantem*; quarta *in Sanctam Pentecoſten*; quinta *in Maccabæos*; ſexta *in S. Cyrianum Martyrem*; ſeptima *de Sermonibus ſuis & ad Julianum tributorum exæquatorem*; octava *in Sanctam Chriſti Nativitatem*; nona *funebris in S. Baſilium Magnum*; decima *in Sancta Lumina*, ſive, *in Feſtum Epiphaniæ*; undecima *in Sanctum Baptiſma*: duodecima *ad S. Gregorium Epiſcopum Nyſſenum, fratrem S. Baſilii Magni*; decima tertia *in laudem S. Athanaſii, Archiepiſcopi Alexandrini*; decima quarta *in præſentia centum quinquaginta Epiſcoporum*; decima quinta περὶ φιλοπτωχίας, ſive, *de Amore pauperum*; decima ſexta *in Patrem ſilentem ob plagam grandinis*.

XCVIII.

N*ONAGESIMUS OCTAVUS* Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis quinquaginta tribus*. Continentur eo JOANNIS CLIMACI *Scala Paradiſi á Gradu octavo*, qui ibi inſcribitur atque incipit: Ἀρχὴ τῆς β' βιβλίȣ τῆς ἁγίας Κλίμακος. Περὶ ἀοργησίας ἠπίας καὶ πρᾳότητος λόγος ἀσκητικὸς ὄγδοος. (1) Ὥσπερ ὕδωρ ἐν φλογὶ κατὰ μικρὸν προστιθέμενον τελείως τὴν φλόγα ἀποσβέννυσιν, οὕτως &c; *uſque ad Gradum vigeſimum quintum*, qui inſcribitur atque incipit: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τῶν παθῶν ἀπωλείας τῆς ὑψίςȣ ταπεινοφροσύνης ἀοράτῳ αἰσθήσει ἀνάβασις εἰκοςὴ πέμπτη. Ὁ ἀγάπης κυρίȣ κυρίως, καὶ ταπεινοφροσύνης ἁγίας πρεπόντως, &c. Adjuncta ibidem eſt *octodecim illis Gradibus*, & τῷ Κειμένῳ, ſive *Contextui* alternatim permixta eſt ampliſſima Ἑρμηνεία ſive *Expoſitio* ELIÆ *Metropolitæ Cretenſis*, incipitque *Commentarius in Gradum octavum* his verbis: Ἑρμηνεία τοῦ η λόγȣ. Ὥσπερ δὴ κατὰ φλογὸς καιομένης ὕδατος κατὰ μικρὸν προστιθεμένȣ, τελείως αὕτη ἐξαφανίζεται, οὕτω δὴ &c; in *Gradum* autem *vigeſimum quintum*, hoc modo: Ἑρμηνεία. Ἐνταῦθα διηγεῖται ὁ ἅγιος τῆς ὑψίςȣ ταπεινοφροσύνης τὴν ἄμαχον δύναμιν &c. Meminit hujus *Commentarii* R. P. *Matthæus Raderus* S. J. capite quarto *Iſagoges ad Joannis Climaci Scalam*. Vid. pluribus CL. *Lambec.* Lib. IV. *Comment.* pag. 194. Cæterùm notabile etiam eſt, in eodem Codice manuſcripto, de quo in præſens ex profeſſo agitur, ſuprà memoratis *octodecim Scalæ Paradiſi Gradibus* præfixum eſſe pecu-

(1) Vide Operum *Joannis Climaci* editionem græco-latinam Raderianam pag. 170. ubi principium hoc aliquantulùm variat.

peculiarem *Indicem*, cujus titulus: Πίναξ τῆς δευτέρας βίβλου τῆς ἁγίας Κλίμακος. Hoc eſt: *Index ſecundi Libri ſanctæ Scalæ*; in fine autem *Lemmatis Gradûs vigeſimi quinti* ibidem legi hæc verba: Τοὺς δὲ τοὺς λόγους ἡ βίβλος ἥδε φέρει· ἡ δ' αὖ ἑτέρα τῆς λοιπῆς τριακοντάδος. Hinc enim patet, Exemplar hoc *Scalæ Paradiſi*, cum *Eliæ Metropolitæ Cretenſis* alternatim permixto Commentario in unum Corpus redactum, *tribus* olim conſtitiſſe *Libris*, *totidémque Voluminibus in folio*; ex quibus ego hactenùs inter Codices MStos Græcos *Cæſareos ſecundum* duntaxat reperi. Ubi autem *primum* & *tertium* ejusdem Exemplaris *Volumen* latitent, nondum mihi eſt cognitum.

XCIX.

NONAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *folio*, conſtátque foliis *centum ſexaginta quinque*, & ad R. P. *Andream Schottum*, Societatis Jesu doctiſſimum & celeberrimum Theologum, olim pertinuit. Continentur eo *JOANNIS CLIMACI Scala Paradiſi* & *Liber ad Paſtorem* cum *Variantibus Lectionibus* ex alio quodam antiquiori Codice MSto deſumptis, & in margine adſcriptis. Ante *Scalam Paradiſi* exſtat etiam in hoc Codice *Vita Joannis Climaci à Daniele Monacho Raitheno* conſcripta, cujus principium: Τὸ μέν τις ἡ ἐνεγκαμένη τὸν γεννάδαν καὶ ἐκθρεψαμένη &c; ut & *Epiſtola Joannis Abbatis Rhaithi ad Joannem Climacum* cum ipſius *Epiſtolâ reſponſoriâ*. In fine autem poſt *Librum ad Paſtorem* ſequitur *NICEPHORI CALLISTI*, *cognomine Xanthopuli*, (1) *Catalogus metricus præcipuorum Eccleſiæ Chriſtianæ Sanctorum Patrum Græcorum*; cujus principium:

Οἱ καλλύναντες ἐν λόγοις ἐκκλησίαν,
Μέγας Διονύσιος Ἀρείου πάγου,
Μέγας Ἀθανάσιος Ἀλεξανδρείας, &c.

Inter illos enim fit etiam mentio *Joannis Climaci* hoc verſu:

Ὁ τῆς ΚΛΙΜΑΚΟΣ ἡ μετάρσιος βάσις.

Clauditur denique totus ille Codex hâc ſubſcriptione: *Conſtitit hic Liber Joannis Climaci Andreæ Schotto Antwerpiano duodecim coronatis, hoc eſt, centum viginti Regalibus pro operâ ſcribæ; & ægrè eo precio comparavit Tarracone anno M. D. LXXXV, menſe Auguſto, in ædibus Antonii Auguſtini Archiepiſcopi Tarraconenſis.*

C.

CENTESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum quinquaginta uno*. Continetur eo Ἐξήγησις, ſive *Expoſitio in Prophetam ESAIAM*, cujus titulus & principium: (2) Κυρίλλου εἰς τὸν Προφήτην Ἡσαΐαν Ἐξήγησις. Ὑπόθεσις τοῦ βιβλίου. Ὑπόθεσις τοῦ βιβλίου ἡ φανερὰ καὶ αὐτόθεν ληπτή· &c. Finitâ hâc *Hypotheſi* ſive *Argumento* ſequitur τὸ Κείμενον, ſive ipſe *Contextus Prophetiæ*

(1) Vide ipſius Συνοπτικὴν περὶ θείαν γραφὴν, Σύνοψιν τῆς θείας γραφῆς ſubjunctam, & cum *Theodori Prodromi* Epigrammatibus græcè in octavo editam Baſileæ, typis Joannis Bebelii, A. 1536. (2) Ita quidem *Expoſitio* illa attribuitur *S. Cyrillo Archiepiſcopo Alexandrino*; mihi tamen de vero autore nondum ſatis liquet; ſed ampliùs deliberandum eſſe cenſeo.

phetiæ, unà cum ſubjunctâ *Expoſitione*, hoc modo: Κείμενον· Ὅρασις, ἣν εἶδεν Ἡσαΐας υἱὸς Ἀμὼς, ἣν εἶδε κατὰ τῆς Ἰουδαίας καὶ κατὰ Ἱερουσαλὴμ ἐν ἡμέραις Ὀζίου καὶ Ἰωάθαμ, καὶ Ἄχαζ καὶ Ἐζεκίου, βασιλέων Ἰούδα. Ἑρμηνεία· &c. Eodem ferè modo incipit *Epitome Commentariorum Procopii Gazæi in Eſaiam*, quam Vir doctiſſimus *Joannes Curterius* græcè & latinè edidit Pariſiis apud Nicolaum Cheſneau A. 1580 in folio. Initium enim *Expoſitionis Procopianæ* eſt ibi tale: Ἀκριβεστέρα τῶν αἰσθήσεων ὅρασις πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας κατάληψιν· οὐχ ὁμοίως γὰρ ἀκοή τε καὶ ὅρασις φοβερῶν ἢ τῶν ἡδέων ἀντιλαμβάνονται· διόπερ τῶν ἀληθῶν ἡ θεωρία, &c.

CI.

CENTESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 4 pag. 1, *Index græcus* variorum *NILI CABASILÆ, Archiepiſcopi Theſſalonicenſis*, Librorum ſchiſmaticorum, ſeu potiùs hæreticorum, contra *Latinos*.

Secundò, & quidem à fol. 5 pag. 1, uſque ad fol. 26 pag. 1, jam memorati *NILI CABASILÆ Liber de cauſis Diſſenſionis Eccleſiaſticæ inter Latinos & Græcos*, cujus titulus: Τοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαρίου Πατρὸς ἡμῶν Νείλου Ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης λόγος ἀποδεικνὺς, &c. Incipit deinde ipſa *Diſſertatio* his verbis: Ἡγούμεθα δεῖν πρὸς Λατίνους ποιουμένους τὸν λόγον, &c. Edidit hunc Librum *græcè* & *latinè Claudius Salmaſius* Hanoviæ, typis Wechelianis, apud Claudium Marnium, An. 1608 in octavo; quid autem de illo aliiſque ejuſmodi *Nili* ſcriptis judicandum ſit, rectè ac verè doctiſſimus *Leo Allatius* in *Diatribâ de Nilis & eorum Scriptis* pag. 45 indicat.

Tertiò, & quidem à fol. 11 pag. 1, uſq; ad fol. 22 pag. 2, *EJUSDEM Liber contra Primatum Papæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῆς τοῦ Πάπα ἀρχῆς. Φασὶν οἱ Λατῖνοι τὸν μακάριον Πέτρον, κορυφαῖον παρὰ τοῦ Κυρίου καταστάντα τῆς ἱερᾶς δωδεκάδος, &c. Hunc quoque Librum edidit *Claudius Salmaſius* cum proximè præcedenti *græcè* & *latinè* Hanoviæ A. 1608 in octavo.

Quartò, & quidem à fol. 22 pag. 2, uſque ad fol. 62 pag. 1, *EJUSDEM* (1) *Reſponſio compendiaria adverſus Latinos, velut Enchiridion quoddam cum illis diſputandi.* Ipſa tituli græci verba, cum principio Opuſculi, ſunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ ἀπάντησις σαφής τε καὶ σύντομος πρὸς Λατίνους ὥσπερ ἐγχειρίδιόν τι προκείμενον τοῖς βουλομένοις ἀγωνίζεσθαι πρὸς ἐκείνους, &c.

Quintò, & quidem à fol. 26 pag. 2, uſque ad fol. 279 pag. 2, *EJUSDEM Opus* (2) *de Proceſſione Spiritûs Sancti*, quod inſcribitur his verbis: Τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου καὶ μακαρίου Πατρὸς ἡμῶν Νείλου Ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης πρὸς τὸ συμπέρασμα τῶν Λατίνων ἢ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ordo autem ejuſdem Operis eſt talis: Primum obtinent locum *Capita ſeu Argumenta Latinorum quadraginta novem pro Proceſſione Spiritûs Sancti*

(1) Vide ſuprà citatam *Leonis Allatii* Diatribam de *Nilis* & eorum Scriptis pag. 45. (2) Vide ſuprà citatam *Leonis Allatii* Diatribam de Nilis & eorum Scriptis pag. 49.

Sancti ex Patre & Filio, quorum titulus & principium: Λόγοι Λατίνων, ἐξ ὧν οἴονται δεικνύναι, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον. Λατίνων κεφάλαιον ά. Πρῶτον μὲν ἀρχαῖα τίς ἐστι δόξα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας &c. Deinde ſequitur *Refutatio eorundem Capitum generalis, diviſa in Diſſertationes quinque*, quarum *prima* incipit his verbis: Καὶ ταῦτα μὲν ἡ τῶν Λατίνων ἐκκλησία συνηγοροῦσα τῇ δόξῃ τῆς ἑαυτῆς, &c; *ſecunda*: Ὅτι δὲ καὶ ἡ τῶν Ἀποστόλων παράδοσις &c; *tertia*: Ἔπειτα μὴν καὶ ἐκ τῶν ἀποφάσεων &c; *quarta*: Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀπὸ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς τρίτης Συνόδου &c; *quinta*: Καὶ μὴν καὶ ἐκ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἕκτης Συνόδου &c. Hâc finitâ *Refutatione generali*, ſequitur porrò eorundem ſuprà memoratorum *quadraginta novem Capitum ſeu Argumentorum Refutatione ſpecialis*, diviſa in *quadraginta novem* Λύσεις, ſive *Solutiones*, contextui uniuscujuſq; *Capitis* ſeu *Argumenti* ſingulatim ſubjunctas, quarum *generalis inſcriptio* eſt talis: Λύσις τῶν προτάσεων τῶν Λατίνων, ἐξ ὧν συνάγειν οἴονται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. Hinc porrò ſequuntur ipſa *Capita* ſeu *Argumenta*, cum ſchiſmaticis ſeu potiùs hæreticis *Nili Solutionibus*, hoc modo: Λατίνων κεφάλαιον πρῶτον. Πρῶτον μὲν ἀρχαῖα τίς ἐστι δόξα τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας &c. Λύσις τῶν προειρημένων τοῦ αὐτοῦ. Πάντα μᾶλλον ἢ τὰ τοιαῦτα γένοιτ' ἂν ἀληθῆ· τοὐναντίον γὰρ &c. Plura de hoc *Nili* Opere vide apud doctiſſimum *Leonem Allatium* in *Diatribâ de Nilis & eorum ſcriptis*, *S. Nili Aſcetæ, diſcipuli S. Joannis Chryſoſtomi Epiſtolis*, Romæ, typis Barberinis græcè & latinè, A. 1668 in folio editis, ſubjunctâ, pag. 49, 50 & 51; item Lib. 2 de Eccleſ. Occid. & Orient. perpetuâ Conſenſione cap. 18, §. 8; ſed ibi perperàm traditur Opus hoc eſſe diviſum in *Libros quadraginta novem*, cùm illi re verâ tantùm ſint tot unius Libri *Capita*.

Sextò, & quidem à fol. 281 pag. 1, uſque ad fol. 289 pag. 1, BARLAAMI (1) CALABRI *Demonſtrationes duæ ad Legatos Papæ de Proceſſione Spiritûs Sancti ex ſolo Patre*; quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Βαρλαὰμ μοναχοῦ πρὸς τοὺς τοῦ Πάπα πρέσβεις ἀπόδειξις ὅτι ὑποκειμένου ἐκ μόνου Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδὲν ὅλως ἀδύνατον ἕπεται, οὐδέ τι τῶν ὁμολογουμένων τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναιρεῖται δογμάτων. &c.

Septimò, & quidem à fol. 289 pag. 2, uſque ad fol. 295 pag. 1, EJUSDEM *Dialogus contra Legatos Papæ de Proceſſione Spiritûs Sancti*, cujus titulus & principium: Δόγμα Λατίνων γραφὲν ὑπὸ τῶν πρέσβεων τοῦ Πάπα, εἶτα τοῦ αὐτοῦ ἡ τούτου ἀνασκευή. Λατῖνος. Ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς μία εἰσὶν ἀρχὴ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐπεὶ &c.

Octavò, & quidem à fol. 295 pag. 1, uſque ad fol. 297 pag. 1, EJUSDEM *Epiſtola ad Nicolaum Archiepiſcopum de Primatu Papæ*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν Ἀρχιεπίσκοπον Νικόλαον περὶ τοῦ Πάπα. Μὴ τοῦτο οἴου, σεβάσμιε Πάτερ, ὅτι, τοῦ Πάπα τῶν ὀρθῶν ἐκπεσόντος δογμάτων, &c.

Nonò, & quidem à fol. 297 pag. 1, uſq; ad fol. 299 pag. 1, EJUSDEM *Diſſertationes duæ contra S. Thomam Aquinatem de S. Trinitate*; quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ αὐτοῦ κατὰ Θωμᾶ λέγοντος, ὅτι κατὰ μόνα τὰ πρός τι διαφέρουσιν ἀλλήλων τὰ θεῖα πρόσωπα. Θωμᾶς μὲν οὐδένα τρόπον διαφορᾶς ἐν τῇ Τριάδι οἴεται, &c.

(1) Vide de eo Lib. III. Lambecianorum Commentar. pag. 194 & 220, & Lib. IV, pag. 326 & 327. Confer etiam hunc *Scriptorum Barlaami Catalogum* cum *altero* illo, qui exſtat apud *Leonem Allatium* Lib. 2 de Eccleſ. Occid. & Orient. perpet. Conſenſ. cap. 17, §. 1, colum. 825, 826 & 827.

Decimò, & quidem à fol. 299 pag. 1, uſque ad fol. 305 pag. 2, *EJUSDEM Diſſertationes tres contra Legatos Papæ de Proceſſione Spiritûs Sancti*, quarum prima inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τοὺς Πρέσβεις, ὅτι ἐναντίαις περιπίπτουσι δόξαις. Ὃ μάλιστα τῶν ὑμετέρων θαυμάζω, τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἐπ᾽ οὐδεμίας ἀκινήτου ἐννοίας ὁρῶ ὑμᾶς ἱδρυμένους, ἀλλ᾽ ἀτάκτως &c.

Undecimò, & quidem à fol. 305 pag. 2, uſque ad fol. 307 pag. 1, *EJUSDEM Reſponſio ad Archiepiſcopi Boſphorani argumenta de Proceſſione Spiritûs Sancti*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἀπάντησις πρὸς τὰ ἐπιχειρήματα, ἃ πρὸς αὐτὸν εἶπεν ὁ Ἀρχιεπίσκοπος Βοσπόρου περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Φησὶ, ὅτι Πατρὸς καὶ Υἱοῦ θέλημα ἕν, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 307 pag. 1, uſque ad fol. 309 pag. 2, *EJUSDEM Oratio contra Latinos, ex variis variarum Orationum S. Gregorii Nazianzeni & S. Baſilii Magni fragmentis coagmentata*, cujus titulus & principium: Λόγος συντεθειμένος ἐκ διαφόρων τμημάτων τῶν τοῦ Θεολόγου λόγων, ἔτι δὲ καὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ἁρμόδιος καὶ πρὸς τοὺς σοφοὺς τῶν Λατίνων λέγεσθαι. Ἐπειδὴ τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀπερίεργον τῆς θείας ἡμῶν ἀτιμάσαντες πίστεως, &c.

Cæterùm notabile etiam eſt, poſſeſſorem hujus Codicis manuſcripti ante *Augerium Busbeckium* fuiſſe *Macarium* quendam, *Monembaſiâ* Peloponneſi Urbe oriundum, qui anno Mundi 7056, ſive anno Chriſti 1548, Indictione ſextâ, die ſexto Auguſti, in Feſto Transfigurationis Chriſti, à *Patriarchâ Conſtantinopolitano Dionyſio Archiepiſcopus* (1) *Proconneſi* ordinatus eſt, ut ipſe ibi teſtatur græco-barbarâ propriæ manûs inſcriptione fol. 280, pag. 1.

CII.

CENTESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum quadraginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 3 pag. 2, *INDEX Græcus*, quo enumerantur *Matthæi Quæſtoris Opuſcula hæretica viginti duo contra Latinos*, ex quibus in hoc Codice MSto nunc tantùm ſuperſunt *octo priora*.

Secundò, & quidem à fol. 4 pag. 1, uſque ad fol. 18 pag. 1, *MATTHÆI QUÆSTORIS Antitheſis contra S. Thomam Aquinatem* (2) *de Proceſſione Spiritûs Sancti*; cujus titulus & principium: Θωμᾶ Λατίνου Φιλοσόφου τοῦ Ἀχίνου τῆς τάξεως τῶν Φρερικηρύκων, ὡς ἐν τοῖς θείοις λυπεῖον ἂν εἴη τὴν ἐκπόρευσιν τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἀντίθεσις πρὸς ταῦτα Ματθαίου Κοιαίστωρος Ἀγγέλου τοῦ Παναρέτου. Προοίμιον τῆς Ἀντιθέσεως. &c.

Tertiò, & quidem à fol. 18 pag. 1, uſque ad fol. 69 pag. 1, *EJUSDEM Antitheſis contra S. Thomam Aquinatem de Igne purgatorio*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Φιλοσόφου Θωμᾶ τοῦ Ἀχίνου λόγος ἕτερος, πῶς ἐστὶν ὁ ἰδικὸς τόπος, ἔνθα αἱ ψυχαὶ καθαί-

(1) Inſula ea eſt *Propontidis*, & à *Ptolemæo* appellatur Προκόννησος, à *Stephano* autem de Urbibus Προκόννησος. Vulgò nunc ea græco-barbare vocatur Μαρμαρᾶ; quâ de re vide *Martini Cruſii* Turco-Græciam, pag. 318 & 319. (2) Vide Opuſculum ipſius *contra errores Græcorum*, quod exſtat Tomo XVIImo editionis Romanæ anni 1570 in folio.

καθαίρονται πρὶν ἀπελθεῖν εἰς τὸν Παράδεισον, καὶ ὅτι μετὰ τὴν τελευτὴν ἅπαντες τῶν ἀνθρώπων, &c.

Quartò, & quidem à fol. 69 pag. 2, uſque ad fol. 91 pag. 1, *EJUSDEM Diſſertatio contra Latinos de Primatu Papæ*, cujus titulus & principium: Ματθαίου Κοιαίστωρος Ἀγγέλου τοῦ Παναρέτου ἀνασκευὴ τῶν λεγομένων παρὰ Λατίνων, ὡς ὁ Πάπας ἔχει τὴν ἀρχὴν πάσης ἐκκλησίας, λαβὼν αὐτὴν κατὰ διαδοχὴν ἀπὸ τοῦ μακαρίου Πέτρου, καὶ ὡς ἔξεστιν αὐτῷ κατὰ πᾶσαν ἐξουσίαν καὶ δογματίζειν καὶ ποιεῖν ὅσα καὶ βούλοιτο. &c.

Quintò, & quidem à fol. 91 pag. 2, uſque ad fol. 99 pag. 1, *EJUSDEM Refutatio ſex Capitum à Latinis editorum in defenſionem Proceſſionis Spiritûs Sancti ex Patre & Filio*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ κατὰ τῆς ἀθέου καὶ πνευματομάχου ἀσεβείας τῶν Λατίνων. Ταῦτα τὰ ἓξ κεφάλαια προφέρουσιν οἱ Λατίνοι &c.

Sextò, & quidem à fol. 99 pag. 2, uſque ad fol. 101 pag. 1, *EJUSDEM Demonſtratio, in quot abſurditates Latini neceſſariò incidant, dum Spiritum Sanctum etiam ex Filio procedere aſſerunt.* Ipſa tituli græci verba, cum principio Demonſtrationis, ſunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ Ἀπόδειξις εἰς ὅσα πίπτουσι ἐξ ἀνάγκης οἱ Λατῖνοι τὰ ἄτοπα, λέγοντες τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορεύεσθαι. Τοῖς λέγουσι καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορεύεσθαι, δύο αἴτια ἐξ ἀνάγκης ἕπεται λέγειν· &c.

Septimò, & quidem à fol. 101 pag. 2, uſque ad fol. 112 pag. 2, *EJUSDEM Diſſertatio de aliis viginti duobus abſurdis erroribus Latinorum*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν ἄλλων ἁμαρτημάτων τῶν κακοδόξων Λατίνων, κβʹ ὄντων. Ὁ τι θύοντες ἄζυμα, τὴν νέαν καταλύουσι διαθήκην, πολλὴν ἔπρεπεν ἡμῖν &c.

Octavò, & quidem à fol. 113 pag. 1, uſque ad fol. 116 pag. 2, *EJUSDEM Diſſertatio contra Latinos de Primatu Papæ*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τοὺς Λατίνους λέγοντας τὸν θεῖον Πέτρον ποιμένα τῶν Ἀποστόλων καὶ μείζονα καὶ πρῶτον τῷ ἀξιώματι, διὸ καὶ τὸν Πάπαν ἀξιοῦσι πρὸ πάσας τὰς τῆς οἰκουμένης ἐκκλησίας τοιοῦτον εἶναι, κατὰ τὸν Ἀπόστολον Πέτρον. &c.

Nonò, & quidem à fol. 116 pag. 2, uſque ad fol. 143 pag. 2, *EJUSDEM Diſſertatio contra Latinos de Azymis*, cujus titulus & principium: Ματθαίου Κοιαίστωρος Ἀγγέλου τοῦ Παναρέτου κατὰ τῶν Λατινικῶν ἀζύμων. Ἐγὼ μὲν πολλάκις παρεσκευαζόμην πρὸς τὴν κατὰ τῶν ἀζύμων αἵρεσιν ἀποδύσασθαι, &c. Notandum autem eſt, è regione iſtius tituli propriâ *Joannis Sambuci* manu in margine ibidem adſcripta eſſe hæc verba: *Matthæus hic fuit Rhodius, & vixit paulò ante Concilium Florentinum, ut ex Scholario apparet, vir non indoctus.* Hæc *Sambucus.* Meminit ejuſdem Autoris etiam *Leo Allatius* Lib. 2 de Eccleſ. Occid. & Orient. perpet. Conſenſione cap. 17, §. 5, ſed appellat eum ibi ſolo cognomine *Panaretum*, & lectori dijudicandum relinquit, an ille ſit idem atque *Panaretus Præfectus Veſtiarii*, quem *Georgius Pachymeres* lib. 5 Hiſtoriæ Byzantinæ cap. 17 & 21 refert, A. C. 1273 ab *Imp. Michaële Palæologo* unà cum aliis quatuor Legatis concordiæ Eccleſiaſticæ cauſâ miſſum eſſe *Romam* ad *Summum Pontificem Gregorium Xmum*, & in itinere cum uno ex Legationis ſuæ Collegis, nempe *Magno Interprete Berrhæotâ*, apud *Maleam* Peloponneſi promontorium naufragio periiſſe.

CENTE-

CIII.

CENTESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, ſcriptus manu (1) *Andreæ Darmarii Epidauriotæ*, conſtátque foliis *quadraginta ſex*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo JOANNIS *Metropolitæ Euchaitorum Poëmata ſacra Jambica*, quorum *Titulus generalis*, cum annexâ Vitæ ipſius Epitome, eſt talis: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ἸΩΑ'ΝΝΟΥ ΜΗΤΡΟΠΟΛΙ'ΤΟΥ ἘΥΧΑΙ'ΤΩΝ Ὑπόμνημα. Ὁ Βίος. Οὗτος ἦν ἐπὶ τοῦ Βασιλέως Ῥωμαίων Κωνσταντίνου τοῦ Μονομάχου καὶ Ζωῆς τῆς Βασιλίσσης. &c. Ipſorum autem *Poëmatum Inſcriptiones* & *principia*, ſi placet, prolixius & ſpecialius vide apud CL. *Lambecium* Lib. V. *Comment.* pag. 29, 30, 31, 32, 33. &c. Cæterùm nec ſilentio prætereundum eſt, hæc JOANNIS *Metropolitæ Euchaitenſis Poëmata ſacra à Joanne Meurſio* ſexies citari in *Gloſſario Græco-Barbaro*, & quidem velut *jam edita.* Quo autem tempore & loco, cujuſque curâ & ſtudio editio illa in lucem prodierit, nondum potui indagare.

CIV.

CENTESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis quadraginta ſeptem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 2, uſque ad fol. 10 pag. 2, *S. BARSANUPHII, Anachoretæ Palæſtini, Quæſtiones & Reſponſiones variæ aſceticæ*, quarum titulus & principium: Ἐκ τῶν ἐρωτήσεων τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Βαρσανουφίου. Ἐρώτησις. Πῶς ἔστι καθίσαι ἐν τῷ κελλίῳ, Ἀπόκρισις. Τὸ καθίσαι ἐν τῷ κελλίῳ, ἐστι τὸ μνημονεύειν τινα τῶν ἰδίων ἁμαρτιῶν καὶ κλαίειν αὐτὰς &c.

Secundò, & quidem à fol. 10 pag. 2, uſque ad fol. 17 pag. 1, *NICEPHORI Monachi Oratio aſcetica de cuſtodiâ mentis & cordis*, cujus titulus & principium: Νικηφόρου μοναχοῦ λόγος ὠφελείας μεστὸς περὶ φυλακῆς νοῦ καὶ καρδίας. Ὅσοι τῆς μεγαλοπρεποῦς τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ θεϊκῆς φωτοφανείας τυχεῖν ἐρωτικῶς ἔχετε, &c. Notandum autem eſt, huic Orationi inſertas eſſe varias inſignes *Narrationes & Sententias aſceticas ex Vitis Patrum*, inter quas etiam eſt *Narratio de Diocleto Abbate.*

Tertiò, & quidem à fol. 17 pag. 1, uſque ad fol. 32 pag. 2, *HESYCHII, Presbyteri Hieroſolymitani ad Theodulum Capita ducenta de Temperantiâ & Virtute*, quorum titulus & principium: Ἡσυχίου πρεσβυτέρου πρὸς Θεόδουλον λόγοι ψυχωφελεῖς περὶ νήψεως καὶ ἀρετῆς, ἤγουν κεφάλαια διακόσια, τὰ λεγόμενα ἀντιῤῥητικὰ καὶ εὐχικά· Κεφάλαιον ά. Νῆψις ἐστὶ μέθοδος πνευματικὴ &c.

Quartò, & quidem à fol. 33 pag. 1, uſque ad fol. 53 pag. 1, *S. DIADOCHI, Photices in Veteri Epiro ſive Illyrico Epiſcopi, Capita centum aſcetica de Perfectione ſpirituali, cum Definitionibus decem, Proœmii loco præfixis*, quorum titulus & principium: Τοῦ μακαρίου Διαδόχου, Ἐπισκόπου Φωτικῆς τῆς Ἠπείρου, διὰ ποίας δὴ γνώσεως &c.

Quintò,

(1) Vide Lib. IV. Lambecianorum Commentariorum pag. 180 & 218.

Quintò, & quidem à fol. 53 pag. 2, uſque ad fol. 84 pag. 1, *S. MACARII Ægyptii ſive Scetenſis Capita aſcetica centum ſeptuaginta, metaphraſi illuſtrata à Symeone Logothetâ;* quorum titulus & principium: Κεφάλαια τοῦ ἁγίου Μακαρίου μεταφρασθέντα, παρὰ Συμεὼν τοῦ λογοθέτου. Κεφάλαιον α΄. Χάριτι μὲν καὶ δωρεᾷ τοῦ Πνεύματος θείᾳ ἕκαστος ἡμῶν τὴν σωτηρίαν ποιρίζεται, &c. Meminit eorundem Capitum *Leo Allatius* in Diatribâ de *Symeonum* Scriptis pag. 132.

Sextò, & quidem à fol. 84 pag. 1, uſque ad fol. 127 pag. 2, *NICETÆ, Monachi & Presbyteri Monaſterii Studitarum, cognomine Stethati ſive Pectorati, Capitum aſceticorum Centuriæ tres*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit hoc modo: ΝΙΚΗ'ΤΑ, ταπεινοῦ μοναχοῦ καὶ πρεσβυτέρου τῆς εὐαγεστάτης μονῆς τῶν Στουδίτων, τοῦ Στηθάτου, πρώτη πρακτικὴ κεφαλαίων ἑκατοντάς. Κεφάλαιον α΄. Τέσσαρας οἴομαι τὰς αἰτίας ἐν τετράδι τελείᾳ τῶν ἀρετῶν &c. Hic autem eſt idem ille *Nicetas Stethatus, Monachus Studita*, qui ſynchroni Patriarchæ Conſtantinopolitani *Michaëlis Cerularii* autoritatem & exemplum ſecutus, *adverſus Romanam Eccleſiam* ſcripſit atque edidit *Librum ſchiſmaticum de Proceſſione Spiritûs Sancti ex ſolo Patre, de Azymis, de Jejunio Sabbati & de nuptiis Sacerdotum;* quem ipſe reſipiſcens poſteà damnavit, & *Imp. Conſtantinus Monomachus, Humberti Cardinalis* cæterorúmque Sedis Apoſtolicæ Legatorum hortatu, Conſtantinopoli publicè juſſit comburi. Quâ de re vide *Card. Baronii* Annal. Eccleſiaſt. Tom. XImum, an. 1054 num. 20 & 21; item *Leonis Allatii* de Eccleſ. Occident. & Oriental. perpetuâ Conſenſione lib. 2, cap. 9, §. 6, & R. P. *Philip. Labbei* Chronologiam Hiſtoricam an. 1053 & 1054.

Septimò, & quidem à fol. 128 pag. 1, uſque ad fol. 170 pag. 2, *S. ISAACI SYRI, Anachoretæ & Abbatis, Sermones aſcetici varii*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ τοῦ ἀναχωρητοῦ καὶ ἀσκητοῦ, τοῦ Σύρου, λόγος περὶ ἀποταγῆς καὶ μοναχικῆς πολιτείας. Ψυχὴ ἡ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα &c.

Octavò, & quidem à fol. 171 pag. 1, uſque ad fol. 198 pag. 2, *S. MAXIMI ad Elpidium Presbyterum Capita quadringenta de Charitate*, quorum titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀββᾶ Μαξίμου ἐπιστολὴ πρὸς Ἐλπίδιον πρεσβύτερον. Ἰδοὺ πρὸς τῷ περὶ ἀσκητικοῦ βίου λόγῳ, καὶ τὸν περὶ ἀγάπης πέπομφα λόγον &c.

Nonò, & quidem à fol. 198 pag. 2, uſque ad fol. 222 pag. 2, *S. MAXIMI Capitum de Theologiâ & Filii DEI in carne Oeconomiâ Capita ducenta quindecim*, quorum *primum* incipit his verbis: Εἷς Θεὸς ἄναρχος, ἀκατάληπτος, &c. Vide Librum *quartum* Lambecianorum Commentariorum pag. 211 & 213, item Librum *quintum* pag. 80.

Decimò, & quidem fol. 222 pag. 2, *Narratio ſuppoſititia & fabuloſa ſub nomine S. Pauli Apoſtoli de Exorciſmo viperarum, à S. Michaële Archangelo* per ſomnum ipſi revelato, poſtquam naufragus appulit in Inſulam *Melitam* ſive *Maltam*, & vipera ex ſarmentis, quæ pyræ frigoris cauſâ accenſæ impoſuerat, prorumpens, in manum ejus inſiluit. Ipſa tituli græci verba cum principio primæ hujus *Narrationis* ſunt hæc: Εὐχὴ τοῦ ἁγίου ΠΑΥΛΟΥ εἰς τὸν δάκνοντα ὄφιν. Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἐγὼ ΠΑΥΛΟΣ διώκτης καὶ λιθοβολιστὴς γέγονα τῶν τιμίων σκευῶν, καὶ ἐξῆλθον ἐν τῷ θάρσει μου εἰς (1) Σικελίαν, καὶ συνάξας φρυγάνων

 πλῆθος

(1) Perperàm hîc *Sicilia* confunditur cum Inſulâ *Melitâ* ſive *Maltâ*.

πλῆθ@ &c. Sequitur deinde *formula Exorciſmi*, his verbis: Ἐξορκίζω ὑμᾶς τὰς ἑξήκοντα πέντε γενεὰς τῶν θηρίων τῶν ἑρπόντων ἐπὶ τῆς γῆς &c. Occaſio fingendæ hujus fabulæ deſumpta eſt ex iis, quæ de S. *Pauli Apoſtoli naufragio* verè narrantur in *Actis Apoſtolorum*, cap. 27 & 28, quippe ubi S. *Paulus* omnes ſecum navigantes conſolatur, his verbis: *Aſtitit mihi hâc nocte* ANGELUS DEI, *cujus ſum ego, & cui deſervio, dicens: Ne timeas Paule; Cæſari te oportet aſſiſtere, & ecce donavit tibi* DEUS *omnes, qui navigant tecum. Propter quod bono animo eſtote Viri; credo enim* DEO, *quia ſic erit. In Inſulam autem quandam oportet nos devenire.* Annumeranda igitur eſt futilis illa *Narratio* reliquis ſub S. *Pauli* nomine confictis & divulgatis Scriptis ſuppoſitiis, de quibus diſtinctè & copioſè agit *Sixtus Senenſis* Bibliothecæ Sanctæ libro ſecundo.

Undecimò, & quidem fol. 222 pag. 2, ANONYMI cujuſdam ſynchroni Autoris *Annotatiuncula chronologica de magno terræ motu*, qui fuit *Conſtantinopoli* anno Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ 6908, ſive anno Æræ Chriſtianæ vulgaris 1400, menſe Januario, indictione octavâ, ſub *Imp. Manuele Imp. Joannis Palæologi filio.* Ipſa verba græca ſunt hæc: Ἐγένετο σεισμὸς μέγας ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ εὐσεβεστάτου Βασιλέως κυρίου Μανουὴλ, υἱοῦ Ἰωάννου τοῦ Παλαιολόγου ἐπὶ ἔτους ςϡη, μηνὶ Ἰανουαρίῳ, ἰνδικτιῶνι η.

Duodecimò, & quidem à fol. 223 pag. 1, uſque ad fol. 237 pag. 1, ex JOANNIS CASSIANI, *Eremitæ, patriâ Romani, ad Caſtorem Epiſcopum Libris quatuor de Inſtitutis & Regulis Cœnobiorum Ægypti & Orientis*, ab ipſo *latinè* ſcriptis, ut & ex *ejuſdem Libris octo ad eundem de octo primariis Cogitationibus vitioſis*, ab ipſo itidem *latinè* ſcriptis, ANONYMI cujuſdam Autoris *Epitome græca*, cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀββᾶ ΚΑΣΣΙΑΝΟΥ τοῦ ῬΩΜΑΙΟΥ πρὸς Κάστορα Ἐπίσκοπον περὶ διατυπώσεως κανόνων τῶν κατὰ τὴν Αἴγυπτον καὶ Ἀνατολὴν κοινοβίων καὶ τῆς τούτων διαγωγῆς· καὶ περὶ τῶν ὀκτὼ λογισμῶν. Ἐπειδή μοι προσέταξας, μακαριώτατε Πάτερ Κάστορ, &c. *Liber* autem *de præcipuis octo Cogitationibus vitioſis* inſcribitur atque incipit ſeparatim hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν ὀκτὼ λογισμῶν, Γαστριμαργίας, Πορνείας, Φιλαργυρίας, Ὀργῆς, Λύπης, Ἀκηδίας, Κενοδοξίας, καὶ Ὑπερηφανίας. Πρώην τὸν περὶ διατυπώσεως κοινοβίων συντάξαντες λόγον, &c. Plura de hâc *Joannis Caſſiani Librorum aſceticorum antiquâ Epitome græcâ* vide Libro *quarto* Lambecianorum Commentariorum.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 238 pag. 1, uſque ad fol. 245 pag. 2, S. NILI *de Cogitationibus & ſtatu Apathiæ ſive Impaſſibilitati proximo Capita viginti octo*, quorum titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Νείλου περὶ λογισμῶν καὶ καταστάσεως ἐγγυζούσης τῇ ἀπαθείᾳ κεφάλαια κη. Κεφάλαιον α. Τῶν ἀντικειμένων δαιμόνων τῇ πρακτικῇ, &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 246 pag. 1, uſque ad fol. 247 pag. 1, FLAVII JOSEPHI *Liber de Maccabæis, ſive de Imperio Rationis in Paſſiones*; cujus titulus & principium: Ἰωσήπου εἰς τὸ, αὐτοκράτορα τῶν παθῶν λογισμὸν εἶναι. Φιλοσοφώτατον λόγον ἐπιδείκνυσθαι μέλλων, εἰ αὐτοκράτωρ ἐστὶ τῶν παθῶν ὁ λογισμὸς, &c.

CENTE-

CV.

CENTESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis ſexaginta duobus*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 63 pag. 2, S. GREGORII NYSSENI *Homiliæ octo* εἰς τοὺς μακαρισμοὺς, ſive, *in octo Beatitudinis comparandæ modos, quorum ipſe Servator noſter* CHRISTUS *apud S. Matthæum Cap. V. meminit*. Earum prima incipit his verbis: (1) Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. Τίς ἄρα τοιοῦτός ἐστιν ἐν τοῖς συνειλεγμένοις &c.

Secundò, & quidem à fol. 64 pag. 1, uſque ad fol. 85 pag. 1, *EJUSDEM Epiſtola ad Olympium Monachum de Perfectione, & qualem oporteat eſſe Chriſtianum*; cujus principium: (2) Πρέπουσα τῇ προαιρέσει σου ἡ σπουδὴ &c.

Tertiò, & quidem à fol. 85 pag. 1, uſque ad fol. 92 pag. 1, *EJUSDEM Epiſtola ad Harmonium de nomine & profeſſione Chriſtianorum*, cujus principium: (3) Ὅπερ ποιοῦσι πρὸς τοὺς κρατοῦντας &c.

Quartò, & quidem à fol. 93 pag. 1, uſque ad fol. 145 pag. 1, & porrò à fol. 151 pag. 1, uſque ad fol. 166 pag. 2, *SEVERIANI Gabalorum in Syriâ Epiſcopi Orationes ſex in* Κοσμοποιΐαν, ſive *Creationem Mundi*, quæ in hoc Codice MSto perperàm attribuuntur S. *Joanni Chryſoſtomo*; rectè autem à Viro doctiſſimo *Henrico Savilio* ſub vero *Severiani* nomine primùm *græcè* editæ ſunt, (4) quemadmodum is eas ex alio quodam *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Codice MSto, inter Codices MStos Theologicos Græcos olim *centeſimo decimo*, nunc autem *ducenteſimo ſeptuageſimo nono*, à V. CL. (5) *Sebaſtiano Tengnagelio* benignâ communicatione acceperat. *Prima* illarum *ſex* Homiliarum incipit in Codice MSto CVmo, de quo in præſens agitur, his verbis: (6) Ἡ ἱστορία αὕτη ἐστὶ μὲν Μωυσέως τοῦ νομοθέτου σύγγραμμα &c. In altero autem *Codice Cæſareo ducenteſimo ſeptuageſimo nono*, ut & in editione impreſsâ *Savilianâ*, eſt ea in principio aliquanto auctior, incipitque hoc modo: (7) Πᾶσα εὐσεβείας ὑπόθεσις τῶν ψυχῶν ἐστι τῶν ἡμετέρων διόρθωσις· &c. *Secunda* earundem Homiliarum incipit: (8) Ψυχῆς πόθον ἐγείρει Θεοῦ λόγος &c; *tertia*: (9) Ὁ μὲν τοῦ κόσμου τεχνίτης &c; *quarta*: (10) Κάμνουσαν ἡμῖν τὴν φωνὴν &c; *quinta*: (11) Πολλὰ μὲν καὶ μεγάλα τὰ παρὰ τοῦ &c; *ſexta*: (12) Φέρε πάλιν τῆς ἐπαγγελίας ἁψώμεθα, &c.

Quintò, & quidem à fol. 145 pag. 1, uſq; ad fol. 150 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio*, cujus principium: Καλοὶ τῆς ὑπομονῆς οἱ πόνοι, &c. Exſtat ea in Operum S. *Joannis Chryſoſtomi* editione græcâ *Savilianâ*, Tom. V. pag. 648, & inſcribitur

hoc

(1) Vide Operum *S. Gregorii Nyſſeni* editionem græco-latinam Pariſienſem Tom. I. pag. 762. (2) Vide ibid. Tom. II. pag. 707. (3) Vide ibidem Tom. II. pag. 699. (4) Nempe Tomo *ſeptimo* Operum *S. Joannis Chryſoſtomi*, *Henrici Savilii* curâ & ſtudio octo Tomis in folio Etonæ in Angliâ græcè editorum, à pag. 587, uſque ad pag. 640. (5) Huc pertinent *Epiſtolæ tres*, ab ipſo *Henrico Savilio* eâ de cauſâ ad *Sebaſtianum Tengnagelium* An. 1610, & An. 1613 ſcriptæ, quas Additamento *vigeſimo primo* Appendicis Libri *tertii* ſuorum Commentariorum, pag. 383, 384 & 385 integras inſeruit CL. *Lambecius*. (6) Vide Operum *S. Johannis Chryſoſtomi* editionem Savilianam Tom. VII. pag. 588. (7) Vide ibid. pag. 587. (8) Vide ibid. pag. 594. (9) Vide ibid. pag. 600. (10) Vide ibid. pag. 607. (11) Vide ibid. pag. 618. (12) Vide ibid. pag. 628.

hoc modo: Ἐις τὸ, πῶς ὁ Ἀδὰμ ἔλαβε τὴν ψυχὴν, καὶ περὶ τοῦ πάθους τοῦ Χριστοῦ· Hoc eſt: *In illud, Quomodo Adam acceperit animam, & de Paſſione Chriſti.* Refertur autem ibi hæc Oratio inter ſcripta *S. Joannis Chryſoſtomi*, quæ cenſentur *dubiæ fidei.*

Sextò, & quidem à fol. 166 pag. 2, uſque ad fol. 167 pag. 1, *ANONYMI* cujuſdam Autoris (1) *Epigramma in Imaginem Chriſti crucifixi*, ab Imperatrice Conſtantinopolitanâ *Theodorâ*, quæ A. C. 842 poſt obitum mariti ſui *Imp. Theophili* cum filio ſuo *Michaële Methyſtâ* imperare cœpit, Conſtantinopoli erectam & dedicatam, quod conſtat *viginti novem* verſibus, atque incipit hoc modo:

Σοῦ Χριστὲ τὴν ἄχραντον εἰκόνα βλέπων,
Σταυρόν τε τὸν σὸν ἐκτύπως γεγραμμένον, &c.

Septimò, & quidem à fol. 167 pag. 1 & 2, *Epigramma CALLISTI in Apſides Templi Conſtantinopolitani Sanctæ Sophiæ*, cujus titulus & principium: (2) Ἐπίγραμμα· ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ εἰς τὰς μεγίστας ἀψίδας τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας τῆς ἁγίας Σοφίας. Πατρὸς ἀκηράτου Υἱὲ ἀκήρατε, τῷδε σῷ οἴκῳ &c.

Octavò, & quidem à fol. 167 pag. 2, uſque ad fol. 188 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Expoſitio in Pſalmum quartum*, cujus principium: Ἐν τῷ ἐπικαλεῖσθαί με εἰσήκουσέ μου ὁ Θεὸς τῆς δικαιοσύνης μου. Ipſa autem *Expoſitio* incipit his verbis: (3) Ὀυχ ἵνα ἁπλῶς μάθωμεν ὅτι ἠκούσθη, &c.

Nonò, & quidem à fol. 188 pag. 1, uſque ad fol. 194 pag. 1, *EJUSDEM Homilia in illud Pſalmi quarti* ἐν θλίψει ἐπλάτυνάς μοι, hoc eſt, *In tribulatione dilatâſti mihi*; cujus principium: Ὥσπερ ὁ τῇ ποικιλίᾳ τῶν γλωσσῶν ἀρεσκόμενος &c. Exſtat ea in Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editione græcâ *Savilianâ* Tom. VII, pag. 431, ſed refertur ibi inter ſcripta ipſius, quæ cenſentur *ſuppoſititia.*

Decimò, & quidem à fol. 195 pag. 1, uſque ad fol. 262 pag. 2, S. CÆSARII, *fratris S. Gregorii Nazianzeni, Dialogi, quibus continentur Reſponſa ad varias Quæſtiones, partim & præcipuè quidem Theologicas, partim autem Philoſophicas, Conſtantinopoli à diverſis Viris doctis ipſi propoſitas.* Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: (4) Πεύσεις προσαχθεῖσαι ὑπὸ (5) Κωνσταντίνου, Θεοχαρίστου, Ἀνδρέου, Γρηγορίου, Δόμνου, Ἰσιδώρου, Λεοντίου ἐπισκέπτῳ Καισαρίῳ τῷ ἀδελφῷ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Ἐπισκόπου Ναζιανζοῦ, ὁπηνίκα ἐκρατήθη ἐν Κωνσταντινουπόλει διδάσκων ἐπὶ ἔτη εἴκοσι. *Prima* autem Πεῦσις ſive *Interrogatio* incipit his verbis: Οἱ τὴν μεγάλην καὶ εὐρύχωρον διαπλέοντες θάλασσαν, &c. Hi videlicet ſunt illi ipſi S. CÆSARII *Dialogi*, qui in Codice MSto Theologico Græco *vigeſimo ſeptimo* non tantùm ſimpliciter citantur, ſed *Autor* eorum expreſsè ibi appellatur *frater* S. GREGORII Nazianzeni, cognomine *Theologi.* Fragmentum autem eorum, quod iſtic allegatur, eſt in editionibus impreſſis *Interrogatio quinquageſima*, incipitque his verbis: Διατί Μωϋσῆς μὴ ἀπ' ἀγγέλων ἤρξατο καὶ τῶν ἄνω τῆς συγγραφῆς, ἀλλὰ &c. Cæterùm cum de *vero* illorum *Dialogorum Autore* inter Viros clariſſimos *Joannem Leunclavium* & *Jacobum Billium* non exigua ſit controverſia, & *hic* contra *illum* ſatis acerbè ſcripſerit, in Procemio Orationis S. GREGORII *Nazianzeni*, in laudem CÆSARII *Fratris*,

(1) Si Epigramma hoc hactenùs nondum ſit editum, dignum profectò eſt, ut *Supplemento Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ* inſeratur, ac divulgetur. (2) Etiam hoc Epigramma *Supplemento Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ* inſerendum eſt, ſi illud anteà nondum ſit editum. (3) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græco-lat. Savil. Tom. I. pag. 522. & edit. græco-lat. Pariſ. Fronton. Tom. III. pag. 10. (4) Vide Tom. XI. Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſienſis pag. 545. (5) Ita ibi ſcriptum eſt; nempe Κωνσταντίνου, non autem Κωνσταντίου, ut legitur in editionibus impreſſis.

Fratris, proinde *controverſiam* illam diſcutiendam in ſe recepit CL. *Lambecius*, & quid eâ de re ſtatuendum & judicandum videatur, ſatis prolixè & eruditè aperuit, Lib. IV. ſuorum *Commentariorum* à pag. 32, uſque ad 50. ad quos Benevolum Lectorem remitto.

CVI.

CENTESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque nunc foliis *centum quinquaginta octo*, & eſt unus ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continetur eo SYMEONIS *Archiepiſcopi Theſſalonicenſis Dialogus de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis inter Clericum interrogantem & Archiepiſcopum reſpondentem*; cujus titulus & principium: Συμεῶνος τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης περὶ τῶν μυστηρίων τῆς ἐκκλησίας. Κεφάλαιον α΄. Κληρικός. Παρακαλοῦμεν, ἐπειδὴ τὴν ἀληθῆ τῆς πίστεως γνῶσιν ἐδεξάμεθα, καὶ περὶ τῶν μυστηρίων διδαχθῆναι τῆς ἐκκλησίας, &c.

CVII.

CENTESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum quadraginta tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo *MACARII Metropolitæ Ancyrani*, qui ſeculo poſt Chriſtum (1) decimo quinto vixit, *Opus contra Latinos, & contra Barlaamum atque Acyndinum eorúmque ſectatores, in Capita centum viginti diviſum*, cujus titulus & principium: Μακαρίου Μητροπολίτου Ἀγκύρας πόνημα, τὸ μὲν καθόλου κατὰ τῆς τῶν Λατίνων κακοδοξίας, περὶ δέ που τὰ τέλη καὶ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου καὶ τῶν κατ᾽ αὐτοὺς ἀθέων, ὅπερ καὶ διακέκειται εἰς κεφάλαια ἑκατὸν εἴκοσι. Κεφάλαιον α΄. &c. Quid autem de hoc *Autore* ejúſque *Opere* judicandum ſit, indicat doctiſſimus *Leo Allatius* lib. 2 de Eccleſ. Occid. & Orient. perpetuâ Conſenſione cap. 18, §. 15, his verbis: *Autor, ſi quis alius, nugax eſt, & mera deliramenta loquitur. &c.*

CVIII.

CENTESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegans & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis quadraginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 55 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homiliæ decem poſteriores in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ſecundam ad Corinthios*, nempe à *vigeſimâ primâ*, quæ incipit: (2) Ἀπαρτήσας τὸν περὶ ἐλεημοσύνης λόγον &c, uſque ad *trigeſimam* ſive *ultimam*.

(1) Nempe paulò poſt *Symeonem Archiepiſcopum Theſſalonicenſem* & *Joſephum Bryennium Monachum*, quorum poſterior in ſcriptis ſuis teſtatur, ſe vixiſſe circa annnum Chriſti 1420. Vide *Leon. Allat.* lib. 2 de Eccleſ. Occid. & Orient. perpet. Conſenſ. cap. 18, §. 13, 14 & 15. (2) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. III. pag. 657.

Secundò, & quidem à fol. 56 pag. 1, uſque ad fol. 241 pag. 2, *EJUSDEM Hypotheſis ſive Argumentum & Homiliæ triginta tres in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Hebræos.* Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: (1) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ἑρμηνεία εἰς τὴν πρὸς Ἑβραίους ἐπιστολήν, ἐκτεθεῖσα ἀπὸ σημείων μετὰ τὴν κοίμησιν αὐτοῦ παρὰ Κωνσταντίνου πρεσβυτέρου Ἀντιοχείας. Eſt autem Codex hic in fine mutilus, & deeſt ibi tota Homilia *trigeſima quarta* ſive *ultima*.

CIX.

CENTESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, in *folio*, elegantiſſimè & magnâ ex parte *aureis literis* ſcriptus, conſtátque foliis *ducentis nonaginta tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 23 pag. 2, S. MAXIMI *Monachi & Martyris Liber Aſceticus, ſecundùm Interrogationem & Reſponſionem*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Λόγος κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν ἀσκητικός. Λόγος εἰκοστὸς ἕβδομος. Ἀδελφὸς ἠρώτησε γέροντα λέγων· παρακαλῶ σε Πάτερ εἰπεῖν μοι, τίς ὁ σκοπὸς ἦν τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως, &c. Ubi notandum eſt, ex eo, quod omiſſo nomine *S. Maximi* ibi legitur Τοῦ αὐτοῦ, ſive *Ejuſdem*, ut & ex hoc, quod Liber ille ibi numeratur εἰκοστὸς ἕβδομος, ſive *vigeſimus ſeptimus*, luculenter apparere, Codicum hunc MStum *dimidiam* tantùm eſſe *partem poſteriorem omnium S. Maximi Operum*, *duobus* olim *Voluminibus* comprehenſorum. Minimè enim dubium eſt, quin *primum* illud *Operum S. Maximi Volumen MStum*, quod ad *ſecundum* hoc olim pertinuit, & in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* deeſt, generalem aliquem habuerit *titulum*, expreſsè *S. Maximi nomine* inſignitum, & *primo* illorum *viginti ſex Librorum* præfixum, quorum reſpectu is, qui in *ſecundo* hoc *Volumine* primus eſt, numeratus olim fuit *vigeſimus ſeptimus*.

Secundò, & quidem à fol. 24 pag. 1, uſque ad fol. 66 pag. 1, *EJUSDEM Capitum de Charitate Centuriæ quatuor cum Præfatione ad Elpidium Presbyterum*, cujus titulus & principium: (2) Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Ἐλπίδιον πρεσβύτερον περὶ Ἀγάπης πρόλογος. Ἰδοὺ πρὸς τῷ περὶ ἀσκητικοῦ βίου λόγῳ καὶ τὸν περὶ ἀγάπης πέπομφα λόγον &c.

Tertiò, & quidem à fol. 66 pag. 1, uſque ad fol. 199 pag. 2, *EJUSDEM Capitum de Theologiâ & Filii DEI in carne Oeconomiâ Centuriæ ſeptem*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ περὶ Θεολογίας καὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ Κεφάλαια. Κεφάλαιον α΄. Εἷς Θεὸς ἄναρχος, ἀκατάληπτος, &c. Reliquæ autem ſex Centuriæ inſcribuntur ſimpliciter Ἑκατοντάδες β΄, γ΄, δ΄, ε΄, ς΄, ζ΄.

Quartò, & quidem à fol. 200 pag. 1, uſque ad fol. 228 pag. 1, *EJUSDEM Diſputatio cum Pyrrho Patriarchâ Conſtantinopolitano Monotheletâ* A. C. 645, cujus Titulus ſive Inſcriptio: Παρασημείωσις τῆς γενομένης ζητήσεως χάριν τῶν κεκινημένων περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν δογμάτων &c. Ipſa autem *Diſputatio* incipit ibi his verbis: Πύρρος· Τί σοι κακὸν ἐποιήσαμεν, κύριε Ἀββᾶ Μάξιμε, &c. Ubi obiter notandum eſt, in jam memorato Diſputationis titulo, qui ibidem totus *aureis literis* exaratus eſt, *Maximum* ter quidem appellari Μέγιστον, ſed vocem Μέγιστον recentiori ſuperſcriptione miniatâ eſſe

(1) Vide ibid. Tom. IV. pag. 427. (2) Vide *Conradi Geſneri* editionem *Locorum Communium S. Maximi* græco-latinam, Tiguri typis Chriſtophori Froſchoveri. A. 1546. in folio impreſſam, pag. 214 & 265.

eſſe correctam & mutatam in *Μάξιμον*. Similiter quoque ibidem in ipſius Diſputationis principio antiqua ſcriptura *κύρι' Ἀββᾶ Μέγιστε* recentiori cujuſdam emendatione cernitur mutata in *κύρι' Ἀββᾶ Μάξιμε*. Primus hanc *S. Maximi Diſputationem græcè* in lucem edidit Eminentiſſimus Cardinalis *Baronius* in fine Tomi octavi Annalium Eccleſiaſticorum cum latinâ Interpretatione R. P. *Franciſci Turriani* S. J.

Quintò, & quidem à fol. 128 pag. 1, uſque ad fol. 293 pag. 2, *Dialogi quinque de Sanctâ Trinitate*, quorum *primus* & *ſecundus* ſunt inter *Orthodoxum* & *Anomæum* ſive *Arianiſtam*, *tertius* autem inter *Orthodoxum* & *Macedonianum Pneumatomachum*; *quartus* denique & *quintus* inter *Orthodoxum* & *Apollinariſtam*. Horum (1) *primus* inſcribitur atque incipit: *Ἀνομοίου ἤτοι Ἀρειανιστοῦ ἀντιλογία μετὰ Ὀρθοδόξου. Ἀνόμοιος· Χριστιανὸς εἶ. Ὀρθόδοξος. Καὶ πάνυ.* &c. (2) *Secundus*: *Ἄλλη διάλεξις Ἀνομοίου καὶ Ὀρθοδόξου. Ἀνόμοιος. Πᾶσι τοῖς νῦν ἔχουσιν ὁμολογούμενόν ἐστιν, ὅτι* &c; eidémque Teſtimonii loco inſerta ſunt: (3) *Σχόλια Εὐνομίου καὶ πρὸς αὐτὰ Ὀρθοδόξου. Οὐκ ἡ θέλησις καὶ ἡ βούλησις οὐ ταυτὸν τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ· ἡ μὲν γὰρ θέλησις* &c; ut & (4) *Fragmentum Epiſtolæ Aetii Præceptoris Eunomii*: *Ἐπειδὴ ἐν καιρῷ τοῦ ἐπενεχθέντος ἡμῖν διωγμοῦ* &c. (5) *Tertius*: *Αἱρετικοῦ φρονοῦντος τὰ τοῦ πνευματομάχου Μακεδονίου ἀντίθεσις πρὸς Ὀρθόδοξον. Μακεδονιανός. Ποῦ γέγραπται Θεὸς τὸ Πνεῦμα; Ὀρθόδοξος· Εἰ πιστεύεις εἰς τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὀρθῶς*, &c. (6) *Quartus* ſine (7) Inſcriptione incipit: *Ὀρθόδοξος. Σῶμα ἀνθρώπινον ἔχει ὁ Χριστὸς, ἢ οὔ; Ἀπολιναριαστής· Οὔ.* &c. (8) *Quintus* denique ſive ultimus, itidem *Inſcriptione* carens, incipit: *Ἀπολιναριαστής· Θεοῦ ἐνεργήσαντος ἀνθρώπῳ* &c. Hi igitur *quinque Dialogi* in hoc quidem præſtantiſſimo Codice manuſcripto *Cæſareo* annumerantur *Operibus S. Maximi Monachi & Martyris*; vulgò autem iidem attribuuntur *S. Athanaſio Archiepiſcopo Alexandrino*, & Operum ipſius *Tomo ſecundo* inſerti ſunt, ut ex *Notis*, è regione ſuprà exhibitorum principiorum in margine collocatis, videre eſt. Conſule etiam R. P. *Philippi Labbæi* S. J. Diſſertationem Philologico-Hiſtoricam de Scriptoribus Eccleſiaſticis Tom. II, pag. 85, ubi monet, eoſdem *Dialogos* ſimiliter *S. Maximo* attribui in aliis *duobus* antiquis Codicibus MStis, nempe *Romano* & *Veneto*.

CX.

CENTESIMUS DECIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo S. DIONYSII *Areopagitæ Opera*, unà cum *Scholiis marginalibus S. Maximi Monachi & Martyris*, hoc ordine:

A fol. 1, uſque ad fol. 4 pag. 2, extat *S. Maximi Prologus in Opera S. Dionyſii*, cujus principium: *Τὴν μὲν εὐγένειαν, τό, τε περιφανὲς ἐν πλούτῳ*, &c. Notabile autem eſt, circa finem hujus *Prologi* ea omnia ibi deeſſe, quæ in editione *Corderianâ* pag. 37, leguntur à verbis *Ἐπειδὴ δέ τινές φασι*, uſque ad verba *καὶ δὴ αὐτῶν ὡς ἐφικτὸν Θεῷ* incluſivè.

Fol.

(1) Vide Operum *S. Athanaſii* editionem græco-latinam Pariſienſem An. 1627, in fol. Tom. II. pag. 158. (2) Vide ibid. Tom. II. pag. 183. (3) Vide ibid. pag. 187. (4) Vide ibid. pag. 192. (5) Vide ibid. pag. 209. (6) Vide ibid. pag. 238. (7) Inſcriptio hæc debuiſſet, ut reliquæ omnes totius iſtius Codicis Inſcriptiones ſive Tituli exarari *aureis literis*, ſed ſpatium illi deſtinatum quâ neſcio incuriâ etiam nunc ibi cernitur vacuum. (8) Vide ibid. pag. 248.

Fol. 4 pag. 2, & fol. 5 pag. 1, extat *Index* generalis non ſolùm eorum *S. Dionyſii* Operum, quæ continentur illo Codice, verùm etiam quorundam *Operum deperditorum*, quorum *ipſe* in ſuis Scriptis meminit; ſimul etiam ſpeciatim indicatur, ubi & quibus verbis eorundem fiat mentio.

A fol. 5, uſque ad fol. 36 pag. 2, extat Liber *de Cæleſti Hierarchiâ.*

A fol. 37, uſque ad fol. 117 pag. 1, extat Liber *de Divinis Nominibus.*

A fol. 117 pag. 2, uſque ad fol. 170 pag. 2, extat Liber *de Eccleſiaſticâ Hierarchiâ.*

A fol. 170 pag. 2, uſque ad fol. 175 pag. 2, extat Liber de *Myſticâ Theologiâ.*

A fol. 175 pag. 2, uſque ad fol. 196 pag. 1, extant *Epiſtolæ decem.*

A fol. 196 pag. 2, uſque ad fol. 201 pag. 2, extat *Operum S. Dionyſii Appendix*, nempe *primò*, Fragmentum Epiſtolæ *Polycratis* Epiſcopi Epheſiorum ad Pontificem Romanum *S. Victorem I*; *ſecundò*, anonymi cujuſdam Autoris *Expoſitio græca*, difficiliorum quorundam vocabulorum, ad Hierarchiam Eccleſiaſticam pertinentium, quibus *S. Dionyſius Areopagita* utitur, ſimul & Recenſio *deperditorum Operum S. Dionyſii*, quorum ipſe meminit; *tertiò*, Fragmentum ex *Clementis Alexandrini* deperditâ Oratione, cujus titulus, *Quis ſalvetur dives*; *quartò*, Fragmenta ſeptem ex *Philonis Hebræi* libro de Vitâ contemplativâ, quibus agitur de antiquiſſimis illis Hebræo-Chriſtianis *Aſcetis* ſive *Monachis*, qui ipſius ætate in Ægypto commorati ſunt.

A folii demùm 201 pag. 2, uſque ad fol. 205 pag. 1, extat in eodem hoc Codice manuſcripto anonymi cujuſdam antiqui Autoris *Interpretatio alphabetica difficiliorum quorundam vocabulorum*, quibus S. *Dionyſius Areopagita* in Operibus ſuis utitur. Titulus iſtius *Lexici* hactenùs, quod ſciam, *inediti* eſt hic: Ἑρμηνεία λέξεων κατὰ στοιχεῖα ἐκφερομένων τῇδε τῇ βίβλῳ τοῦ ἁγίου Διονυσίου. Dignum profectò eſt hoc *Lexicon*, ut publicetur integrum; nec minùs neceſſarium arbitror, ut tota *Operum S. Dionyſii* & *Scholiorum S. Maximi* editio *Corderiana* cum hoc MSto Cæſareo diligenter & accuratè conferatur.

CXI.

CENTESIMUS UNDECIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, ſed præ vetuſtate ruinoſus & lacerus, & in principio ac fine mutilus, conſtâtque nunc foliis *ducentis octoginta ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 86 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI (1) *Homiliæ triginta quatuor in Epiſtolam S. Pauli Apoſtoli ad Hebræos*, quarum *prima* incipit: Οὕτως ὅπου ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, &c. *Hypotheſis* autem ſive *Argumentum Epiſtolæ*, iiſdem jam memoratis triginta quatuor Homiliis præfixum, eſt ibi ob defectum unius folii in principio mutilum, atque incipit nunc ab his verbis - - - πορεύεσθαι, εἰ δέοι, καὶ πολλὴν πανταχοῦ &c.

Secundò, & quidem à fol. 86 pag. 2, uſque ad fol. 127 pag. 1, *EJUSDEM* (2) *Hypotheſis & Homiliæ quindecim in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Philippenſes.*

Tertiò, & quidem à fol. 188 pag. 1, uſque ad fol. 223 pag. 2, *EJUSDEM* (3) *Homiliæ duodecim in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Coloſſenſes.*

Qugrtò,

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. IV. à pag. 427, uſque ad pag. 605. (2) Vide ibid. Tom, IV. à pag. 1, uſque ad pag. 88. (3) Vide ibid. Tom. IV, à pag. 89, uſque ad pag. 159.

Quartò, & quidem à fol. 224 pag. 1, uſque ad fol. 248 pag. 2, EJUSDEM (1) *Expoſitio perpetua in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Galatas*, cujus principium: Πολλοῦ τὸ προοίμιον γέμει θυμοῦ &c.

Quintò, & quidem à fol. 249 pag. 1, uſque ad fol. 279 pag. 1, EJUSDEM (2) Περὶ Ἱερωσύνης ſive *de Sacerdotio Libri ſeu Orationes ſex*, quarum *prima* incipit: Ἐμοὶ μὲν πολλοὶ ἐγένοντο φίλοι &c.

Sextò, & quidem fol. 279 pag. 1, uſque ad fol. 284 pag. 1, *ANDREÆ Archiepiſcopi Cretenſis, cognomine Hieroſolymitani, Orationes duæ in Sanctiſſimæ Dominæ noſtræ Dei-Genitricis & ſemper-Virginis Mariæ Nativitatem ſeu diem natalem*: quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ἈΝΔΡΕΟΥ Ἀρχιεπισκόπου Κρήτης, τοῦ Ἱεροσολυμίτου, λόγος εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Ἀρχὴ μὲν ἡμῖν ἑορτῶν ἡ παροῦσα πανήγυρις, πρώτη δὲ μετὰ τὸν νόμον καὶ τὰς σκιὰς, &c; *ſecunda* autem hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ ἈΝΔΡΕΟΥ τοῦ Κρήτης, εἰς τὴν αὐτὴν ἑορτὴν ἤτοι τὸ γενέσιον τῆς Θεοτόκου. Εἰ μετρεῖται γῆ σπιθαμῇ, καὶ σπαρτίῳ περιγράφεται θάλασσα &c. Poſterioris hujus Orationis meminit etiam V. CL. *Leo Allatius* in *Diatribâ de Symeonum Scriptis* pag. 87, ſed perperàm ea ibi attribuitur *Georgio Nicomedienſi*. *Utraque* autem ſub nomine veri Autoris *Andreæ Archiepiſcopi Cretenſis* exſtat Tomo primo Auctarii Bibliothecæ veterum Patrum græco-latinæ, Pariſiis anno 1648 duobus Tomis in folio editi, à columnâ 1289, uſque ad colum. 1328; operæ pretium tamen erit, jam memoratam editionem *Pariſinam*, ex duobus Codicibus manuſcriptis *Regio* & *Mazariniano* deſumptam, cum tertio hoc Codice MSto *Cæſareo* ob variantium lectiònum diſcrepantiam diligenter & accuratè conferri.

Septimò; & quidem à fol. 284 pag. 1, uſque ad fol. 286 pag. 2, S. JOANNIS *Damaſceni Oratio in Nativitatem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus titùlus & principium: Τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν ἸΩΑΝΝΟΥ Πρεσβυτέρου τοῦ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ λόγος εἰς τὸ γενέσιον τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. (3) Δεῦτε πάντα τὰ ἔθνη, πᾶν γένος ἀνθρώπων, &c. Eſt autem ea ibi ob defectum unius folii in fine mutila, & pertingit tantùm incluſivè uſque ad hæc verba: (4) ἐπιθυμίαν ἅπασαν τεταγμένην πρὸς τὸ μόνον ἐφικτόν τε καὶ - - - .

CXII.

CENTESIMUS DUODECIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis viginti uno*, quorum *ſeptendecim* priora, ut & *quadrageſimum nonum* & *quinquageſimum*, ob defectum veterum membranaceorum ſunt chartacea. Continetur eo NICETÆ, *Metropolitæ* (5) *Serrarum in Macedoniâ primâ*, *Commentarius in S. Gregorii Nazianzeni Orationes ſedecim*:

quarum

(1) Vide ibidem Tom. III, à pag. 709, uſque ad pag. 763. (2) Vide ibid. Tom. VI, à pag. 1, uſque ad pag. 55. (3) Vide Operum *S. Joannis Damaſceni* editionem Pariſinam An. 1619 in folio, pag. 541, ubi ea exſtat græcè & latinè cum aliis *duabus* ejuſdem argumenti Orationibus. (4) Vide ibid. pag. 547. (5) Vide *Imp. Leonis* cognomine *Philoſophi* Conſtitutionem de ordine Eccleſiarum Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubjectarum, quæ Tomo primo Juris Græco-Romani inſerta eſt pag. 88, atque inſuper conſule *Abrahami Ortelii* Theſaurum Geographicum in voce Σέῤῥαι ſive *Serra*.

quarum prima eſt *in Sanctum Paſcha* ; tertia *in Novam Dominicam & in S. Martyrem Mamantem* ; quarta *in Pentecoſten* ; quinta *in Maccabæos* ; ſexta *in Sanctum Cyprianum Martyrem* ; ſeptima (1) *ad Julianum tributorum exæquatorem* ; octava *in Sanctam Chriſti Nativitatem* ; nona *funebris in laudem Sancti Baſilii Magni* ; decima *in Sancta Lumina*, ſive, *in Feſtum Epiphaniæ* ; undecima *in Sanctum Baptiſma* ; duodecima *ad Sanctum Gregorium Epiſcopum Nyſſenum* ; decima tertia *in laudem S. Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini* ; decima quarta *in præſentiâ centum quinquaginta* Epiſcoporum ; decima quinta *de amore erga pauperes* ; decima ſexta *in plagam grandinis*. Titulus *primæ* Orationis & Commentarii ad eandem pertinentis, eſt ibi talis : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Θεολόγου λόγος εἰς τὸ ἅγιον Πάσχα καὶ εἰς τὴν βραδύτητα. Ἐξήγησις τοῦ ἁγιωτάτου Μητροπολίτου Σερρῶν κυρίου Νικήτα. Sequitur deinde *Hypotheſis* ſive *Argumentum* ejuſdem Orationis hoc modo : (2) Ἄκων χειροτονηθεὶς ἱερεὺς ὁ θεῖος Γρηγόριος, ὥστε λοιπὸν γηράσαντος τοῦ πατρὸς, &c. Quo *Argumento* finito, incipit τὸ Κείμενον ſive ipſe *Contextus* ſuprà memoratæ Orationis his verbis : Ἀναστάσεως ἡμέρα, καὶ ἡ ἀρχὴ δεξιά· &c ; pertingit autem incluſivè uſque ad hæc verba, τῶν ἑτέρων ταχύτητος. Subjungitur deinde ἡ Ἑρμηνεία ſive *Expoſitio*, cujus principium : Ἐπειδὴ, φησὶν ἀναστάσεως ἐστὶν ἡμέρα, καθ᾽ ἣν πρὸς ὑμᾶς ἐπεδήμησα, αὐτὴν ταύτην ἡμέραν ὡς ἀγαθὸν σύμβολον δέχομαι, ὅτι ἀναστήσομαι κἀγὼ ἀπὸ τῆς δειλίας καὶ ἀσθενείας, &c. Eodem etiam modo deinceps cùm in ejuſdem primæ Orationis, tùm in reliquarum quindecim Orationum Commentario, τὸ Κείμενον ſive *Contextus* τῇ Ἑρμηνείᾳ ſive *Expoſitioni* intermixtus eſt. Utiliſſimus profectò erit labor, ſi quis totum iſtum *Nicetæ Metropolitæ* (3) *Serrani Commentarium in ſedecim S. Gregorii Nazianzeni* ſuprà memoratas *Orationes*, ita uti in *hoc* & aliis nonnullis *Codicibus manuſcriptis Cæſareis* extat, *græcè* ſimul & *latinè* ediderit. Hactenùs enim is (4) *latinè* tantùm prodiit in lucem, nec integer, ſed valdè *mutilus* & *interpolatus*.

CXIII.

CENTESIMUS DECIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus & bonæ notæ, in *majori quarto* vel *folio minori*, conſtátque *ducentis triginta octo* foliis, & ad quendam *Andream Darmarium* olim pertinuit. Continentur eo hæc :

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 78 pag. 2, S. BASILII MAGNI, Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ, *Homiliæ novem in Hexaëmeron*, ſive, *de Opere ſex dierum* ; quarum prima incipit : (5) Πρέπουσα ἀρχὴ τῷ περὶ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως &c. Paſſim quoque iiſdem Homiliis *græca* quædam *Scholia marginalia* ibidem adjuncta ſunt.

Secundò,

(1) Inter finem hujus Orationis *ſeptimæ* & initium proximè ſequentis *octavæ* deeſt ibi *unum folium* ; quæ lacuna tamen ſuppleri poteſt beneficio aliorum Codicum MStorum ejuſdem Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ. (2) Vide Operum *S. Gregorii Nazianzeni* editionem græco-latinam Pariſienſem *Morellianam* Tom. II. pag. 1090. (3) A *Jacobo Billio*, *Joanne Leunclavio*, *Federico Morello*, *Antonio Poſſevino*, & compluribus aliis appellatur is perperàm *Nicetas Serronius* ; item in *Joan. Jacobi Friſii* Bibliothecâ Univerſali *Nicetas Serronius*. (4) Vide Operum *S. Gregorii Nazianzeni* editiones *Billianam*, *Leunclavianam & Morellianam*. (5) Vide Operum *S. Baſilii Magni* editionem græco-latinam Pariſienſem Tomo primo, pag. 1.

Secundò, & quidem à fol. 79 pag. 1, uſque ad fol. 138 pag. 1, S. GREGORII *Epiſcopi* NYSSENI *Liber* (1) *de Creatione & ſtructurâ hominis*; cujus *Titulus* cum principio *Præfationis ad Petrum fratrem* eſt ibi talis: Περὶ (2) εἰκόνος ἀνθρώπου τοῦ μακαρίου Γρηγορίου ἀδελφοῦ τοῦ ἁγίου Βασιλείου. Τῷ τιμιωτάτῳ ἀδελφῷ, δούλῳ Θεοῦ, Πέτρῳ Ἐπισκόπῳ Γρηγόριος ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Εἰ ταῖς διὰ τῶν χρημάτων τιμαῖς &c. Ubi obiter notandum eſt, *Petrum*, S. *Gregorii Nyſſeni fratrem*, vocari *Epiſcopum*. Quamvis enim is initiò fuerit *monachus*, ut teſtatur *Socrates* Hiſt. Eccleſ. lib. 4, cap. 21, poſteà tamen à fratre ſuo S. *Baſilio Magno* ordinatus *Presbyter*, evaſit demùm *Epiſcopus Sebaſtæ in Armeniâ*.

Tertiò, & quidem à fol. 138 pag. 1, uſque ad fol. 227 pag. 2, S. BASILII MAGNI *adverſus Eunomium hæreticum* de æquali Patris & Filii & Spiritûs Sancti Divinitate ſive Deitate *Libri quinque*, quorum *primus* incipit: (3) Εἰ μὲν ἐβούλοντο πάντες &c.

Quartò, & quidem à fol. 227 pag. 2, uſque ad fol. 238 pag. 1, *Epiſtolæ S. Baſilii Magni, S. Gregorii Nazianzeni, Antipatri Præſidis & Libanii Sophiſtæ, viginti una* hoc ordine:

S. GREGORII NAZIANZENI Epiſtola ad *Nicobulum*, cujus principium: (4) Ἀεὶ προθυμήσας ἐμαυτοῦ &c.

S. BASILII MAGNI Epiſtola ad S. *Gregorium Nazianzenum*, cujus principium: (5) Ἐγὼ τοῦ ἀδελφοῦ μοι ἐπιστείλαντος &c.

S. GREGORII NAZIANZENI Epiſtola ad S. *Baſilium Magnum*, cujus principium: (6) Σὺ μὲν σκῶπτε καὶ διάσυρε &c.

EJUSDEM ad S. *Baſilium Magnum* Epiſtola, cujus principium: (7) Ἃ μὲν πρότερον ἐπεστέλλομεν &c.

S. BASILII MAGNI ad S. *Gregorium Nazianzenum* Epiſtola, cujus principium: (8) Ἐπέγνων σου τὴν ἐπιστολὴν, ὥσπερ οἱ τοὺς τῶν φίλων παῖδας &c.

EJUSDEM ad S. *Gregorium Nazianzenum* Epiſtola, cujus principium: (9) Γράμμα ἦλθέ μοι πρώην παρὰ σοῦ &c.

EJUSDEM Epiſtola ad *Antipatrum Præſidem*, cujus principium: (10) Ὡς καλὴ ἡ φιλοσοφία, &c.

ANTIPATRI Præſidis ad S. *Baſilium Magnum* Epiſtola, cujus principium: (11) Δὶς χαίρω θάνατος &c.

S. BASILII MAGNI ad *Aburgium* vel *Abyrtium* Epiſtola, cujus titulus & principium: (12) Βασίλειος Ἀβουργίῳ· Καί τις οὕτω παλαιὰν ἑταιρείαν &c.

EJUSDEM ad *Phalerium* Epiſtola, cujus principium: (13) Πάνυ ἡδέως ἐτέρφθην &c.

EJUSDEM ad *Hyperechium* Epiſtola, cujus principium: (14) Καὶ προσαγορεύω τὴν τιμιότητά σου &c.

EJUSDEM ad *Jovinum Epiſcopum* Πέργης ſive *Pergæ* Urbis Pamphiliæ, cujus principium: (15) Ἔχω σε χρεώστην ὀφλήματος ἀγαθοῦ &c.

(1) Vid. Librum *primum* Lambecianorum de Auguſtisſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Commentariorum pag. 43 & 97. (2) Ita ibi ſcriptum eſt, nempe περὶ εἰκόνος ἀνθρώπου. hoc eſt, *de imagine hominis*, non autem περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου, uti legitur in aliis MStis Codicibus, & in Operum *S. Gregorii Nyſſeni* editione græco-latinâ Pariſienſi Tom. I. pag. 44. (3) Vide ſuprà citatam Operum *S. Baſilii Magni* editionem Tom. II. pag. 1. (4) Vide ibid. Tom. II. pag. 797. (5) Vide ibid. Tom. II. pag. 797 & 798. (6) Vide Operum *S. Gregorii Nazianzeni* editionem græco-lat. Pariſienſ. A. 1609. in folio, Tom. I. pag. 770. (7) Vide ibid. Tom. I. pag. 774. (8) Vide Operum *S. Baſilii* ſuprà citatam edit. Tom. II. p. 781. (9) Vide ibid. p. 788. (10) Vide ibid. p. 999. (11) Vide ibid. p. 1000. (12) Vide ibid. p. 1136; ſed ibi pro Ἀβουργίῳ legitur Ἀβυρτίῳ. (13) Vide ibidem p. 1050. (14) Vide ibid. p. 1142. (15) Vide ibid. p. 1090; ſed ibi pro Πέργης ſive *Pergæ* perperàm legitur Κέῤῥης, & in verſione latinâ æquè perperàm *Cerræ*.

EJUSDEM ad *Olympium* Epiſtola, cujus principium: (1) Ἔγραφες ἡμῖν πρότερον μὲν ὀλίγα, &c.

EJUSDEM ad *Imp. Julianum Apoſtatam* Epiſtola, cujus principium: (2) Μικρά σοι τὰ τῆς παρούσης τύχης &c.

LIBANII *Sophiſtæ* ad S. *Baſilium Magnum* Epiſtola, cujus principium: (3) Οὔπω μοι τῆς λύπης ὑφῆκας &c.

S. BASILII MAGNI ad *Libanium* Epiſtola, cujus principium: (4) Οἱ πρὸς τὸ ῥόδον ἔχοντες, &c.

EJUSDEM ad *Libanium* Epiſtola, cujus principium: (5) Ἰδοὺ σοι καὶ ἕτερος ἥκει Καππαδόκης &c.

LIBANII Sophiſtæ ad S. *Baſilium Magnum* Epiſtola, cujus principium: (6) Οἶδ' ὅτι πολλάκις τοῦτο γράψεις &c.

S. BASILII MAGNI ad *Libanium* Epiſtola, cujus principium: (7) Τί οὐκ ἂν εἴποι σοφιστὴς ἀνὴρ, καὶ σοφιστὴς τοιοῦτος; &c.

LIBANII Sophiſtæ ad præcedentem *S. Baſilii* Epiſtolam reſponſum, cujus principium: (8) Εἰ πάνυ πολὺν χρόνον ἐσιώπεις &c.

S. BASILII MAGNI ad *Libanium* Epiſtola, cujus principium: (9) Δεχομένοις μὲν ἡμῖν ἃ γράφεις χαρὰ, &c.

Finitis hiſce Epiſtolis ſequitur *ſubſcriptio* itidem *græca*, quâ *Nicolaus* quidam cognomine *Patrinus* teſtatur, ſe totum hunc Codicem ſuâ manu exarâſſe A. C. 1412, ejuſque ſcriptionem abſolviſſe d. 27. Auguſti.

CXIV.

CENTESIMUS DECIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtatque foliis *trecentis ſeptuaginta quinque*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 367, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homiliæ octoginta octo in Evangelium S. Joannis*, quarum (10) *prima* incipit: Οἱ τῶν ἀγώνων τῶν ἔξωθεν θεαταὶ &c, *ultima* autem: Πολλὰ μέν ἐστι καὶ ἕτερα &c. Laborant autem nonnullæ earum præpoſteris quorundam foliorum tranſpoſitionibus, ab imperito ſimul ac negligente Bibliopego commiſſis, quæ tamen, ſi totus iſte diſſolvatur Codex, & denuò compingatur, facilè poſſunt corrigi.

Secundò, & quidem à fol. 367, uſque ad fol. 375, *JOANNIS Archiepiſcopi Theſſalonicenſis Homilia de Concordiâ Evangeliſtarum circa Reſurrectionem Dominicam*: cujus titulus & principium: Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης, ὅτι οὐδεμία διαφωνία οὐδὲ ἐναντίωσις ἐν τοῖς Εὐαγγελισταῖς περὶ τὴν ἀνάστασιν. Καθὼς ἐπεχώρει διεσαφήσαμεν τῇ φιλοχρίστῳ ὑμῶν ἀκοῇ τὰ περὶ τοῦ πάθους τοῦ δεσποτικοῦ γεγενημένα. Primus hanc Homiliam græcè publicavit *Henricus Savilius* Tomo quinto Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* à pag. 740, uſque ad pag. 747, ſed tanquam dubiæ fidei, & in principio mutilam. Integra au-

(1) Vide ibidem pag. 954. (2) Vide ibidem pag. 996. (3) Vide ibidem pag. 941. (4) Vide ibidem pag. 941. (5) Vide ibidem pag. 938. (6) Vide ibidem pag. 938. (7) Vide ibidem pag. 939. (8) Vide ibidem pag. 940. (9) Vide ibidem pag. 946. (10) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. II. à pag. 555, uſque ad pag. 931.

gra autem & ſub nomine *veri Autoris* exſtat eadem Tomo primo Auctarii Bibliothecæ veterum Patrum græco-latinæ, Pariſiis A. 1648 in fol. editæ, à colum. 791, uſque ad colum. 822. Meminit quoque ejuſdem Homiliæ *Leo Allatius* in Diatriba de *Symeonum Scriptis* pag. 97. Operæ pretium porrò erit, ſuprà memoratam editionem *Pariſinam*, quæ ex Codice MSto Regio deſumpta eſt, diligenter & accuratè conferri, cum Codice hoc manuſcripto *Cæſareo*, inter Codices MStos Theologicos Græcos *centeſimo decimo quarto*. Eſt enim is diverſus ab altero illo Codice MSto *Cæſareo*, ex quo *Savilius* eandem Orationem primus mutilam edidit, & ſine *veri Autoris* nomine.

CXV.

CENTESIMUS DECIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, & conſtat *octoginta ſeptem* foliis. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 27, *Liber JOBI* ſine ullâ diviſione in Capita.

Secundò, & quidem à fol. 28, uſque ad fol. 56, *Proverbia* SALOMONIS, in *duas Claſſes* diviſa, uti ſuprà in Codice ſexto & ſeptimo.

Tertiò, & quidem à fol. 57, uſque ad fol. 60, *CANTICUM CANTICORUM*, quod ibi in partes *quindecim*, quæ Λόγοι vocantur, diviſum eſt.

Quartò, & quidem à folii 60 paginâ 2, uſque ad fol. 87, ſive ultimum, ECCLESIASTES cum antiqui cujuſdam anonymi Autoris Ἑρμηνείᾳ ſive *Expoſitione* τοῦ Κειμένου ſive *Contextui* intermixtâ.

CXVI.

CENTESIMUS DECIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis octoginta octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *Liber Eccleſiaſticus Græcorum*, *OCTOECHUS* inſcriptus, & maximam partem â S. *Joanne Damaſceno* compoſitus; cujus titulus & principium: Τῷ σαββάτῳ ἑσπέρας, εἰς τὸ Κύριε ἐκέκραξα. Στιχηρὰ ἀναστάσιμα, ἦχος α'. Τὰς ἑσπερινὰς ἡμῶν εὐχὰς &c. In fine ejuſdem Codicis exſtat ſubſcriptio, quâ indicatur, ſcriptum eum eſſe anno Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ 6899, ſive anno Chriſti 1391, Indictione decimâ quartâ.

CXVII.

CENTESIMUS DECIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis quinquaginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo *Commentarius ampliſſimus in quatuor EVANGELIA ſecundùm S. Matthæum, S. Marcum, S. Lucam & S. Joannem*, de cujus vero & indubitato Autore nondum mihi ſatis liquet, quoniam nomen ejus ibi deeſt ob defectum primi folii. Plura vide in Lib. III. *Comment. Lambec.* pag. 59, 60.

CXVIII.

CENTESIMUS DECIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *centum triginta octo*, & pertinuit olim ad *Joannem Sambucum*, qui illum, ut ipſe propriâ manu ibi teſtatur, accepit ex *Chio* Inſulâ die 14 Auguſti An. 1567. Continetur eo *Imp.* ANDRONICI COMNENI, qui *Imp. Alexium Comnenum IIdum* ſive *Juniorem* A. C. 1183 nefariè occidit, & A. 1185 à ſeditiosâ plebe Conſtantinopolitanâ viciſſim occiſus eſt, *Dialogus contra Judæos*, cujus titulus & principium:

(1) Ἡ δογματικὴ τῶνδε τῶν λόγων χάρις,
Τὴν ἑβραϊκὴν ἐξελέγχουσα πλάνην,
Τὰς εὐσεβεῖς δείκνυσι τοῖς πιστοῖς τρίβους. &c.

Ubi *primò* notandum eſt, Codicem hunc, ſecundùm (2) *Joannis Sambuci* opinionem, eſſe *idiographum*, ſive propriâ ipſius *Andronici* manu exaratum. *Secundò* notandum eſt, *Dialogum* illum *Andronici Comneni contra Judæos* editum quidem jam eſſe à *Petro Stevartio* in Tomo ſingulari Antiquæ Lectionis Ingolſtadii typis Ederianis A. 1616 in quarto, ſed tantùm *latinè*, interprete *Joanne Livinejo*, cui doctiſſimus *Cardinalis Sirletus* Codicem ſuum manuſcriptum *græcum* commodaverat. Notandum *tertiò* eſt, *Andronicum* illum *Comnenum* fuiſſe *nepotem Imp. Alexii Comneni Imi* ſive *Senioris*, *filium* autem *Iſaacii Comneni Sebaſtocratoris*, atque *Dialogum* iſtum *contra Judæos* compoſuiſſe imperante adhuc patruo ſuo *Imp. Joanne Comneno*, qui aliàs etiam *Calo-Joannes* ſolet appellari. Notandum *quartò* eſt, minimè audiendum eſſe *Cardinalem Sirletum*, qui, ut *Joannes Livinejus* jam citato loco refert, perperàm credidit, *autorem* iſtius *Dialogi* non eſſe ipſum *Andronicum Comnenum*, ſed eo tantùm jubente Opus illud ab *Euthymio Zigabeno* fuiſſe compoſitum. *Quintò* denique notandum eſt, in ſuprà memoratâ editione latinâ *Livineji* & *Stevartii* eſſe *Dialogum* illum diviſum in *Capita ſexaginta quatuor*, in Codice autem hoc manuſcripto *Cæſareo* nullum iſtius diviſionis exſtare indicium. Vid. plura apud CL. *Lambec.* Lib. V. *Comment.* pag. 170.

CXIX.

CENTESIMUS DECIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum octoginta ſex*, & primùm quidem ad Græcum quendam *Marcum Phlangem* olim pertinuit, poſtea autem pervenit in poteſtatem *Sebaſtiani Tengnagelii*, & illius beneficio in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream*. Continentur eo ANONYMI cujuſdam Autoris *Homiliæ* eruditæ & diſertæ *in Evangelia Dominicalia*, quarum *prima* deeſt, *ſecunda* autem incipit his verbis: Φέρε δὴ τὸ τῆς διδασκαλίας τοῦτο διακόνημα καὶ αὖθις ἀφοσιώσωμαι, καὶ τὴν συνήθη παραθήσωμαι τράπεζαν, &c.

CENTE-

(1) Hoc eſt: *Dogmatica horum ſermonum gratia, Hebræorum refutans errorem, pias fidelibus demonſtrat ſemitas.*
(2) Vide ibi folii primi paginam primam in fine.

Digitized by Google

CXX.

CENTESIMUS VIGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio minori*, conſtátque nunc foliis *centum viginti uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 96 pag. 1, *BASILII* cujuſdam hactenùs inedita *Scholia in S. Gregorii Nazianzeni Orationes quindecim*: quarum prima eſt *magna Apologetica poſt reditum ex fugâ in Pontum*; ſecunda eſt *ſecunda de Theologiâ*; tertia eſt *tertia de Theologiâ*, ſive, *prima de Filio*; quarta eſt *quarta de Theologiâ*, ſive, *ſecunda de Filio*; quinta eſt *quinta de Theologiâ*, ſive, *de Spiritu Sancto*; ſexta *ad eos, qui ex Ægypto advenerant*; ſeptima eſt *Epiſtola prima ad Cledonium*; octava eſt *Epiſtola ſecunda ad Cledonium*; nona *de ſeipſo, & ad eos, qui dixerunt ipſum affectare Cathedram Conſtantinopolitanam*; decima *cùm poſt ea, quæ à Maximo perpetrata fuerant, rure in urbem rediiſſet*; undecima *in laudem Heronis Philoſophi Alexandrini*; duodecima *ad Evagrium monachum de Divinitate*; decima tertia *de modeſtiâ in Diſputationibus ſervandâ*; decima quarta eſt *Invectiva prima in Imp. Julianum Apoſtatam*; decima quinta eſt *Invectiva ſecunda in Imp. Julianum Apoſtatam.*

Secundò, & quidem fol. 96 pag. 1, *EJUSDEM Epilogus apologeticus Scholiorum ſuorum in S. Gregorii Nazianzeni Orationes*, & præcipuè quidem *in Invectivas duas in Imp. Julianum Apoſtatam.* Incipit is abſque ullâ peculiari inſcriptione his verbis: Μηδεὶς τῶν ἐντυγχανόντων ἐπιτιμάτω, εἰ καί τινα, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 96 pag. 2, uſque ad fol. 119 pag. 2, *NONNI Panopolitæ Expoſitio Hiſtoriarum ac Fabularum, quarum S. Gregorius Nazianzenus in duabus ſuis adverſus Imp. Julianum Apoſtatam Orationibus invectivis meminit.* Principium ejus unà cum Titulo ſive Inſcriptione eſt ibi tale: Συναγωγὴ καὶ Ἐξήγησις ὧν ἐμνήσθη ἱστοριῶν ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Γρηγόριος τῶν ἐν τῷ πρώτῳ στηλιτευτικῷ. Ὁ λόγος στηλιτευτικὸς ψόγος ἐστὶ τῶν Ἰουλιανοῦ πεπραγμένων· διαφέρει δὲ &c.

Quartò, & quidem (1) *duobus ultimis foliis, nempe* 120mo & 121mo, Στιχηρὰ ſive *CANTICA duo Eccleſiaſtica menſis Septembris cum antiquis græcis Notis muſicis*, ad Feſtum *Nativitatis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, & ad memoriam Parentum ipſius (2) *S. Joachim* & *S. Annæ* pertinentia. Canticum in *Nativitatem Beatiſſimæ Dei-Genitricis* incipit his verbis: Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννα πανηγυρίζουσι, Τὴν ἀπαρχὴν τεκόντες τῆς ἡμῶν σωτηρίας, &c. Alterum autem Canticum in memoriam *S. Joachim* & *S. Annæ* incipit hoc modo: Δεῦτε νῦν χορεύσωμεν Ἀσματικῶς ὦ φιλέορτοι, καὶ πιστῶς ἑορτάσωμεν, Τὴν μνήμην γεραίροντες Ἰωακεὶμ καὶ Ἄννης, Τῆς σεπτῆς δυάδος &c.

CXXI.

CENTESIMUS VIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, perelegans & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis quinquaginta novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò,

(1) Ultima hæc duo folia ſervierunt olim reliquo iſti Volumini in fine pro operculo. (2) Vide *Menologium* Græcorum d. 9. Septembris. & *Martyrologium* Romanum d. 20. Martii.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 191 pag. 2, THEODORI *Prodromi Expoſitio in Sanctorum Patrum Coſmæ Epiſcopi Majumenſis & Joannis Damaſceni Canones ſive Cantica Eccleſiaſtica*, *in præcipuis ſacris ſolennitatibus cantari ſolita.* Ipſa tituli *græci* verba, cum principio *Expoſitionis primi Canonis*, ſunt hæc: Τοῦ Φιλοσόφου Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου ἐξήγησις εἰς τοὺς ἐν ταῖς θείαις καὶ δεσποτικαῖς ἑορταῖς μελουργηθέντας κανόνας παρὰ τῶν ἁγίων καὶ σοφῶν μελῳδῶν Κοσμᾶ καὶ Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ. Ὁ Χριστὸς βροτὸς γινόμενος ἤγουν ἄνθρωπος θνητὸς, ἦν καὶ Θεὸς ὁ αὐτὸς, &c.

Secundò, & quidem à fol. 192 pag. 1, uſque ad fol. 206 pag. 1, S. JOANNIS DAMASCENI *Oratio de mortuis in fide, quòd juventur Miſſis & beneficiis vivorum.* Ipſa tituli *græci* verba, cum principio *Orationis*, ſunt hæc: Ἰωάννου μοναχοῦ πρεσβυτέρου, τοῦ ταπεινοῦ Δαμασκηνοῦ, λόγος περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων, ὅπως αἱ ὑπὲρ αὐτῶν γινόμεναι λειτουργίαι καὶ εὐποιΐαι τούτοις τὰ μέγιστα ὀνίνησιν. (1) Τὰ τῶν βρωμάτων ἡδέα καὶ τίμια, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 206 pag. 1, uſque ad fol. 219 pag. 2, *EPITOME græca quatuor Librorum latinorum Joannis Caſſiani Romani ad Caſtorem Epiſcopum de Inſtitutis & Regulis Cœnobiorum Ægypti & Orientis.*

Quartò, & quidem à fol. 219 pag. 2, uſque ad fol. 247 pag. 1, *EPITOME græca ſeptem priorum Collationum Sanctorum Anachoretarum Scetenſium, latinè conſcriptarum à Joanne Caſſiano Romano ad Leontium Epiſcopum.* Ipſa tituli *græci* verba, cum principio *Præfationis*, ſunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Λεόντιον περὶ τῶν κατὰ τὴν (2) Σκῆτιν. Τὸ χρέος, ὅπερ ἐπηγγειλάμην τῷ μακαριωτάτῳ Πάπᾳ Κάστορι &c. Plura & accuratiora de hoc Opuſculo vide Libri *quarti* Lambecianorum Commentariorum pag. 166, 167 & 168.

Quintò, & quidem à fol. 247 pag. 1, uſque ad fol. 259 pag. 2, *GEORGII Rhetoris, Archiepiſcopi Nicomediæ, Homilia ſive Oratio in Beatiſſimam Virginem Deiparam, & in illud Evangelii S. Joannis, Stabant apud Crucem* JESU *Mater ipſius & ſoror Matris ipſius, ut & in Sepulturam Chriſti, habitæ Sabbato Sancto.* Ipſa tituli *græci* verba, cum principio *Orationis*, ſunt hæc: Γεωργίου Ἀρχιεπισκόπου Νικομηδείας, τοῦ Ῥήτορος, εἰς τὴν ἁγίαν Θεοτόκον, καὶ εἰς τὸ ῥητὸν τοῦ κατὰ Ἰωάννην εὐαγγελίου τὸ φάσκον, Εἱστήκεισαν παρὰ τῷ σταυρῷ τοῦ Ἰησοῦ ἡ μήτηρ αὐτοῦ καὶ ἡ ἀδελφὴ τῆς μητρὸς αὐτοῦ· καὶ εἰς τὴν θεόσωμον ταφὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τῷ ἁγίῳ Σαββάτῳ. Πρὸς ὑψηλοτάτην ἡμῖν ἀναδραμὼν ὁ λόγος περιωπὴν &c. Plura de hâc *Oratione* vide Libri *quarti* Lambecianorum Commentariorum pag. 21 & 22.

CXXII.

CENTESIMUS VIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus*. *Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis nonaginta ſeptem*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo THEOPHYLACTI, *Acridæ in Bulgariâ Archiepiſcopi, Commentarii in quatuor Evangelia*, & inſcribuntur ibi atque incipiunt hoc modo: Θεοφυλάκτου Ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας Ἑρμηνεία κατὰ σύνοψιν εἰς τὸ Τετραευαγγέλιον. Ἀρχὴ τοῦ κατὰ Ματθαῖον. Οἱ μὲν οὖν πρὸ τοῦ νόμου ἐκεῖνοι θεῖοι ἄνδρες οὐ διὰ γραμμάτων καὶ βι-

(1) Vide Operum *S. Joannis Damaſceni* editionem Pariſ. A. 1619. pag. 519; ſed ibi *Oratio* hæc exſtat tantùm *latine*. (2) Duplex celeberrimæ hujus Ægyptiacæ eremi in antiquis Codicibus MStis Græcis exſtat appellatio, nempe Σκήτη, cujus genitivus Σκήτης, & Σκῆτις, cujus genitivus Σκήτεως.

καὶ βιβλίων ἐκδιδάσκοντος, &c. In fine horum *Commentariorum*, nempe ſol. 396. pag. 2. & fol. 397 pag. 1 exſtat *Appendix* quædam *Hiſtorica* de *Joſepho ab Arimathiá*, & de *Judá proditore*, ſimul & *Flavii Joſephi inſigne Teſtimonium de Chriſto* ex Libro decimo octavo Antiquitatum Judaicarum; cujus titulus & principium: Φησὶ δὲ καὶ ὁ Ἑβραῖος ἸΩΣΗΠΠΟΣ κατὰ τὸν ὀκτωκαιδέκατον τόμον τῆς ἀρχαιολογίας αὐτοῦ. Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, &c.

CXXIII.

CENTESIMUS VIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, ruinoſus & lacerus, in *quarto majori*, conſtátque nunc foliis *ducentis novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 2, uſque ad fol. 6 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio in parabolam de filio prodigo*, cujus titulus & principium: Κυριακῇ τῇ περὶ τῆς ἀποκρέω Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὸν ἄσωτον υἱόν. Εἰ μὲν καὶ διὰ παντὸς τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν κηρύττειν ὀφείλωμεν, ἀγαπητοί· δι' αὐτῆς γὰρ καὶ ζῶμεν, καὶ &c.

Secundò, & quidem à fol. 6 pag. 2, uſque ad fol. 13 pag. 1, *S. EPHRÆMI Syri Oratio in ſecundum Chriſti adventum*; cujus titulus & principium: Κυριακῇ τῆς ἀποκρέω. Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἐφραὶμ τοῦ Σύρου λόγος εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Πᾶσα ἑορτὴ καὶ πᾶσα πρᾶξις τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ &c.

Tertiò, & quidem à fol. 13 pag. 1, uſque ad fol. 23 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio in expulſionem Adami è Paradiſo*; *& de bonis atque malis mulieribus*. Ipſa tituli græci verba, unà cum principio Orationis, ſunt hæc: Κυριακῇ τῆς τυροφάγου. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὴν ἐξορίαν τοῦ Ἀδὰμ, καὶ περὶ καλῶν καὶ πονηρῶν γυναικῶν· (1) Πρόκειται ἡμῖν, ἀγαπητοί, πνευματικὴ τράπεζα &c.

Quartò, & quidem à fol. 23 pag. 1, uſque ad fol. 31 pag. 1, S. ANASTASII *Sinaitæ Homilia in ſextum Pſalmum, habita primâ hebdomade jejuniorum*, cujus principium: Πρέπουσα ἀρχὴ εἰλικρινοῦς μετανοίας &c.

Quintò, & quidem à fol. 31 pag. 1, uſque ad fol. 33 pag. 2, S. BASILII MAGNI, *Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi, Oratio de jejunio*, τῇ δ' τῶν νηστειῶν; cujus principium: Παρακαλεῖτε, φησὶν, ἱερεῖς τὸν λαὸν &c.

Sextò, & quidem à fol. 33 pag. 1, uſque ad fol. 37 pag. 1, *Martyrium S. THEODORI*, τοῦ Στρατηλάτου, ſive *Ducis exercitûs*, *Heracleæ* ſub *Imp. Licinio* poſt multa tormenta *die* (2) *ſeptimo Februarii*, quo etiam nunc memoria ejus colitur, capite truncati, conſcriptum juſſu ipſius S. *Theodori* ab *Augaro*, ſeu potiùs *Abgaro*, *Tachygrapho* ſive *Notario*, qui rebus geſtis interfuit. Ipſa tituli græci verba, unà cum principio Narrationis, ſunt hæc: Σαββάτῳ α' τῶν ἁγίων νηστειῶν· Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Θεοδώρου τοῦ στρατηλάτου. Ὥσπερ φαίνει ὁ ἥλιος τοῖς ὁρῶσιν, οὕτως ὁ περὶ τῶν μαρτύρων λόγος τοῖς ἀκούουσιν· ὥσπερ δὲ οὐρανὸς &c. Exſtant hæc *Acta Martyrii* apud

 Lauren-

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. VII. p. 237. (2) Vide *Martyrolog. Roman.* d. 7. Februarii, & RR. PP. *Bollandi* & *Henſchenii* Acta Sanctorum menſis Februarii, Tom. II. eod. die.

Laurentium Surium Tomo primo de probatis Sanctorum Hiſtoriis, d. 7. Februarii, ſed tantùm *latinè*; item apud RR. PP. *Joannem Bollandum* & *Godefridum Henſchenium* Tomo ſecundo Sanctorum menſis Februarii, ubi exhibentur eorundem Actorum *tres verſiones latinæ*. Meminit quoque illorum Actorum Græcorum Vir doctiſſimus *Leo Allatius* in *Diatribâ de Symeonum Scriptis* pag. 115. Plura, ſi placet, lege in Lib. IV. *Comment. Lambec.* pag. 125, 126.

Septimò, & quidem fol. 37 pag. 2, uſque ad fol. 43 pag. 2, *Martyriam* (1) *S. GEORGII, à ſervo ipſius Paſicrate conſcriptum*, cujus principium: Ἡ μὲν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ προαιώνιος βασιλεία οὔτε ἀρχὴν ἡμερῶν, οὔτε τέλος ζωῆς ἔχει· ὁ δὲ πανεύφημος &c. Exſtat quidem hæc *Martyrii Hiſtoria apud Laurentium Surium* Tomo ſecundo de probatis Sanctorum Hiſtoriis, d. 23 Aprilis, ſed tantùm *latinè*: In Codice autem hoc MSto *Cæſareo* non ſolùm ultima *S. Georgii* oratio ab editione ejuſdem *latiná Surianá* valdè diſcrepat, verùm etiam tota ſubſequens narratio multò aliter ſe habet, ut videre eſt in Lib. IV. *Comment. Lambec.* pag. 126, 127.

Octavò, & quidem fol. 44 pag. 1 & 2, *alia quædam de S. GEORGIO Martyre Narratio*, ob defectum *trium foliorum*, ſceleſti cujuſdam hominis manu exciſorum, maximâ parte priori mutila; Principium illius vide Lib. IV. *Comment. Lambec.* pag. 127.

Nonò, & quidem à fol. 44 pag. 2, uſque ad fol. 52 pag. 1, *Narratio SANCTORUM PATRUM de venerandis Imaginibus*, & *cur prima Dominicâ Quadrageſimæ annua earum celebretur memoria.* Ipſa tituli græci verba, cum principio Narrationis, ſunt hæc: Τῇ κυριακῇ (2) τῆς ὀρθοδοξίας. Διήγησις ὠφέλιμος συντεθεῖσα περὶ τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν περὶ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων, καὶ διὰ τί παρέλαβεν ἐτήσιον ποιεῖν τὴν ὀρθοδοξίαν τῇ πρώτῃ κυριακῇ τῶν ἁγίων νηστειῶν ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία. Τοῦ Βασιλέως Θεοφίλου τὸ κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ, τὴν αὐτοκρατορικὴν διέποντος ἀρχὴν, &c. Exſtat quidem hæc *Narratio* in Bibliothecæ Patrum græco-lat. Auctario, Pariſiis A. 1648 edito, Tom. II. colum. 716; arbitror tamen non inutile futurum, eam cum hoc Codice MSto *Cæſareo* diligenter conferri.

Decimò, & quidem à fol. 52 pag. 1, uſque ad fol. 56 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio in adorationem venerandæ Crucis, Dominicâ tertiâ ſacrorum jejuniorum*; cujus principium: (3) Ἧκεν ἡμῖν ἡ ἐνιαύσιος ἡμέρα, &c.

Undecimò, & quidem â fol. 56 pag. 1, uſque ad fol. 61 pag. 1, *EJUSDEM Oratio in parabolam de operariis, Dominicâ quartâ ſacrorum jejuniorum*; cujus principium: (4) Ὁρῶ τῇ ποίμνῃ τῶν εὐσεβῶν μεμιγμένα πρόβατα ξένα, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 61 pag. 1, uſque ad fol. 65 pag. 2, *EJUSDEM Orationes duæ in Annuntiationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, die vigeſimo quinto Aprilis*; quarum prima incipit: (5) Πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια, &c. ſecunda autem: (6) Βασιλικῶν μυστηρίων ἑορτὴν &c.

Decimo

(1) De diverſis *Martyrii S. Georgii* Actis tàm falſis & hæreticis, quàm veris & catholicis, vide Em. *Card. Baronii* Notas ad Martyrologii Romani diem 23 Aprilis. Meminit eorundem Actorum *Leo Allatius* in *Diatribâ de Symeonum Scriptis* p. 95. (2) De *Dominicâ Orthodoxiæ*, quæ eſt *prima Dominica Quadrageſimæ*, vide R. P. *Jacobi Gretſeri* Obſervationes in *Georgii Codini* Librum de Officiis Magnæ Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ, lib. 3. cap. 10. Fuit autem Feſtum in memoriam reſtitutionis ſacrarum Imaginum per *Imp. Michaëlem*, matrémque ipſius *Theodoram*, & *S. Methodium* Patriarcham Conſtantinopolitanum. (3) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. V. pag. 877. (4) Vide ibid. Tom. V. pag. 708. (5) Vide ibid. Tom. VII. pag. 537. (6) Vide ibid. Tom. VII. pag. 249; ubi *Savilius* in margine indicat, ſe Orationem hanc emendâſſe ex tribus Codicibus MStis *Cæſareis*.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 65 pag. 2, uſque ad fol. 78 pag. 1, *Vita* (1) *S. MARIÆ Ægyptiacæ*, *à SOPHRONIO Archiepiſcopo Hieroſolymitano* conſcripta; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Σωφρονίου Ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων λόγος εἰς τὸν βίον τῆς ὁσίας Μαρίας τῆς Αἰγυπτίας. Μυστήριον Βασιλέως κρύπτειν καλὸν, τὰ δὲ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἀνακηρύττειν ἔνδοξον· οὕτω γὰρ εἶπεν ὁ Ἄγγελος τῷ Τωβὴτ &c. Exſtat quidem hæc *Vita* in Opere de Vitis Patrum à R. P. *Heriberto Roſweido* edito, pag. 381, ſed tantùm *latinè*, interprete *Paulo Eccleſiæ Neapolitanæ Diacono.*

Decimo quartò, & quidem à fol. 78 pag. 1, uſque ad fol. 80 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio in Lazarum & Divitem, Dominicâ quintâ ſacrorum jejuniorum*, cujus principium: (2) Μέγιστόν ἐστι διδασκάλιον τὸ τῆς ἐκκλησίας στάδιον, &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 80 pag. 1, uſque ad fol. 82 pag. 1, *EJUSDEM Oratio in Lazarum quatriduanum* σαββάτῳ τοῦ Λαζάρου; cujus principium: Ὥσπερ μήτηρ φιλότεκνος ἐπιδοῦσα τὴν θηλὴν τῷ νηπίῳ, τέρπεται τοῦ παιδὸς ἐφελκομένου &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 82 pag. 1, uſq; ad fol. 85 pag. 1, *EJUSDEM Oratio in Feſtum Palmarum*; cujus principium: (3) Ἐκ θαυμάτων ἐπὶ τὰ θαύματα βαδίζωμεν &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 85 pag. 1, uſque ad fol. 100 pag. 2, S. EPHRAIM *Syri Oratio panegyrica de Vitâ Joſephi Patriarchæ, habita feriâ ſecundâ Magnæ Hebdomadis*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἐφραὶμ τοῦ Σύρου λόγος εἰς βίον τοῦ παγκάλου Ἰωσήφ. (4) Ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 100 pag. 2, uſque ad fol. 104 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio in decem Virgines, feriâ tertiâ Magnæ Hebdomadis*; cujus principium: (5) Ὅλον τὸ ἐνδιαπάντων τῆς ζωῆς ἐννοήσω &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 104 pag. 1, uſq; ad fol. 108 pag. 1, *EJUSDEM Oratio in Phariſæum, meretricem & unguentum, feriâ quartâ Magnæ Hebdomadis*; cujus principium: (6) Πάντοτε μὲν ὁ Θεὸς ὡς φιλάνθρωπος &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 108 pag. 1, uſque ad fol. 113 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in proditionem Chriſti & Lotionem pedum, feriâ quintâ Magnæ Hebdomadis*; cujus principium: (7) Ἐβουλόμην εἰς τέλος διανύσαι &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 113 pag. 2, uſque ad fol. 116 pag. 1, S. ATHANASII *Archiepiſcopi Alexandrini Oratio* εἰς τὴν σωτήριον σταύρωσιν *ſive in ſalutarem Crucifixionem Chriſti, in Paraſceve*; cujus principium: (8) Μέγα μὲν ὁ οὐρανὸς δημιούργημα, &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 116 pag. 1, uſque ad fol. 124 pag. 1, *S. EPIPHANII, Conſtantiæ ſive Salaminis in Cypro Epiſcopi, Oratio in Sepulturam Chriſti, ſancto & magno Sabbato*; cujus principium: (9) Τί τοῦτο; σήμερον σιγὴ πολλὴ ἐν τῇ γῇ &c.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 124 pag. 1, uſque ad fol. 128 pag. 2, S. GREGORII NAZIANZENI *Orationes duæ in Sanctum Paſcha*; quarum *prima* incipit: (10) Ἀναστάσεως ἡμέρα, &c; *ſecunda* autem: Χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, πάλιν ἐρῶ χαίρετε· ὁ Κύριος ἐγγὺς, &c.

(1) Vide Martyrolog. Rom. d. 2 Apr. (2) Vide Operum *S. Joan. Chryſoſt.* edit. græc. Savil. Tom. V. p. 728; ubi *Savil.* in margine indicat, ſe Orationem hanc emendâſſe ex Codice MSto *Cæſareo.* (3) Vide ibidem Tom. V. p. 882, ubi *Savil.* in margine indicat, ſe hanc quoq; Orationem ex Codice quodam MSto *Cæſareo* emendâſſe. (4) Vide Operum *S. Ephræmi* edit. lat. Colonienſem Voſſianam Tom. III. p. 632. (5) Vide Operum *S. Jo. Chryſoſt.* edit. græc. Savil. Tom. VII. p. 554. (6) Vid. ibid. Tom. VII. p. 490. (7) Vid. ibid. Tom. V. p. 893, ubi *Savil.* in margine indicat, ſe Orat. hanc accepiſſe ex quodam Codice MSto *Cæſareo.* (8) Vide R. P. *Jacobi Gretſeri* Opus de S. Cruce, T. II. col. 1533 edit. Ingolſtad. in fol. (9) Vid. Oper. *S. Epiphanii* edit. gr. lat. Pariſ. R. P. *Dion. Petavii* A. 1622 in fol. T. II. p. 259. (10) Vid. Oper. *S. Greg. Nazianz.* edit. gr. lat. Pariſ. T. I. p. 675.

Vigeſimo quartò, & quidem â fol. 128 pag. 2, uſque ad fol. 133 pag. 1, *ARCHIPPI, Eremitæ ac Paramonarii Narratio Miraculi, à S. Michaële Archangelo Chonis ſive Coloſſis in Phrygia editi*: cujus principium: Ἡ ἀρχὴ τῶν ἰαμάτων καὶ δωρεῶν καὶ χαρισμάτων, τῶν δοθέντων ἡμῖν ὑπὸ Θεοῦ διὰ τῆς χάριτος καὶ παρουσίας τοῦ ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ ἐξ ἀρχῆς μὲν &c. Meminit hujus Narrationis etiam *Leo Allatius* in *Diatribâ de Symeonum Scriptis* pag. 94. Vide quoque *Laurentii Surii* Tomum *quintum* de probatis Sanctorum Hiſtoriis d. 29 Septembris; ut & Em. Card. *Baronii* Annal. Eccleſiaſt. Tom. I. A. C. 60 num. 21. Notáſque ejuſdem ad *Martyrologii Romani* diem 8 Maji.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 133 pag. 1, uſque ad fol. 136 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Oratio* εἰς τὰ εἰσόδια τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου, ſive, *in Præſentationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, quando triennis à parentibus ſuis oblata fuit in templo.* Principium ejus eſt: Ἰδοὺ καὶ πάλιν ἑτέρα ἑορτὴ καὶ πανήγυρις φαιδρὰ τῆς μητρὸς τοῦ Κυρίου· ἰδοὺ πρόοδος &c.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 136 pag. 1, uſque ad fol. 143 pag. 2, *Narratio apocrypha de Vitâ & rebus geſtis S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ*, quæ in hoc quidem Codice MSto *Cæſareo Inſcriptione* & *nomine Autoris* omninò caret, in aliis autem Codicibus MStis & in editionibus impreſſis (1) falsò & perperàm attribuitur S. (2) *Prochoro*, qui S. *Joannis* fuit *diſcipulus*, & *unus ex ſeptem primis Eccleſiæ Chriſtianæ Diaconis*, qui, ut S. *Lucas* Actorum cap. 6 teſtatur, ab ipſis Sanctis Apoſtolis ordinati ſunt. Principium iſtius Narrationis in Codice illo MSto, de quo in præſens agitur, eſt tale: (3) Ἐγένετο μετὰ τὸ ἀναληφθῆναι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ἦσαν οἱ Ἀπόστολοι πάντες ἐν Ἱεροσολύμοις, προσκαρτεροῦντες τῷ λόγῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ τῇ διδασκαλίᾳ, καὶ ταῖς προσευχαῖς. μετὰ δὲ χρόνον συνήχθησαν εἰς Γεθσημανὴ, καὶ εἶπεν Πέτρος πρὸς αὐτούς· γινώσκετε, ἀδελφοὶ, ὅτι ὁ Κύριος ἡμῶν &c.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 143 pag. 2, uſque ad fol. 154 pag. 1, *Vita & Martyrium S. PLACIDI*, vel *PLACIDÆ*, *Ducis*, ſive *Præfecti exercitûs*, qui poſt ſuſceptam religionem Chriſtianam (4) *Euſtathius* appellatus eſt, cujúſque memoria tàm in *Menologio Græcorum*, quàm in *Martyrologio Romano* celebratur d. 20 Septembris. Inſcribitur autem atque incipit Hiſtoria illa in Codice hoc manuſcripto Cæſareo hoc modo: Βίος καὶ πολιτεία Πλακίδα τοῦ στρατηλάτου τοῦ μετονομασθέντος Εὐσταθίου. Ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς βασιλείας Τραϊανοῦ, τῆς εἰδωλομανίας κρατούσης, στρατηλάτης τις τοῦ βασιλέως ὀνόματι Πλακίδας, &c. Vide *Laurentii Surii* Tomum *ſextum* de probatis Sanctorum Hiſtoriis, ubi *Martyrium S. Euſtathii & ſociorum ejus* perperàm refertur ad *diem ſecundum Novembris*, & *Acta Martyrii*, quæ ibi *latinè* tantùm exhibentur, ab *Actis græcis* hujus Codicis MSti *Cæſarei* valdè diſcrepant. Conſule etiam *Leonis Allatii Diatribam de Symeonum Scriptis* pag. 108, ubi meminit *Actorum græcorum Martyrii* ejuſdem S. *Euſtathii*, ab *Autore Synchrono* ſive *coætaneo* compoſitorum, quorum principium: Πρόκειται μὲν τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἐπὶ φύσεως &c.

Vigeſimo

(1) Vide Card. *Bellarmin.* lib. de Scriptor. Eccleſiaſticis, & Card. *Baron.* Tom. I. Annal. Eccleſ. ejuſdémque Notas ad Martyrolog. Rom. d. 27 Decembris; item R. P. *Philip. Labb.* Tom. II. de Scriptor. Eccleſiaſt. & *Ger. Joh. Voſſ.* de Hiſtor. Græcis lib. 2. cap. 9. (2) Vide *Martyrolog. Rom.* d. 9. Aprilis. (3) Hiſtoria hæc apocrypha exſtat *græcè* & *latinè* inter *Orthodoxographa Sanctorum Patrum Monumenta*, Baſileæ typis Henricpetrinis A. 1569 in fol. edita, pag. 85. & *latinè* tantùm Tomo ſeptimo *Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum Pariſinæ* A. 1654 columna 108; ſed utrobiq; diſcrepat ea ſtatim in principio non mediocriter ab hoc Codice MSto *Cæſareo*. (4) Ita & in hoc Codice MSto & in *Menologio* atq; *Menæis* rectè vocatur *Euſtathius*, non autem *Euſtachius*, ut perperàm legitur in *Martyrolog. Rom.* d. 20. Septemb. Vide etiam ibi Notas Card. *Baronii*, & conſule inſuper ejuſdem Tomum ſecundum Annal. Eccleſiaſt. an. 103 & 140.

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 154 pag. 1, uſque ad fol. 159 pag. 1, *Oratio hiſtorica*, ſive, *Narratio apocrypha de Nativitate Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus titulus & principium: Λόγος ἱστορικὸς εἰς τὸ γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας. Ἐν ταῖς ἱστορίαις τῶν δώδεκα φυλῶν τοῦ Ἰσραὴλ &c. Exſtat eadem *Hiſtoria apocrypha græcè & latinè* inter *Orthodoxa Sanctorum Patrum Monumenta*, Baſileæ An. 1569 typis Henricpetrinis in folio edita, pag. 71, ibique falsò inſcribitur. Πρωτευαγγέλιον ſive *Primum Evangelium S. Jacobi Apoſtoli* cognomine *Minoris*, & Ἀδελφοθέου ſive *Fratris Domini*.

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 160 pag. 1, uſque ad fol. 167 pag. 1, S. GREGORII NAZIANZENI *Oratio in Nativitatem Chriſti*, cujus principium: (1) Χριστὸς γεννᾶται, δοξάσατε· &c.

Trigeſimò, & quidem à fol. 167 pag. 1, uſque ad fol. 170 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in Sancta Lumina*; cujus principium: (2) Πάλιν Ἰησοῦς ὁ ἐμὸς, &c.

Trigeſimo primò, & quidem fol. 170 pag. 2, & fol. 171 pag. 1, Schediaſma quoddam *de Sanctiſſimâ Trinitate*; cujus principium: Πατὴρ ὁ πατὴρ καὶ ἄναρχος· οὐ γὰρ ἔκ τινος. Υἱὸς ὁ Υἱὸς καὶ οὐκ ἄναρχος· ἐκ τοῦ Πατρὸς γάρ. &c.

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 171 pag. 1, uſque ad fol. 176 pag. 2, *Narratio apocrypha de Obitu & Aſſumptione Beatiſſimæ Dei-Genitricis, nomine S. JACOBI Apoſtoli, cognomine Minoris & Fratris Domini, falsò inſcripta*. Ipſa tituli græci verba cum principio Narrationis, ſunt hæc: Κοίμησις τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου Μαρίας, συγγραφεῖσα ὑπὸ Ἰακώβου τοῦ Ἀδελφοθέου. Τῆς ἁγίας ἐνδόξου Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας κατὰ τὸ εἰωθὸς ἐν τῷ ἁγίῳ μνήματι τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἐρχομένης θυμιάσαι, &c. Quamvis autem hæc Narratio, quod ad titulum attinet, S. *Jacobo Apoſtolo*, cognomine *Minori & Fratri Domini*, attribuitur, in ipsâ tamen Narratione S. *Joannes Evangeliſta* ita loquens introducitur, ut ipſe potiùs quàm S. *Jacobus*, Autor ejus ſimuletur; *de quâ ſuppoſititiâ Hiſtoriâ* vid. plura Lib. IV. *Comment. Lambec.* pag. 131 & 132.

Trigeſimo tertiò, & quidem à fol. 176 pag. 2, uſque ad fol. 182 pag, 2, ANDREÆ *Archiepiſcopi Cretenſis, cognomine Hieroſolymitani, Oratio panegyrica in Obitum & Aſſumptionem Beatiſſimæ Dei Genitricis*; cujus titulus & principium: Ἀνδρέου Ἀρχιεπισκόπου Κρήτης τοῦ Ἱεροσολυμίτου ἐγκώμιον εἰς τὴν πάνσεπτον κοίμησιν τῆς ἀχράντου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας. Μυστήριον ἡ παροῦσα πανήγυρις, ὑπόθεσιν ἔχουσα τῆς Θεοτόκου τὴν κοίμησιν, &c. *Impreſſas* ejuſdem Orationis editiones, ſed *latinè* tantùm, vide apud *Laurentium Surium* Tomo IV. de probatis Sanctorum Hiſtoriis d. 15 Auguſti, & apud *Laurentium Cumdium* Tomo IV. Bibliothecæ Homiliarum priſcorum Eccleſiæ Patrum pag. 631 editionis Lugdunenſis apud Juntas A. 1588 in folio.

Trigeſimo quartò, & quidem à fol. 183 pag. 1, uſque ad fol. 187 pag. 1, *Martyrium* (3) *S. DEMETRII Proconſulis, qui Imp. Maximiani Herculii juſſu lanceis confoſſus eſt*. Inſcribitur illud ibi atque incipit hoc modo: Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Δημητρίου τοῦ μεγαλομάρτυρος. Μαξιμιανὸς, ὁ καὶ Ἑρκούλιος, ὑποτάξας Γότθους καὶ Σαυρομάτας τοῖς Ῥωμαίοις, κατελθὼν ἐν τῇ Θεσσαλονικαίων πόλει διέτριβεν, &c.

Trigeſimo quintò, & quidem à fol. 187 pag. 1, uſque ad fol. 191 pag. 2, *Vita, res geſtæ & miracula Sanctorum Confeſſorum Aſianorum COSMÆ & DAMIANI, filiorum*

(1) Vide Operum *S. Gregorii Nazianzeni* editionem græco-latinam Pariſienſ. Tom. I. pag. 613. (2) Vide ibid. Tom. I. pag. 624. (3) Memoria ejus celebratur in *Martyrologio Romano* d. 8. Octobris, in *Menologio* autem *Græcorum* d. 26. Octobris.

Theodotes, matronæ religioſiſſimæ, qui in *Arte medicâ* mirè excelluerunt, & quia pro omni operâ ac beneficio ſuo nihil unquam à quoquam acceperunt, Ἀνάργυροι cognominati ſunt, quaſi latinè diceretur *Argentabſtemii*, vel, ut *Horatius* loqui amat, *Abſtinentes pecuniæ*. Ipſa tituli græci verba, unà cum principio Narrationis, ſunt hæc: Βίος καὶ πολιτεία ἐν ἐπιλόγῳ καὶ μερικὴ θαυμάτων διήγησις τῶν ἁγίων ἀναργύρων καὶ θαυματουργῶν Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ, Νοεμβρίου α΄. Τῆς ἑλληνικῆς μανίας ἄρτι καταπαυσάσης, καὶ τῆς δαιμονικῆς λατρείας καταλυθείσης διὰ τῆς τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ ἐν σαρκὶ παρουσίας, &c. Quòd autem hoc loco *Aſiani Sancti Coſmas & Damianus*, *Theodotes filii*, non autem alii *eorundem nominum* & *ejuſdem profeſſionis* Sancti vel (1) *Romani*, vel (2) *Arabes*, intelligendi ſint, luculenter apparet, cùm ex *die primo Novembris*, quo *Aſianorum Sanctorum Coſmæ & Damiani* memoria in *Menologio* & *Menæis* Græcorum colitur, tùm verò multò etiam magis ex Codicis hujus MSti expreſſis verbis: quæ vide Lib. IV. *Comment. Lambec.* pag. 133, 134. Exſtat quidem R. P. *Simeonis Wangnereckii* è Soc. Jeſu *Syntagma Hiſtoricum de tribus Sanctorum Anargyrorum Coſmæ & Damiani Paribus*, *Aſiano* videlicet, *Romano* & *Arabico*, potiſſimùm ex manuſcriptis à CL. V. *Leone Allatio Româ* transmiſſis concinnatum, & Wiennæ Auſtriæ apud Matthæum Coſinerovium A. 1660 græcè & latinè in quarto editum; deſunt tamen ibi jam memorata Acta Codicis hujus MSti *Cæſarei*.

Trigeſimo ſextò, & qnidem à fol. 191 pag. 2, uſque ad fol. 193 pag. 2, S. CYRILLI, *Archiepiſcopi Hieroſolymitani, Oratio in Occurſum Chriſti & in Sanctum Symeonem*, ſive, in *Feſtum Purificationis Beatiſſimæ Dei-Genitricis.* Ipſa tituli græci verba, cum principio Orationis, ſunt hæc: Κυρίλλου Ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων ὁμιλία εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὸν ὅσιον Συμεῶνα. (3) Χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιὼν, κήρυσσε χαρὰν θύγατερ Ἱερουσαλὴμ, &c.

Trigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 193 pag. 2, uſque ad fol. 195 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio in Transfigurationem Chriſti*, cujus principium: (4) Ἠκούσατε τοῦ Δεσπότου Χριστοῦ ἀρτίως λέγοντος· Ἀμὴν λέγω ὑμῖν &c.

Trigeſimo octavò, & quidem à fol. 195 pag. 1, uſque ad fol. 198 pag. 2, *EJUSDEM* λόγος εἰς τὴν νέαν κυριακὴν, καὶ εἰς τὴν ἀπιστίαν τοῦ Θωμᾶ, ſive, *Oratio in Novam Dominicam, & in incredulitatem Thomæ*; cujus principium: Ἰδοὺ πάλιν ἑορτὴ, ἰδοὺ πάλιν σωτηρία ψυχῶν·

Trigeſimo nonò, & quidem à fol. 199 pag. 1, uſque ad fol. 202 pag. 2, GREGORII, *Epiſcopi Antiocheni* (5) *Oratio in Chriſtum tertiâ die reſurgentem, & in Joſephum ab Arimathæa.* Ipſa tituli græci verba, cum principio Orationis, ſunt hæc: Τῇ κυριακῇ τῶν μυροφόρων· ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ Ἐπισκόπου Ἀντιοχείας λόγος εἰς τὴν τριήμερον τοῦ Κυρίου ἀνάστασιν, καὶ εἰς τὸν Ἰωσὴφ τὸν ἀπὸ Ἀριμαθαίας· Ἐπαινετὸς καὶ οὗτός ἐστιν τῆς ἐκκλησίας ὁ νόμος, ὁ παρασκευάζων ἡμᾶς τοῦ τριημέρου θανάτου τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν τὴν μνήμην πανηγυρίζειν ἐν θησαυρῷ τῶν νεκρῶν· τί γὰρ &c.

Quadrageſimò, & quidem à fol. 202 pag. 2, uſque ad fol. 209 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio in Samaritanam, & interpretatio Meſſiæ*; cujus principium: (6) Σήμερον ὁ Χριστὸς ἐπὶ ἄθλους τῆς Σαμαρείτιδος &c.

Quadra-

(1) Horum memoria à Græcis colitur die primo Julii. (2) Horum memoria colitur in *Menologio Græcorum* d. 17. Octobr. in *Martyrologio* autem *Romano* d. 27. Sept. (3) Exſtat ea *græcè* & *latinè* Tomo XIII. Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum Pariſinæ pag. 849, & Tom. I. Auctarii colum 621. (4) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. VII. pag. 339. (5) Exſtat ea græcè & latinè Tom. I. Auctarii Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum Pariſinæ. (6) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſt.* edit. græc. Savil. Tom. VII. pag. 442; ubi *Savilius* in margine indicat, ſe Orationem hanc accepiſſe ex Codice MSto *Cæſareo*.

Quadrageſimo primò, & quidem fol. 209 pag. 1 & 2, EJUSDEM λόγος εἰς τὴν ἁγίαν Πεντηκοστὴν, καὶ διὰ τί σημεῖα οὐ γίνεται νῦν, ſive, *Oratio in Sanctam Pentecoſten, & cur hodie non fiant miracula.* Incipit ea: (1) Πάλιν ἑορτὴ, καὶ πάλιν πανήγυρις, &c; & pertingit ibi incluſivè uſque ad hæc tantùm verba: (2) ἵνα μιμησώμεθα τὴν εὔνοιαν τοῦ - - - .

CXXIV.

CENTESIMUS VIGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis nonaginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo S. GREGORII NAZIANZENI *Orationes viginti quatuor cum antiquis nonnullis Scholiis marginalibus*: nempe prima *in Sanctum Paſcha & in Tarditatem*; ſecunda, quæ eſt *ſecunda in Sanctum Paſcha*; tertia *in Novam Dominicam*; quarta *in Sanctam Pentecoſten*; quinta *in S. Martyrem Cyprianum*; ſexta *in Maccabæos*; ſeptima *de Sermonibus ſuis, & ad Julianum tributorum exæquatorem*; octava *in* (3) *Sanctam Chriſti Nativitatem*, cujus principium: Χριστὸς γεννᾶται, δοξάσατε· &c. nona *funebris in laudem S. Baſilii Magni*; decima *in Sancta Lumina*, ſive, *in Feſtum Epiphaniæ*; undecima *in Sanctum Baptiſma*; duodecima *ad S. Gregorium Epiſcopum Nyſſenum*; decima tertia *in laudem S. Athanaſii, Archiepiſcopi Alexandrini*; decima quarta *in præſentiâ centum quinquaginta Epiſcoporum*; decima quinta *de Amore pauperum*; decima ſexta *ad Patrem ſilentem ob plagam grandinis*; decima ſeptima, quæ eſt *ſecunda de Theologiâ*, & incipit: Ἐπειδὴ ἀνεκαθήραμεν; decima nona, quæ eſt *tertia de Theologiâ, prima* autem *de Filio*; vigeſima, quæ eſt *quarta de Theologiâ, ſecunda* autem *de Filio*; vigeſima prima *de Spiritu Sancto*; quæ eſt *quinta de Theologiâ*; vigeſima ſecunda, quæ eſt *prima de Theologiâ*, & continet *Præludium diſputationis adverſus Eunomianos*; vigeſima tertia πρὸς (4) Εὐνομιανοὺς καὶ εἰς ἑαυτὸν, hoc eſt, *ad Eunomianos & de ſe ipſo*; vigeſima quarta *de ſeipſo & ad eos, qui dixerunt ipſum affectare Cathedram Conſtantinopolitanam.*

CXXV.

CENTESIMUS VIGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *triginta ſeptem*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit Continetur eo MICHAELIS PSELLI *Expoſitio parapraſtica Cantici Canticorum verſibus politicis cum Præfatione ſimili ad Imp. Conſtantinopolitanum Nicephorum Botaniatam*; cujus titulus & principium: Ἑρμηνεία τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου Μιχαήλου τοῦ Ψελλοῦ εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων διὰ στίχων πολιτικῶν πρὸς τὸν Βασιλέα Κύριον Νικηφόρον τὸν Βοτανιάτην. Προοίμιον. Ἐπείπερ τὸ φιλομαθὲς τὸ σὸν ὦ Στεφηφόρε &c. Inter *Titulum* autem hunc & *principium Proœmii* exſtant ibidem etiam alia quædam *Prolegomena proſaica de Perſonis, Argumento & Nomine Cantici Canticorum*, quæ non exſtant in aliis Codicibus MStis, noc in editione græcâ *Meurſianâ*. Incipiunt ea his verbis: Τὰ πρόσωπα τοῦ βιβλίου τοῦ ᾄσματος. Νυμφίος, ὁ Κύριος ἡμῶν. Νύμφη, ἡ ἐκκλησία· Φίλοι τοῦ νυμφίου, οἱ ἅγιοι ἄγγελοι. &c.

CENTE-

(1) Vide ibid. T.V. p. 601. (2) Vide ibid. p. 602. ✝.21. (3) Oratio hæc inſcribitur ibi εἰς τὰ ἅγια Θεοφάνια. (4) Ita ibi minùs rectè legitur pro πρὸς Ἀρειανοὺς, h, e. *ad Arianos*. Vid. Oper. *S. Greg. Naz.* edit. gr. lat. Pariſ. T. I. p. 431.

CXXVI.

CENTESIMUS VIGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegantiſſimus & optimæ notæ, in *folio*, & magnâ ex parte *aureis literis* exaratus, conſtátque *trecentis quinquaginta novem* foliis, & ab *Augerio Busbeckio*, ut & ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *varia S. GREGORII NAZIANZENI*, *cognomine Theologi*, *Opera*, cum *antiquis* (1) *Scholiis marginalibus* hoc ordine:

Primò, & quidem fol. 1 & 2, *INDEX antiquus* omnium Opuſculorum totius Voluminis unà cum cujúſque principio. Titulus ejus ſive Inſcriptio eſt: Πίναξ σὺν Θεῷ τῆς Βίβλου τοῦ Θεολόγου.

Secundò, & quidem fol. 3 pag. 2, *Expoſitio* elegantiſſimis literis aureis exarata, τῶν Σημείων ſive *Notarum*, quæ in margine ejuſdem Codicis paſſim adſcriptæ ſunt. *Notas* illas *marginales* integras ex hoc MSto exhibet CL. *Lambecius* Lib. III. *Comment.* pag. 175, 176.

Tertiò, & quidem à fol. 4 pag. 1, uſque ad fol. 5 pag, 1, Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου (2) Ἐπισκόπου Ναζιανζοῦ τοῦ Θεολόγου Λόγος πρῶτος εἰς τὸ Πάσχα καὶ εἰς τὴν βραδύτητα· Hoc eſt: *Sancti Patris noſtri GREGORII Epiſcopi Nazianzeni Urbis Cappadociæ, cognomine Theologi, Oratio prima in Paſcha & in Tarditatem.* Principium ejus eſt: (3) Ἀναστάσεως ἡμέρα, καὶ ἡ ἀρχὴ δεξιά· &c. In margine extat ibidem *Scholion*, *aureis literis* exaratum, quo indicatur, Orationem hanc collocandam eſſe primo loco & ante *magnum Sermonem Apologeticum.* Incipit illud his verbis: φαίνεται οὗτος ὁ λόγος πρὸ τοῦ μεγάλου Ἀπολογητικοῦ εἰρημένος αὐτῷ, ὅτε πρεσβύτερος χειροτονηθεὶς, καὶ φυγὼν εἰς Πόντον ἐπανῆλθεν· &c.

Quartò, & quidem à fol. 5 pag. 1, uſque ad fol. 24 pag. 2, *EJUSDEM Oratio ſecunda, ſive magnus Sermo Apologeticus de Fugâ ſuâ in Pontum*, cujns principium: (4) Ἥττημαι καὶ τὴν ἧτταν ὁμολογῶ· &c.

Quintò, & quidem à fol. 24 pag. 2, uſque ad fol. 25 pag. 2, *EJUSDEM Oratio tertia ad eos, qui ipſum primùm acciverant, nec tamen venerant, cum Presbyter factus eſſet;* cujus principium: (5) Πῶς βραδεῖς ἐπὶ τὸν ἡμέτερον λόγον &c. Eſt autem hæc Oratio ibi ob defectum unius folii *in fine* mutila.

Sextò, & quidem à fol. 26 pag. 1, uſque ad fol. 32 pag. 1, *EJUSDEM Oratio quarta funebris in laudem defuncti fratris ſui Cæſarii;* cujus principium: (6) Ἴσως μὲ ἴσως &c. Eſt autem hæc Oratio ibi ob defectum unius folii *in principio* mutila.

Septimò,

(1) Deſunt ea in operum S. Gregorii Nazianzeni editione græco-latinâ *Pariſienſi* A. 1609. in folio. (2) Titulus hic Ἐπισκόπου Ναζιανζοῦ extat etiam aliàs in eodem Codice, itidem ut hîc *aureis literis* ſtudiosè exaratus. Quamvis autem hic error adeò ſit antiquus, ut non ſolùm *Ruffinus* Hiſtor. Eccleſ. lib. 2. cap. 9. *Socrates* lib. 3. cap. 35. *Sozomenus* lib. 6. cap. 17, & *Suidas* in Lexico ſub voce Γρηγόριος, verùm etiam ipſe *S. Hieronymus* in Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis cap. 17. *S. Gregorium Nazianzenum* appellet *Epiſcopum Urbis Nazianzi in Cappadocia*; ipſe tamen *S. Gregorius* in ſcriptis ſuis expreſsè reclamat, & publicè teſtatur, ſe nunquam fuiſſe ordinatum *Epiſcopum Nazianzi*, ſed tantummodò patrem ſuum, tanquam Epiſcopum jam decrepitum, in adminiſtrandâ iſtius Urbis Eccleſiâ ad breve tempus adjuviſſe. Quâ de re videſis plura apud Card. *Baronium* Annal. Eccleſiaſt. Tom. IV. an. 371 & 372. pag. 304, 305 & 331. editionis Plantinianæ. (3) Vide operum *S. Gregorii Nazianzeni* editionem græco-latinam Pariſienſem, à *Jacobo Billio* adornatam, & typis Regiis An. 1609 duobus Tomis in folio impreſſam, Tom. I. pag. 673. Numeratur autem ibi oratio hæc *quadrageſima prima.* (4) Vide ibidem Tom. I. pag. 1. (5) Vide ibidem Tom. I. pag. 46.

Septimò, & quidem à fol. 32 pag. 1, uſque ad fol. 38 pag. 1, EJUSDEM *Oratio quinta funebris in laudem defunctæ ſororis ſuæ Gorgoniæ*; cujus principium: (1) Ἀδελφὴν ἐπαινῶν, τὰ οἰκεῖα θαυμάσομαι &c.

Octavò, & quidem à fol. 38 pag. 1, uſque ad fol. 44 pag. 2, EJUSDEM *Oratio ſexta, quæ eſt prima de Pace poſt reconciliationem Monachorum.* Incipit ea his verbis: (2) Λύει μοι τὴν γλῶσσαν ἡ προθυμία, &c.

Nonò, & quidem à fol. 44 pag. 2, uſque ad fol. 47 pag. 2, EJUSDEM *Oratio ſeptima, quæ eſt ſecunda de Pace*, & incipit: (3) Θερμὸς ὁ ζῆλος· &c.

Decimò, & quidem à fol. 47 pag. 2, uſque ad fol. 49 pag. 2, EJUSDEM *Oratio octava, quam tanquam Apologeticam præſente S. Baſilio Magno ad patrem ſuum Gregorium habuit, cùm Epiſcopus Saſimorum creatus eſt.* Incipit ea his verbis: (4) Πάλιν ἐπ' ἐμὲ χρῖσμα καὶ πνεῦμα, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 49 pag. 2, uſque ad fol. 50 pag. 2, EJUSDEM *Oratio nona itidem Apologetica ad patrem ſuum Gregorium & S. Baſilium Magnum poſt reditum ſuum ex fugâ*; cujus principium: (5) Οὐδὲν ἰσχυρότερον γήρως· &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 50 pag. 2, uſque ad fol. 52 pag. 2, EJUSDEM *Oratio decima ad S. Gregorium Nyſſenum S. Baſilii Magni fratrem, cùm poſtridie illius diei, quo Epiſcopus creatus fuerat, veniſſet.* Principium ejus eſt: (6) Φίλε πιςε σὺκ ἔστιν ἀντάλλαγμα τῶν ὄντων οὐδὲν, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 52 pag. 2, uſque ad fol. 54 pag. 1, EJUSDEM *Oratio undecima*, cujus titulus & principium: *Τοῦ αὐτοῦ εἰς ἑαυτὸν καὶ τὸν γέροντα.* (7) Τὸ στόμα μου ἤνοιξα καὶ εἵλκυσα πνεῦμα. &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 54 pag. 1, uſq; ad fol. 60 pag. 2, EJUSDEM *Oratio duodecima in patrem ſilentem ob plagam grandinis*; cujus principium: (8) Τί λύεις τάξιν ἐπαινουμένην; &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 61 pag. 2, uſque ad fol. 73 pag. 2, EJUSDEM *Oratio decima tertia, partim funebris in laudem defuncti patris ſui Gregorii, partim conſolatoria ad matrem ſuam Nonnam, habita præſente S. Baſilio Magno*, ad quem etiam ſpectat hoc illius principium: (9) Ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ, καὶ πιςὲ θεράπον, &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 73 pag. 2, uſque ad fol. 78 pag. 1, EJUSDEM *Oratio decima quarta de Sermonibus ſuis, & ad Julianum tributorum exæquatorem*; cujus principium: (10) Τίς ἡ τυραννὶς, &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 78 pag. 1, uſque ad fol. 81 pag. 2, EJUSDEM *Oratio decima quinta ad Cives Nazianzenos gravi timore perculſos & Præfectum iraſcentem.* Principium ejus eſt: (11) Τὴν κοιλίαν μου &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 81 pag. 2, uſque ad fol. 105 pag. 2, EJUSDEM *Oratio decima ſexta funebris in laudem defuncti S. Baſilii Magni, Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ*; cujus principium: (12) Ἔμελλεν ἄρα πολλὰς ἡμῖν &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 105 pag. 2, uſque ad fol. 117 pag. 1, EJUSDEM *Oratio decima ſeptima* περὶ πτωχοτροφίας, ſive, *de alendis pauperibus*; cujus principium: (13) Ἄνδρες ἀδελφοὶ καὶ συμπένητες &c.

(1) Vide ibid. Tom. I. pag. 176. (2) Vide ibid. p. 190. (3) Vide ibid. p. 205. (4) Vide ibid. p. 142. (5) Vide ibid. p. 134. (6) Vide ibid. p. 136. (7) Vide ibid. p. 145. Sed ibi oratio hæc inſcribitur: Εἰς τὸν πατέρα ἑαυτοῦ, ἡνίκ' ἐπέτρεψεν αὐτὸν φροντίζειν τῆς Ναζιανζοῦ ἐκκλησίας· hoc eſt: Ad patrem ſuum, cum ipſi curam Eccleſiæ Nazianzenæ commiſiſſet. (8) Vid. ibid. p. 224. (9) Vide ibid. p. 286. (10) Vide ibid. p. 149. (11) Vide ibid. p. 265. (12) Vide ibid. p. 316. (13) Vide ibid. p. 239. Sed ibi oratio inſcribitur: περὶ φιλοπτωχίας, ſive *de amore pauperum.*

Vigeſimò, & quidem à fol. 117 pag. 1, uſque ad fol. 126 pag. 2, EJUSDEM *Oratio decima octava in laudem S. Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini*; cujus principium: (1) Ἀθανάσιον, ἐπαινῶν &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 126 pag. 2, uſque ad fol. 131 pag. 2, EJUSDEM *Oratio decima nona in laudem S. Cypriani Martyris*; cujus principium: (2) Μικροῦ Κυπριανὸς διέφυγεν ἡμᾶς &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 132 pag. 1, uſq; ad fol. 136 pag. 1, EJUSDEM *Oratio vigeſima in laudem Maccabæorum*; cujus principium: (3) Τί δὲ οἱ Μακκαβαῖοι; &c.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 136 pag. 2, uſque ad fol. 142 pag. 1, EJUSDEM *Oratio vigeſima prima in laudem Heronis*, vel, ſecundùm *S. Hieronymum* de Scriptor. Eccleſ. pag. 117, *Maximi Philoſophi Alexandrini ab exilio reverſi*; cujus principium: (4) Τὸν φιλόσοφον ἐπαινέσομαι &c.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 142 pag. 1, uſque ad fol. 145 pag. 2, EJUSDEM *Oratio vigeſima ſecunda* πρὸς τὸν κατάπλουν εἰς τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου ἐπιδημήσαντας, ſive, *habita in portu ad eos, qui ex Ægypto venerant.* Principium ejus eſt: (5) Τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου προσφθέγξομαι &c.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 145 pag. 2, uſque ad fol. 148 pag. 2, EJUSDEM *Oratio vigeſima tertia de dogmate & conſtitutione Epiſcoporum*; cujus principium: (6) Ὅτ' ἂν ἴδω τὴν νῦν γλωσσαλγίαν, &c.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 148 pag. 2, uſque ad fol. 151 pag. 1, EJUSDEM *Oratio vigeſima quarta*, quæ eſt *prima de Theologiâ*, continétque *Præludium Diſputationis adverſus Eunomianos, quòd nempe nec à quovis, nec ubivis de Deo diſſerendum ſit.* Titulus ejus cum principio eſt talis: (7) Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Εὐνομιανοὺς προδιάλεξις, ἢ, ὅτι οὐ παντὸς περὶ Θεοῦ διαλέγεσθαι ἢ πάντοτε. Πρὸς τοὺς ἐν λόγῳ κομψοὺς ὁ λόγος· &c.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 151 pag. 2, uſque ad fol 158 pag. 2, EJUSDEM *Oratio vigeſima quinta*, quæ eſt *ſecunda de Theologiâ*, incipitque his verbis: (8) Ἐπειδὴ ἀνεκαθήραμεν τῷ λόγῳ τὸν θεολόγον &c.

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 170 pag. 1, uſque ad fol. 176 pag. 1, EJUSDEM *Oratio vigeſima ſexta*, quæ eſt *tertia de Theologiâ, prima* autem *de Filio*, incipitque his verbis: (9) Ἃ μὲν οὖν εἴποι τις ἂν ἐπισκόπων &c.

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 176 pag. 1, uſque ad fol. 182 pag. 1, EJUSDEM *Oratio vigeſima ſeptima*, quæ eſt *quarta de Theologiâ, ſecunda* autem *de Filio*, incipitque his verbis: (10) Ἐπειδὴ τὰς μὲν ἐκ τῶν λογισμῶν στροφὰς &c.

Trigeſimò, & quidem à fol. 159 pag. 1, uſque ad fol. 169 pag. 2, EJUSDEM *Oratio vigeſima octava*, quæ eſt *quinta de Theologiâ*; inſcribitur autem *de Spiritu Sancto*, incipitq; his verbis: (11) Ὁ μὲν δὴ περὶ τοῦ Υἱοῦ λόγος τοιοῦτος· &c.

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 182 pag. 1, uſque ad fol. 186 pag. 2, EJUSDEM *Oratio vigeſima nona* εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν, ſive, *in Sanctam Chriſti Nativitatem*; cujus principium: (12) Χριστὸς γεννᾶται, δοξάσατε· &c.

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 186 p. 2, uſq; ad fol. 192 p. 1, EJUSDEM *Oratio trigeſima in Sancta Lumina, ſive, in Feſtum Epiphaniæ*; cujus principium: (13) Πάλιν Ἰησοῦς ὁ ἐμός· &c.

Trige-

(1) Vide ibid. pag. 373. (2) Vide ibid. p. 274. (3) Vide ibid. p. 397. (4) Vide ibid. p. 409. (5) Vide ibid. p. 424. Sed ibi oratio hæc imperfectè inſcribitur: Εἰς τοὺς ἀπ' Αἰγύπτου ἐπιδημήσαντας· (6) Vide ibid. p. 486. (7) Vide ibid. p. 529; ſed ibi tantùm inſcribitur: Κατὰ Εὐνομιανῶν προδιάλεξις. (8) Vide ibid. p. 536. (9) Vide ibid. p. 561. (10) Vide ibid. p. 577. (11) Vide ibid. p. 593. (12) Vide ibid. p. 613. Sed ibi oratio hæc inſcribitur: Εἰς τὰ Θεοφάνια ἤτ' οὖν γενέθλια τοῦ Σωτῆρος. (13) Vide ibid. p. 624.

Trigeſimo tertiò, & quidem à fol. 192 pag. 1, uſque ad fol. 207 pag. 2, EJUSDEM *Oratio trigeſima prima in Sanctum Baptiſma*; cujus principium: (1) Χθὲς τῇ λαμπρᾷ τῶν φώτων ἡμέρᾳ &c.

Trigeſimo quartò, & quidem à fol. 207 pag. 2, uſque ad fol. 216 pag. 2, EJUSDEM *Oratio trigeſima ſecunda*, quæ eſt *ſecunda in Sanctum Paſcha*, incipitque his verbis: (2) Ἐπὶ τῆς φυλακῆς μου στήσομαι, &c.

Trigeſimo quintò, & quidem à fol. 217 pag. 1, uſque ad fol. 220 pag. 1, EJUSDEM *Oratio trigeſima tertia in novam Dominicam, & in S. Martyrem Mamantem*; cujus principium: (3) Ἐγκαίνια τιμᾶσθαι παλαιὸς νόμος καὶ καλῶς ἔχων &c.

Trigeſimo ſextò, & quidem à fol. 220 pag. 1, uſque ad fol. 225 pag. 1, EJUSDEM *Oratio trigeſima quarta in Sanctam Pentecoſten*; cujus principium: (4) Περὶ τῆς ἑορτῆς βραχέα φιλοσοφήσωμεν, &c.

Trigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 225 pag. 1, uſque ad fol. 229 pag. 2, EJUSDEM *Oratio trigeſima quinta ad Arianos & de ſeipſo*; cujus principium: (5) Ποῦ ποτέ εἰσιν οἱ τὴν πενίαν ἡμῖν ὀνειδίζοντες &c.

Trigeſimo octavò, & quidem à fol. 229 pag. 2, uſque ad fol. 234 pag. 2, EJUSDEM *Oratio trigeſima ſexta*, quæ eſt *tertia de Pace*, incipitque his verbis: (6) Εἰρήνη φίλη, τὸ γλυκὺ καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα, &c.

Trigeſimo nonò, & quidem à fol. 234 pag. 2, uſque ad fol. 243 pag. 1, EJUSDEM *Oratio trigeſima ſeptima de modeſtiâ in diſputationibus ſervandâ*; cujus principium: (7) Ἐπειδὴ συνεληλύθατε προθύμως, &c.

Quadrageſimò, & quidem à fol. *243* pag. *1*, uſque ad fol. *248* pag. *2*, EJUSDEM *Oratio trigeſima octava, cùm poſt ea, quæ à Maximo perpetrata fuerant, rure in Urbem rediiſſet.* Principium ejus eſt: (8) Ἐπόθουν ὑμᾶς ὦ τέκνα, &c.

Quadrageſimo primò, & quidem à fol. *248* pag. *2*, uſque ad fol. *252* pag. *1*, EJUSDEM *Oratio trigeſima nona ad eos, qui ipſum dixerunt affectare Cathedram Conſtantinopolitanam.* Principium ejus eſt: (9) Ἐγὼ θαυμάζω τί ποτέ ἐστιν &c.

Quadrageſimo ſecundò, & quidem à fol. *252* pag. *1*, uſque ad fol. *260* pag. *1*, EJUSDEM *Oratio quadrageſima in præſentiâ centum quinquaginta Epiſcoporum habita*; cujus principium: (10) Πῶς ὑμῖν τὰ ἡμέτερα &c.

Quadrageſimo tertiò, & quidem à fol. *260* pag. *1*, uſque ad fol. *263* pag. *2*, EJUSDEM *Oratio quadrageſima prima*, ſive, *ad Cledonium Presbyterum Epiſtola prima adverſus Apollinarem*; cujus principium: (11) Βουλόμεθα μαθεῖν &c.

Quadrageſimo quartò, & quidem à fol. *263* pag. *2*, uſque ad fol. *265* pag. *2*, EJUSDEM *Oratio quadrageſima ſecunda*, ſive, *ad Cledonium Presbyterum Epiſtola ſecunda adverſus Apollinarem*; cujus principium: (12) Ἐπειδὴ πολλοὶ προσελθόντες &c.

Quadrageſimo quintò, & quidem à fol. *265* pag. *2*, uſque ad fol. *266* pag. *2*, EJUSDEM *Oratio quadrageſima tertia*, ſive, *Epiſtola ad Nectarium Epiſcopum Conſtantinopolitanum*; cujus principium: (13) Ἔοικε τὴν παροῦσαν ζωὴν &c.

(1) Vide ibidem pag. 637. (2) Vide ibidem pag. 676. (3) Vide ibidem pag. 697. (4) Vide ibidem pag. 705. (5) Vide ibidem pag. 431. (6) Vide ibidem pag. 213. (7) Vide ibidem pag. 442. (8) Vide ibidem pag. 472. (9) Vide ibidem pag. 464. (10) Vide ibidem pag. 510. (11) Vide ibidem pag. 737. (12) Vide ibidem pag. 745. (13) Vide ibidem pag. 721.

Quadrageſimo ſextò, & quidem à fol. 266 pag. 2, uſq; ad fol. 292 pag. 2, *EJUSDEM Oratio quadrageſima quarta*, quæ eſt *prima Invectiva adverſus Imp. Julianum Apoſtatam*, incipitque his verbis: (1) Ἀκούσατε ταῦτα πάντα τὰ ἔθνη, &c.

Quadrageſimo ſeptimò, & quidem à fol. 292 pag. 2, uſque ad fol. 303 pag. 2, *EJUSDEM Oratio quadrageſima quinta*, quæ eſt *Invectiva ſecunda adverſus Imp. Julianum Apoſtatam*, incipitque his verbis: (2) Οὗτος μὲν δὴ τῶν ἐμῶν λόγων ὁ πρῶτος ἄθλος ἐκτετέλεσται, &c.

Quadrageſimo octavò, & quidem à fol. 393 pag. 2, uſque ad fol. 309 pag. 2, *EJUSDEM Oratio quadrageſima ſexta in dictum illud Capitis decimi noni Evangelii S. Matthæi: Cùm conſummâſſet Jeſus Sermones iſtos, migravit à Galilæâ, & venit in fines Judææ trans Jordanem, & ſecutæ ſunt eum turbæ multæ.* Principium ejus eſt: (3) Ὁ τοὺς ἁλιεῖς περιελόμενος Ἰησοῦς &c.

Quadrageſimo nonò, & quidem à fol. 309 pag. 2, uſque ad fol. 310 pag. 1, *EJUSDEM Oratio quadrageſima ſeptima, habita in electione Eulalii Doarenſium Epiſcopi*; cujus principium: (4) Δέξασθε τὸν ἡμέτερον λόγον ἀδελφοί, &c.

Quinquageſimò, & quidem à fol. 310 pag. 1, uſque ad fol. 311 pag. 2, *EJUSDEM Oratio quadrageſima octava* (5) *adhortatoria ad Virginem*; cujus titulus & principium: Πρὸς παρθένον παραινετικός. Παρθένε νύμφη Χριστοῦ δόξαζε σοῦ τὸν νυμφίον ἀεὶ καθαίρε σεαυτὴν ἐν λόγῳ καὶ σοφίᾳ, ἵνα λαμπρὰ τῷ λαμπρῷ &c.

Quinquageſimo primò, & quidem à fol. 311 pag. 2, uſque ad fol. 313 pag. 1, *EJUSDEM Oratio quadrageſima nona ad Evagrium Monachum de Divinitate*; cujus principium: (6) Σφόδρα σε θαυμάζω &c. Adſcriptum autem ibidem eſt in margine *aureis literis* hoc *Scholion*: Ἰστέον ὅτι κατά τινας ὁ λόγος οὗτος ἀμφιβάλλεται· Hoc eſt: *Sciendum eſt, quòd Oratio à nonnullis vocatur in dubium.*

Quinquageſimo ſecundò, & quidem à fol. 313 pag. 1, uſque ad fol. 314 pag. 1, *EJUSDEM Oratio quinquageſima, quæ inſcribitur* Ὁμιλία *in Ezechielem*, & incipit: (7) Νομίζομεν τὸν ἄνθρωπον εἶναι &c. Sed ibi quoque *aureis literis* in margine adſcriptum eſt: Ἰστέον ὅτι κατά τινας ὁ λόγος οὗτος ἀμφιβάλλεται.

Quinquageſimo tertiò, & quidem à fol. 314 pag. 1, uſque ad fol. 321 pag. 2, *EJUSDEM Oratio quinquageſima prima, ſive, Metaphraſis in Eccleſiaſten*; cujus principium: (8) Τάδε λέγει Σαλομών &c. Sed ibi quoq; *aureis literis* in margine adſcriptum eſt: (9) Ἰστέον ὅτι κατά τινας ὁ λόγος οὗτος ἀμφιβάλλεται.

Quinquageſimo quartò, & quidem à fol. 322 pag. 1, uſque ad fol. 336 pag. 2, *Vita* S. GREGORII NAZIANZENI à (10) GREGORIO PRESBYTERO *Cæſareæ Cappadociæ* compoſita, cujus titulus & principium: (11) Βίος τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Ἐπισκόπου

(1) Vide ibidem pag. 49. (2) Vide ibidem pag. 109. (3) Vide ibidem pag. 496. (4) Vide ibidem pag. 494. (5) Παραίνεσις ſive *Adhortatio* hæc *ad Virgines* re verâ non eſt *Oratio proſa*, ſed *Carmen trochaicum tetrametrum catalecticum*; ut Tomi ſecundi editionis Pariſinæ pag. 299 & 300 videre eſt. Extat quoque ibidem *latina* ejuſdem Carminis per *Federicum Morellum* translatio Jambicis ſenariis. (6) Vide ibidem Tom. I. pag. 717. (7) Vide ibidem pag. 723. (8) Vide ibid. pag. 749. (9) Card. *Bellarminus* in Libro de Scriptoribus Eccleſiaſt. & *Jacobus Billius* atque *Federicus Morellus* in Notis ad *S. Gregorii Nazianzeni* opera, teſtimoniis S. *Hieronymi* & *Ruffini* demonſtrant, verum autorem hujus Metaphraſeos in Eccleſiaſten eſſe *S. Gregorium* Neocæſareæ in Ponto Epiſcopum, cognomine *Thaumaturgum*. (10) Vide ſuprà citatam Operum *S. Gregorii Nazianzeni* editionem græco-lat. Pariſinam in principio Tomi primi; ſed ibi pro Ναζιανζοῦ legitur ναζιανζηνοῦ, & paulò pòſt ὑμᾶς pro ἡμᾶς. (11) Vide *Federici Morelli* Notas ad hanc *S. Gregorii Nazianzeni Vitam* in principio; item Card. *Baronii* Annal. Eccleſ. Tom. IV. an. 371, pag. 304 edit. Plantinianæ & *Gerard. Joan. Voſſii* de Hiſtoricis Græcis lib. 4. cap. 19.

πισκόπου Ναζιανζοῦ τοῦ Θεολόγου. Συγκαλεῖ μὲν ἡμᾶς, ὦ ἄνδρες, Γρηγόριος ὁ πάνυ, ὁ τῆς Θεολογίας ἐπώνυμος, &c.

Quinquageſimo quintò, & quidem à fol. 337 pag. 1, uſque ad fol. 339 pag. 2, NONNI PANOPOLITÆ, qui vixit tempore *Imp. Theodoſii Junioris*, & *Dionyſiaca*, variis antiquorum Poetarum fabulis referta, heroico carmine compoſuit. *Enarratio Hiſtoriarum profanarum, quarum S. Gregorius Nazianzenus in Oratione* (1) *funebri in laudem S. Baſilii Magni meminit*; cujus titulus & principium: Ἐξήγησις ἱστοριῶν τῶν ἐν τῷ ἐπιταφίῳ τοῦ ἁγίου Βασιλείου. Οἱ τῶν ἔξω σοφισταί τε καὶ ῥήτορες, βουλόμενοι τὸν ἐγκωμιαζόμενον παρ' αὐτῶν εὐγενέστατον δεῖξαι, λέγουσιν ὡς οὗτος κατάγει τὸ γένος ἀπὸ Πέλοπος, ἢ Κέκροπος, ἢ Ἡρακλέους, ἢ τῶν ἄλλων νομισθέντων Ἡρώων &c. Extat quidem hæc *Nonni Panopolitæ Enarratio* in ſuprà citatâ Operum *S. Gregorii Nazianzeni* editione *Pariſinâ*, ſed tantùm *latinè*, & quidem *mutilè* atque *interpolatè*.

Quinquageſimo ſextò, & qnidem à fol. 340 pag. 1, uſque ad fol. 343 pag. 1, *EJUSDEM Collectio & Enarratio Hiſtoriarum profanarum, quarum S. Gregorius Nazianzenus meminit in Oratione* (2) *in Sancta Lumina, ſive, in Feſtum Epiphaniæ.* Ipſa tituli & principii Enarrationis iſtius verba græca ſunt hæc: Συναγωγὴ καὶ Ἐξήγησις, ὧν ἐμνήσθη ἱστοριῶν ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Γρηγόριος ἐν τῷ εἰς τὰ φῶτα λόγῳ, οὗ ἡ ἀρχή· Πάλιν Ἰησοῦς. Οὐ Διὸς ταῦτα γοναὶ καὶ κλοπαὶ τοῦ Κρητῶν τυράννου· Οἱ θεολόγοι τῶν ἑλλήνων ἐκ Κρόνου καὶ Ῥέας λέγουσι γεγενῆσθαι τὸν Δία, προσωθῆναι δὲ τρόπῳ τοιῷδε. Ὁ Κρόνος τῇ Ῥέᾳ γενόμενος σύνοικος, &c. Extat quidem etiam hæc *Nonni Enarratio* in ſuprà citatâ Operum *S. Gregorii Nazianzeni* editione *Pariſinâ*, ſed tantùm *latinè*, & quidem *mutilè* atque *interpolatè*.

Quinquageſimo ſeptimò, & quidem à fol. 343 pag. 1 uſque ad fol 359, ſive ultimum, *EJUSDEM Enarratio Hiſtoriarum profanarum, quarum S. Gregorius Nazianzenus meminit* (3) *in duabus Orationibus Invectivis adverſus Imp. Julianum Apoſtatam.* Incipit ea hoc modo: Ἐξήγησις ἱστοριῶν τῶν ἐν τῷ πρώτῳ στηλιτευτικῷ. Λόγος στηλιτευτικός ἐστι ψόγος ὑπὸ Ἰουλιανοῦ γενομένων· διαφέρει δὲ &c. Extat quidem etiam hæc *Nonni Panopolitæ Enarratio* in Tomo ſecundo ſuprà citatæ editionis Operum *S. Gregorii Nazianzeni Pariſinæ Billianæ*, ſed tantùm *latinè*.

CXXVII.

CENTESIMUS VIGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *centum quatuordecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo *TYPICUM ECCLESIASTICUM*, ſive, *Ordo Officii Eccleſiaſtici per totum annum*; ſed eſt illud ibi tàm in principio, quàm in fine mutilum.

CXXVIII.

CENTESIMUS VIGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis quadraginta novem*. Continetur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 134 pag. 1, GREGORII *Archiepiſcopi Metropoleos Corinthi Expoſitio in Canones ſive Cantica Eccleſiaſtica*

 ſtica

(1) Vide ibid. T. II. p. 768 & 769. (2) Vide ibid. T. II. p. 1010 & 1014. (3) Vide ibid. T. II. p. 499 & 522.

ſtica Feſtorum Dominicorum totius anni, ut & in Triodia & Canones Magnæ Hebdomadis & Feſtorum Beatiſſimæ Virginis Deiparæ. Ipſa *tituli græci* verba cum principio *Expoſitionis primi Canonis in Exaltationem S. Crucis*, ſunt hæc : Γρηγορίυ Ἀρχιεπισκόπυ τ̃ Μητροπόλεως Κορίνθυ ἑρμηνεία εἰς τ̀ῦ κανόνας τῶν δεσποτικῶν ἑορτῶν τ̃ ὅλυ χρόνυ, τῶν τριωδίων καὶ κανόνων τ̃ μεγάλης ἑβδομάδ☉ καὶ τῶν ἑορτῶν τ̃ Θεοτόκυ. Μlωὶ Σεπτεμβρίῳ ιδ'. Κανὼν εἰς τlὼ παγκόσμιον ἑορτlὼ τ̃ ὑψώσεως τ̃ τιμίυ καὶ ζωοποιῦ ςαυρῦ ποίημα Κοσμᾶ μοναχῦ, &c. Plura de hoc *Gregorio Metropolitá Corinthi*, qui aliàs etiam appellatur *Georgius*, ut & de *Expoſitione Canonum*, quæ Codice hoc manuſcripto *Cæſareo* continetur, vide apud *Leonem Allatium* in Diatribâ de *Georgiis* & eorum Scriptis à pag. 416, uſque ad pag. 420; ubi etiam *Joannis Jacobi Friſii* & R. P. *Antonii Poſſevini* varios inſignes errores, circa eundem *Codicem Manuſcriptum Cæſareum* in *Bibliothecâ Univerſali Geſnerianâ* & *Apparatu Sacro* commiſſos, luculenter detegit & refutat.

Secundò, & quidem à fol. 134 pag. 2, uſque ad fol. 177 pag. 1, S. *MAXIMI Monachi & Martyris Loci communes Sententiarum, ex variis ſacris & profanis Autoribus collecti, & in Capita ſeptuaginta unum diviſi*; quorum titulus & principium: Γνῶμαι ἐυαγγελικαὶ κ̀ διαφόρων ἁγίων κ̀ σοφῶν ἀνδρῶν. Κεφάλαιον ά περὶ βίυ, κ̀ ἀρετῆς, κ̀ κακίας. &c. Plura de hiſce *Locis Communibus* vide Libri *quarti* Lambecianorum Commentariorum pag. 213.

Tertiò, & quidem fol. 177 pag. 2, SYMEONIS *Monachi Fragmentum hiſtoricum de Baptiſmate Sanctorum duodecim Apoſtolorum, deſumptum ex S. Sophronii Patriarchæ Hieroſolymitani Hypomnematibus ſive Commentariis.* Ipſa *Tituli græci* verba cum principio *Fragmenti* ſunt hæc : Περὶ τ̃ Βαπτίσματ☉ τῶν ἁγίων Ἀποςόλων ἑυρημένω ἐν τῇ βίβλῳ τ̃ Μοναχῦ Συμεὼν οὕτως. Ἐρευνήσαντες φιλοπονήτως, πῶς καὶ παρὰ τίν☉ ἐβαπτίσθησαν οἱ Ἀπόςολοι, ἑυρημένω ἐν τοῖς Ὑπομνήμασι τ̃ ἁγίυ ΣΩΦΡΟΝΙΟΥ καὶ ἄλλα πολλὰ μνήμης ἄξια, περὶ δὲ τύτοις καὶ ταῦτα &c. Plura de hoc Fragmento hiſtorico vide Libri *tertii* Lambecianorum Commentariorum pag. 52, 53 & 54.

Quartò, & quidem à fol. 178 pag. 1, uſque ad fol. 179 pag. 2, *Apophthegmata quædam miſcellanea*, quorum principium : Ὡρείων ὁ Φιλόσοφ☉ εἴρηκεν· ὅπερ σὺ μισεῖς &c. Plura, ſi placet, vide Lib. V. Commentar. Lambec. pag. 279, 280.

Quintò, & quidem à fol. 179 pag. 2, uſque ad fol. 182 pag. 2, *MENANDRI Comici Sententiæ parænetica ordine alphabetico*, quorum titulus & principium : Μενάνδρυ τῦ σοφῦ Παραινέσεις κτ̀ ςοιχεῖον. Ἀρχὴ τῦ Α. Ἀρχὴν νόμιζε τὸν Θεὸν φοβεῖσθ. Ἅπαντα ἀφανίζει γῆρας &c.

Sextò, & quidem à fol. 182 pag. 2, uſque ad fol. 196 pag. 1, S. EPIPHANII, *Conſtantiæ ſive Salaminis in Cypro Inſulá Epiſcopi, Phyſiologus*, ſive *Excerpta ex* Libris *Ariſtotelis, Phyſiologi* ſive *Exploratoris naturæ animalium*, cum *Expoſitione & Applicatione Theologicâ.* Ipſa *tituli græci* verba cum principio *Libri* ſunt hæc : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἐπιφανίυ Ἐπισκόπυ Κύπρυ ἐκ τῶν Ἀριςοτέλυς, Φυσιολόγυ τῶν ζώων. Ἀρξώμεθα λαλῆσαι περὶ τῦ λέοντ☉, τῦ βασιλέως τῶν θηρίων ἤτι ζώων. καὶ γδ ὁ Ἰακὼβ ἐυλογῶν τὸν Ἰέδαν ἔλεγε· (1) Σκύμν☉ λέοντ☉ Ἰέδα, ἐκ βλαςῦ υἱέ μυ ἀνέβης. ἀναπεσὼν, ἐκοιμήθης ὡς λέων, κ̀ ὡς σκύμν☉· τίς ἐγερεῖ ἀυτὸν; &c. Edidit quidem hunc *S. Epiphanii* Librum primus græcè & latinè cum Notis ſuis *Conſalus Ponce de Leon Hiſpalenſis* Romæ apud Zannettum A. 1587 in quarto, eadémque editio *Operibus S. Epiphanii*, à P. R. *Dionyſio Pe-*

(1) Geneſ. cap. 49, verſ. 9.

ſio Petavio S. J. Lutetiæ Pariſiorum A. 1622 duobus Tomis in folio editis, à folii ſecundi pag. 185, uſque ad pag. 224 inſerta eſt; ſed diſcrepat illa multis modis à manuſcripto hoc exemplari *Cæſareo*, ejuſque beneficio valdè poteſt emendari & ſuppleri.

Septimò, & quidem à fol. 196 pag. 1, uſque ad fol. 229 pag. 1, *S. GREGORII NAZIANZENI Carmina varia cum adjunctâ anonymi cujuſdam Autoris* Ἑρμηνείᾳ ſive *Explanatione*. Primum inter ea obtinent locum *Sententiæ diſtichis jambis conſtantes*, quarum principium: (1) Ἀρχῆς καλῆς κάλλιστον εἶναι καὶ τέλος, &c.

Octavò, & quidem fol. 229 pag. 1 & 2, JOANNIS *Monachi Metaphraſis metrica ſancti Symboli*, cujus titulus & principium: Ἰωάννου Μοναχοῦ μετάφρασις τοῦ Συμβόλου. Πιστεύω Θεὸν εἰς ἕνα καὶ Πατέρ' αὐτογέννητον, &c.

Nonò, & quidem fol. 229 pag. 2, & fol. 230 pag. 1, *ÆSOPI Admonitio ad Linum diſcipulum*; cujus titulus & principium: Αἰσώπου πρὸς Λῖνον μαθητὴν αὐτοῦ νουθεσία. Ἐπάκουσον τῶν ἐμῶν λόγων, τέκνον Λῖνε, δι' ὧν καὶ πρότερον παιδευθεὶς &c.

Decimò, & quidem fol. 230 pag. 1, PLATONIS *Præcepta de iis, quæ fugienda ſunt in vitâ*; quorum titulus & principium: Πλάτωνος. Ὅσα σε δεῖ φοβεῖσθαι, ὑποδείξω σοι τέκνον ἐμόν. Φοβοῦ ἄνδρας ἐν χερσὶ τοῦ ξιφηφόρους· Φοβοῦ δυνάστας καὶ βιαίους ἐν πόλει· Φοβοῦ γλῶσσαν γυναικὸς ἀναιδεστάτης· &c.

Undecimò, & quidem à fol. 230 pag. 1, uſque ad fol. 243 pag. 1, *Sapientia Jeſu filii Sirach*.

Duodecimò, & quidem à fol. 243 pag. 1, uſque ad fol. 249 pag. 2, Γνῶμαι κατ' ἐκλογὴν τῶν Παροιμιῶν καὶ τοῦ Ἐκκλησιαστοῦ, καὶ ἐκ τοῦ Ἰώβ· Hoc eſt: *Sententiæ ſelectæ ex Proverbiis Salomonis & Eccleſiaſte, & ex Libro Jobi*. Principium earum eſt: Ἄφρονα αἰναιρεῖ ὀργὴ, &c.

CXXIX.

CENTESIMUS VIGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio minori*, ſeu *in majori quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis quinquaginta octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo S. JOANNIS CHRYSOSTOMI Ἀνδριάντες ſive *Orationes* (2) *viginti & una ad Populum Antiochenum de Statuis Imperatoris Theodoſii per ſeditionem everſis*. Harum Orationum *tres priores* longinquitate temporis ſunt mutilæ, & imperitiâ bibliopegi perperàm tranſpoſitæ. *Initia* verò earum vide Lib. IV. *Comment. Lambec.* pag. 119.

CXXX.

CENTESIMUS TRIGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio minori*, conſtátq; nunc foliis *centum quinquaginta octo*, & olim ad *Philotheum* quendam *Monachum* pertinuit, ut primo ejus folio annotatum eſt his verbis: Φιλοθέου μοναχοῦ ἡ βίβλος αὕτη. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 144 pag. 1, BASILII cujuſdam, à S. BASILIO MAGNO, *Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopo*, diverſi, hactenùs quidem inedita, editu

(1) Vide Operum *S. Gregorii Nazianzeni* edit. græco-lat. Tom. II. pag. 153. (2) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. VI. à pag. 447, uſque ad pag. 611, & edit. græc. lat. *Fronton.* Tom. I. à pag. 1, uſque ad pag. 275.

editu tamen digniſſima *Scholia in S. Gregorii Nazianzeni Orationes viginti novem*, quarum prima eſt *prima de Theologiâ*, ſive, *Diſputationis adverſus Eunomianos Præludium*; ſecunda eſt *ſecunda de Theologiâ*; tertia eſt *tertia de Theologiâ*, ſive *prima de Filio*; quarta eſt *quarta de Theologiâ*, ſive, *ſecunda de Filio*; quinta eſt *quinta de Theologiâ*, ſive, *de Spiritu Sancto*; ſexta eſt *tertia de Pace*; ſeptima *ad eos, qui ex Ægypto venerant*; octava eſt *Epiſtola prima ad Cledonium*; nona eſt *Epiſtola ſecunda ad Cledonium*; decima *de ſeipſo, & ad eos, qui ipſum dixerunt affectare Cathedram Conſtantinopolitanam*; undecima *cùm poſt ea, quæ à Maximo perpetrata fuerant, rure in Urbem rediiſſet*; duodecima *in laudem Heronis Philoſophi Alexandrini*; decima tertia eſt *magna Apologetica poſt reditum ex fugâ in Pontum*; decima quarta eſt *Apologetica ad Patrem præſente S. Baſilio Magno, cum Epiſcopus Saſimorum creatus eſt*; decima quinta eſt *Apologetica ad Patrem & S. Baſilium Magnum poſt reditum ex fugâ*; decima ſexta *ad eos, qui ipſum vocaverant, & poſteà non venerant, cùm factus eſſet Presbyter*; decima ſeptima *ad Cives Nazianzenos timore perculſos & Præfectum iraſcentem*; decima octava *funebris in laudem Cæſarii fratris*; decima nona *funebris in laudem Gorgoniæ ſororis*; vigeſima *funebris in laudem Patris præſente S. Baſilio Magno*; vigeſima prima eſt *Invectiva prima in Imp. Julianum Apoſtatam*; vigeſima ſecunda eſt *Invectiva ſecunda in Imp. Julianum Apoſtatam*; vigeſima tertia *de ſe ipſo & ad Arianos*; vigeſima quarta *de dogmate & conſtitutione Epiſcoporum*; vigeſima quinta *de ordinatione Eulalii Epiſcopi Doarenſium*; vigeſima ſexta *ad Evagrium monachum de Divinitate*; vigeſima ſeptima *eſt prima de Pace poſt reconciliationem Monachorum*; vigeſima octava eſt *ſecunda de Pace*; vigeſima nona *de modeſtiâ ſive moderatione in diſputationibus ſervanda*.

Secundò, & quidem fol. 122 pag. 2, EJUSDEM *Epilogus apologeticus Scholiorum ſuorum in S. Gregorii Nazianzeni Orationes*, & præcipuè quidem *in duas Invectivas in Imp. Julianum Apoſtatam*. Inſcribitur is atque incipit hoc modo: Τοῦ ἐν Ἐπισκόποις ἐλαχίστου Βασιλείου Καισαρείας Ἀπολογία εἰς τοὺς Ὑπομνηματισμοὺς τῶν τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου λόγων. Μηδεὶς τῶν ἐντυγχανόντων ἐπιτιμάτω, εἰ καί τινα τῶν μὴ λίαν ἀσαφῶν σημειώσεως ἔτυχε τῆς παρ' ἡμῖν, ὡς δῆθεν ἑρμηνείας δεῖσθαι καὶ σαφηνείας εἰς δήλωσιν τῶν ὑποκειμένων ἐννοιῶν· ἐμέλησε γὰρ ἡμῖν &c.

Tertiò, & quidem à fol. 144 pag. 2, uſque ad fol. 158 pag. 1, NONNI *Panopolitæ Expoſitio Hiſtoriarum ac Fabularum, quarum S. Gregorius Nazianzenus in duabus ſuis adverſus Imp. Julianum Apoſtatam Orationibus invectivis meminit*. Principium ejus eſt: Ὁ λόγος ὁ στηλιτευτικὸς ψόγος ἐστὶ τῶν Ἰουλιανῷ πεπραγμένων· διαφέρει δὲ ψόγου ὁ στηλιτευτικὸς, ὅτι ὁ μὲν ψόγος &c. Extat quidem hæc *Nonni Expoſitio* in Operum *S. Gregorii Nazianzeni*, à *Jacobo Billio* Lutetiæ Pariſiorum typis Regiis apud Claudium Morellum A. 1609 duobus Tomis in folio græcè & latinè editorum, Tomo ſecundo, à pag. 499 uſque ad pag. 531, ſed tantùm *latinè* & nonnullis locis *interpolatè*.

CXXXI.

CENTESIMUS TRIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis nonaginta uno*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione ibi teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo ANONYMI cujuſdam Autoris *Homiliæ in Evangelia Dominicalia*, quarum prima incipit his verbis: Προοιμιάσως, ἀγαπητοὶ, πρὸς ὑμᾶς διαλέξομαι σήμερον, ὅτι καὶ μακρά μοι καθέστηκεν ἀφήγησις, καὶ λαμπρὰ πάλιν ἐστὶν ἡ ἐξήγησις, &c.

CENTE-

CXXXII.

CENTESIMUS TRIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, perelegans & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum ſexaginta ſeptem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continetur eo *MENÆI Græcorum menſis Martius*, incipiens à *Canone* in honorem & memoriam *S. Martyris Eudociæ* his verbis: Πρότερον ἀσκήσασα, καὶ τῆς σαρκὸς τὰ σκιρτήματα &c.

CXXXIII.

CENTESIMUS TRIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum viginti quinque*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 31 pag. 2, S. JOANNIS DAMASCENI *Logica*, cujus *Proœmium* inſcribitur atque incipit his verbis: Τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ θεοτιμήτῳ Πατρὶ Κοσμᾷ ἁγιωτάτῳ Ἐπισκόπῳ τοῦ Μαιουμᾶ Ἰωάννης ἐλάχιστος. Τὸ μὲν στενὸν τῆς διανοίας &c. Plura de hâc *S. Joannis Damaſceni Logicâ*, ad Theologiam accommodatâ, vide Lib. V. *Comment. Lambec.* pag. 2, 3, 4.

Secundò, & quidem à fol. 32 pag. 1, uſque ad fol. 111 pag. 2, *EJUSDEM Opus de Orthodoxâ Fide*, non, ut vulgò fit, in *Libros quatuor*, ſed tantùm in *Capita centum* diviſum, cujus titulus & principium: Τοῦ μακαριωτάτου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ ἔκδοσις ἀκριβὴς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. Κεφάλαιον α΄. Ὅτι ἀκατάληπτον τὸ θεῖον &c.

Tertiò, & quidem à fol. 112 pag. 1, uſque ad fol. 125 pag. 1, *ANONYMI cujuſdam Autoris*, qui ſub *Imp.* (1) *Alexio Comneno Seniore* potiſſimùm floruit, *Epitome Chronographica, publicâ luce digniſſima, ab Adamo uſque ad initium ſecundi anni Imperii Joannis Comneni*, ſive, *diem decimum quintum Auguſti anni Chriſti 1119*, *Indictione duodecimâ.* Diviſa autem eſt in *duas primarias Partes*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Χρονογραφία ἐν ἐπιτομῇ ἐκ τῶν ἀποκρύφων τῆς θείας γραφῆς. Ἀδὰμ ὁ πρῶτος ἄνθρωπος εἶχε μέτρον ἡλικίας μετὰ τῆς κεφαλῆς αὐτοῦ ποδῶν ἕξ, ἤγουν δακτύλους ϟς΄· ἀνὰ ἑκάστου ποδὸς δακτύλους ις΄· ἡ δὲ σπιθαμὴ αὐτοῦ &c; *ſecunda* autem hoc modo: Ἐκλογὴ ἱστοριῶν ἀπὸ τῆς Μωυσέως βίβλου καὶ τῶν ἔξω ἱστοριογραφησάντων ἐπισήμων ἀνδρῶν καὶ τῆς θείας γραφῆς ἐν ἐπιτόμῳ. Τὰ μὲν τῆς Χαλδαίων καὶ Ἀσσυρίων, Μήδων τε καὶ Περσῶν, ἔτι δὲ καὶ Αἰγυπτίων καὶ Ῥωμαίων χρόνων ὁμοῦ καὶ Βασιλέων ἀναγραφῆς &c.

Quartò, & quidem fol. 125 pag. 2, *S. BASILII MAGNI Interrogatio ad S. Gregorium Nazianzenum de Eccleſiâ & Sacerdotibus*; cujus titulus & principium: Ἐρώτησις Βασιλείου τοῦ μεγάλου πρὸς Γρηγόριον τὸν Θεολόγον περὶ τῆς ἐκκλησίας καὶ τῶν ἱερέων. Εἰπέ μοι, διατὶ ἱερεὺς, καὶ κατὰ τί ἱερεὺς καὶ ποίῳ τρόπῳ &c.

Ff CENTE-

(1) Cœpit is imperare A. C. 1081 Calend. Aprilis, Indictione quartâ, obiit autem A. 1118. d. 15 Auguſti, Indictione undecimâ.

CXXXIV.

CENTESIMUS TRIGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *quarto*, vetuſtate mutilus, & à blattis valdè exeſus, conſtátque nunc *ducentis ſeptuaginta* foliis: & primùm quidem pertinuit ad *Marcum Mamunam Cretenſem*, ut ipſe ibi teſtatur his verbis: Κτῆμα Μάρκου Μαμουνᾶ τοῦ Κρητὸς; poſteà autem pervenit in poteſtatem *Joannis Sambuci*, & poſt illius mortem in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 86 pag. 2, S. BASILII MAGNI *Homiliæ novem in Hexaëmeron* ſive *de Opere ſex dierum*, quarum prima in principio eſt mutila.

Secundò, & quidem à fol. 87 pag. 1, uſque ad fol. 94 pag. 2, S. GREGORII, *Epiſcopi* NYSSENI *in capitis primi Geneſeos verſum vigeſimum ſextum : Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram Homilia*; cujus principium: (1) Παλαιοῦ χρέους ἔκτισιν ἀποπληρώσων ἥκω· &c. Notabile autem eſt, Homiliam hanc in Codice hoc MSto Cæſareo perperàm attribui S. *Baſilio Magno*, quaſi ea eſſet *decima* ſuprà memoratarum ipſius *Homiliarum in Hexaëmeron*. Titulus enim ejus græcus eſt ibi talis: Τοῦ μεγάλου Βασιλείου ἐκ τῆς Ἑξαημέρου Ὁμιλία ί.

Tertiò, & quidem à fol. 95, uſque ad fol. 150 pag. 1, EJUSDEM *Liber* (2) περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου, ſive, *de creatione* & *ſtructurâ hominis*; cujus *Præfatio ad fratrem* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τῷ ἀδελφῷ, δούλῳ Θεοῦ, Πέτρῳ Ἐπισκόπῳ Γρηγόριος Ἐπίσκοπος Νύσσης· Εἰ ταῖς διὰ τῶν χρημάτων τιμαῖς &c.

Quartò, & quidem fol. 150 pag. 2, S. THEODORI STUDITÆ *Abbatis*, ſeu *Præpoſiti*, Monaſterii Conſtantinopolitani, à primo fundatore ſuo *Studio* cognominati τοῦ Στουδίου, *Scholion*, quo aſſerit ac probat, *Conſtitutionum Monaſticarum*, quæ incipiunt: (3) Τὴν κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίαν ἐπανελόμενος &c. verum & genuinum autorem eſſe S. *Baſilium Magnum* Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopum. Titulus iſtius *Scholii* unà cum ejuſdem principio eſt talis: Σχόλιον Θεοδώρου Ἡγουμένου τῶν Στουδίου· Ὅτι γνήσιον τοῦ μεγάλου Βασιλείου τὸ παρὸν σύνταγμα, δῆλον μὲν καὶ ἀπ' αὐτοῦ τοῦ χαρακτῆρος τῆς ὑψηγορίας, τοῦ τε εἴδους τῆς φράσεως, δῆλον δὲ καὶ ἐκ τοῦ συνεμπίπτειν ταῖς τῶν ἄλλων ἀσκητικῶν ἐννοίαις τε καὶ λέξεσιν· &c.

Quintò, & quidem à fol. 151 pag. 1, uſque ad fol. 182 pag. 2, Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας Λόγος περὶ τῶν τὸν μονήρη βίον ἀσκοῦντας· Hoc eſt: *Sancti Patris noſtri* BASILII *Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ Sermo ad ſolitariam vitam exercentes*. Diviſus autem is ibi eſt in *Capita triginta*, quorum *Prologus* incipit his verbis: Τὴν κατὰ Χριστὸν φιλοσοφίαν ἐπανελόμενος &c. Extat quidem etiam hic *Sermo*, ſeu potiùs *Liber*, in Operum S. *Baſilii Magni* editione græco-latinâ Pariſienſi, nempe Tomi II, pag. 664, & deinceps uſque ad pag. 730, ſed manuſcriptum hoc exemplar *Cæſareum* ab illâ editione impreſſâ non mediocriter diſcrepat, uti primo intuitu cùm ex *Inſcriptione generali*, tùm ex *numero* & *Lemmatibus Capitum* videre eſt. Conſule, ſi placet, Lib. III. *Comment. Lambec.* pag. 123,

Sextò,

(1) Vide Operum *S. Gregorii Nyſſeni* editionem græco-latinam Pariſienſem Tom. I. pag. 139. (2) Titulus hic unà cum nomine *S. Gregorii Nyſſeni* omninò ibi deeſt, ejuſque loco cernitur ſpatium vacuum. (3) Vide Operum *S. Baſilii Magni* editionem græco-lat. Pariſ. Tom. II. pag. 664.

Sextò, & quidem à fol. 183 pag. 1, uſque ad fol. 184 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Fragmentum de duabus Chriſti naturis, totidémque voluntatibus & operationibus, & de actione ejuſdem* (1) *Theandricâ.* Principium eſt: Ἰστέον καὶ μὴ ἀγνοητέον, ὅτι οὐ δεῖ ἡμᾶς ἀβασανίστως καὶ ἀπερισκέπτως τὴν οἱανοῦν δογματικὴν φωνὴν λέγειν

Septimò, & quidem fol. 184 pag. 2, FORMULA *ſacræ abſolutionis confeſſionalis*, cujus titulus & principium: Ἀφέσιμον τῶν ἐξομολογουμένων· Ὁ δι' ὑμᾶς ἐνανθρωπήσας παντοκράτωρ Θεὸς, καὶ παντὸς τοῦ κόσμου τὰς ἁμαρτίας βαστάσας, &c.

Octavò, & quidem à fol. 185 pag. 1, uſque (2) ad fol. 237 pag. 2, Τοῦ μακαριωτάτου Μητροπολίτου - - - ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ Ἐπίσκεψις βίου μοναχικοῦ καὶ διόρθωσις τῶν περὶ αὐτόν· Hoc eſt: *Beatiſſimi Metropolitæ* - - - EUSTATHII ab altero EUSTATHIO *Epiſcopo Sebaſtiæ in Armeniâ* diverſi, *Conſideratio & Correctio Vitæ monaſticæ.* Principium hujus hactenùs, quod ſciam, nondum editi Opuſculi, vetuſtate mutilatum, eſt tale - - - - - ναζαρηναῖοι· ὦ ἀναχωρηταί· ὦ τὴν τρίβον μὲν - - - - ὦνα, τῆς γωνίας δὲ διὰ τὸν Θεὸν γενόμενοι, &c.

Nonò, & quidem à fol. 238 pag. 1, uſque ad fol. 262 pag. 2, Ἐπιτομὴ τῶν ὅσα περὶ φύσεως καὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν τοῖς παλαιοῖς διείληπται, ἐκτεθεῖσα παρὰ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ὑπάτου Φιλοσόφων τοῦ ΣΜΥΡΝΑΙΟΥ ἐν τμήμασι τέταρσι· Hoc eſt: *Epitome eorum, quæ de Naturâ & Principiis naturalibus ab antiquis tradita ſunt, expoſita ab excellentiſſimo Philoſopho* THEODORO SMYRNÆO *quatuor ſegmentis ſive partibus.* Primùm Τμῆμα ſive *Segmentum* incipit his verbis: Ὅσα περὶ φύσεως, καὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν, καὶ τῶν φύσει συνεστώτων, &c. Opuſculum hoc, hactenus, quod ſciam, *ineditum eſt.*

Decimò, & quidem à fol. 263 pag. 1, uſque ad fol. 270 pag. 2, ANTONII *Monachi Studitæ*, cognomine Τετψύχου *Oratio hactenùs, quod ſciam, inedita, habita in Blachernis in laudem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ ob liberationem Urbis Conſtantinopolitanæ* (3) *à Perſarum, Scytharum, & Agarenorum ſive Saracenorum, aliorúmque variorum, etiam Chriſtianorum hoſtium diverſis oppugnationibus.* Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: Λόγος ἀναγνωσθεὶς ἐν Βλαχέρναις παρὰ τοῦ ταπεινοῦ Στουδίτου ἀσκητοῦ Ἀντωνίου τοῦ τετψύχου. Incipit deinde ipſa Oratio his verbis: Ἤδη σοι καὶ αὐτὸς μετὰ πολλοὺς ἐπαινέτας τὸ ὑμνητήριον ἀναχέομαι, &c.

CXXXV.

CENTESIMUS TRIGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio* minori ſive quarto majori, conſtátque foliis *ducentis triginta duobus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continentur eo *quatuor Libri Regum*, à principio Libri primi: Ἄνθρωπος ἦν ἐξ Ἀρμαθαὶμ Σιφὰ, uſque ad vigeſimi quinti,

Ff 2 ſive

(1) Vide *S. Joannis Damaſceni* de Orthodoxâ Fide lib. 3. cap. 19. (2) Notandum eſt in medio ferè hujus Opuſculi aſcetici, nempe fol. 212 pag. 2, extare perperàm inſerta *Fragmenta quædam medica Galeni* ex libro ipſius ſecundo: περὶ ἠθῶν τῆς ψυχῆς. (3) Vide *Orationem Hiſtoricam in Feſtum* τῆς ἀκαθίστου, quæ extat in Bibliothecæ Patrum græco-latinæ Pariſienſis Auctario, Tom. II. colum. 805, & deinceps uſq; ad colum. 826. Conſule etiam RR. PP. *Jacobi Gretſeri* & *Jacobi Goar* Notas in *Georgii Codini* Caput 12, de Officiis Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ.

ſive ultimi Capitis Libri quarti verſum *octavum*. Contextui autem ſacro ſive τοῦ Κειμένου, frequentibus inciſionibus interrupto, membratim ſubjuncta eſt ANONYMI cujuſdam Autoris Ἑρμηνεία ſive *Expoſitio*, quam CL. Sebaſtianus Tengnagelius *Theodoreti* Epiſcopi Cyrenſis eſſe credidit. In fine expoſitionis *ſecundi* Libri Regum, & quidem folio 123, extant *Epiſtolæ duæ* (1) *S. DIONYSII, Archiepiſcopi Alexandrini*, hactenùs, quod ſciam, ineditæ, quarum prior inſcribitur & incipit his verbis: Διονυσίου ἐπιστολὴ Θεοδοσίῳ μονάζοντι. Τί θαυμάζεις ὅτι οὐδενὸς ἁμαρτήματος ὅλη τραυματίζεται (2) πόλις, ὅπου καὶ Δαυὶδ γινόμενον ἔγνως· altera autem hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ Ὀυεστινεφίῳ ἀναγνώστῃ. Ὁ μὲν οὖν Ἀβεσσαλὼμ δίκην παρὰ τῆς θείας ἀπῃτήθη δίκης ἐπὶ καθαιρέσει τῆς οἰκίας πατρὸς &c. Cauſa verò, cur Epiſtolæ illæ ibi ſint inſertæ, hæc eſt, quod Hiſtoria Regni *Davidis*, quæ *ſecundo* libro Regum continetur, per eas poteſt illuſtrari.

CXXXVI.

CENTESIMUS TRIGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis ſexaginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 172 pag. 2, *HYMNOLOGIUM Græcorum*, continens *Hymnos in omnia Feſta totius anni, cum antiquis Notis muſicis, Menæi* & *Menelogii* inſtar in duodecim menſes digeſtos, ab initio menſis Septembris uſque ad finem menſis Auguſti. *Titulus* Operis cum principio *primi diei menſis Septembris* ob unius aut duorum foliorum defectum deeſt; *ſecundus* autem *dies* ejuſdem menſis inſcribitur atq; incipit hoc modo: Μηνὶ τῷ αὐτῷ β' τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Μάμαντος· ἦχος β'. Νεόφυτον καθάπερ ἐλαίας &c. Notabile porrò eſt eidem Hymnologio inſerta eſſe *Troparia Sophronii Archiepiſcopi Hieroſolymitani, in vigiliâ Natalis Chriſti cantari ſolita*; quorum *Titulus* ſive *Inſcriptio* eſt (3) ibi talis: Τροπάρια ψαλλόμενα τῇ παραμονῇ τῶν Χριστοῦ γεννῶν εἰς τὰς ὥρας· ποίημα Σωφρονίου Ἱεροσολύμων.

Secundò, & quidem à fol. 173 pag. 1, uſque ad fol. 223 pag. 1, Στιχηρὰ ſive CANTICA *cum antiquis Notis Muſicis, à Dominicâ Publicani & Phariſæi uſque ad Feſtum Omnium Sanctorum cantari ſolita*, quorum *primum* incipit: Μὴ προσευξώμεθα φαρισαϊκῶς ἀδελφοί, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 223 pag. 1, uſque ad fol. 264 pag. 2, *SOPHRONII Archiepiſcopi Hieroſolymitani Horologium magnæ Paraſceves cum antiquis Notis Muſicis*; cujus titulus & principium: Σὺν Θεῷ Σύνταξις τῶν ὡρῶν τῆς μεγάλης παρασκευῆς· ποίημα Σωφρονίου Ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων. Ὥρα α', ψαλμὸς ε'. Τὰ ῥήματα &c.

CXXXVII.

CENTESIMUS TRIGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquiſſimus & optimæ notæ in *quarto*, ſed valdè mutilus, lacer & putridus, conſtátque nunc foliis *centum ſexaginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *Dialogorum S.* GREGO-

(1) De variis hujus *S. Dionyſii Epiſtolis* vide *Euſeb.* Hiſt. Eccl. lib. 7. cap. 15, 16, 17, aliàs 20, 21, 22, & *S. Hieron.* de Scriptor. Eccleſ. cap. 69. (2) Intelligitur *Alexandria Ægypti.* (3) Vide ibi fol. 75. pag. 2.

GREGORII, *primi* ejus nominis Pontificis Romani, cognomine *Magni, Liber ſecundus de Vitâ & Miraculis S. Benedicti* à principio uſque ad Caput *decimum*, & *Liber quartus* à principio uſque ad finem Capitis *ſexageſimi* (1) *primi* ſive ultimi. Diviſa autem eſt unaquæque pagina in *duas columnas*, quarum *prima* ſive *dextra* continet jam memoratorum *Dialogorum Translationem græcam* à (2) *Zachariâ Papâ* compoſitam; *ſecunda* autem ſive *ſiniſtra* complectitur ipſum *Sancti Gregorii Magni contextum latinum*, antiquis & lectu difficillimis literis (3) *Gotticis* ſive *Toletanis* circa *Imp. Caroli Magni* tempora exaratum. Titulus (4) *græcus* Libri *ſecundi* eſt ibi talis: Τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἁγιωτάτου Πάπα Γρηγορίου πρὸς Πέτρον Ἀρχιδιάκονον κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν περὶ τῆς πολιτείας τοῦ ἁγίου Πατρὸς Βενεδίκτου. *Quartus* autem Liber *græcè* & *latinè* ibidem inſcribitur hoc modo: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ πρεσβυτέρας Ῥώμης βιβλίον δʹ. *Sanctiſſimi Patris noſtri Gregorii Papæ vetuſtæ Romæ Liber quartus.* Quod denique ad *defenſionem* horum *Dialogorum* contra *Melchiorem Canum* Epiſcopum Canarienſem & contra hæreticos *Lutheranos* atque *Calvinianos* attinet, eam vide apud Em. Card. *Baronium* in Notis ad *Martyrologii Romani* diem vigeſimum tertium Decembris.

CXXXVIII.

CENTESIMUS TRIGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, perelegans & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis tredecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo *Menæi Græcorum menſis Majus*, incipiens à *Canone* in honorem & memoriam *Jeremiæ Prophetæ*, his verbis: Κύριε, σὺ πρὸ τοῦ πλασθῆναι προέγνως Ἱερεμίαν τὸν ἔνδοξον, &c.

CXXXIX.

CENTESIMUS TRIGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *quarto*, ſed in principio & fine mutilus, & vitioſis nonnullorum foliorum tranſpoſitionibus depravatus, conſtátque nunc foliis *ducentis viginti quatuor*. Continetur eo S. ANTIOCHI *Monachi Palæſtini Pandectes Sacræ Scripturæ.*

CXL.

CENTESIMUS QUADRAGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ in *quarto*, ſed partim à blattis & tineis, partim ab aquâ marinâ miſerè deformatus, conſtátque nunc foliis *centum quinquaginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 119 pag. 1, JOANNIS CLIMACI *Scala Paradiſi cum anonymi cujuſdam Autoris antiquis Scholiis Græcis marginalibus.* Præfixa illi ibi ſunt *Prolegomena*, nempe *Vita Joannis Climaci, & Epiſtola Joannis Abbatis Rhaiti ad eundem Climacum cum ipſius Epiſtolâ reſponſoriâ.*

(1) Ita numeratur ibi hoc Caput ultimum nempe ξά ſive *ſexageſimum primum*, non autem *ſexageſimum* vel *ſexageſimum ſecundum*, ut in Operum *S. Gregorii Magni* editione Antverp. A. 1615. Tom. III. col. 348 & 600. (2) Electus is eſt menſe Decembri A. C. 741, obiitq; d. 15 Martii A. 752. (3) De *literis* hiſce *Gotticis* ſive *Toletanis* vide Librum *ſecundum* Lambec. Comment. p. 365, 850 & 932. (4) Titulus enim *latinus* vetuſtate ibi periit.

Secundò, & quidem à fol. 119 pag. 1, uſque ad fol. 129 pag. 1, EJUSDEM *Liber ad Paſtorem*; itidem cum anonymi cujuſdam Autoris antiquis *græcis Scholiis* marginalibus.

Tertiò, & quidem à fol. 129 pag. 2, uſque ad fol. 153, ſive ultimum, *varia variorum Autorum Opuſcula aſcetica*, multis locis haud ampliùs legibilia: nempe S. *Ephræmi Syri* Κατήχησις περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ ἀνοχῆς, cujus principium: Ἤδη καιρὸς ἐπάγει ἡμᾶς εἰς τὴν ἐργασίαν τῆς αἰωνίου ζωῆς &c; S. *Barſanuphii* Reſponſa ad varias ſibi propoſitas Interrogationes; S. *Macarii Abbatis* Paræneſis, cujus principium: Ἀγὼν πολὺς &c; *Dialogus aſceticus inter Juvenem & Senem*, cujus titulus & principium: Ἐρώτησις νέου πρὸς γέροντα. Ποίᾳ τέχνῃ καταφυγεῖν δύναται ὁ λογισμὸς πρὸς Θεὸν πάτερ; Ἀπόκρισις. Ἐάν σοι λογισμὸς πορνείας &c; S. *Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini* Paræneſis aſcetica, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας Ἀθανασίου τοῦ μεγάλου λόγος. Ἀδελφέ μου εἰ ἀπετάξω τῷ κόσμῳ, καὶ δέδωκας ἑαυτὸν τῷ Χριστῷ, τί πάλιν ἐν τῷ κόσμῳ ἀναστρέφεσθαι θέλεις; εἰ συναπέθανες τῷ Χριστῷ, &c.

CXLI.

CENTESIMUS QUADRAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, in principio & fine & paſſim alibi mutilus, conſtátque nunc foliis *centum quinquaginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo THEOPHYLACTI, *Acridæ in Bulgariâ Archiepiſcopi*, *Expoſitio in Epiſtolas tres Catholicas S. Joannis*, *in Epiſtolam Catholicam S. Judæ*, & *in omnes Epiſtolas S. Pauli.*

CXLII.

CENTESIMUS QUADRAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus*, eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegantiſſimus & optimæ notæ, in *folio minori*, vel in *majori quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis viginti tribus*, & ad *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſq; ad fol. 192 pag. 2, Ἐπιστολαὶ τοῦ μεγάλου Βασιλείου σνή, ſive, *Epiſtolæ S. Baſilii Magni ducentæ quinquaginta octo*, quarum *ordinem*, *inſcriptiones* & *principia* vide Lib. III. *Comment. Lambec.* pag. 141 & ſeqq.

Secundò, & quidem à fol. 39 pag. 1, uſque ad fol. 44 pag. 2, *LIBANII Sophiſtæ ad S. Baſilium Magnum Epiſtolæ duodecim*, quæ jam memorati S. *Baſilii* Epiſtolis ibidem permixtæ ſunt; vide eas Lib. III. *Comment. Lambec.* pag. 148.

Tertiò, & quidem à fol. 193 pag. 1, uſque ad fol. 223 pag. 2, S. BASILII MAGNI *ad Amphilochium Epiſcopum Iconii Liber de Spiritu Sancto*, in *triginta Capita* diviſus, quorum Proœmium incipit his verbis: (1) Ἐπήνεσα τὸ φιλομαθές σου καὶ φιλόπονον τοῦ τρόπου &c. Dolendum autem eſt, Librum hunc in præſtantiſſimo illo Codice MSto *Cæſareo* nunc eſſe mutilum, & pertingere tantùm uſque ad hæc *Capitis vigeſimi ſecundi* verba: (2) Καί, τοῦ πορευθῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός σου. Digniſſimus enim alioqui eſt iſte Codex, ut cum *impreſſis Operum S. Baſilii Magni editionibus* diligenter & accuratè conferatur; nec dubitandum eſt, quin earundem emendationi plurimùm poſſit inſervire.

CENTE-

(1) Vide Operum *S. Baſilii Magni* edit. græco-lat. Pariſ. Tom. II, pag. 142. (2) Vide ibidem pag. 200.

CXLIII.

CENTESIMUS QVADRAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *centum triginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo S. JOANNIS DAMASCENI *Canones anaſtaſimi ſive de Reſurrectione Chriſti cum Expoſitione ampliſſimá*. Eorum *primus* cum ſubjunctâ *Expoſitione* incipit his verbis: Ἵππον καὶ ἀναβάτην εἰς θάλασσαν &c. Ἑρμηνεία. Ἐκ τῆς ᾠδῆς ὁ εἱρμὸς οὐ κατὰ τὴν ἔννοιαν μόνον, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὰ ῥήματα· ἐκεῖθεν γὰρ &c.

CXLIV.

CENTESIMUS QVADRAGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis viginti novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 49 pag. 2, S. JOANNIS DAMASCENI *Logica* cum *antiquis græcis Scholiis marginalibus*, *Tabulis ſynopticis*, *&* *Prolegomenis generalibus de Philoſophiá*, quorum principium: Ἐπὶ πάσης τῆς τέχνης καὶ ἐπιστήμης τέσσαρα ταῦτα κατὰ τὸν Ἀριστοτέλην προβλήματα ζητεῖν ὀφείλομεν, εἰ ἔστι, τί ἐστιν, ὁποῖόν τί ἐστι, καὶ διὰ τί ἐστιν. ἐπὶ μὲν οὖν &c.

Secundò, & quidem à fol. 49 pag. 2, uſque ad fol. 169 pag. 1, *EJUSDEM Opus de Orthodoxá Fide* cum *antiquis græcis Scholiis marginalibus*, diviſum in *Capita centum*; cujus titulus: Τοῦ ὁσίου Ἀββᾶ Ἰωάννου Πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ ἔκδοσις ἀκριβὴς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως.

Tertiò, & quidem à fol. 169 pag. 2, uſque ad fol. 199 pag. 2, S. MAXIMI, *Monachi & Martyris*, *Capitum de Charitate Centuriæ quatuor cum Præfatione ad Elpidium Monachum*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ πρός τινα Ἐλπίδιον μοναχὸν κεφάλαια τετρακόσια περὶ ἀγάπης. Ἰδοὺ τὸν περὶ ἀγάπης λόγον πέπομφα τῇ σῇ ὁσιότητι, Πάτερ Ἐλπίδιε, &c. Vide Librum *quartum* Lambecianorum Commentariorum pag. 211.

Quartò, & quidem à fol. 200 pag. 1, uſque ad fol. 201 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homilia in Judam proditorem*, cujus principium: (1) Στυγνὴν τὴν ἐκκλησίαν ὁρῶ, &c. Titulus hujus Orationis *græcus* de induſtriâ ibi adeò deletus eſt, ut haud ampliùs ſit legibilis.

Quintò, & quidem à fol. 202 pag. 1, uſque ad fol. 216 pag. 2, *Vita S. Joannis Damaſceni conſcripta à JOANNE Patriarchâ Hieroſolymitano*, cujus titulus & principium: Βίος τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ συγγραφεὶς παρὰ Ἰωάννου Πατριάρχου Ἱεροσολύμων. Τοῖς τετιμηκόσι τὸ κατ᾽ εἰκόνα Θεοῦ ἀρρύπωτον &c. Exſtat quidem hæc *Vita* in Operum *S. Joannis Damaſceni* editione *Billianâ* Pariſienſi, ſed tantùm *latinè*.

Sextò,

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. VII. pag. 306.

Sextò, & quidem à fol. 217 pag. 1, uſque ad fol. 229, ſive ultimum, *JOANNIS Metropolitæ Euchaitorum Oratio in tres Sanctos Patres Baſilium Magnum, Gregorium Nazianzenum & Joannem Chryſoſtomum*; cujus titulus & principium: Ἰωάννε Μητροπολίτε Εὐχαΐτων Ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους καὶ θεσπεσίους ἡμῶν Πατέρας, Βασίλειον τὸν Μέγαν, Γρηγόριον τὸν Θεολόγον, καὶ Ἰωάννην τὸν Χρυσόστομον. Πάλιν Ἰωάννης ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς, καὶ πάλιν ἡμῖν ἐπιφανὴς ἑορτή. τρίτος μὲν τοι μὴν &c. Meminit hujus Orationis V. CL. *Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 105.

CXLV.

CENTESIMUS QVADRAGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus in *quarto*, tàm in principio, quàm in fine lacerus ac mutilus, conſtátque nunc foliis *trecentis ſeptuaginta novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo NICETÆ, primùm quidem *Serrarum in Macedoniâ primâ*, poſteà autem *Heracleæ in Thraciâ Metropolitæ*, *Commentarius in S. Gregorii Nazianzeni Orationes ſedecim*.

CXLVI.

CENTESIMUS QVADRAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt partim *membranaceus*, partim chartaceus, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *trecentis decem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo poſt THEOPHANIS *Melodi Canonem paracleticum ad Chriſtum Servatorem*, cujus principium: Ἡ πανήγυρος καὶ συμφυὴς &c, & poſt alia nonnulla *Cantica Eccleſiaſtica miſcellanea*, ut & poſt *brevem Catalogum Metropolitanarum atque Epiſcopalium Sedium Orientalium, Liber Eccleſiaſticus Græcorum*, *OCTOECHUS* inſcriptus, & maximam partem à *S. JOANNE DAMASCENO* compoſitus, cujus titulus & principium: Τροπολόγιον ἤτοι Ὀκτώηχος περιέχων τά τε στιχηρὰ καθίσματα τῶν ὀκτὼ ἤχων, τοὺς μακαρισμοὺς, τὰ ἑωθινὰ, καὶ λοιπὴν πᾶσαν ἀκολουθίαν συνήθως ψαλλομένην. Στιχηρὰ ἀναστάσιμα εἰς τὸ Κύριε ἐκέκραξα· ἦχος ά. Τὰς ἑσπερινὰς ἡμῶν εὐχὰς &c. Quo finito Libro, ſequitur ANONYMI cujuſdam Autoris *Canon Paſchalis* ab anno Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ 6794, ſive anno Chriſti 1286, uſque ad annum Mundi 6827, ſive annum Chriſti 1319. Item (1) ANTHOLOGIUM *Eccleſiaſticum* in *duodecim menſes* diviſum, quo continentur Officia, quæ per totum annum in Domini noſtri JESU Chriſti, Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, & reliquorum celebrium Sanctorum ſolennitatibus ſolent decantari. *Primum Canticum primi diei menſis Septembris* incipit his verbis: Ὁ καιροὺς καρποφόρους καὶ ὑετοὺς οὐρανόθεν παρέχων τοῖς ἐπὶ γῆς, &c. Ultimum denique in eodem Codice obtinent locum *Canones aliquot paracletici JOANNIS cognomine Mauropodis*, deinde autem *Archiepiſcopi Euchaitorum*; quorum unumquodque peculiarem ſuam habet *Acroſtichidem*, quæ itidem, ut quælibet *Ode nona*, nomine *Joannis* inſignita eſt. *Primi Canonis ad Chriſtum Acroſtichis* cum *principio* eſt talis: Πρῶτον φέρω μέλισμά σοι Θεοῦ Λόγε μοναχὸς Ἰωάννης. Πάντα ἐκ μὴ ὄντων κατ᾽ ἀρχὰς &c.

CENTE-

(1) Vide *Leon. Allat.* Diſſertat. 1. de Libris Eccleſiaſt. Græcorum pag. 89, 90 & 104.

CXLVII.

CENTESIMUS QUADRAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ibidem ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem folii primi paginâ primâ, *INDEX* græcus antiquus, majuſculis literis exaratus, eorum, quæ continentur toto hoc Codice, quem, ſi placet, vide Lib. III. *Comment. Lambec.* pag. 18.

Secundò, & quidem folii primi paginâ ſecundâ, *ANONYMI* cujuſdam Autoris Præmonitio de *Sacrorum Bibliorum ex Hebraico in Græcum translatorum obſcuritate* ejúſq; *cauſis*. Initium iſtius Præmonitionis eſt hoc: Ἡ ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἀσάφεια πολλὴν ἔχει τὴν αἰτίαν· πρῶτον μὲν, ὅτι πᾶσα γλῶσσα εἰς ἑτέραν μετατιθεμένη &c.

Tertiò, & quidem à fol. 2, uſque ad fol. 49, *Liber JOBI* cum anonymi cujuſdam Autoris *Commentario marginali*, admodùm abbreviatè ſcripto, & lectu difficili.

Quartò, & quidem à fol. 50, uſque ad fol. 92, *Proverbia SALOMONIS* cum *Commentario marginali*, ob nimiam ſcripturæ abbreviationem lectu valde difficili: Notabile autem eſt, *Proverbia* illa in *duas claſſes* ibi eſſe diviſa, quarum *prior*, pertingens uſque ad caput 24, complectitur Proverbia *ab ipſo Salomone ſcripta*, & edita, *poſterior* autem, incipiens à capite 25, continet Proverbia *Salomonis*, *vivâ* tantùm *voce* ab ipſo prolata, & per ora poſterorum variè diſperſa, quæ *amici Regis Ezechiæ* collegerunt, & per ſcripturam in *unum corpus* redacta, jam memorato Regi dono obtulerunt; ut teſtatur ibidem anonymus ille antiquus græcus Scholiaſtes in margine.

Quintò, & quidem à folii 92 paginâ ſecundâ, uſque ad fol. 107, ECCLESIASTES cum *Commentario marginali*, uſque ad Caput quartum pertingente.

Sextò, & quidem à fol. 107 pag. 2, uſque ad fol. 114, *CANTICUM CANTICORUM* ſine Commentario marginali.

Septimò, & quidem à fol. 114 pag. 2, uſque ad fol. 140, *Sapientia* SALOMONIS ſine Commentario marginali.

Octavò, & quidem à fol. 141, uſque ad fol. 209, ſive ultimum; *Sapientia* JESU *filii Sirach* ſine Commentario marginali.

CXLVIII.

CENTESIMUS QUADRAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegans & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum nonaginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 38 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Orationes quinque contra Judæos*; quarum *prima* incipit: Πάλιν οἱ δείλαιοι &c; *ſecunda*: Πόθεν ἡμῖν ἄρα πλείων &c; *tertia*: Τὰ θηρία, ἕως μὲν τὰς ὕλας &c; *quarta*: Ἆρα κόρον ἐλάβετε &c; *quinta*: Παρῆλθε μὲν ἡ νηστεία τῶν Ἰουδαίων, &c.

Secundò, & quidem à fol. 38 pag. 2, uſque ad fol. 62 pag. 2, *EJUSDEM* Περὶ ἀκαταλήπτου, ſive, *de Incomprehenſibili Naturâ Dei Orationes quinque contra Anomæos*; quarum *prima* incipit: Τί τοῦτο; ὁ ποιμὴν &c; *ſecunda*: Φέρε δὴ λοιπὸν πρὸς τοὺς ἀπίστους Ἀνομοίους ἀποδυσώμεθα· &c; *tertia*: Οἱ φιλόπονοι τῶν γεωργῶν, &c; *quarta*: Ἤρκει μὲν δείξαντα &c; *quinta*: Ἐπειδὰν μέλλῃ τις μαχεστέρας &c.

Tertiò, & quidem à fol. 63 pag. 1, uſque ad fol. 93 pag. 1, *EJUSDEM* (1) *Libri ſex de Sacerdotio*, quorum *primus* totus nunc ibi deeſt; *ſecundus* autem, maximâ parte priori mutilus, incipit ab his verbis - - - τὴν λύσιν ἐπάξομεν. τότε μὲν γὰρ εἰκὸς &c. Reliqui demùm *quatuor Libri*, nempe *tertius*, *quartus*, *quintus* & *ſextus*, ſuperſunt ibidem integri, unà cum antiquis græcis *Lemmatibus* Κεφαλαίων ſive *Capitum*, unicuiq; Libro præfixis.

Quartò, & quidem à fol. 94 pag. 1, uſque ad fol. 116 pag. 1, *Vita & res geſtæ S. NICOLAI, Myrenſis in Lyciâ Epiſcopi, à SYMEONE METAPHRASTE* conſcripta; cujus titulus & principium: (2) Βίος καὶ πολιτεία τοῦ τρισμάκαρος καὶ θαυματουργοῦ Ἐπισκόπου Μύρων Νικολάου. Σοφόν τι χρῆμα ζωγράφων χεὶρ, καὶ δεινὴ μὲν μιμήσασθαι τὴν ἀλήθειαν. &c. Meminit hujus Vitæ etiam V. CL. *Leo Allatius* in *Diatribâ de Symeonum Scriptis* pag. 128, & quidem in *Tabulâ* illâ ſeu *Indice Hiſtoriarum de Vitis Sanctorum*, quas ille certò credit ab ipſo *Symeone Metaphraſte* eſſe compoſitas.

Quintò, & quidem à fol. 116 pag. 1, uſque ad fol. 124 pag. 2, *ANONYMI cujuſdam Autoris Narratio Miraculi à S. Nicolao editi, quo Imp. Conſtantini Magni tres innocentes Stratopedarchæ, Nepotianus Urſus & Erpelio ab injuſto ſupplicio liberati ſunt. Ipſa Tituli græci verba unà cum principio Narrationis ſunt hæc*: Πρᾶξις τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Νικολάου Ἐπισκόπου Μύρων τῆς Λυκίων ἐπαρχίας περὶ τῶν τριῶν στρατηλάτων. Ἐν τοῖς καιροῖς Κωνσταντίνου τοῦ εὐσεβοῦς Βασιλέως ἀκαταστασία ἐγένετο ἐν τῇ Φρυγίᾳ &c. Meminit hujus Narrationis etiam *Leo Allatius* in *Diatribâ de Symeonum Scriptis* pag. 120, & quidem in *Tabulâ* illâ ſeu *Indice Hiſtoriarum de Vitis Sanctorum*, quas non à *Simeone Metaphraſte*, ſed ab aliis incertis & anonymis Autoribus compoſitas eſſe aſſerit.

Sextò, & quidem à fol. 124 pag. 2, uſq; ad fol. 133 pag. 1, *alterius cujuſdam* ANONYMI *Autoris Narratio aliorum quatuor Miraculorum à S. Nicolao editorum*; cujus Proœmium incipit: Οἱ τοῦ μεγάλου καὶ θείου Πατρὸς Νικολάου τὰς εὐφημίας ἀναγράφοντες &c.

Septimò, & quidem à fol. 133 pag. 1, uſque ad fol. 144 pag. 2, *tertii cujuſdam ANONYMI & incerti Autoris Narratio variorum Miraculorum à S. Nicolao editorum*; cujus Proœmium incipit his verbis: Μεγίστων καθ' ἑκάστην ἀπολαβόντες θαυμασίων παρὰ τοῦ κοινοῦ Πατρὸς ἡμῶν καὶ θαυματουργοῦ Νικολάου, ὀλίγα ἐκ πολλῶν &c.

Octavò, & quidem à fol. 145 pag. 1, uſque ad fol. 193, ſive ultimum, *Officium Eccleſiaſticum in honorem S. NICOLAI* cum variis eò pertinentibus *Canticis ſacris*, quorum nonnullis *Notæ Græcorum muſicæ* adjunctæ ſunt. Inſertum etiam eſt eidem *Officio*, & quidem à fol. 179 pag. 1, uſque ad fol. 185 pag. 1, *Encomium S. Nicolai, à tribus* ſuprà memoratis *Imp. Conſtantini Magni Stratopedarchis* ob admirandam liberationem ſuam gratiarum actionis loco pronunciatum; cujus titulus: Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Πατέρα ἡμῶν Νικόλαον, λεχθὲν παρὰ τῶν τριῶν στρατηλάτων, τῶν ῥυσθέντων δι' αὐτοῦ ἐκ θανάτου. &c. In fine ejuſdem *Officii* exſtat *Inſcriptio* quædam *græca miniata*, quâ indicatur, Codicem illum exaratum & abſolutum eſſe curâ & ſubſidio *Joſephi Præfecti* ſeu *Abbatis* cujuſdam *Monaſterii S. Nicolai*.

CENTE-

(1) Vide Operum *S. Joan. Chryſoſt.* edit. græc. Savil. Tom. VI. à pag. 55; & edit. græc. lat. Front. Tom. IV. à pag. 1, uſque ad pag. 111. (2) Exſtat quidem hæc *S. Nicolai Vita* apud *Laurentium Surium* Tomo ſexto de probatis Sanctorum Hiſtoriis. d. 6. Decembris, ſed *latinè* tantùm, & mutilè ac valdè interpolatè.

CXLIX.

CENTESIMUS QUADRAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis octo*, & olim pertinuit ad *Arſenium Monembaſiæ in Peloponneſo Archiepiſcopum*, ut ipſe in principio ejus teſtatur hâc propriæ manûs inſcriptione: Τὸ παρὸν βιβλίον κτῆμά ἐστιν Ἀρσενίου τῆς Μονεμβασίας. Poſtea autem idem ille Codex à *Joanne Sambuco* emptus eſt in Italiâ, & poſt hujus obitum pervenit in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 302 pag. 1, *NICETÆ*, primùm quidem *Serrarum in Macedoniâ primâ*, poſteà autem *Heracleæ in Thraciâ Metropolitæ*, *Commentarius in S. Gregorii Nazianzeni Orationes ſedecim*. In fine ejuſdem Commentarii, & quidem fol. 302 pag. 1, legitur, Codicem hunc ſcriptum eſſe anno Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ 6799, hoc eſt, anno vulgaris Æræ Chriſtianæ 1291.

Secundò, & quidem à fol. 302 pag. 2, uſque ad fol. 308 pag. 1, *ANONYMI* cujuſdam Autoris Libellus continens *Apophthegmata variorum Philoſophorum aliorumque Virorum illuſtrium* ordine *alphabetico*, unâ cum peculiari quadam Appendice *de Apophthegmatibus Fœminarum*. Apophthegmata *Virorum* inſcribuntur atque incipiunt hoc modo: Ἀποφθέγματα καὶ γνῶμαι διαφόρων Φιλοσόφων κατὰ (1) στοῖχον. Ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς πληρωθέντα ποτὲ ὀστέων πίνακα ἔπεμψε Διογένει τῷ κυνικῷ Φιλοσόφῳ. ὁ δὲ λαβὼν εἶπε· κυνικὸν μὲν τὸ βρῶμα, οὐ βασιλικὸν δὲ τὸ δῶρον. &c; Apophthegmata autem *Fœminarum* ſic: Ἀποφθέγματα γυναικῶν. Ἀττικὴ γυνὴ εἰπόντος τινὸς, ὡς καλός ἐστιν αὐτῇ ὁ πῆχυς, εἶπε· ἀλλ' οὐ δημόσιος. &c.

CL.

CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis triginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *THEOPHYLACTI*, *Acridæ in Bulgariâ Archiepiſcopi*, *Expoſitio in Acta Apoſtolorum*, *in Epiſtolas Catholicas S. Jacobi*, *S. Petri*, *S. Joannis*, *& S. Judæ*, *& in omnes Epiſtolas S. Pauli*, *collecta ex S. Joannis Chryſoſtomi aliorúmque variorum veterum Patrum Operibus*. Eſt autem hic ille ipſe præſtantiſſimus Codex manuſcriptus, ex quo *Theophylacti Expoſitio in Acta Apoſtolorum* primùm græcè & latinè edita eſt à *Laurentio Siſano Prunsfeldio I. V. D.* Coloniæ apud hæredes Arnoldi Birckmanni Anno 1567 in folio, cum *Præfatione ad Nobiles*, *Generoſos atque Magnificos Viros*, *Dnn. Marcum & Joannem Fuggeros fratres*, *Antonii filios*, *Kirchbergæ & Weiſſenborni Barones*, in quâ & hujus Codicis, & *Joannis Sambuci* expreſſa ſit mentio.

(1) Ita ibi ſcriptum: Eſt nempe κατὰ στοῖχον, non autem κατὰ στοιχεῖον, ſeu potiùs κατὰ στοιχεῖα.

CLI.

CENTESIMUS QVINQVAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum octoginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo JOANNIS ZONARÆ *Expoſitio in S. Joannis Damaſceni Canones anaſtaſimos*; cujus titulus & principium: Ἰωάννου μοναχοῦ τοῦ Ζωναρᾶ ἐξήγησις εἰς τοὺς κανόνας Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ. Ὠδὴ ά, ἦχος ά. Ὁ Κανών. Τό κείμενον. Σοῦ ἡ τροπαιοῦχος δεξιὰ &c. Ἑρμηνεία. Σοῦ, ὦ ἀθάνατε, ἡ τροπαιοῦχος δεξιὰ θεοπρεπῶς ἐν ἰσχύι δεδόξασται, ὅπερ οὐδὲν ἄλλον ἐστὶν, ἢ ὃ εἶπε Μωυσῆς ἐν τῇ ᾠδῇ αὐτοῦ· ἡ δεξιά σου Κύριε &c.

CLII.

CENTESIMUS QVINQVAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *quarto*, ſed tàm in principio, quàm in fine mutilus, conſtátque nunc *centum ſeptuaginta duobus* foliis. Continetur eo *Pſalterium* à Pſalmi ſeptimi verſu decimo: Συντελεσθήτω δὴ πονηρία ἁμαρτωλῶν &c. uſque ad Pſalmi 106 verſum duodecimum: Καὶ ἐταπεινώθη ἐν κόποις ἡ καρδία αὐτῶν. Subjuncta autem eſt ſingulis verſibus anonymi cujuſdam Autoris brevis quidem, ſed docta *expoſitio*, quam non vidit R. P. *Corderius*, quo tempore *Patrum Græcorum Expoſitionem in Pſalmos* contexuit ac edidit. Notatu etiam dignum eſt, *Pſalterium* in præſtantiſſimo hoc Codice MSto diviſum eſſe in *quinque* Βιβλία ſive *Libellos*, ut videre eſt ante principium Pſalmi 41, quippe cui præfixus eſt hic titulus: Ἀρχὴ τοῦ β΄ Βιβλίου ψαλμῶν τοῦ Δαβίδ. Similiter ante principium Pſalmi 106 legitur: Ἀρχὴ τοῦ ε΄ Βιβλίου.

CLIII.

CENTESIMUS QVINQVAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, pervetuſtus, in *quarto*, in principio & fine mutilus, & à blattis, tineis & aquâ miſerè deformatus, conſtátque nunc foliis *ducentis nonaginta novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 259 pag. 2, THEODORETI *Epiſcopi Cyrenſis Quæſtiones in Pentateuchum Moſaicum, in Librum Joſuæ, & in Librum Judicum, cum* ANONYMI *cujuſdam Autoris antiquis græcis Annotationibus marginalibus.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Proœmii* ad *Hypatium* ſunt hæc: Θεοδωρήτου Ἐπισκόπου Κύρου εἰς τὰ ζητούμενα τῆς θείας γραφῆς· Ἀρχὴ τῶν ἐν τῇ βίβλῳ τῆς γενέσεως ἐπαπορουμένων κεφαλαίων. Καὶ ἄλλοι μὲν φιλομαθεῖς ἄνδρες ἐπηγγείλαντο διαλύσαι τῆς θείας γραφῆς τὰ δοκοῦντα εἶναι ζητήματα, καὶ τῶν μὲν ἀναπτύξαι τὸν νοῦν, τῶν δὲ τὰς αἰτίας δηλῶσαι, καὶ ἁπαξαπλῶς ἀποφῆναι σαφῆ τὰ τοῖς πολλοῖς οὐ τοιαῦτα φαινόμενα, σὺ δὲ διαφερόντως, φίλτατε παίδων ΥΠΑΤΙΕ, τοῦτό με πράξαι παρώτρυνας &c. Quo finito *Proœmio*, ſequitur prima Quæſtio in *Geneſin*, hoc modo: Τί δήποτε μὴ προτέταχε

τέτακται τῆς τῶν ὅλων δημιουργίας θεολογίαν ὁ συγγραφεύς; Μετρεῖν εἴωθε τοῖς πεπαιδευμένοις ἡ θεία γραφὴ τὰ μαθήματα, &c. Primus has *Theodoreti Quæſtiones* græcè & latinè edidit *Joannes Picus*, Præſes Claſſium inquiſitoriarum Senatûs Pariſienſis, Pariſiis ex officinâ Jacobi Puteani A. 1558 in quarto; ſed deeſt ibi in principio *Proœmium ad Hypatium*. *Quæſtiones* etiam *in Librum Judicum* non exſtant ibi omnes, ſed tantùm *novendecim*, quarum ultima eſt, *Cur Deus permiſerit mactari filiam Jephte*. In Codice enim hoc manuſcripto *Cæſareo*, ſequuntur adhuc aliæ *octo Quæſtiones*, quarum prima: Πῶς ὁ Σαμψὼν ἐνδεδιῃτημένως καὶ παρανόμως ζῶν πνευματικῆς ἀπήλαυσε χάριτος; *ultima* autem: Τί δήποτε προσέταξε τοῖς υἱοῖς Ἰσραὴλ τοῖς διακοσίοις τοῖς ἐκ τοῦ Βενιαμὶν ἐκ τῶν ἐν Σιλῷ χορευουσῶν παρθένων ἁρπάσαι τε καὶ γῆμαι; Exſtiterunt etiam olim in eodem Codice MSto ejuſdem *THEODORETI Quæſtiones in Librum Ruth*, ſed illæ ſceleſti cujuſdam hominis manu, cui Codex ille jam ante *Sebaſtiani Tengnagelii* Præfecturam fuit commodatus, furaciter exciſæ ſunt, ut ex foliorum deperditorum veſtigiis etiamnunc videre eſt. Superſunt igitur ibi nunc tantùm nuda *Quæſtionum Lemmata* fol. 9, pag. 2, & fol. 10, pag. 1.

Secundò, & quidem fol. 260 pag. 1, *S. ATHANASII Archiepiſcopi Alexandrini* Fragmentum hiſtoricum de S. (1) *Luciani, Presbyteri Antiocheni & Martyris* tranſlatione græcâ Sacrorum Bibliorum Veteris Teſtamenti.

Tertiò, & quidem à fol. 260 pag. 1 & 2, *EUSEBII PAMPHILI* & *S. ATHANASII Archiepiſcopi Alexandrini fragmenta duo de cognatione Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, & S. Eliſabethæ.*

Quartò, & quidem à fol. 260 pag. 2, uſque ad fol. 262 pag. 2, *Quæſtiones variæ ex Sacrâ Scripturâ*, anonymo cuidam *ſancto Viro* à quodam nondum mihi ſatis cognito *EPIPHANIO* propoſitæ, & ad illas jam memorati *ſancti Viri Reſponſiones*. Principium earum ſine ullo Titulo ſive Inſcriptione eſt hoc: Ὁ δὲ Ἐπιφάνιος παραλαβὼν τὸν μακάριον, ἔρχεται εἰς τὸν ἅγιον Ἀγαθονίκην, &c.

Quintò, & quidem fol. 262 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris Annotatiuncula *de decem plagis Ægypti.*

Sextò, & quidem à fol. 263 pag. 1, uſque ad fol. 287 pag. 2, *Interpretatio compendiaria variarum Veteris & Novi Teſtamenti Quæſtionum ex Theodoreto Epiſcopo Cyrenſi & aliis diverſis Patribus*; cujus titulus: Ἑρμηνεία σύντομος τῆς παλαιᾶς καὶ νέας Διαθήκης Θεοδωρήτου καὶ ἄλλων διαφόρων Πατέρων. Patres autem, qui præter *Theodoretum* ibi nominatim citantur, ſunt hi: *Origenes*, *Acacius Cæſareenſis in Palæſtinâ Epiſcopus*, *Diodorus Epiſcopus Tarſenſis*, *S. Baſilius Magnus*, *Didymus Alexandrinus*, *S. Gregorius Nazianzenus*, *S. Joannes Chryſoſtomus*, *Severianus Gabalorum in Syriâ Epiſcopus*, *Iſidorus Peluſiota*, *S. Cyrillus Archiepiſcopus Alexandrinus*, & *Gennadius Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus*, qui omnes floruerunt prioribus quinque poſt Chriſtum ſeculis. Citatur quoque ibidem *Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus de maledictione Chanaani* fol. 268 pag. 1.

Septimò, & quidem à fol. 287 pag. 2, uſque ad fol. 288 pag. 2, *Quæſtiones quædam curioſæ & apocryphæ*; nempe de ſex præcipuis a creatione Mundi Hæreſibus *Barbariſmo*, *Scythiſmo*, *Helleniſmo*, *Judaiſmo*, *Samaritiſmo* & *Chriſtianiſmo*, cum ſubjunctâ breviſſimâ quadam *Epitome Chronologicâ* uſque ad annum Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Orientalis 6420, ſive, annum Æræ Chriſtianæ 912; item de nomine *domini ſpeluncæ*, in

(1) Vide Librum *tertium* Lambecianorum Commentariorum pag. 16 in margine; ut & Operum *S. Athanaſii* editionem græco-lat. Pariſienſem Tom. II. pag. 157.

quâ *Chriſtus* natus eſt; de nominibus *trium Magorum*; de tempore commorationis *Chriſti* in *Ægypto*, & nomine *hoſpitis* ipſius; de nomine *Ancillæ*, ad cujus interrogationem *Petrus Chriſtum* abnegavit; de nomine ejus, qui *Chriſtum* percuſſit; de nomine ejus, qui *Crucem Chriſti* (1) exaſciavit; de nomine *Centurionis*, qui *Crucem Chriſti* cuſtodivit; de nominibus *duorum latronum*, qui cum *Chriſto* crucifixi ſunt; de nominibus *duorum Angelorum*, qui à ſepulchro *Chriſti* lapidem revolverunt. Titulus græcus illarum Quæſtionum eſt talis: Ἐρωτήσεις σοφῶν καὶ Ἀποκρίσεις. Iiſdem Quæſtionibus in fine annexa eſt S. BASILII MAGNI *Interrogatio & Reſponſio de ſeptem peccatis Caini.*

Octavò, & quidem à fol. 288 pag. 2, uſque ad fol. 289 pag. 2, ex *Quæſtionibus ſacris ad Antiochum*, quæ (2) *S. Athanaſio Archiepiſcopo Alexandrino* perperàm attribuuntur, reverà autem *Athanaſii* cujuſdam (3) *Junioris* ſunt, *Quæſtio LXXIIItia*, *LXXXma*, *LXXXIIda*, *LXXXIIItia*, *LXXXVta*, *LXXXVIta*, *XLVIta*, *XLIXna*, & *Lma*; quarum *penultima de Ligno Paradiſi, ex quo fructum comedit Adam*, eſt ibi in fine aliquanto auctior, quàm in editione (4) *Pariſinâ* impreſsâ. Vide Lib. IV. *Comment. Lambec.* pag. 163.

Nonò, & quidem à fol. 289 pag. 2, uſque ad fol. 294 pag. 2, *aliæ variæ Interrogationes & Reſponſiones ſacræ*, quarum principium: Ἐρώτησις· Πῶς πληρωτὴς νόμου καὶ προφητῶν ὁ Χριστός; Ἀπόκρισις· Ἐπειδὴ εἶπον οἱ προφῆται &c. Citatur ibidem fol. 290 pag. 2, S. MAXIMUS *de miſeriâ & brevitate vitæ humanæ.*

Decimò, & quidem à fol. 294 pag. 2, uſque ad fol. 297 pag. 2, *BARNABÆ*, *Monachi & Anachoretæ*, *Expoſitio Incarnationis Chriſti per Interrogationes & Reſponſiones*; cujus titulus: Ἐξήγησις Βαρνάβα μοναχοῦ καὶ ἀναχωρητοῦ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Eſt autem *Opuſculum* hoc maximâ ex parte *hiſtoricum*, & illuſtrandæ *Vitæ Chriſti* non mediocriter poteſt inſervire. Vide Lib. IV. *Comment. Lambec.* pag. 164.

Undecimò, & quidem fol. 298 pag. 1, *Numerus verſuum, ſive* στίχων *Bibliorum Sacrorum totius Teſtamenti Veteris, ſecundùm ſingulos Libros.*

Duodecimò, & quidem fol. 298 pag. 1, *Diviſio totius anni in menſes, hebdomadas & horas.*

Decimo tertiò, & quidem fol. 298 pag. 1, *Proverbia Græca varia de rebus impoſſibilibus*; quorum primum: Ὀρνίθων γάλα, ſive *Lac avium.*

Decimo quartò, & quidem fol. 298 pag. 1 & 2, *Septem Græciæ Sapientum*, nempe *Solonis*, *Chilonis*, *Platonis*, *Ariſtotelis*, & *trium aliorum*, quorum nomina præ vetuſtate vix ampliùs ibi legi poſſunt, *Prædictiones de Incarnatione Chriſti, & de Beatiſſimâ Virgine Deiparâ.*

Decimo quintò, & quidem fol. 298 pag. 2, *Epitome chronologica annorum Mundi ab Adamo uſque ad Chriſtum.*

Decimo ſextò, & quidem fol. 298 pag. 2, & fol. 299 pag. 1, *Diviſio Orbis terrarum inter tres filios Noë*, cujus titulus græcus: Διαμερισμὸς τῆς γῆς εἰς τοὺς γ′ υἱοὺς τοῦ Νῶε.

CENTE-

(1) Græcè ibi legitur: ὁ πελεκήσας τὸν σταυρὸν &c. (2) Sic enim & in hoc Codice manuſcripto *Cæſareo* titulus illarum Quæſtionum eſt talis: Ἀθανασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας. (3) Vide Librum *tertium* Lambecianorum Commentariorum pag. 96, 97 & 220. (4) Vide Operum *S. Athanaſii* edit. græc. lat. Pariſ. Tom. II. pag. 350.

CLIV.

QUENTESIMUS QVINQVAGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis*, & ad celeberrimam Regis Hungariæ *Matthiæ Corvini Bibliothecam Budenſem* olim pertinuit. Continentur eo QVATUOR EVANGELIA, incredibili elegantiâ magnâque ex parte *aureis literis* ſcripta, nec ſolùm *Imaginibus quatuor Evangeliſtarum* bis, ut in fine hujus Codicis è regione videre eſt; ſed & aliis multis *minutis picturis*, Hiſtorias Evangelicas repræſentantibus, mirè exornata. Imperitiâ autem illius, qui veterem eorum compacturam renovavit, non mediocriter turbata & perperàm tranſpoſita ſunt. Antiquitùs enim *priora duo* hujus Codicis folia fuerunt, quæ nunc perperàm ſunt *nonageſimum ſecundum & nonageſimum tertium*. His quippe continetur EUSEBII PAMPHILI, Epiſcopi Cæſareenſis, *Epiſtola ad Carpianum*, quâ præfatur in *decem Canones de conſonantiâ quatuor Evangeliorum*, à ſe compoſitos. Scripta autem ea ibi eſt tota à capite uſque ad calcem *literis aureis*, atque incipit hoc modo: Ὑπόθεσις Κανόνων τῆς τῶν Εὐαγγελιστῶν συμφωνίας. Εὐσέβιος Καρπιανῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ ἐν Κυρίῳ χαίρειν. (1) Ἀμμώνιος μὲν ὁ Ἀλεξανδρεὺς πολλὴν ὡς εἰκὸς φιλοπονίαν &c. Huic igitur *Epiſtolæ* ſine controverſiâ ſubjungendi ſunt ipſi illi *Canones Euſebiani*, æquè ac jam memorata Epiſtola *literis aureis* exarati, qui extant quatuor illis hujus Codicis foliis, quæ nunc quidem ſunt *ſeptimum*, *octavum*, *nonum* & *decimum*, reverà autem deberent eſſe *tertium*, *quartum*, *quintum* & *ſextum*. Finitis Canonibus iſtis, ſequi primò debet *Hypotheſis* ſive *Argumentum Evangelii S. MATTHÆI*, quod extat fol. 97 & 98; deinde Recenſio *capitum* ejuſdem Evangelii, quæ extat fol. 94 & 95; tertiò *Imago S. Matthæi*, quæ extat fol. 99; quartò denique ipſum *S. Matthæi Evangelium* cum ampliſſimo *Commentario marginali*, ex variis Sanctis Patribus aliiſque Scriptoribus Eccleſiaſticis collecto, à fol. 100, uſque ad fol. 169. Hinc porrò ſimiliter ſequi debent *Evangelia duo*, ſecundùm S. MARCUM & S. LUCAM, cum præfixis *Argumentis* ſuis & *Capitibus*, & cum adjuncto ampliſſimo *Commentario marginali*. Pertingunt autem illa nunc in hoc Codice à fol. 170 uſque ad fol. 299. Poſt tria ergò jam memorata Evangelia ultimo demùm loco collocari debet *Evangelium* S. JOANNIS cum *Argumento* ſuo atque *Capitibus*, & cum ampliſſimo *Commentario*, qui illi, æquè ac tribus præcedentibus Evangeliis, *in margine* adjunctus eſt. Extat autem illud nunc ibi perperàm *primo loco*, nempe à fol. 13, uſque ad fol. 91. Cæterùm quod ad ſuprà memoratos *Euſebii Cæſareenſis Canones Conſonantiæ Evangeliorum* ſpeciatim attinet, notandum eſt, eos quidem unà cum præfixâ *ad Carpianum Epiſtolâ* eſſe editos à *Roberto Stephano* in nitidiſſimâ illâ Novi Teſtamenti editione Græcâ, quæ prodiit in folio Pariſiis anno 1550 ex Bibliothecâ Regiâ; *Epiſtolam* tamen *ad Carpianum* beneficio præſtantiſſimi hujus Codicis MSti *Cæſarei* non contemnendâ augeri poſſe Appendice, quæ ibi fol. 93 pag. 2, intra *Crucem auream aureis literis* exarata extat hoc modo: Κανόνες δὲ προσηγορεύθησαν διὰ τὸ εὐθὲς αὐτῶν καὶ ἀκριβές· ὥσπερ γὰρ ἰθυτενέσι ποσὶ γραμμαῖς ταῖς ἰδίαις εὐθύτησι χρώμενοι, οὐκ ἐῶσι τὸν νοῦν περιπλανᾶσθαι τοῦ ἀκριβοῦς, ἀλλὰ πρὸς τὴν ὁμοφωνίαν ἄγουσιν αὐτὸν τῶν ἐνεχθεισῶν φωνῶν τοῖς Εὐαγγελισταῖς. Hucuſque Appendix illa, quæ *Epiſtolæ ad Carpianum* ſubjuncta eſt. Quod ſecundò ad *Hypotheſes*, Quatuor Evangeliis in Codice hoc *Cæſareo* præfixas, attinet, illæ omninò deſunt in ſuprà memoratâ Novi Teſtamenti editione *Pariſinâ*. Quod tertiò attinet ad *Commentarium* illum, qui in eodem Codice MSto Quatuor

(1) Vide *S. Hieronym.* de Script. Eccleſiaſt. cap. 55.

tuor Evangeliis in *margine* eſt adjunctus, is profectò digniſſimus eſt, ut totus, quemadmodum ibi extat, ſummâ diligentiâ publicetur. Certò enim conſtat, RR. PP. *Balthaſarem Corderium* & *Petrum Poſſinum*, doctiſſimos Soc. Jesu Theologos, qui *Catenas Patrum Græcorum* in (1) *Evangeliſtas* ſummo ſtudio collegerunt ac ediderunt, inſignem hunc Codicem *Cæſareum* non vidiſſe. *Hypotheſis* tamen, & *recenſio Capitum Evangelii S. Matthæi*, ut & (2) *Vita* ejuſdem Evangeliſtæ, iiſdem ibi extant verbis, quemadmodum in *Catenâ Patrum Græcorum in S. Matthæum*, à R. P. *Petro Poſſino* editâ, cui *Nicetæ Serrarum in Macedoniâ Epiſcopi Præfatio* præfixa eſt. Autores autem præcipui, ex quibus ipſe *Commentarius marginalis* collectus eſt, ſunt *Origenes*, *Theodorus*, Epiſcopus Heracleenſis, *Apollinaris*, Epiſcopus Laodicenus, S. *Baſilius* Magnus, *Didymus* Alexandrinus, S. *Joannes* Chryſoſtomus, S. *Cyrillus*, Archiepiſcopus Alexandrinus, *Ammonius* ſecundus, ſive junior, *Theodoretus*, Epiſcopus Cyrenſis, & *Severus*, Epiſcopus Antiochenus, quorum ultimus ad verſum 57 Capitis ſexti Evangelii S. *Joannis* citatur hoc modo: (3) ΣΕΥΗΡΟΥ ἈΝΤΙΟΧΙΑΣ ἘΚ ΤΩΝ ΠΡΟΣ ἘΥΠΡΑΞΙΟΝ ΚΟΥΒΙΚΟΥΛΑΡΙΟΝ ἈΠΟΚΡΙΣΕΩΝ. Καὶ τίγε ἐ τὸν λόγον ἐσθίομεν, καθὸ λόγος ἐστί· &c. Maximas igitur debemus gratias præſtantiſſimo huic Codici MSto Cæſareo, quippe ex quo diſcimus, *Severum Epiſcopum Antiochenum* ſcripſiſſe Ἀποκρίσεις, ſive *Reſponſa ad Quæſtiones ſacras ab Eupraxio Cubiculario ſibi propoſitas*. Vide plura de hoc SEVERO in Lib. III. *Comment. Lambec.* pag. 44, 45. Illud quoque in eodem Codice, & quidem fol. 110, notabile eſt, ad Capitis *ſexti* Evangelii *S. Matthæi* verſum *decimum tertium* inter alia annotatum eſſe, clauſulam Orationis Dominicæ, *Quia tuum eſt Regnum, & potentia, & gloria, in ſecula*, quæ ab antiquâ vulgatâ verſione *latinâ* abeſt, etiam in *græcis* quibuſdam Novi Teſtamenti vetuſtiſſimis exemplaribus *manuſcriptis* non reperiri. Ipſa iſtius annotationis marginalis verba græca ſunt: Τὸ δὲ, ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία καὶ ἡ δύναμις καὶ ἡ δόξα, ἔν τισιν οὐ κεῖται μέχρι τοῦ ἀμήν. Quod denique reſtat, ſilentio haud prætereundum eſt, extare in eximio Codice MSto, & quidem folii 220 paginâ *ſecundâ*, ante initium Evangelii *S. Lucæ* Fragmentum aliquod ſingulare & lectu digniſſimum de *Genealogiâ Chriſti & beatiſſimæ Matris ipſius Mariæ*, ex (4) *Hippolyti Thebani Opere Chronologico* deſumptum; quod quoniam à (5) *Nicephori Calliſti*, (6) *Joannis Sambuci*, & (7) *Henrici Caniſii* editionibus impreſſis non ſolùm quadantenùs diſcrepat, verùm etiam aliquanto auctius eſt, bonâ fide integrum publicavit CL. *Lambecius* Lib. III. ſuorum *Commentariorum* pag. 46, 47, quem, ſi placet, conſule.

CENTE-

(1) Catena in *S. Lucam* prodiit tantùm latinè Antverp. typ. Plantin. A. 1628 in folio; Catena in *S. Joannem* prodiit græcè & latinè Antverpiæ typ. Plantin. A. 1630 in folio; Catena in *S. Matthæum* prodiit græcè & latinè Toloſæ typis Joannis Boude A. 1646 & 1647 duobus Tomis in fol. de editione autem quartæ Catenæ in *S. Marcum* nondum mihi conſtat. (2) Vitæ iſti aureis literis præfixus eſt hic titulus: Ὑπόμνημα εἰς ἅγιον Ματθαῖον τὸν εὐαγγελιστήν, Ipſa autem narratio incipit his verbis: Ματθαῖος ὁ Εὐαγγελιστὴς πατρίδα μὲν ἔσχε τὴν Γαλιλαίαν, (3) Hic titulus ſcriptus ibi eſt *majuſculis literis aureis*. (4) Claruit is ſeculi poſt Chriſtum *decimi* poſteriori parte dimidiâ; utpote qui *Symeone Metaphraſte*, quem ſub Imperatoribus Conſtantinopolitanis Leone Sapiente, Conſtantino Porphyrogenito & duob. Romanis Primo ac Secundo conſtat floruiſſe, tanquam ab ipſo citato, paulo eſt junior. Vide V. CL. *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 37 & 40. (5) Hiſt. Eccleſ. lib. 2 cap. 3, ubi, itidem ac lib. 1 cap. 1, perperàm ac falsò confunditur cum *S. Hippolyto, Portûs Romani Epiſcopo*, qui A. C. 229 martyrium paſſus eſt. Vide *S. Hieronym.* de Script. Eccleſ. cap. 61, & Card. *Baron.* Annal. Eccleſ. Tom. II. Eadem duorum illorum *Hippolytorum* confuſio extat etiam in *Conradi Geſneri* & *Joan. Jac. Friſii* Bibliotheâ Univerſali ſub literâ H. (6) Prodiit *Sambuciana* illa editio tantùm *latinè* Patavii typis Gratioſi Perchacini A. 1556 in octavo. Codex autem Græcus, ex quo eadem verſio latina deſumpta eſt, extat etiam in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* inter Codices MStos Hiſtoricos Græcos, ut debito poſthac tempore pluribus indicabitur. (7) Nempe *Tomi tertii Antiquæ Lectionis Parte primâ*. & quidem pag. 40. Prodiit autem *Caniſiana* illa editio græco-latina ex Codice MSto Bibliothecæ Bavaricæ Monacenſis Ingolſtadii A. 1603 in 4to, maximéq; notabile eſt, quod ibi pag. 46, ab *Hippolyto* bis citatur *Symeon Metaphraſtes*, & in deciſione controverſiæ de die mortis Chriſti nonnullis multò antiquioribus Autoribus præfertur.


Tabula hæc pertinet ad Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis Codicem
MStum Theologicum Græcum Num, CLIV. pag. 232. (*)





NAPOLI





Hi quatuor *Iconiſmi*, unâ *Tabulâ* comprehenſi, repræſentant *Quatuor Sanctos Evangeliſtas ſedentes ſcribenteſq́*, ubi præcipuè notabilis eſt *Adtonſio Capitis S. Lucæ Evangeliſtæ*, ſive *Corona* ejuſdem *Clericalis* ſive *Monaſtica*.




Hi quatuor *Iconiſmi*, unâ *Tabulâ* comprehenſi, repræſentant *Quatuor Sanctos Evangeliſtas ſtantes*, ubi præter *Veſtitum* etiam *Corona* ſive *Adtonſio Capitis S. Lucæ Evangeliſtæ* notatu digna eſt.

NAPOLI

Tabula hæc pertinet ad Auguſtisſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis Codicem MStum Theologicum Græcum, Num. CLIV.

pag. 232. (**)





CLV.

CENTESIMUS QVINQVAGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, nec ſolùm in principio & fine, ſed & paſſim alibi mutilus & lacerus, conſtátque nunc foliis *centum quadraginta duobus*. Continentur eo MICHAELIS GLYCÆ *Epiſtolæ Theologicæ*.

CLVI.

CENTESIMUS QVINQVAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegantiſſimus & optimæ notæ, in *quarto*, cònſtátque foliis *quadringentis novendecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ibidem ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo S. BASILII MAGNI Opuſcula varia, nempe Imò Homilia *in Pſalmum primum*, cujus unicum nunc tantùm ſupereſt folium, quod incipit: (1) κηδεμονίαν ποιεῖται· &c. IIdò Homilia *in illud, Attende tibi ipſi*, ſed in principio mutila; IIItiò Homilia *in illud Evangelij S. Lucæ, Deſtruam horrea mea* &c; IVtò Homilia *ad Divites*, Ἐκρίθη καὶ πρώην &c; Vtò Homilia κατὰ τοκιζόντων, ſive *in Pſalmum decimum quartum contra Uſurarios*, Χθὲς εἰς τὸν τεσσαρεσκαιδέκατον ψαλμὸν &c; VItò & VIImò Homiliæ duæ *de Jejunio*; VIIIvò Homilia *contra Ebrios*; IXnò Homilia *de Irâ*; Xmò Homilia *de Invidiâ*; XImò Homilia *in principium Proverbiorum Salomonis*; XIImò Homilia *Quòd Deus non eſt autor malorum*; XIIItiò Encomium *in Sanctos Quadraginta Martyres Sebaſtenos*; XIVtò Encomium *in S. Martyrem Barlaam*; XVtò Homilia *habita in Lacizis*; XVItò Homilia exhortatoria *in Sacrum Baptiſma*; XVIImò Homilia (2) *ad Adoleſcentes de utilitate percipiendâ ex lectione Librorum ethnicorum*; XVIIIvò Homilia *tempore famis & ſiccitatis*; XIXnò Hom. *contra Sabellianos, Arianos & Anomœos*; XXmò Homilia *de eo*, (3) *quòd non ſit adhærendum rebus ſecularibus, & de Incendio extra Eccleſiam*; XXImò Homilia *de Humilitate*; XXIIdò Epiſtola *ad Virginem lapſam*, Νῦν καιρὸς &c; XXIIItiò Epiſtola *ad Monachum lapſum*, Δειλός μοι φόβος &c; XXIVtò Homilia *in Pſalmum ſeptimum*; XXVtò Homilia prima *in Pſalmum decimum quartum*, Τὸν τέλειον ἡμῖν ὁ λόγος &c; XXVItò Homilia prima *in Pſalmum vigeſimum octavum*, Ὁ εἰκοστὸς ὄγδοος ψαλμὸς &c; XXVIImò Homilia *in Pſalmum vigeſimum nonum*; XXVIIIvò Homilia *in Pſalmum trigeſimum ſecundum*; XXIXnò Homilia *in Pſalmum trigeſimum tertium*; XXXmò Homilia *in Pſalm. quadrageſimum quartum*; XXXImò Homilia *in Pſalmum quadrageſimum quintum*; XXXIIdò Homilia *in Pſalmum quadrageſimum octavum*; XXXIIItiò Homilia *in Pſalmum quinquageſimum nonum*; XXXIVtò Homilia *in Pſal. ſexageſimum primum*; XXXVtò Homilia *in Pſal. centeſimum decimum quartum*; XXXVItò Homilia *in Pſal. centeſimum decimum quintum*; XXXVIImò Homilia *de Gratiarum actione*; XXXVIIIvò Encomium *in S. Martyrem Julittam*; XXXIXnò Encomium *in S. Gordium Martyrem*; XLmò Homilia *de Fide*; XLImò Homilia *in illud, In principio erat Verbum*; XLIIdò Homilia πρὸς τοὺς συκοφαντοῦντας αὐτὸν, ὅτι τρεῖς Θεοὺς λέγει, hoc eſt, *adverſus eos, qui ipſum calumniati erant, quaſi dixiſſet eſſe tres Deos*.

(1) Vide Operum *S. Baſilii Magni* editionem græco-lat. Pariſ. Tom. I. pag. 133. (2) Hæc Homilia in ipſo Codice MSto numeratur *decima tertia*, quamvis eam, ut videre eſt, ibidem nunc antecedant Homiliæ *ſedecim*. Eadem quoq; numeratio continuatur deinceps uſque ad finem totius Codicis. (3) Valdè notabile eſt, quod ibidem æquè antiquâ manu in margine adſcriptum legitur: Ἰστέον, ὅτι οὗτος ὁ λόγος ἀμφιβάλλεται, ὡς μὴ ὢν τοῦ Πατρὸς, hoc eſt: *Sciendum eſt, quod de hâc Oratione dubitatur, an ea re verâ ſit S. Patris Baſilii Magni*.

CLVII.

CENTESIMUS QVINQVAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, elegans & optimæ notæ, in *quarto oblongo*, ſed vetuſtate ruinoſus ac lacerus, & in principio ac fine mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis viginti ſeptem*. Continetur eo ANONYMI *cujuſdam Autoris Expoſitio in Sancti Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Romanos, in Epiſtolas duas ad* (1) *Corinthios, in Epiſtolam ad* (2) *Galatas, in Epiſtolam ad* (3) *Epheſios, in Epiſtolam ad* (4) *Philippenſes, in Epiſtolam ad* (5) *Coloſſenſes, in Epiſtolas duas ad* (6) *Theſſalonicenſes, in Epiſtolam ad* (7) *Hebræos, in Epiſtolas duas ad* (8) *Timotheum, & in Epiſtolam ad* (9) *Titum, ex S. Joannis Chryſoſtomi Hypotheſibus & Homiliis in eaſdem jam memoratas Epiſtolas compendiosè excerpta*; quæ ibi ante *Epiſtolam primam ad Corinthios* inſcribitur his verbis: Ἐκ τοῦ κατὰ πλάτος ὑπομνήματος πρὸς Κορινθίους πρώτης ἐπιστολῆς Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου ἐκλογαί. Ante *ſecundam* autem *Epiſtolam ad Corinthios* inſcribitur eadem Expoſitio hoc modo: Ἐκ τῆς πρὸς Κορινθίους β΄ ἐπιστολῆς Παύλου κατὰ πλάτος ἑρμηνείας Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως ἐκλογαί. Item ante *Epiſtolam ad Philippenſes*: Ἐκ τοῦ κατὰ πλάτος ὑπομνήματος ἐκ τῆς πρὸς Φιλιππησίους ἐπιστολῆς Ἰωάννου τοῦ σοφοῦ Ἐπισκόπου καὶ διδασκάλου ἐν ἐπιτομῇ ἑρμηνεία. Ante *Epiſtolam* verò *ad Galatas* pro ἐν ἐπιτομῇ legitur κατ᾽ ἐκλογήν. Conſideratu etiam digniſſima in eodem Codice MSto eſt *Diviſio Epiſtolarum S. Pauli in* Ἀναγνώσεις ſive *Lectiones, in* κεφάλαια ſive *Capita*, & *in* στίχους ſive *Verſus*; ut in fine *Epiſtolæ ad Romanos*, ubi hæc leguntur: Ἀναγνώσεις έ, Κεφάλαια ιθ΄, Μαρτυρίαι μθ, Στίχοι ωκ· Hoc eſt: *Lectiones quinque, Capita novendecim, Teſtimonia Veteris Teſtamenti quadraginta novem, Verſus octingenti & viginti.* Item ante *Epiſtolam primam ad Theſſalonicenſes*: Οὐκ ἔχει ἡ πρὸς Θεσσαλονικεῖς πρώτη ἐπιστολὴ ὑποδιαιρέσεις κεφαλαίων.

CLVIII.

CENTESIMUS QVINQVAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *trecentis tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo BASILII cujuſdam hactenùs inedita *Scholia* in S. *Gregorii Nazianzeni Orationes ſedecim*: quarum prima ibi eſt *in Sanctum Paſcha & in Tarditatem*; ſecunda itidem *in Sanctum Paſcha*; tertia *in Novã Dominicam & S. Mamantem Martyrem*; quarta *in Pentecoſten*; quinta *in Maccabæos*; ſexta *in S. Cyprianum Martyrem*; ſeptima (10) *ad Patrem ſilentem ob plagam grandinis*; octava *ad Julianum tributorum exæquatorem*; nona *in Nativitatem Chriſti*; decima *funebris in laudem S. Baſilii Magni*; undecima *in Sancta Lumina*, ſive, *in Feſtum Epiphaniæ*; duodecima *in Sanctum Baptiſma*; decima tertia *ad S. Gregorium, Epiſcopum Nyſſenum*, decima quarta *in laudem S. Athanaſii, Archiepiſcopi Alexandrini*; decima quinta *in præſentiâ centum quinquaginta Epiſcoporum*; decima ſexta *de amore erga pauperes*.

CENTE-

(1) Vide ibi fol. 50. pag. 1, & fol. 85. pag. 2. (2) Vide ibi fol. 120. pag. 2. (3) Vide ibi fol. 142. pag. 2. (4) Vide ibi fol. 151. pag. 2. (5) Vide ibi fol. 172. pag. 2. (6) Vide ibi fol. 183. pag. 1, & fol. 189. pag. 1. (7) Vide ibi fol. 193. pag. 1. (8) Vide ibi fol. 216. pag. 1, & fol. 223. pag. 1. (9) Vide ibi fol. 226. pag. 1. (10) Hæc in aliis Codicibus præcedentibus eſt *decima ſexta* ſive *ultima*.

CLIX.

CENTESIMUS QVINQVAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, elegans & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis ſexaginta ſex*, & eſt unus ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo THEODORETI *Epiſcopi Cyrenſis Expoſitio integra in omnes Pſalmos Davidis*, cujus Præfatio ibi inſcribitur atque incipit hoc modo: Θεοδωρήτου Ἐπισκόπου Κύρου ἑρμηνεία εἰς τοὺς ψαλμούς. Ἐμοὶ μὲν περὶ τῶν ἄλλων θείων λογίων καταθύμιον ἦν τοῦ μεγάλου Δαβὶδ ἑρμηνεῦσαι τὴν προφητείαν, &c. Eidem *Expoſitioni* ibidem *recentiori manu* in *chartá* præfixi ſunt Στίχοι ἴαμβοι εἰς τὸ τοῦ Δαβὶδ ψαλτήριον, ſive, *Verſus Jambici in Pſalterium Davidis*, quorum principium: Δαβὶδ μελῳδὲ μουσικῆς ἀποκρύφου, &c; item: Ἕτεροι στίχοι λεγόμενοι περὶ τῶν ποιημάτων τοῦ Δαβίδ, ſive, *alii Verſus de Poëmatibus Davidis*, quorum principium: Δαβὶδ μελῳδέοντι τῆς ἐκκλησίας &c. Exſtant quoque illic itidem *recentiori manu* in *chartâ Euſebii Pamphili* ἑρμηνεία τοῦ Διαψάλματος τοῦ ψαλτηρίου, ſive, *Interpretatio Diapſalmatis*, & *ejuſdem* Ὑποθέσεις εἰς τοὺς ψαλμούς, ſive, *Argumenta generalia & ſpecialia in omnes & ſingulos Pſalmos*. Poſt *Expoſitionem* autem *Theodoreti in omnes Pſalmos* ſequitur à fol. 238 pag. 1, uſque ad fol. 265 pag. 2, æquè antiquâ manu in membranâ *Commentarius in varia Veteris & Novi Teſtamenti Cantica ſacra, ex variorum Veterum Patrum Operibus collectus*, nempe in *Cantica duo Moyſis* Exod. cap. 15, & Deuteronom. cap. 32, in *Canticum Hannæ matris Samuelis* lib. 1 Reg. cap. 2, in *Orationem* ſeu *Canticum Habacuc Prophetæ*, in *Canticum Jonæ Prophetæ*, in *Canticum Eſaiæ Prophetæ* cap. 26, ℣. 9. Ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει &c, in *Orationem Ezechiæ Regis* Ἐγὼ εἶπα ἐν τῷ ὕψει τῶν ἡμερῶν &c, in *Canticum trium puerorum apud Prophetam Danielem* cap. 3, in *Canticum Beatiſſimæ Dei Genetricis Mariæ* apud S. Lucam cap. 1, & in *Orationem Symeonis* Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου &c. Sancti autem Patres aliique veteres Scriptores Eccleſiaſtici, quorum fragmenta ibi nominatim citantur, ſunt hi: *Euſebius Pamphili*, *Theodorus Heracleæ in Thraciá Epiſcopus*, *S. Gregorius Nazianzenus*, *Didymus Alexandrinus*, *S. Gregorius Nyſſenus*, *S. Joannes Chryſoſtomus*, *S. Cyrillus Alexandrinus*, *Theodoretus Epiſcopus Cyrenſis*, *Heſychius Presbyter Hieroſolymitanus*, & *Severus Epiſcopus Antiochenus*, cujus *Opus contra Joannem Grammaticum*, cognomine *Philoponum*, ibi fol. 249 pag. 2 citatur hoc modo: Ἐκ τοῦ κατὰ τὸν Γραμματικὸν λογ. γʹ κεφ. ϛ. Citatur etiam ibidem fol. 260 pag. 2, & fol. 263 pag. 2. Εὐδόξιος Φιλόσοφος, per quem videtur intelligendus eſſe (1) *Eudoxius*, *Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus Arianus*, qui ſub *Imp. Conſtantio* A. C. 359 Sedem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ per vim occupavit, & citatur in *Catená in Pſalterium*, quæ exſtat in *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Codice MSto Theologico Græco CCC.

CLX.

CENTESIMUS SEXAGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *quarto*, ut vocant, *majori*, vel in *folio minori*, conſtátque *ducentis ſedecim* foliis, atque olim, ut ex ambuſtâ margine apparet, in maximo fuit incendii periculo, & per varios fortunæ caſus, tandem devenit in manus V. CL. *Sebaſtiani Tengnagelii*,

(1) Vide Libri *tertii* Lambec. Comment. pag. 233.

gelii, poſt cujus mortem in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream Vindobonenſem* tranſiit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 5 pag. 1, uſque ad fol. 59 pag. 2, S. BASILII *Magni, Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi in Hexaëmeron*, ſive *de Opere ſex dierum*, *Homiliæ ſex* (1) *priores*, quarum *prima* incipit: (2) Πρέπουσα ἀρχὴ τῷ περὶ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως &c; *ſexta* autem in fine eſt mutila, deſinitque his verbis: (3) πολλὰ γὰρ περὶ μεγεθῶν καὶ ἀποστημάτων ἡλίου καὶ σελήνης ἐστὶν ἐξευρεῖν τοῖς λογισμοῖς τὸν μὴ πα - .

Secundò, & quidem à fol. 60 pag. 1, uſque ad fol. 113 pag. 2, S. GREGORII NYSSENI *Liber* περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου ſive *de creatione & ſtructurâ hominis*, ſed in principio mutilus. *Titulus* enim & (4) *Præfatio ad Petrum fratrem* ibi deſunt: primum autem ejus folium, quod totius Codicis nunc eſt *ſexageſimum*, continet *Lemmata Capitum totius Libri* ſub hâc Inſcriptione: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Ἐπισκόπου (5) Νύσης κεφάλαια τριάκοντα εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευήν. Finito hoc *Indice*, deſunt integra *ſeptem priora Capita*, & pars *octavi* uſque ad hæc verba, (6) - - ὅπως τῶν τετραπόδων καταλλήλως τῇ τῆς τροφῆς χρείᾳ διεσκεύασο τοῦ προσώπου τὰ μόρια. Cætera autem, quæ deinceps ſequuntur, uſque ad *finem* totius Operis ſuperſunt omnia. Plura de hoc *S. Gregorii Nyſſeni* Libro, ut & de *reliquis* ejuſdem *exemplaribus manuſcriptis Græcis & Latinis*, quæ in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi* reperiuntur, videſis Libri *primi* Lambecianorum Commentariorum pag. 43, 44, 97, 98, 99, 100, & 144.

Tertiò, & quidem à fol. 114 pag. 1, uſque ad fol. 170 pag. 2, *EJUSDEM Homiliæ octo*, εἰς τοὺς μακαρισμοὺς, ſive, *de octo Beatitudinis comparandæ rationibus*, quarum ipſe Servator noſter *Chriſtus* apud *S. Matthæum* cap. 5, meminit. *Prima* earum Homiliarum inſcribitur atque incipit hoc modo: (7) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νύσης ἑρμηνεία εἰς τὸ Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι· Τίς ἄρα τοιοῦτός ἐστιν ἐν τοῖς συνειλεγμένοις &c.

Quartò, & quidem à fol. 170 pag. 2, uſque ad fol. 210 pag. 2, *EJUSDEM* Λόγοι ε εἰς τὸ Πάτερ ἡμῶν, ſive, *Homiliæ quinque in Orationem Dominicam*; quarum *prima* incipit: (8) Προσευχῆς ἡμῖν διδασκαλίαν &c.

Quintò, & quidem quatuor primis atque ſex ultimis foliis, *Fragmenta* miſcellanea *Lectionum Evangelicarum* & *Canonum* quorundam ſive *Canticorum Eccleſiaſticorum*, quæ ſuprà memoratis *S. Baſilii Magni* & *S. Gregorii Nyſſeni* Operibus tegumenti loco aſſuta ſunt.

CLXI.

CENTESIMUS SEXAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque *trecentis quadraginta* foliis, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo *S. BASILII MAGNI in Eſaiæ Prophetæ Capita ſedecim Expoſitio* eadem, quæ extat in proximè præcedenti Codice membranaceo. Deſunt autem in hoc Codice charta-

(1) Scripſit enim *S. Baſilius* de hoc argumento in univerſum *Homilias novem*, quarum *tres* poſteriores deſunt in hoc Codice. (2) Vide Operum *S. Baſilii Magni* editionem græco-latinam Pariſienſem A. 1618 in folio, Tom. I. pag. 1. (3) Vide ibid. Tom. I. pag. 84. (4) Vide Operum *S. Gregorii Nyſſeni* edit. græco-lat. Pariſ. A. 1615. in fol. Tom. I. pag. 44. (5) Ita ibi ſcriptum eſt; nempe Νύσης per unicum ſigma, non autem Νύσσης per ſigma duplex. (6) Vide Operum *S. Gregorii Nyſſeni* editionem græco-latinam Pariſienſem Tom. I. pag. 61. (7) Vide Operum *S. Gregorii Nyſſeni* Tom. I. pag. 762. (8) Vide ibidem Tom. I. pag. 712.

chartaceo pauca quædam in principio, nempe à verbis Εὔξασθε μὴ γένεσθε, uſque ad verba (1) ὁ μὲν γὰρ παρέχων ἑαυτὸν ἄξιον ὄργανον &c.

CLXII.

CENTESIMUS SEXAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc *ducentis ſeptendecim* foliis, & paſſim *literis aureis* exornatus eſt. Continentur eo S. DIONYSII AREOPAGITÆ *Libri duo de cœleſti Hierarchiâ & de Divinis Nominibus*, nec non *Epiſtolæ* ejus *decem*, quæ ſuprà, ubi de Codice *ſexageſimo quinto* egi, ſpeciatim jam enumeratæ ſunt. Extant inſuper etiam in hoc Codice *Scholia marginalia S. Maximi*, quorum ſuprà itidem jam memini. In fine hujus Codicis, nempe folii 116, pag. 2, extat æquè vetuſta *ſubſcriptio*, ex quâ apparet, Codicem hunc eſſe exaratum manu *Joannis Diaconi Methymnenſis* tempore *Imp. Manuelis Comneni*, qui cœpit imperare A. C. 1143, & A. 1180 obiit. Ipſa *ſubſcriptionis* iſtius verba, quæ nunc ampliùs poſſunt legi, ſunt hæc: Ἐτελειώθη σὺν Θεῷ ἡ ἱερὰ καὶ ψυχωφελὴς καὶ θεολογικωτάτη βίβλος τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Διονυσίου μηνὶ Ἰαννουαρίῳ ιζ´ ἡμέρᾳ, ἔτους (2) - - - -, γραφεῖσα. (3) - - - διὰ χειρὸς Ἰωάννου ἐλαχίστου καὶ ἀναξίου Διακόνου (4) τῆς Μηθύμνης ἐπὶ ΜΑΝΟΥΗΛ Βασιλέως καὶ Αὐτοκράτορος Ῥωμαίων· ἔστι δὲ αὕτη ἡ βίβλος τῆς (5) - - - - &c. Digniſſimus profectò eſt hic Codex MStus *Cæſareus*, ut *Operum S. Dionyſii* & *Scholiorum S. Maximi editio Corderiana* cum eo diligenter & accuratè conferatur. Quamvis enim R. P. *Balthaſar Corderius* in *variantibus Operum S. Dionyſii Lectionibus* (6) mentionem faciat *Codicis* alicujus MSti *Viennenſis*, hoc eſt, ut ego interpretor, *Vindobonenſis* ſive *Wiennenſis*, videtur tamen ipſe neque *hunc*, neque alios *S. Dionyſii Areopagitæ* Operum Codices MStos Cæſareos propriis oculis vel unquam, vel ſufficienter perluſtrâſſe.

CLXIII.

CENTESIMUS SEXAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *octoginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo ANDREÆ *Cæſareenſis in Cappadociâ Archiepiſcopi Commentarius in Apocalypſin S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ*; ſed perperàm is ibi attribuitur *Methodio Monacho*. Plura de hoc *Commentario in Apocalypſin* veróque ejus autore vide Lib. IV. *Comment. Lambec.* pag. 180, 181. Atque inſuper conſule *Poſſevini* Apparatum Sacrum & *Card. Bellarmini* Librum de Scriptoribus Eccleſiaſticis cum *Miræi* & *Labbæi* Auctariis. Notandum prætereà eſt, in eodem hoc Codice manuſcripto *Cæſareo*, & quidem fol. 1 pag. 1, exſtare etiam *Fragmentum Diſputationis S. Athanaſii, Archiepiſcopi Alexandrini, cum Ario Hæreſiarchâ in Concilio Nicæno habitæ*, à verbis *Arii*: (7) ἐγὼ γὰρ πάντα τὰ ἐνδύματα τῆς πλάνης ἀποδυσάμενος &c, uſque ad finem verborum S. *Athanaſii*, & ſimul totius Diſputationis, καθὼς ἔφη ἡ ἀλήθεια.

(1) Vide Operum *S. Baſilii Magni* editionem græco-latinam Pariſinam Tom. I. pag. 803 verſ. 11. (2) *Numerus hujus anni* quam neſcio ob cauſam ibi omninò eraſus eſt. (3) Etiam hoc de induſtriâ ibi eraſum eſt. (4) Hæc eſt *Methymna* Urbs Inſulæ Lesbi, patria *Arionis*, de qua vide *Strab.* Geograph. lib. 13. & *Stephan.* de Urbibus literâ M. (5) Cætera ibi de induſtriâ eraſa ſunt. (6) Tom. II. pag. 504. (7) Vide Operum *S. Athanaſii* editionem græco-latinam Pariſienſem Tom. I. pag. 148.

CLXIV.

CENTESIMUS SEXAGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, mutilus ac lacerus, conſtátque nunc foliis *centum & ſeptem*. Continetur eo S. JOANNIS DAMASCENI *Logica diviſa in Capita quinquaginta*, quibus in fine ſubſcriptum eſt: Τέλος τῶν φιλοσοφικῶν κεφαλαίων; ut & *ejuſdem Opus de Orthodoxâ Fide*, quod non in *Libros*, ſed tantùm in *Capita* diviſum eſt.

CLXV.

CENTESIMUS SEXAGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis ſeptuaginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem fol. 1 pag. 1 & 2, S. EPHRÆMI ſive *Ephraimi Syri*, *Niſibi in Meſopotamiâ* nati, *Edeſſæ* autem, quæ ejuſdem Regionis Urbs eſt, *Diaconi*, *Vita* ab *anonymo* quodam antiquo Autore compoſita, quæ extat Tomi primi editionis Operum S. *Ephræmi*, à *Gerardo Voſſio* Præpoſito Tungrenſi latinè tantùm adornatæ, & Coloniæ Agrippinæ apud Arnoldum Quentelium A. 1603 tribus Tomis in folio (1) ſecundùm impreſſæ, pag. XII, XIII, & XIV. In hoc autem Codice MSto *Cæſareo*, *Vita* illa ob defectum unius folii caret principio, &, quod ad finem attinet, non pertingit ibidem ultra hæc verba: (2) Καὶ πλησθεὶς Πνεύματος ἁγίου ὁ Κύριος Βασίλειος, ἔγνων αὐτὸν, καὶ λέγει αὐτῷ· Σὺ εἶ Ἐφραὶμ ὁ Σύρος.

Secundò, & quidem à fol. 1 pag. 2, uſque ad fol. 92 pag. 1, EJUSDEM Λόγοι παραινετικοὶ πεντήκοντα πρὸς μοναχούς· Hoc eſt: *Sermones Parænetici* ſive *monitorii quinquaginta ad Monachos*; quorum principium: (3) Δόξα σοι ὁ Θεὸς, δόξα σοι, καὶ πάλιν ἐρῶ δόξα σοι· &c.

Tertiò, & quidem à fol. 92 pag. 1, uſque ad fol. 113 pag. 2, EJUSDEM Κεφάλαια ρ', πῶς κτᾶται τις ταπεινοφροσύνην, ſive *Capita centum ad Monachos*, *quibus continentur Narrationes & Admonitiones variæ, ſed potiſſimùm de ratione ac modo acquirendæ humilitatis.* Principium eorum eſt: (4) Ἀρχὴ καρποφορίας ἄνθος, καὶ ἀρχὴ ταπεινοφροσύνης ὑποταγὴ ἐν Κυρίῳ· &c. Hoc eſt: *Initium fructificationis eſt flos, & principium humilitatis eſt obedientia in Domino*; &c.

Quartò, & quidem à fol. 113 pag. 2, uſque ad fol. 116 pag. 2, EJUSDEM Λόγος περὶ θείας ἀνταποδόσεως, ὑπομνηστικὸν τῇ ἑαυτοῦ ψυχῇ, ſive, *Sermo commonitorius de Divinâ retributione ad propriam animam*; cujus principium: (5) Τὴν ἄφατον φιλανθρωπίαν τῆς τοῦ Θεοῦ ἀγαθότητος τὴν ἐπί σοι γενομένην, ὦ ψυχή μου, &c.

Quintò, & quidem à fol. 116 pag. 2, uſque ad fol. 136 pag. 1, EJUSDEM Λόγος ἀσκητικὸς, ſive *Sermo de exercitatione ſpirituali Vitæ religioſæ atque monaſticæ*; cujus principium: (6) Ὁ πόνος τοῦ λέγειν ἀναγκάζει με &c.

Sextò,

(1) Lectu digniſſima recenſio Operum hujus *S. Ephræmi*, & de iiſdem judicium, extat in *Photii* Patriarchæ Conſtantinopolitani *Bibliothecâ*, ubi agitur de Codice CXCVI. (2) Primùm enim eadem editio Operum *S. Ephræmi Voſſiana* impreſſa eſt *Romæ* typis Jacobi Tornerii A. 1589. itidem in folio. (3) Vide edit. Operum *S. Ephræmi* Colonienſ. Tom. I. pag. XIII. verſ. 39 & 40. (4) Vide operum *S. Ephræmi* edit. Colon. T. II. p. 334. (5) Vid. edit. Colon. Oper. *S. Ephræmi* T. II. p. 446. (6) Vide T. I. p. 245. (7) Vid. T. III. p. 539.

Sextò, & quidem à fol. 136 pag. 1, uſque ad fol. 142 pag. 1, EJUSDEM Λόγος πρὸς νουθεσίαν τοῖς ἀδελφοῖς, ſive, *Sermo exhortatorius ad Fratres*; cujus principium: (1) Ἀδελφοὶ, εὐλογίαις ἐθισθῶμεν, ἵνα εὐλογίας κληρονομήσωμεν· &c.

Septimò, & quidem à fol. 142 pag. 1, uſque ad fol. 144 pag. 2, EJUSDEM Ὅτι οὐ χρὴ γελᾶν, ἀλλὰ πενθεῖν καὶ κλαίειν, hoc eſt: *Non eſſe ridendum, ſed lugendum potiùs atque plorandum.* Principium hujus Sermonis eſt: (2) Ἀρχὴ καταστροφῆς μοναχοῦ γέλως καὶ παῤῥησία· &c.

Octavò, & quidem à fol. 145 pag. 1, uſque ad fol. 146 pag. 1, EJUSDEM εἰς τοὺς ὡς ἡμέραι ἁμαρτάνοντας, καὶ ὡς ἡμέραι μετανοοῦντας, ſive, *Sermo in quotidiè peccantes, & in quotidiè pœnitentes*; cujus principium: (3) Μέχρι τίνος, ὦ φίλε, ἀνεχόμενος &c.

Nonò, & quidem à fol. 146 pag. 1, uſque ad fol. 147 pag. 2, EJUSDEM περὶ ἀποταγῆς καὶ μακαρισμῶν καὶ ταλανισμῶν, ſive, *Sermo de Renunciatione & de Beatitudinibus atque miſeriis*; cujus principium: (4) Μακάριοι οἱ τὸν Θεὸν ἀγαπήσαντες &c.

Decimò, & quidem à fol. 147 pag. 2, uſque ad fol. 151 pag. 1, EJUSDEM περὶ ψυχῆς ὅταν πειράζεται ὑπὸ τοῦ ἐχθροῦ, πῶς ὀφείλει τῷ Θεῷ μετὰ δακρύων προσεύξασθαι, ſive, *Sermo de Animâ tempore tentationis, quomodo nempe cum lachrymis ad Deum recurrere debeat.* Principium ejus eſt: (5) Ψυχὴ τεθλιμμένη προσέρχεταί σοι, ἅγιε Δέσποτα, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 151 pag. 1, uſque ad fol. 157 pag. 1, EJUSDEM περὶ κρίσεως καὶ κατανύξεως, ſive, *Sermo de Judicio extremo & de compunctione*, cujus principium: (6) Δεῦτε πάντες ἀδελφοὶ, ἀκούσατε συμβουλῆς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ ἀπαιδεύτου Ἐφραίμ· ἤδη γὰρ συνέφθασεν ἡμᾶς, ὦ ἀδελφοὶ, ἡ ἡμέρα ἐκείνη φοβερὰ &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 157 pag. 1, uſque ad fol. 162 pag. 1, EJUSDEM περὶ ὑπομονῆς, ſive, *Sermo de Patientiâ*; cujus principium: (7) Ὁ βουλόμενος τῷ Θεῷ εὐαρεστῆσαι &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 162 pag. 1, uſque ad fol. 166 pag. 2, EJUSDEM εἰς τὸν Μακαρισμὸν, ſive, *Sermo de Beatitudine*; cujus principium: (8) Μακάριος, ὃς μισήσας κατέλιπεν βίον τοῦτον &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 166 pag. 2, uſque ad fol. 169 pag. 2, EJUSDEM περὶ κατανύξεως, ſive, *Sermo de Compunctione*; cujus principium: (9) Κατανύγηθι ψυχή μου &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 169 pag. 2, uſque ad fol. 173 pag. 1, EJUSDEM Λόγος εἰς τὴν παρουσίαν τοῦ Κυρίου, ſive, *Sermo in ſecundum Adventum Domini noſtri* JESU *Chriſti*; cujus principium: (10) Προσέλθετε καὶ δεῦτε υἱοὶ τοῦ φωτός. &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 173 pag. 1, uſque ad fol. 175 pag. 1, EJUSDEM περὶ τῆς δευτέρας παρουσίας τοῦ Κυρίου Λόγος δεύτερος, ſive, *de ſecundo Domini noſtri* JESU *Chriſti Adventu Sermo ſecundus*; cujus principium: (11) Δεῦτε πάντες ἀδελφοί μου, ἀκούσατε συμβουλῆς ἐμοῦ τοῦ ἁμαρτωλοῦ καὶ ἀπαιδεύτου Ἐφραίμ, καὶ καθίσωμεν κρεῖττω τὸν ἡμέτερον λογισμὸν, &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 175 pag. 1, uſque ad fol. 178 pag. 2, EJUSDEM *Sermo aſceticus*, cujus principium: (12) Οἱ βουλόμενοι κατ' ἀλήθειαν τῷ Κυρίῳ εὐαρεστῆσαι &c.

Decimo

(1) Vide Tom. II. pag. 487. (2) Vide Tom. I. pag. 104. (3) Vide Tom. I. pag. 23. (4) Vide Tom. I. pag. 177. (5) Vide Tom. I. p. 62. (6) Vide Tom. I. p. 233. (7) Vide Tom. I. p. 153. (8) Vide T. I. p. 173. (9) Vide Tom. I. p. 135. (10) Vide Tom. I. p. 239. (11) Vide Tom. I. p. 231. (12) Vide Tom. I. p. 73.

Decimo octavò, & quidem à fol. 178 pag. 2, uſque ad fol. 181 pag. 2, EJUSDEM περὶ πίστεως, ſive, *Sermo de Fide in illud*, *Qui in modico fidelis eſt*, & *in multo erit*. Principium ejus eſt: (1) Ὁ Κύριος ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ τοὺς ἑαυτοῦ μαθητὰς &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 181 pag. 2, uſque ad fol. 185 pag. 2, EJUSDEM περὶ παρθενίας, καὶ ὅτι οὐ χρὴ τοὺς νέους οἰνοποτεῖν, ſive, *Sermo de Virginitate*, &, *quod juvenes non debent bibere vinum*. Principium ejus eſt: (2) Παῦλος ὁ Ἀπόστολος ὁ ἄριστος σύμβουλος &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 185 pag. 2, uſque ad fol. 188 pag. 1, EJUSDEM περὶ μετανοίας καὶ ὑπομονῆς, ſive, *Sermo de Pœnitentiâ* & *Patientiâ*; cujus principium: (3) Ἄρα τίς τὸν παρόντα βίον &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 188 pag. 1, uſque ad fol. 192 pag. 2, EJUSDEM περὶ μετανοίας, ſive, *Sermo de Pœnitentiâ*; cujus principium: (4) Ὁ κατελθὼν Κύριος ἐκ τοῦ κόλπου τοῦ Πατρὸς &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 192 pag. 2, uſque ad fol. 193 pag. 2, EJUSDEM πρὸς διόρθωσιν τῶν ἐμπαθῶς διαγόντων καὶ τιμὰς ἀπαιτούντων, ſive, *Sermo ad correctionem eorum, qui vitioſè vivunt*, & *honores appetunt*. Principium ejus eſt: (5) Ἀγωνιάω, Ἀδελφοὶ, καὶ φρικιάω καὶ τῇ λύπῃ καταπιτρώσκομαι &c. Pertingit autem tantùm uſque ad hæc verba: (6) Τίς οὖν οὐ πενθήσῃ.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 193 pag. 2, uſque ad fol. 199 pag. 2, EJUSDEM (7) *Sermo de Virtutibus* & *Vitiis per oppoſitionem*, ſed in principio mutilus. Incipit enim ab his ad Caput *de Manſuetudine* pertinentibus verbis: (8) παντὶ ἔργῳ ἀγαθῷ κεκόσμηται· ὁ πρᾶος κἂν ὑβρίζεται, χαίρει· &c.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 199 pag. 2, uſque ad fol. 201 pag. 2, EJUSDEM Νουθεσία ἤγουν Κατήχησις πρὸς μοναχοὺς, hoc eſt: *Inſtitutio*, ſive *Catecheſis ad Monachos*; cujus principium: (9) Δεῦτε ἀγαπητοί μου, δεῦτε πατέρες καὶ ἀδελφοί μου, ποίμνιον ἐκλεκτὸν τοῦ Σωτῆρος, &c.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol 201 pag. 2, uſque ad fol. 203 pag. 2, EJUSDEM Εὐχὴ, ſive, *Precatio ad DEUM*; cujus principium: (10) Ἴασαί με Κύριε, καὶ ἰαθήσομαι, &c.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 203 pag. 2, uſque ad fol. 211 pag. 2, EJUSDEM Λόγος εἰς τὸν Ἀντίχριστον, ſive, *Sermo in Antichriſtum*; cujus principium: (11) Πῶς ἐγὼ ἁμαρτωλὸς, μεστὸς πλημμελημάτων, δυνηθείην ἐξειπεῖν τὰ ἐμοὶ ὑπέρογκα; &c.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 211 pag. 2, uſque ad fol. 216 pag. 1, EJUSDEM Λόγος περὶ μετανοίας, ſive, *Sermo de Pœnitentiâ*; cujus principium: (12) Ὁ κατελθὼν Κύριος ἐκ τοῦ κόλπου τοῦ Πατρὸς &c. Eſt autem idem, qui extat ſuprà in eodem Codice MSto à fol. 188 pag. 1, uſque ad fol. 192 pa. 2.

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 216 pag. 1, uſque ad fol. 223 pag. 2, EJUSDEM περὶ κατανύξεως καὶ σωτηρίας ψυχῆς, ſive, *Sermo de compunctione* & *ſalute animæ*; cujus principium: (13) Δεῦτε πάντες ἀδελφοὶ, ἀκούσατε καλῆς συμβουλίας &c.

Vigeſimo

(1) Vide Tom. I. pag. 80. (2) Vide Tom. I. pag. 126. (3) Vide Tom. I. pag. 150. (4) Vide Tom. I. pag. 144. (5) Vide Tom. I. pag. 92. (6) Vide ibidem pag. 93, verſ. 9. (7) Vide Tom. I. pag. 25. (8) Vide ibidem pag. 31. (9) Similiter quidem etiam incipit *Sermo de compunctione animi*, qui extat Tom. III. pag. 590, cæterùm tamen eſt diverſus. (10) Vide Tom. I. pag. 250. (11) Vide Tom. I. pag. 219. (12) Vide Tom. I. pag. 144. (13) Vide Tom. I. pag. 141.

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 224 pag. 1, uſque ad fol. 250 pag. 2, *EJUSDEM* κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν, ſive, *Inſtitutio per interrogationem & Reſponſionem*; nempe *quomodo blaſphemetur Deus, & quid ſibi velit illud dictum S. Pauli Apoſtoli cap. 2. Epiſt. ad Romanos, verſ. 23, Qui in lege gloriaris, per prævaricationem legis Deum inhonoras*; item *de Abrenunciatione in ſacro Baptiſmate factâ*; & *de variis locis ac generibus tormentorum Inferni*. Principium ejus eſt: (1) Ἐρώτησις· Πῶς βλασφημεῖται Θεὸς, &c.

Trigeſimò, & quidem à fol. 250 p. 2, uſque ad fol. 254 p. 1, *EJUSDEM* Λόγος περὶ ἀγάπης, ſive, *Sermo de Charitate & dilectione*; cujus principium: (2) Καλῶς εἶπεν ὁ Κύριος, ὅτι τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστιν, &c.

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 254 pag. 1, uſque ad fol. 255 pag. 2, *EJUSDEM* περὶ ψαλμῶν, καὶ ὅτι οὐ δεῖ κιθαρίζειν, ſive, *Sermo de Pſalmis, & quòd non ſit citharizandum*. Principium ejus eſt: (3) Καὶ περὶ μὲν τῆς ἀγάπης ταῦτα, &c.

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 255 pag. 2, uſque ad fol. 256 pag. 1, *EJUSDEM* περὶ νηστείας, ſive, *Sermo de Jejunio*; cujus principium: (4) Πόθησον τὴν πτωχείαν τοῦ Χριστοῦ &c.

Trigeſimo tertiò, & quidem à fol. 256 pag. 1 & 2, *EJUSDEM* περὶ ὧν ἔχει ὁ βίος, ſive, *Sermo de his, quæ præſens hæc noſtra vita in ſe continet*. Principium ejus eſt: (5) Ἐννοήσωμεν ἀδελφοὶ, ὅτι οὐδὲν ἡμᾶς ὠφελήσει τὰ πέρατα τοῦ Κόσμου &c.

Trigeſimo quartò, & quidem à fol. 256 pag. 2, uſque ad fol. 259 pag. 2, *EJUSDEM* περὶ φόβου ψυχῆς, ſive, *Sermo de Timore*; cujus principium: (6) Ἐγὼ Ἐφραὶμ ἁμαρτωλὸς, χαῦνος καὶ ῥάθυμος &c.

Trigeſimo quintò, & quidem à fol. 259 pag. 2, uſque ad folii 271, ſive ultimi, pag. 2, *EJUSDEM* Διαθήκη, ſive *Teſtamentum*; cujus principium: (7) Ἐγὼ Ἐφραὶμ ἀποθνήσκω· &c.

CLXVI.

CENTESIMUS SEXAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *quarto*, præ vetuſtate totus ruinoſus ac lacerus, conſtátque nunc foliis *centum quadraginta ſeptem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 69 pag. 1, Ἑρμηνεία, ſive *Interpretatio Epiſtolæ S. Pauli Apoſtoli ad Romanos*, collecta ex variis Sanctis Patribus aliiſque antiquis Scriptoribus Eccleſiaſticis, qui ſecundùm ordinem alphabeticum ſunt hi: *Acacius* Cæſareæ in Palæſtinâ Epiſcopus; *Anaſtaſius* Sinaita, Patriarcha Antiochenus; S. *Baſilius* Magnus; S. *Cyrillus* Archiepiſcopus Alexandrinus; *Euſebius* Pamphili; (8) *Euthalius*; *Gennadius* Patriarcha Conſtantinopolitanus; S. *Gregorius* Nazianzenus; S. *Gregorius* Nyſſenus; S. *Joannes* Chryſoſtomus; *Joannes* Climacus; S. *Joannes* Damaſcenus; *Iſidorus* Peluſiota; *Maximus*; *Methodius*; *Origenes*; *Severianus* Gabalorum in

Ii Syriâ

(1) Vide Tom. I. à pag. 179, uſque ad pag. 195. (2) Vide Tom. I. pag. 11. (3) Vide Tom. I. pag. 13. (4) Vide Tom. I. pag. 17. (5) Vide Tom. I. pag. 18. (6) Vide Tom. I. pag. 66. (7) Vide Tom. III. pag. 785. (8) Citatur is ibi fol. 4. pag. 1. & fol. 5. pag. 2. Meminit quoque hujus *Euthalii* R. P. *Antonius Poſſevinus* in Apparatu Sacro vocátque eum incertæ Eccleſiæ Græcæ Diaconum; ſimul etiam addit, eundem ſcripſiſſe breviſſimum Compendium de Vitâ, peregrinationibus & martyrio *S. Pauli Apoſtoli*.

Syriâ Epiſcopus; *Severus* Epiſcopus Antiochenus; *Symeon* (1) Magiſter ὁ Λογοθέτης; *Theodoretus* Epiſcopus Cyrenſis; & *Theodorus* Epiſcopus Mopſueſtenus.

Secundò, & quidem fol. 69, ac deinceps, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI & THEODORETI *Epiſcopi Cyrenſis Interpretatio primæ Epiſtolæ S. Pauli Apoſtoli ad Corinthios*. Eſt autem imperfecta.

Tertiò, & quidem fol. 70 atq; 71, ANONYMI cujuſdam Autoris Commentariolus de *Die biſextili*, cujus principium: Τὸ τοῦ Βισέξτου ὄνομα ῥωμαϊκόν ἐστι καὶ δηλοῖ δὶς ἕξ· &c.

Quartò, & quidem à fol. 72, uſque ad fol. 143, ANASTASII SINAITÆ ſenioris, Patriarchæ Antiocheni, Ὁδηγὸς, ſive, *Dux viæ adverſus* (2) *Acephalos* hæreticos, ne orthodoxi in eorum laqueos & retia inciderent. Deeſt quidem ibi folium ejus *primum*, quod continuit Procemium & indicem capitum totius Libri, atque inſuper principium Capitis primi uſque ad hæc verba: Ὅτι δεῖ γινώσκειν καὶ τὴν ἀκρίβειαν τὰ φθέγματα τῶν ἐξ ἐναντίας, &c; de reliquo tamen digniſſimum eſt hoc *exemplar manuſcriptum*, ut diligenter & accuratè cum eó conferatur *editio græco-latina*, quæ A. 1606 ex Codice MSto *Bibliothecæ Auguſtanæ* ſtudio & opera R. P. *Jacobi Gretſeri*, Societatis JESU Theologi, Ingolſtadii typis Adami Sartorii in quarto primùm in lucem prodiit.

Quintò, & quidem fol. 143 pag. 1 & 2, *Appendix* quædam jam memorati Operis ANASTASII SINAITÆ, quæ quidem extat in *Gretſerianâ* editione impreſsâ, ſed tanquam *Procemium*. Incipit ea his verbis: Παρακαλοῦμεν τοὺς μέλλοντας ἐντυγχάνειν τῇ βίβλῳ συγγνώμην ποιήσασθαι ἐπὶ ταῖς πλείσταις ἐν αὐτῇ διορθώσεσιν ἢ ταυτολογίαις· τὸ γὰρ ἀδιάλειπτον τῶν ἀσθενειῶν &c.

Sextò, & quidem fol. 144, 145, 146 & 147, (3) JOANNIS *Patriarchæ Hieroſolymitani Diſputatio de* (4) *Azymis*, quam is in Urbe Hieroſolymitanâ cum *Philoſopho* quodam *latino* habuit. Ipſa tituli *græci* verba ſunt hæc: Ἰωάννου Πατριάρχου Ἱεροσολύμων λόγος διαλεκτικὸς μετά τινος λατίνου φιλοσόφου, ὃν ἐποιήσατο ἐν Ἱεροσολύμοις περὶ τῶν Ἀζύμων. *Principium* autem *Diſputationis*, maximâ ex parte nunc ampliùs minimè legibilis, quod ſummâ cum difficultate vix ægrè inveſtigavi, eſt hoc: Τὸν πολύπουν φασὶν τὸ παράπαν μὴ χαίρειν τῷ &c.

CLXVII.

CENTESIMUS SEXAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum nonaginta octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò,

(1) Hic ſine dubio idem eſt atq; *Symeon Metaphraſtes*, de cujus dignitate *Magiſtri* & *Logothetæ* conſulendus eſt *Leo Allatius* in Diatribâ de *Symeonum* Scriptis. (2) Vide *Gabrielis Prateoli* librum primum Elenchi alphabetici omnium Hæreſium. (3) Diverſus eſt hic *Joannes Patriarcha Hieroſolymitanus* à *Joanne*, multò antiquiori Epiſcopo Hieroſolymitano, *S. Hieronymi* æquali, cujus *Gennadius Maſſilienſis* cap. 30. de Scriptoribus Eccleſiaſticis meminit; ut & à *ſecundo* illo *Joanne*, Patriarchâ Hieroſolymitano, cujus diſcipulum ſe fuiſſe teſtatur *S. Joannes Damaſcenus*; item à tertio illo *Joanne* Patriarchâ Hieroſolymitano, qui *S. Joanne Damaſceno* paulò fuit junior, & *Imp. Carolo Magno* claves miſit Sepulchri Dominici. Vide Card. *Baronii* Annal. Eccleſ. Tom. IV. an. 386. num. ult. Tom. IX. an. 749. num. 4. & an. 800. num. 31. (4) De celebri hac controverſiâ *de Azymis*, nempe utrum ſanctiſſimum Euchariſtiæ Sacramentum in pane *non fermentato* an *fermentato* celebrandum ſit, vide *Gabrielis Prateoli* Elenchum alphabeticum omnium Hæreſium, ubi agitur de *Armeniis* hæreticis, & Card. *Baronii* Annal. Eccleſ. Tom. XI. an. 1054. num. 13, ubi extat *Papæ Leonis IX.* Epiſtola ad *Michaëlem* Patriarcham Conſtantinopolitanum *pro Azymis* ſive pane non fermentato, & in Appendice ejuſdem Tomi, ubi extat *Humberti* S. R. E. Cardinalis *Diſputatio*, Conſtantinopoli adverſus Græcos ſchiſmaticos de eodem argumento habita.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 67 pag. 1, PHILIPPI SOLITARII *Dioptra ſive Amuſſis Fidei & Vitæ Chriſtianæ, ad Callinicum Monachum verſibus politicis ac formâ Dialogi inter Animam & Carnem compoſita, & in quinque Libros diviſa, variiſque veterum Patrum teſtimoniis, contextui paſſim permixtis, illuſtrata.* Deeſt nunc ibi *totus Liber primus*; *ſecundi* autem Libri maxima pars poſterior ſupereſt. Reliqui porrò Libri, nempè *tertius*, *quartus & quintus*, exſtant ibidem integri, deſinitque *ultimus* eorum, itidem ut in proximè præcedenti Codice, hoc verſu:

Εἰπὲ ζητείοις ψυχικὴν ὠφέλειαν εὑρεῖν.

Secundò, & quidem à fol. 67 pag. 2, uſque ad fol. 69 pag. 1, Appendix prima *Dioptræ* PHILIPPI SOLITARII, continens *ipſius Epiſtolam ad Conſtantinum Sacerdotem de differentiâ inter Interceſſionem & Auxilium Sanctorum*, quæ inſcribitur atque incipit eodem modo, ut in proximè præcedenti Codice.

Tertiò, & quidem à fol. 69 pag. 1, uſque ad fol. 72 pag. 2, Appendix ſecunda *Dioptræ* EJUSDEM, continens *Leonis Archiepiſcopi Bulgariæ Capita quinquaginta de tentationibus & afflictionibus involuntariis earúmque utilitate.* Ipſa tituli græci verba, unà cum principio Capitis primi, ſunt hæc: Λέοντος τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου Βουλγαρίας Κεφάλαια ν΄ περὶ πειρασμῶν καὶ θλίψεων ἀκουσίων καὶ τῆς ἐντεῦθεν ὠφελείας. Κεφάλαιον α΄. Ἔστι μὲν ἡμῖν εἰς ζωὴν καὶ διατροφὴν ὁ καρποφορούμενος ἐκ τῆς γῆς σῖτος, &c.

Quartò, & quidem à fol. 73 pag. 1, uſque ad fol. 78 pag. 1, S. ANASTASII SINAITÆ *Oratio de Sacrâ Synaxi, de oblivione injuriarum, & de non judicando alium*; cujus titulus & principium: (1) Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀναστασίου ἀσκητοῦ τοῦ Σινᾶ ὄρους λόγος περὶ τῆς ἁγίας συνάξεως, καὶ τοῦ μὴ μνησικακεῖν, καὶ τοῦ μὴ κρίνειν τὸν ἕτερον. Ἀεὶ μὲν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις &c.

Quintò, & quidem à fol. 78 pag. 1, uſque ad fol. 79 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Diſſertatio contra Neſtorianos*, cujus principium: Χρὴ ἀναθεματίζειν Νεστόριον &c.

Sextò, & quidem fol. 79 pag. 1 & 2, *Expoſitio compendiaria orthodoxæ Fidei*, quæ in hoc quidem Codice MSto *S. Johanni Chryſoſtomo*, in (2) aliis autem Codicibus MStis *S. Cyrillo Archiepiſcopo Alexandrino* & *S. Anaſtaſio Sinaitæ* attribuitur. Inſcribitur ea atq; incipit in hoc Cod. MSto his verbis: Τοῦ Χρυσοστόμου. Ἐρώτησις. Ποίας θρησκείας εἶ; Ἀπόκρισις· Χριστιανός. &c.

Septimò, & quidem à fol. 80 pag. 1, uſque ad fol. 132 pag. 2, & à fol. 145 pag. 1, uſque ad fol. 170 pag. 2, S. ANASTASII SINAITÆ *Quæſtiones & Reſponſiones ſacræ*, quarum Libro *tertio* & *quarto* Lambecianorum Commentariorum jam aliquoties mentio facta eſt.

Octavò, & quidem à fol. 132 pag. 2, uſque ad fol. 144 pag. 1, S. MAXIMI *Liber aſceticus ſecundum Interrogationem & Reſponſionem*; cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ Λόγος ἀσκητικὸς κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν. (3) Ἀδελφὸς ἠρώτησε γέροντα λέγων. &c.

Nonò; & quidem à fol. 170 pag. 2, uſque ad fol. 172 pag. 2, *Sententiæ variæ ex Sacrâ Scripturâ & Sanctis Patribus*, quarum titulus & principium: Γνῶμαι ψυχωφελεῖς ἐκ τῶν ἁγίων καὶ μεγάλων Πατέρων. Συνεχέστερον νοεῖ τὸν Θεὸν &c.

Ii 2 Decimò,

(1) Vide Lib. IV. Lambec. Comment. pag. 135 & 168. (2) Vide Lib. IV. Lambec. Commentar. pag. 206.
(3) Vide Lib. IV. Lambec. Commentar. pag. 211.

Decimò, & quidem à fol. 172 pag. 2, uſque ad fol. 175 pag. 2, *EVAGRII Cappadocis Apophthegmata veterum Patrum*; quorum titulus & principium: Εὐαγρίου Καππαδόκου ἀποφθέγματα περὶ τῶν μεγάλων γερόντων. Τῷ μεγάλῳ Ἀντωνίῳ προσῆλθέ τις τῶν τότε σοφῶν, καὶ, πῶς διακαρτερεῖς Πάτερ, εἶπε, τῆς ἐκ τῶν βίβλων παραμυθίας ἐστερημένος; &c.

Undecimò, & quidem à fol. 175 pag. 2, uſque ad fol. 177 pag. 2, *S. NILI Alphabetum morale*, ſive, *Capita viginti quatuor de Virtutibus ordine alphabetico.* Ipſa tituli græci verba cum principio primi Capitis ſunt hæc: Νείλου μοναχοῦ τοῦ ὁσίου Κεφάλαια ψυχωφελῆ περὶ διαφόρων γνωμῶν καὶ ἀρετῶν κατὰ ἀλφάβητον. Ἀπαρχὴν τὸν νοῦν σου ὦ ἄνθρωπε φύλαττε ἐκ τῶν τοῦ βίου σκανδάλων, &c.

Duodecimò, & quidem fol. 178 pag. 1, S. BASILII MAGNI *Admonitio de Gratiarum actione erga Deum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Βασιλείου περὶ εὐχαριστίας. Καθεζόμενος ἐπὶ τραπέζης, προσεύχου· προσφερόμενος τὸν ἄρτον &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 178 pag. 1, uſque ad fol. 179 pag. 2, Excerpta quædam ex *Libro Sapientiæ Jeſu filij Sirach*, quorum titulus & principium: Τοῦ Σιρὰχ περὶ διαφόρων ἀρετῶν. Μὴ ἴσθι ὡς λέων ἐν τῷ οἴκῳ σου &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 179 pag. 2, uſque ad fol. 184 pag. 2, S. NILI *Sententiæ*, quarum titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Νείλου γνῶμαι βιωφελεῖς. Φόβον ἔχε Θεοῦ καὶ πόθον, &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 184 pag. 2, uſque ad fol. 187 pag. 1, S. EPHRÆMI *Syri Oratio* περὶ κατανύξεως, ſive, *de Compunctione*; cujus principium: (1) Κατανύγηθι ψυχή μου, κατανύγηθι &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 187 pag. 1, uſque ad fol. 188 pag. 2, *EJUSDEM* Προσευχὴ μετὰ ἐξομολογήσεως, ſive *Precatio ad Deum cum confeſſione*; cujus principium: (2) Ἴασαί με Κύριε καὶ ἰαθήσομαι, &c.

Decimo ſeptimò, & quidem fol. 188 pag. 2, & fol. 189 pag. 1, *EJUSDEM Fragmentum* ἐκ τῶν μακαρισμῶν, ſive, *ex Opuſculo de Beatitudinibus animæ*; cujus principium: (3) Μακάριος, ὃς γέγονεν ὅλος ἐλεύθερος Κυρίῳ, &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 189 pag. 1, uſque ad fol. 192 pag. 1, *Excerpta ex* THALASSII *Abbatis quadringentis Capitibus ad Paulum Presbyterum de Charitate & Continentiâ, & de Regimine mentis*; quorum titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀββᾶ Θαλασσίου ἐκ τῶν κεφαλαίων τῶν περὶ ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας καὶ τῆς κατὰ νοῦν πολιτείας τῶν πρὸς Παῦλον πρεσβύτερον τεσσάρων ἑκατοντάδων. Πόθος πρὸς Θεὸν ὁλικῶς τελειωμένος &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 192 pag. 1, uſque ad fol. 196 pag. 1, *ex NILI Capitibus centum quinquaginta de Oratione & ex aliis ejuſdem variis Capitibus aſceticis Excerpta*, quorum titulus & principium: Νείλου ἐκ τῶν περὶ προσευχῆς ρν΄ κεφαλαίων. Προσευχή ἐστι πρᾳότητος καὶ ἀοργησίας βλάστημα· &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 196 pag. 1, uſque ad fol. 298 pag. 2, ex JOANNIS STOBÆI, ANTONII & MAXIMI (4) *Locis communibus Sententiarum Capita tria de Honore parentum & amore liberorum, de Timore Dei, & de Peccato atque Confeſſione.*

CENTE-

(1) Vide Operum *S. Ephræmi* edit. lat. Voſſian. Colon. pag. 135. (2) Vide ibid. pag. 250. (3) Vide ibid. pag. 168. (4) Vide editionis eorum græco-latinæ Wechelianæ Francofurtenſis Caput 199, 288 & 297.

CLXVIII.

C*ENTESIMUS SEXAGESIMUS OCTAVUS* Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto majori*, conſtâtque foliis *trecentis octoginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 73 pag. 2, S. BASILII MAGNI *Homiliæ novem in Hexaëmeron, ſive de Opere ſex dierum*, quarum prima in principio eſt mutila.

Secundò, & quidem à fol. 73 pag. 2, uſque ad fol. 120 pag. 1, S. GREGORII *Epiſcopi Nyſſeni, fratris S. Baſilii Magni, Liber* εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευήν. ſive *de creatione & ſtructurâ hominis*, cum antiquis nonnullis *Scholiis marginalibus*. Deeſt autem ibi *Præfatio ad Petrum fratrem*; & (1) Titulo totius Operis immediatè ſubjungitur Lemma Capitis primi cum hoc ejuſdem capitis principio: Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς &c.

Tertiò, & quidem à fol. 120 pag. 1, uſque ad fol. 155 pag. 2, *EJUSDEM Homiliæ octo in totidem Beatitudines Evangelicas apud S. Matthæum capite quinto*. Prima earum Homiliarum incipit: Τίς ἄρα τοιοῦτός ἐστιν ἐν τοῖς συνειλεγμένοις &c.

Quartò, & quidem à fol. 155 pag. 2, uſque ad fol. 160 pag. 1, S. BASILII MAGNI *Homilia in principium Evangelii S. Joannis*, Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, ſive, *In principio erat Verbum*, &c. Incipit ea his verbis: (2) Πᾶσα μὲν ἡ τῶν Εὐαγγελίων φωνὴ &c.

Quintò, & quidem à fol. 160 pag. 1, uſque ad fol. 162 pag. 2, *EJUSDEM* Ἐγκώμιον εἰς Βαρλαὰμ τὸν μάρτυρα, ſive, *Oratio laudativa in S. Martyrem Barlaam*; cujus principium: (3) Πρότερον μὲν τῶν ἁγίων οἱ θάνατοι &c.

Sextò, & quidem à fol. 162 pag. 2, uſque ad fol. 169 pag. 2, *EJUSDEM Homilia in S. Martyrem Gordium*; cujus principium: (4) Νόμος ἐστὶ φύσεως ταῖς μελίσσαις &c.

Septimò, & quidem à fol. 169 pag. 2, uſque ad fol. 176 pag. 1, *EJUSDEM Homilia in Sanctos Quadraginta Martyres*; cujus principium: (5) Μαρτύρων δὲ μνήμης τίς ἂν γένοιτο κόρος τῷ φιλομάρτυρι; &c.

Octavò, & quidem à fol. 176 pag. 1, uſque ad fol. 182 pag. 2, *EJUSDEM Homilia* εἰς τὴν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν, ſive, *in Chriſti generationem humanam*; cujus principium: (6) Χριστοῦ γέννησις, ἡ μὲν οἰκεία καὶ πρώτη καὶ ἰδία αὐτοῦ τῆς Θεότητος σιωπῇ τιμάσθω· &c,

Nonò, & quidem à fol. 182 pag. 2, uſque ad fol. 192, pag. 2, *EJUSDEM* Ὁμιλία προτρεπτικὴ εἰς τὸ Βάπτισμα, ſive, *Oratio adhortatoria ad Baptiſmum*; cujus principium: (7) Ὁ μὲν σοφὸς Σολομὼν &c.

Decimò, & quidem à fol. 192 pag. 2, uſque ad fol. 200 pag. 2, *EJUSDEM Homilia contra ebrios*; cujus principium: (8) Κινεῖ μέν με πρὸς τὸν λόγον τὰ ἑσπερινὰ θεάματα, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 201 pag. 1, uſque ad fol. 204 pag. 1, *EJUSDEM Homilia* περὶ πίστεως, ſive, *de Fide*; cujus principium: (9) Θεοῦ μεμνῆσθαι μὲν διηνεκῶς &c.

 Duode-

(1) Vide Librum I. Lambecianorum Commentariorum pag 99. (2) Vide Operum *S. Baſilii Magni* editionem græco-latinam Pariſienſem Tom. I. pag. 502. (3) Vide ibidem Tom. I. pag. 512. (4) Vide ibid. Tom. I. pag. 515. (5) Vide ibid. Tom. I. p. 526. (6) Vide ibid. Tom. I. pag. 585. (7) Vide ibid. Tom. I. pag. 475. (8) Vide ibid. Tom. I. pag. 487. (9) Vide ibid. Tom. I. pag. 498.

Duodecimò, & quidem à fol. 204 pag. 1, uſque ad fol. 206 pag. 2, EJUSDEM *Homilia de Spiritu Sancto*, cujus principium: (1) Ὁ βαπτιζόμενος εἰς Τριάδα βαπτίζεται &c. Notandum autem eſt, hanc Homiliam in Operum S. *Baſilii Magni* editione græco-latinâ Pariſinâ non inſcribi, ut in hoc Codice MSto, περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ſive, *de Spiritu Sancto*, ſed εἰς τὸ ἅγιον Βάπτισμα, ſive, *in ſanctum Baptiſma*.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 206 pag. 2, uſque ad fol. 217 pag. 1, EJUSDEM *Homilia* ὅτι οὐκ ἔστιν αἴτιος τῶν κακῶν ὁ Θεός, ſive, *Quòd Deus non eſt autor malorum*. Principium ejus eſt: (2) Πολλοὶ τῆς διδασκαλίας οἱ τρόποι &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 217 pag. 1, uſque ad fol. 225 pag. 1, EJUSDEM *Homilia contra Iracundos*; cujus principium: (3) Ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἰατρικῶν παραγγελμάτων &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 225 pag. 1, uſque ad fol. 231 pag. 2, EJUSDEM *Homilia*, περὶ φθόνου, ſive, *de Invidiâ*; cujus principium: (4) Ἀγαθὸς ὁ Θεός &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 231 pag. 2, uſque ad fol. 238 pag. 2, EJUSDEM *Homilia* εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγέλιον· Καθελῶ μου τὰς ἀποθήκας, καὶ μείζονας οἰκοδομήσω· καὶ περὶ πλεονεξίας. Hoc eſt: *In Capitis duodecimi Evangelii S. Lucæ verſum decimum octavum: Deſtruam horrea mea, & majora faciam, & de Avaritiâ.* Principium ejus eſt: (5) Διπλοῦν τὸ εἶδος τῶν πειρασμῶν· &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 238 pag. 2, uſque ad fol. 249 pag. 1, EJUSDEM *Homilia* ῥηθεῖσα ἐν λιμῷ καὶ αὐχμῷ, hoc eſt, *habita tempore famis & ſiccitatis*; cujus principium: (6) Λέων ἐρεύξεται, καὶ τίς οὐ φοβηθήσεται; &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 249 pag. 1, uſque ad fol. 255 pag. 1, EJUSDEM *Epiſtola reſponſoria*, πρὸς Ὄπτιμον Ἐπίσκοπον περὶ τοῦ· Πᾶς ὁ ἀποκτείνας Κάϊν, ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει· καὶ εἰς τό· Σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία· Hoc eſt: *Ad Optimum Epiſcopum ſuper duabus Quæſtionibus de verbis capitis quarti Geneſeos: Omnis, qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur; & de verbis capitis ſecundi Evangelii S. Lucæ: Tuam ipſius animam pertranſibit gladius.* Principium hujus Epiſtolæ eſt: (7) Καὶ ἄλλως μὲν ἡδέως ἑώρων τοὺς ἀγαθοὺς παῖδας &c.

Decimo nono, & quidem à fol. 255 pag. 1, uſque fol. 269 pag. 1, Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νύσσης Λόγος εἰς τὴν τριήμερον ταφὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· Hoc eſt: S. GREGORII *Epiſcopi* NYSSENI *Oratio in triduanam ſepulturam Domini noſtri* JESU *Chriſti*. Principium ejus eſt: (8) Εἴ τις Πατριαρχῶν εὐλογία, &c. Eadem Oratio in editione Operum *S. Gregorii Nyſſeni* græco-latinâ Pariſienſi inſcribitur hoc modo: Εἰς τὸ ἅγιον Πάσχα, καὶ περὶ τῆς τριημέρου προθεσμίας τῆς τοῦ Χριστοῦ ἀναστάσεως, hoc eſt: *In ſanctum Paſcha, & de triduano Feſto Reſurrectionis Chriſti.*

Vigeſimo, & quidem fol. 269 pag. 1 & 2, Τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου Κυρίου Γερμανοῦ λόγος εἰς τὸ μέγα καὶ ἅγιον Σάββατον· Hoc eſt: *Sanctiſſimi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani & univerſalis Patriarchæ, Domini* GERMANI *Oratio in Magnum & ſanctum Sabbatum.* Principium ejus hoc eſt: (1)

(1) Vide ibidem Tom. I. pag. 408. (2) Vide ibidem pag. 420. (3) Vide ibidem pag. 434. (4) Vide ibidem pag. 445. (5) Vide ibidem Tom. I. pag. 383. (6) Vide ibidem pag. 407. (7) Vide ibidem Tom. II. pag. 1083; ſed ibi minùs rectè legitur, Καὶ ἄλλως ἡδέως ὁρῶν τοὺς &c. Quòd enim particula μὲν neceſſario inſerenda, & pro ὁρῶν legendum ſit ἑώρων, ſatis manifeſtè apparet ex verbis paulò pòſt ſequentibus: ὅτε δὲ ὀλίγων τὴν ἐπιστολὴν, &c. (8) Vide operum *S. Gregorii Nyſſeni* editionem græco-latinam Pariſienſem A. 1615. in folio. Tom. II. pag. 814.

eſt: (1) Σάββατον μέν ἐςι σήμερον, καὶ Σαββάτων πάντων τὸ κράτιςον· &c. Pertingit autem ibi tantùm uſque ad hæc verba: (2) Καὶ ἄλλα ἄλλοις ἐπεγκαλοῦσι διὰ τὴν ἐν Σαββάτῳ εὐεργεσίαν.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 270 pag. 1, uſque ad fol. 343 pag. 2, S. BASILII MAGNI, *Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ, Epiſtolæ triginta quatuor*: nempe prima ad S. *Gregorium Nazianzenum*, cujus principium: (3) Ἐπέγνων σου τὴν ἐπιςολὴν &c; ſecunda ad *eundem*: (4) Ἐγὼ τοῦ ἀδελφοῦ μοι ἐπιςείλαντος &c; tertia ad *eundem*: (5) Οὐδὲ τότε ἠγνόουν ὅτε, &c; quarta ad fratrem S. *Gregorium Nyſſenum de differentiâ Eſſentiæ & Subſtantiæ*: (6) Ἐπειδὴ πολλοὶ τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας &c; quinta ad *eundem*: (7) Πῶς ἄν σοι διὰ γράμματος &c; ſexta ad *Gregorium Patruum*: (8) Καὶ πρότερον ἡδέως εἶδον &c; ſeptima: (9) Γρηγορίῳ Πρεσβυτέρῳ χωρισθῆναι τῆς συνοίκου (10) γυναικός· Hoc eſt: *Gregorio Presbytero, ut mulierculam cohabitantem à ſe dimittat*; cujus principium: Ἐνέτυχόν σου τοῖς γράμμασι &c; octava ad *Amphilochium* Epiſcopum Iconii, (11) Ἐζητημένον ἤδη παρὰ πολλοῖς &c; nona ad *eundem* nomine *Heraclidæ*: (12) Ἐγὼ καὶ τῶν ὁμιληθέντων ἡμῖν &c; decima: Περὶ τελειότητος βίου μοναδικοῦ ἀνεπίγραφος· Hoc eſt: *De perfectione vitæ ſolitariæ Epiſtola ſine Inſcriptione*; cujus principium; (13) Πολλῶν ὄντων τῶν ὑπὸ τῆς &c; undecima ad *Amphilochium* electum Epiſcopum Iconii: (14) Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὁ τοὺς καθ' ἑκάςην &c; duodecima ad *eundem*: (15) Παράγχοι ὁ ἅγιος Θεὸς &c; decima tertia ad *eundem*: (16) Οἶδα καὶ αὐτὸς ἀκούσας τοῦτο &c; decima quarta ad *eundem*: (17) Ὃ οἶδας σέβεις ἢ ὃ ἀγνοεῖς; &c; decima quinta ad *eundem*: (18) Τί πρότερον, ἡ γνῶσις ἢ πίςις; &c; decima ſexta ad *Alexandrinos*: (19) Ἡμᾶς μὲν ἡ ἀκοὴ τῶν γεγενημένων &c; decima ſeptima ad S. *Athanaſium* Archiepiſcopum Alexandrinum: (20) Ὅταν μὲν πρὸς τὰ πράγματα βλέψωμεν &c; decima octava ad *eundem*; (21) Οὐδένα τοσοῦτον ἡγοῦμαι &c; decima nona ad *eundem*: (22) Ὅσον τῶν ἐκκλησιῶν τὰ ἀῤῥωςήματα &c; vigeſima ad *Occidentales Epiſcopos*: (23) Χριςὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἐφ' ὃν ἠλπίσαμεν, &c; vigeſima prima: Ἔγγραφος ὁμολογία τῆς ὀρθοδόξου ἡμῶν πίςεως, συγγραφεῖσα παρὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ᾗ ὑπέγραψε Εὐςάθιος ὁ Σεβαςείας Ἐπίσκοπος· Hoc eſt: *Epiſtolaris Confeſſio Fidei noſtræ orthodoxæ, conſcripta à S. Baſilio Magno, & ab Euſtathio Epiſcopo Sebaſtiæ ſubſcripta*; cujus principium: (24) Τοὺς ἢ προληφθέντας ἑτέρας πίςεως ὁμολογίᾳ &c; vigeſima ſecunda ad *Terentium Comitem*: (25) Ὅτε ἠκούσαμεν τὴν σεμνότητά σου &c; vigeſima tertia ad *Euſtathium* Archiatrum: (26) Ἔςι μὲν καὶ πᾶσιν ὑμῖν &c; vigeſima

(1) Vide Bibliothecæ Patrum græco-latinæ Pariſienſis *Auctarium*, Lutetiæ Pariſiorum A. 1648. græcè & latinè duobus Tomis in folio editum, Tom. I. colum. 1469. (2) Vide ibid. col. 1472. (3) Vide ſuprà citatam Operum *S. Baſilii Magni* edit. græco-lat. Pariſienſem Tom. II. pag. 781. (4) Vide ibid. Tom. II. pag. 797. (5) Vide ibid. Tom. II. pag. 787. ſed ibi pro Οὐδὲ τότε perperàm legitur Οὐδέποτε. (6) Vide ibid. pag. 805. (7) Vide ibid. pag. 815; ſed ibi pro γράμματος legitur γραμμάτων. (8) Vide ibid. p. 816. (9) Vide ibid. pag. 984; ſed ibi pro Γρηγορίῳ perperàm legitur Παρηγορίῳ, & latinè *Paregorio* pro *Gregorio*, idémq; error ibidem paulò pòſt repetitur in ipſo contextu Epiſtolæ, ut & in Indice Nominum propriorum Epiſtolis ſubjuncto, ubi ſimiliter pro Παρηγόριος ſive *Paregorius* legendum eſt Γρηγόριος ſive *Gregorius*. (10) In editione Pariſienſi pro γυναικὸς perperàm & ſine ullo ſenſu legitur γαυρὸς. (11) Vide ibid. pag. 1167; ſed ibi legitur τὸ ἐζητημένον &c. (12) Vide ibid. pag. 1173. (13) Vide ibid. pag. 1196; ſed ibi pro μοναδικοῦ legitur μοναχῶν. (14) Vide ibid. pag. 1176. (15) Vide ibid. pag. 1178. (16) Vide ibid. p. 1183. (17) Vide ibid. pag. 1185. (18) Vide ibid. pag. 1187. (19) Vide ibid. pag. 864. (20) Vide ibid. pag. 813. (21) Vide ibid. pag. 820. (22) Vide ibid. pag. 822. (23) Vide ibid. pag. 873; ſed ibi pro Χριςὸς legitur Κύριος, & ἠλπίζομεν pro ἠλπίσαμεν. (24) Vide ibid. pag. 889; ſed Inſcriptio, quæ huic Epiſtolæ præfixa eſt, legitur ibi hoc modo: Ἀντίγραφον πίςεως ὑπαγορευθείσης παρὰ τοῦ μεγάλου Βασιλείου, ᾗ &c. (25) Vide ibid. p. 1128. (26) Vide ibid. p. 899; ſed ibi in Inſcriptione hujus Epiſtolæ pro Ἀρχιατρῷ legitur Ἰατρῷ.

vigeſima quarta ad *Sozopoli degentes*: (1) Ἐνέτυχον τοῖς γράμμασιν ὑμῶν, ἀδελφοὶ &c; vigeſima quinta conſolatoria ad *Eccleſiam Neocæſareenſem*: (2) Ἀπαιτεῖ μὲν τὰ συμβάντα &c; vigeſima ſexta ad *Clericos Neocæſareenſes*: (3) Ἡ μὲν συμφωνία τοῦ καθ' ἡμῶν μίσους &c; vigeſima ſeptima ad *Doctores Eccleſiæ Neocæſarienſis*: (4) Ὅλως μὲν οὐδὲν ἐδεόμην &c; vigeſima octava τῷ Βασιλεῖ, ſive, ad *Imperatorem*; (5) Πάθος ἀπήντησε τῇ καθ' ἡμᾶς χώρᾳ, οὐκ ἐκ σωματικῆς περιπετείας, ἀλλ' ἐξ ὑδάτων ἐπιρρύσεως· πόθεν δὲ τοῦτο &c. In margine autem adſcriptum ibi eſt *antiquum* hoc *Scholion*: Ἡ ἐπιστολὴ αὕτη οὔτε ἀπὸ τῶν νοημάτων, οὔτε ἀπὸ τῆς φράσεως ἔοικεν εἶναι τοῦ μεγάλου Βασιλείου· Hoc eſt: *Epiſtola hæc nec reſpectu ſententiarum, nec ratione ſtyli videtur eſſe Magni Baſilii.* Vigeſima nona ad *Cenſitorem*: (6) Εἰδότι μοι ἔγραφες &c; trigeſima ad *Nectarium*: (7) Οὔπω εἶχον τρίτην ἢ τετάρτην ἡμέραν &c; trigeſima prima ad *Nectarij uxorem*, conſolatoria: (8) Ἔμελλον ἀποσιωπᾶν &c; trigeſima ſecunda ad *Arinthæi Conjugem* conſolatoria: (9) Τὸ μὲν ἀκόλουθον ἦν &c; trigeſima tertia ad *Canonicas*: (10) Ὅσον ἠνίασεν ἡμᾶς &c; trigeſima quarta πρὸς Παρθένον ἐκπεσοῦσαν, ſive, ad *Virginem lapſam*; (11) Νῦν καιρὸς ἐκβοῆσαι τὸ προφητικὸν ἐκεῖνο &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 343 pag. 2, uſque ad fol. 352 pag. 2, Τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν καὶ θεολογικωτάτου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ ἐκ τῶν κεφαλαίων αὐτοῦ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος· Hoc eſt: *Ex ſancti & divini Patris noſtri atque in rebus Theologicis exercitatiſſimi* JOANNIS DAMASCENI *Opere de Orthodoxâ Fide Capita quædam de Sanctiſſimâ Trinitate*; nempe Libri (12) *primi* Capita *quatuor*, *octavum* videlicet, & *nonum*, & *decimum* & *undecimum*, quorum primum incipit his verbis: Πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν, μίαν ἀρχὴν ἄναρχον, &c; ultimum autem deſinit hoc modo: τὸν δὲ Υἱὸν οὔτε τοῦ πνεύματος λέγομεν, οὔτε μὴν ἐκ τοῦ πνεύματος. Item Libri (13) *tertij* Capita *duo*, *decimum tertium* videlicet & *decimum quartum* de proprietatibus duarum Naturarum Chriſti, duplicique ejuſdem voluntate & arbitrii libertate; quorum primum incipit: Τέλειον Θεὸν ὁμολογοῦντες &c; alterum autem: Ἐπειδὴ μὲν οὖν δύο φύσεις τοῦ Χριστοῦ &c; & pertingit tantùm uſque ad hæc verba: Τὰς τρεῖς ὑποστάσεις τῆς ἁγίας Τριάδος εἰπεῖν ἀναγκασθησόμεθα. Subjungitur deinde aliud Fragmentum ex ejuſdem Libri *tertii* Capite (14) *undecimo*, à verbis: Ὅτι μὲν οὖν ἡ φύσις τοῦ Λόγου ἐσαρκώθη &c, uſque ad verba: καὶ κατ' εὐδοκίαν καὶ βούλησιν, quibus illud clauditur. Notabile etiam eſt, quod ex eodem hoc Codice MSto manifeſtè apparet, Opus illud *de Orthodoxâ Fide* non fuiſſe ab ipſo *S. Joanne Damaſceno* diviſum in *Libros*, ſed tantùm in Κεφάλαια, ſive *Capita*. Hinc enim Capita illa, quæ nunc ſunt Libri *tertii undecimum, decimum tertium & decimum quartum*, numerantur ibi νδ', νς' & νζ', hoc eſt, *quinquageſimum quartum, quinquageſimum ſextum & quinquageſimum ſeptimum*.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 352 pag. 2, uſque ad fol. 354 pag. 2, Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος Λόγος σύντομος κεφαλαιώδης, συγγραφεὶς καὶ ἀποσταλεὶς πρός

ινα

(1) Vide ibidem pag. 851. (2) Vide ibid. pag. 838. (3) Vide ibid. pag. 841. (4) Vid. ibid. pag. 845. (5) Hæc Epiſtola non extat in ſuprà citatâ Operum *S. Baſilii Magni* editione Pariſienſi. (6) Vide ibid. Tom. II. pag. 1132. (7) Vide ibid. pag. 969. (8) Vide ibid. pag. 972. (9) Vide ibid. pag. 864. (10) Vide ibid. pag. 1068. (11) Vide ibid. pag. 749. (12) Vide Operum *S. Joannis Damaſceni* editionem *Billianam* Pariſienſem A. 1619. in folio, à pag. 259, uſque ad pag. 272, ſed ibi Opus hoc de Orthodoxâ Fide extat tantùm *latinè*. (13) Vide ibid. pag. 394. & 395. (14) Vide ibid. pag. 388.

ῖνα περὶ τοῦ (1) ἁγιωτάτου Πατριάρχου Φωτίου· Hoc eſt: *De Proceſſione Spiritûs Sancti à ſolo Patre Diſputatio compendiaria, capitulàtim conſcripta, & ad quendam ex Latinis miſſa à Sanctiſſimo Patriarchâ Conſtantinopolitano Photio.* Principium ejus eſt: Τίς ὅλως ἀνάσχοιτο τῶν ἐν Χριστιανοῖς τελούντων ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος δύο εἰσάγειν αἴτια, Υἱοῦ μὲν καὶ Πνεύματος τὸν Πατέρα, τοῦ Πνεύματος δὲ πάλιν τὸν Υἱόν· &c. Meritò autem *S. Eccleſia Catholica* hæreticum illud dogma de Proceſſione Spiritûs Sancti à *ſolo* Patre, nec ſimul à Filio, omni tempore conſtanter damnavit, utpote quod ipſius Spiritûs Sancti certiſſimis in Sacrâ Scripturâ teſtimoniis evidentiſſimè eſt contrarium.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 354 pag. 2, uſque ad fol. 357 pag. 2, *Expoſitio Confeſſionis Fidei Eccleſiæ Occidentalis de Proceſſione Spiritûs Sancti à Patre & Filio, conſcripta à Papâ GREGORIO NONO, & miſſa ad Germanum, ſecundum ejus nominis Patriarcham Conſtantinopolitanum, cum ſubſcriptione Apocriſiariorum ſive Legatorum Romanæ Eccleſiæ.* Ipſa Tituli græci verba ſunt hæc: Ἔκθεσις τῆς ὁμολογίας τῆς πίστεως τῶν Λατίνων, συγγραφεῖσα καὶ ἀποσταλεῖσα παρὰ Γρηγορίου Πάπα Ῥώμης πρὸς Γερμανὸν τὸν ἁγιώτατον Πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως. *Incipit deinde Expoſitio Confeſſionis Fidei his verbis:* Ὁ Πατήρ ἐστι πλήρης Θεὸς ἐν ἑαυτῷ· &c.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 357 pag. 2, uſque ad fol. 374 pag. 2, *GERMANI, ſecundi ejus nominis Patriarchæ Conſtantinopolitani, & Synodi apud ipſum congregatæ Reſponſio ad præcedentem Confeſſionem Fidei Papæ Gregorii Noni, & ab ipſo miſſos Fratres Minores ac reliquos de Proceſſione Spiritûs Sancti.* Ipſa Tituli græci verba ſunt hæc: Τοῦ ἁγιωτάτου Γερμανοῦ Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῆς σὺν αὐτῷ ἱερᾶς (2) Συνόδου, ἀπάντησις πρὸς τὴν τοιαύτην ὁμολογίαν τοῦ Πάπα, καὶ πρὸς τοὺς ὑπ᾽ ἐκείνου σταλέντας (3) Φρεμενουρίους καὶ λοιποὺς, περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Incipit deinde *Reſponſio* his verbis: Εἴπατε ἡμῖν, ὦ τιμιώτατοι τοῦ ἁγιωτάτου Πάπα ἀποκρισιάριοι, ἆρα καὶ ὁ μὴ ὁμολογῶν &c.

Vigeſimo ſextò, & quidem fol. 375 & 376, ANONYMI *cujuſdam Autoris Narratio,* (4) *quomodo Latini ob diverſitatem opinionis de Proceſſione Spiritûs Sancti ſeparaverint ſe à Græcis, eámque ob cauſam amiſerint Primatum, & è ſacris Diptychis ejecti ſint.* Ipſi tituli *græci* verba ſunt hæc: Πῶς καὶ τίνα τρόπον ἐχωρίσθησαν ἡμῶν οἱ Λατῖνοι, καὶ ἐξεβλήθησαν τῶν πρωτείων αὐτῶν καὶ τῶν διπτύχων. Incipit deinde *Narratio* his verbis: Ἦν ἐν τῇ ἑβδόμῃ Συνόδῳ Ἀδριανὸς Πάπας Ῥώμης, καὶ μετ᾽ ἐκεῖνον Λέων, Στέφανος, Πασχάλιος, Εὐγένιος, Βαλεντῖνος, Γρηγόριος, Σέργιος ὁ καὶ Πελάγιος, ΛΕΩΝ, (5) ΒΕΝΕΔΙΚΤΟΣ, Παῦλος, Στέφανος, Νικόλαος ὁ ἐπὶ τοῦ Φωτίου, Ἀδριανὸς, Ἰωάννης, Μαρῖνος, Ἀδριανὸς, Στεφανός· &c. Hoc eſt: *Tempore ſeptimæ Synodi Oecumenicæ ſive*

(1) Ex eo, quòd *Photius* hîc appellatur *Sanctiſſimus*, manifeſtè apparet Titulum hunc compoſitum eſſe à corrupto quodam impietatis *Photianæ* aſſeclâ. Fuit enim *Photius* reverà homo *ſceleſtiſſimus*, qui Patriarchalem Sedem Conſtantinopolitanam, cùm Eunuchus & Laicus eſſet, per fraudem & vim invaſit, totóque injuſti regiminis ſui tempore miſerrimè turbavit ac fœdisſimè polluit. Vide V. CL. *Leonis Allatii* doctisſimum Opus de Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ Conſenſione lib. 2. cap. 4, 5, & 6, ubi colum. 575, *Epiſtolæ* hujus *Photianæ* expreſſa fit mentio. Conſule quoque ejuſdem *Allatii* Σύμμικτα pag. 416. in Confutatione Fabulæ de *Joannâ Papiſſâ.* (2) Notabilis locus de *Conciliabulo* ſive *Pſeudo-Synodo Conſtantinopolitanâ* ſub Patriarchâ *Germano juniore* contra Papæ *Gregorii Noni* Confesſionem orthodoxam de Procesſione Spiritûs Sancti à Patre & Filio. (3) Φρεμενούριοι græco-barbarè & corruptè hîc appellantur *Fratres Minores Ordinis S. Franciſci.* Vide *Joan. Meurſii* Gloſſarium græco-barbarum ubi agitur de voce Φρεμενουρῖος. (4) Similis quædam *Narratio* citatur aliquoties à *Leone Allatio* in præſtantisſimo Opere de Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ Conſenſione, edito Coloniæ Agrippinæ apud Jodocum Kalkovium A. 1648 in quarto. Vide ibi imprimis colum. 570, 571, 581, 582, 606 & 607. (5) Locus valdè notabilis; quippe ubi inter *Leonem quartum & Benedictum tertium nulla commentitia Joannæ Papiſſæ fit mentio.*

Univerſalis erat Papa Romæ (1) *Adrianus*; *Adriano autem ſucceſſerunt Leo*, *Stephanus*, *Paſchalis*, *Eugenius*, *Valentinus*, *Gregorius*, *Sergius*, (2) *qui & Pelagius*, LEO, (3) BENEDICTUS, (4) *Paulus*, *Stephanus*, *Nicolaüs tempore Photii*, *Adrianus*, *Joannes*, *Marinus*, *Adrianus*, (5) *Stephanus*.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 377 pag. 1, uſque ad fol. 381, *Synopſis Teſtimoniorum Sacræ Scripturæ & Sanctorum Patrum contra Latinorum hæreſes & errores de Proceſſione Spiritûs Sancti*, *Azymis & Baptiſmate, deſumptorum ex Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani*, *Niceæ reſidentis*, *Reſponſione ad Epiſtolam Papæ Gregorii IX.* Cæterùm quid de jam memorato *Patriarchæ Germani Reſponſo* & de *Scripturæ Sacræ Sanctorúmque Patrum* in eo citatis *teſtimoniis* ſentiendum ſit, operæ pretium eſt conſulere Virum doctiſſimum *Leonem Allatium*, in eximio Opere de Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ Conſenſione lib. 2. cap. 14. §. 3.

CLXIX.

CENTESIMUS SEXAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc *quingentis triginta novem* foliis, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo ANONYMI cujuſdam Autoris *Commentarius in præcipua loca Sacræ Scripturæ Veteris & Novi Teſtamenti*, ad varios Religionis Chriſtianæ articulos pertinentia, collectus ex diverſorum Sanctorum Patrum aliorúmque Scriptorum Eccleſiaſticorum Operibus; nempe *Anaſtaſii* Sinaitæ; (6) *Andreæ* Archiepiſcopi Cretenſis; *Apollinaris* Epiſcopi Laodiceni; S. *Athanaſii* Archiepiſcopi Alexandrini; S. (7) *Auguſtini* Hipponenſis in Africâ Epiſcopi; S. (8) *Barnabæ* Apoſtoli; *S. Baſilij* Magni; Venerabilis (9) *Bedæ*; S. *Cyrilli* Epiſcopi Alexandrini; *S. Diadochi*, Photices in Veteri Epiro ſive Illyrico Epiſcopi; S. *Dionyſii Areopagitæ*; S. *Epiphanii*, Conſtantiæ ſive Salaminis in Cypro inſulâ Epiſcopi; *Euſebii* Pamphili; (10) *Flavii Joſephi*; S. *Gregorii* Nazianzeni; S. *Gregorii* Nyſſeni; S. *Joannis* Chryſoſtomi; S. *Joannis* Damaſceni; S. *Juſtini* Martyris; *Origenis* contra Celſum; *Palladii* Helenopoleos in Cappadociâ Epiſcopi; *Symeonis* cognomine τȣ̃ Νέȣ Θεολόγȣ, ſive *Junioris Theologi*; & *Theodoreti* Epiſcopi Cyrenſis. Extat etiam in eodem Commentario, & quidem folii 60 pag. 2, *Amelij* Philoſophi Platonici, qui *Plotini* fuit diſcipulus, inſigne teſtimonium de *Incarnatione Chriſti*: nec ſilentio prætereundus eſt alius ejuſdem Commentarii ſingularis locus fol. 322, pag. 1, ubi recenſentur præcipui *Græciæ Legumlatores*, nempe *Lycurgus* Lacedæmoniorum, *Apis* Argivorum, *Mneſion* Phocenſium, *Demonax* Cyrenæorum, *Pagondas* Achæorum, *Anchias* Cnidiorum, *Eudoxus* Mileſiorum, *Philolaus* Thebanorum, *Pittacus* Mytilenæorum, *Neſtor* Pyliorum, *Solon* & *Draco* & *Cliſthenes* Athenienſium.

CENTE-

(1) Intelligitur *Papa Adrianus I*, qui electus eſt A. C. 772, & A. 795 obiit. (2) Verba hæc, ὁ καὶ Πελάγιος, *qui & Pelagius*, tanquam falſa, delenda ſunt. (3) Locus ſingularis ob commentitiam *Joannam Papiſſam*, cujus hîc inter *Leonem IV.* & *Benedictum III.* nulla fit mentio. (4) Hæc duo nomina *Paulus* & *Stephanus*, tanquam falſa & ſuperflua, delenda ſunt. (5) Is eſt *Stephanus V*. qui A. C. 890. obiit, & cui eodem anno ſucceſſit Formoſus. (6) Vide ibi fol. 494 pag. 1. (7) Vide ibi fol. 327. pag. 2. & fol. 329. pag. 2. (8) Citatur ibi fol. 249. pag. 2. Epiſtola ejus Catholica. (9) Vide ibi fol. 328. pag. 1. (10) Vide ibi fol. 236. pag. 2, ubi citatur teſtimonium de *S. Joanne Baptiſtâ* ex libro 18. Antiquitatum Judaicarum; & fol. 247. pag. 2, ubi agitur de verâ cauſâ expugnationis Urbis *Hieroſolymitanæ* per *Titum* Imp. *Veſpaſiani* filium...

CLXX.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis triginta novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 111 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI (1) *Homiliæ in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Hebræos* ab Homiliâ *tertiâ* in principio mutilâ uſque ad Homiliam *trigeſimam quartam* ſive *ultimam*.

Secundò, & quidem à fol. 111 pag. 2, uſque ad fol. 239, ſive ultimum, *EJUSDEM Hypotheſis & Homiliæ in S. Pauli Apoſtoli Epiſtolam ad Romanos* à *prima* uſque ad *vigeſimam nonam*, quæ incipit: Ἔιπεν, Ὅτι ἐφ' ὅσον εἰμὶ ἐθνῶν ἀπόστολος, &c. atque ibi in fine lacera eſt & mutila. Reliquæ autem *tres Homiliæ*, nempe *trigeſima, trigeſima prima* & *trigeſima ſecunda*, ibidem omninò deſunt. Notandum etiam eſt, *Hypotheſin* ſive *Argumentum* ejuſdem *Epiſtolæ ad Romanos*, quod incipit: Συνεχῶς ἀκούων ἀναγινωσκομένων, in uno eodem Codice MSto *bis* exſtare, & *ſecundùm* ejus exemplar perperàm inſcribi Λόγον ά, ſive *Orationem primam*; ideóque per continuationem iſtius erroris Homiliam *trigeſimam* ibi numerari, quæ in editione impreſſâ Savilianâ re verâ tantùm eſt *vigeſima nona*.

CLXXI.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *octodecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 11 pag. 2, *MARCI Archiepiſcopi Epheſini Capita ſexaginta octo contra hæreſin Acindyniſtarum de diſtinctione divinæ eſſentiæ & operationis.* Ipſa tituli græci verba cum principio Capitis primi ſunt hæc: Μάρκου Ἀρχιεπισκόπου Ἐφέσου κεφάλαια συλλογιστὰ ξη΄ τῆς αἱρέσεως τῶν Ἀκινδυνιστῶν περὶ διακρίσεως θείας οὐσίας καὶ ἐνεργείας. Κεφάλαιον ά. Ἐι ταυτὸν ἐπὶ Θεοῦ οὐσία καὶ ἐνέργεια, τὸ ἐκ τῆς οὐσίας &c.

Secundò, & quidem à fol. 12 pag. 1, uſque ad fol. 17 pag. 2, *ANONYMI cujuſdam antiqui Philoſophi ethnici Fragmentum*, quod ſine ullâ inſcriptione incipit his verbis: Α῎ μὲν οὖν τῆς βίβλου ἐν ἀρχῇ ἡμῖν τοσόδε πεφροντίσθη, ἐξείργασταί τε σὺν τῷ Θεῶν τοῖς τῶν τοιούτων ἐφόροις. &c.

Tertiò, & quidem fol. 18 pag. 1 & 2, *ANONYMI cujuſdam Autoris Hymni tres*, quorum *primus* incipit: Ὄλβιος, ᾧ κεν ἔῃς ψυχῆς μελέτη ἀθανάτοιο &c; *ſecundus*: Ὄλβιος, ὅς κεν μὴ μερόπων δόξαις κενεῇσιν &c; *tertius*: Ὄλβιος, ὅς κεν μὴ ἰδίη αὐτὸς πλεονεκτῶν &c.

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* Tom. IV. à pag. 427, uſque ad pag. 605.

CLXXII.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *quadraginta novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo JOBI *Hieromonachi Apologia pro præceptore ſuo* (1) *Joſepho Galeſiotâ, Patriarcha Conſtantinopolitano, contra Primatum Papæ & concordiam Græcorum cum Latinis.* Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: Ἀπολογία τοῦ παναγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου κυροῦ Ἰωσὴφ ἐπὶ τοῖς προβληθεῖσι ὑπὲρ τῶν Λατίνων &c.

CLXXIII.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *trecentis viginti quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 62 pag. 2, S. ISAACI *Syri*, *Abbatis & Anachoretæ, qui fuit Epiſcopus Urbis Ninevi, ſeu Nineves, Sermones aſcetici octoginta ſeptem*, quorum priores *quadraginta & unus* à reliquis ſeparati, peculiarem ſuam olim habuerunt inſcriptionem generalem miniatam, quæ nunc partim vetuſtate, partim incuriâ antiquorum hujus Codicis poſſeſſorum, omninò evanuit. *Primus* eorum incipit ibi his verbis: Ψυχὴ ἡ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα, ἐν τῷ Θεῷ καὶ μόνῳ τὴν ἀνάπαυσιν κέκτηται. προκατάλαβε λύειν πάντα σύνδεσμον &c. Titulus autem ejuſdem *primi Sermonis* in aliis duobus *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* antiquis Codicibus MStis eſt talis: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰσαὰκ τοῦ ἀναχωρητοῦ καὶ ἀσκητοῦ, τοῦ Σύρου, λόγος περὶ ἀποταγῆς καὶ μοναχικῆς πολιτείας· Hoc eſt: *Sancti Patris noſtri Iſaaci Anachoretæ & Aſcetæ, natione Syri, Sermo de Renunciatione & monaſticâ vivendi ratione.* Quod porrò ad *quadrageſimum primum Sermonem* attinet, is in Codice hoc CLXXIIItio inſcribitur atque incipit hoc modo: Περὶ ὑπομονῆς τῆς ὑπὲρ τῆς ἀγάπης τοῦ Θεοῦ, καὶ πῶς ἡ ἀντίληψις εὑρίσκεται ἐν αὐτῇ, λόγος μά. Ὅταν καταφρονήσῃ ἄνθρωπος τούτου τοῦ κόσμου, καὶ σπουδάσῃ εἰς τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ, &c. Finito igitur hoc *Sermone quadrageſimo primo*, ſequuntur deinde reliqui *Sermones quadraginta ſex*, nempe à *quadrageſimo ſecundo*, uſque ad *octogeſimum ſeptimum*, habéntque peculiarem hanc Inſcriptionem generalem miniatam: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀββᾶ ἸΣΑΑ'Κ τοῦ Σύρου καὶ Ἀναχωρητοῦ, τοῦ γενομένου Ἐπισκόπου τῆς φιλοχρίστου πόλεως Νινευὶ, λόγοι ἀσκητικοὶ, εὑρεθέντες ὑπὸ τῶν ὁσίων πατέρων ἡμῶν τοῦ Ἀββᾶ Πατρικίου καὶ τοῦ Ἀββᾶ Ἀβραμίου, τῶν φιλοσόφων καὶ ἡσυχαστῶν, ἐν τῇ λαύρᾳ τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Σάββα. Hoc eſt: *Sancti Patris noſtri Abbatis* ISAACI *Syri & Anachoretæ, qui fuit Epiſcopus Urbis Chriſti-amantis* (2) *Ninevi, Sermones aſcetici, reperti à ſanctis Pa-*

(1) Electus eſt *Patriarcha Conſtantinopolitanus* ex *Abbate Monaſterii in monte Galeſio* d. 28. Decembris A. 1267. & Kalend. Januarii A. 1268. ſolenniter inauguratus eſt; obiit autem A. 1283. ineunte menſe Martio. Vide R. P. *Petri Poſſini* S. J. Obſervationes Chronologicas in *Georgii Pachymeris* Hiſtoriam Impêrii *Michaëlis Palæologi* & *Andronici Palæologi Senioris*. Conſule etiam *Leon. Allatii* lib. 2. de Eccleſ. Occid. & Orient. perpet. conſenſ. cap. 15. §. 1. & 5. colum. 729 & 753. (2) Ita ibi ſcriptum eſt, nempe Νινευὶ ſive *Ninevi*, non autem Νινευὴ ſive *Nineve*, ut in Sacræ Scripturæ contextu Hebraico; vel Νινευῆ ut apud *Ptolemæum*, vel *Nineve*, ut vulgò plerumque in uſu eſt. Similiter etiam apud *S. Matthæum* cap. 12. verſ. 41. incolæ hujus Urbis vocantur Νινευῖται.

ctis Patribus noſtris Abbate PATRICIO *& Abbate* ABRAMIO, *ſapientiæ Chriſtianæ & quieti monaſticæ deditis, in Laurâ ſive Monaſterio Sancti Patris noſtri Sabbæ.* Ipſe autem *Sermo quadrageſimus ſecundus* ſpeciatim inſcribitur atque incipit hoc modo : Λόγος μβʹ. Ὅταν μὴ εἰσέλθωσιν ἔξωθεν μέριμναι βιωτικαὶ ἐπὶ τὴν ψυχὴν, ἀλλὰ μείνῃ ἐπὶ τῇ φύσει αὐτῆς, &c. *Octogeſimus* denique *ſeptimus* ſive *ultimus* inſcribitur atque incipit his verbis : Τοῦ αὐτοῦ, πόσα σημεῖα κέκτηται ἡ ταπεινοφροσύνη, καὶ πόσον ἀνώτερόν ἐστιν ὁ βαθμὸς αὐτῆς, λόγος πζʹ. Θέλω ἀνοῖξαι τὸ στόμα μου ὦ ἀδελφοὶ, καὶ λαλῆσαι περὶ τῆς ὑψηλῆς ὑποθέσεως τῆς ταπεινοφροσύνης, &c. Exſtant quidem ex jam memoratis *octoginta ſeptem Sermonibus aſceticis* in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum græco-latinâ Pariſienſi, A. 1654 ſeptendecim Tomis in folio editâ, Tomi quinti columnâ 483, & deinceps uſque ad columnam 532, *Sermones quinquaginta tres*, ſed *latinè* tantùm, & *mutilè*, *turbatóque* & *confuſo ordine*, atque inſtar *Capitum* unius continui Libri, inſcripti *de Contemptu Mundi*; cùm tamen manifeſtè appareat, *Sermones* illos, ut de diverſis materiis, ſic etiam diverſis temporibus eſſe habitos, ideóque tàm inſcriptionibus & principiis, quàm epilogis ſive clauſulis à ſe invicem diſtinctos eſſe. Cæterùm, qui plura de hoc S. *Iſaaco Syro*, qui ab alio antiquiori *Iſaaco Syro*, *Eccleſiæ Antiochenæ Presbytero*, planè diverſus eſt, & amore vitæ aſceticæ, ſtudioque perfectionis ſpiritualis renunciavit *Epiſcopatui Urbis Ninenes*, & in eremum diſcedens, non ſolùm ipſe *Anachoreticam* egit vitam, verùm etiam alios, ſimili deſiderio ad ſe venientes, magiſterio ſuo erudiit, ſcire deſiderat, is conſulat S. (1) *Gregorium Magnum Libro tertio Dialogorum de Vitâ & Miraculis Patrum Italicorum, & de æternitate animarum Capite decimo quarto*, nec non CL. *Lambecii Lib. V. Commentar.* pag. 75, 76.

Secundò, & quidem à fol. 178 pag. 1, uſque ad fol. 210 pag. 1, LEONTII *Scholaſtici Byzantini, & poſteà Lauræ S. Sabæ prope Urbem Hieroſolymitanam Monachi, Excepta ex ore Theodori, Abbatis religioſiſſimi, & doctiſſimi Philoſophi, divinis pariter externiſque literis eruditi, de Sectis Hæreticorum & Concilio Chalcedonenſi, in Actiones decem diviſa*; quæ ibi ſine *Leontii* mentione inſcribuntur atque incipiunt hoc modo : Ὑπόθεσις. Ἀπὸ φωνῆς Θεοδώρου τοῦ θεοφιλεστάτου Ἀββᾶ καὶ σοφωτάτου Φιλοσόφου, τὴν τε θείαν καὶ ἐξωτικὴν, ὡς χρὴ, φιλοσοφήσαντος γραφήν. Ἀναγκαῖόν ἐστι, μέλλοντας ἡμᾶς χριστιανῶν αἱρέσεων ἐπιμνησθῆναι, &c. Edidit quidem hoc Opus *græcè* & *latinè Joannes Leunclavius* ex Codice quodam manuſcripto *Joannis Sambuci* Baſileæ typis Petri Pernæ A. 1578 in octavo, eodémque modo illud quoque extat Tomo undecimo Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſienſis à pag. 493, uſque ad pag. 544; ſed ob multas *variantes lectiones* operæ pretium erit, *Leunclavianam* illam editionem cum Codice hoc manuſcripto *Busbeckiano* diligenter & accuratè conferri. Vide etiam Librum *tertium* Lambecianorum Commentariorum pag. 63.

Tertiò, & quidem fol. 210 pag. 1 & 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Definitiones quædam Logicæ ſecundùm Ariſtotelem*; quarum titulus & principium : Κατὰ Ἀριστοτέλην ὅροι τῆς οὐσίας καὶ τῶν πέντε κατηγοριῶν. Οὐσία μία, συμβεβηκὸς θʹ· ποιὸν, πρός τι, &c.

Quartò, & quidem à fol. 210 pag. 2, uſque ad fol. 221 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Definitiones & Etymologiæ Theologicæ & Philoſophicæ ordine alphabetico cum Interpretatione*; quarum titulus & principium : Ὅροι καὶ ἐτυμολογίαι σοφῶν κατὰ στοιχεῖον, καὶ ἑρμηνεία συνετῶν. Ἀγαθός ἐστιν ὁ Θεός. γίνεται δὲ καὶ ἄνθρωπος ἐξ ἐπιμελείας τρόπων ἀγαθὸς κατὰ μέθεξιν τοῦ ἀγαθοῦ. Ἀγαθόν ἐστιν, &c.

(1) Vide etiam Martyrolog. Roman. d. 11. Aprilis.

Quintò, & quidem fol. 221 pag. 1 & 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Definitiones Virtutum & Vitiorum*; quarum titulus & principium: Ὅροι ἀρετῶν καὶ τῶν κακιῶν. Ἀρεταί εἰσι τέσσαρες· Φρόνησις, Σωφροσύνη, Δικαιοσύνη καὶ Ἀνδρία· τούτων δὲ ἑκάστη &c.

Sextò, & quidem à fol. 221 pag. 2, uſque ad fol. 222 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Definitiones Theologicæ & Philoſophicæ*; quarum titulus & principium: Ὅροι ἀναγκαῖοι ὑποθέσεων. Ἀνάστασις Χριστοῦ ἐστι μετάθεσις τῆς λογικῆς φύσεως ἐκ φθορᾶς ἐπὶ τὴν ἀφθαρσίαν, &c.

Septimò, & quidem à fol. 222 pag. 2, uſque ad fol. 227 pag. 1, (1) THEODORI *Abucaræ, Epiſcopi Cariæ, Dialogus, quo demonſtratur eſſe Deum.* Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: Διάλογος Θεοδώρου, γεγονότος Ἐπισκόπου Καρῶν, τοῦ ἐπίκλην Ἀβουκαρᾶ, γενόμενος πρὸς τὸν τοῦ δρόμου Ἐμέσης, αἰτησάμενον ἀπόδειξιν ἀποδοθῆναι ἀπὸ λογισμοῦ, ὅτι ἐστὶ Θεός. &c. Vide *Theodori Abucaræ Opuſcula*, cum *Anaſtaſii Sinaitæ* Ὁδηγῷ, ſive *Duce Viæ adverſus Acephalos*, à R. P. *Jacobo Gretſero* S. J. *græcè* & *latinè* Ingolſtadii typis Adami Sartorii A. 1606 in quarto edita, pag. 414.

Octavò, & quidem fol. 227 pag. 1, *EJUSDEM Dialogiſmus*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἐρώτησις. Διὰ τί λέγομεν, ὅτι ἡ ἀνθρωπότης τοῦ Χριστοῦ &c. Vide eandem ſuprà citatam Opuſculorum ipſius editionem pag. 450.

Nonò, & quidem fol. 227 pag. 1 & 2, *EJUSDEM Opuſculum de peccati Adami propagatione in univerſum genus humanum & de expiatione univerſi generis humani per Incarnationem Chriſti*; quod incipit: Φασὶν οἱ γεωργικοὶ &c. Vide ſuprà citatam Opuſculorum ipſius editionem pag. 451.

Decimò, & quidem à fol. 227 pag. 2, uſque ad fol. 229 pag. 1, *EJUSDEM Opuſculum de luctatione Chriſti cum Diabolo*; cujus principium: Ὁ Χριστὸς Θεὸς ὤν, καὶ πρὸς τὸν διάβολον παλαίσας &c. Vide ſuprà citatam Opuſculorum ipſius editionem pag. 452.

Undecimò, & quidem à fol. 229 pag. 1, uſque ad fol. 232 pag. 1, *EJUSDEM Opuſculum de Incarnatione Chriſti*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Ἀβουκαρᾶ περὶ ἑνώσεως καὶ σαρκώσεως, καὶ ὅτι ἡ μὲν ὑπόστασις ἐσαρκώθη, ἡ δὲ φύσις τῆς θεότητος ἡνώθη τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει ἐν τῇ ὑποστάσει τοῦ Θεοῦ Λόγου. &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 232 pag. 2, uſque ad fol. 238 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Opuſculum ſchiſmaticum, in ſeptem Capita diviſum*, quorum *primum de Patriarchis quibuſdam orthodoxis, ab Eccleſiâ Romanâ olim improbratis*, inſcribitur atque incipit his verbis: Πόσους καὶ ποίους οὐκ ἐδέξαντο οἱ Ῥωμαῖοι ὀρθοδόξους Πατριάρχας, οὐδὲν δὲ αὐτοῦ ἡ ἀσέβεια αὐτῶν ἀνασεσθὲν ἔβλαψεν; Ἀπόκρισις. Φλαβιανὸν τὸν Ἀντιοχείας τρεῖς ἐφεξῆς τῆς Ῥώμης οὐκ ἐδέξαντο, ἀλλ' οὐδὲ ὁ Ἀλεξανδρείας Θεόφιλος κατ' ἀρχάς, &c; *ſecundum contra Eccleſiæ Romanæ Primatum ſive Dignitatem primi Throni*; *tertium de quibuſdam Patriarchis per Imperatores infenſos abdicatis, & poſteà per ſequentes Imperatores orthodoxos in priſtinam dignitatem reſtitutis*; *quartum, Quibus Patriarchis damnatis,*

(1) R. P. *Jacobus Gretſerus* in Epiſtolà dedicatoriâ Opuſculis hujus *Theodori* præfixâ exiſtimat, hunc eſſe illum ipſum *Theodorum*, qui à *Photio* Pſeudo-Patriarchâ Conſtantinopolitano, quòd ipſius partes contra *S. Ignatium* verum Patriarcham Conſtantinopolitanum ſequeretur, ab *Epiſcopatu Cariæ ad Epiſcopatum Laodicenum* tranſlatus eſt, & pro ipſo ad *Imp. Ludovicum II.* legationem obiit; poſteà autem reſipiſcens in *Concilio Oecumenico octavo* commiſſi delicti veniam petiit & impetravit. Quâ de re vide plura in ipſis iſtius Concilii Actis, R. P. *Matthæo Radero* S. J. græcè & latinè Ingolſtadii typis Adami Sartorii A. 1604 in quarto editis; ut & in *Vitâ S. Ignatii* Patriarchæ CPni à *Nicetâ* conſcriptâ, & jam memoratis Actis *græcè* & *latinè* præfixâ. Conſule quoq; *Card. Baronium* Annal. Eccleſiaſt. Tom. X, an. 867. num. 88. & an. 871. num. 5.

natis, damnatio eorum non nocuerit iis, qui ab ipſis, antequam damnarentur, ordinati fuerant: quintum de Patriarchis quibuſdam diverſarum Sedium, qui apertas inter ſe exercuerunt ſimultates & inimicitias abſque ullo exiſtimationis & dignitatis alterutrius damno ſeu præjudicio: ſextum de Imperatoribus, qui præ cæteris allaborârunt conſervandæ aut reſtaurandæ paci & concordiæ Eccleſiaſticæ: ſeptimum de translatione Epiſcoporum ab unâ Sede ad aliam, ut & de pluralitate atque conjunctione diverſarum Eccleſiarum ſub uno Epiſcopo.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 238 pag. 2, uſque ad fol. 250 pag. 1, THALASSII *Monachi ad Paulum Presbyterum Capita quadringenta de Charitate & Continentiâ.* Plura vide Lib. V. *Comment. Lambecian.* pag. 80.

Decimo quartò, & quidem à fol. 250 pag. 1, uſque ad fol. 258 pag. 2, S. NILI *de Oratione Capita* (1) *centum quinquaginta tria*, quorum titulus & principium: Νείλου μοναχοῦ περὶ προσευχῆς κεφάλαια ρνγ΄. Εἴ τις βούλοιτο εὐώδες θυμίαμα κατασκευάζαι, &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 258 pag. 1, uſque ad fol. 276 pag. 1, JOANNIS, *Epiſcopi Inſulæ Carpathi, ad Monachos Indiæ Capita paracletica ſive conſolatoria centum*, quorum titulus & principium: Τοῦ μακαρίου Ἰωάννου, τοῦ τῆς Καρπάθου Ἐπισκόπου, πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἰνδίας προτρέψαντας μοναχοὺς παρακλητικὰ κεφάλαια ἑκατόν. Κεφάλαιον ά. Τοῖς ἐπὶ γῆς βασιλεῦσιν ἐαρινά τινα ἄνθη προσφέροντές τινες τῶν προσαιτούντων, &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 276 pag. 1, uſque ad fol. 304 pag. 1, S. MAXIMI (2) *Capitum de Theologiâ Centuriæ duæ*, quarum *prior* inſcribitur atque incipit hoc modo: Κεφάλαια τοῦ ἁγίου Μαξίμου περὶ θεολογίας ἑκατόν. Κεφάλαιον ά. Ἓν ἐστι τὸ ὑπεράναρχον καὶ ὑπερούσιον ἀγαθὸν, ἡ ἁγία τρισυπόστατος μονὰς, &c; *poſterior* autem ſic: Ἑκατοντὰς δευτέρα. Κεφάλαιον ά. Πρότερον τοῦ βαπτίσματος ἔθετο τὸ ποτήριον, &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 305 pag. 1, uſque ad fol. 313 pag. 2, *THEODORETI Epiſcopi Cyrenſis Quæſtiones in Geneſin cum Proœmio ad Hypatium.* Notabile autem eſt, illud Opus in hoc Codice CLXXIIItio non attribui *Theodoreto*, ſed S. *Cyrillo Archiepiſcopo Alexandrino*, ut apparet ex hâc literis majuſculis ibi exaratâ Inſcriptione: Κυρίλλου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας σύνταγμα εἰς τὰ ζητούμενα καὶ ἀπορούμενα τῆς θείας γραφῆς. Sequitur deinde *Proœmium ad Hypatium* his verbis: Καὶ ἄλλοι μὲν φιλομαθεῖς ἄνδρες ἐπηγγείλαντο διαλῦσαι &c. Quo finito, ſequitur *prima Quæſtio* cum principio *Reſponſi* hoc modo: Τί δήποτε μὴ προτέταχε τὴν θεολογίαν τῆς τῶν ὅλων δημιουργίας ὁ συγγραφεύς; Μετρεῖν εἴωθε τοῖς παιδευομένοις ἡ θεία γραφὴ τὰ μαθήματα, &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 314 pag. 1, uſque ad fol. 316 pag. 1, S. GREGORII, *Epiſcopi Nyſſeni Epiſtola de iis, qui Hieroſolyma & alia quædam loca ſacra adeunt.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Epiſtolæ* ſunt hæc: Ἐπιστολὴ τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ ΝΥΣΣΗΣ περὶ τῶν ἀπιόντων εἰς Ἱεροσόλυμα καὶ εἰς ἄλλους τινὰς τόπους. Ἐπειδή με ἠρώτησας, ὦ φίλε, διὰ τοῦ γράμματος, πρέπον ᾠήθην περὶ πάντων σοι καθεξῆς διηγήσασθαι, ἐγὼ τοίνυν ἅπαξ &c. Hæc eſt celeberrima illa *Epiſtola*, quæ, poſtquam ſuperiori ſeculo primùm in *Galliâ* edita eſt, magnam uſque ad hunc diem inter *Catholicos* & *hæreticos* excitavit litem; quia *hæretici* eam malè interpretantur, quaſi S. *Gregorius Nyſſenus* peregrinationes ſacras generaliter improbet & omninò diſſuadeat; *Catholici* autem rectè contendunt, S. *Gregorium Nyſſenum*, ſi is verus hujus Epiſtolæ autor ſit, eâ non ſimpliciter damnare *omnes* peregrinationes ſacras à *quibuslibet* ſuſceptas, ſed tantùm

(1) Vide Lib. IV. Lambec. Commentar. pag. 144. (2) Vide Lib. IV. Lambec. Comment. pag. 211.

tùm illas diſſuadere *Anachoretis*, aliiſque ſolitariam vitam agentibus viris & mulieribus, ad evitandum multa offendicula & irritamenta malorum, quæ in longis hujuſmodi itineribus ſolent occurrere ob promiſcuam frequentiam variorum utriuſq; ſexûs profanorum hominum tùm in ipsâ viâ, tùm præcipuè in publicis diverſoriis. Quâ de re vide plura apud Em. *Card. Bellarminum* Controverſ. lib. 3. de Sanctis, cap. 8, ubi ſolidè demonſtrat, argumenta, quæ hæretici ex illâ Epiſtolâ colligunt, nihil probare. Multò etiam accuratiùs eandem controverſiam pertractat R. P. *Jacobus Gretſerus* S. J. in *Examine & Refutatione Notarum*, quas *Petrus Molineus*, Miniſter Calvinianus, eidem *Epiſtolæ græcè & latinè* Hanoviæ typis Wechelianis A. 1607 in octavo editæ, & *Joſepho Scaligero* dedicatæ, ſubjunxit cum peculiaribus duobus Opuſculis *de Peregrinationibus ſuperſtitioſis & de Altaribus atque Sacrificiis Chriſtianorum*. Exſtat autem *Gretſerianum* illud *Examen refutatorium* in fine Tomi *ſecundi* Operum S. *Gregorij Nyſſeni*, græcè & latinè editorum Pariſiis ex officinâ Nivellianâ A. 1615 duobus Tomis in folio, pag. 29, & deinceps uſque ad pag. 44, quoniam ipſa etiam iſta *Epiſtola* eidem Tomo *ſecundo* à pag. 1084, uſque ad pag. 1087 inſerta eſt. Cæterùm & *Bellarmino*, & *Gretſero*, & *Molineo*, & aliis, qui hanc controverſiam publicis ſcriptis tractârunt vel obiter attigerunt, incognitum planè fuit, ſuprà memoratam *Epiſtolam* in *Auguſtiſſimâ* quoque *Bibliothecâ Cæſareâ manuſcriptam* adſervari, ab editionibus hactenùs impreſſis non mediocriter diſcrepare, & ob *variantes Lectiones*, ex Codice hoc MSto *Cæſareo* optimâ fide excerpendas, *novæ* ejuſdem *editioni* adornandæ poſthàc inſervire poſſe. Cujus ſpecilegium ſecundùm accuratiſſimam collationem cum *Petri Molinæi* editione impreſsâ Hanovianâ, & hoc *Codice MSto Cæſareo* vide apud CL. *Lambecium*, Lib. V. Comment. pag, 82, 83, 84.

Decimo nonò, & quidem à fol. 316 pag. 1, uſque ad fol. 324 pag. 1, *Fragmenta quædam aſcetica miſcellanea* ἐκ τοῦ Πατερικοῦ, *ſive ex Opere de Vitis Patrum*; *item ex S. Joanne Chryſoſtomo in Hexaëmeron & in Pſalmos*, & *ex S. Baſilio Magno*. Primum Fragmentum *ex Opere de Vitis Patrum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἐκ τοῦ Πατερικοῦ. Ἐν τῇ λαύρᾳ τοῦ ἐπλασόμου ὡς ἀπὸ σταδίων δεκαπέντε τῆς λαύρας τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Σαβᾶ &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 324 pag. 1, uſque ad fol. 325 pag. 2, *Fragmentum ex* (1) *PALLADII METHONÆI*, *Sophiſtæ*, qui ſub *Imp. Conſtantino Magno* claruit, *Hiſtoria de* (2) *Brachmanibus*, *Indorum Philoſophis*, qui aliàs appellantur *Gymnoſophiſtæ*; cujus titulus & principium: ΠΑΛΛΑΔΙΟΥ ἀπὸ τῆς κατὰ Βραχμάνων ἱστορίας. Ἀλεξάνδρου τοῦ τῶν Μακεδόνων Βασιλέως διαβάντος Μακεδονίαν, καὶ τροπωσαμένου Εὐρώπην καὶ Ἀσίαν, ἦλθε πρὸς Βαβυλῶνα, καὶ ταύτην εἰς οὐδὲν λογισάμενος ὑποβολῇ ἀπληστίας, ἀνῆλθε καὶ εἰς τὴν τῶν Ἰνδῶν χώραν· ἀκούσας δὲ τὰ κατὰ Βραχμάνων τῶν λεγομένων Γυμνοσοφιστῶν, &c. Cæterùm notabile eſt in ſuprà memorato Codicis hujus MSti Cæſarei Fragmento exſtare *Orationem Principis Brachmanum ad Alexandrum Magnum*, cujus principium: Θέλω κἀγὼ διακονῆσαί σοι παρὰ τοῦ Θεοῦ μου· ἀλλὰ τόπον οὐκ ἔχεις ἐν καρδίᾳ, ἵνα χωρήσῃς μου τὴν δωρεάν. πεπληρώκασι γάρ σου τὴν ψυχὴν ἄπληστοι ἐπιθυμίαι, αἵτινες &c. Appellatur autem is ibi πρῶτος τῶν Βραχμάνων (3) ΔΑΝΔΑ´ΜΗΣ ὀνόματι, & ſine dubio hic DANDAMES idem eſt, qui à *Strabone* Geographiæ

(1) Plura de eo vide in *Suidæ* Lexico v. Παλλάδιος, & in *Photii* Patriarchæ CPni Bibliothecâ Codice CXXXII. (2) Plura de his vide apud *Strabonem* Geographiæ lib. 3. & *Philoſtratum* de Vitâ Apollonii Tyanei lib. 3. cap. 4; item apud *Ottonem Heurnium* Antiquitatum Philoſophiæ Barbaricæ libro ſecundo, qui inſcribitur *Indicus*. (3) Eodem ferè modo vocatur is etiam ab *Arriano* lib. 7. de Expeditione Alexandri, & à *Plutarcho* in Vitâ Alexandri Δάνδαμις ſive *Dandamis*.

phiæ libro 15, (1) ubi in deſcriptione *Indiæ* de *Brachmanibus* prolixè agit, appellatur ΜΑΝΔΑΝΙΣ ὁ πρεσβύτατος καὶ σοφώτατος τῶν Βραχμάνων, hoc eſt: MANDANIS *Brachmanum vetuſtiſſimus & ſapientiſſimus.*

CLXXIV.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & lectu perdifficilis, conſtátque nunc foliis *trecentis ſex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſq; ad fol. 15 pag. 1, NICEPHORI GREGORÆ *Dialogus* (2) *de ſtatu primi hominis ante lapſum.* Principium hujus *Dialogi*, quaſi de induſtriâ eraſum, haud ampliùs eſt legibile, quòd autem *Nicephorus Gregoras* ejus autor ſit, indicatur ibi in margine primi folii his verbis: Γρηγορᾶ σύγγραμμα; item in antiquâ ſchedulâ operculo Codicis extrinſecus adglutinatâ, ubi hæc leguntur: Γρηγορᾶ σύγγραμμα, καὶ Μονῳδίαι διάφοροι, καὶ εἰς Ὅμηρον. *Argumentum* porrò ejuſdem *Dialogi* proponitur ibidem non multò poſt principium hâc *Interrogatione*: Τίνα δήποτε ἄρα Θεὸς τὸν ἄνθρωπον τὴν ἀρχὴν ἐποίησεν, ἤτοι θνητὸν ἢ ἀθάνατον; cui ſubjungitur hæc *Reſponſio*: Οὐδέτερον, ὦ βέλτιστε· οὔτε γὰρ καθάπαξ θνητὸν, οὔτ᾽ αὖ ἀθάνατον ὅγε λόγος ὁ τῆς δημιουργίας ἐκεῖνον ἐποίησε, φύσιν δέ τινα χωριστικὴν ἑκατέρων &c. Clauditur denique totus *Dialogus* his verbis: οὕτως εἰπόντες τὸν σύλλογον διελύσαμεν.

Secundò, & quidem à fol. 15 pag. 1, uſque ad fol. 57 pag. 2, EJUSDEM *Epiſtolæ variæ*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τῷ Γαβρᾷ. Χθὲς τὴν τοῦ Θεοῦ βίβλον ἀνέχων ἐπὶ τῶν χειρῶν, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 58 pag. 1, uſque ad fol. 65 pag. 2, EJUSDEM *Oratio ad Imp. Andronicum Palæologum Seniorem, quâ gratias illi agit ob ſingularem humanitatem ſibi ægrotanti exhibitam.* Ipſa tituli græci verba cum principio Orationis ſunt hæc: Προσφωνητικὸς εἰς τὸν μέγιστον Αὐτοκράτορα τῶν Ῥωμαίων Ἀνδρόνικον, Δοῦκαν, Ἄγγελον, Παλαιολόγον, περὶ τῆς ἐνούσης τούτῳ φιλανθρωπίας, ἡνίκα καὶ τὸ ἡμέτερον τῇ νόσῳ ταλαιπωρούμενον ἐπεσκέψατο· ὃν οὔπω καθαρῶς ἀπαλλαγέντες τοῦ πάθους, αὐτίκα ἀμειβόμενοι, κατὰ δύναμιν καὶ τὸν παρόντα λόγον εἰς εὐχαριστίαν ἐκπεπονήκαμεν. Ἐμοὶ μὲν πόῤῥωθεν σκοπουμένῳ, μέγιστε Βασιλεῦ, τὸ τῶν σῶν ἀρετῶν πέλαγος, &c.

Quartò, & quidem à fol. 66 pag. 1, uſque ad fol. 69 pag. 1, EJUSDEM *Diſſertatio de Prærogativâ Beatiſſimæ Virginis Deiparæ ſuper Seraphim*; cujus titulus & principium: Ἐπίλυσις περὶ τοῦ, τίνος χάριν ὁ ὑμνῳδὸς ἐνδοξοτέραν τῶν Σεραφὶμ τὴν Θεοτόκον ὑμνήσας, διὰ τῆς προσθήκης αὖθις τοῦ ἀσυγκρίτως ἀσύγκριτον τὸ συγκεκριμένον ἐποίησε, καὶ πρὸς τίνα δὲ δόξαν ὁρῶν, ταύτῃ τὸν ὕμνον ἐξύφηνεν. Οὐκ ἀπεικὸς οἶμαι ἀπορεῖν &c.

Quintò, & quidem à fol. 69 pag. 1, uſque ad fol. 70 pag. 1, EJUSDEM *Prologus in Narrationem de Suſannâ*; cujus titulus & principium: Πρόλογος εἰς τὸ κατὰ τὴν Σωσάνναν διήγημα. Οὐκ ἔμελλεν οἶμαι οὐδὲ τὸ τῶν γυναικῶν φῦλον χωρὶς ὑποδείγματος &c.

(1) Editionis græco-latinæ Pariſienſis *Caſauboniana* in fol. pag. 715. (2) Vide R. P. *Benedicti Pererii* S. J. doctisſimos Commentarios in Geneſin, Tomi primi libro quinto, in Diſputationis de quartâ Excellentiâ ſtatûs Innocentiæ, id eſt, de corporis immortalitate, Quæſtione tertiâ, *Utrum Adam ante peccatum dici debeat fuiſſe mortalis, an immortalis.*

Sextò, & quidem à fol. 70 pag. 1, uſque ad fol. 73 pag. 2, *EJUSDEM varia Precationes ſacræ ad Chriſtum & Beatiſſimam Virginem Deiparam.*

Septimò, & quidem à fol. 74 pag. 1, uſque ad fol. 81 pag. 2, *EJUSDEM Diſſertatio contra ſimulatores Sapientiæ*; cujus titulus & principium: Ὅτι οἱ περὶ ὁποτέραν σοφίαν ἐσχολακότες, οὐ δικαίως ἂν σοφοὶ λέγοιντο, ὑπόκειται δὲ μᾶλλον τῇ ἀληθείᾳ τῆς ὄντως σοφίας. Μέγα μὲν ἀνθρώποις σοφία &c. Annexa eidem Diſſertationi in fine eſt *Epiſtola ad* (1) *Principem Philoſophorum*, cujus titulus & principium: Τῷ Ὑπάτῳ τῶν Φιλοσόφων. Εἰ σὺ μὲν ὁ τοσοῦτος ἐν ἀνθρώποις ἥρως &c.

Octavò, & quidem à fol. 82 pag. 1, uſque ad fol. 86 pag. 1, *EJUSDEM Ecphraſis* ſive *Deſcriptio Reſurrectionis Chriſti*; cujus titulus & principium: Ἔκφρασις τῆς ἀναστάσεως τοῦ Χριστοῦ. Πάνυ μοι δοκεῖ τῶν ἀτοπωτάτων εἶναι, παῖδας μὲν ἑλλήνων φιλοτιμεῖσθαι τῆς κακοδαίμονος αὐτῶν πλάνης ἑορτάς τε καὶ θέατρα, &c.

Nonò, & quidem à fol. 86 pag. 1, uſque ad fol. 126 pag. 1, *EJUSDEM Prologus encomiaſticus in Homerum, & Narratio errorum Ulyſſis cum Explicatione morali. Prologus* inſcribitur atque incipit his verbis: Πρόλογος διὰ βραχέων ἐγκωμιαστικὸς εἰς τὸν Ὅμηρον, ὅπως τε καὶ μεθ' οἵας τῆς γνώμης τὰ κατὰ τὸν Ὀδυσσέα ἐπραγματεύσατο. Γρηγορᾶ. Ποιηταὶ μὲν καὶ Ῥήτορες, καὶ ὅσοι τὸν φιλόσοφον εἵλοντο βίον, &c.

Decimò, & quidem à fol. 126 pag. 2, uſque ad fol. 131 pag. 1, *EJUSDEM Monodia* ſive *Oratio funebris in obitum Calliergi*; cujus titulus & principium: Μονῳδία ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ φιλτάτου μοι Καλλιέργου. Ὦ Θετταλῶν πόλις, τίνα κατὰ Ῥωμαίων κοινῇ πρότερον, καὶ νῦν δὲ κατ' ἐμοῦ τὴν ἔχθραν αἰρημένη, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 131 pag. 2, uſque ad fol. 135 pag. 2, *EJUSDEM Oratio parænetica ad Imperatricem ſuper obitu* (2) *Theolepti Epiſcopi Philadelphienſis.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Orationis* ſunt hæc: Τῇ Βασιλίσσῃ παραινετικὸς ἐξ αὐτοσχεδίου συντεθειμένος ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ Φιλαδελφείας κυροῦ Θεολήπτου. Βασίλισσα, τὸ μέγα ἐν γυναιξὶ καὶ πρᾶγμα καὶ ὄνομα, Βασίλισσα, τὸ ἱερὸν τοῦ Χριστοῦ καὶ θεῖον κειμήλιον, &c.

Duodecimò, & quidem fol. 135 pag. 2, & fol. 136 pag. 1, *Excerpta quædam ex* EUSEBII PAMPHILI *Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ*, quorum principium: Ὁ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν συνταξάμενος Εὐσέβιος ὁ τοῦ Παμφίλου φησὶν ἐν τετάρτῳ τῆς αὐτοῦ πραγματείας, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 136 pag. 1, uſque ad fol. 137 pag. 2, NICEPHORI GREGORÆ *Epiſtolæ tres*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit: Τῷ Κρήτης. Ἡ μὲν δὴ βίβλος &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 138 pag. 1, uſque ad fol. 145 pag. 2, *MATTHÆI, Epiſcopi Joniæ & Aſiatidis Epiſtola ad Magnum Cartophylacem Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ S. Sophiæ*; cujus titulus & principium: Τῷ τιμιωτάτῳ καὶ λογιωτάτῳ μεγάλῳ τῆς μεγάλης τοῦ Χριστοῦ ἐκκλησίας Χαρτοφύλακι Ματθαῖος ταπεινὸς Ἐπίσκοπος Ἰωνίας καὶ Ἀσιάτιδος γῆς ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Φθίνοντος τῆς πόλεως ἐξιόντες, &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 146 pag. 1, uſque ad fol. 150 pag. 1, *NICEPHORI GREGORÆ Monodia ſive Oratio funebris ad Imperatricem ſuper obitu fratris ipſius Joannis Chumni.* Ipſa tituli græci verba cum principio Orationis ſunt hæc: Μονῳδία ἐπὶ τῷ

Χούμνῳ

(1) De hoc *titulo & dignitate* vide Lib. IV. Lambec. Comment. pag. 323 & 325. (2) Vide de eo Hiſtoriam Byzantinam *Imp. Joannis Cantacuzeni* lib. 1. cap. 14 & 19, & *Georgii Pachymeris* Hiſtoriam Imperii Andronici Palæologi Senioris lib. 2. cap. 3. & ſæpiùs alibi.

Χύμνῳ κυρῷ Ἰωάννῃ ἀποτεθεμένη πρὸς τὴν θειοτάτην Βασίλισσαν, μετὰ βραχείας τινὸς παραινέσεως παραμυθουμένη τὸ ἄλγος. Ἀθληταὶ μὲν καὶ πύκται καὶ σταδιοδρόμοι &c.

Decimo ſextò, & quidem fol. 150 pag. 2, & fol. 151 pag. 1, EJUSDEM *Precatio ad Chriſtum, in ingreſſu in Urbem Epheſinam*; cujus titulus & principium: Εὐχὴ ἐκφωνηθεῖσα ἐπὶ τῇ εἰς τὴν Ἔφεσον εἰσόδῳ ἡμῶν. Ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, ἡ ἀκατάλυτος ἐξουσία, &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 152 pag. 1, uſque ad fol. 245 pag. 2, EJUSDEM *Excerpta ex duodecim Minorum & quatuor Majorum Prophetarum Vaticiniis cum Explicatione. Prologus* hujus Operis *encomiaſticus in Prophetas* inſcribitur atque incipit his verbis: Πρόλογος ἐγκωμιαστικὸς εἰς τοὺς θεσπεσίους καὶ μακαρίους Προφήτας ἐπὶ τῇ παρ' ἡμῶν σὺν Θεῷ φιλοπονηθείσῃ τῶν καιριωτάτων αὐτῶν ῥήσεων συλλογῇ μετὰ τῆς προσηκούσης αὐταῖς ἐξηγήσεως. Πάντων μὲν ἐγὼ θείων λόγους ἀνδρῶν &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 246 pag. 1, uſque ad fol. 277 pag. 2, EJUSDEM *Collectio inſignium quorundam Locorum ex Libro Jobi cum Explicatione*. Ipſa tituli græci verba cum principio Collectionis ſunt hæc: Ἀρίστη ἐπιλογὴ θείων τινῶν ῥήσεων τοῦ μακαρίου καὶ γενναίου Ἰὼβ, συμβαλλομένη πάνυ Χριστιανῷ εἰς ὠφέλειαν. Καὶ ἐγένετο ὡς ἡ ἡμέρα αὕτη, καὶ ἰδοὺ ἦλθον οἱ Ἄγγελοι τοῦ Θεοῦ παραστῆναι ἐνώπιον τοῦ Κυρίου, &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 278 pag. 1, uſque ad fol. 293 pag. 2, EJUSDEM *Epiſtolæ tres*, quarum *prima* ad anonymum quendam familiarem incipit his verbis: Περὶ στρατηγοῦ τινος φαύλου κακῶς τῆς πόλεως διατεθέντος, &c; *ſecunda* ſine ullâ inſcriptione: Τὸ μὲν πρὸς ἄνδρα &c; *tertia* ad *Gabram*: Τῷ Γαβρᾷ. Οἶδα τὸν οὐ περὶ πολλῶν παρ' ἡμῖν &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 294 pag. 1, uſque ad fol. 298 pag. 1, CATONIS *Diſticha parænetica ad filium*, *à Maximo Planude*, cujus tamen nulla ibi fit mentio, *ex latinâ in græcam linguam translata*, *& in quatuor* Βιβλία ſive *Libellos diviſa*. Titulus eorum cum principio *Proœmij proſaici* eſt ibi talis: Παραινέσεις. Ἀναπολήσας ἐγὼ κατὰ νοῦν, ὡς πλεῖστοι δὴ τῶν ἀνθρώπων &c. Βιβλίον πρῶτον. Εἰ ὁ Θεὸς νόος ἐστ', ὡς τῶν λογίων πυθόμεθα, &c. Plura de his Diſtichis, eorúmque Autore & translatione græcâ vide Lib. V. *Commentariorum Lambecianorum* pag. 215.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 298 pag. 2, uſque ad fol. 300 pag. 1, LEONIS *Protoſecretarij Oratio ad Imp. Andronicum Palæologum Juniorem*, cujus titulus & principium: Τοῦ Πρωτασηκρῆτις κυροῦ Λέοντος πρὸς τὸν Βασιλέα κυρὸν Ἀνδρόνικον Παλαιολόγον τὸν Νέον. Οὐ παλινῳδίαν ᾄδων, ὦ Βασιλεῦ, &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 301 pag. 1, uſque ad fol. 305 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris*, ſeu NICEPHORI GREGORÆ, ſeu MAXIMI PLANUDIS, *Diſſertatio de antiquis & novis Philoſophis*, cujus titulus & principium: Περὶ τῶν ἐπιλαμβανομένων οὐκ ὀρθῶς καὶ νέων καὶ παλαιῶν σοφῶν. Λόγος ἐξαναστάντας τινὰς τῶν ὡς αὐτοί φασι βρενθυόμενοι τῶν πάντα εἰδότων &c.

Vigeſimo tertiò, & quidem fol. 306 pag. 1, *Precatio ſacra in ponendo fundamento novæ alicujus domus aut Urbis*; cujus titulus & principium: Εὐχὴ ἐπὶ θεμελίῳ οἴκου καὶ πόλεως. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ τὴν νοερὰν καὶ αἰσθητὴν κτίσιν ἐκ τοῦ μὴ ὄντος παραγαγὼν, &c. Aliam ejuſdem argumenti *Precationem* vide in *Euchologio Græcorum*; à R. P. *Jacobo Goar* edito, pag. 604 & 605.

CLXXV.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátque foliis *centum ſexaginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 3 pag. 1, *HYMNI Triadici*, ſive *Cantica Eccleſiaſtica de Sanctâ Trinitate*; quorum *primus* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ὕμνοι τριαδικοί· ἦχος α΄. Σωματικαῖς μορφώσεσι τῶν ἀσωμάτων δυνάμεων &c.

Secundò, & quidem à fol. 4 pag. 1, uſque ad fol. 154 pag. 2, PSALTERIUM *Davidicum* cum *Euſebii Pamphili Prolegomenis de Diapſalmate*, & cum *ejuſdem Hypotheſibus* ſive *Argumentis ſingulorum Pſalmorum*. Exſtant etiam ibidem *Marci Monachi Verſus jambici in Pſalterium*, quorum principium: Ἡ Δαβιδικὴ τῶν μελισμάτων χάρις &c. In fine autem *Pſalterii* exſtant *varia Cantica Veteris & Novi Teſtamenti*, quæ plerumq; etiam in aliis antiquis Codicibus manuſcriptis Græcis *Pſalterii Appendix* ſunt.

Tertiò, & quidem à fol. 155 pag. 1, uſque ad fol. 161 pag. 2, *ACOLUTHIA*, ſive *Officium Eccleſiaſticum in defunctos ſeculares*, cujus titulus & principium: Ἀκολουθία εἰς κοιμηθέντας κοσμικούς. Τῶν ἁγίων ὁ χορὸς εὗρε πηγὴν τῆς ζωῆς, &c. Notandum autem eſt, *Officium* hoc prorsùs diverſum eſſe ab altero ejuſdem generis *Officio funebri*, quod exſtat in *Euchologio Græcorum*, à R. P. *Jacobo Goar* O. P. Pariſiis græcè & latinè A. 1647 in folio edito, à pag. 583, uſque ad pag. 587, & inſcribitur ibi his verbis: Ἀκολουθία νεκρώσιμος εἰς κοσμικοὺς ἄνδρας.

CLXXVI.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis ſeptuaginta quinque*, & olim pertinuit ad *Joannem Sambucum*, qui eum A. 1563 à *Fulvio Urſino Romæ* emit, ut ipſe ibidem propriâ manu in fine annotavit. Continetur eo *NICETÆ Commentarius in S. Gregorii Nazianzeni Orationes ſedecim*, ſed mutilus atque imperfectus. Incipit enim is ibi à poſteriori parte dimidiâ *Orationis ſecundæ in Sanctum Paſcha*. Quâ finitâ, ſequuntur tantùm *Oratio IVta in Pentecoſten*, *Oratio VIIIva in Nativitatem Chriſti*, *Oratio IXna funebris in laudem S. Baſilii Magni*, & *Oratio Xma in Sancta Lumina*, ſive, *in Feſtum Epiphaniæ*.

CLXXVII.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis novem*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo PSALTERIUM, ſecundùm pervetuſtam Eccleſiæ Græcæ conſuetudinem diviſum in *viginti Sectiones*, quæ vocantur Καθίσματα ſive *Seſſiones*, & certum numerum *Pſalmorum*, cum ſubjunctis aliis quibuſdam *Lectionibus* ac *Precibus ſacris* continent. Meminit hujus diviſionis Pſalterii *Theodorus Balſamon* (1) in Explicatione *decimi ſeptimi* Canonis Concilii (2) *Laodiceni*. Quantum autem Pſalmorum nume-

(1) Pag. 835. editionis Pariſ. gr. lat. A. 1620. in fol. (2) *Concilium* hoc creditur eſſe celebratum A. C. 319, vel 320, ſub Pontificatu *S. Sylveſtri I.* Vid. *R. P. Philippi Labbei* Synopſ. Hiſtor. omnium Concilior. ubi agitur de An. 319.

numerum unumquodque Κάθισμα comprehendat, cùm ex hoc *antiquo Codice MSto Pſalterii* videre eſt, tùm ex *Joannis Meurſii* Gloſſario Græco-barbaro, ubi ſignificationem vocis Κάθισμα indicat. Conſule etiam *Leonem Allatium* in Opuſculo de Libris Eccleſiaſticis Græcorum. (1) Porrò in hoc Codice ante initium ipſius *Pſalterii* exſtant *tria* diverſa *Proœmia*: quorum *ſecundum* in *ſex* Partes diviſum eſt, *tertium* autem continet S. *Athanaſii* de Interpretatione Pſalmorum *Epiſtolam ad Marcellinum* ſub hoc titulo: Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, Ἑρμηνεία προτρεπτικὴ τῶν ψαλμῶν πρὸς Μαρκελλῖνον. Incipit deinde ipſa Epiſtola his verbis: Ἄγαμαί σε τῆς ἐν Χριστῷ προαιρέσεως, φίλε Μαρκελλῖνε, &c. Mutila autem ea ibi eſt, & pertingit tantùm uſque ad hæc verba: Τὰ δὲ τῆς ἱερατείας καὶ τῆς σκηνῆς ἀναφέρεται ἐν τῷ κη΄ ἐνέγκατε τῷ Κυρίῳ υἱοὶ Θεοῦ. His porrò immediatè ſubjungitur Narratiuncula quædam de S. (2) *Pambonis* Abbatis Ægyptiaci colloquio cum aliquo ſub diſcipulo de *Tropariis* ſive *Canticis ſacris*, quæ is Alexandriæ in Eccleſiâ S. *Marci* audiverat. Poſt hanc Narratiunculam in fine mutilam, incipit ipſum *Pſalterium*, in viginti Καθίσματα diviſum, & pertingit à folio ſexto uſque ad folium 173. Sequuntur deinde à fol. 174, uſque ad fol. 183, alia varia *Veteris & Novi Teſtamenti Cantica ſacra*; nempe Cantica duo *Moyſis* Exodi cap. 15, & Deuteronom. cap. 32, Canticum *Hannæ* matris Samuelis lib. 1. Reg. Cap. 2, Canticum *Habacuc* Prophetæ cap. 3. Canticum *Eſaiæ* ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου πρός σε ὁ Θεὸς &c. Canticum *Jonæ*, Canticum *trium Puerorum* Daniel. cap. 3, Canticum *Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, & Canticum *Zachariæ* patris S. Joannis Baptiſtæ cap. 1 Evangelii S. Lucæ. Quibus finitis, ſequitur fol. 184 & 185 *Canon Paſchalis* annorum quadraginta octo, inta totidem circulos eleganter, ſed valdè abbreviatè exaratus, nempe ab anno Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ 6671, hoc eſt, anno Chriſti 1163, uſque ad annum 6718, hoc eſt, uſque ad annum Chriſti 1210, quo præſtantiſſimus hic Codex ſcriptus eſt. Poſt jam memoratum *Canonem Paſchalem* ſequuntur ibidem à fol. 186, uſque ad fol. 203, *Hypotheſes* ſive *Argumenta* omnium *Pſalmorum* totius Pſalterii ſecundùm *Symmachum*, *Origenem*, *Euſebium Pamphili*, *S. Athanaſium*, *S. Baſilium Magnum*, *S. Joannem Chryſoſtomum* & *Theodoretum Epiſcopum Cyrenſem*; quorum nomina ibi in margine adſcripta ſunt. Appendicis autem loco ſubjungitur jam memoratis *Pſalmorum Argumentis*, *primò*, & quidem folii 203 pag. 2, EUSEBII PAMPHILI, *Epiſcopi Cæſareenſis*, & alterius cujuſdam ANONYMI Autoris Præfatiuncula in Canticum *Moyſis* in Exodo; *ſecundò*, & quidem folii 204 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris Narratio originis canendi in *Templo Hieroſolymitano* τῆς ἁγίας Ἀναστάσεως ſive *Sanctæ* (3) *Reſurrectionis* Canticum veſpertinum, ſive Hymnum lychnicum, cujus principium: φῶς ἱλαρὸν ἁγίας δόξης &c; *tertiò*, & quidem fol. 204 pag. 1 & 2, ANONYMI cujuſdam Autoris Explicatio verborum capitis *octavi* (4) Prophetæ *Eſaiæ*, μεθ᾽ ἡμῶν ὁ Θεός. Γνῶτε ἔθνη καὶ ἡττᾶσθε, hoc eſt, ad verbum, *Nobiſcum Deus. Cognoſcite gentes & vincimini*, vel ſecundùm verſionem vulgatam, *Emmanuel. Congregamini populi & vincimini*; *quartò*, & quidem fol. 204 pag. 2, & fol. 205 pag. 1, *Oratio Dominica* cum ANONYMI cujuſdam Autoris brevi *Expoſitione*,

(1) Pag. 54 & 55. edit. Pariſ. Cramoiſ. A. 1646. in quarto. (2) Vide *Socratis* Hiſtoriam Eccleſiaſticam lib. 4, cap. 22. contextûs græci, & *Vitas Patrum* à R. P. *Heriberto Roſvveido* editas; item *Philippi Ferrarii* Catalogum Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt Calendis Julii. (3) Vide de hoc Templo Hieroſolymitano R. P. *Jacobi Sirmondi* è Soc. Jeſ. eruditiſſimam Diſſertationem in explicatione antiqui *Numiſmatis*, cujus unâ in parte *Chriſti Domini* plena facies expreſſa, vivida & gravis; in alterâ *Templum rotundum* cum armato utrinque milite, ſupráque inſcriptum ANACTACIC. Impreſſum eſt illud Opuſculum Lutetiæ Pariſiorum typis Cramoiſyanis A. 1650 in 8tavo ſub titulo: *Triplex Nummus antiquus, Chriſti Domini, Perperenæ Civitatis, & Hannibaliani Regis.* (4) Verſ. 8 & 9.

ſitione, quæ fortè eadem eſt atque illa, à me hactenùs nondum viſa, quam R. P. *Philipp. Labbæus* Tom. II. de Scriptor. Eccleſ. (1) refert à *Frederico Morello* A. 1601, Pariſiis græcè & latinè in octavo ſub *Origenis* nomine eſſe editam. Titulus & principium iſtius *Expoſitionis* in hoc Codice MSto Cæſareo ſic habent: Ἑρμηνεία εἰς τὸ Πάτερ ἡμῶν. Ὅρα Θεοῦ φιλανθρωπίαν· τὸν ἀποστάτην, τὸν ἀχάριστον οἵας ἠξίωσε δωρεᾶς; ἀμνηστίαν χαριζόμενος τῶν κακῶν, πατέρα καλεῖν ἐπέτρεψεν, &c. *quintò* demùm, & quidem fol. 205 & 206, ANONYMI cujuſdam Autoris *Reſponſa* ad *Quæſtiones duas de hominibus violentâ morte peremptis*, quarum *prior* ibi concepta eſt his verbis: Τί χρὴ λέγειν ἡμᾶς καὶ περὶ τῶν βιαίῳ θανάτῳ τελευτώντων, ἢ κρημνιζομένων ἢ καταχωννυμένων, ἢ ποντιζομένων: *poſterior* autem hoc modo: ἄρα δὲ ὅτι πάντες οἱ κρημνιζόμενοι, ἢ καταχωννύμενοι κατὰ Θεοῦ θέλησιν καὶ πρόσταξιν πάσχουσιν, ἢ καὶ ἐξ ἐνεργείας τοῦ μισοκάλου.

CLXXVIII.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 10 pag. 2, *THEODORETI Epiſcopi Cyrenſis Quæſtiones quædam in Geneſin*, quarum titulus & principium: Ἐκ τῆς ἑρμηνείας τῶν πεύσεων καὶ ἀποκρίσεων Θεοδωρήτου Ἐπισκόπου Κύρου. Ἐρώτησις· Τί δήποτε τῆς τῶν ἀγγέλων οὐκ ἐμνήσθη δημιουργίας ὁ Μωυσῆς; Ἀπόκρισις· Οὐδὲν ἕτερον εἶχον, οὐδὲ βέβαιον οἱ νομοθετούμενοι &c.

Secundò, & quidem à fol. 11 pag. 1, uſque ad fol. 19 pag. 2, *QVÆSTIONES ſacræ quatuor*, quæ in Titulo ſive Inſcriptione ſuâ attribuuntur S. *Athanaſio Archiepiſcopo Alexandrino*. Quòd autem Reſponſionis ad hanc Quæſtionem non ſit autor S. *Athanaſius Archiepiſcopus Alexandrinus*, ſed alius quidam multò recentior, manifeſtè apparet cùm ex citatione τοῦ μακαρίου Γρηγορίου, tùm ex mentione hæreſium *Neſtorij*, *Severi*, *Jacobi*, *Gainæ*, & *Theodoſii*, ex mentione *occupationis Palæſtinæ & Locorum ſanctorum per Arabes*; item ex mentione *anni poſt Chriſtum ſeptingenteſimi*. Cæterùm de vero illarum Quæſtionum autore *Athanaſio juniore*, qui circa annum Chriſti 765 ſub *Imp. Conſtantino Copronymo* claruit, vide Librum primum Lambecianorum Commentariorum à pag. 123, uſque ad pag. 132, & Librum tertium pag. 97 & 120.

Tertiò, & quidem à fol. 19 pag. 2, uſque ad fol. 24 pag. 1, *Trecentorum octodecim Sanctorum Patrum Doctrina aſcetica* ſeu *monaſtica*, cujus titulus & principium: Διδασκαλία τῶν ΤΙΗʹ ἁγίων Πατέρων. Μετὰ τὸ ἀγαπῆσαι Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης καρδίας &c; finis autem: αὗταί εἰσιν αἱ ἐντολαὶ, αἱ ἁρμόζουσαι μοναχοῖς καὶ ἐγκρατευομένοις χριστιανοῖς.

Quartò, & quidem à fol. 24 pag. 1, uſque ad fol. 45 pag. 1, JOANNIS CASSIANI *ad Leontium Epiſcopum Libellus aſceticus de ſanctis Patribus in Sceti, celeberrimâ Ægypti eremo, monaſticam vitam degentibus*. Eſt autem Libellus hic non integra tranſlatio, ſed tantùm *Epitome ſeptem priorum Collationum Sanctorum Anachoretarum Scetenſium*, ideóq; ab ipſo authentico contextu *latino* valdè diſcrepat. Plura de hoc Libello, ejuſque autore *Joanne Caſſiano*, vide Lib. IV. *Comment. Lambecian.* pag. 167.

Quintò

(1) Pag. 148. ubi agitur de Scriptis *Origenis*.

Quintò, & quidem à fol. 45 pag. 1, uſque ad fol. 62 pag. 2, S. ANASTASII SINAITÆ *Oratio de Pœnitentiâ, de Sacrâ Synaxi, & indignè Communicantibus, de non judicando quenquam, præcipuè autem Sacerdotes, & de oblivione injuriarum.* Ipſa tituli græci verba unà cum principio Orationis ſunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀναστασίου μοναχοῦ τοῦ ἐν Σινᾶ ὄρους, λόγος περὶ μετανοίας, περὶ τῆς συνάξεως τῆς θείας καὶ μυστικῆς λειτουργίας, περὶ τῶν ἀναξίως κοινωνούντων, περὶ τοῦ μὴ κρίνειν τινὰ, μάλιστα δὲ τοὺς ἱερεῖς, καὶ περὶ τοῦ μὴ μνησικακεῖν καθ᾽ ὅλου χριστιανόν. Ἀεὶ μὲν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις διὰ πάσης τῆς τοῦ Θεοῦ γραφῆς πρὸς ἐνεργεσίαν τῶν θείων αὐτοῦ ἐντολῶν ἡμᾶς προτρέπεται, &c. Edidit quidem hanc Orationem ex Codice MSto Bavarico *Henricus Caniſius* Tomo tertio Antiquæ Lectionis cum latinâ interpretatione R. P. *Franciſci Turriani*, S. J., ſed non ſolùm mendoſè, verùm etiam magnâ ex parte in fine mutilè. Conſule, ſi placet, Lib. IV. *Comment. Lambec.* pag. 168, 169.

Sextò, & quidem fol. 62 pag. 1 & 2, S. MAXIMI *Fragmenta duo, de triginta argenteis, quibus Chriſtus venditus eſt, & de Ordinibus Eccleſiaſticis à Chriſto gradatim adminiſtratis.* Horum primum incipit: Τοῦ ἁγίου Μαξίμου. Ἰστέον ὅτι τὰ (1) λεπτὰ καλοῦνται ἀσσάρια ἤτοι νόμια, ἑξήκοντα δὲ ἀσσαρίων ὑπήρχετο τὸ δηνάριον, ἑκατὸν δὲ δηναρίων ὁ ἄργυρος, &c; alterum autem: Λέγεται ὁ Χριστὸς πάντας τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς βαθμοὺς διελθεῖν ἐντάκτως· τὸν τοῦ ἀναγνώστου μὲν, ὅτι &c.

Septimò, & quidem à fol. 62 pag. 2, uſque ad fol. 140 pag. 1, S. ANASTASII *Sinaitæ Reſponſiones ad varias Quæſtiones ſacras*, quarum titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἀναστασίου Ἀποκρίσεις πρὸς τὰς ἐπενεχθείσας αὐτῷ ἐπερωτήσεις παρά τινων ὀρθοδόξων περὶ διαφόρων κεφαλαίων. Ἐρώτησις· Τί ἐστι τὸ σημεῖον τοῦ τελείου χριστιανοῦ; Ἀπόκρισις. Πίστις ὀρθὴ καὶ ἔργα εὐσεβῆ. χριστιανὸς γὰρ &c. Vide Libri *tertii* Lambecianorum Commentariorum pag. 197, & Libri *quarti* pag. 139 & 140.

Octavò, & quidem à fol. 140 pag. 1, uſque ad fol. 198 pag. 1, *ex* S. ANTIOCHI, *Monachi Palæſtini in Laurâ ſive Monaſterio S. Sabæ*, (2) *Pandecte Sacræ Scripturæ Orationes triginta tres*, quarum titulus & principium: Λόγοι παραινετικοὶ τοῦ μακαρίου μοναχοῦ Ἀντιόχου πρὸς μοναχὸν ἀπό τε τοῦ εὐαγγελίου καὶ τῶν γραφῶν. Περὶ πίστεως λόγος α. Τοῦ Κυρίου συνεργοῦντος, καὶ τὸν λόγον βεβαιοῦντος, ἀρχώμεθα πρῶτον τῶν περὶ πίστεως λόγων, &c. *Ultima* autem illarum *triginta trium* Orationum inſcribitur atque incipit: Περὶ ἐνυπνίων. Ἐπειδή τινες ἐμπιστεύσαντες ἐνυπνίοις &c, & eſt in editionibus impreſſis (3) *octogeſima quarta.* Plura de hoc S. *Antiocho* ejúſque *Pandecte Sacræ Scripturæ* vide Libri *tertii* Lambec. Comment. pag. 138, 139, 140 & 216.

Nonò, & quidem à fol. 198 pag. 2, uſque ad fol. 239 pag. 2, *Capita octoginta, ex variis* S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Orationibus ab Anonymo quodam Autore collecta*, quorum titulus & principium: Συναγωγὴ κεφαλαίων ἀθροισθέντων, ἀπὸ διαφόρων λόγων τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου. Κεφάλαιον α· Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς οὐ δεόμενος εὐχῆς ἐποιεῖτο τὴν εὐχὴν, ἀλλά σε θέλων ἀναγαγεῖν ἵνα συνεχῶς προσέχῃς τῇ εὐχῇ, &c.

Decimò, & quidem à fol. 239 pag. 2, uſque ad fol. 243 pag. 1, S. EPHRÆMI *Syri Oratio de operatione Diaboli*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἐφραὶμ λόγος περὶ τῆς ἐνεργείας τοῦ μισοκάλου δαίμονος. Πατέρες καὶ ἀδελφοὶ ἀκούσατε.

(1) Evangel. *S. Marci* cap. 12, verſ. 42. (2) Vide Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græc. lat. Pariſ. Tom. XII. pag. 9. (3) Vide ibid. Tom. XII. pag. 148

ϛατε· πολλάκις γὰρ ἐχθρὸς ὑποβάλλει τῷ ἀνθρώπῳ λέγων· ἀκμὴν νεώτερος εἶς, ἀπόλαυε τῶν ἐπιθυμιῶν σου· &c.

Undecimò, & quidem à fol. 243 pag. 1, uſque ad fol. 244 pag. 1, *Fragmentum ex S. BASILII MAGNI Oratione aſceticâ de Abdicatione rerum hujus ſeculi, & de perfectione ſpirituali; quod inſcribitur atque incipit :* Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου κατήχησις εἰς μοναχοὺς τοὺς βουλομένους σωθῆναι. (1) Εἰ τοίνυν βούλει ἁρπάσαι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 244 pag. 1, uſque ad fol. 247 pag. 1, *EJUSDEM* Λόγος περὶ ἀσκήσεως, ſive *Oratio de Exercitatione ſpirituali;* cujus principium : (2) Δεῖ τὸν μοναχὸν πρὸ πάντων ἀκτήμονα βίον κεκτῆσθαι, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 247 pag. 1, uſque ad fol. 253 pag. 2, *variorum SANCTORUM PATRUM Parænesſes ſive Adhortationes ad profectum in perfectione ſpirituali;* quarum titulus & principium : Παραίνεσις ἁγίων Πατέρων εἰς προκοπὴν τελειότητος, ὅτι δεῖ τὴν ἡσυχίαν πάσῃ σπουδῇ μεταδιώκειν. Περὶ ἀκηδίας· Ὁ Ἀββᾶς Ἀντώνιος καθεζόμενος ποτὲ ἐν τῇ ἐρήμῳ, ἐν ἀκηδίᾳ γέγονε, &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 253 pag. 2, uſque ad fol. 259 pag. 2, *Beati DOROTHEI Archimandritæ ſive Abbatis Dialogus aſceticus*, cujus titulus : Ἐρωτήσεις καὶ ἀποκρίσεις τοῦ μακαρίου Ἀββᾶ Δωροθέου πρὸς τὸν μέγαν γέροντα, τὸν ἅγιον (3) Βαρσανούφιον, &c. Inter *B. Dorothei Doctrinas aſceticas*, quæ exſtant in Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſienſis Tomo undecimo à pag. 742, uſq; ad pag. 869, eſt *Dialogus* hic *Caput vigeſimum primum*. Vide ibi pag. 853.

Decimo quintò, & quidem à fol. 259 pag. 2, uſque ad fol. 269 pag. 1, *EJUSDEM Abbatis Monitum aſceticum de præcidendis paſſionibus animæ, priuſquam tranſeant in habitum.* Inſcribitur illud ibi atque incipit hoc modo : Ἐκ τῶν Ἀποφθεγμάτων τοῦ ἁγίου Δωροθέου περὶ τοῦ σπουδάζειν ταχέως ἐκκόπτειν τὰ πάθη πρὸ τοῦ ἐν ἕξει κακῇ γενέσθαι. Θέτε τὸν νοῦν ἡμῶν, ἀδελφοὶ, (4) πῶς εἰσι τὰ πράγματα, καὶ βλέπετε, &c. *Monitum* hoc eſt inter ſuprà memoratas *B. Dorothei Doctrinas aſceticas Caput undecimum.* Vide ibi p. 811.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 269 pag. 1, uſque ad fol. 270 pag. 1, *EJUSDEM Abbatis Epiſtola ad fratrem ſuper quæſtione de inſenſibilitate animæ & refrigeratione charitatis;* cujus titulus & principium : Τοῦ αὐτοῦ Ἐπιστολὴ πρὸς ἀδελφὸν ἐπερωτήσαντα περὶ ἀναισθησίας ψυχῆς καὶ (5) ἀναψύξεως ἀγάπης. Περὶ τῆς ἀναισθησίας τῆς ψυχῆς, ἀδελφὲ, συνεχὴς ἀνάγνωσις &c. *Epiſtola* hæc eſt inter ſuprà memoratas *B. Dorothei Doctrinas aſceticas Caput vigeſimum.* Vide ibi p. 852.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 270 pag. 2, uſque ad fol. 289 pag. 2, *Capita quædam ſelecta ex S. EPHRÆMI Syri Libro de Virtutibus & Vitiis per oppoſitionem, ſimul & ex aliis ejuſdem Parænesſibus ſive Adhortationibus aſceticis;* quorum primum inſcribitur atque incipit : Τοῦ ἁγίου Ἐφραὶμ (6) περὶ τῶν μὴ ἐχόντων μακροθυμίαν. Ὁ μὴ ἔχων μακροθυμίαν, καὶ ὑπομονῆς ἐκτὸς ἔσαι ὁ τοιοῦτος, ὁ γὰρ μὴ ὢν μακρόθυμος &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 289 pag. 2, uſque ad fol. 292 pag. 2, *ex S. JOANNIS DAMASCENI Opere de Orthodoxâ Fide Caput de Virginitate*, cujus titulus & princi-

(1) Vide Operum *S. Baſilii* edit. græco-lat. Pariſ. Tom. II. pag. 245. (2) Vide ibid. Tom. II. pag. 246. (3) Pro Βαρσανούφιον perperàm ibi legitur Βαρυσάφιον. Vide Martyrolog. Roman. d. 11. Aprilis. (4) In ſuprà citatâ editione Pariſinâ legitur. εἰς εἰς τὰ πράγματα. (5) In ſuprà citatâ editione Pariſinâ pro ἀναψύξεως legitur ψύξεως. (6) Vide Operum *S. Ephræmi* editionem latinam Voſſianam Colonienſem pag. 28.

principium: Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ καὶ Πρεσβυτέρου περὶ παρθενίας. Κακίζουσι οἱ σαρκικοὶ τὴν παρθενίαν &c. In Operum S. *Joannis Damaſceni* editione Pariſinâ anni 1619 eſt hoc *Libri quarti Caput vigeſimum quintum.* Vide ibi pag. 501, ubi illud latinè incipit his verbis: *Virginitatem carnales homines inſectantur*, &c.

Decimo nonò, & quidem fol. 292 pag. 2, *Interrogatio & Reſponſio ex S. JOANNIS CHRYSOSTOMI Operibus, de interpretatione vigeſimi quarti verſûs Capitis noni Evangelii S. Lucæ: Qui enim voluerit animam ſuam ſalvam facere, perdet illam.*

Vigeſimò, & quidem à fol. 292 pag. 2, uſque ad fol. 296 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Quæſtiones & Reſponſiones Canonicæ ad Conſtantinum Chartophylacem*; quarum titulus: Ἐρωτήσεις κανονικαὶ καὶ λύσεις πρὸς τὸν Χαρτοφύλακα ἐκεῖνον κύριον Κωνσταντῖνον. &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 296 pag. 2, uſque ad fol. 300 pag. 2, S. EPHRÆMI *Syri Oratio*, cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἐφραὶμ λόγος ψυχωφελής. Μὴ δαπανήσῃς ὅλον τὸν χρόνον τῆς ζωῆς σου ἐν τῇ τοῦ σώματος φροντίδι, ἀλλ᾽ ὅταν, &c.

Vigeſimò ſecundò, & quidem fol. 300 pag. 2, *ex* JOANNIS MOSCHI *Prato Spirituali Narratio de Imp. Zenone, qui ob grave aliquod peccatum divinitùs puniendus, punitionem evaſit per eleemoſynas.* Principium ejus eſt: Ἔλεγον περὶ Ζήνωνος τοῦ Βασιλέως ὅτι κόρην τινὰ ἔφθειρεν. Vide *Vitas Patrum* à R. P. *Heriberto Roſweido* S. J. Antverpiæ typ. Plantin. A. 1628 in fol. editas, pag. 914.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 300 pag. 2, uſq; ad fol. 301 pag. 2, *ex* EJUSDEM *Prato Spirituali Narratio Eliæ Abbatis de ſeipſo, quomodo tentationem carnis ſuperaverit territus viſione mirabili.* Principium ejus eſt: Διηγήσατο ἡμῖν ὁ Ἀββᾶς Ἡλίας ὁ βοσκὸς, ὅτι &c. Vide ſuprà citatas *Vitas Patrum* pag. 866.

Vigeſimo quartò, & quidem fol. 301 pag. 2, notabile Sancti alicujus Patris dictum *de Eleemoſynâ.*

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 301 pag. 2, uſque ad fol. 304 pag. 2, *MIRACULUM à Beatiſſimâ Virgine Deiparâ editum in ſervando puero Hebræo, quem parentes ob converſionem ipſius ad Chriſtianam religionem voluerunt interficere*; Principium ejus eſt: Ἰωάννης Διάκονος διηγήσατό μοι λέγων, ὅτι φησὶν ἐν Ἀβρατείᾳ τῇ πόλει τῆς Ἀρμενίας ποίμνια προβάτων εἰσὶ πολλά. συνέβη ἐν βόσκειν τὰ ποίμνια ὑπὸ παίδων χριστιανῶν καὶ ἑβραίου τινὸς παιδίου· &c.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 304 pag. 2, uſque ad fol. 305 pag. 2, aliud *MIRACULUM à Beatiſſimâ Virgine Deiparâ editum circà puerum quendam, qui, dùm in Eccleſiâ cantaret hymnum cherubinicum, derepentè mortuus eſt.* Principium ejus eſt: Γυνή τις εἶχε παιδίον ἀρσενικὸν, καὶ ἔβαλεν αὐτὸ ἵνα μανθάνῃ τὰ ἱερὰ γράμματα, &c.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 306 pag. 2, uſque ad fol. 308 pag. 1, *CANON PASCHALIS*, recentiori manu in chartâ recentiori ſcriptus, & antiquis hujus Codicis foliis tegumenti loco in fine aſſutus, qui ab anno Chriſti 1590. pertingit uſque ad annum 1609.

CLXXIX.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum octoginta*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem fol. 1 & 2, *Fragmentum aliquod aſceticum*, in principio mutilum, de cujus verò Autore nondum mihi ſatis liquet.

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 1, uſq; ad fol. 6 pag. 2, *Fragmentum ethicum ſive morale ex* S. JOANNIS CHRYSOSTOMI (1) *Oratione* Περὶ τῶν θείων μυστηρίων, *ſive de divinis Myſteriis*, quod incipit: (2) Καιρὸς λοιπὸν τῇ φρικτῇ ταύτῃ τραπέζῃ καὶ φοβερᾷ προσελθεῖν· ἅπαντες τοίνυν μετὰ τῆς προσηκούσης σωφροσύνης τε καὶ νήψεως προσίωμεν, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 7 pag. 1, uſque ad fol. 12 pag. 2, S. BASILII MAGNI, *Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi, Oratio aſcetica de renunciatione hujus ſeculi, & de perfectione ſpirituali*, cujus principium: (3) Δεῦτε πρός με πάντες οἱ κοπιῶντες &c. Eſt autem ea in hoc Codice MSto ob defectum aliquot foliorum tàm in principio, quàm in fine mutila.

Quartò, & quidem à fol. 13 pag. 1, uſque ad fol. 19 pag. 1, *Capita tria ex* S. BASILII MAGNI *Conſtitutionibus Aſceticis ſive Monaſticis*, quæ ſunt in Operum ipſius editione græco-latinâ Pariſienſi Cramoſianâ (4) *decimum ſeptimum*, (5) *quartum*, & (6) *nonum.*

Quintò, & quidem à fol. 19 pag. 1, uſque ad fol. 36 pag. 1, SYMEONIS, cognomine *Junioris Theologi, Præfecti* ſive *Præpoſiti Monaſterii S. Mamantis Conſtantinopoli, Capita centum Theologica*, partim *Theoretica* ſive *Contemplativa*, partim *Practica* ſive *Activa* vel *Moralia*; quorum titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ Νέου Θεολόγου Κεφάλαια πρακτικὰ καὶ θεολογικὰ ἑκατόν. Κεφάλαιον α΄. Θεὸς τοῖς μὲν σωματικῶς ὁρῶσιν, οὐδαμοῦ ἐστιν· ἀόρατος γάρ· τοῖς δὲ πνευματικῶς νοοῦσι, πανταχοῦ ἐστιν· &c. Edita quidem ſunt hæc *Capita* à R. P. *Jacobo Pontano* Societ. JESU cum aliis ejuſdem *Symeonis* Operibus Ingolſtadii typis Adami Sartorii A. 1603 in quarto, ſed tantùm *latinè*, eadémque *latina* editio tàm *numero*, quàm *ordine Capitum à manuſcripto* hoc exemplari *Cæſareo* valdè ac multipliciter diſcrepat, adeò, ut ad differentiam illam plenè indicandam totâ novâ editione opus ſit. Vide plura Lib. IV. *Commentariorum Lambecianorum* pag. 142, 143.

Sextò, & quidem à fol. 36 pag. 1, uſque ad fol. 41 pag. 1, *Abbatis* AMMONÆ *Capita Aſcetica ſeptendecim*, quorum titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀμμωνᾶ κεφάλαια ιζ΄. Κεφάλαιον α΄. Τήρει σεαυτὸν ἀκριβῶς ἀγαπητέ, &c.

Septimò, & quidem à fol. 41 pag. 1, uſque ad fol. 59 pag. 2, S. (7) THEODORI *Epiſcopi Edeſſæ Capita parænetica centum*; quorum titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς

(1) Principium ejus eſt: Ὀλίγα ἀνάγκη σήμερον &c. Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. V. pag. 547. (2) Vide ibidem Tom. V. pag. 559. (3) Vide Operum *S. Baſilii Magni* edit. græc. lat. Pariſ. Tom. II. pag. 232. (4) Vide ibidem Tom. II. pag. 701. (5) Vide ibidem pag. 679. (6) Vide ibidem pag. 694. (7) Vide Magnam Bibliothecam Veterum Patrum Pariſinam græco-latinam Tom. XV. pag. 845; ſed ibi exſtant tantùm *Capita quinquaginta*, nec niſi *latinè*; quemadmodum ea R. P. *Jacobus Pontanus* cum ſuprà memoratis *Symeonis Junioris Theologi* Operibus jam antè ediderat.

Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου Ἐπισκόπου Ἐδέσσης κεφάλαια ἑκατόν. Κεφάλαιον ά. Ἐπειδήπερ Θεοῦ τοῦ ἀγαθοῦ χάριτι ἀποταξάμενοι τῷ Σατανᾷ καὶ τοῖς ἔργοις αὐτοῦ, &c.

Octavò, & quidem à fol. 59 pag. 2, uſque ad fol. 98 pag. 1, *S. MACARII* cognomine *Magni Capita aſcetica centum*; quorum titulus & principium: Τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Μακαρίου τοῦ Μεγάλου κεφάλαια πρακτικὰ ἑκατόν. Κεφάλαιον ά. Τὸ ἀπαρνήσασθαι ἑαυτὸν, τοῦτο νόμιζε εἶναι τὸ ἔκδοτον εἰς ἅπαξ τῇ ἀδελφότητι παρέχειν, καὶ θελήματι ἰδίῳ παντάπασι μὴ στοιχεῖν, μή τέ τινος κύριον εἶναι, &c. Similiter etiam in fine centeſimi ſive ultimi Capitis legitur: Τέλος τῶν ἑκατὸν κεφαλαίων τοῦ μεγάλου Πατρὸς ἡμῶν Μακαρίου. Ubi notandum eſt, *S. Macarium*, autorem illorum *centum Capitum aſceticorum*, utrobique, nempe tàm in fine, quàm in principio, expreſsè appellari *Magnum*, ideóque videri intelligendum eſſe (1) S. *Macarium Seniorem*, qui deſertum *Scetis* incoluit, & *Ægyptius* aut *Scetenſis* cognominatur, ad differentiam *S. Macarii Junioris* ſive *Alexandrini*, qui aliàs etiam *Abbas Nitrienſis* ſolet nuncupari.

Nonò, & quidem à fol. 98 pag. 1, uſque ad fol. 106 pag. 2, *HESYCHII Presbyteri Capita de Temperantiâ & Virtute*; quorum titulus & principium: Ἡσυχίου πρεσβυτέρου Κεφάλαια περὶ νήψεως καὶ ἀρετῆς πάνυ ὠφέλιμα, λεγόμενα Ἀντιρρητικὰ καὶ εὐκτικά. Κεφάλαιον ά. Νῆψίς ἐστι μέθοδος πνευματικὴ &c. Pertingunt autem *Capita* hæc ibi tantùm uſque ad Caput *ſexageſimum ſecundum*, quod incipit: Οἴδαμεν, γράφοντες λέγομεν, &c, & ob defectum ſequentium foliorum in fine eſt mutilum, deſinítque his verbis: ὄντως ἀδύνατον καθαρθῆναι καρδίαν ῥύπου λογισμῶν ἀπωλείας - - - . Exſtant quidem hæc *Capita* in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum Pariſienſi græco-latinâ Tom. XI. à pag. 985, uſque ad pag. 1018, ſed & *numero* longè plura, & *ordine* valdè diverſa. Quod enim in hoc Codice MSto eſt Caput *ſexageſimum ſecundum*, illud eſt in jam memoratâ editione impreſsâ (2) *centeſimum ſexageſimum octavum*.

Decimò, & quidem à fol. 107 pag. 1, uſque ad fol. 118 pag. 2, S. NILI, *ex Præfecto Urbis Conſtantinopolitanæ Monachi & Abbatis*, *Capita centum quinquaginta tria de Oratione*; cujus (3) Prooemium inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ἁγίου ΝΕΙΛΟΥ πρόλογος τῶν περὶ προσευχῆς ρνγ΄ κεφαλαίων. Πυρέττοντά με τῷ φλογμῷ τῶν ἀκαθάρτων παθῶν, συνήθως ἀνεκτήσω τῇ τῶν θεοφιλῶν σου γραμμάτων ἐπαφῇ, &c. Sequitur deinde Caput primum hoc modo: Ἀρχὴ τῶν κεφαλαίων τοῦ Ἀββᾶ Νείλου. Κεφάλαιον ά. Εἴ τις βούλοιτο εὐῶδες θυμίαμα κατασκευάσαι, &c. Exſtant quidem hæc S. *Nili Capita* in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum Pariſienſi græco-latinâ Tom. V. à colum. 327, uſque ad colum. 338, ſed tantùm *latinè*, nec niſi *centum quadraginta ſeptem*. Quòd enim *S. Nilus de Oratione* non *centum quadraginta ſeptem* ſcripſerit Capita, ſed *centum quinquaginta tria*, teſtatur *Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus* in Bibliothecæ ſuæ Codice CCImo.

Undecimò, & quidem à fol. 118 pag. 2, uſque ad fol. 120 pag. 1, *EJUSDEM* alia *Capita decem*; quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἕτερα κεφάλαια δέκα πάνυ ὠφέλιμα. Κεφάλαιον ά. Οὐδέποτε δεῖ ἀργεῖν, ἀλλ' οὐδὲ ἀποπαύεσθαι τῆς τῶν γραφῶν μελέτης, &c.

 Duode-

(1) De *duobus* hiſce *Macariis* vid. Card. *Baronii* Notas ad Martyrolog. Roman. d. 2 & 15 Januarii, & *Auberti Miræi* Scholion ad caput decimum *Gennadii Maſſilienſis* de Scriptoribus Eccleſiaſticis; item R. P. *Philippi Labbæi* Diſſertationem de Scriptorib. Eccleſiaſticis, quos Card. *Bellarm.* attigit, T. II. lit. M. & RR. PP. *Bollandi* & *Henſchenii* Acta Sanctorum d. 2, 15 & 17 Jan. (2) Vide ibid. p. 1013. (3) Vehementer dolendum eſt, *Prooemium* hoc ibi eſſe mutilum ob laceratam dimidiam partem inferiorem folii *centeſimi ſeptimi*, quo illud continetur.

Duodecimò, & quidem à fol. 120 pag. 1, uſque ad fol. 121 pag. 2, S. *DIADOCHI Photices in Veteri Epiro ſive Illyrico Epiſcopi, Capita aſcetica decem de Perfectione ſpirituali*; quorum titulus & principium: Τοῦ μακαρίου Διαδόχου, Ἐπισκόπου Φωτικῆς τῆς Ἠπείρου τοῦ Ἰλλυρικοῦ, κεφάλαια δέκα. Κεφάλαιον α'. Ὁ ἐν αἰσθήσει καρδίας ἀγαπῶν τὸν Θεὸν, ἐκεῖνος ἔγνωσται ὑπ' αὐτοῦ· &c. *Primum* autem hoc S. *Diadochi* Caput eſt inter ejuſdem (1) *centum Capita aſcetica*, quæ in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum Pariſienſi græco-latinâ Tomo V, à columnâ 293, uſque ad colum. 328, *latinè* tantùm exſtant, *decimum quartum*, atque incipit ibi: *Qui in ſenſu cordis Deum amat, hic eſt ab eo cognitus*; &c. Notandum etiam eſt, *tria* poſteriora illorum *decem* Capitum ob defectum unius folii in hoc Codice MSto *Cæſareo* prorſus deeſſe.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 122 pag. 1, uſque ad fol. 123 pag. 1, *PHILOTHEI Monachi Sinaitæ Capita aſcetica decem*, quorum *quinque* priora ob defectum unius vel duorum foliorum ibi prorſus deſunt, *ſextum* autem, maximâ parte priori mutilum, incipit ab his verbis - - - κωλύει ἀνελέγχουσα αὐτοῦ &c. *Decimum* denique ſive *ultimum* incipit: Κεφάλαιον ι'. Κρατῶ μὲν Χριστὸν κραταιῶς ἄγαν &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 123 pag. 1, uſque ad fol. 124 pag. 2, *Abbatis ESAIÆ Capita decem aſcetica*, quorum titulus & principium: Τοῦ Ἀββᾶ Ἠσαΐου κεφάλαια ι' πάνυ ὠφέλιμα. Κεφάλαιον α'. Τρεῖς ἀρεταί εἰσιν, αἵτινες χορηγοῦσαι φῶς τὸν νοῦν διὰ παντός· &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 124 pag. 2, uſque ad fol. 127 pag. 2, *JOANNIS CARPATHII Caput aſceticum* in fine mutilum; cujus titulus & principium: Τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Καρπαθίου κεφάλαιον ὡραῖον. Μὴ θελήσῃς ποτὲ ὑπὲρ μοναχὸν κοσμικὸν μακαρίσαι, ἔχοντα γυναῖκα καὶ παιδία, καὶ ἱλαρευόμενον διὰ τὸ εὖ ποιεῖν πολλοὺς, καὶ ἀφθόνως τὴν ἐλεημοσύνην ἐργάζεσθαι, &c. Meminit hujus *Joannis Carpathii*, & (2) *Libri* παρακλητικοῦ ſive *Conſolatorii*, ad *Monachos Indiæ* ab illo ſcripti, & in *centum Capita* diviſi, *Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus* in Bibliothecæ ſuæ Codice CCImo.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 128 pag. 1, uſque ad fol. 133 pag. 2, S. *MAXIMI Monachi & Martyris Capita aſcetica quinquaginta*; quarum primum incipit: Ὥσπερ ὁ Θεὸς φύσει ὢν ἀγαθὸς καὶ ἀπαθὴς, &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 134 pag. 1, uſque ad fol. 138 pag. 2, *Excerpta quinque aſcetica ex Operibus* S. JOANNIS CHRYSOSTOMI, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου περὶ προσευχῆς καὶ φυλακῆς καρδίας καὶ νοερᾶς ἡσυχίας πάνυ ὠφέλιμα καὶ θαυμάσια. Καθάπερ ὁ τοξότης, ἐὰν εὔστοχα μέλλῃ ἀφιέναι τὰ βέλη, &c.

Decimo octavò, & quidem fol. 138 pag. 2, *Excerptum aſceticum ex Operibus S. GREGORII NAZIANZENI*, cujus principium: Οὐδὲν γάρ μοι δοκεῖ τοιοῦτον, οἷον μύσαντα τὰς αἰσθήσεις ἔξω σαρκὸς καὶ κόσμου γινόμενον &c.

Decimo nonò, & quidem fol. 139 pag. 1 & 2, *THEODORI STUDITÆ Capita quinque aſcetica*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit: Θεοδώρου ὁμολογητοῦ τοῦ Στουδίτου. Οὐδὲν ἄλλο ἐστὶν ἡ ἀσκητικὴ ζωὴ, ἀλλ' ἡ ἐγκράτεια παθῶν &c.

Vigeſimò,

(1) Vide *Photii* Patriarchæ Conſtantinopolitani Bibliothecam Codice CCImo. (2) Vide Magnam Bibliothecam Veterum Patrum græco-lat. Pariſ. Tom. XV. à pag. 845, uſque ad pag. 849; ſed ibi exſtant tantùm Capita *octoginta duo*, nec niſi *latinè*.

Vigeſimò, & quidem à fol. 140 pag. 1, uſque ad fol. 141 pag. 2, S. ISAACI *Syri, Abbatis & Anachoretæ, Capita ſeptem aſcetica*, quorum *primum* inſcribitur, atque incipit: Τοῦ ἰσαγγέλου Ἰσαὰκ τοῦ Σύρου. Ὀφείλομεν λοιπὸν ἐμμένειν μοναστικῶς πρὸς τὸν ἔσω ἡμῶν ἄνθρωπον, &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 141 pag. 2, uſque ad fol. 143 pag. 2, *EJUSDEM Caput aſceticum de Quiete monaſticâ*; quod inſcribitur atque incipit: Τοῦ αὐτοῦ, ὅτι ὠφέλιμος τοῖς ἡσυχασταῖς ἡ ἀργία τῶν φροντίδων καὶ ἐπιζήμιος ἡ εἴσοδος καὶ ἔξοδος. (1) Ἄνθρωπος πολυμέριμνος πρᾶος καὶ ἡσύχιος εἶναι οὐ δύναται, &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 143 pag. 2, & fol. 148 pag. 1, *EJUSDEM* alia *quatuor Capita aſcetica*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit: Τοῦ αὐτοῦ. Ὅταν δὲ ἐγκρατείας δαμασθῇ σου τὸ σῶμα &c.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 148 pag. 1, uſque ad fol. 150 pag. 2, *ESAIÆ Presbyteri & Anachoretæ Capita tria aſcetica de Novitiis, de Monocellitis, & de iis, qui habitare volunt in Cœnobio*; quorum *primum* inſcribitur atque incipit: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἡσαΐου πρεσβυτέρου καὶ ἀναχωρητοῦ, περὶ καταστάσεως ἀρχαρίων, καὶ περὶ τῶν μονοκελλιτῶν, καὶ τῶν θελόντων οἰκῆσαι ἐν κοινοβίῳ, πάνυ θαυμάσια καὶ ὠφέλιμα. Πρὸ παντὸς, ἀδελφοὶ, χρήζομεν τῆς ταπεινοφροσύνης ἐν πᾶσι &c.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 150 pag. 2, uſque ad fol. 166 pag. 1, *ex* S. JOANNIS CLIMACI *Scalâ Paradiſi Gradus decimus ſextus de diſcretione cogitationum, vitiorum atq; virtutum, & Gradus decimus ſeptimus de ſacrâ corporis & animæ quiete, & de differentiâ atque diſcretione religioſæ quietis*. Ipſa tituli græci verba cum principio *Gradûs decimi ſexti* ſunt hæc: Τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ τῆς Κλίμακος λόγος κϛʹ περὶ διακρίσεως λογισμῶν καὶ παθῶν, καὶ ἀρετῶν. Διάκρισίς ἐστιν, ἐν τοῖς εἰσαγωγικοῖς μὲν, &c. Vide R. P. *Matthæi Raderi* Soc. Jeſu editionem græco-latinam Operum *S. Joannis Climaci*, Pariſiis A. 1633 ſumptibus Sebaſtiani Cramoiſii in folio impreſſam, p. 331 & 401.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 168 pag. 1, uſque ad fol. 178 pag. 2, *CANON* ſive *Canticum Eccleſiaſticum, novem* conſtans *Odis*, in honorem *Sanctorum totius anni*, quorum memoria ibi *nominatim* celebratur ſecundùm ordinem duodecim menſium, ab initio Septembris uſque ad finem Auguſti. In principio autem deeſt unum folium, ideóque & *nomen Autoris* iſtius Canonis, & *nomina Sanctorum* à die *primò* Septembris uſque ad diem *quartum* ejuſdem menſis ibidem deſunt.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 178 pag. 2, uſque ad fol. 180 pag. 2, THEOPHANIS *Canticum in Omnes Sanctos*, cujus titulus & principium: Στιχηρὸν εἰς τοὺς Ἁγίους πάντας τοῦ κυρίου Θεοφάνους. Τοὺς ἁγίους ὁ Κύριος &c.

CLXXX.

CENTESIMUS OCTOGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque *trecentis quadraginta ſex* foliis, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo idem ille ANONYMI *atque incerti alicujus Autoris Commentarius in quatuor Evangelia*.

 CENTE-

(1) Vide hujus *S. Iſaaci Librum de Contemptu Mundi* columnâ 514 Tomi quinti Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſienſis; ſed ibi iſte Liber exſtat tantùm *latinè*.

CLXXXI.

CENTESIMUS OCTOGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis viginti quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 184 pag. 2, *HYMNOLOGIUM cum antiquis Notis muſicis*, & *Menæi* ac *Menologii* inſtar in *duodecim menſes* digeſtum eſt.

Secundò, & quidem à fol. 185 pag. 1, uſque ad fol. 325 pag. 1, Στιχηρὰ, ſive CANTICA *cum antiquis Notis muſicis à Dominicâ Publicani & Phariſæi uſque ad Feſtum Omnium Sanctorum*, quorum *primum* incipit: Μὴ προσευξώμεθα φαρισαϊκῶς ἀδελφοὶ, &c. Subjuncta etiam iiſdem ſunt *alia varia Cantica Eccleſiaſtica*, inter quæ *Troparium S. Joannis Damaſceni*; cujus titulus: (1) Τετράδιον τῶν ἀναβαθμῶν. ποίημα Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ. Item (2) Στιχηρὰ ἑωθινὰ, ſive *Cantica matutina*. Notabile porrò eſt, *Codicem hunc* eſſe ſcriptum manû *Joannis Citrii* cognomine *Dalaſſini* anno Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ 6729, ſive, anno Chriſti 1221, Indictione nonâ; ut ibidem folii 321 pag. 1 indicatur.

CLXXXII.

CENTESIMUS OCTOGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & lacerus, in *quarto*, conſtátque *centum quinquaginta* foliis. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſq; ad fol. 101 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Quinquaginta quatuor breves Homiliæ in Acta Apoſtolorum*, collectæ ex *Flavio Joſepho*, *S. Athanaſio*, *S. Baſilio Magno*, *Didymo Alexandrino*, *S. Joanne Chryſoſtomo*, *Iſidoro Peluſiota*, & *S. Cyrillo Archiepiſcopo Alexandrino*; quorum nomina ibidem in margine adſcripta ſunt.

Secundò, & quidem fol. 101 & 102, *S. GREGORII, Neocæſareæ in Ponto Epiſcopi*, cognomine *Thaumaturgi*, *Diſſertatio de animâ ad Tatianum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας τοῦ Θαυματουργοῦ περὶ ψυχῆς· Τὸν περὶ ψυχῆς σοι λόγον, &c.

Tertiò, & quidem fol. 103 ac deinceps, *Ex S. GREGORII Nazianzeni Operibus Excerpta de S. Trinitate* cum Interpretatione *Nicetæ*, & cum (3) *Leontii Byzantini* Scholiis exceptis ex ore *Theodori Abbatis & Philoſophi* de diverſis contra S. Trinitatem *hæreſibus*; quorum (4) titulus & principium: Σχόλια ἀπὸ φωνῆς ΘΕΟΔΩΡΟΥ τοῦ θεοφιλεστάτου Ἀββᾶ καὶ σοφωτάτου φιλοσόφου, τήν τε θείαν καὶ ἔξωθεν φιλοσοφήσαντος γραφήν. Αἵρεσις τοῦ Ἀρείου. Ὁ Ἄρειος τρεῖς ὑποστάσεις ἔλεγε καὶ τρεῖς φύσεις &c.

Quartò, & quidem fol. 138 pag. 1, *NICETÆ* (5) *Scholion* περὶ τῶν ἑπτὰ θεαμάτων τοῦ κόσμου, hoc eſt, interprete *Vitruvio*, *de ſeptem Orbis ſpectaculis*. Adcenſentur etiam ibi iiſdem ſupra numerum ſeptenarium *Capitolium Urbis Romæ*, & *Templum Imp. Adriani Cyzicenum*.

Quintò,

(1) Vide ibi fol. 300. pag. 2. (2) Vide ibid. fol. 307. pag. 1. (3) Vide *Henrici Caniſii* Antiq. Lection. Tom. IV. Part. 1. pag. 63; R. P. *Philip. Labbæi* Tom. II. de Scriptoribus Eccleſ. pag. 23 & 24; & *Bibliothecam Veterum Patrum* Pariſ. græco-lat. Tom. XI. pag. 493. (4) Nempe folii 128. pag. 1. (5) Idem *Nicetæ Scholion* extat græcè pag. 1198 editionis Operum Philonis Hebræi græco-latinæ Pariſ. A. 1640 in folio.

Quintò, & quidem fol. 142 & 143, Ἑρμηνεία, ſive *Interpretatio difficiliorum quorundam vocabulorum & phraſium in Pſalterio Davidis & in Epiſtolis S. Pauli Apoſtoli.*

Sextò, & quidem fol. 143 ac deinceps (1) Κύρȣ ΘΕΟΔΩΡΟΥ τȣ̃ φιλοσόφȣ ἐκ τῆς ἐξηγήσεως τῶν θείων καὶ δεσποτικῶν κανόνων. Hoc eſt: *Excerpta ex Domini* (2) *THEODORI Philoſophi & Abbatis Explicatione difficiliorum vocabulorum & phraſium in Canonibus ſeve Canticis ſacris Divinorum atque Dominicorum Feſtorum.*

CLXXXIII.

CENTESIMUS OCTOGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, iu *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis triginta ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continetur eo *ANTHOLOGII Eccleſiaſtici Græcorum menſis Januarius*, cújus *dies primus* ob defectum unius vel duorum foliorum in principio eſt mutilus; *ſecundus* autem inſcribitur atque incipit hoc modo: Μηνὶ τῷ αὐτῷ β΄· προεόρτια τῶν φώτων, καὶ μνήμη τȣ̃ ὁσίȣ Πατρὸς ἡμῶν Σιλβέστρȣ Πάπα Ῥώμης. Στιχηρόν· ἦχος δ΄. Ὁ ἑωσφόρος προτρέχων τȣ̃ ἡλίȣ, ὁ λύχνος τȣ̃ χάριτος, &c.

CLXXXIV.

CENTESIMUS OCTOGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 uſque ad fol. 6 pag. 2, *INDEX Græcus* omnium Opuſculorum totius Voluminis, ſed minùs accuratus.

Secundò, & quidem à fol. 7 pag. 1, uſque ad fol. 10 pag. 1, S. GREGORII NAZIANZENI *Oratio in Paſcha & in Tarditatem*, cujus principium: Ἀναστάσεως ἡμέρα, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 10 pag. 1, uſque ad fol. 23 pag. 2, *BARLAAMI Calabri Liber hæreticus contra Primatum Papæ*, cujus titulus & principium: Τοῦ (3) ματαιοτάτȣ Βαρλαὰμ τȣ̃ ἐκ Καλαβρίας περὶ τῆς τȣ̃ Πάπα ἀρχῆς. Οἱ περὶ τὰς ἐπιστήμας δεινοί, ὦ χρηστὲ Φραντζίσκε, λέγουσιν, ὅτι ἑκάστης ἐπιστήμων &c. Edidit hunc Librum *Claudius Salmaſius* græcè & latinè Hanoviæ typis Wechelianis A. 1608 in octavo unà cum *Nili Archiepiſcopi Theſſalonicenſis* aliis ejuſdem farinæ *Libris duobus de cauſis diſſenſionum Eccleſiaſticarum inter Latinos & Græcos*; ſed ibi titulus Libri *Barlaami* extat hoc modo: Τȣ̃ σοφωτάτȣ Βαρλαὰμ Λόγος περὶ τῆς τȣ̃ Πάπα ἀρχῆς.

Quartò, & quidem fol. 24 pag. 1 & 2, S. ANASTASII SINAITÆ *Quæſtio & Reſponſio quadrageſima ſeptima de miraculis Eliæ & Eliſæi*; cujus titulus & principium: Ποῖα καὶ πόσα εἰσὶ τȣ̃ θείȣ Ἠλίȣ καὶ Ἐλισσαίȣ τὰ ἐν πνεύματι ἐνεργήματα; Ὁ μὲν Ἠλίας &c.

Quintò,

(1) Κύρȣ græco-barbarè pro Κυρίȣ. (2) Veriſimillimum mihi videtur, eundem hîc intelligendum eſſe *Theodorum*, cujus pauló ante in eodem hoc Codice eſt facta mentio; nempe fol. 128 pag. 1. (3) Hæc vox ματαιοτάτȣ alii cuidam voci ibidem eraſæ ſuper inſcripta eſt, & quidem, ut opinor, à *Busbeckio.*

Quintò, & quidem à fol. 24 pag. 2, uſque ad fol. 25 pag. 2, *Conſtitutionum monaſticarum* S. BASILII MAGNI (1) *Caput vigeſimum quartum*, cujus inſcriptio: Ὅτι οὐ χρὴ τιμὰς καὶ πρεσβεῖα ἐπιζητεῖν τὸν ἀσκητήν· Hoc eſt: *Quòd monachus non debet honores & prærogativas appetere.*

Sextò, & quidem à fol. 25 pag. 2, uſque ad fol. 27 pag. 2, S. THEODORI STUDITÆ *Admonitio ad æmulandum Sanctorum Patrum Vitas*, cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου ὅτι δεῖ ζηλοῦν τοὺς βίους τῶν ἁγίων Πατέρων ἡμῶν· Ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, οὐδὲν μακαριώτερον τοῦ βίου ἡμῶν, καὶ οὐδὲν ὑψηλότερον τῆς πολιτείας ἡμῶν· &c.

Septimò, & quidem à fol. 27 pag. 2, uſque ad fol. 29 pag. 2, EJUSDEM *Admonitio ad pœnitentiam*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ καθαίρειν ἑαυτὸν ἀπὸ παντὸς μολυσμοῦ διὰ τῆς θεοδωρήτου μετανοίας. Ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, ἐλύπησεν ὑμᾶς &c.

Octavò, & quidem à fol. 29 pag. 2, uſque ad fol. 51 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Breviarium Divinarum Scripturarum, paragraphis ſeu articulis trecentis diſtinctum*, cujus titulus & principium: Ἐκλογὴ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν πάνυ σύντομος καὶ ὠφέλιμος. Λέγει ἐν τοῖς ᾄσμασιν ὁ Σολομών· Ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι, καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαί, &c.

Nonò, & quidem à fol. 51 pag. 1, uſque ad fol. 58 pag. 1, PHOTII *Patriarchæ Conſtantinopolitani Liber ſchiſmaticus de Epiſcopis & Metropolitis, & contra Romanos ſive Latinos, Quæſtionibus decem diſtinctus*, cujus titulus: Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου ἀγωγαὶ καὶ ἀποδείξεις ἀκριβεῖς συνειλεγμέναι ἔκ τε συνοδικῶν καὶ ἱστορικῶν γραφῶν περὶ Ἐπισκόπων καὶ Μητροπολιτῶν, καὶ λοιπῶν ἑτέρων ἀναγκαίων καὶ ἐκκλησιαστικῶν ζητημάτων.

Decimò, & quidem fol. 58 pag. 1 & 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Diſſertatiuncula, quâ demonſtratur, incruentum Paſſionis Chriſti Sacrificium uno eodem die tantùm ſemel, non autem ſæpiùs à Sacerdote eſſe offerendum.* Principium ejus eſt: Ὁ ὀρθὸς λόγος καὶ ἡ ἀκριβὴς τῶν πραγμάτων κατανόησις τὸν ἱερέα ἅπαξ τῆς ἡμέρας ἐπιτρέπει τὴν ἀναίμακτον θυσίαν ἐπιτελεῖν, ἀλλ' οὐ πολλάκις· εἰ γὰρ &c.

Undecimò, & quidem à fol. 58 pag. 2, uſque ad fol. 59 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Diſſertatiuncula de generatione hominis*, cujus titulus & principium: Περὶ φύσεως ἀνθρώπου καὶ πόθεν τρίτα ἔννατα καὶ τεσσαρακοστά. Τὸ σπέρμα ἐν τῇ μήτρᾳ καταβαλλόμενον, ἐπὶ μὲν τῆς τρίτης ἡμέρας ἀλλοιοῦται εἰς αἷμα, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 59 pag. 2, uſque ad fol. 60 pag. 2, S. BASILII *Magni ad Gregorium Presbyterum Epiſtola* κατὰ συνεισάκτων γυναικῶν, cujus principium: (2) Ἐνέτυχόν σου τοῖς γράμμασι &c. Notabile porrò eſt, etiam in hoc Codice MSto rectè legi Γρηγόριος, non autem Παρηγόριος, ut perperàm legitur in Operum *S. Baſilii Magni* editione græco-latinâ *Pariſienſi*.

Decimo tertiò & decimo quartò, & quidem à fol. 60 pag. 2, uſque ad fol. 105 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Epiſtolæ duæ Parænetica ad Theodorum lapſum*, quarum prior inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου Λόγος παραινετικὸς ἐν εἴδει ἐπιστολῆς εἰς Θεό-

(1) Vide Operum *S. Baſilii Magni* editionem græco-latinam *Pariſienſem* Tom. II. pag. 720; ſed ibi pro πρεσβεῖα perperàm legitur πρεσβείας, hoc eſt, *Legationes*. (2) Vide ibidem Tom. II. pag. 984.

Θεόδωρον ἐκπεσόντα. (1) Τίς δώσει τῇ Κεφαλῇ μου ὕδωρ &c; poſterior autem ſic: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν ἐπιστολὴ β΄. (2) Εἰ δάκρυα καὶ στεναγμοὺς &c.

Decimo quintò & *decimo ſextò*, & quidem à fol. 105 pag. 2, uſque ad fol. 110 pag. 1, S. BASILII MAGNI *ad Monachum lapſum Epiſtolæ duæ*, quarum prior incipit: Δεινός μοι φόβος &c; poſterior autem: Χαίρειν οὐ λέγομεν, &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 110 pag. 1, uſque ad fol. 116 pag. 2, *Hiſtoria quædam ex Opere de Vitis Patrum*, cujus titulus & principium: Ἐκ τοῦ πατερικοῦ. Ἀδελφός τις ἠρώτησε γέροντα λέγων· παρακαλῶ Πάτερ εἰπεῖν μοι, πῶς δύναταί τις κτήσασθαι ἀρετήν· &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 116 pag. 2, uſque ad fol. 117 pag. 1, *Expoſitio Fidei*, quam S. GREGORIUS THAUMATURGUS per revelationem nocturnæ viſionis accepit à S. JOANNE EVANGELISTA, qui ipſi vigilanti in lecto, & de ratione ſermoneq; Fidei ſecum diſceptanti, unà cum *Beatiſſimâ Dei Genitrice* apparuit. Principium ejus eſt: (3) Εἷς Θεὸς Πατὴρ Λόγου ζῶντος, &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 117 pag. 2, uſque ad fol. 118 pag. 2, S. EPIPHANII, *Epiſcopi Conſtantiæ Cypri Recenſio viginti duorum Operum Hexaëmeri creationis Mundi*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου Ἀρχιεπισκόπου Κύπρου. Εἴκοσι δύο ἔργα ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἀπ᾽ ἀρχῆς ἄχρι τῆς ἑβδόμης ἡμέρας, ἅτινά ἐστι ταῦτα. Τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 118 pag. 2, uſque ad fol. 119 pag. 2, S. ANASTASII SINAITÆ, *Patriarchæ Antiocheni, Demonſtratio hiſtorica, magnam & angelicam eſſe Summi Sacerdotis dignitatem, nec Sacerdotem judicari poſſe à laico, ſed tantùm ab alio majori Sacerdote.* Ipſa tituli græci verba unà cum principio Narrationis ſunt hæc: Τοῦ ἁγιωτάτου Ἀναστασίου, Πατριάρχου Ἀντιοχείας, ἀπόδειξις, ὅτι μέγα καὶ ἀγγελικὸν τὸ ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα, καὶ ὅτι ἀδύνατον ἀνακρίνεσθαι ἱερέα ἀπὸ λαϊκοῦ, ἀλλ᾽ ὑπὸ μείζονος ἀρχιερέως, καθὼς (4) κανόνες φασίν. Ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ Φίλωνος τοῦ φιλοσόφου εὗρόν τι τοιοῦτον, ὅτι πῶς ἐν τῷ καιρῷ τοῦ διωγμοῦ Ἐπίσκοπός τις &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 119 pag. 2, uſque ad fol. 120 pag. 2, *EJUSDEM Narratio* quædam *de S. Gregorio Magno*, primo ejus nominis Pontifice Romano; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἀναστασίου διήγησις ἑτέρα περὶ τοῦ Πάπα Ῥώμης Γρηγορίου τοῦ θεολόγου καὶ θαυματουργοῦ. Διηγήσατο ἡμῖν τις πρεσβύτερος ὀνόματι Πέτρος, ἐλθὼν ἀπὸ Ῥώμης, περὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Γρηγορίου τοῦ θεολόγου τοῦ Πάπα τῆς αὐτῆς πόλεως, &c.

Vigeſimò ſecundò, & quidem à fol. 120 pag. 2, uſque ad fol. 298 pag. 1, *EJUSDEM Quæſtiones & Reſponſiones de variis Capitibus orthodoxæ fidei & de variorum Sacræ Scripturæ difficilium locorum interpretationibus.* Ipſa tituli græci verba ſunt ibi hæc: Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Ἀναστασίου ἀποκρίσεις πρὸς τὰς προσενεχθείσας αὐτῷ ἐπερωτήσεις παρά τινων ὀρθοδόξων περὶ διαφόρων κεφαλαίων. Prima autem Quæſtio cum principio Reſponſi eſt talis: Τί ἐστι τὸ σημεῖον τοῦ τελείου χριστιανοῦ; Πίστις ὀρθὴ καὶ ἔργα εὐσεβῆ· χριστιανὸς γὰρ &c. Plura de hiſce *Quæſtionibus & Reſponſionibus* videſis apud R. P. *Jacobum Gretſerum*, qui eas poſt *Gentiani Herveti* editionem latinam imperfectam primus numero *centum quinquaginta quatuor græcè* & *latinè*, & quidem ſub vero *Anaſtaſii Sinaitæ*, non autem

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editionem græco-lat. *Pariſienſem* Tom. IV. pag. 622. (2) Vide ibidem Tom. IV. pag. 666. (3) Vide Librum ſecundum Lambecianorum de *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* Commentariorum pag. 270, 271, 272 & 273.

Anaſtaſii Nicani nomine, edidit anno 1617 Ingolſtadii, typis Ederianis in quarto. Poteſt tamen etiam *Gretſeriana* illa editio beneficio hujus Codicis manuſcripti *Cæſarei* non exiguo ſupplemento augeri inter *Quæſtionem quadrageſimam ſecundam* & *quadrageſimam tertiam*; quippe ubi ipſe *Gretſerus* in margine annotavit, *ſex alias* intermedias *Quæſtiones*, quæ in *Herveti* editione tantùm latinè extant, in Codice ſuo manuſcripto Græco non comparuiſſe. Notandum inſuper eſt in eâdem *Gretſerianâ* editione nonnullis etiam locis deeſſe *nomina Autorum*, ex quorum Operibus *Quæſtiones & Reſponſiones* quædam deſumptæ ſunt.

Vigeſimo tertiò, & quidem fol. 298 pag. 1, *Fragmentum ex S.* EPIPHANII *Panario*, & quidem ex Refutatione *Hæreſeos ſeptuageſimæ octavæ*, *Antidicomarianitarum* appellatæ, *de S. Joſepho*, *Sponſo beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, *& de ejuſdem liberis ex primâ uxore Salome.* Titulus hujus Fragmenti unà cum principio eſt talis: Ἐπιφανίου ἐκ τῶν Παναρίων. Ὁ Ἰωσὴφ ἀδελφὸς ἦν τοῦ Κλωπᾶ· ἀμφότεροι γὰρ ἀπὸ Ἰακώβου τοῦ ἐπίκλην Πάνθηρος γεννηθέντες· ἔσχε δὲ ὁ Ἰωσὴφ γυναῖκα Σαλώμην ἐκ φυλῆς Ἰούδα, ἐξ ἧς &c. Differt autem Fragmentum hoc *manuſcriptum* non mediocriter ab editione ejuſdem *impreſſâ*, quæ extat Tomi primi Operum S. Epiphanii, græcè & latinè Pariſiis A. 1622 in folio editorum, pag. 1039.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 298 pag. 1, uſque ad fol. 305 pag. 2, *EJUSDEM Liber ſuppoſititius de Vitis Prophetarum eorúmque obitu & ſepulturâ*, ſed abbreviatus, & tàm reſpectu ordinis, quàm ſtyli, non mediocriter diſcrepans ab eo, qui extat in Operum S. Epiphanii editione græco-latinâ Pariſinâ Tom. II, pag. 235. Titulus jam memorati Libelli in Codice hoc manuſcripto eſt talis: Περὶ τῶν ἓξ καὶ δέκα Προφητῶν, καὶ πόθεν ἦσαν, καὶ πῶς ἐτελειώθησαν. Sequitur deinde ipſa Recenſio *ſedecim Prophetarum* ab *Oſeâ* uſque ad *Danielem*, hoc modo: Ὠσηὲ υἱὸς Βεηρὶ ἦν ἐκ Βελεμὼθ φυλῆς Ἰσάχαρ, &c Vita autem *Danielis* deſinit his verbis: φόνος ἔσται τοῦ Βελίαρ ἐν πάσῃ τῇ γῇ. Quâ finitâ, ſequitur *Appendix* quædam de Prophetis *Eliâ* & *Eliſæo*, cujus principium: Ἡλίας ὁ θεσβίτης ἦν ἐκ γῆς Ἀράβων &c; finis autem: καὶ εὐθὺς ἀνέζησεν ὁ νεκρός.

CLXXXV.

CENTESIMUS OCTOGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis quadraginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continetur eo *Series ordinationis univerſi Officii Eccleſiaſtici*, *conſtructa & antiquis Notis muſicis adornata à Magiſtro* JOANNE CUCUZELE. Ipſa tituli græci verba, cum principio primi Cantici, ſunt hæc: Βιβλίον σὺν Θεῷ ἁγίῳ περιέχον τὴν ἅπασαν ἀκολουθίαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς τάξεως, συνταχθεῖσαν παρὰ τοῦ Μαΐστορος κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Κουκουζέλη. Δεῦτε προσκυνήσωμεν &c. Hic verò *Joannes Cucuzeles* diverſus eſt, à *Joaſapho* cognominato *Cucuzele juniore*, cujus *Leo Allatius* in Diſſertatione primâ *de Libris Eccleſiaſticis Græcorum* pag. 99 & 100 meminit.

CLXXXVI.

CENTESIMUS OCTOGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum octoginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continetur eo *ANTHOLOGII Eccleſiaſtici Græcorum menſis November*, cum ſubjunctâ (1) *Joannis Diaconi Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*, cognomine *Eugenici*, *Oratione encomiaſticâ in S. Martyrem Jacobum Perſam*; cujus titulus & principium: Ἰωάννου Διακόνου τοῦ Εὐγενικοῦ ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα καὶ θαυματουργὸν Ἰάκωβον τὸν Πέρσην. Εἶτα πεπονηκὼς μὲν τις καὶ κάμνων τῷ σώματι ἰατρῷ τινι προσελθὼν, &c.

CLXXXVII.

CENTESIMUS OCTOGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum nonaginta tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo *varii CANONES* ſive *Cantica Eccleſiaſtica*, ut & *Acoluthiæ quædam* ſive *Officia Eccleſiaſtica.* *Primus* illorum *Canonum in S. Georgium Martyrem* habet autorem *Philotheum Patriarcham Conſtantinopolitanum*, & inſcribitur atque incipit hoc modo: (2) Κανὼν εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα καὶ τροπαιοφόρον Γεώργιον· ἦχος α΄, ᾠδὴ α΄. Φιλοθέου. Ἀναστάσεως ἡμέραν καπιδόντες λαμπρὰν &c. *Secundus* autem *Canon in S. Demetrium Martyrem*, quem *Alexius Metropolita Nicææ* compoſuit, inſcribitur atque incipit his verbis: (3) Στιχηρὰ προσόμοια εἰς τὸν μέγαν Δημήτριον· ποίημα τοῦ πανιερωτάτου μητροπολίτου Νικαίας κυροῦ Ἀλεξίου. ἦχος α΄. Δεῦτε τῶν πιστῶν τὸ πλήρωμα &c. Κανὼν, ᾠδὴ α΄, ἦχος τέταρτος. Τὴν γλῶτταν μου τρανώσον &c. Exſtant etiam ibi MARCI *Archiepiſcopi Epheſini* cognomine *Eugenici Cantica duo in S. Trinitatem*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: (4) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Μάρκου Ἀρχιεπισκόπου Ἐφέσου τοῦ Εὐγενικοῦ εἰς τὴν ἁγίαν καὶ ὁμοούσιον Τριάδα, καὶ τὸν αὐτῆς ἕνα τὸν δι' ἡμᾶς σαρκωθέντα Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ εἰς τοὺς ἀσωμάτους, καὶ εἰς τοὺς ἁγίους ἅπαντας, Στιχηρά. Μέγα τὸ εὐσεβὲς κήρυγμα &c. Item ejuſdem *Marci Archiepiſcopi Epheſini Canones octo in Beatiſſimam Virginem Deiparam*, quorum unuſquiſq; peculiarem ſuam habet *Acroſtichidem*, quæ, itidem ut quælibet *Ode nona*, nomine *Marci* inſignita eſt. *Primus* eorum inſcribitur atq; incipit hoc modo: (5) Κανὼν πρῶτος, οὗ ἡ ἀκροστιχίς. Ἀπάρχομαί σοι τῶν ἐμῶν λόγων, Κόρη, Μάρκος. Ὠδὴ α΄, ἦχος α΄. Ἀρχόμενοι σήμερον τοῦ τελευταίου &c. Quod porrò ad *Acoluthias* ſive *Officia Eccleſiaſtica*, eodem Codice comprehenſa, attinet, eorum *primum* eſt PHILOTHEI *Patriarchæ Conſtantinopolitani Officium in Gregorium Palamam Archiepiſcopum Theſſalonicenſem* unà cum inſerto *Synaxario Vitæ ipſius.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Officii* ſunt hæc: (6) Ἀκολουθία εἰς τὸν ἐν ἁγίοις Πατέρα ἡμῶν καὶ ὁμολογητὴν Γρηγόριον Ἀρχιεπίσκοπον Θεσσαλονίκης· ποίημα τοῦ

 ἁγιω-

(1) Ejuſdem *Joannis Oratio encomiaſtica in S. Joſephum Hymnographum* ſive *Melodum* memoratur à *Leone Allatio* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 97. (2) Vide ibi fol. 1. pag. 1. (3) Vide ibid. fol. 6. pag. 1. (4) Vide ibi fol. 40. pag. 1. (5) Vide ibi fol. 47. pag. 1. (6) Vide ibi fol. 72. pag. 1.

ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Φιλοθέου, καὶ ψάλλεται κυριακῇ δευτέρᾳ τῶν νηστειῶν. Εἰς τὸ Κύριε ἐκέκραξα Στιχηρὸν ἦχος β'. Ποίοις εὐφημιῶν ᾄσμασιν &c. Quid autem *de ſanctitate Gregorii Palamæ*, & *de hoc Philothei in laudem ipſius compoſito Officio Eccleſiaſtico* judicandum ſit, vide Lib. V. *Commentariorum Lambecianorum* pag. 195, 196, & 197. Et apud *Leonem Allatium* in Diſſertatione ſecundâ *de Libris Eccleſiaſticis Græcorum* à pag. 193, uſque ad pag. 219. *Secundum Officium Eccleſiaſticum*, quod in eodem Codice exſtat, eſt *Acoluthia in Joſephum Hymnographum*, cujus etiam *Synaxarium Vitæ* eidem inſertum eſt. Ipſa tituli græci verba cum principio *Officii* ſunt hæc: (1) Ἀκολουθία εἰς τὸν ὅσιον Πατέρα ἡμῶν Ἰωσὴφ τὸν ὑμνογράφον. Ἔχων ἐν καρδίᾳ σου &c. *Tertium Officium Eccleſiaſticum* ibidem exſtans eſt *Acoluthia in Septimam Synodum Oecumenicam*, cujus titulus & principium: (2) Κυριακῇ μετὰ τὴν ιά τοῦ Ὀκτωβρίου ψάλλεται ἡ Ἀκολουθία τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ζ' Συνόδου. Εἰς τὸ Κύριε ἐκέκραξα Στιχηρόν. Τὸν ἐν σαρκὶ ὀφθέντα Ἰησοῦν &c. *Quartum Officium Eccleſiaſticum* ibidem exſtans eſt *Acoluthia in ſex priora Concilia Oecumenica*, cujus titulus & principium: (3) Κυριακῇ μετὰ τὴν ιϛ' μνήμη τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Χαλκηδόνι χλ', καὶ μνήμη τῶν ἐν Νικαίᾳ τιή, καὶ τῶν ἐν τῇ βασιλευούσῃ πόλει ρν', καὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ σ', καὶ τῶν ἐν τῇ πέμπτῃ Συνόδῳ ρξ', καὶ τῶν ἐν τῇ ἕκτῃ ρό. Δεῖ γινώσκειν, ὅτι, εἰ γένηται ἐν κυριακῇ ἤγουν τῷ σαββάτῳ ἑσπέρας ἡ ἀκολουθία τῶν ἁγίων Πατέρων, ψάλλεται ὁ ἅγιος τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, εἰ δὲ &c. Inſerta etiam eſt eidem *Officio Synaxarium* ſive *Narratio compendiaria* de iiſdem *ſex Synodis Generalibus*; cujus inſcriptio: Συναξάριον τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν ἓξ Συνόδων. Exſtat demùm in eodem Codice etiam THOMÆ *Monachi Canon catanycticus*, cujus titulus & principium: Κανὼν κατανυκτικὸς, οὗ ἡ ἀκροστιχίς· Μέσης με νυκτὸς ἐξαναστήσον Λόγε, Θωμᾶ. Ὠδὴ ά, ἦχος πλ. β. Μεσονύκτιον πρὸς &c.

CLXXXVIII.

CENTESIMUS OCTOGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque *centum octoginta octo* foliis. Continentur eo *Quatuor Evangelia*, tanto ſtudio ſcripta, ut in fine cujuſque Evangelii non tantùm annotatum ſit, quot στίχους ſive *verſus* unumquodque comprehendat, verùm etiam quot ῥήματα ſive *verba*. Præfixi etiam ibi ſunt iiſdem *Canones Euſebiani de conſonantiâ quatuor Evangeliſtarum*, unà cum *Epiſtolâ ad Carpianum*, quâ compoſitionis eorum redditur ratio. Poſt quatuor autem Evangelia extat in eodem Codice *Ephemeris* ſive *Calendarium Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*, quo recenſentur *Lectiones Evangelicæ* ſingulis cujuſque menſis diebus aſſignatæ, unà cum *nominibus Sanctorum*, quorum memoria quotannis celebratur.

CLXXXIX.

CENTESIMUS OCTOGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis ſexaginta octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò,

(1) Vide ibi fol. 87. pag. 2. (2) Vide ibi fol. 100. pag. 2. (3) Vide ibi fol. 114. pag. 1.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 227 pag. 1, GREGORII *Tauromeniæ in Siciliâ Archiepiſcopi cognomine* CERAMEI ſive *Figuli*, qui in *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* (1) Codice MSto Theologico Græco *ducenteſimo quinquageſimo ſeptimo* infrà appellatur *Theophanes*, *Homiliæ triginta ſex in Evangelia Dominicalia & Feſta anniverſaria*, quarum *prima* in principium novi anni inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ ῥητορικωτάτου καὶ σοφωτάτου κυροῦ ΓΡΗΓΟΡΙΟΥ τοῦ ΚΕΡΑΜΕΩΣ Μητροπολίτου Ταυρομενίας τῆς Σικελίας Ὁμιλία εἰς τὴν ἀρχὴν τοῦ ἔτους. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς ὁ καταξιώσας ἡμᾶς &c; *ultima* autem in undecimum Evangelium Officii matutini Reſurrectionis Domini hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ Ὁμιλία εἰς τὸ ιά ἑωθινόν. Τῷ καιρῷ ἐκείνῳ ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, &c. Edidit has cæteráſque, quotquot reperire potuit, *Theophanis* ſeu *Gregorii Cerarnei Homilias*, numero ſexaginta duas, R. P. *Franciſcus Scorſus* Panormitanus Soc. Jeſ. græcè & latinè Lutetiæ Pariſiorum A. 1644 in folio. De *ætate* verò *Theophanis* ſeu *Gregorii Ceramei*, & *duplici* ejus *nomine* vide prolixiùs CL. *Lambecium*, Lib. V. *Commentar.* pag. 53, 54, 55, 56 & 57.

Citantur etiam ibidem aliquoties αἱ Ἀποστολικαὶ διατάξεις ſive *Conſtitutiones Apoſtolicæ*, quæ vulgò attribuuntur *S. Clementi Papæ*, maximéque notabilis inter illas eſt *Conſtitutio ſub nominibus SS. Apoſtolorum* (1) *Petri & Pauli*; quâ ſancitur, ut ſervi *quinque diebus* cujuſque hebdomadis opus faciant, (2) *Sabbato* autem & *Die dominico* ferientur in Eccleſiâ propter doctrinam religionis. Ipſa tituli græci ibi verba, cum principio iſtius Conſtitutionis, ſunt hæc: Διάταξις Πέτρου καὶ Παύλου τῶν Ἀποστόλων. Ἐγὼ (3) Πέτρος καὶ Παῦλος διατασσόμεθα ἐργάζεσθαι τοὺς δούλους ἡμέρας πέντε, σαββάτῳ δὲ καὶ κυριακῇ σχολάζειν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ τὴν διδασκαλίαν τῆς εὐσεβείας· τὸ μὲν γὰρ σάββατον εἴπομεν δημιουργίας λόγον ἔχειν, τὴν δὲ κυριακὴν, ἀναστάσεως· &c.

Secundò, & quidem à fol. 45 pag. 2, uſque ad fol. 48 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Epiſtolæ octo*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit: Τῷ Χαρτοφύλακι κυρῷ Νικηφόρῳ· Ἐκ τοῦ ἐπιπόνου καὶ πολυμερίου μοι πλάνης ἐπαναστρέψαντι, τιμιώτατε δέσποτα, &c; *octava* autem ſive *ultima*: Τῷ μεγάλῳ Δομεστίκῳ· Ἐγὼ δὲ καὶ νεκρὸς ἤδη γενόμενος &c.

Tertiò, & quidem à fol. 49 pag. 1, uſque ad fol. 58 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Commentarius in Eccleſiaſten Salomonis*, cujus principium: Τῇ ἀμαθίᾳ ὥσπερ χαλεπῇ νόσῳ πολλὰ ἁμαρτήματα ἕπεται, ἡ δὲ παιδεία πάντα φέρει τὰ ἀγαθά· &c.

Quartò, & quidem à fol. 59 pag. 1, uſque ad fol. 72 pag. 1, *Liber Sapientiæ* SALOMONIS, cujus principium: Ἀγαπήσατε δικαιοσύνην οἱ κρίνοντες τὴν γῆν, &c.

Quintò, & quidem à fol. 73 pag. 1, uſque ad fol. 77 pag. 1, SALOMONIS *Canticum Canticorum*: Ἆσμα ἀσμάτων, ὅ ἐστι τῷ Σολομών. Φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ, &c.

Sextò, & quidem fol. 77 pag. 2, uſque ad fol. 97 pag. 2, *Proverbia* SALOMONIS: Παροιμίαι Σολομῶντος υἱοῦ Δαβίδ, ὃς ἐβασίλευσεν &c.

Septimò, & quidem à fol. 97 pag. 2, uſque ad fol. 132 pag. 1, *Sapientia JESU filii Sirach*: Πᾶσα σοφία παρὰ Κυρίου &c.

Octavò, & quidem à fol. 132 pag. 1, uſque ad fol. 151 pag. 2, *Liber JOBI*: Ἄνθρωπός τις ἦν ἐν χώρᾳ τῇ Αὐσίτιδι ᾧ ὄνομα Ἰώβ, &c.

Nono, & quidem à fol. 152 pag. 1, uſque ad fol. 187 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris* Ἑρμηνεία, ſive *Interpretatio variorum Veteris Teſtamenti Teſtimoniorum de Deitate & Incarnatione Chriſti*. Principium ejus eſt: (4) Ἀποκαλύψει ὁ Κύριος τὸν βραχίονα αὐτοῦ τὸν ἅγιον ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν, &c.

Decimò, & quidem à fol. 187 pag. 1, uſque ad fol. 195 pag. 1, *Sententiæ & Apophthegmata variorum* SAPIENTUM, *ordine alphabetico*. Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: Γνῶμαι καὶ Ἀποφθέγματα κατ' ἐκλογὴν καὶ κατὰ στοιχεῖον διαφόρων σοφῶν. Ἄριστον καὶ πρῶτον μάθημά ἐστιν ἐν ἀνθρώποις &c.

Undecimò,

(1) Vide ibi fol. 34. pag. 2 & fol. 35 pag. 1 & 2. (2) Vide *Conſtitutiones Apoſtolicas*, quæ vulgò *S. Clementi Papæ* attribuuntur, lib. 8. cap. 33. cum doctiſſimis R. P. *Franciſci Turriani* S. J. Notis; atque inſuper ibidem conſule lib. 7. cap. 24. & Card. *Baronii* Annal. Eccleſiaſt. Tom. I. an. 57. num. 206. (3) Ita ibi in hoc Codice MSto *Cæſareo* ſcriptum eſt, nempe *Ego Petrus & Paulus*; non autem vice verſâ *Ego Paulus & Petrus*, ut R. P. *Franciſcus Turrianus* in ſuis exemplaribus ſcriptum reperit. Quâ de re vide ibi eruditiſſimam ipſius Annotationem pag. 263 editionis Antverp. Plantin. An. 1578 in folio. Conſule etiam V. CL. *Leonis Allatii* de Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ conſenſione lib. 1. cap. 6. utpote ubi ex profeſſo prolixè & accuratè agitur de *plumbeis ſigillis* Diplomatum Pontificum Romanorum, & de aliis antiquis *Imaginibus*, in quibus *S. Paulus à dextrâ S. Petri* collocatus cernitur. (4) Vide Pſalmum Davidis *nonageſimum ſeptimum*.

Undecimò, & quidem à fol. 196 pag. 1, uſque ad fol. 206 pag. 1, SYMEONIS *Archiepiſcopi Theſſalonicenſis ad pios quoſdam Cretenſes Commentarius de divino Templo & de iis, quæ eo continentur; ut & de Diaconis, Presbyteris & Epiſcopis, déque Veſtibus, quibus unuſquiſque eorum utitur; ac denique de ſacroſanctâ Myſtagogiâ ſive Miſſâ, ejuſque Cæremoniis.* Ipſa tituli græci verba, cum principio Libri, ſunt hæc: Ἑρμηνεία ποιηθεῖσα τῷ ἁγιωτάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ Θεσσαλονίκης κυρῷ Συμεὼν περὶ τοῦ θείου Ναοῦ καὶ τῶν ἐν αὐτῷ, Ἱερῶν τε περὶ καὶ Διακόνων, καὶ Ἀρχιερέων τε καὶ ὧν ἕκαστος τούτων στολῶν ἱερῶν περιβάλλεται· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς θείας Μυσταγωγίας λόγον ἑκάστῳ διδοῦσα ἐν αὐτῇ τελουμένων θείως, καὶ τοῖς ἐν Κρήτῃ εὐσεβέσι ζητήσασι ἀποσταλεῖσα. Ἐξ ἀγάπης θείας κεκινημένοι, &c Primus hunc Librum, ſed *latinè* tantùm, edidit R. P. *Jacobus Pontanus* S. J. in Appendice Operum *Symeonis Junioris Theologi*, Ingolſtadii typis Adami Sartorii A. 1603 in quarto editorum, à pag. 425, uſque ad pag. 444; *græcè* autem & *latinè* edidit eundem R. P. *Jacobus Goar* O. P. in *Euchologio* ſive *Rituali Græcorum*; Pariſiis apud Symeonem Piget A. 1647 in folio edito, à pag. 212, uſque ad pag. 232.

Duodecimò, & quidem à fol. 206 pag. 1, uſque ad fol. 209 pag. 2, (1) *Hiſtoria de quodam Principe Judæorum* nomine *Theodoſio*, qui tempore *Imp. Juſtiniani* argentario cuidam Chriſtiano, nomine *Philippo*, patefecit vetuſtiſſimum & à Judæis ſummo ſtudio occultatum Templi Hieroſolymitani Teſtimonium publicum de Servatore noſtro JESU CHRISTO, quòd is filius fuerit *Dei viventis* & *Mariæ, ante & poſt partum Virginis.* Ipſa tituli græci verba, cum principio Narrationis, ſunt ibi hæc: (2) Κατάθεσις Ἰουδαίου ὁμολογήσαντος τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος εἶναι καὶ τῆς ἁγίας ἀχράντου καὶ Θεοτόκου Μαρίας, τῆς καὶ μετὰ τὸ γεννῆσαι μεινάσης παρθένου. Ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ εὐσεβεστάτου Βασιλέως Ἰουστινιανοῦ γέγονε τοιοῦτον. Ἐγένετό τις ἀρχηγὸς τῶν Ἰουδαίων· ὄνομα αὐτῷ Θεοδόσιος, πλείστοις δὲ τῶν Χριστιανῶν γνωστὸς ὑπῆρχε, καὶ αὐτῷ τῷ μνημονευθέντι Βασιλεῖ. κατὰ δὲ τοὺς χρόνους ἐκείνους &c. Eadem Narratio exſtat etiam apud *Suidam Lexicographum* ſub titulo Ἰησοῦς.

CC.

DUCENTESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis ſeptem.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 68 pag. 2, S. ANASTASII SINAITÆ, *Patriarchæ Antiocheni*, *Quæſtiones & Reſponſiones Sacræ quatuordecim*, quarum *prima*: (3) Ἐρώτησις α΄· Τί ἐστι τὸ σημεῖον τοῦ τελείου χριστιανοῦ; Ἀπόκρισις· Πίστις ὀρθὴ καὶ ἔργα εὐσεβῆ· χριστιανὸς γὰρ &c.

Secundò, & quidem à fol. 69 pag. 1, uſque ad fol. 78 pag. 2, Ἐκ τῆς βίβλου τοῦ ἁγίου Πέτρου τοῦ Δαμασκηνοῦ λόγοι ψυχωφελεῖς· Hoc eſt: *Ex Libro Sancti* PETRI DAMASCENI *Sermones animæ utiles.* Principium eſt: Τρίτη ἐστὶν ἀγρυπνία σύμμετρος, τὸ ἥμισυ τῆς νυκτὸς εἰς ὕπνον ἔχειν, καὶ τὸ ἥμισυ εἰς ψαλμῳδίαν, προσευχὴν, στεναγμούς τε καὶ δάκρυα, ἵνα, &c.

 Tertiò,

(1) Ejuſdem Hiſtoriæ meminit quoque *Michaël Glycas* in Epiſtolâ. 53. (2) Similiter etiam apud *Suidam* in eadem Narratione legitur Κατάθεσις pro *Teſtificatione* ſeu *perhibitione teſtimonii*, ideóque audiendi non ſunt *Hieronymus Wolfius* & *Æmilius Portus*, qui pro Κατάθεσις perperàm legendum eſſe cenſent συγκατάθεσις, hoc eſt, *conſenſus*. Vide ibi pag. 1230. & 1232. Tom. I. edit. græco-lat. *Æmilii Porti* Colon. Allobrog. A. 1619 in folio. (3) Vide Librum *tertium* Lambecianorum Commentariorum pag. 197 & 210, & Libri IV. pag. 139, 140 & 169.

Tertiò, & quidem fol. 78 pag. 2, Fragmentum aliquod ex PALLADII *Hiſtoriâ Lauſiacâ.*

Quartò, & quidem à fol. 79 pag. 1, uſque ad fol. 89 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio de Pœnitentiâ & Eleemoſynâ*; cujus principium: (1) Βασιλέως μὲν τοῦ ἐπιγείου στρατιώτας &c.

Quintò, & quidem fol. 89 pag. 3, ex Operibus S. BASILII MAGNI Fragmentum *de Jejunio.*

Sextò, & quidem à fol. 90 pag. 1, uſque ad fol. 97 pag. 1, Excerptum ex *Vitâ* S. BASILII JUNIORIS; cujus titulus & principium: Ἐκ τοῦ βίου τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ Νέου, καὶ εἰς γυναῖκά τινα ὀνόματι Θεοδώραν, διήγησις μερική. Ὅταν γὰρ ἦλθον εἰς τὸ χωρισθῆναι τοῦ σώματος καὶ τελευτῆσαι, πῶς σοι ὑπαγορεύσω, τέκνον, τοῦ θανάτου τὸν πόνον; &c.

Septimò, & quidem à fol. 97 pag. 1, uſque ad fol. 100 pag. 2, S. MACARII *Abbatis Narrationes duarum Viſionum ſuarum de Sanctis Angelis.*

Octavò, & quidem à fol. 101 pag. 1, uſque ad fol. 109 pag. 2, *Vita S. Euphroſynæ Virginis & ſub fictitio Smaragdi nomine Monachi*; cujus titulus & principium: Βίος καὶ πολιτεία τῆς ὁσίας μητρὸς ἡμῶν Εὐφροσύνης, τῆς μετακληθείσης Σμαράγδου, καὶ τῶν αὐτῆς γονέων. Ἐγένετό τις ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλει ἀνὴρ ἔνδοξος ὀνόματι Παφνούτιος &c. Vide *Vitas Patrum* à R. P. *Heriberto Roſweido* S. J. editas Lib. I. pag. 363; item R. P. *Laurentii Surii* Carthuſiani Tomum primum de probatis Sanctorum Hiſtoriis Calendis Januarii, & RR. PP. *Bollandi* & *Henſchenii* Acta Sanctorum d. XI. Februarii. Conſule etiam V. CL. *Leonis Allatii* Diatribam de *Symeonum* Scriptis pag. 120, ubi hanc S. *Euphroſynæ* Vitam *Symeoni Metaphraſtæ* abjudicat.

Nonò, & quidem à fol. 109 pag. 2, uſque ad fol. 112 pag. 2, Fragmentum ex S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratione* περὶ Κοινωνίας, ſive *de ſacrâ Communione*; quod incipit: Πειθώμεθα τοίνυν, ἀδελφοὶ, τῷ Θεῷ πανταχοῦ &c; & paulò poſt: Ἐπεὶ οὖν ὁ Λόγος φησὶ, τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου καὶ πειθώμεθα καὶ πιστεύωμεν, &c.

Decimò, & quidem à fol. 112 pag. 2, uſque ad fol. 117 pag. 1, Hiſtoria *Miraculi* in Urbe *Beryto* editi per *Imaginem Chriſti*, à *Judæis* ad imitationem Paſſionis Dominicæ crucifixam. Attribuitur autem ea etiam in hoc Codice perperàm S. *Athanaſio Archiepiſcopo Alexandrino.* Conſule de eâdem re Librum *primum* Lambecianorum Commentariorum à pag. 123 uſque ad pag. 132, & Librum *tertium* pag. 97 & 220.

Undecimò, & quidem fol. 117 pag. 1 & 2, Fragmentum hiſtoricum de PHOCÆ *Tyranni interfectione per Imp. Heraclium* & *de origine* MUCHAMMEDIS Pſeudo-Prophetæ Saracenorum.

Duodecimò, & quidem fol. 117 pag. 2, & fol. 118 pag. 1 & 2, *Obſervationes* & *Experimenta* quædam *Medica* græco-barbarè.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 119 pag. 1, uſque ad fol. 132 pag. 1, *Revelationes de rebus, quæ à creatione Mundi contigerunt, & quæ deinceps contingere debent uſque ad interitum Saracenorum & conſummationem Mundi.* Attribuuntur autem illæ ibi perperàm S. *Methodio Martyri, Patarorum in Lyciâ Epiſcopo*, ut ex ſequenti Inſcriptione videre eſt: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΜΕΘΟΔΙΟΥ Ἐπισκόπου Πατάρων καὶ Μάρτυρος περὶ τῶν Σαρακηνῶν καὶ Ῥωμαίων παραστάσεως, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ βοηθείας καὶ ἀντιλήψεως, καὶ περὶ τῆς παντελοῦς

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savillianam Tom. VI. pag. 917.

τελῶς ἐκτόξεως καὶ ἀφανισμοῦ τῶν Σαρακηνῶν, καὶ περὶ τῆς τοῦ κόσμου συντελείας. Ipſa deinde Narratio incipit his verbis: Ἐξελθόντες ὅ τε Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα ἐκ τοῦ παραδείσου παρθένοι ἐτύγχανον. Ἐν δὲ τῷ τριακοστῷ χρόνῳ τῆς ἐκ τοῦ παραδείσου ἐξόδου αὐτῶν ἔτεκον πρωτότοκον υἱὸν αὐτῶν Καὶν καὶ τὴν ἀδελφὴν αὐτοῦ Καλημάραν, &c. Exſtant quidem hæ *Revelationes* ſub falſo S. *Methodii* nomine cùm (1) aliàs ſæpiùs editæ, tùm quoque in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum græco- latinâ Pariſienſi anni 1654 Tom. XV. à pag. 611, uſque ad pag. 618, ſed tantùm *latinè*; &, quæ verba in hoc Codice MSto Cæſareo ſunt principium *totius Narrationis*, ea ſunt in jam memoratâ editione impreſsâ principium *Capitis tertii*, utpote quod ibi incipit hoc modo: *Sciendum námque eſt, exeuntes Adamum & Evam de Paradiſo virgines fuiſſe. Anno autem triceſimo expulſionis eorum de Paradiſo, genuerunt Cain primogenitum & ſororem ejus* (2) *Chalmanan*, &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 132 pag. 1, uſque ad fol. 134 pag. 2, Fragmentum hiſtoricum *de Imperio Imp. Auguſti*, & *de rebus Judaicis*, quæ ſub illo contigerunt.

Decimo ſextò, & quidem fol. 134 pag. 2, & fol. 135 pag. 1, *Genealogia Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, cujus titulus & principium: Πόθεν γενεαλογεῖται ἡ Θεοτόκος. Βούλεται ὁ λόγος τήν τε Μαρίαν τὴν Θεοτόκον ἀποδεῖξαι, καὶ τὸν ταύτης μνηστῆρα Ἰωσὴφ, καὶ τὴν Ἐλισάβετ τὴν συγγενῆ τῆς Θεοτόκου, &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 135 pag. 1, uſque ad fol. 140 pag. 1, Excerpta quædam *ex S. GREGORII MAGNI Dialogis* de ſtatu animarum poſt hanc vitam.

Decimo octavò, & quidem à fol. 140 pag. 1, uſque ad fol. 149 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris Ἐξήγησις, ſive *Expoſitio Symboli Religionis Chriſtianæ*, reſpectu *Proceſſionis Spiritûs Sancti ex Patre & Filio* à Græcis ſchiſmaticis depravati; ut & *Orationis Dominicæ*.

Decimo nonò, & quidem à fol. 150 pag. 1, uſque ad fol. 154 pag. 1, Excerpta Expoſitionum Veteris Teſtamenti de *Melchiſedecho*, de *Puteo juramenti*, de *Loto*, de *nativitate Iſaaci*, & de *adulterio Davidis cum Bethſabe*.

Vigeſimò, & quidem fol. 155 pag. 1 & 2, Narratiuncula fabuloſa, continens S. JULII, *primi ejus nominis Pontificis Romani*, qui A. C. 352 obiit, ad *Juvenalem Epiſcopum Hieroſolymitanum*, qui A. 457, vel 458 obiit, *Reſponſum de differentiâ temporis inter Feſtum Nativitatis Chriſti, & Feſtum Baptiſmatis Chriſti*. Principium iſtius Narratiunculæ eſt: Ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἑώρταζον οἱ χριστιανοὶ τὴν Χριστοῦ γέννησιν καὶ τὰ φῶτα. &c.

Vigeſimo primò, & quidem fol. 155 pag. 2, & fol. 156 pag. 1 & 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Fragmenta duo de Animâ*.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 156 pag. 2, uſque ad fol. 158 pag. 1, S. BASILII MAGNI *Paræneſis*, cujus principium: Ἐβουλόμην σε μικρὸν ἀναπνεῦσαι τῆς τῆς ἀπμίας παθῶν ὦ ἄνθρωπε, &c.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 158 pag. 1, uſque ad fol. 182 pag. 1, Excerpta miſcellanea ex *Operibus* (3) S. *Baſilii Magni*, (4) S. *Joannis Chryſoſtomi*, & (5) S. *Joannis Damaſceni*; ut & *ex Vitis Patrum & anonymorum quorundam Autorum Expoſitionibus in Sacram Scripturam* variæ Eclogæ.

Vigeſimo

(1) Nempe *Auguſtæ Vindelicorum* typis Joannis Froſchauer A. 1496. in quarto cum *Wolfgangi Ayringeri* Clerici Auguſtani Commentario; item *Baſileæ* typis Michaelis Furter A. 1516 in quarto, cum eodem ſuprà memorato Commentario; & *Wiennæ Auſtriæ* typis Hæredum Syngrenii A. 1547 in quarto, cum ampliſſimis Prolegomenis & Commentario *Wolfgangi Lazii*. (2) Pro *Chalmanan* legitur in Codice hoc MSto *Cæſareo* Καλημάραν, ſive *Calemaran*. (3) Vide ibi fol. 163. pag. 2. (4) Vide ibi fol. 170. pag. 1. (5) Vide ibi fol. 138. pag. 2.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 183 pag. 1, uſque ad fol. 196 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Epiſtolæ ſeptendecim*, quarum *prima* ad *Timotheum Presbyterum* incipit: (1) Τιμοθέῳ πρεσβυτέρῳ. Ἡμεῖς μὲν σοι καὶ πρώην ἐπεστάλκαμεν &c.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 197 pag. 1, uſque ad fol. 200 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Oratio de Compunctione & Confeſſione*; cujus titulus & principium: Ὁμιλία περὶ κατανύξεως καὶ ἐξομολογήσεως. Χρὴ γινώσκειν ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, ὅτι ὁπόταν ὑποσύρει ἡ ψυχὴ &c.

Vigeſimo ſextò, & quidem fol. 201 pag. 1, Fragmentum hiſtoricum *de Origine Agarenorum*.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem fol. 201 pag. 2, Expoſitio versûs *quinti* Capitis *vigeſimi ſeptimi* Evangelii S. *Matthæi* de *Judâ* proditore: Καὶ ῥίψας τὰ ἀργύρια ἐν τῷ ναῷ, ἀνεχώρησε, καὶ ἀπελθὼν, ἀπήγξατο· Hoc eſt ſecundùm vulgatam verſionem: *Et projectis argenteis in templo, receſſit, & abiens, laqueo ſe ſuſpendit.*

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 201 pag. 2, uſque ad fol. 203 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Expoſitio Symboli Fidei & Orationis Symeonis* τοῦ Θεοδόχου cap. 2 Evangelii S. *Lucæ*: *Nunc dimittis ſervum tuum Domine ſecundùm verbum tuum in pace*; &c.

Vigeſimo nonò, & quidem fol. 203 pag. 1, Expoſitio cauſæ, *cur ſolus S. Apoſtolus Jacobus Minor præ aliis S. Joſephi filiis cognominatus ſit* Ἀδελφόθεος ſive *Frater Domini.* Principium ejus eſt: Μείζων ὁ μνηστὴρ Ἰωσὴφ τὰ ἑαυτοῦ τοῖς ἰδίοις υἱοῖς &c.

Trigeſimò, & quidem à fol. 203 pag. 2, uſque ad fol. 205 pag. 1, Annotationes miſcellaneæ de *præcipuis Orbis terrarum Fluviis, Maribus, & Montibus*; item de *ſeptem Climatibus*, de *ſeptem Theamatibus* ſive *admirandis Spectaculis*, de *Creatione Angelorum*, de *Creatione Cœli, Terræ, Maris*, & *Stellarum*, de *origine Aſtronomiæ*, de *magnitudine Solis* & *Lunæ*, de *Meteoris ignitis*, de *Ventis*, de *Thermis*, de *Tonitru* & *Fulgure*, de *Nive, Grandine, Glacie* & *Cryſtallo*; ac denique de eo, *quòd toto tempore antediluviano nunquam pluerit*.

CCI.

DUCENTESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis & uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 20 pag. 2, *PHILOTHEI*, *Patriarchæ Conſtantinopolitani*, qui ſeculo poſt Chriſtum *decimo quarto* ſub Imperatoribus *Joanne Cantacuzeno & Joanne Palæologo*, floruit, *Oratio in S. Demetrium Martyrem*, cujus titulus & principium: Τοῦ Πατριάρχου Φιλοθέου ὁμιλία εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα τοῦ Χριστοῦ Δημήτριον τὸν μυροβλύτην, καὶ εἰς τὸ εὐαγγελικὸν ῥητὸν τὸ, Ταῦτα ἐντέλλομαι ὑμῖν, ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. Δημήτριος ἡμῖν τοῦ τε συλλόγου καὶ τῶν λόγων ἀφορμὴ πρόκειται σήμερον, &c. Meminit hujus *Orationis Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 84 & 85. De autore autem illius *Philotheo* conſulendus, imprimis, ſed cautè legendus eſt, *Imp. Joannes Cantacuzenus*, ſub nomine *Joaſaphi Chriſtoduli* monachus, Hiſtoriæ Byzantinæ lib. 4, cap. 16, ubi eum propter eximiam eruditionem tàm profanam quàm ſacram, cum ſingulari ſanctimoniâ vitæ conjunctam, vehementer laudat, & ex *Abbate Monaſterii montis Atho* in *Epiſcopum Heracleæ Thraciæ* electum fuiſſe memorat;

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. VII. pag. 198.

morat; item capite 29: ubi ſummâ cum laude prædicat Epiſcopalem ipſius ſolicitudinem & diligentiam in liberandis captivis *Heracleenſibus*; tùm capite 37, ubi refert electionem ipſius in *Patriarcham Conſtantinopolitanum*, & modeſtiſſimam ſanctiſſimámque *Patriarchatûs* adminiſtrationem maximis effert laudibus; adhæc capite 39, ubi exhibet ſaluberrimam ipſius admonitionem de non utendo *Barbarorum* auxilio contra *Chriſtianos*; præterea capite 40, ubi narrat fugam ipſius & latitationem metu *Imp. Joannis Palæologi*; ac demùm capite 50, ubi recenſet reſtitutionem ipſius in Patriarchatum Conſtantinopolitanum poſt *Patriarchæ Calliſti* mortem.

Secundò, & quidem à fol. 21 pag. 1, uſque ad fol. 60 pag. 2, *EJUSDEM Orationes tres ad Imperatricem Helenam Cantacuzenam, Imp. Joannis Cantacuzeni filiam, & Imp. Joannis Palæologi uxorem, de beatitudinibus Evangelicis*, quarum ipſe Servator noſter *Chriſtus* apud S. *Matthæum* capite quinto meminit. Earum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Τῇ εὐσεβεστάτῃ Αὐγούστῃ καὶ θαυμαστῇ Βασιλίδι τῶν Ῥωμαίων κυρίᾳ Ἑλένῃ Φιλόθεος Πατριάρχης περὶ τῶν ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ μακαρισμῶν. Μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. &c. Si quis porrò ſcire deſideret, quantis virtutibus *Imperatrix Helena*, ad quam *tres* illæ *Orationes* habitæ ſunt, prædita fuerit, is conſulat *Imp. Joannis Cantacuzeni* Hiſtoriam Byzantinam lib. 4, cap. 34, ubi ampliſſimum ejus & elegantiſſimum inveniet encomium.

Tertiò, & quidem à fol. 61 pag. 1, uſque ad fol. 69 pag. 2, *EJUSDEM* Στιχηρὰ, ſive *Cantica duo Eccleſiaſtica in honorem & laudem defuncti Gregorii Palamæ Archiepiſcopi Theſſalonicenſis*, unà cum *Acoluthia* ſive *Officio Eccleſiaſtico* in ejuſdem *Gregorii memoriam*. Primum *Canticum* inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ αὐτοῦ Στιχηρὸν εἰς τὸν ἐν ἁγίοις Πατέρα ἡμῶν Γρηγόριον Ἀρχιεπίσκοπον Θεσσαλονίκης τὸν Θαυματουργόν. Εὐφραίνου ἐν Κυρίῳ πόλις Θεσσαλονίκη, &c; *ſecundum* autem: Χάριτι τῆς εὐσεβείας φωστὴρ &c. Sequitur deinde *Acolúthia* ſive *Officium* hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ Πατριάρχου Ἀκολουθία εἰς τὸν ἐν ἁγίοις Πατέρα ἡμῶν Γρηγόριον Ἀρχιεπίσκοπον Θεσσαλονίκης τὸν Θαυματουργόν. Πάτερ ἱερὲ Γρηγόριε, σὺ τὸν Θεὸν ἐκ παιδὸς ἀγαπήσας διέφυγες ὑλικὴν προσπάθειαν &c. Ibidem nominatim etiam fit mentio *Barlaami Calabri* & *Gregorii Acyndini* tanquam hæreticorum à *Gregorio Palamâ* convictorum. Plura de hoc *Gregorio Palamâ*, ut & de *Barlaamo Calabro* & de *Gregorio Acyndino*, vide apud *Imp. Joannem Cantacuzenum* in Hiſtoriâ Byzantinâ ſuorum temporum, & apud *Leonem Allatium* in Opere doctiſſimo de Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ Conſenſione lib. 2. cap. 16 & 17; col. 823 & 824. Conſule etiam Librum IV. Lambec. Comment. pag. 326 & 327.

Quartò, & quidem à fol. 70 pag. 1, uſque ad fol. 87 pag. 1, *EJUSDEM Patriarchæ Philothei Epiſtola ad Petriotam Barlaami Calabri ſectatorem, quòd uti ſancta Trinitas unus eſt Deus, ſic etiam una ſit Deitas, & de divinâ operatione.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Epiſtolæ* ſunt hæc: Τῷ Πετριώτῃ, ὅτι ὥσπερ εἷς Θεὸς ἡ ἁγία Τριὰς, οὕτω καὶ μία ἡ Θεότης, καὶ περὶ θείας ἐνεργείας. Χθὲς καὶ πρότριτά μοι τις τῶν συνήθων ἀγγελίαν ἧκε κομίζων, &c.

Quintò, & quidem à fol. 88 pag. 1, uſque ad fol. 111 pag. 2, *EJUSDEM Patriarchæ Philothei Diſſertatio ad Magnum Domeſticum Palæologum de Deitate*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου κυροῦ Φιλοθέου. Τῷ εὐγενεστάτῳ μεγάλῳ Δομεστίκῳ τῷ Παλαιολόγῳ περὶ τοῦ ἐν τοῖς πρὸς Εὐνόμιον ἀντιῤῥητικοῖς τοῦ ἁγίου Βασιλείου ῥητοῦ, τοῦ λέγοντος· &c.

Sextò, & quidem à fol. 111 pag. 2, uſque ad fol. 166 pag. 1, *EJUSDEM Patriarchæ Philothei ad eundem Magnum Domeſticum Palæologum Diſſertatio de divinâ Chriſti* (1) *Transfiguratione in Monte Thabor, & de lumine, quod ibi diſcipulis apparuit.* Ipſa tituli græci verba cum principio Diſſertationis ſunt hæc : Πρὸς τὸν αὐτὸν περὶ τῆς ἐν Θαβωρίῳ θείας τοῦ Χριστοῦ μεταμορφώσεως, ὅτι οὔτε οὐσία Θεοῦ τὸ κατ᾽ αὐτὴν φῶς, οὔτε κτίσμα, ἀλλ᾽ ὅτι εἶδον αὐτὸ οἱ Ἀπόστολοι, καὶ πῶς εἶδον, καὶ ὅτι οὐ σιωπᾶσθαι δεῖ περὶ τούτου λόγους κατά τινας χρὴ, ἀλλὰ καὶ κηρύττεσθαι, καὶ πρὸς τὴν μετοχὴν μάλιστα σπεύδειν πάντας τοῦ θείου φωτὸς ἐκείνου. Ἐπεὶ δὲ τὰς λέξεις καθ᾽ ἡμῶν συκοφαντίας τε καὶ καινοτομίας &c. Judicium de hâc ut & proximè præcedenti *Patriarchæ Philothei* Diſſertatione, vide apud *Leonem Allatium* Lib. 2. de Eccleſ. Occident. & Orient. perpetuâ Conſenſione cap. 17. §. 2.

Septimò, & quidem à fol. 167 pag. 1, uſque ad fol. 174 pag. 2, GREGORII SINAITÆ *Capita triginta quinque de Quiete aſceticâ ſive monaſticâ*, quorum *Proœmium* inſcribitur atque incipit his verbis : Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Σιναΐτου εἴδησις περὶ (2) ἡσυχίας. Προοίμιον. Ἰδοὺ κατὰ τὴν κέλευσίν σου &c. Ipſum autem Caput primum inſcribitur atque incipit hoc modo : Κεφάλαιον α΄. περὶ τῶν τρόπων τῆς προσευχῆς. Δύο τρόποι εἰσὶν ἑνώσεως, μᾶλλον δὲ εἴσοδοι ἑκατέρωθεν τῆς νοερᾶς προσευχῆς, &c. In fine demùm *Capitis vigeſimi quinti* ſive *ultimi* exſtat hæc ſubſcriptio : Τέλος τῶν τριάκοντα πέντε κεφαλαίων τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Σιναΐτου.

Octavò, & quidem à fol. 175 pag. 1, uſque ad fol. 189 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Diſſertatio Theologica de æternâ entium origine*; cujus titulus : Ἀπόδειξις διὰ ἐπιβολῶν τινων ἀναγκαίων νομιζομένων, ὅτι ἐδύνατο ἐξ ἀϊδίου γεγενῆσθαι τὰ ὄντα καὶ ἀνατροπὴ ταύτης, καὶ ἔλεγχος τῆς ἀπάτης τῆς δοκούσης ἐκ τῶν ἐπιχειρημάτων ἀνάγκης. &c.

Nonò, & quidem à fol. 190 pag. 1, uſque ad fol. 197 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Epiſtola de Deitate*, cujus principium ſine ullâ inſcriptione eſt hoc : Τοῖς πρὸ μικροῦ μοι σταλεῖσι τῆς σῆς συνέσεως γράμμασιν ἐντετυχηκὼς, λίαν ἐθαύμασα, πῶς παρ᾽ ἡμῶν πολλάκις ἀκηκοὼς, ὅτι μίαν ἁπλῆν Θεότητα πρεσβεύομεν &c.

Decimò, & quidem à fol. 198 pag. 1, uſque ad fol. 201 pag. 2, NEOPHYTI *Hieromonachi Oratio encomiaſtica in S. Myronem Metropolitam Epheſi*; cujus titulus & principium eſt : Ἐγκώμιον Νεοφύτου Ἱερομονάχου τοῦ εὐσχήμονος εἰς τὸν πανιερώτατον καὶ θεῖον Μητροπολίτην Ἐφέσου Μύρωνα. Καθάπερ ἐπὶ τῶν διὰ χειρίας ἑκάστοτε γινομένων ἀνδριάντων, ὅταν μὲν ὁ ἀνδριὰς σιδηροῦς ὢν τυγχάνει ἢ καὶ χαλκοῦς, &c.

CCII.

DUCENTESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis quadraginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo ANONYMI *cujuſdam Autoris*, qui fortè, ut *Sebaſtianus Tengnagelius* credidit, *Marcus Metropolita Epheſinus* eſt, *Opus contra Latinos de Proceſſione Spiritûs Sancti*; cujus principium : Καινή τίς ἐστιν ὡς ἀληθῶς καὶ ἄλογος, ἣν οἱ Ῥωμαῖοι

ἐν τῷ

(1) Vide Evangel. *S. Matthæi* cap. 17, & *S. Marci* cap. 9. (2) De Monachis Græcis, qui à *quiete* & animo inperturbato κατ᾽ ἐξοχὴν, ſive per excellentiam Ἡσυχασταὶ, & ob meditandi modum Ὀμφαλόψυχοι, ſive *Umbilicanimi* dicti ſunt, vide *Leon. Allatium* lib. 2. de Eccleſ. Occident. & Orient. perpet. Conſenſ. cap. 17. §. 2, colum. 828 & 829.

ἐν τῷ ἁγίῳ Συμβόλῳ ποιοῦνται προσθήκην, λέγοντες· καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ κύριον καὶ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον. εἰ γὰρ καί τινας ἔχειν ἴσως φασὶ μαρτυρίας προφέρειν &c.

CCIII.

D*UCENTESIMUS TERTIUS* Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis ſedecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem è fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 20 pag. 1, S. ISIDORI *Peluſiotæ Epiſtolæ nonaginta tres de Interpretatione Sacræ Scripturæ*, quarûm *prima* ad *Palladium Diaconum* inſcribitur atque incipit hoc modo: *Ἐπιστολὴ τοῦ ἁγίου Ἰσιδώρου πρός τινα ἐρωτήσαντα αὐτὸν τὸ τοῦ μεγάλου Παύλου ῥητὸν, τὸ, εἴ τις ἐπισκοπῆς ὀρέγεται.* (1) *Οἱ μὴ συνιέντες τὴν γνώμην τὴν Ἀποστολικὴν* &c; *ultima* autem ad *Lycænam*: *Λυκαίνῃ.* (2) *Ἐν τῇ χρείᾳ ἐγκαρτερεῖς*, &c. Notandum autem eſt, inter has Epiſtolas *unam* eſſe, quam inter *Epiſtolas Iſidori*, à V. CL. *Conrado Rittershuſio*, & R. P. *Andreâ Schotto* editas, non reperi; nempe *duodecimam* ad *Thalelæum Monachum*, cujus titulus & principium: *Θαλελαίῳ μοναχῷ. Ἂν τῇ σκηνῇ τῶν θεάτρων ἁρμόδιον, τίς σε οὐ κωμῳδήσει*, &c.

Secundò, & quidem fol. 20 pag. 2, & fol. 21 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Obſervationes quædam miſcellaneæ*: nempe Imò, *Obſervatio Geographica* de denominationibus nonnullorum locorum à *plantis*; IIdò, *Obſervatio Phyſico-Medica* de *Ampotide*, quatenùs propriè quidem (3) Reciprocationem maris ſignificat, metaphoricè autem ab Hippocrate uſurpatur pro (4) revocatione humorum corporis humani ab externis partibus ad internas; IIItiò, *Obſervatio Geographica* de *Æthiopibus*, deſumpta ex *Euſtathii Archiepiſcopi Theſſalonicenſis Expoſitione Græcâ in Dionyſii Alexandrini Periegeſin* ſive *Poëma de Situ Orbis*; IVtò, *Obſervatio Theologica* de *Anathematiſmo* ſive *Excommunicatione*.

Tertiò, & quidem à fol. 21 pag. 2, uſque ad fol. 23 pag. 1, GREGORII *Archiepiſcopi Bulgariæ Epiſtolæ tres*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: *Τοῦ Βουλγαρίας κυρίου Γρηγορίου Ἐπιστολή. Ἠπιόμην ἂν μακροτέρων γραμμάτων* &c; *ſecunda*: *Τοῦ αὐτοῦ. Σοφώτατε οὐχ ἧττον δὲ τούτου φίλτατέ μοι μέγα Λογοθέτα* &c; *tertia*: *Πολλὰ κἀγαθά σοι γένοιντο ποθεινότατέ μοι παίδων καὶ τιμιώτατε*, &c.

Quartò, & quidem à fol. 23 pag. 2, uſque ad fol. 34 pag. 2, GREGORII CHIONIADIS *Epiſtolæ ſedecim*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: *Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυρίου Γρηγορίου τοῦ Χιονιάδου ἐπιστολαί. Ἐπιστολὴ α΄. Οὐδὲν οὕτωσί μοι τῶν ἁπάντων τερπνόν τε καὶ ἥδιον, ὡς γράμματα φίλων* &c; *ſecunda*: *Τοῦ αὐτοῦ. Ἡμερῶν μεμνημένος ἐκείνων*, &c; *tertia*: *Πάλαι καὶ τὰς προσηγορίας* &c; *quarta*: *Ἐγὼ τὰς μὲν ἡμέρας ἐκείνας* &c; *quinta* ad *Imp. Alexium Comnenum Seniorem*: *Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν τρισμακάριστον, καὶ τρισαλκιμώτατον ἐκεῖνον κύριον Ἀλέξιον Βασιλέα τὸν μέγαν Κομνηνόν. Ἡλιοειδέστατε Βασιλεῦ, ἡ τὰ πάντα διεξάγουσα καὶ διακρατοῦσα ἠδοποιὸς καὶ*

παντο-

(1) Vide Epiſtolarum *S. Iſidori Peluſiotæ* editionem græco-latinam *Rittershuſianam* lib. 3. epiſt. 216. (2) Vide ibid. lib. 1. epiſt. 179. (3) Vide *Suidam* v. *Ἄμπωτις*. (4) Vide *Joann. Gorræi* Definit. Medicar. lib. 1. v. *Ἄμπωτις*.

παντοκράτορικὴ δεξιὰ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ &c; *ſexta* ad eundem *Imperatorem*: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν Βασιλέα. Μόλις ὀψέ ποτε καὶ μετὰ τόσους δὲ κύκλους ἡλίων, ἡλιοειδέστατε Ἄναξ, &c; *ſeptima* ad *Conſtantinum Lucitam*: Τοῦ αὐτοῦ ἐπιστολὴ, πεμφθεῖσα ἐκ τῆς εὐδαίμονος Κωνσταντινουπόλεως πρὸς τὸν Πρωτονοτάριον καὶ Πρωτοβεστιάριον κύριον Κωνσταντῖνον τὸν Λυκίτην ἐν Τραπεζοῦντι τῇ καλλίστῃ. Ἐγκαλεῖς ἡμῖν &c; *octava* ad *eundem*: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν ἀποδημοῦντα μετὰ τοῦ Βασιλέως ἐν τῇ Κερασίᾳ, ἐν τῷ πρὸς τοὺς ἐκεῖσε Ἰσμαηλίτας πολέμῳ. Ἐι γὰρ κατὰ τῶν τῆς Ἄγαρ σκυλάκων &c; *nona* ad *Patriarcham Conſtantinopolitanum*: Τοῦ σοφωτάτου κυρίου Γρηγορίου τοῦ Χωνιάδου ἐπιστολαὶ εἰς Πατριάρχην. Τὰ ζωοποιὰ καὶ σωτήρια γράμματα &c; *decima*: Ἐνίων μὲν καθεκάστην παρεμπιπτουσῶν ὑποθέσεων &c; *undecima*: Τῷ τῶν νησίμων ἡμερῶν &c; *duodecima*: Τῷ Πρωτονοταρίῳ ὁ Χωνιάδης. Αἰσχύνη μοι ἐκτόπως καὶ δυσχεραίνοντι λαλεῖν &c; *decima tertia*: Τὴν τῆς σῆς ἡδυφίλης ἐπιστολῆς &c; *decima quarta*: Τί τοῦτο, ὦ πάντων ἀξιώτατε φίλων, &c; *decima quinta*: Οὐχ ὡς Ἀσκληπιάδης τῶν Ἀσκληπιαδῶν μετερχόμενος, &c; *decima ſexta*: Ἐπιστολὴ ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως πρὸς τὰ παρόντα δεινά. Ἰδοὺ κατὰ τὴν ὑπόσχεσιν &c.

Quintò, & quidem à fol. 34 pag. 1, uſque ad fol. 36 pag. 1, MARCI *cujuſdam Epiſtola ad Patriarcham Conſtantinopolitanum de conſtantiâ adverſus perſecutionem orthodoxæ Fidei*; cujus titulus & principium: Μάρκου πρὸς τὸν Οἰκουμενικόν. Παναγιώτατέ μου Δέσποτα καὶ οἰκουμενικὲ Πατριάρχα, πέποιθα εἰς Θεὸν τοῦ ὑγιαίνειν τὴν μεγάλην ἁγιωσύνην σου &c.

Sextò, & quidem à fol. 36 pag. 1, uſque ad fol. 38 pag. 1, *Imp. JULIANI APOSTATÆ Epiſtola ad S. Baſilium Magnum*, & *S. Baſilii Magni ad eundem Epiſtola reſponſoria*.

Septimò, & quidem à fol. 38 pag. 1, uſque ad fol. 40 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI, LUCÆ CHRYSOBERGÆ *Patriarchæ Conſtantinopolitani*, & tertii cujuſdam ANONYMI Autoris *Carmina quædam Jambica*, quorum illud, quod S. *Joanni Chryſoſtomo* attribuitur, inſcribitur atque incipit his verbis: Στίχοι παραινετικοὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου. Ὅστις βούλεται τὸ φῶς ἐκεῖνο βλέψαι, &c.

Octavò, & quidem fol. 39 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Narratiuncula de Imp. Juliani Apoſtatæ ante publicam Apoſtaſiam ſimulatione Chriſtianiſmi & attonſione monaſticâ*; cujus principium: Ἰστέον, ὅτι ὁ Ἰουλιανὸς, ὅτε ἐν (1) Μακέλλῃ διῆγε σὺν τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ Γάλλῳ, χωρίῳ ὄντι πλησίον Καισαρείας Καππαδοκίας, ἐν Χριστῷ κειράμενος, &c.

Nonò, & quidem à fol. 40 pag. 1, uſque ad fol. 43 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Libellus de Tropis & Schematibus Poëticis atque Rhetoricis*, & *de Orthographiâ*. Principium ejus eſt: Ποιητικοὶ τρόποι εἰσὶν ἑπτά. Ἀλληγορία, μεταφορὰ, κατάχρησις, &c.

Decimò, & quidem à fol. 43 pag. 2, uſque ad fol. 48 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Obſervationes medicæ miſcellaneæ*, quarum *prima* de *Ambrâ* inſcribitur atque incipit his verbis: Περὶ τοῦ Ἄμπαρος ὅπως γίνεται. Τὸ Ἄμπαρ ἐν διαφόροις τόποις βλύζει· εἰσὶ γὰρ &c,

Undecimò,

(1) Vide *Abrah. Ortelii* Theſaurum Geographicum ſub titulo *Macellum*.

Undecimò, & quidem fol. 49 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Excerpta quædam miſcellanea*, inter quæ etiam eſt *Fragmentum ex Georgii Codini Originibus & Antiquitatibus Conſtantinopolitanis de Caro & Aſclepio Philoſophis*; cujus principium: Κάρος ὁ Φιλόσοφος ἐξ Ἀθηνῶν ἀνελθὼν ἐν τῇ βασιλευούσῃ, καὶ θεασάμενος τὰ στοιχεῖα ἐν τῷ ἱππικῷ ἀγῶνι, ἔφη· δυστυχῇ μοι τὰ πάντα φαίνεται, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 49 pag. 2, uſque ad fol. 50 pag. 2, SYNESII *Epiſcopi Cyrenæi Epiſtolæ ſex*, quarum *prima* ad *Fratrem* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τῷ ἀδελφῷ. (1) Ὁ καὶ τοὔνομα δοῦλος καὶ τὴν προαίρεσιν &c; *ſecunda* ad *Hypatiam Philoſopham*; Τῇ Φιλοσόφῳ Ὑπατίᾳ. (2) Ἤχους ἔοικα πρᾶγμα ποιεῖν· &c; *tertia* ad *Aurelianum*: Αὐρηλιανῷ. (3) Οὔπω τῇ προνοίᾳ μέλει τῶν Ῥωμαίων &c; *quarta* ad *Anaſtaſium*: Ἀναστασίῳ. (4) Οὐδὲ Ἄμασις μὲν καλὸς &c; *quinta* ad *Theotimum*: Θεοτίμῳ. (5) Ἀριθμεῖ καὶ Πέτρον ὀργὴν Πενταπόλεως &c; *ſexta* ad *Pylæmenem*: Πυλαιμένει. (6) Καλῶς ποιεῖς &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 51 pag. 1, uſque ad fol. 76 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris de Orthographiâ linguæ Græcæ Canones* ſive *Cantica duo*, quorum utrumque in *novem Odas* diviſum eſt. *Primi Canonis* tota *Oda prima* cùm priori parte dimidiâ *Odæ ſecundæ* deeſt; *tertia* autem Oda & ſequentes ſex ſuperſunt integræ. Sequitur deinde *ſecundus Canon*, & inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἕτερος Κανών. Ὠδὴ α΄. Τὸ α΄ τὴν κατ᾽ ἀρχὰς ἀσπάζεται δίφθογγον μάλιστα, ὡς Αἰακὸς &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 76 pag. 2, uſque ad fol. 77 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Exorciſmus contra ſerpentes, ne mordeant*; cujus titulus & principium: Πρὸς τὸ στῆσαι ὄφιν, καὶ μὴ δυνηθῆναι δακνεῖν. Πόῤῥω, πόῤῥω ζανιὸν, πόῤῥω ποπιανιὸν, πεκαμαζάκι, &c. Item *Logarithmomantia* ſeu *Methodus Logarithmica prænoſcendi mortem cujuſcunque ægroti*; quæ poſt *Tabulam* eò pertinentem incipit his verbis: Εἰ θέλεις μανθάνειν τὸν θάνατον τοῦ ἀῤῥώστου, ἐρώτησον ἐν ποίᾳ ἡμέρᾳ κατεκλήθη ὁ ἀσθενῶν, &c. Adhæc *Tabula Pſephophoriæ Indicæ*, ſive, *Figuræ calculorum Indicorum cum earundem Explicatione per adjunctos Numeros græcos*; cujus principium: Ταῦτα εἰσὶ, Δέσποτά μου ἅγιε, τὰ δηλοῦντα τὴν Ἰνδικὴν Ψηφοφορίαν· &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 77 pag. 2, uſque ad fol. 79 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Carmen in Paſſionem Chriſti*, cujus principium: Θεὸς βροτωθεὶς δίχα σφαλμάτων ὄντως &c.

Decimo ſextò, & quidem fol. 79 pag. 2, uſque ad fol. 105 pag. 2, NICETÆ, aliàs dicti *David Philoſophi*, *Carmen ad S. Angelum cum Manuelis Moſcopuli Scholiis græcis interlinearibus*; cujus titulus & principium: Στίχοι Νικήτα τοῦ καὶ Δαβίδ. Πρώτου φάους ὢν δεύτερον θεῖον σέλας &c. Item ejuſdem *Nicetæ Hymnus in Beatiſſimam Virginem Deiparam, Manuelis Moſcopuli Scholiis græcis interlinearibus & ampliſſimo Commentario grammatico illuſtratus*; cujus principium: Ἡσαΐου πρόῤῥησις ἧκεν εἰς πέρας &c. Adhæc *Carmen in S. Chriſtophorum Martyrem*, cujus principium: Σαμψὼν σίγησαι τὸ πολὺ τῆς ἰσχύος, &c.

(1) Vide Operum *Syneſii* editionem græco-latinam Pariſinam anni 1612 in folio, à R. P. *Dionyſio Petavio* adornatam, pag. 177, ubi ea eſt *Epiſtola trigeſima ſecunda.* (2) Vide ibid. pag. 179, ubi ea eſt *Epiſtola trigeſima tertia*, ſed nomen *Hypatiæ* deeſt. (3) Vide ibid. pag. 179, ubi ea eſt *Epiſtola trigeſima quarta.* (4) Vide ibid. pag. 186, ubi ea eſt *Epiſtola quadrageſima ſexta.* (5) Vide ibid. pag. 186, ubi ea eſt *Epiſtola quadrageſima ſeptima.* (6) Vide ibid. pag. 187, ubi ea eſt *Epiſtola quadrageſima octava.*

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 306 pag. 2, uſque ad fol. 307 pag. 2, CHOSROÆ *Regis Perſarum Prophetia* ſive *Vaticinium de Imperio Romano* ad *Joannem Romanorum Strategum* ſive *Ducem militiæ* cum *Exegeſi* ſive *Expoſitione Conſtantini Laſcaris Byzantini*. *Prophetia* ipſa inſcribitur atque incipit hoc modo: Προφητεία τοῦ Χοσρόου Βασιλέως Περσῶν πρὸς Ἰωάννην τὸν Ῥωμαίων στρατηγόν. Εἰ μὴ ὑπὸ τῶν πραγμάτων ἐτυραννούμεθα, &c. *Expoſitionis* autem principium cum *titulo* eſt tale: Ἐξήγησις τοῦ Λάσκαρι. Ἐπεὶ ἀναφαίνεται ἡ τάξις τοῦ ἀριθμοῦ, &c.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 307 pag. 2, uſque ad fol. 309 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Libellus de Metris, quibus Poëtæ utuntur & Rhetores.*

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 310 pag. 1, uſque ad fol. 315 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Hymni in Nativitatem Chriſti & in Beatiſſimam Virginem Deiparam.*

Vigeſimo octavò, & quidem fol. 315 pag. 2, *ex* PROCOPII CÆSAREENSIS *Libro primo de Bello Perſico excerptum de Tzanis Ponti Euxini accolis*; cujus principium: Ἐκ τῶν Ἀρμενίας χωρίων ἐς Περσαρμενίαν ἰόντι, ἐν δεξιᾷ μὲν ὁ Ταῦρός ἐστιν, &c. Vide Operum *Procopii* editionem græco-latinam Pariſinam anni 1662 in folio, pag. 44 & 45.

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 315 pag. 2, uſque ad fol. 316 pag. 2, *ex* ARRIANI *Periplo Ponti Euxini Excerpta nonnulla*, quorum titulus & principium: Ἀρριανοῦ Περίπλους Εὐξείνου Πόντου καὶ Βιθυνίας τοῦ πρὸς Πόντον· περίπλους Παφλαγονίας· περίπλους Πόντων τῶν δύο· περίπλους τῶν ἐν τῇ Εὐρώπῃ μερῶν τοῦ Πόντου· περίπλους Θρᾴκης τοῦ πρὸς Πόντον, Vide plura Libri *primi* Lambecianorum Commentariorum pag. 107 & 108.

CCIV.

DUCENTESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátq; nunc foliis *quinquaginta uno*. Continetur eo *HYMNOLOGII cum antiquis Notis muſicis Pars media* à die 24. Decembris, ſive *Vigiliá Nativitatis Chriſti* uſque ad diem 21. Maji, quo celebratur memoria *Imp. Conſtantini Magni* & matris ipſius *Helenæ*.

CCV.

DUCENTESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 43 pag. 1, S. ISAACI SYRI *Abbatis & Anachoretæ*, *Sermones aliquot aſcetici*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἰσαὰκ τοῦ ἀναχωρητοῦ τοῦ Σύρου λόγος περὶ ἀποταγῆς καὶ μοναχικῆς πολιτείας· ψυχὴ ἡ τὸν Θεὸν ἀγαπῶσα, &c.

Secundò, & quidem à fol. 43 pag. 2, uſque ad fol. 53 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Oratio* περὶ μνήμης θανάτου, ſive *de Memoriá mortis*; cujus principium: Οἱ τὴν θείαν ἑκάστοτε καὶ ψυχωφελῆ καὶ θεόπνευστον ἀναγινώσκοντες γραφὴν, ζῶσιν τῷ πνεύματι· Πνεῦμα γὰρ Θεοῦ ἐν αὐτῇ, &c.

Tertiò,

Tertiò, & quidem à fol. 53 pag. 1, uſque ad fol. 71 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Oratio*, *Ne Chriſtianus metuat mortem*, *& de Pœnitentiâ atque Confeſſione*. Ipſa tituli græci verba cum principio Orationis ſunt hæc : Ὅτι οὐ δεῖ τὸν Χριστιανὸν φοβεῖσθαι τὸν θάνατον καὶ περὶ μετανοίας καὶ ἐξομολογήσεως. (1) Εἷς θάνατος, ἁμαρτία· ψυχῆς γὰρ ὄλεθρος· ὁ δὲ σωματικὸς &c.

Quartò, & quidem à fol. 71 pag. 1, uſque ad fol. 172 pag. 1, S. BASILII MAGNI, *Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi*, (2) *Orationes quatuordecim* ; quarum *prima de Invidiâ* incipit : Ἀγαθὸς ὁ Θεὸς, &c ; *ſecunda in illud, Deſtruam horrea mea* : Διπλοῦν τὸ εἶδος τῶν πειρασμῶν· &c ; *tertia ad eos, qui cupiunt diteſcere* : Εἴρηται καὶ πρώην &c ; *quarta contra ebrios* : Κινεῖ μέν με πρὸς τὸν λόγον &c ; *quinta in Nativitatem Chriſti* : Χριστοῦ γέννησις, ἡ μὲν οἰκεία &c ; *ſexta exhortatoria ad S. Baptiſmum* : Ὁ μὲν σοφὸς Σολομῶν &c ; *ſeptima* Κατὰ τοκιζόντων, ſive *contra fœneratores* : Πολλαχοῦ τῆς γραφῆς διαβέβληται ἡ ἁμαρτία αὕτη· &c ; *octava*, *quæ eſt de Jejunio prima* : Σαλπίσατε &c ; *nona*, *quæ eſt de Jejunio ſecunda* : Παρακαλεῖτε &c ; *decima in illud, Attende tibi* : Τοῦ λόγου τὴν χρῆσιν &c ; *undecima* περὶ προσευχῆς ſive *de Oratione* : προσευχή ἐστιν αἴτησις ἀγαθοῦ παρὰ τῶν εὐσεβῶν &c ; *duodecima*, quæ eſt Τοῦ αὐτοῦ λόγος δεύτερος περὶ εὐχαριστίας, ſive, ejuſdem *Oratio ſecunda de Gratiarum actione* : Ἠκούσατε τῶν ῥημάτων τοῦ Ἀποστόλου &c ; *decima tertia*, *Quod Deus non eſt autor malorum* : Πολλοὶ τῆς διδασκαλίας εἰσὶ τρόποι· &c ; *decima quarta contra Iracundos* : Ὥσπερ ἐπὶ τῶν ἰατρικῶν &c.

Quintò, & quidem à fol. 172 pag. 1, uſque ad fol. 203 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Orationes quatuor*, quarum *prima de Pœnitentiâ* incipit : (3) Ἡ μετάνοια, δεινὴ καὶ φοβερὰ τοῖς ἁμαρτωλοῖς· &c ; *ſecunda de Jejunio & in Davidem* : Καθολικὸν ἡμῖν καὶ οὐ μερικὸν μέλος &c ; *tertia de Pœnitentiâ & Eleemoſynâ* : Πάντοτε μὲν ὁ θεῖος Ἀπόστολος &c ; *quarta de Jejunio*, *& in Jonam atque Danielem Prophetas*, *& in tres pueros Babylonios* : Φαιδρὰ σήμερον ἡ πανήγυρις, καὶ λαμπρότερος τοῦ συνήθους ὁ σύλλογος· &c.

CCVI.

DUCENTESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis triginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc :

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 40 pag. 1, JOANNIS cognomine Νηστευτοῦ ſive *Jejunatoris*, *Patriarchæ Conſtantinopolitani*, *Libri duo Pœnitentiales de qualitatibus & differentiis peccatorum*, *& de Confeſſione* ; quorum *primus* inſcribitur atque incipit : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΝΗΣΤΕΥΤΟΥ Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως πρόλογος εἰς τὴν ψυχωφελῆ ταύτην βίβλον. Τῆς θείας καὶ παναγάθου τοῦ ὑπεραγάθου καὶ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μακαρίας χρηστότητος πάντοτε καὶ πανταχοῦ καὶ κατὰ πάντα εὐεργετούσης ἡμᾶς, &c.

Secundò, & quidem fol. 40 pag. 1 & 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Græci Judicium de Joannis Jejunatoris*, *Patriarchæ CP.*, *Libris Pœnitentialibus* ; cujus titulus & principium :

(1) Attribuitur ea aliàs *S. Joanni Chryſoſtomo*. Quâ de re vide *Henrici Savilii* Notas in Scripta ſuppoſititia *S. Joan. Chryſoſt.* & quidem Appendicis Tomi VIII. col. 858. (2) Vide Lib. III. Lambec. Comment. pag. 220, 221, 222, 223, & Lib. IV. pag. 226 & 227. (3) Vide Indicem omnium Orationum *S. Joannis Chryſoſtomi* ; tàm ſuppoſititiarum, quàm genuinarum, ab *Henrico Savilio* editum.

cipium : Περὶ δὲ ὧν αἰτιῶν συγκαταβατικώτερος τῶν ἁγίων πάντων ἐςὶν Ἰωάννης ὁ Νηςευτής. Ὁ μὲν Νηςευτὴς Ἰωάννης συγκαταβατικώτερος τῶν ἄλλων ἐν τοῖς ἐγκληματικοῖς δεικνύμενος ὤν, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 41 pag. 1, uſque ad fol. 44 pag. 2, S. JOANNIS DAMASCENI *Opuſculum* (1) *de octo præcipuis cogitationibus vitioſis*, & *de Animâ*; cujus titulus & principium : Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ περὶ τῶν ή λογισμῶν, καὶ τὸ τριμερὲς τῆς ψυχῆς. Χρὴ γινώσκειν πάντες οἱ χριστιανοί· πάντες οἱ περιεκτικόμενοι λογισμοί εἰσιν ή, οἱ πολεμοῦντες τὴν ἡμετέραν ψυχὴν, καὶ πρὸς τὴν καρτερίαν, καὶ ἐνέργειαν, καὶ ἁμαρτίαν διαιρεθίζονται· πρῶτος, ὁ τῆς γαςριμαργίας· &c.

Quartò, & quidem à fol. 44 pag. 2, uſque ad fol. 46 pag. 2, *NICOLAI III ejus nominis*, *Patriarchæ Conſtantinopolitani*, cognomine *Grammatici*, *Reſponſiones Synodicæ ad varias Quæſtiones à quibuſdam Monachis, extra Urbem habitantibus, ſibi propoſitas*. Ipſa tituli verba græca cum principio *primæ interrogationis* ſunt hæc : Ἀποκρίσεις συνοδικαὶ τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κωνςαντινουπόλεως κυροῦ Νικολάου πρὸς Ἐρωτήσεις τινῶν μοναχῶν ἔξω τῆς πόλεως ἀσκουμένων. Ἐρώτησις α΄. Εἰ χρὴ μοναχὸν εἰσιέναι εἰς τὸ ἅγιον θυσιαςήριον. κωλύει γάρ &c. Vide Librum ſextum *Commentariorum Lambecianorum* pag. 302.

Quintò, & quidem à fol. 46 pag. 2, uſque ad fol. 173 pag. 1, SYMEONIS HIEROMONACHI, τοῦ Σχολαρίου, *Syntagma Canonum Pœnitentialium ex Canonibus SS. Apoſtolorum* & *variis Sanctis Conciliis variorúmque Sanctorum Patrum*, *præcipuè autem S. Baſilii Magni* & *Joannis Jejunatoris*, *Patriarchæ CP.*, *Scriptis collectorum*, & *facilioris inventionis causâ diſpoſitorum ordine alphabetico*. Ipſe titulus græcus adeò prolixus eſt, ut integram impleat paginam, incipitque his verbis : Κανόνες ἐκτεθέντες παρὰ τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πάνυ εὐφήμων Ἀποςόλων, καὶ τῶν ἁγίων ἑπτὰ καὶ οἰκουμενικῶν Συνόδων, ἔτι μὴν καὶ τῶν κατὰ καιρὸν γενομένων τοπικῶν Συνόδων, καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ μεγάλου, Ἰωάννου τοῦ Νηςευτοῦ Πατριάρχου Κωνςαντινουπόλεως, καὶ ἑτέρων ἁγίων &c.

Sextò, & quidem à fol. 174 pag. 1, uſque ad fol. 176 pag. 1, Τάξις γινομένη ἐπὶ ἐξομολογουμένου, hoc eſt, *Ordo ſervandus circa eum, qui peccata ſua confitetur*, ubi in fine notanda eſt *Formula Abſolutionis* ſive *Indulgentiæ*, cujus titulus & principium : Ἀφέσιμον πνευματικοῦ Πατρός. Ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ συγχωρήσῃ σοι, πνευματικόν μου τέκνον, ὅσα τῇ ἐμῇ οὐθενότητι &c. Quomodo autem verba hæc συγχωρήσῃ σοι accipienda, & quòd verba δι' ἐμοῦ ſubintelligenda ſint, ea de re conſule R. P. *Jacobi Goar* O. P. Notas in *Euchologii Græcorum* Orationes ſuper Pœnitentes pag. 676, 680 & 684.

Septimò, & quidem à fol. 177 pag. 1, uſque ad fol. 202 pag. 1, Ἀκολουθία τῶν ὡρῶν τῆς Χριςοῦ γεννήσεως ſive *Officium Eccleſiaſticum Feſti Nativitatis Chriſti*.

Octavò, & quidem à fol. 203 pag. 1, uſque ad fol. 232 pag. 1, Ἀκολουθία ſive *Officium Hebdomadis Sanctæ*.

(1) Vide Operum S. *Joannis Damaſceni* editionem Pariſinam An. 1619, pag. 814, ubi illud tantùm exſtat *latinè*.

CCVII.

DUCENTESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum triginta octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem fol. 1 pag. 1 & 2, *Fragmentum Orationis* JOANNIS CHRYSOSTOMI *in Pſalmi 38 verſum ſeptimum* : Πλὴν μάτην ταράσσεται πᾶς ἄνθρωπος ζῶν &c; cujus principium : (1) Περιτρέπεται καὶ κόλπος βύθιος ἁλιέα, &c.

Secundò, & quidem à fol. 2 pag. 1, uſque ad fol. 125 pag. 2, JOANNIS CLIMACI *Scala Paradiſi cum anonymi cujuſdam Autoris antiquis Scholiis Græcis marginalibus*, & præfixis *Joannis Abbatis Rhaiteni & Joannis Climaci Epiſtolis mutuis*, ut & *Vitá Joannis Climaci à Daniele Monacho Rhaiteno conſcriptá. Prologus Vitæ* incipit : Ἐσκόπησεν ὄντως ἀρίστως μάλα &c; *Vita* autem ipſa : Τὸ μὲν τις ἡ ἐνεγκαμένη τὸν γενναῖον καὶ ἐκθρέψασα &c. Notabile porrò eſt, eidem *Scalæ Paradiſi* in hoc Codice manuſcripto præter Prolegomena, præfixam etiam eſſe *Epitomen doctrinæ de Sanctiſſimâ Trinitate*, cujus titulus & principium : Δόγμα περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. Πατὴρ, Υἱὸς, Πνεῦμα, ἅγιον, τρία πρόσωπα, μία εἰκών· τρεῖς χαρακτῆρες, μία ἐκτύπωσις· τρεῖς ὑποστάσεις, μία θεότης &c. Notatu digna quoque ibi eſt *antiqua Imago Scalæ Paradiſi*, quæ à terrâ uſque ad cœlum pertingit, & *triginta* conſtat *Gradibus*, quorum unuſquiſque peculiari titulo ſuo inſignitus eſt. In *capite* ſeu *faſtigio Scalæ* ſtat Servator noſter CHRISTUS, & monachos à dextero latere aſcendentes protenſâ manu benignè excipit; ſub *primo* autem ſive *infimo* ejuſdem *Scalæ Gradu* jacet *Draco infernalis*, monachos de ſiniſtro latere Scalæ decidentes hianti ore deglutiens; ut ex apographo ſive exemplo ejuſdem *Imaginis* æri inciſo, & è regione hujus paginæ inſerto, videre eſt.

Tertiò, & quidem à fol. 125 pag. 2, uſque ad fol. 135 pag. 2, EJUSDEM *Liber ad Paſtorem*, itidem cum anonymi cujuſdam Autoris *antiquis Scholiis græcis marginalibus*.

Quartò, & quidem fol. 136 pag. 1, *Encomium Scalæ Paradiſi*, his verbis : Κλίμαξ θείας ἀνόδου, ὠφέλημος εἰς μεταμέλειαν τῶν ἐν ἁμαρτίαις ὄντων, τὸ θεῖον τοῦτο βιβλίον.

Quintò, & quidem fol. 136 pag. 2, *Canticum ſacrum veſpertinum*, cujus principium: Τὰς ἑσπερινὰς ἡμῶν εὐχὰς πρόσδεξαι ἅγιε Κύριε, &c.


Sextò, & quidem à fol. 137 pag. 1, uſque ad fol. 138 pag. 2, *HIEROTHEI Monachi in Joannis Climaci Scalam Paradiſi Programma & Iſagoge*. Ipſa tituli & principii *Programmatis* verba græca ſunt hæc : Ἱεροθέου μονάζοντος εἰς τὴν Κλίμακα πρόγραμμα. Ἄριστα πάντων καὶ θεόπνευστα λίαν τὰ συγγράμματα Πατέρων τῶν ὁσίων, τοῦ δέ γε θείου τὸ παρὸν Ἰωάννου πόνημα καὶ μάλιστα διαφερόντως, ὅτι &c. *Iſagoge* autem, ſive *Introductio* inſcribitur atque incipit hoc modo : Δήλωσις ἐννοίας ἑκάστου λόγου. Καὶ ζωγράφου χεὶρ ἀφυῶς κινουμένη &c.

DUCEN-

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græc. Savil. Tom. VII. pag. 558.

Iconiſmus hic pertinet ad Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis Codicem MStum. Theologicum Græcum, Num. CCVII.

pag. 306.



Antiqua Imago *Scalæ Paradiſi Joannis Climaci*, Abbatis Montis Sinæ.

CCVIII.

DUCENTESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, ſed bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum quadraginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo EUSTATHII *Archiepiſcopi Theſſalonicenſis*, Commentariis eruditiſſimis in *Homeri Iliadem & Odyſſeam*, & in *Dionyſii Alexandrini Periegeſin* celeberrimi, *Expoſitio doctiſſima & ampliſſima in S. JOANNIS DAMASCENI Canonem* ſive *Canticum Jambicum Pentecoſticum de Spiritu Sancto*; cujus *Proœmium* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ ἁγιωτάτου Μητροπολίτου Θεσσαλονίκης κυρίου Εὐσταθίου, τοῦ τὸν ἐν ποιηταῖς περιώνυμον Ὅμηρον ἐξηγησαμένου, Προοίμιον εἰς τὸν ἐξηγηθησόμενον Ἰαμβικὸν Κανόνα· οὗ προοιμίου πρὸς τῷ τέλει κεῖται καὶ ἡ κατ' ἐκεῖνον ἀκροστιχίς, &c. Finito hoc *decem foliorum Proœmio*, ſequitur jam memorati *Canonis Acroſtichis*, Θειογενὲς Λόγε Πνεῦμα παράκλητον πάλιν ἄλλον &c, cum ſubjunctâ *Explanatione*, cujus titulus & principium: Ἔννοια τῆς Ἀκροστιχίδος. Τούτων δὲ τῶν τεσσάρων ἐπῶν, τὸ μὲν πρῶτον &c. Huic autem porrò ſubjungitur ipſe *Canon* cum *Expoſitione* hoc modo: Θείῳ καλυφθεὶς ὁ βραδύγλωσσος γνόφῳ &c. Ἑρμηνεία. Κανονικῶς ὡς εἰπεῖν μεθοδεύσας τὸν παρόντα εἱρμὸν τῆς πρώτης ᾠδῆς ὁ σοφὸς ποιητὴς Ἰωάννης, &c. Exſtat quidem ille *Canon græcè & latinè* in editione Operum S. *Joannis Damaſceni* Billianâ Pariſinâ anni 1619 in folio, ſed deeſt ibi *Euſtathianus* iſte præſtantiſſimus Commentarius. Cæterùm, ſi quis de ejuſdem *Euſtathii* ætate, vitâ & ſcriptis plura ſcire deſideret, is conſulat *Nicolai Majorani* Præfationem ad *Julium III.* Pontif. Maximum, Indicis Commentariorum *Euſtathii* in *Homerum* editioni græcæ Romanæ anni 1550 in folio præfixam; ut & *Gerardi Joannis Voſſii* doctiſſimum Opus de Hiſtoricis Græcis lib. 4. cap. 19.

CCIX.

DUCENTESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque *centum quadraginta tribus* foliis. Continetur eo *Commentarius in Evangelium S. MATTHÆI*, in principio atque fine mutilus, de cujus *Autore* nondum mihi liquet.

CCX.

DUCENTESIMUS DECIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *quadringentis ſeptem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 2 pag. 1, INDEX *græcus* eorum, quæ continentur toto hoc Codice.

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 1, uſque ad fol. 85 pag. 2, (1) NICOLAI CABASILÆ, *Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, Libri quinque de Vitâ in Chriſto*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ σοφωτάτου κυροῦ Νικολάου Καβάσιλα τοῦ Χαμαίτου περὶ τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς λόγος πρῶτος, ὅτι διὰ τῶν θείων συνίσταται μυστηρίων τοῦ Βαπτίσματος, τοῦ μύρου, καὶ τῆς ἱερᾶς κοινωνίας. Ἡ ἐν Χριστῷ ζωὴ φύεται μὲν ἐν τῷδε τῷ βίῳ, καὶ τὰς ἀρχὰς ἐντεῦθεν λαμβάνει, τελειοῦται δὲ ἐπὶ τοῦ μέλλοντος &c. Primus hos *quinque Libros* unà cum *ſexto ex* Bibliothecâ Electorali Bavaricâ in lucem edidit R. P. *Jacobus Pontanus* S. J. Ingolſtadii typis Adami Sartorii A. 1604 in quarto, ſed tantùm *latinè*. Notandum etiam eſt, *Librum* illum, qui in hoc Codice MSto *Cæſareo* eſt *quintus*, in jam memoratâ editione Pontani latinâ rectè appellari & reverâ eſſe *Librum ſextum*.

Tertiò, & quidem à fol. 85 pag. 2, uſque ad fol. 97 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in ſanctam & ſalutarem Paſſionem Domini & Servatoris noſtri* Jesu Christi; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὰ ἅγια καὶ σωτήρια πάθη τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἄκουε οὐρανὲ, καὶ ὁ τῶν Ἀγγέλων ἅπας κύκλος, &c.

Quartò, & quidem à fol. 97 pag. 2, uſque ad fol. 103 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in Aſcenſionem Domini noſtri* Jesu Christi; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Αἱ χάριτες μὲν ἐπὶ τῶν προτέρων χρόνων ἐξ οὐρανοῦ &c.

Quintò, & quidem à fol. 104 pag. 1, uſque ad fol. 112 pag. 2, *EJUSDEM Expoſitio in viſionem Prophetæ Ezechielis, in quâ ſuper quatuor animalia ſimilitudo throni, & ſuper ſimilitudinem throni ſimilitudo velut hominis.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Expoſitionis* ſunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ σημασία εἰς τὴν ὅρασιν τοῦ Προφήτου Ἰεζεκιὴλ, ἐν ᾗ ἐπὶ τῶν τεσσάρων ζώων ὁμοίωμα θρόνου, καὶ ἐπὶ τοῦ ὁμοιώματος τοῦ θρόνου ὁμοίωμα ὡς εἶδος ἀνθρώπου. Πᾶσα προφητεία καὶ θεωρία καὶ ὅρασις &c.

Sextò, & quidem à fol. 112 pag. 2, uſque ad fol. 117 pag. 2, *EJUSDEM Expoſitio in viſionem Prophetæ Ezechielis, in quâ oſſa hominum arida priorem recuperant ſpeciem.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Expoſitionis* ſunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ σημασία εἰς τὴν ὅρασιν τοῦ Προφήτου Ἰεζεκιὴλ, ἐν ᾗ τὰ ὀστᾶ ξηρὰ τῶν ἀνθρώπων τὸ πρότερον ἀπολαμβάνουσιν εἶδος. Τὴν τοῦ Θεοῦ πρὸς τοὺς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν &c.

Septimò, & quidem à fol. 118 pag. 1, uſque ad fol. 130 pag. 1, *EJUSDEM Oratio in Nativitatem Sanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὴν γέννησιν τῆς ὑπερευλογημένης Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. Καὶ πρῶτα μὲν τὸν Θεὸν ἐνταῦθα καλῶμεν, &c.

Octavò, & quidem à fol. 130 pag. 1, uſque ad fol. 137 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in Annunciationem Sanctiſſimæ Dominæ noſtræ Deiparæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπερευλογημένης Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. Εἰ ποτε δεῖ χαίρειν ἄνθρωπον &c.

Nonò, & quidem à fol. 137 pag. 2, uſque ad fol. 138 pag. 2, *Epiſtolæ tres*, quarum *prima*, quæ eſt *Nicolai Cabaſilæ* ad quendam *anonymum*, inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ Καβάσιλα. Ἐλπίζομεν ὑπὲρ ἀγαθῶν μεγάλων τῇ πόλει καὶ ταύτην ἂν σοι χρέος ὁδὸν

(1) Vide de ipſo ejúſque Scriptis *Leon. Allat.* lib. 2. de Occid. & Orient. Eccleſ. perpet. conſenſ. cap. 17. §. 9, & ejuſdem Diatribam de *Nilis* pag. 54, 55 & 56. Conſule etiam Librum *quintum* Comment. Lambec. pag. 12 & 179, ubi agitur de *Nilo* Archiepiſcopo Theſſalonicenſi, *Nicolai* hujus *Avunculo*, qui à pleriſq; perperàm cum ipſo *Nicolao* conſunditur; item pag. 183, ubi agitur de *Demetrio Cydonio*, qui A. C. 1355 cum *Imp. Joanne Cantacuzeno* & jam memorato *Nicolao Cabaſilâ* monaſterium ingreſſus eſt.

ὁδὸν &c; *ſecunda* ejuſdem *Cabaſilæ* ad *Demetrium Cydonium*: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν Κυδώνην. Οὐκ οἶδα πρὸς ποίαν βλέπων λόγων ἰδέαν &c; *tertia Demetrii Cydonii* ad *Nicolaum Cabaſilam*: Τοῦ Κυδώνη πρὸς τὸν Καβάσιλα. Τὴν μὲν ὅσαν αἰτίαν εἰ βούλει μαθεῖν τοῦ μὴ μέχρι νῦν ἐλθεῖν σοι τὸν λόγον &c.

Decimò, & quidem à fol. 139 pag. 1, uſque ad fol. 146 pag. 1, NICOLAI CABASILÆ *Liber quintus de Vitâ in Chriſto, quo agitur de Conſecratione Altaris.* Inſcribitur autem is ibi tanquam peculiaris & ſeparatus aliquis Tractatus hoc modo: Τοῦ Καβάσιλα Θεωρία εἰς τὸ κατὰ τὴν τῶν θείων (1) ναῶν καθιέρωσιν μυστήριον. Τῶν μὲν ἱερῶν μυστηρίων ὁ λόγος οὗτος, καὶ ταύτην ἡμῖν ἔχει πρὸς τὴν ἀληθῆ ζωὴν τὴν παρασκευήν· ἐπεὶ δὲ τὸ θυσιαστήριον πάσης ἐστὶν ἀρχὴ τελετῆς, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 147 pag. 1, uſque ad fol. 156 pag. 2, *EJUSDEM Oratio encomiaſtica in S. Theodoram Theſſalonicenſem*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Ἐγκώμιον εἰς τὴν ὁσίαν μητέρα ἡμῶν καὶ μυροβλυτίδα Θεοδώραν. Ἐμοὶ δὲ πολλῶν τὰ σὰ θαυμαζόντων, ὦ μυροβλύτις, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 160 pag. 1, uſque ad fol. 166 pag. 2, *EJUSDEM Oratio de Uſurâ ſive contra Fœneratores*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ λόγος περὶ τόκου. Εἰσὶν οἵ φασι, τὸν ἀναιροῦντα τὸν τόκον νόμον &c. Orationem hanc primus in lucem edidit R. P. *Jacobus Pontanus* S. J. Ingolſtadii typis Sartorianis A. 1604 in quarto, cum ejuſdem *Nicolai Cabaſilæ Libris ſex de Vitâ in Chriſto*, ſed itidem, ut illos, tantùm *latinè*.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 167 pag. 1, uſque ad fol. 232 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Magiſtri*, qui (2) *Symeon Sethus* eſſe videtur, *Oratio encomiaſtica in S. Gregorium Nazianzenum, Patriarcham Conſtantinopolitanum*, cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου καὶ ῥητορικωτάτου Μαγίστρου λόγος ἐγκωμιαστικὸς πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Πατέρα ἡμῶν καὶ οἰκουμενικὸν διδάσκαλον, Ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως Γρηγόριον τὸν Θεολόγον. Οὐχ ὅπως οὐδ᾽ ἂν εἷς οἶμαι τῶν πάντων, οὐδ᾽ ὅπως τι ἂν ἐμοὶ νεμεσῆσαι, οὐδ᾽ ἀπονοίας &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 233 pag. 2, uſque ad fol. 317 pag. 2, ex *PHOTII Patriarchæ Conſtantinopolitani Bibliothecâ*, ſive *Recenſione Librorum à ſe lectorum*, *Codex ducenteſimus vigeſimus ſecundus*, quo continentur *Excerpta ex Jobii Monachi Libris novem de Oeconomiâ Chriſti*, ſive, *de Verbo incarnato & Redemptionis humanæ myſterio*; & *Codex ducenteſimus vigeſimus tertius*, quo continentur *Excerpta ex Theodori*, ſeu potiùs (3) *Diodori*, *Epiſcopi Tarſenſis Libris octo contra Fatum.* Ipſa tituli græci verba, cum principiis *Excerptorum* utriuſque Codicis, ſunt hæc: Ἐκ τῆς ἀπογραφῆς καὶ συναριθμήσεως τῶν ἀναγνωσθέντων τῷ ἁγίῳ Φωτίῳ Πατριάρχῃ γεγονότι Κωνσταντινουπόλεως, ὅσα καὶ ἀπὸ τῶν τοῦ Μοναχοῦ ἸΩΒΙ΄ΟΥ ἐννέα λόγων ὡς ἀναγκαῖα πρὸς δήλωσιν τοῦ τε εἴδους τῆς γραφῆς ἐκείνου, τῆς τε δυνάμεως καὶ ἀλλοτρόπως ἐξέθετο. καὶ τὸ κατὰ εἱμαρμένης ΘΕΟΔΩ΄ΡΟΥ Ἐπισκόπου Ταρσοῦ. Ἀνεγνώσθη βιβλίον ἸΩΒΙ΄ΟΥ μοναχοῦ ἐν λόγοις μὲν ἐννέα, &c. Ἀνεγνώσθη βιβλίον ΘΕΟΔΩ΄ΡΟΥ Ἐπισκόπου Ταρσοῦ κατὰ εἱμαρμένης ἐν λόγοις μὲν ὀκτώ, &c.

(1) Immò τοῦ θυσιαστηρίου ſive *Altaris* tantùm. (2) Solet enim illi etiam in aliis nonnullis Codicibus MStis Græcis *titulus* Μαγίστρου καὶ Ῥήτορος antonomaſticè attribui. (3) Vide *Davidis Haſchelii* & R. P. *Andreæ Schotti* S. J. Notas & Scholia ad *Bibliothecæ Photianæ* editionem græco-latinam Rothomagenſem anni 1653 in folio, columnâ 662.

Decimo quintò, & quidem à fol. 318 pag. 1, uſque ad fol. 353 pag. 2, *Tomus Condemnationis ſectatorum Barlaami Calabri & Gregorii Acindyni, à Synodo Conſtantinopolitanâ, in Palatio Blachernenſi habitâ, compoſitus & editus* (1) *anno Mundi ſecundùm vulgarem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſupputationem* 6859, *ſive anno Chriſti* 1351, *menſe Auguſto Indictionis quartæ, nec ſolùm Calliſti Patriarchæ Conſtantinopolitani aliorúmque multorum Metropolitarum, verùm etiam ipſorum Imperatorum Joannis Cantacuzeni*, & *Joannis Palæologi ſubſcriptionibus confirmatus.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Tomi* ſunt hæc: Τόμος ἐκτεθεὶς παρὰ τῆς θείας καὶ ἱερᾶς Συνόδου, τῆς συγκροτηθείσης κατὰ τῶν φρονούντων τὰ τοῦ Βαρλαὰμ τε καὶ Ἀκινδύνου ἐπὶ τῆς βασιλείας τῶν εὐσεβῶν καὶ ὀρθοδόξων Βασιλέων ἡμῶν Καντακουζηνοῦ καὶ Παλαιολόγου. Οὔτε τὴν κατὰ τῆς ἐκκλησίας τοῦ κοινοῦ πολεμίου μανίαν ἀγνοεῖν οὐδένα νομίζομεν, οὔτε τὴν παρὰ τοῦ Σωτῆρος ῥοπὴν, &c. In fine autem indicatur *tempus* compoſitionis & promulgationis ejuſdem Tomi, his verbis: Ἔτους ςωνθʹ κατὰ μῆνα Αὔγουστον τῆς δʹ ἐπινεμήσεως ἐγένετο ὁ Τόμος. Sequuntur deinde ibidem *ſubſcriptiones Imperatorum Joannis Cantacuzeni & Joannis Palæologi*, ut & *Patriarchæ Conſtantinopolitani Calliſti* & variorum *Metropolitarum*, nec non præcipuorum Miniſtrorum *Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ S. Sophiæ*, quas, ſi placet, integras vide Lib. V. *Commentar. Lambecian.* pag. 202, 203 & 204. Meminit hujus *Tomi* ipſe *Imp. Joannes Cantacuzenus* Hiſtoriæ Byzantinæ lib. 4. cap. 23, ubi refert *tres* diverſas *Synodos* contra *Barlaamum* & *Acindynum* eorúmque *ſectatores Conſtantinopoli* eſſe habitas, totidémque *Tomos condemnationis* contra eoſdem editos eſſe, quorum ille, de quo in præſens agitur, fuerit *tertius*. Cæterùm quid *Latini* de *Synodis* illis & *Tomis Græcorum*, contra *Barlaamum* & *Acindynum* habitis atque editis, cenſeant, vide apud *Leonem Allatium* lib. 2. de Occid. & Orient. Eccleſ. perpet. Conſenſ. cap. 16 & 17, & apud R. P. *Philippum Labbeum* S. J. in Synopſi Hiſtoricâ Conciliorum omnium an. 1347, & in Chronologiâ Hiſtoricâ univerſali an. 1350.

Decimo ſextò, & quidem fol. 353 pag. 2, uſque ad fol. 356 pag. 2, DAVIDIS *Monachi compendiaria & perſpicua Declaratio hæreſeos Barlaami & Acindyni*; cujus titulus & principium: Τοῦ τιμιωτάτου ἐν μοναχοῖς κυροῦ Δαβὶδ σύντομος καὶ σαφὴς δήλωσις περὶ τῆς τοῦ Βαρλαὰμ καὶ Ἀκινδύνου αἱρέσεως. Ὁ Βαρλαὰμ ἑλληνικοῖς προσκείμενος δόγμασιν, ἐνόμιζε μηδὲν ἄλλο φῶς εἶναι θεῖον, &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 356 pag. 2, uſque ad fol. 358 pag. 2, *ex* PHILOTHEI *Patriarchæ Conſtantinopolitani Libro quinto contra Philoſophum* (2) *Nicephorum Gregoram, Acindynianæ cauſæ ſtrenuum & conſtantem defenſorem, Excerpta nonnulla*, quæ inſcribuntur atque incipiunt his verbis: Τοῦ μακαριωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Φιλοθέου ἀπὸ τοῦ τέλους τοῦ πέμπτου λόγου αὐτοῦ, τοῦ πρὸς τὸν Φιλόσοφον τὸν Γρηγορᾶν. Ἐν μὲν δὴ καὶ πρῶτον διακρίσεως εἶδος ὁ τῆς καθ᾽ ἡμᾶς ἱερᾶς Συνόδου ΤΟΜΟΣ φησὶ, τῆς θείας οὐσίας δηλονότι πρὸς τὴν θείαν ἐνέργειαν &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 359 pag. 1, uſque ad fol. 388 pag. 1, *ex Imp.* JOANNIS CANTACUZENI *Capitibus contra Paulum natione Latinum, Epiſcopi Conſtantinopolitani titulo præditum, Excerpta nonnulla*, quorum titulus & principium: Τοῦ Βασιλέως τοῦ Καντακουζηνοῦ ἀπὸ τῶν κεφαλαίων, ὧν ἔγραψε πρὸς τὸν ἐκ Λατίνων Παῦλον, Ἐπίσκοπον καλούμενον Κωνσταντινουπόλεως. Ὅτι κατ᾽ οὐσίαν ὁ Θεὸς ἐπίσης ἐστὶ καὶ Ἀγγέλοις καὶ ἀνθρώποις καὶ ἀψύχοις, καὶ οὐ τοῖς μὲν μᾶλλον, &c.

Decimo

(1) Hinc patet, *Synodum* illam in R. P. *Philippi Labbei* S. J. Chronologiâ Hiſtoricâ minùs rectè referri ad annum Chriſti 1350. (2) Vide *Imp. Joannis Cantacuzeni* Hiſtor. lib. 4. cap. 24.

Decimo nonò, & quidem à fol. 388 pag. 1, uſque ad fol. 392 pag. 2, *ex* EJUSDEM *Imperatoris* JOANNIS CANTACUZENI *Capitibus contra Monachum Iſaacum Argyrum Excerpta nonnulla*, quorum titulus & principium : Τοῦ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν Κεφαλαίων τῶν πρὸς τὸν μοναχὸν Ἰσαὰκ τὸν Ἀργυρόν. Περὶ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων, ἤτοι τῶν θείων ἐνεργειῶν τοῦ παναγίου Πνεύματος, ἅπερ οἱ ἀντιλέγοντες τῇ ἐκκλησίᾳ κτίσματα φασὶν εἶναι, αὐτίκα τοίνυν ὁ μέγας Βασίλειος &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 393 pag. 1, uſque ad fol. 398 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *& aliorum quorundam Sanctorum Patrum notabilia loca de Luctu & Lachrymis, ab anonymo quodam Autore collecta rogatu* (1) *Iſidori Metropolitæ Theſſalonicenſis*. Ipſa tituli græci verba, cum principio Excerptorum, ſunt hæc : Τοῦ Χρυσοστόμου καὶ ἄλλων ἁγίων περὶ πένθους καὶ δακρύων. Πενθεῖν χρὴ καὶ δακρύειν ἡμᾶς καὶ κόπτεσθαι &c. In fine autem exſtat hæc rubricata ſubſcriptio : Ἐτελειώθη δι' εὐχῶν τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν Δεσπότου καὶ θειοτάτου Μητροπολίτου Θεσσαλονίκης κυροῦ Ἰσιδώρου.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 398 pag. 2, uſque ad fol. 407 pag. 1, NICOLAI CABASILÆ *Libellus de Syllogiſmo*, cujus titulus & principium : Τοῦ σοφωτάτου κυροῦ Νικολάου Καβάσιλα περὶ Συλλογισμοῦ. Ἄτομον ἐστι, τὸ ἐν ἀριθμῷ, οἷον ὅδε ὁ ἄνθρωπος, &c. Meminit quidem hujus Libri etiam *Leo Allatius* in Diatribâ de *Nilis* & eorum Scriptis pag. 56, tanquam *Mediolani* in *Bibliothecâ Ambroſianâ* ſub nomine *Nicolai Cabaſilæ* exſtantis, ſed inſcribitur is ibi atque incipit hoc modo : Περὶ Συλλογισμῶν. Σκοπός ἐστι τῷ συντάγματι διδάξαι τὸ εἶδος τοῦ συλλογισμοῦ &c.

CCXI.

DUCENTESIMUS UNDECIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegans, & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis nonaginta*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc :

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 3 pag. 1, JOANNIS *Præfecti ſive Abbatis Rhaithi Epiſtola ad Joannem cognomine Climacum, Præfectum ſive Abbatem Montis Sinæ, quâ illum rogat, ut componat Scalam Paradiſi*. Ipſa tituli græci verba, cum principio *Epiſtolæ*, ſunt hæc : Ἐπιστολὴ τοῦ (2) Ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ ἡγουμένου τῆς Ῥαϊθοῦ πρὸς Ἰωάννην ἀξιάγαστον τοῦ Σιναίου ὄρους ἡγούμενον. Τῷ ὑπερφυεστάτῳ καὶ ἰσαγγέλῳ Πατρὶ πατέρων καὶ διδασκάλῳ τῷ ὑπερλίαν ὁ ἁμαρτωλὸς Ἰωάννης, τῆς Ῥαιθοῦ ἡγούμενος, ἐν κυρίῳ χαίρειν. Γινώσκοντες ἡμεῖς οἱ εὐτελεῖς &c.

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 1, uſque ad fol. 6 pag. 1, JOANNIS CLIMACI *ad præcedentem Epiſtolam Epiſtola reſponſoria*, cujus titulus & principium : Ἀντίγραμμα τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Σιναίου ὄρους καθηγητοῦ. Ἰωάννης Ἰωάννῃ χαίρειν. (3) Ἀπεδεξάμην ὡς πρέπουσαν τῷ σεμνῷ σου &c.

Tertiò, & quidem à fol. 6 pag. 1 & 2, *Prologus in Vitam* JOANNIS CLIMACI, quo etiam continetur *Comparatio triginta graduum Scalæ Paradiſi cum triginta annis Vitæ Chriſti*

uſque

(1) Meminit ejus *Symeon Archiepiſcopus Theſſalonicenſis* in Dialogo contra Hæreſes. Vide *Leon. Allat.* Diatribam de *Nilis* & eorum ſcriptis pag. 54. (2) In editione Operum *Joannis Climaci* græco-latinâ R. P. *Matthæi Raderi* S. J. Lutetiæ Pariſiorum ſumptibus Sebaſtiani Cramoiſy A. 1633 in folio impreſſâ, pro Ἀββᾶ legitur ἁγίου. Vide ibi Iſagoges caput quartum. (3) In jam citatâ Operum *Joannis Climaci* editione pro Ἀπεδεξάμην legitur Ὑπεδεξάμην.

uſque ad Baptiſmum. Titulus ejus cum principio eſt : Ἐπίγραμμα εἰς τὴν θείαν καὶ ἱερὰν Κλίμακα. (1) Ἐσκόπησεν ὅλως ἀρίστως μάλα, &c.

Quartò, & quidem à fol. 6 pag. 2, uſque ad fol. 13 pag. 2, *Vita* JOANNIS CLIMACI, *à Daniele Monacho Rhaitheno conſcripta*, cujus titulus & principium : Βίος ἐν ἐπιτομῇ τοῦ Ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ ἡγουμένου τοῦ ἁγίου ὄρους τοῦ Σινᾶ, τοῦ ἐπίκλην Σχολαστικοῦ, τοῦ ἐν ἁγίοις ἀληθῶς, συγγραφεὶς ὑπὸ Δανιὴλ ταπεινοῦ μοναχοῦ Ῥαϊθηνοῦ. Τὸ μὲν τίς ἡ ἐνεγκαμένη τὸν γενναῖον καὶ ἐκθρέψασα, &c.

Quintò, & quidem à fol. 13 pag. 2, uſque ad fol. 15 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Præfatio in Joannis Climaci Scalam Paradiſi cum ſubjuncto Indice triginta ejus Graduum*, ſive *triginta Capitum*, in quæ totum illud Opus aſceticum diviſum eſt. *Præfatio* iſta inſcribitur ibi atque incipit hoc modo : Κλίμαξ θείας ἀνόδου. Τοῖς ἐν τῇ βίβλῳ τῆς ζωῆς ἐν οὐρανοῖς ἀπογραφῆναι &c.

Sextò, & quidem à fol. 15 pag. 1, uſque ad fol. 268 pag. 1, JOANNIS CLIMACI *Scala Paradiſi, in triginta Gradus diviſa*, cujus titulus & principium : Λόγος ἀσκητικὸς τοῦ Ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ ἡγουμένου τῶν ἐν τῷ Σινᾷ ὄρει μοναχῶν, ὃν καὶ ἀπέστειλε τῷ Ἀββᾷ Ἰωάννῃ τῷ ἡγουμένῳ τῆς Ῥαϊθοῦ, προτραπεὶς παρ᾽ αὐτοῦ συντάξαι. Τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ὑπεραγάθου καὶ παναγάθου ἡμῶν Θεοῦ καὶ Βασιλέως, &c.

Septimò, & quidem à fol. 268 pag. 2, uſque ad fol. 290 pag. 2, *EJUSDEM Liber ad Paſtorem*, cujus titulus & principium : (2) Λόγος πρὸς τὸν ποιμένα. Ἐν τῇ μὲν κάτω βίβλῳ ἔγαγέ σε, θαυμάσιε Πάτερ, πάντων ἔσχατον τέταχα· &c. In fine autem hujus Libri & ſimul totius Codicis exſtat hæc ſubſcriptio : Τέλος σὺν Θεῷ τῆς βίβλου τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ τῆς Κλίμακος· οὗ ταῖς πρεσβείαις σῶσον ἡμᾶς ὁ Θεός.

Quod reſtat, minimè dubium eſt, quin *Operum Joannis Climaci editio græco-latinâ*, à R. P. *Matthæo Radero* S. J. adornata, & Lutetiæ Pariſiorum ſumptibus Sebaſtiani Cramoiſy A. 1633 in folio impreſſa, beneficio præſtantiſſimi hujus Codicis MSti *Cæſarei* plurimùm poſſit meliorari.

CCXII.

D*UCENTESIMUS DUODECIMUS* Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis viginti*. Continetur eo *THEODORETI Epiſcopi Cyrenſis Curatio Græcarum Affectionum*, ſeu, *Evangelicæ Veritatis ex Græcorum gentilium Philoſophiâ cognitio*, in *duodecim* Διαλέξεις ſive *Diſſertationes* diviſa. Ipſa tituli græci verba cum ſubjuncto *Indice duodecim Diſſertationum* ſunt ibi hæc : Τάδε ἐστὶν ἐν τῇδε τῇ Θεραπευτικῇ ἑλληνικῶν παθημάτων Θεοδωρήτου βίβλῳ. Διάλεξις α΄ περὶ Πίστεως· β΄ περὶ Ἀρχῆς· γ΄ περὶ Ἀγγέλων &c. Deſcriptus autem fuit hic Codex ex alio quodam pervetuſto Codice, quem *Petrus Patricius* (3) *Imp. Leoni* cognomine *Philoſopho* ſeu *Sapienti* obtulit atque dicavit *Epigrammate* ibidem præfixo; quod quoniam in ejuſdem Operis editione græco-latinâ, à *Friderico Sylburgio* ex duobus Codicibus MStis Palatinis & totidem Auguſtanis ſummo ſtudio adornatâ, & Heidelbergæ typis Hieronymi Commelini A. 1592 in folio editâ, non exſtat, publicâ tamen luce

varias

(1) In ſuprà citatâ Operum *S. Joannis Climaci* editione *Raderianâ* eſt Prologus hic perperàm collocatus in fine Indicis Capitum Scalæ Paradiſi, cùm reverâ debuiſſet præfigi *Vitæ Joannis Climaci*, ut in Codice hoc MSto *Cæſareo*. (2) Vide ſuprà citatam Operum *Joannis Climaci* editionem græco-latinam Raderianam pag. 463. (3) Cœpit is imperare A. C. 889.

varias ob cauſas valdè dignum eſt, integrum illud exhibuit CL. Lambecius Lib. IV. *Commentar.* pag. 179, & 180, quem, ſi placet, vide.

CCXIII.

D*UCENTESIMUS DECIMUS TERTIUS* Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *viginti novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo MICHAELIS PSELLI *quinque Carmina verſibus politicis ad Imp. Conſtantinum Monomachum*; quorum *primum in Inſcriptiones ſive Titulos Pſalmorum Davidicorum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ ὑπερτίμου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ πρὸς τὸν Βασιλέα Μονομάχον. Οὐκ ἔστι τὸ Ψαλτήριον Δέσποτά μου βιβλίον, Ὡς οἱ πολλοὶ νομίζουσι πάντως ἐξ ἀγνωσίας, Ἀλλ᾽ ἦν τὸ πρὶν δεκάχορδον ὄργανον ὡς κιθάρα, &c; *ſecundum de Pſalmorum Davidicorum compoſitione & uſu, & de eorundem translatione ex Hebraicâ in linguam Græcam per Septuaginta duos Interpretes*: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν Βασιλέα. Θεοπάτωρ Βασιλεὺς Δαβὶδ ὁ ψαλμογράφος, Νομοθετῶν καὶ Προφητῶν καὶ στρατηγῶν τὸ κλέος, &c; *tertium de Dogmatibus Fidei Chriſtianæ*: Τοῦ αὐτοῦ. Δίχου καὶ τὸν θεμέλιον τῶν καθ᾽ ἡμᾶς δογμάτων. Θεὸν δεσπότην γίνωσκε σωμάτων ἀσωμάτων, Ἄχρονον, ἀτελεύτητον, τῶν ὅλων, ὑποστάτην, &c; *quartum de* (1) *Nomocanone Photii Patriarchæ Conſtantinopolitani, & de Conciliis Generalibus atque Provincialibus, ex quorum Canonibus is collectus eſt*: Τοῦ αὐτοῦ. Ἔχε μοι γνῶσιν, Δέσποτα, καὶ τοῦ Νομοκανόνου. Συντεθεὶς βίβλος πέφυκε νόμων τε καὶ κανόνων, Κανόνων μὲν συνοδικῶν καὶ νόμων διαφόρων, Τῶν νεαρῶν δὲ μάλιστα πανσόφων θεσπισμάτων, &c; *quintum de Septem Conciliis Oecumenicis contra diverſas hæreſes celebratis*: Γίνωσκε καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἱερῶν Συνόδων· Ὁπόσαι κατὰ δυσσεβῶν ἐκροτήθησαν; Ἄναξ· Ἑπτὰ πᾶσαι πεφύκασι, πρώτη δ᾽ ἡ ἐν Νικαίᾳ, &c.

CCXIV.

D*UCENTESIMUS DECIMUS QVARTUS* Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *octoginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo ANONYMI *cujuſdam Autoris Liber de Hæreſibus, ob neſcio quot foliorum defectum ſine mutilus, & ab Adamo nunc tantùm pertingens uſque ad Origenem. Proœmium* ejus ad neſcio quem amicum ſine ullâ inſcriptione ſive titulo incipit his verbis: Θεῷ καὶ θεοφιλέσιν ἀνδράσι τίς ἂν ἀξία προσαγωγὴ γένοιτο· ὁ μὲν γὰρ, τὸ ἀκρότατον ὢν ἁπάντων τῶν ἐφετῶν, οὐδενὸς τῶν ὄντων ὀφείλει, ἐπεὶ καὶ ἐξ αὐτοῦ καὶ δι᾽ αὐτοῦ τὰ πάντα τὸ εἶναι εἰλήφασιν· οἱ δὲ, &c. In eodem *Proœmio* ipſe *Autor* indicat, ſe *extorrem patriâ & egenum habitáſſe juxta Nicæam Bithyniæ Metropolim*. Meminit deinde ibidem *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis* & *Euthymii Zigabeni*, tanquam eorum, qui ante ſe idem argumentum tractaverint, nempe *Theodoretus* in *Panario*, *Euthymius* autem in *Panopliâ dogmaticâ*; & porrò ſubjungit, quâ ratione ac methodo ipſe poſt illos materiam hanc tracta-

(1) Vide *Guilielmi Voelli* & *Henrici Juſtelli* Tomum ſecundum *Bibliothecæ Juris Canonici Veteris*, Lutetiæ Pariſiorum A. 1661 apud Ludovicum Billaine duobus Tomis in folio græcè & latinè editæ, pag. 789.

tractaturus ſit. Quo finito *Proœmio*, orditur ipſam *Narrationem* his verbis: Ἀδὰμ ὁ πρῶτος πλασθεὶς ἀπὸ γῆς ὑπὸ Θεοῦ, καὶ λαβὼν τὸ ζωογόνον ἐμφύσημα, ἔχει ἐκ μιᾶς τῶν αὐτοῦ πλευρῶν τὴν Εὔαν ἑαυτῷ ὁμοίαν· βιώσας δὲ Ἀδὰμ ἔτη ἐννακόσια τριάκοντα, γεγέννηκε Κάϊν μετὰ τὴν παράβασιν τῆς ἐντολῆς, &c.

CCXV.

DUCENTESIMUS DECIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, & ab aquâ marinâ miſerè deformatus, conſtátque nunc foliis *ducentis ſexaginta quatuor*, & ad *Marcum Mamunam Cretenſem* olim pertinuit. Continetur eo S. JOANNIS DAMASCENI *Octoechus cum Commentario ampliſſimo Joannis Zonaræ, ex Aulæ Imperialis Conſtantinopolitanæ Magno Drungario Vigiliæ & Protoſecretario Aſcetæ ſive Monachi.* Titulus hujus *Commentarii* adeò evanuit, ut mihi prorsùs ſit illegibilis. Ipſe autem *Commentarius* incipit, itidem ut in Codice MSto Theologico Græco XXVto, his verbis: Ἐπεὶ κανόνων ἑρμηνεία ἐστὶ τὸ παρὸν σύνταγμα, χρὴ καὶ περὶ αὐτοῦ τὸ ὄνομα &c. Antiquiſſima editionum græcarum *Octoechi* impreſſarum, quas hactenùs in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* reperi, prodiit *Venetiis* A. 1523 in octavo, eidémque *Imago S. Joannis Damaſceni* præfixa eſt.

CCXVI.

DUCENTESIMUS DECIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, ſed in principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis viginti novem*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 31 pag. 1, *S. MAXIMI Monachi & Martyris Capitum de Charitate Centuriæ quatuor*, quarum *prima* omninò, *ſecundæ* autem *Capita ſex priora* ibi deficiunt. Reliqua verò *Centuriæ ſecundæ* Capita à Capite *ſeptimo* Ὅστις ἀγαπᾷ, τούτου καὶ ἀντέχεται πάντως, &c. uſque ad *centeſimum* ſive *ultimum* ibi ſuperſunt integræ, ut & totæ *duæ ſequentes Centuriæ*, nempe *tertia* & *quarta*. Titulus earum eſt ibi talis: Μαξίμου μοναχοῦ καὶ φιλοσόφου κεφάλαια.

Secundò, & quidem à fol. 31 pag. 1, uſque ad fol. 62 pag. 2, *EJUSDEM Capitum de Theologiâ & Filii Dei in carne Oeconomiâ Centuriæ duæ priores*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit: Τοῦ αὐτοῦ Ἀββᾶ Μαξίμου κεφαλαιώδης λόγος περὶ θεολογίας καὶ ἀλληγορικὸς περὶ ἀρετῶν. Κεφάλαιον ά. Εἷς Θεὸς ἄναρχος, ἀκατάληπτος, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 62 pag. 2, uſque ad fol. 63 pag. 2, *EJUSDEM Capita decem de duabus Chriſti Naturis*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit: Τοῦ αὐτοῦ Μαξίμου περὶ τῶν δύο φύσεων τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ Κεφάλαια ί. Κεφάλαιον ά. Ὁ Ἄρειος τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖ, ἀλλὰ &c.

Quartò, & quidem à fol. 63 pag. 2, uſque ad fol. 64 pag. 2, *EJUSDEM de Eſſentiâ, Naturâ, Subſtantiâ & Perſonâ Capita decem*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit: Τοῦ αὐτοῦ περὶ οὐσίας, καὶ φύσεως, ὑποστάσεώς τε καὶ προσώπου κεφάλαια ί. Κεφάλαιον ά. Ὅτι οὐσία μὲν αὐτὸ τὸ εἶδος καὶ τὴν φύσιν, ὅπερ ἐστὶ καθ' ἑαυτὸν, δηλοῖ· ὑπόστασις δὲ &c.

Quintò,

Quintò, & quidem à fol. 64 pag. 2, uſque ad fol. 65 pag. 2, EJUSDEM *Epiſtola ad Coſmam Diaconum Alexandrinum de Communi & Proprio, ſive, de Eſſentiâ & Subſtantiâ, Naturâ & Perſonâ*: cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ πρὸς Κοσμᾶν Ἀλεξανδρείας περὶ κοινοῦ καὶ ἰδίου, ἤγουν οὐσίας καὶ ὑποστάσεως, φύσεώς τε καὶ προσώπου. Τῷ θεοφιλεστάτῳ κυρίῳ Κοσμᾷ Διακόνῳ Μάξιμος ταπεινὸς χαίρειν. Ἐπειδὴ πολὺς ἡμῖν &c.

Sextò, & quidem à fol. 65 pag. 2, uſque ad fol. 67 pag. 2, EJUSDEM *Definitiones*, quarum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Μαξίμου Ὅροι, σαφηνίζοντες τί οὐσία, καὶ φύσις, πρόσωπόν τε καὶ ὑπόστασις, ὡσαύτως τὸ ἐνούσιον καὶ ὁμοούσιον, ἐνυπόστατον καὶ ὁμοϋπόστατον, καὶ τὰ ἰδίως τούτοις θεωρούμενα. Οὐσία καὶ φύσις ταυτόν ἐστιν· ἄμφω γὰρ &c. Differt exemplar hoc manuſcriptum aliquantùm ab earundem *Definitionum editione græcâ Davidis Hæſchelii*, *Myſtagogiæ S. Maximi* præfixâ, & Auguſtæ Vindelicorum typis Joan. Prætorii A. 1599 in octavo impreſsâ; ut & ab earundem *editione latinâ* R. P. *Franciſci Turriani* S. J., cum aliis *S. Maximi Opuſculis contra Monotheletas & Acephalos* impreſsâ A. 1605 Ingolſtadii typis Ederianis in octavo.

Septimò, & quidem à fol. 67 pag. 2, uſque ad fol. 69 pag. 1, EJUSDEM *Opuſculum de duabus Chriſti Voluntatibus*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν δύο θελημάτων Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν. Τὸ Χριστὸς ὄνομα οὐ φύσεως ἐστὶ δηλωτικὸν, ἀλλὰ συνθέτου ὑποστάσεως, τουτέστιν &c.

Octavò, & quidem à fol. 69 pag. 1, uſque ad fol. 86 pag. 1, EJUSDEM *Myſtagogia Eccleſiaſtica*, ſive *Expoſitio ſacræ Liturgiæ & divinæ Synaxeos*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἐκκλησιαστικῆς μυσταγωγίας, καὶ τίνων εἰσὶ σύμβολα τὰ κατ' αὐτὴν ἐπὶ τῆς θείας συνάξεως τελούμενα. Πῶς σοφώτερος γίνεται λαβὼν ἀφορμὴν ὁ σοφὸς, &c. Utiliſſimum autem fore arbitror, ut exemplar hoc manuſcriptum cum ſuprà memoratâ *Davidis Hæſchelii* editione impreſsâ accuratè conferatur.

Nonò, & quidem à fol. 86 pag. 1, uſque ad fol. 89 pag. 2, S. CYRILLI *Archiepiſcopi Hieroſolymitani Hiſtoria Eccleſiaſtica & Myſtagogica*, ſive, *Explicatio vocabulorum & rituum Eccleſiaſticorum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου Ἐπισκόπου Ἱεροσολυμίτου Ἱστορία ἐκκλησιαστικὴ καὶ μυσταγωγική. Ἐκκλησία ἐστὶ ναὸς Θεοῦ, τέμενος ἅγιον, οἶκος προσευχῆς, συνάθροισις λαοῦ, σῶμα Χριστοῦ, νύμφη Χριστοῦ, ἐπίγειος οὐρανὸς, ἐν ᾧ ὁ ἐπουράνιος Θεὸς ἐνοικεῖ καὶ περιπατεῖ. Ἡ Κόγχη ἐστὶ &c.

Decimò, & quidem à fol. 89 pag. 2, uſque ad fol. 91 pag. 1, S. MAXIMI *Opuſculum de differentiâ duarum in Chriſto naturarum poſt unionem*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Μαξίμου περὶ διαφορᾶς, καὶ πῶς εὐσεβῶς δεῖ ὁμολογεῖν δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ μετὰ τὴν ἕνωσιν. Τούτων οὕτω σαφῶς κατὰ τὴν ὑγιῆ ἔννοιαν τοῖς ἱεροῖς τῆς ἐκκλησίας διδασκάλοις διηγορευομένων, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 91 pag. 1, uſque ad fol. 99 pag. 2, EJUSDEM *Tomus dogmaticus ad* (1) *Stephanum Epiſcopum Dorenſem contra* (2) *Ecthesin ſive Expoſitionem Fidei de unâ in Chriſto voluntate ab Imp. Heraclio inſtinctu Patriarchæ Sergii Conſtantinopoli promulgatam*. Ipſa tituli græci verba, cum principio Opuſculi, ſunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ Μαξίμου ἀθλητοῦ καὶ ὁμολογητοῦ ἀληθείας, καὶ ἀληθῶς Φιλοσόφου πνευματικοῦ,

(1) Vide de eo Em. Card. *Baron.* Annal. Eccleſiaſt. Tom. VIII. an. 643. num. 16. (2) Vide *Anaſtaſii Sedis Apoſtolicæ Bibliothecarii Collectanea*, à R. P. *Jac. Sirmondo* S. J. Pariſiis typis Nivellianis A. 1620 in 8vo edita, p. 38, 53 & 126.

Τόμος δογματικὸς ἀποδεικνὺς τὴν κατὰ καινοτομίαν γεγονυῖαν ἐπείσακτον Ἔκθεσιν Ἡρακλείου τοῦ Βασιλέως ἐξ ὑποβολῆς Σεργίου τοῦ Κωνσταντινουπόλεως, ἀπᾴδουσαν μὲν τῶν ἱερῶν Λογίων τε καὶ Πατέρων, συνᾴδουσαν δὲ τοῖς ἀνιέροις αἱρετικοῖς, τοῖς τήν τε σύγχυσιν ἅμα καὶ τὴν διαίρεσιν τερατολογοῦσιν ἐπὶ Ἰησοῦ κατὰ Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν μυστηρίου, γραφεὶς ἀπὸ Ῥώμης πρὸς Στέφανον τὸν ἁγιώτατον Ἐπίσκοπον Δώρων, τελοῦντα ὑπὸ τὸν ἅγιον καὶ ἀποστολικὸν θρόνον τῆς ἁγίας Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν πόλεως. Νυκτὶ μέν τὸν παρόντα βίον, μύλωνι δὲ τὴν τούτου κίνησιν, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 99 pag. 2, uſque ad fol. 103 pag. 2, (1) JOANNIS *Grammatici Capita ſeptendecim contra Acephalos*; quorum *primum* inſcribitur atque incipit: Ἰωάννου Γραμματικοῦ πρὸς τοὺς Ἀκεφάλους κεφάλαια ιζʹ. Κεφάλαιον αʹ· Εἰ ὁ λέγων τὸν Θεὸν, μόνον τὸν Χριστὸν, μανιχαΐζει, καὶ ὁ λέγων μόνον ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν, παυλιανίζει, καὶ ὁ λέγων Θεὸν τέλειον τὸν Χριστὸν, ἄνθρωπον δὲ ἀτέλειον, ἀπολιναρίζει, &c.

Decimo tertiò, & quidem fol. 103 pag. 2, & fol. 104 pag. 1, *EJUSDEM Diſſertatiuncula de Diviſione trium animæ facultatum reſpectu quatuor primariarum Virtutum*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ διαίρεσις τῶν τριῶν ψυχικῶν δυνάμεων πρὸς τὰς τέσσαρας γενικωτάτας ἀρετὰς, πῶς ἐν ταῖς τρισίν εἰσι αἱ τέσσαρες. Φασί τινες, τί δήποτε τριῶν δυνάμεων οὐσῶν τῆς ψυχῆς τέσσαρας τὰς κατ' ἀρετὴν ἐπ' αὐταῖς ἕξεις θεωροῦμεν, πρὸς οὓς λεκτέον, ὅτι τὸ λογιστικὸν &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 105 pag. 1, uſque ad fol. 152 pag. 1, S. GREGORII NYSSENI *Homiliæ octo de octo Beatitudinis comparandæ rationibus*, *quarum ipſe Servator noſter Chriſtus apud S. Matthæum cap. 5. meminit*. Harum *prima* incipit: (2) Τίς ἄρα τοιοῦτος ἐν τοῖς συνειλεγμένοις &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 152 pag. 1, uſque ad fol. 185 pag. 1, *EJUSDEM Homiliæ quinque in Orationem Dominicam*, quarum *prima* incipit: (3) Εὐχῆς ἡμῖν διδασκαλίαν ὁ θεῖος ὑφηγεῖται λόγος, &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 185 pag. 1, uſque ad fol. 191 pag. 1, *EJUSDEM Epiſtola ad Harmoniam de nomine & profeſſione Chriſtianorum*; cujus principium: (4) Ὅπερ ποιοῦσιν πρὸς τοὺς κερδαίνοντας &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 191 pag. 1, uſque ad fol. 208 pag. 1, *EJUSDEM Epiſtola ad Cæſarium de Perfectione & qualitate Chriſtiani*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Καισάριον περὶ τελειότητος καὶ ὁποῖον χρὴ εἶναι τὸν χριστιανόν. (5) Πέπουθά τι τῇ προαιρέσει ἡ σπουδὴ &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 208 pag. 1, uſque ad fol. 229 pag. 2, *EJUSDEM Oratio Catechetica*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ λόγος κατηχητικὸς καὶ περὶ διαφόρων κεφαλαίων, ἐν οἷς ἡ τῶν ὀρθοδόξων χριστιανῶν πίστις. (6) Ὁ τῆς κατηχήσεως λόγος ἀναγκαῖος μέν ἐστι &c. Eſt autem ea in fine mutila.

DUCEN-

(1) Is eſt *Joannes* cognomine *Philoponus*, *Grammaticus* & *Philoſophus Alexandrinus*, de quo vide Librum *tertium* Lambecianorum Commentariorum pag. 165, 166 & 246. Conſule etiam *Suidam Lexicographum* ſub titulo Ἰωάννης γραμματικὸς, ubi expreſsè teſtatur, ipſum ſcripſiſſe κατὰ Σεβήρου, hoc eſt, *contra Severum Epiſcopum Antiochenum & Ducem Acephalorum*. (2) Vide Operum *S. Gregorii Nyſſeni* editionem græcolatinam Pariſ. Tom. I. pag. 762. (3) Vide ibid. Tom. I. pag. 712. (4) Vide ibid. Tom. II. pag. 699. (5) Vide ibid. Tom, II. pag. 707; ſed ibi pro πρὸς Καισάριον legitur πρὸς Ὀλύμπιον μοναχόν. (6) Vide ibid. Tom. II. pag. 475.

CCXVII.

DUCENTESIMUS DECIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, in principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *octoginta ſeptem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 83 pag. 1, S. JOANNIS DAMASCENI *Opus de Orthodoxâ Fide*, non, ut vulgò fit, in (1) *Libros quatuor*, ſed tantùm in *Capita* diviſum, à Capite *de Loco Dei & quòd Deus ſolus circumſcribi nequeat*, quod eſt in editione (2) *Billianâ* Pariſienſi *Libri primi decimum ſextum*, uſque ad *Libri quarti Caput ultimum de Reſurrectione*.

Secundò, & quidem à fol. 83 pag. 2, uſque ad folium 87, ſive ultimum, *Definitiones Theologicæ ex* S. CLEMENTIS *&* S. JOANNIS DAMASCENI, *aliorúmque variorum* SANCTORUM PATRUM *Scriptis collectæ*, quarum titulus & principium: Ὅροι διάφοροι σὺν Θεῷ κατὰ τὴν παράδοσιν καὶ πίστιν τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, συλλεγέντες ἀπό τε τοῦ μακαρίου ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ καὶ ἸΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΔΑΜΑΣΚΗΝΟΥ καὶ ἑτέρων ὁσίων καὶ ἁγίων Πατέρων. Τί ἐστι Θεὸς, καὶ ὁσαχῶς νοεῖται Θεὸς, καὶ κατὰ τί λέγεται Θεός· καὶ ὅτε μὲν ἐρωτῶμεν τί ἐστι Θεὸς, πρόδηλον ὅτι &c.

CCXVIII.

DUCENTESIMUS DECIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *quadringentis octoginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 347 pag. 1, SYMEONIS *Archiepiſcopi Theſſalonicenſis Dialogus Eccleſiaſticus adverſus omnes Hæreſes & de ſolâ verâ Fide, ſimul etiam* (3) *de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis*, & (4) *de Templo, rebúſque ac perſonis ad illud pertinentibus*. Eſt autem is ibi ob defectum aliquot foliorum in principio mutilus, atque incipit nunc his verbis: - - τηρήσας καὶ κηρύξας τὴν πίστιν· καὶ πᾶς ὁ τῶν ἁγίων ὁ χορὸς οὕτω ποιήσας, &c. Plura de hoc *Dialogo* vide apud doctiſſimum *Leonem Allatium* in Diatribâ de *Symeonum* ſcriptis pag. 192 & 193, ubi ſuum de eo judicium pronunciat.

Secundò, & quidem à fol. 348 pag. 1, uſque ad fol. 411 pag. 1, EJUSDEM *Reſponſiones octoginta quinque ad totidem Interrogata Gabrielis Metropolitæ Pentapolitani*; quarum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἀποκρίσεις πρός τινας ἐρωτήσεις Ἀρχιερέως ἐρωτηκότος αὐτόν. Προοίμιον. Ἔδει μὲν τὰς τοιαύτας τῶν ἐρωτήσεων ὑψηλοτέροις οὔσας καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς &c. Vide *Leonis Allatii* Diatribam de *Symeonum* ſcriptis pag. 193 & 194.

Tertiò, & quidem à fol. 412 pag. 1, uſque ad fol. 424 pag. 2, EJUSDEM *Epiſtola de Sacerdotio ad quendam pium Monachum, ſacrâ Diaconiâ inſignitum, cùm ipſe Archiepiſcopus adhuc exiſteret in ordine tantùm Presbyterorum*. Ipſa tituli græci verba, cum principio *Epiſtolæ*, ſunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ περὶ Ἱερωσύνης πρός τινα τῶν εὐλαβῶν μοναχῶν, ἱερᾶς Διακονίας ἠξιωμένον, ἔτι καὶ τοῦ Ἀρχιερέως εἰς τὸν τοῦ Πρεσβυτέρου τελοῦντος

(1) Vide Lib. III. Lambec. Comment. pag. 117. & Lib. IV. pag. 217. (2) Vide ibi pag. 281. (3) Vide ibi fol. 73. pag. 1. (4) Vide ibi fol. 139. pag. 2.

τότε βαθμόν. Ἐν Χριστῷ μοι ἀγαπητὲ καὶ γνησιώτατε ἀδελφὲ, τὴν ὀφειλὴν τῆς ἀγάπης πᾶσι κατὰ τὴν ἐντολὴν ὀφείλοντες, πολλῷ μᾶλλον &c. Vide ſuprà citatam *Leonis Allatii* Diatribam de *Symeonum* ſcriptis pag. 194.

Quartò, & quidem à fol. 425 pag. 1, uſque ad fol. 430 pag. 2, *Expoſitio perquàm neceſſaria verborum ſacri Symboli Fidei Chriſtianæ, unde collecta, & adverſus quos coagmentata ſint.* Ipſa tituli græci verba, cum principio Expoſitionis, ſunt hæc: Ἔκθεσις τοῦ αὐτοῦ ἀναγκαιοτάτη περὶ τῶν τοῦ ἱεροῦ Συμβόλου ῥήσεων, ὅθεν συνελέγησαν, καὶ κατὰ τίνων αὗται συγκείμεναί εἰσιν. Καλὸν ἐκθέσθαι καὶ ὅθεν τὸ ἱερώτατον παρὰ τῶν θείων Πατέρων συνετέθη Σύμβολον, &c. Vide ſuprà citatam *Leonis Allatii* Diatribam de *Symeonum* ſcriptis pag. 194.

Quintò, & quidem à fol. 430 pag. 2, uſque ad fol. 435 pag. 2, *EJUSDEM Explicatio duodecim Capitum ſeu Articulorum, ſolam veram Chriſtianorum Fidem, quantum fieri poteſt, continentium, & divino Symbolo comprehenſorum.* Ipſa tituli græci verba, cum principio *Explicationis*, ſunt hæc: Περιεκτικὰ ὡς δυνατὸν τῆς μόνης τῶν Χριστιανῶν πίστεως ἡμῶν Κεφάλαια δώδεκα, ἅπερ τινὲς Ἄρθρα καλοῦσι τῆς πίστεως, σαφέστερον συντεθέντα παρὰ τοῦ ταπεινοῦ Ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης Συμεὼν, καὶ ὅτι ταῦτα περιέχει τὸ θεῖον Σύμβολον, καὶ περὶ τῶν περιεκτικῶν ἀρετῶν. Ἡ ἀληθὴς καὶ μόνη τῶν Χριστιανῶν ἡμῶν πίστις, ὑπὲρ νοῦν οὖσα καὶ λόγον, &c. Vide ſuprà citatam *Leonis Allatii* Diatribam de *Symeonum* ſcriptis pag. 194.

Sextò, & quidem à fol. 436 pag. 1, uſque ad fol. 466 pag. 1, *EJUSDEM Expoſitio prorſus neceſſaria ſacri Symboli ſolius veræ Fidei Chriſtianæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου Θεσσαλονίκης κυροῦ Συμεὼν ἑρμηνεία τοῦ ἱερωτάτου Συμβόλου πάνυ ἀναγκαία. περὶ τοῦ ἱερωτάτου Συμβόλου τῆς ἀληθοῦς καὶ μόνης τῶν Χριστιανῶν ἡμῶν πίστεως ἀναγκαῖον μὲν καὶ σωτηριῶδες &c. Vide ſuprà citatam *Leonis Allatii* Diatribam de *Symeonum* ſcriptis pag. 194.

Septimò, & quidem à fol. 466 pag. 2, uſque ad fol. 477 pag. 2, *EJUSDEM Precationes ſacræ*, quarum *prima contra hoſtium gentilium incurſionem* inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ αὐτοῦ Εὐχὴ κατὰ ἐθνικῶν ἐν παντὶ καιρῷ ἀναγκαία τῆς αὐτῶν ἐπιθέσεως. Πάτερ, Υἱὲ καὶ πνεῦμα ἅγιον, ὁ μόνος ἐν Τριάδι Θεὸς, ὁ ἀγαθὸς, ὁ ἐλεήμων, &c; *ſecunda in Encæniis Templi Beatiſſimæ Virginis Deiparæ* τῆς ἀχειροποιήτου ſive *non-manufactæ*: Εὐχὴ ἐπὶ τοῖς ἐγκαινίοις τοῦ θείου ναοῦ τῆς παναγίας Θεοτόκου τῆς ἀχειροποιήτου. λέγεται δὲ καὶ πρὸ τῶν πυλῶν τοῦ ναοῦ τῆς Θεοτόκου, ἡνίκα μετὰ λιτανείας εἰσέρχεται ὁ Ἀρχιερεὺς ὑπαλλάσσων μικρὸν τὰ περὶ τῶν ἐγκαινίων ῥήματα. Χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ· &c; *tertia ad Beatiſſimam Virginem Deiparam in ſolenni ſupplicatione*: Εὐχὴ εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον ἐν λιτῇ λεγομένη. Ἁγιωτέρα τῶν Ἀγγέλων, ἐνδοξοτέρα τῶν Ἀρχαγγέλων, &c; *quarta ad Beatiſſimam Virginem Deiparam cujuslibet neceſſitatis causâ*: Εὐχὴ εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον ἐπὶ πάσῃ αἰτήσει. Κεχαριτωμένη, εὐλογημένη, ὑπὲρ πᾶσαν τετιμημένη κτίσιν, &c; *quinta tempore terræmotûs, ſiccitatis & famis, & quarumcunque aliarum calamitatum*: Τοῦ αὐτοῦ ἑτέρα εὐχὴ ἐπὶ σεισμῷ, καὶ αὐχμῷ, καὶ λοιμῷ, καὶ πάσῃ ἄλλῃ κακώσει. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ παντοκράτορ, ὁ Θεὸς τῶν Ἀγγέλων ὁ Βασιλεὺς τῶν Ἁγίων, ὁ Κτιστὴς τοῦ σύμπαντος, &c; *ſexta ad Spiritum Sanctum in feſto Pentecoſtes*: Εὐχὴ εἰς τὴν Πεντηκοστὴν εἰς τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Ἀγαθὲ καὶ ἀγαθότητος πηγὴ, ἅγιε καὶ ἁγιασμοῦ χορηγὲ, &c.

Octavò,

Octavò, & quidem à fol. 477 pag. 2, uſque ad fol. 482 pag. 2, *EJUSDEM accurata Dijudicatio legitimarum & illegitimarum Nuptiarum, excerpta ex Libro Juridico Chartophylacis Theodori Balſamonis.* Ipſa tituli græci verba, cum principio Opuſculi, ſunt hæc: Διάγνωσις ἀκριβὴς τῶν τε ἐννόμων γάμων καὶ τῶν παρανόμων, παρεκβληθεῖσα ἀπὸ τοῦ νομίμου βιβλίου τοῦ ἐκτεθειμένου παρὰ τοῦ Χαρτοφύλακος ἐκείνου τοῦ Βαλσαμῶν. Περὶ γάμων ἐπιτετραμμένων, καὶ κωλυομένων, καὶ περὶ διαφορᾶς τῶν βαθμῶν τῆς συγγενείας &c. Τρεῖς εἰσιν ὅροι τῶν κεκωλυμένων γάμων· εἷς, ὁ ἐκ τοῦ ἁγίου καὶ σωτηριώδους Βαπτίσματος, &c.

Nonò, & quidem à fol. 482 pag. 2, *Epigramma Jambicum ſive Inſcriptio Jambica Statuæ lapideæ S. Pauli Apoſtoli, ſculptæ ex illo ipſo, ut fertur, lapide, in quo accepit* (1) *quadraginta plagas minus unâ.* Integrum illud *Epigramma* vide Lib. V. *Commentar. Lambecian.* pag. 221 & 222.

CCXIX.

D*UCENTESIMUS DECIMUS NONUS* Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque *centum* foliis, & primùm quidem ad celeberrimam Regis Hungariæ *Matthiæ Corvini Bibliothecam Budenſem* olim pertinuit, poſteà autem per *Joannem Sambucum* pervenit in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream.* Continentur eo S. BASILII MAGNI *Homiliæ novem in Hexaëmeron*, ſive, *de opere ſex dierum*; quarum *prima* incipit: Πρέπουσα ἀρχὴ τῷ περὶ τῆς τοῦ κόσμου συστάσεως &c.

In fine autem *nonæ* ſive *ultimæ Homiliæ* extat *principium Epiſtolæ Papæ Nicolai V. ad ultimum Imperatorem Conſtantinopolitanum Conſtantinum Palæologum, è latinâ in græcam linguam à Theodoro Gazâ Theſſalonicenſi translatæ*, hoc modo: Ἐπιστολὴ μεγίστου Ἀρχιερέως Νικολάου πέμπτου, ἣν μετέφρασε Θεόδωρος Θεσσαλονικεὺς τῆς Γαζαίων οἰκίας· Νικόλαος Ἐπίσκοπος, δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, τῷ φιλτάτῳ ἐν Χριστῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ Παλαιολόγῳ, Ῥωμαίων ἐπιφανεστάτῳ Αὐτοκράτορι χαίρειν καὶ εὐλογίας ἀποστολικῆς ἀπολαύειν· &c. Meminit hujus Epiſtolæ R. P. *Philippus Labbæus* in Conciliorum Hiſtoricâ Synopſi pag. 251.

CCXX.

D*UCENTESIMUS VIGESIMUS* Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum quinquaginta uno.* Continetur eo ANDREÆ *Cæſareenſis in Cappadociâ Archiepiſcopi Commentarius in Apocalypſin S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ*; ſed perperàm attribuitur *Origeni*, ut videre eſt ex titulo Præfationis, qui ibi eſt talis: Εἰς τὴν τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου καὶ Εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου Ἀποκάλυψιν ἐξήγησις ὨΡΙΓΈΝΟΥΣ, θαυμαστῶς τὴν ἀσάφειαν ταύτης εἰς φῶς παράγουσα. Ipſa quoque *Præfatio* ibidem in principio eſt mutila, &, quaſi integra eſſet, incipit hoc modo: Προοίμιον. Πρῶτον μὲν οὖν, ὡς οἶδα καὶ αὐτὸς, πᾶσα θεόπνευστος γραφὴ &c.

DUCEN-

(1) Vide Epiſtolam ſecundam ad Corinthios cap. 11. verſ. 24.

CCXXI.

DUCENTESIMUS VIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque *centum ſeptuaginta quatuor* foliis, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *Acta Apoſtolorum* & *Epiſtolæ S. Jacobi, S. Petri, S. Joannis, S. Judæ* & *S. Pauli*, cum *Hypotheſibus* ſive *Argumentis* & *Lemmatibus Capitum*. Valdè autem notabile eſt, in hoc Codice ante *Epiſtolam S. Jacobi* extare *anonymi* cujuſdam pervetuſti (1) *Autoris Procœmium* ſive *Epiſtolam dedicatoriam ad S. Athanaſium* Archiepiſcopum Alexandrinum, quâ clarè atque expreſsè teſtatur, ſe *Hypotheſes* illas & *Lemmata capitum Epiſtolarum Catholicarum* fraterno ipſius juſſu compoſuiſſe. Titulus iſtius Procœmii, unà cum principio, eſt talis: Πρόλογος τῶν καθολικῶν ἐπιστολῶν. Μικροῖς μὲν, καὶ μικρὰ τολμῶσιν, οὐκ ἀδεές· ὁ δὲ ἐλάχιστος ἐγὼ τοῖς ὑπὲρ ἐμὲ πόνοις ἐγχειρῶν, οὐχ ἥκιστα πέφυκα ἀκινδύνως· ὥσπερ ἂν εἴ τις &c. Exſtat etiam in eodem Codice, & quidem à folii 159 paginâ ſecundâ, uſque ad folium 174 ſive ultimum, *Index* ampliſſimus omnium ſolennium *Lectionum ſacrarum totius Novi Teſtamenti*, unà cum *Menologio* ſive *Ephemeride omnium Feſtorum totius anni* ſecundùm conſuetudinem Eccleſiæ *Conſtantinopolitanæ à Septembri* ad *Auguſtum*. Ibidem quoque prorsùs in fine legitur, Codicem hunc à *Leone* quodam eſſe ſcriptum anno Mundi ſecundùm ſupputationem *Conſtantinopolitanam* 6839, hoc eſt, anno Chriſti 1331.

CCXXII.

DUCENTESIMUS VIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum nonaginta quinque*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 45 pag. 1, S. JOANNIS DAMASCENI *Logica, in Capita quinquaginta diviſa*, cujus *Procœmium* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ θεοτιμήτῳ Κοσμᾷ τῷ ἁγιωτάτῳ Ἐπισκόπῳ τοῦ Μαϊουμᾶ Ἰωάννης μοναχός. Τὸ μὲν στενὸν τῆς διανοίας &c. Diſcrepat autem exemplar hoc *manuſcriptum* non mediocriter ab impreſsâ editione *Billianâ latinâ*, & in fine annexum habet *anonymi cujuſdam Autoris Carmen ad S. Joannem Damaſcenum*, cujus principium: Γέγραφας τὰ ΠΕΝΤΗΚΟΝΤΑ ταῦτα σὺ Πάτερ, Ἐν οἷς διδάσκεις ἠκριβωμένοις λόγοις Γενῶν ἁπάντων &c.

Secundò, & quidem fol. 45 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Doctrina de Sanctâ Trinitate*, cujus titulus & principium: Δόγμα περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. Πατὴρ, Υἱὸς, Πνεῦμα ἅγιον, τρία πρόσωπα, μία εἰκών. τρεῖς χαρακτῆρες, μία ἐκτύπωσις· &c.

Tertiò, & quidem à fol. 45 pag. 1, uſque ad fol. 49 pag. 1, MICHAELIS PSELLI *Solutiones & Expoſitiones ſynopticæ variarum Quæſtionum & Controverſiarum de Fide ad Imp. Michaëlem Ducam*, quarum titulus & principium: Μιχαὴλ ὑπερτίμου τοῦ Ψελλοῦ ἀποκρίσεις συνοπτικαὶ καὶ ἐξηγήσεις πρὸς ἐρωτήσεις διαφόρους καὶ ἀπορίας, γραφεῖσαι

πρὸς

(1) Videtur is eſſe *Adelphius* Epiſcopus & Confeſſor, ad quem extat *S. Athanaſii* Epiſtola contra *Arianos*, vel *Epictetus* Epiſcopus Corinthiorum ad quem itidem extat Epiſtola *S. Athanaſii*, in cujus principio eum vocat ἀγαπητὸν ἈΔΕΛΦΟ'Ν καὶ ποθεινότατον συλλειτουργὸν, hoc eſt, *dilectum FRATREM & deſideratiſſimum in Sacris Collegam.*

πρὸς τὸν Βασιλέα Αὐτοκράτορα Μιχαὴλ τὸν Δούκαν περὶ πίστεως. Πιστεύομεν εἰς ἕνα Πατέρα, τὴν πάντων ἀρχὴν καὶ αἰτίαν, &c.

Quartò, & quidem à fol. 49 pag. 1, uſque ad fol. 66 pag. 2, *EJUSDEM Profeſſio Fidei orthodoxæ*, cujus titulus & principium: Ἔκθεσις περὶ πίστεως τῆς ὀρθοδόξου, τῆς τε ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ ζωοποιοῦ Τριάδος, καὶ περὶ τῆς θείας ἐνσάρκου οἰκονομίας, καὶ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων τοῦ τιμίου σταυροῦ, καὶ περὶ τῆς προσκυνήσεως τῶν ἁγίων λειψάνων, καὶ περὶ τῶν ἁγίων ἑπτὰ Συνόδων καὶ οἰκουμενικῶν, καὶ περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς παραδόσεως, ἣν ὀφείλει πᾶσα ψυχὴ πιστὴ κρατεῖν καὶ ὁμολογεῖν ἄχρις ἐσχάτης ἀναπνοῆς· πρῶτον τὸ πιστεύω, εἶτα καὶ τοῦτο. Πιστεύω δὲ καὶ ὡς ἐβαπτίσθην εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς μίαν φύσιν καὶ ἰσχὺν καὶ τρεῖς ὑποστάσεις &c.

Quintò, & quidem à fol. 67 pag. 1, uſque ad fol. 132 pag. 2, *EJUSDEM Liber de Phyſicis principiis & cauſis*; cujus titulus & principium: Περὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν καὶ αἰτιῶν. Πᾶν τὸ αἴτιον ἐστὶ ἀρχή, οὐ πᾶσα δὲ ἀρχὴ ἤδη ἐστὶ αἴτιον· ῥητέον δὲ πρότερον &c.

Sextò, & quidem fol. 133 pag. 1, MARCI *Metropolitæ Epheſini Fragmentum quoddam ſchiſmaticum contra Latinos de Proceſſione Spiritûs Sancti*; cujus principium: Εἰ δὲ καὶ τὸν μέγαν Κύριλλον συνηγορεῖν αὐτοῖς λέγουσιν Ἰταλοί, &c.

Septimò, & quidem à fol. 134 pag. 1, uſque ad fol. 187 pag. 1, S. GREGORII *Epiſcopi Nyſſeni Opus de Creatione & ſtructurâ hominis*, cujus titulus & principium: Τοῦ Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νύσσης πρὸς Πέτρον τὸν ἴδιον ἀδελφὸν εἰς τὰ λοιπὰ τῆς ἑξαημέρου τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Βασιλείου. Αὕτη ἡ βίβλος γενέσεως οὐρανοῦ καὶ γῆς φησιν ἡ γραφή, &c. Plura de hoc *S. Gregorii Nyſſeni Opere*, & de *Codicibus MStis Cæſareis*, vide Libri primi Lambec. Comment. pag. 43, 44, 97, 98, 99 & 100.

Octavò, & quidem à fol. 188 pag. 1, uſque ad fol. 195 pag. 2, *Excerpta varia miſcellanea partim Theologica partim Philoſophica*, inter quæ eſt ANONYMI *cujuſdam Autoris Fragmentum de Libero Arbitrio*; cujus titulus & principium: Περὶ τοῦ αὐτεξουσίου. Οὐ γὰρ ἐν ταῖς δυνάμεσιν αἱ κακίαι, ἀλλ' ἐν ταῖς ἕξεσιν. αἱ δὲ ἕξεις κατὰ προαίρεσιν &c.

CCXXIII.

DUCENTESIMUS VIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis tredecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo JOANNIS SAITÆ CYDONIATÆ *Dialogi duo contra Judæos*, quorum *primi*, *in Capita duodecim diviſi*, *Proœmium* inſcribitur atque incipit his verbis: Ἰωάννου τοῦ Σαΐτου τοῦ Κυδωνιάτου Σύνταγμα ἀνατρέπον καὶ καταβάλλον πάσας τὰς ἀντιθέσεις καὶ ἀντιλογίας τῶν φιλονείκων Ἰουδαίων. Φορτικὴ λίαν καὶ δυσχερὴς τυγχάνει γε οὖσα ἡ τῶν Χριστιανῶν πρὸς Ἑβραίους διάλεξις, &c. Quo finito Proœmio, ſequitur ipſe Dialogus hoc modo: Χριστιανός. Τί ἐστι βιβλίον αὐτό, ὃ ἐν ταῖς χερσὶ κατέχεις; Ἰουδαῖος. Ἡ βίβλος αὕτη ἐστὶν ἡ πρὸς ἀλήθειαν ὁδηγοῦσα, βίβλος ἱερὰ καὶ ἁγία, ὁ νόμος δηλαδὴ ὁ Ἑβραϊστὶ γεγραμμένος. Χριστιανός. Ἆρά γε γινώσκεις, ἃ ἀναγινώσκεις, ἢ &c. *Secundi* autem *Dialogi*, *in Capita duo diviſi*, *titulus* cum *principio* eſt talis: Σύνταγμα δεύτερον, περιέχον τὸν ἔλεγχον τῆς Ἰουδαϊκῆς πλάνης ἐν σχήματι διαλόγου, Ἰωάννου Σαΐτου. Ἰουδαῖος. Πολλὰ μεταξὺ σοῦ καὶ ἐμοῦ ῥήματα ἐν τῷ διαλέγεσθαι πρώην ἀντηλώθησαν

εἰς μάτην· οὐ γὰρ &c. Exſtat quidem in *Petri Stevartii* Tomo ſingulari Antiquæ Lectionis à pag. 399, uſque ad pag. 402, *Catalogus Autorum*, cùm *Veterum* tùm *Recentium*, partim *Græcorum* partim *Latinorum*, qui *contra Judæos* ſcripſerunt, ex *Joannis Molani*, Doctoris Theologi Lovanienſis, (1) *Bibliothecâ Materiarum alphabeticâ* excerptus, ſed nec ibi, nec apud ipſum *Molanum*, ulla ſuprà memorati *Joannis Saitæ Cydoniatæ* fit mentio, niſi fortè in his verbis, *Joannis Baptiſtæ Confutatio Judaicæ Sectæ*, lateat mendum, & pro *Joannis Baptiſtæ* utrobique ſcribendum ſit *Joannis Saitæ*.

CCXXIV.

DUCENTESIMUS VIGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum ſexaginta*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 2, uſque ad fol. 160 pag. 1, PHILIPPI SOLITARII *Dioptra ſive Amuſſis Fidei & Vitæ Chriſtianæ ad Callinicum Monachum verſibus politicis*, ſed integro *Libro primo* mutila, atque ab incerto quodam recentiori interpolatore græco in *quatuor* tantùm *Libros* diviſa. Quod ad *Titulum Dioptræ generalem* attinet, is in hoc Codice *Cæſareo* eſt talis: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῆς Βίβλου, ἧς ἡ ἐπωνυμία Διόπτρα. Plura de hâc *Philippi Solitarii* Dioptrâ, ejúſque in *quinque Libros* diviſione vide Lib. V. *Comment. Lambec.* pag. 34, 35, 36, 37, 42, & 43.

Secundò, & quidem fol. 160 pag. 1 & 2, *Verſus* CONSTANTINI *Grammatici & Veſti in laudem Dioptræ & Autoris ejus Philippi*; cujus titulus & principium: Στίχοι τοῦ κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ γραμματικοῦ καὶ Βέστου.

Ὁ τήνδ᾽ ἀναγνοὺς εὐπρόσδεκτον τὴν βίβλον,
Μὴ πρὸς τὸ μέτρον &c.

Tertiò, & quidem fol. 160 pag. 2, SYMEONIS, *Logothetæ & Magiſtri*, *cognomine* METAPHRASTÆ, *Verſus compunctorii formâ confeſſionis ſecundùm ordinem alphabeticum*. Ipſa tituli græci verba cum principio Verſuum ſunt hæc: Τοῦ κυροῦ Συμεὼν τοῦ Λογοθέτου καὶ Μαγίστρου Στίχοι κατὰ στοιχεῖα κατανυκτικοὶ ἐν τάξει ἐξομολογήσεως. Ἀπὸ βλεφάρων δάκρυα &c. Pertingunt autem illi ibi tantùm uſque ad literam B ob defectum ſequentium foliorum.

Quartò, & quidem fol. 1 pag. 1 & 2, aliud EJUSDEM Στιχηρὸν ſive *Canticum ſacrum ordine alphabetico*, ſed maximâ parte priori mutilum uſque ad literam O, quæ incipit: Ὅταν τὸ πλῆθός μου τῶν πλασμάτων &c.

CCXXV.

DUCENTESIMUS VIGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, ſed in principio & fine mutilus, conſtátque foliis *trecentis undecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 300 pag. 1, S. ISIDORI PELUSIOTÆ *Epiſtolæ mille de Interpretatione Sacræ Scripturæ*, quarum *quinque priores* omninò deſunt, *ſexta* autem *ad Urſenuphium* dimidiâ parte priori eſt mutila, atque incipit nunc his

(1) Edita ea eſt Coloniæ Agrip. apud Joannem Kinchium A. 1618. in 4to. Vide ibi lit. I. ſub tit. JUDÆI.

his verbis: (1) ἀλλ' ἵνα μὴ παντελῶς φαίνωμαι &c. *Ultima* demùm ſive *milleſima ad Lampetium Epiſcopum* inſcribitur atque incipit hoc modo: (2) Λαμπετίῳ Ἐπισκόπῳ διὰ τὰ περὶ Ζώσιμον. Ἀλγῶ μὲν καὶ αὐτὸς κομιδῇ &c. Operæ pretium autem fuerit has S. *Iſidori Peluſiotæ Epiſtolas* accuratè conferri cum editionibus impreſſis doctiſſimi JurisConſulti *Conradi Rittershuſii* A. 1606 typis Commelinianis græcè & latinè in folio, & R. P. *Andreæ Schotti* S. J. Antverpiæ typis Martini Nutii A. 1623 græcè in octavo, & Francofurti ad Mœnum apud Guilhelmum Fitzerum typis Matthæi Kempfferi A. 1629 græcè & latinè in folio. Forſan enim in hoc Codice MSto *Cæſareo* quædam latitant hactenùs nondum editæ.

Secundò, & quidem à fol. 301 pag. 1, uſque ad fol. 306 pag. 2, S. BASILII MAGNI *Epiſtolæ duæ ad S. Gregorium Nazianzenum*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ μεγάλου ἐπιστολὴ πρὸς τὸν ἅγιον Γρηγόριον τὸν Θεολόγον. (3) Ἐπέγνων σου τὴν ἐπιστολὴν, ὥσπερ ὁ σὺ τῶν φίλων παῖδας &c; *ſecunda* autem: Τῷ αὐτῷ. Ὁ ἐφικτὴν εἶναι λέγων τὴν τῶν ὄντων εὕρεσιν &c.

Tertiò, & quidem à fol. 306 pag. 2, uſque ad fol. 308 pag. 2, *Imp.* JULIANI APOSTATÆ *Epiſtola ad S. Baſilium Magnum*, cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου πρὸς τὸν μέγαν Βασίλειον. Τὸ ἔμφυτον ἐκπαιδόθεν καὶ γαληνὸν καὶ φιλάνθρωπον μέχρι τοῦ παρόντος ἐπιδεικνύμενος, &c; & S. *Baſilii Magni Epiſtola reſponſoria*, quæ inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ μεγάλου Βασιλείου πρὸς τὸν Παραβάτην Ἰουλιανόν. Μικρά σοι τὰ τῆς παρούσης ἀνδραγαθήματα &c. Exſtant quidem hæ *duæ Epiſtolæ* Tomo ſecundo Operum S. *Baſilii Magni* editionis græco-latinæ Pariſinæ pag. 994 & 996, ſed *poſterior* earum, nempe S. *Baſilii Magni*, eſt ibi magnâ parte in fine mutila, deſinitque hoc modo: καὶ ἐπ' ἀπληστίᾳ μὴ πολιτεύεσθαι. καὶ τὰ ἑξῆς. In Codice autem hoc MSto *Cæſareo* exſtat eadem *integra*, & continuatio illa, quæ in jam memoratâ Pariſinâ editione indicatur per formulam, καὶ τὰ ἑξῆς, ſive, *& cætera*, incipit ibi his verbis: Ἀπήγγειλε δέ μοι καὶ τοῦτο Λαῦζος ὁ περίβλεπτος Τριβοῦνος, ὁ γνήσιός σοι περὶ τὰ ἐσπουδασμένα, ὡς γυνή τις &c.

Quartò, & quidem à fol. 310 pag. 1, uſque ad fol. 311 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Chronologia Imperatorum Romanorum* lacera & mutila, quæ nunc ab *Imp. Auguſto* pertingit uſque ad *Imp. Leonem Iconomachum* cognomine *Chazarum*, *Imp. Conſtantini Copronymi filium*, incipitque his verbis: Αὔγουστος ἐβασίλευσεν ἔτη ιϛ'· τὰ δὲ πάντα, ἔτη νζ'. &c.

CCXXVI.

D*UCENTESIMUS VIGESIMUS SEXTUS* Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *quarto*, ſed in principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *centum octoginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Epiſtolæ ducentæ viginti*, quarum *duæ priores ad Olympiadem Diaconiſſam* omninò deſunt, *tertia* autem *ad eandem* maximâ parte priori eſt

Tt 2 mutila,

(1) Vide Epiſtolarum *S. Iſidori Peluſiotæ* editionem græco-latinam Commelinianam anni 1606 in folio, à *Conrado Ritterſhuſio* adornatam, lib. 1. epiſt. 6. pag. 2. (2) Vide ibid. lib. 3. epiſt. 200. (3) Vide Operum *S. Baſilii Magni* edit. græco-latinam Pariſinam Tom. II. pag. 781.

mutila, atque incipit nunc his verbis : - - - (1) τῶν ἠδικηκότων· ἀλλ' ἀπαλλάξας ἑαυτὸν τῶν ἐγκλημάτων. Ultima demum ſive ducenteſima decima ad Pæanium inſcribitur atque incipit hoc modo : σ ί. Παιανίῳ (2) Σφόδρα με ἀνέπτερωσας &c. Operæ pretium autem fuerit, has *S. Joannis Chryſoſtomi Epiſtolas* diligenter conferri cum iis, quas *Henricus Savilius* Tomo ſeptimo Operum ipſius à pag. 51, uſque ad pag. 209 inſeruit. Forſan enim in hoc Codice MSto *Cæſareo* quædam latitant hactenùs nondum editæ.

CCXXVII.

DUCENTESIMUS VIGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum octoginta*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc :

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 17 pag. 1, GEORGII (3) CALYBÆ, qui A. C. 1522 Urbis *Rhodi* per *Turcas* expugnationi interfuit, *Oratio in Transfigurationem Chriſti*, cujus titulus & principium : Γεωργίου εὐτελοῦς καὶ ὑποδανοῦ τοῦ Καλύβα ἐπίτομος ἔκθεσις εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ μεταμόρφωσιν Αὐγούστου ς΄· Δεῦτε σήμερον ὦ θεοσύλλεκτον σῖφος, τὴν ἱερὰν ἀναπτύξαντες βίβλον, τὸ θεῖόν φημι Εὐαγγέλιον· &c.

Secundò, & quidem à fol. 17 pag. 2, uſque ad fol. 154 pag. 2, EJUSDEM Ἐρωταποκρίσεις, ſive *Quæſtiones & Reſponſiones quinquaginta de variis materiis Theologicis*, quarum *Indicem*, ut in ipſo Codice MSto exſtat, cum *verſione latinâ* hîc exhibeo : Πίναξ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τῶν Ἐρωταποκρίσεων. Α΄, Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ſive, *de Proceſſione Spiritûs Sancti* ; β΄, περὶ τῆς παραβολῆς τοῦ ἀσώτου, ſive, *de Parabolâ filii prodigi* ; γ΄, περὶ ποῦ ἀπέρχονται αἱ ψυχαὶ, ſive, *de eo, Quò diſcedant animæ* ; δ΄, περὶ τοῦ Καθαρτηρίου πυρὸς, ſive, *de Purgatorio igne* : ε΄, περὶ τῆς πρώτης καὶ δευτέρας εἰσόδου, ſive, *de primo & ſecundo Introitu Myſtagogiæ*, *ſive, ſacræ Liturgiæ* ; ς΄, περὶ τοῦ, στῶμεν καλῶς, ſive, *de verbis ſacræ Liturgiæ*, *Stemus* (4) *boneſtè*, vel, ut ipſe *Georgius Calybes* rectiùs interpretatur, στῶμεν ἑδραίως, hoc eſt, *ſtemus firmè* ; ζ΄, περὶ τῶν τιμίων δώρων, ſive, *de* (5) *venerandis donis, quæ offeruntur in ſacrâ Liturgiâ* ; η΄, περὶ ἀζύμου καὶ ἐνζύμου, ſive, *de pane infermentato & fermentato in ſacrâ Liturgiâ* ; θ΄, περὶ τοῦ, τὰ ἅγια τοῖς ἁγίοις, ſive, *de verbis* (6) *Sancta ſanctis* ; ι΄, περὶ τοῦ τῆς παραβάσεως ξύλου, ſive, *de Ligno tranſgreſſionis in Paradiſo* ; ια΄, περὶ τοῦ, πότερον τρεπτοὶ εἰσὶν οἱ Ἄγγελοι, ἢ μὴ, ſive, *de Angelis, utrum mutabiles ſint, nec ne* ; ιβ΄, περὶ τῆς πλάσεως Ἀδὰμ καὶ τῆς Εὔα, ſive, *de creatione Adami & Evæ* ; ιγ΄, περὶ τοῦ Ἀρχαγγέλου Γαβριὴλ, ſive, *de Archangelo Gabriele* ; ιδ΄, περὶ τοῦ, ἔλαβον γυναῖκες ἐξ ἀναστάσεως τοὺς νεκροὺς αὐτῶν, ſive, *de verbis S. Pauli ex capite undecimo Epiſtolæ ad Hebræos* ; *Acceperunt mulieres de reſurrectione mortuos ſuos* ; ιε΄, περὶ τοῦ, διατί ἐγένετο ὁ ἄνθρωπος, ſive, *de eo, cur homo creatus ſit* ; ις΄, περὶ τῆς ἀποκαταστάσεως τῶν ψυχῶν, ſive, *de reſtitutione animarum* ; ιζ΄, περὶ πορνείας, ſive, *de Fornicatione* ; ιη΄, περὶ

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. VII. pag. 79. verſu 11. (2) Vide ibid. Tom. VII. pag. 183, ubi ea inter Epiſtolas ad diverſos eſt *centeſima ſeptuageſima quarta*. (3) Hujus *Georgii Calybæ* à *Leone Allatio* nulla fit mentio in Diatribâ de *Georgiis* & eorum ſcriptis. (4) Ita vox καλῶς latinè verſa legitur in *Sacrâ Miſſâ S. Joannis Chryſoſtomi* inſertâ *Euchologio Græcorum*, à R. P. *Jacobo Goar* Lutetiæ Pariſ. A. 1647 græcè & latinè edito in folio. Vide ibi pag. 75. (5) Vide ibid. pag. 74. (6) Vide ibid. pag. 82 & 146.

ιή, περὶ τοῦ Ἀβραὰμ, ſive, *de Abrahamo*; ιθ', περὶ τοῦ Ζαχαρίου, ſive, *de Zachariâ patre S. Joannis Baptiſtæ*; κ', περὶ τοῦ, Φωνὴ Κυρίου διακόπτοντος φλόγα πυρὸς, ſive, *de illo Davidis ex Pſalmo vigeſimo octavo: Vox Domini intercidentis flammam ignis*; κα', περὶ τοῦ, εἰ ἔστιν ὁ κόσμος ἀΐδιος, ſive, *de eo, an mundus ſit æternus*; κβ', περὶ τοῦ θεοδόχου Συμεῶνος, ſive, *de Symeone, qui Chriſtum ulnis ſuis ſuſcepit*; κγ', περὶ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου, ſive, *de S. Joanne Apoſtolo & Evangeliſtâ, cognomine Theologo*; κδ', περὶ Ἰούδα τοῦ προδότου, ſive, *de Judâ proditore*; κέ, περὶ τῆς ἀπολαύσεως τῶν ἁγίων, ſive, *de voluptate Sanctorum*, κϛ', περὶ τοῦ ἁγίου λῃστοῦ, ſive, *de ſancto latrone*; κζ', περὶ τῆς τοῦ διαβόλου οὐσίας, ſive, *de eſſentiâ Diaboli*; κή, περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου ἡλικίας, ſive, *de hominis ætate*; κθ', περὶ τοῦ, πῶς φασὶ τὸν ἄνθρωπον μικρὸν κόσμον, ſive, *de eo, Quâ ratione homo dicatur parvus Mundus*; λ', περὶ τῶν πέντε αἰσθήσεων τοῦ ἀνθρώπου, ſive, *de quinque ſenſibus hominis*; λά, περὶ τῆς Θάμαρ καὶ τοῦ Ἰούδα, ſive, *de Thamar & Juda*; λβ', περὶ τοῦ, ῥαπίσαντος τὸν Χριστὸν, ſive, *de eo, qui Chriſto impegit colaphum*; λγ', περὶ τοῦ, τί γέγονε τὸ μεταληφθὲν βρῶμα τῷ Χριστῷ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, ſive, *de eo, Quid factum ſit de cibo, quem Chriſtus ſumpſit poſt reſurrectionem*; λδ', περὶ τῶν πέντε ταλάντων, ſive, *de quinque Talentis*; λέ, περὶ τῆς τοῦ Πιλάτου γυναικὸς, ſive, *de Pilati uxore*; λϛ', περὶ τοῦ, καὶ πᾶσα παράβασις καὶ παρακοὴ ἔλαβεν ἔνδικον μισθαποδοσίαν, ſive, *de verbis S. Pauli ex capite ſecundo Epiſtolæ ad Hebræos: Et omnis prævaricatio & inobedientia accepit juſtam mercedis retributionem*; λζ', περὶ τοῦ δικαίου Νῶε καὶ τῶν τότε ἀνθρώπων, ſive, *de juſto Noë & hominibus tunc viventibus*; λή, περὶ τοῦ πατραλοίου Χὰμ, ſive, *de Chamo patris ſui deriſore*; λθ', περὶ Ἰωάννου καὶ Ἰακώβου, ſive, *de SS. Apoſtolis Joanne & Jacobo*; μ', περὶ προσώπου καὶ ὑποστάσεως, ſive, *de differentiâ inter perſonam & ſubſtantiam*; μά, περὶ τοῦ Θωμᾶ, ſive, *de S. Thomâ Apoſtolo*; μβ', περὶ τοῦ παραδείσου, ſive, *de Paradiſo*; μγ', περὶ ἐλεημοσύνης καὶ εὐχῆς, ſive, *de Eleemoſynâ & Oratione*; μδ', περὶ τῆς διακοσμήσεως τῆς γῆς, ſive, *de ornatu Mundi*; μέ, περὶ τοῦ Σολομῶντος, ſive, *de Salomone*; μϛ', περὶ τῶν τεσσάρων θηρίων, ὧν εἶδεν ὁ Προφήτης Δανιὴλ, ſive, *de quatuor animalibus, quæ vidit Propheta Daniel*; μζ', περὶ Φιλίππου καὶ τοῦ παρ' αὐτοῦ βαπτισθέντος εὐνούχου, ſive, *de Philippo & de Eunucho ab illo baptizato*; μή, περὶ τοῦ, εἰ γνωρίζομεν ἀλλήλους ἐκεῖ, ſive, *de eo, an homines in alterâ vitâ ſe invicem cognituri ſint*; μθ', περὶ τῆς τοῦ δικαίου Ἰὼβ καυχήσεως, ſive, *de juſti Jobi gloriatione*; ν', περὶ τῶν ἑπτὰ τῆς Ἐκκλησίας μυστηρίων, ſive, *de ſeptem Eccleſiæ Sacramentis*. Finito hoc *Indice* ſequitur titulus *primæ Quæſtionis*, cum principio *Reſponſionis*, hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ ἀποκρίσεις πρός τινα φιλούμενον αὐτὸν ἐρωτῶντα. Ἐρώτησις ά. Πολλῶν κατηγόρων τῆς ἀληθείας ἀκήκοα λεγόντων, ὅτι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἔχει τὴν ἐκπόρευσιν· σὺ δὲ τί περὶ τούτου φῂς; Ἀπόκρισις. Τοῦτο ὡς βλάσφημον καὶ αἱρετικὸν ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ἀποβάλλεται· ὁ γὰρ Κύριος ἡμῶν καὶ Θεὸς οὐχ οὕτως φησὶν, ἀλλ' ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς &c.

Tertiò, & quidem à fol. 155 pag. 1, uſque ad fol. 176 pag. 2, EJUSDEM *Epiſtolæ ſeptendecim ad diverſos*; quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ αὐτοῦ Ἐπιστολαί. Φίλτατε ἀδελφὲ, ὑγιαίνοις· &c. Iiſdem Epiſtolis permixtæ etiam ſunt *ſex aliæ Epiſtolæ diverſorum ad* eundem *Georgium*, nempe cujuſdam *Antonii*, *Joannis Abramij*, *Exarchi*, *Joannis Nathanaelis*, *Nicolai*, & *Mathuſalæ Monachi*.

Quartò, & quidem à fol. 177 pag. 2, uſque ad fol. 180 pag. 1, *EJUSDEM Excerpta quædam miſcellanea*, inter quæ præcipuum obtinet locum *Imp. Conſtantini Magni Donatio, S. Sylveſtro I Papæ facta*, cujus titulus cum principio eſt ibi talis: Ἐκ τοῦ νόμου. Ὁ μέγας Κωνσταντῖνος. Θεσπίζομεν σὺν πᾶσι τοῖς Σατράπαις καὶ τῇ Συγκλήτῳ τῆς ἡμῶν βασιλείας, τὸν Ῥώμης Ἐπίσκοπον καὶ διάδοχον τοῦ κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων καὶ κυρίου μου Πέτρου πλείονα τῆς βασιλείας ἔχειν ἐξουσίαν &c. Plura de hâc *Donatione* vide Lib. V. *Commentar. Lambec.* pag. 237.

CCXXVIII.

D*UCENTESIMUS VIGESIMUS OCTAVUS* Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque *ducentis ſeptuaginta* foliis. Continetur eo *Pſalterium Davidicum* cum adjunctâ *verſione latinâ*, uſque ad Pſalmum undecimum, & cum ſubjunctis Veteris & Novi Teſtamenti *Canticis ſacris*.

CCXXIX.

D*UCENTESIMUS VIGESIMUS NONUS* Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *quarto*, vetuſtate mutilus & multis locis illegibilis, conſtátque foliis *nonaginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 49, *Fragmentum Prophetæ* ESALÆ à capitis 5 verſ. 29 Ὀργιῶσιν ὡς λέοντες, καὶ παρέστηκαν ὡς σκύμνοι λεόντων, uſque ad capitis 62 verſ. 11 Ἰδοὺ γὰρ Κύριος ἐποίησεν ἀκουστὸν &c, cum *Catenâ* ſive *Commentario marginali*, collecto ex Operibus variorum Sanctorum Patrum aliorúmque Scriptorum Eccleſiaſticorum Græcorum, quorum præcipui ſunt (1) *Euſebius* Pamphili Epiſcopus Cæſarcenſis, *Theodorus* Heracleæ in Thraciâ Epiſcopus, *S. Baſilius* Epiſcopus Cæſareæ Cappadociæ, S. *Cyrillus* Archiepiſcopus Alexandrinus, & *Theodoretus* Epiſcopus Cyrenſis.

Secundò, & quidem à fol. 50, uſque ad fol. 97, PSALTERII DAVIDICI *Pſalmi novem priores* cum *anonymi* cujuſdam Autoris *Commentario* ampliſſimo, quo R. P. *Corderius* in contexendâ Patrum Græcorum Expoſitione in Pſalmos caruit.

CCXXX.

D*UCENTESIMUS TRIGESIMUS* Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum triginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ibi ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 4, uſque ad fol. 27, *Liber* JOBI cum *Annotationibus* nonnullis *marginalibus*.

Secundò, & quidem à fol. 28, uſque ad fol. 34, COSMÆ, cognomine τοῦ Ἰνδικοπλεύστου ſive *Navigatoris Indici* Diſſertatio hactenùs inedita, quâ falsò probare annititur, *Cœlum non eſſe ſphæricum* ſive *rotundum*, ſed eam opinionem adverſari *naturæ rerum* & ipſis *Sacris Literis*, nec ullos eſſe *Antipodas*, qui, ut *Cicero* Academicarum Quæſtionum lib. 4.

(1) Intelliguntur ibi ſine dubio *Eclogarum* ejus *Propheticarum de Chriſto libri quatuor* hactenùs inediti; de quibus vide Lib. 1. Lambec. Comment. pag. 139, 140, 141 & 142.

lib. 4. cap. 39 loqui amat, in contrariâ parte terræ adverſis veſtigiis ſtent contra noſtra veſtigia. Titulus hujus Opuſculi unà cum principio ejuſdem eſt: Πρὸς τοὺς χριστιανίζειν βουλομένους, καὶ σφαιρικὸν εἶναι λέγοντας τὸν οὐρανὸν Κοσμᾶ τοῦ Ἰνδικοπλεύστου. Πρῶτοι μὲν οὖν βασανίσαντες μετ᾽ αὐτῶν περὶ τοῦ σφαιρικοῦ σχήματος, ὡς οὐ δυνατὸν τοῦτο εἶναι οὔτε μὴν τῇ φύσει τῶν πραγμάτων συμβαῖνον· ἐφ᾽ ὕστερον ἀποδείξομεν τὰ ἡμέτερα δυνατὰ καὶ τῇ φύσει τῶν πραγμάτων συμβαίνοντα· τινὲς μὲν οὖν ἐξ αὐτῶν λέγουσι τὸν οὐρανὸν &c. Plura de hoc *Coſma Indicopleuſte* dicto, quod *Indiam* navigando perluſtrâſſet, vide Lib. III. *Comment. Lambec.* pag. 21, & 22.

Tertiò, & quidem à fol. 34 pag. 2, uſque ad fol. 37, ANONYMI cujuſdam Autoris excerpta quædam Theologica, de quibus mihi nondum ſatis liquet.

Quartò, & quidem à fol. 38, uſque ad fol. 94, ARISTOTELIS *Topicorum Libri octo*, quorum principium: Ἡ μὲν πρόθεσις τῆς πραγματείας μέθοδον εὑρεῖν, &c.

Quinto, & quidem à fol. 95, uſque ad fol. 114, EJUSDEM *Liber de Sophiſticis Elenchis*, cujus principium: Περὶ δὲ τῶν σοφιστικῶν ἐλέγχων, καὶ τῶν φαινομένων &c.

Sextò, & quidem à fol. 115, uſque ad finem totius Codicis, EJUSDEM *Analytica priora*, quorum principium: Πρῶτον εἰπεῖν περὶ τί καὶ τίνος ἡ σκέψις ἐστιν· &c.

CCXXXI.

DUCENTESIMUS TRIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc *centum & tribus* foliis. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 6 pag. 2, S. BASILII MAGNI *Epiſtola ad S. Gregorium Nazianzenum*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ μεγάλου Ἐπιστολὴ παραινετικὴ πάνυ ὠφέλιμος· (1) Ἐπέγνων σου τὴν ἐπιστολὴν, ὥσπερ οἱ τοὺς τῶν φίλων παῖδας &c.

Secundò, & quidem à fol. 6 pag. 2, uſque ad fol. 8 pag. 2, SYMEONIS *Logothetæ & Metaphraſtæ Canticum ſacrum ordine alphabetico*, cujus titulus & principium: (2) Στιχηρὸν κατὰ ἀλφάβητον τοῦ Λογοθέτου καὶ Μεταφραστοῦ (3) Κυροῦ Συμεών· Ἄνω τὸ ὄμμα τῆς διανοίας &c.

Tertiò, & quidem à fol. 9 pag. 1, uſque ad fol. 12 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Excerpta ex S. Gregorii Epiſcopi Nyſſeni Epiſtolâ quâdam Paſchali*, quorum titulus & principium: Προοίμιον ἑρμηνευόμενον τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Νύσσης· Ἐν καιρῷ τῆς τοῦ Πάσχα ἑορτῆς φαίνεται ὁ ἅγιος οὗτος Πατὴρ τὴν ἐπιστολὴν ταύτην ἐπεσταλκὼς, καί φησι, ὅτι συντελεῖ εἰς τὴν ἑορτὴν, πῶς οἰκονομηθήσονται οἱ ἁμαρτάνοντες ἐννόμως τε καὶ κανονικῶς· ἡ γὰρ τῆς ἀναστάσεως ἑορτὴ &c. Intelligitur autem *Epiſtola S. Gregorii Nyſſeni ad S. Letoium Epiſcopum Melitenæ*, quæ aliàs inſcribitur *Epiſtola Canonica*, & incipit his verbis: (4) Ἓν καὶ τοῦτο τῶν εἰς τὴν ἁγίαν ἑορτὴν συντελούντων ἐστὶ, &c.

Quartò, & quidem à fol. 12 pag. 1, uſque ad fol. 14 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Epitome Scriptorum dogmaticorum S. Gregorii Nazianzeni*, cognomine *Theologi*; cujus titulus & principium: Ἐκ τῶν τοῦ μεγάλου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου δογματικῶν· Ὁ Θεός ἐστιν ἀΐδιος οὐσία καὶ ἀπαράλλακτος, δημιουργικὴ τῶν ὄντων σοφία, &c.

Quintò,

(1) Vide Operum *S. Baſilii Magni* editionem græco-latinam Pariſienſem Tom. II. pag. 781. (2) Vide *Joan. Meurſii* Gloſſarium Græco-barbarum in voce Στιχηρόν. (3) Κυροῦ græco-barbarè pro Κυρίου. (4) Vide Operum *S. Gregorii Nyſſeni* edit. græco-lat. Pariſ. Tom. I. pag. 946, & ſuprà pag. 101.

Quintò, & quidem à fol. 14 pag. 2, uſque ad fol. 15 pag. 2, Ἀναστασίου Ἀντιοχείας Ὅροι κατ' ἐπιτομήν· Hoc eſt: ANASTASII SINAITÆ, *Patriarchæ Antiocheni, Definitiones Theologicæ ſecundùm epitomen.* Principium earum eſt: Ἀπαθὲς ἐστι, τὸ στέρεον ἀνενδεὲς, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἐφ' ἑαυτοῦ μένον. Πάθος ἐστὶ τὸ μεταποιηθῆναι &c.

Sextò, & quidem fol. 16 & 17, ANONYMI cujuſdam Autoris *Epitome*: Περὶ τοῦ ἐπιστολιμαίου χαρακτῆρος, καὶ πόσα εἴδη διαφορᾶς αὐτοῦ καὶ ὀνομάτων, hoc eſt, *de charactere ſive Stylo epiſtolari, & de diverſis ejuſdem generibus atque nominibus.* Principium ejus eſt: Ὁ τῆς τῶν λόγων ἡδονῆς γευσάμενος, αὐτίκα πρῶτος ἐπιστολῶν χαίρει, ὅ καὶ μέγα τι τοῖς κατορθοῦσι καὶ εὐφρόσυνον. Ποικίλος δὲ ὁ ἐπιστολικὸς χαρακτὴρ καὶ πολυειδής· &c. Integram autem illam *conſcribendarum Epiſtolarum Methodum, variis exemplis illuſtratam*, ex quâ Epitome hæc excerpta eſt, primus edidit *Joannes Sambucus Tirnavienſis* Baſileæ typis Joannis Oporini A. 1558 in octavo, ſed tantùm *latinè*, & abſque nomine Autoris; quanquam in Præfatione jam memoratæ verſionis latinæ expreſsè teſtatur, ſibi videri autorem iſtius Opuſculi eſſe *Libanium.*

Septimò, & quidem à fol. 18 pag. 1, uſque ad fol. 23 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris varia *Excerpta, ex Ariſtotelis Arte ſyllogiſticâ*; quorum principium: Περὶ ὑποθετικῶν Συλλογισμῶν· Ὑποθετικοὶ συλλογισμοί εἰσι ς'· Εἰ ὁ Θεὸς δίκαιος &c.

Octavò, & quidem à fol. 24 pag. 1, uſque ad fol. 37 pag. 1, Σαββάτῳ ε' τῶν νηστειῶν Ὁ ἈΚΑΘΙΣΤΟΣ ὝΜΝΟΣ τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Hoc eſt: *Hymnus* (1) *acathiſtus, qui die Sabbati quintæ hebdomadis Jejunii quadrageſimalis Conſtantinopoli olim à toto populo per totam noctem abſque ullâ intermiſſione & ſeſſione cantabatur in honorem ac laudem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, ob liberationem Urbis ab expugnatione per Perſas & Scythas tempore Imp. Heraclii.* Principium ejus eſt: Βουλὴν προαιώνιον ἀποκαλύπτων σοι κόρη, Γαβριὴλ ἐφέστηκε. &c.

Nonò, & quidem à fol. 37 pag. 1, uſque ad fol. 51 pag. 1, S. THEOLEPTI *Metropolitæ Philadelphiæ Canones* ſive *Cantica Eccleſiaſtica catanyctica* & (2) *paracletica quatuor*: nempe *unum* ad *Animam ſuam* de Reſurrectione & Judicio extremo; *alterum* ad Dominum noſtrum *Jeſum Chriſtum*; *tertium* autem & *quartum* ad *Beatiſſimam Virginem Deiparam.* Primum eorum inſcribitur atque incipit hoc modo: Κανόνες κατανυκτικοὶ καὶ παρακλητικοί. Ποίημα τοῦ ἁγιωτάτου Μητροπολίτου Φιλαδελφίας κυρίου Θεολήπτου· Ἀποσαμένη φροντίδας βιωτικὰς, &c.

Decimò, & quidem à fol. 51 pag. 1, uſque ad fol. 59 pag. 2, *Precationes tres ad Beatiſſimam Virginem Deiparam*, quarum *prima*, quæ traditur eſſe efficaciſſima in articulo mortis, inſcribitur atque incipit hoc modo: Εὐχὴ εἰς ἐξομολόγησιν, ἣν ὀφείλεις καθ' ἡμέραν ἀμεταθέτως λέγειν πρὸς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον· ἐὰν μνησθῇς ἐν τῇ ὥρᾳ τοῦ ψυχορραγήματός σου ἴδεαι αὐτὴν, καὶ βοηθείας πολλῆς καὶ σωτηρίας τυχεῖν ἐξ αὐτῆς. Φωτὶ σῆς πρεσβείας φώτισόν με ὦ φωτοτόκε. Δέχου τοίνυν εὐμενεστάτη Δέσποινα τὴν οἰκτρὰν μου δέησιν, &c.

Undecimò, & quidem fol. 59 pag. 2, & fol. 60 pag. 1, *Precatio ad S. Angelum Cuſtodem*; cujus titulus & principium: Εὐχὴ εἰς τὸν ἅγιον Ἄγγελον τὸν ἀπὸ Θεοῦ ταχθέντα σκέ-

πειν καὶ

(1) Vide RR. PP. *Jacobi Gretſeri* & *Jacobi Goar*, Obſervationes & Notas in *Georgii Codini* Caput duodecimum de Officiis Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ & *Joan. Meurſii* Gloſſarium græco-barbarum in voce Ἀκάθιστος. (2) Vide *Leonis Allatii* Diſſertationem de Libris Eccleſiaſticis Græcorum pag. 68. & 69. ubi agitur de Libro *Paracletico*.

πτειν καὶ διαφυλάττειν ἡμᾶς· Ἅγιε Ἄγγελε, ὁ ἔφορος τῆς ἀθλίας μου ψυχῆς καὶ ταλαιπώρου μου ζωῆς, μὴ ἐγκαταλίπῃς με τὸν ἁμαρτωλὸν, μηδὲ ἀποστῇς ἀπ' ἐμοῦ διὰ τὴν ἀκαθαρσίαν μου· &c.

Duodecimò, & quidem fol. 60 pag. 1 & 2, S. MACARII *Precatio*, cujus titulus & principium: Εὐχὴ τοῦ ἁγίου Μακαρίου. Ὁ Θεὸς ἱλάσθητί μοι ἁμαρτωλῷ, ὅτι &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 61 pag. 1, uſque ad fol. 67 pag. 2, Στιχηρὸν ſive *Canticum ſacrum ad S. Antonium*, Abbatem & Patrem multorum monachorum in Thebaide, cujus memoria celebratur die (1) decimo ſeptimo Januarii, cujúsque vitam & geſta S. *Athanaſius* Archiepiſcopus Alexandrinus inſigni volumine proſecutus eſt. Principium hujus Cantici eſt: Ὁ φωτισθεὶς ταῖς τοῦ Πνεύματος ἀκτῖσιν, ὅτε σε ὁ ἔνθεος ἔρως ἀνέφλεξε, καὶ τὴν ψυχὴν ἀνεπτέρωσεν &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 67 pag. 2, uſque ad fol. 73 pag. 2, Στιχηρὸν ſive *Canticum ſacrum ad S. Onuphrium*, Anachoretam in vaſtâ Ægypti eremo per integros ſexaginta annos, magnisque virtutibus ac meritis clariſſimum, cujus memoria celebratur die (2) duodecimo Junii. Principium hujus Cantici eſt: Πάτερ θεόφρον Ὀνούφριε, τῆς κοσμικῆς σταυρὸν ἐκχωρήσας συγχύσεως, &c.

Decimo quintò, & quidem fol. 74 pag. 1 & 2, Εὐχὴ ſive *Precatio contra Iracundiam*, cujus principium: Κύριε ῥῦσαί με ἀπὸ θυμοῦ καὶ ὀξυχολίας, &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 74 pag. 2, uſque ad fol. 76 pag. 2, Στιχηρὸν ſive *Canticum ſacrum ad Beatiſſimam Virginem Deiparam*, meras continens elegantiſſimas *Salutationes*, variáque ingenioſiſſima ac piiſſima dignitatis Ipſius plus quàm angelicæ *nomina appellativa* cum ſuis *epithetis*. Principium ejus eſt: Χαῖρε ἀνωτέρα τῶν νοερῶν. Χαῖρε ἁγνοτέρα ἡλίου τῶν φωτισμῶν· Χαῖρε ἀπειράνδρως γεννήσασα τὸν Λόγον· &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 77 pag. 1, uſque ad fol. 93 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Medici* (3) *Opuſculum græco-barbarum de Remediis variorum morborum*. Principium ejus eſt: Περὶ ὀξὺν πόνον κεφαλῆς· Κισσὸν ξήρανον εἰς ἥλιον, εἶτα κοπάνιζον αὐτὸν, καὶ ποίησον ἴσον τοῦ ἀλεύρου, &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 94 pag. 1, uſque ad fol. 103 pag. 1, *AGAPETI Diaconi de benè adminiſtrando Imperio* (4) *Liber ad Imp. Juſtinianum I*, ſive *Magnum*; cujus principium: Τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ Βασιλεῖ ἡμῶν Ἰουστινιανῷ ὁ Ἀγαπητὸς ἐλάχιστος Διάκονος· Τιμῆς ἁπάσης ὑπέρτερον ἔχων ἀξίωμα, Βασιλεῦ, τίμα ὑπὲρ ἅπαντας τὸν τοῦτό σε ἀξιώσαντα Θεόν· &c.

CCXXXII.

DUCENTESIMUS TRIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *octoginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olìm fuit comparatus *Conſtantinopoli*.

Continentur eo *ACOLUTHIÆ quædam* ſive *Officia Eccleſiaſtica Euchologii Græcorum*; quorum *primum de Sancto Oleo extremæ Unctionis per ſeptem Sacerdotes faciendo*, inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἀκολουθία τοῦ ἁγίου ἐλαίου τῶν ἑπτὰ ἱερέων. Συναχθέντες δὲ (4) ἑπτὰ πρεσβύτεροι ἐν ἐκκλησίᾳ ἢ ἐν οἴκῳ, περιτίθεται

Uu ἐν τῷ

(1) Vide Martyrologium Rom. d. 17. Januarii. (2) Vide Martyrolog. Rom. d. 12. Junii. (3) Opuſculum hoc ſcriptum eſt aliquanto recentiori manu, quam reliqua, quæ continentur eodem Codice. (4) *Darkianam* hujus Libri editionem gr. lat. Baſilienſ. ſi nova adornandá ſit editio, confer cum hoc MSto Codice.

ἐν τῷ μέσῳ τελείπεως, καὶ ἐπάνω αὐτοῦ σκεῦός τι, &c. Vide R. P. *Jacobi Goar Euchologium* pag. 428; ſed ibi *Officium* illud, ex Codice quodam MSto *Bibliothecæ Barberinæ* deſumptum, ab hoc Codicis MSti *Cæſarei Officio* longè diſcrepat. Exſtat etiam in (1) eodem Codice MSto *Cæſareo* alia *Acoluthia Sancti Olei*; cujus titulus & principium: Ἀκολουθία τοῦ ἁγίου ἐλαίου ὑπὲρ τῶν κεκοιμημένων, ψαλλομένη ὑπὸ ἑπτὰ ἱερέων. Εὐλογοῦντος τοῦ πρώτου τῶν ἱερέων, ψάλλεται τό, ὁ κατοικῶν ἐν βοηθείᾳ· πληρουμένου δὲ τούτου &c.

CCXXXIII.

DUCENTESIMUS TRIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum ſeptuaginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem fol. 1 pag. 1 & 2, *antiquus INDEX græcus* omnium Opuſculorum, quæ continentur toto illo Codice.

Secundò, & quidem à fol. 2 pag. 1, uſque ad fol. 61 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Orationes quinque in Lazarum & Divitem*; quarum *prima* incipit: (2) Τὴν χθὲς ἡμέραν, ἑορτὴν οὖσαν διαβολικήν, &c; *ſecunda*: (3) Ἐθαύμασα τὴν ἀγάπην ὑμῶν &c; *tertia*: (4) Οὐ τὰ τυχόντα ἡμᾶς ὤνησεν &c; *quarta*: (5) Τῆς τοῦ Λαζάρου παραβολῆς τὸ τέλος &c; *quinta*: (6) Εἴδετε Θεοῦ δύναμιν; εἴδετε Θεοῦ φιλανθρωπίαν; &c.

Tertiò, & quidem à fol. 61 pag. 2, uſque ad fol. 68 pag. 1, S. BASILII MAGNI *Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi*, *Oratio in illud Evangelii S. Lucæ*, *Deſtruam horrea mea, & majora ædificabo*, &c; cujus principium: (7) Διπλοῦν τὸ εἶδος τῶν πειρασμῶν &c.

Quartò, & quidem à fol. 68 pag. 1, uſque ad fol. 77 pag. 2, EJUSDEM *Oratio ad eos, qui cupiunt diteſcere*; cujus principium: (8) Εἴρηται πρώην ἡμῖν περὶ τοῦ νεανίσκου &c.

Quintò, & quidem à fol. 77 pag. 2, uſque ad fol. 84 pag. 2, EJUSDEM *Oratio contra Ebrios*; cujus principium: (9) Κινεῖ μέν με πρὸς τὸν λόγον τὰ ἑσπερινὰ θεάματα, &c.

Sextò, & quidem à fol. 84 pag. 2, uſque ad fol. 92 pag. 2, S. ANASTASII SINAITÆ *Oratio* (10) *de ſacrâ Synaxi, & de non judicando, déque oblivione injuriarum, habita Dominicâ ſecundâ ſanctæ Quadrageſimæ*. Ipſa tituli græci verba cum principio Orationis ſunt hæc: Ἀναστασίου μοναχοῦ ὄρους Σινᾶ περὶ τῆς ἁγίας συνάξεως, καὶ περὶ τοῦ μὴ κρίνειν καὶ μὴ μνησικακεῖν· ἐῤῥέθη δὲ τῇ β΄ κυριακῇ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης τεσσαρακοστῆς. Ἀεὶ μὲν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις διὰ πάσης τῆς τοῦ Θεοῦ γραφῆς &c.

Septimò, & quidem à fol. 92 pag. 2, uſque ad fol. 101 pag. 2, EJUSDEM *Oratio de fratribus in Chriſto mortuis*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀναστασίου τοῦ ἁγίου ὄρους Σινᾶ λόγος εἰς ἀδελφοὺς ἐν Χριστῷ κεκοιμημένους· ἐῤῥέθη δὲ τῷ σαββάτῳ τῆς ἀποκρέω. Τί τοῦτο σήμερον, ἀγαπητοί; σπουδαίως ὁμοῦ &c.

Octavò,

(1) Vide ibi fol. 49. pag. 1. (2) Vide Operum *S. Joan. Chryſoſt.* edit. gr. Savil. Tom. V. pag. 220. (3) Vide ibid. Tom. V. pag. 234. (4) Vide ibid. Tom. V. pag. 242. (5) Vide ibid. Tom. V. pag. 253. (6) Vide ibid. Tom. VI. pag. 670. (7) Vide Operum *S. Baſilii Magni* edit. gr. lat. Pariſ. Tom. I. pag. 383. (8) Vide ibid. Tom. I. pag. 393. (9) Vide ibid. Tom. I. pag. 487. (10) Exſtat ea græcè & latinè Tom. I. Auctarii Magnæ Bibliothecæ Veterum Pariſinæ col. 881.

Octavò, & quidem à fol. 102 pag. 1, uſque ad fol. 110 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homilia quinquageſima ſexta in Evangelium S. Matthæi*, cujus principium: (1) Ἐπειδὴ γὰρ πολλὰ περὶ κινδύνων διελέχθη καὶ θανάτου, &c.

Nonò, & quidem à fol. 110 pag. 2, uſque ad fol. 147 pag. 2, *EJUSDEM Epiſtolæ* (2) *duæ ad Theodorum Monachum lapſum*; quarum *prima* inſcribitur atque incipit: Λόγος παραινετικὸς ἐν εἴδει ἐπιστολῆς εἰς Θεόδωρον ἀσκητὴν ἐκπεσόντα. Τίς δώσει τῇ κεφαλῇ μου ὕδωρ, &c; *ſecunda* autem: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν ἐκπεσόντα παραινετικὸς ἐν εἴδει ἐπιστολῆς. Εἰ καὶ δάκρυα καὶ στεναγμοὺς &c.

Decimò, & quidem à fol. 147 pag. 1, uſque ad fol. 148 pag. 2, S. BASILII MAGNI *Admonitio aſcetica de Ornatu Monachi*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ μεγάλου πῶς δεῖ κοσμεῖσθαι τὸν μοναχόν. (3) Δεῖται μοναχὸς πρὸ πάντων ἀκτήμων εἶναι &c.

Undecimò, & quidem à fol. 148 pag. 2, uſque ad fol. 153 pag. 1, S. (4) BARSANUPHII, *Anachoretæ Palæſtini*, *Paræneſis* ſive *Admonitio ad proprium diſcipulum*; cujus titulus & principium: Παραίνεσις καὶ νουθεσία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Βαρσανουφίου πρὸς τὸν ἴδιον αὐτοῦ μαθητήν. Γέρων τις ἐδιέτριβεν ἐκεῖθεν τοῦ κλείσματος τοῦ μακαρίου Ἀντωνίου, &c.

Duodecimò, & quidem fol. 153 pag. 1 & 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Epiſtolæ duæ*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit: Ἐπιστολὴ ἐπαινετικὴ εἰς σοφὸν ὄντα· Ὅσον τὸ κάλλος ἡμᾶς ηὔφρανε τῆς ἐπιστολῆς σου, &c; *ſecunda* autem: Ἑτέρα παρακλητικὴ πρὸς φίλον, ὅτι τὸ δύνασθαι καὶ τὸ βούλεσθαι ἐπὶ τῶν εὐνοούντων ἐστίν. Εἰ ἦν μόνον τὸ βούλεσθαι παρά σοι, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 154 pag. 1, uſque ad fol. 165 pag. 1, ANDREÆ *Archiepiſcopi Cretenſis*, *cognomine Hieroſolymitani*, *Oratio in Vitam humanam*, *& de mortuis*. Ipſa tituli græci verba cum principio Orationis ſunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΑΝΔΡΕΟΥ Ἀρχιεπισκόπου Κρήτης τοῦ Ἱεροσολυμίτου λόγος εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον καὶ εἰς κοιμηθέντας. Οὐδὲν ὡς ἀληθῶς τῶν ἐν ἀνθρώποις ἔχει τὸ στάσιμον &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 165 pag. 2, uſque ad fol. 174 pag. 2, S. JOANNIS DAMASCENI *Oratio*, *quòd ii*, *qui in Fide ex hâc vitâ exceſſerunt*, *juventur Miſſis & beneficiis vivorum*. Ipſa tituli græci verba cum principio Orationis ſunt hæc: (5) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου μοναχοῦ καὶ Πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ λόγος περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων, ὅτι αἱ ὑπὲρ αὐτῶν γινόμεναι λειτουργίαι καὶ εὐποιΐαι τούτους τὰ μέγιστα ὠφελοῦσι. Τὰ τῶν βρωμάτων ἡδέα καὶ τίμια περιτιθέμενα, &c.

CCXXXIV.

DUCENTESIMUS TRIGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, conſtátque foliis *centum octoginta novem*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo *PSALTERIUM Davidicum*, cui in fine annexa ſunt Veteris & Novi Teſtamenti varia *Cantica ſacra*.

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. II. pag. 356. (2) Vide ibidem Tom. VI. pag. 60 & 55. (3) Vide Operum *S. Baſilii Magni* editionem græco-latinam Pariſ. Tom. II. pag. 246. (4) Vide Martyrolog. Roman. d. 11. Aprilis. (5) Vide Operum *S. Joannis Damaſceni* editionem Pariſ. A. 1619. pag. 516. ſed ibi ea exſtat tantùm latinè.

CCXXXV.

DUCENTESIMUS TRIGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, ſed principio mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis quadraginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

. *Primò*, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 240 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris*, qui ſeculo poſt Chriſtum *decimo quinto*, ſub *Imp.* (1) *Joanne Palæologo* & *Patriarchâ Conſtantinopolitano* (2) *Joſepho* vixit, *Loci Communes Theologici*, *in Capita triginta diviſi*; ſimul & ejuſdem *Loci Communes Philoſophici in Capita ducenta diviſi*; qui utrique uno communi nomine ab ipſo metaphoricè appellantur Κῆπος ſive *Hortus*. *Index Capitum* univerſi Operis, *Prooemio* nunc deficienti ſubjunctus, inſcribitur atque incipit his verbis: Πίναξ τῶν κεφαλαίων ὧδε ταύτης τῆς βίβλου. Α΄, Περὶ Θεοῦ· Β΄, Περὶ ὅρου· Γ, Περὶ Τριάδος· &c. Sequitur deinde *Protheoria*, ſive *ſuccinctus totius Syntagmatis Conſpectus* hoc modo: Προθεωρία τοῦδε τοῦ παντὸς συντάγματος. Ἐμοὶ τὸ θεῖον κριτήριον δεδοικότι &c; & paulo pòſt: τὸ δὲ κατὰ χεῖρας τουτὶ βιβλίον ΚΗ͂ΠΟΣ ὠνόμασται, ὅτι καθάπερ Κῆπος παντοίοις φυτοῖς καὶ βοτάναις καὶ ἄνθεσι ὡραίοις νοητοῖς· ἁγίων ἔνεστι λόγων, γνώμαις σοφῶν, &c. Ipſius demùm *primi Capitis Theologici titulus* cum *principio* eſt talis: Περὶ Θεοῦ, τῶν Θεολογικῶν κεφαλαίων α΄. Τριὰς ὑπερούσιε καὶ ὑπέρθεε, καὶ ὑπεράγαθε τῆς Χριστιανῶν ἔφορε θεοσοφίας ἴθυνον ἡμᾶς ἐπὶ τὴν τῶν μυστικῶν λογίων ὑπεράγνωστον καὶ ὑπερφαῆ καὶ ἀκροτάτην κορυφὴν, ἔνθα &c. Quod porrò ad *Imp. Joannem Palæologum* & *Joſephum Patriarcham Conſtantinopolitanum* attinet, horum *prior* in *Capite Philoſophico centeſimo* nuncupatur ὁ ΝΥ͂Ν βασιλεύων Ἰωάννης ὁ Παλαιολόγος, ὅς ἐστιν ἕβδομος τοῦ αὐτοῦ γένους, *poſterior* autem in *Capite Philoſophico nonageſimo nono* vocatur ὁ ΝΥ͂Ν Πατριάρχης Κωνσταντινουπόλεως Ἰωσήφ.

Secundò, & quidem à fol. 240 pag. 2, uſque ad fol. 243 pag. 2, *ex* SYMEONIS SETHI *Translatione græcâ Apologorum Indicorum*, *Cylile & Dimne*, *ſeu Stephanites & Ichnelates inſcriptorum*, *Tmema ſive Segmentum primum*, cujus principium: Τῶν Ἰνδῶν ὁ Βασιλεὺς Ἀβεσαλὼμ ἤρετό τινα τῶν περὶ αὐτὸν Φιλοσόφων λέγων· βούλομαι &c. Plura de his *Apologis Indicis*, eorúmque variis *Translationibus* ex Linguâ *Indicâ* in *Perſicam*, *Arabicam*, *Græcam & Italicam*, vide apud V. CL. *Leonem Allatium* in Diatribâ de *Symeonum* Scriptis pag. 183 & 184, & apud R. P. *Petrum Poſſinum* S. J. in *Gloſſario* ad *Georgii Pachymeris Hiſtoriam Imperii Michaëlis Palæologi* ſub voce Ἰχνηλάτης, & in ejuſdem *Prolegomenis*, præfixis eorundem *Apologorum editioni latinæ*, quæ jam memoratæ *Pachymeris* Hiſtoriæ ſub titulo *Speciminis Sapientiæ Indorum veterum* ſubjuncta eſt.

CCXXXVI.

DUCENTESIMUS TRIGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis quadraginta quatuor*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ipſe ibi ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 310 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Opus pro Eccleſiâ Latinâ contra Græcam*, *ex Scripturâ Sacrâ*, *& Apoſtolicis atque Synodi-*

Synodicis Conſtitutionibus, ut & ex variorum Sanctorum Patrum aliorúmque Scriptorum Eccleſiaſticorum, tùm Græcorum, tùm Latinorum, Operibus collectum; cujus principium ſine ullâ aliâ inſcriptione ſive titulo eſt hoc: Ἀπαγγελῶ τὸ ὄνομα Κυρίου τοῖς ἀδελφοῖς μου, καὶ τῶν θαυμασίων αὐτοῦ ποιήσω τὴν αἴνεσιν· εἰ γὰρ καὶ τὸ τῆς ἀνθρωπίνης ἰσχύος μέτρον &c. Eidem *Operi* inſerta etiam eſt celeberrima illa, multorum doctorum Virorum contrariis opinionibus agitata & divexata, *Donatio Imp. Conſtantini Magni*; quæ in Codice hoc MSto *Cæſareo* prorſus eodem modo exſtat, ut eam V. CL. *Marquardus Freherus græcè & latinè* cum ampliſſimo *Commentario* A. 1610 typis Gotthardi Voegelini in 4to edidit, & *Jacobo Magnæ Britanniæ Regi* dedicavit. Principium illius tàm in Codice hoc MSto *Cæſareo*, quàm in jam memoratâ editione impreſsâ eſt hoc: Δέον ἐκρίναμεν μετὰ πάντων τῶν Σατραπῶν ἡμῶν καὶ πάσης τῆς Συγκλήτου, καὶ &c.

Secundò, & quidem à fol. 311 pag. 1, uſque ad fol. 319 pag. 1, *GERMANI Patriarchæ Conſtantinopolitani Oneirocriticum*, ſive *Interpretatio Somniorum ſecundùm ordinem alphabeti*. Ipſa tituli græci verba, cum principio *Oneirocritici*, ſunt hæc: Ὀνειροκριτικὸν τοῦ Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως κυροῦ ΓΕΡΜΑΝΟΥ. Ἀρχὴ τοῦ α. Ἀνδρὶ πλακεὶς (1) ὀφειλοῦντι, εὐθετὸν τόδε. Ἀρθεὶς (2) νόων, γίνωσκε (3) γῆν νέαν ξένην. Ἀστρα βλέπειν κάλλιστον ἀνθρώποις πέλει. Ἄπιν κρατῶν τις, &c. Similia quidem *duo Oneirocritica* ſub *Aſtrampſychi* & *Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani* nominibus edidit *græcè & latinè* Vir doctiſſimus *Nicolaus Rigaltius* cum *Artemidori* & *Achmetis Oneirocriticis* Lutetiæ Pariſiorum typis Claudii Morelli A. 1603 in quarto; poſteáque etiam *Joannes Meurſius Aſtrampſychi Oneirocriticon græcè & latinè* edidit in *Mantiſſâ Romæ Luxurantis*, ſive, *Libri ſingularis de Luxu Romanorum veterum*, primùm quidem A. 1605 Hagæ-Comitis, ſecundùm autem A. 1631 Hafniæ in quarto editi: ſed *tertium* hoc ejuſdem generis *Oneirocriticon*, quod in Codice hoc MSto *Cæſareo* tribuitur *Germano Patriarchæ Conſtantinopolitano*, duobus ſuprà memoratis aliquanto auctius eſt, iiſque emendandis & illuſtrandis beneficio *variantium Lectionum* valdè poteſt inſervire.

Tertiò, & quidem à fol. 322 pag. 1, uſque ad fol. 344 pag. 1, *Pſalmi aliquot Davidici græcè & latinè*; item *Symbolum Fidei Latinorum græcè tantùm*, in quo notabile eſt verba καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ à Græculo quodam ſchiſmatico eraſa eſſe; ut manifeſtè apparet ex ſpatio eorum vacuo.

CCXXXVII.

DUCENTESIMUS TRIGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus in *quarto*, conſtátque foliis *centum ſexaginta ſex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo GEORGII SCHOLARII, qui in Monachatu nomen *Gennadii* aſſumpſit, *de Proceſſione Spiritûs Sancti adverſus Latinos Liber ſecundus ad Joannem Comnenum Imperatorem Trapezuntinum*. Ipſa tituli græci verba, cum principio *Libri*, ſunt hæc: Περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου πνεύματος πρὸς τοὺς περὶ ταύτης ἡμῖν διαφερομένους βιβλίον δεύτερον. Τῷ ὑψηλοτάτῳ Βασιλεῖ Τραπεζοῦντος κυρῷ Ἰωάννῃ τῷ μεγάλῳ Κομνηνῷ Γεώργιος ὁ

 Σχο-

(1) In Rigaltianâ Oneirocritici *Nicephori* editione pro ὀφειλοῦντι legitur φιλοῦντι, & paulò poſt pro τόδε legitur τόσε. (2) In Rigaltianâ & Meurſianâ *Aſtrampſychi* & *Nicephori* editionibus pro νόων legitur νόον. (3) In Rigaltianâ & Meurſianâ *Aſtrampſychi* editionibus pro γῆν νέαν ξένην legitur γῆν ναίειν ξένην. In Oneirocritici autem *Nicephori* editione Rigaltianâ legitur τὴν γαῖαν ξένην.

Σχολάριος μετ' εὐλαβεστάτης εὐνοίας χαίρειν. Τὸ μὲν πρῶτον βιβλίον ἡμῖν ἐπὶ ταῖς μελέταις συντέθειται τῶν πρὸς τὸν Ἐπίσκοπον ἐκεῖνον ἀγώνων, ᾧ πολλάκις &c. De hoc *Georgio Scholario*, qui ab altero ejuſdem temporis *Georgio Scholario*, poſt electionem in *Patriarcham Conſtantinopolitanum* dicto *Gennadio*, planè diverſus eſt, & ob communem Latinorum oppugnationem *Marco Epheſio* fuit familiariſſimus, vide *Leonis Allatii* Diatribam de *Georgiis* & eorum Scriptis à pag. 394, uſque ad pag. 399, & lib. 2 *de Eccleſ. Occid. & Orient. perpet. Conſenſ.* cap. 6.

CCXXXVIII.

DUCENTESIMUS TRIGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque *ducentis triginta duobus* foliis. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 15, *Proverbia Salomonis.*

Secundò, & quidem à fol. 17, uſque ad fol. 29, *Imperatoris Conſtantinopolitani* BASILII MACEDONIS (1) *Capita commonitoria ſexaginta* (2) *quinque ad filium Imp. Leonem cognomine Philoſophum.* Titulus hujus Opuſculi eſt ibi talis: Βασιλείου βασιλέως Ῥωμαίων κεφάλαια παραινετικὰ ξέ πρὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν, ἔχοντα ἀκροστιχίδα τήνδε· Βασίλειος ἐν Χριστῷ Βασιλεὺς Ῥωμαίων Λέοντι τῷ ποθεινοτάτῳ υἱῷ καὶ συμβασιλεῖ. Caput primum inſcribitur: Περὶ ἀρετῆς καὶ παιδεύσεως· incipit autem his verbis: Βιωφελές τι χρῆμα καὶ σπουδαιότατον, οὐ μόνον βασιλεῦσι, ἀλλὰ καὶ ἰδιώταις ἡ παίδευσις. Καὶ γὰρ &c. ultimum Caput inſcribitur περὶ (3) μελέτης γραφῶν, deſinit autem his verbis: οὐδεὶς ἀνθρώπων οἶδε τοῦ (4) οἰκείου βίου τὸ ἄδηλον τέλος, hoc eſt, *nullus hominum novit propriæ vitæ abſconditum terminum.* Sequitur deinde hæc ſubſcriptio: Τέλος τῶν παραινετικῶν κεφαλαίων.

Tertiò, & quidem fol. 30 atque 31, Γνωμικὰ διαφόρων, ſive Sententiæ miſcellaneæ, partim ex Sacrâ Scripturâ, partim ex Sanctis Patribus aliiſque Scriptoribus Eccleſiaſticis, partim ex Autoribus profanis deſumptæ. Autores ſacri, qui ibi citantur, ſunt, *Moyſes, David, Salomon, Elias, Michæas, Daniel, Jeſus filius Sirach, & Paulus Apoſtolus*; Sancti Patres aliique Scriptores Eccleſiaſtici *Irenæus, Julius Africanus, Athanaſius, Baſilius Magnus, Gregorius Nyſſenus, Heſychius, Nilus & Antiochus*; Autores profani (5) *Democrates, Socrates & Ariſtoteles.* Cæterùm quod ſpeciatim ad *Sextum Julium Africanum*, vetuſtiſſimum Chriſtianorum Chronographum attinet, citatur is inter Γνωμικὰ illa his verbis: Ἱστορεῖται παρὰ Ἀφρικανῷ, ὅτι, ἐν τῷ λέγειν τὴν ᾠδὴν τὸν Μανασσὴν τὰ δεσμὰ διεῤῥάγησαν σιδηρᾶ ὄντα καὶ ἔφυγεν.

Quartò, & quidem à fol. 33 uſque ad fol. 171, JOANNIS ZONARÆ ex Aulæ Imperialis Conſtantinopolitanæ Magno Drungario Vigiliæ & Protoſecretario *Aſcetæ* ſive *Monachi*, & *Nicetæ Metropolitæ Theſſalonicenſis* (6) Expoſitio *Canonum* ſive Canticorum

(1) Commonitionem hanc Imp. *Baſilii Macedonis* ad filium ſuum Imp. *Leonem Philoſophum*, unà cum *Agapeti Diaconi* Commonitione ſimili ad Imp. *Juſtinianum*, græcè & latinè, præ cæteris accuratè edidit *Bernhardus Damke* Hamburgenſis, Baſileæ typis Joan. Schröteri A. 1633. in octavo, eandémque eruditiſſimis Notis illuſtravit. Operæ pretium tamen eſt, ut editio illa impreſſa cum hoc Codice MSto propter variantes lectiones diligenter conferatur. (2) In editione Damkianâ legitur ξϛ´ ſive ſexaginta ſex. (3) In editione Damk. pro μελέτης legitur ἀναγνώσεως. (4) In edit. Damk. deeſt vox οἰκείου. (5) Hujus *Democratis* Philoſophi Sententias morales primus græcè & latinè edidit *Lucas Holſtenius* Romæ typis Maſcardi A. 1638. in 12mo. Sed quæ hîc citantur, non extant ibi. (6) Meminit hujus Commentarii *Joan. Jac. Friſius* in Bibliothecâ Univerſali, ubi agit de *Joanne Zonarâ*; apud *Labbaeum* autem Tomo I. de Scriptor. Eccleſiaſticis nulla ejuſdem Commentarii fit mentio.

rum (1) Eccleſiaſticorum S. *Joannis Damaſceni.* Prioris Expoſitionis, quæ fol. 33. incipit, titulus cum principio eſt talis: Ἰωάννου ἀσκητοῦ τοῦ Ζωναρᾶ, γεγονότος μεγάλου Δρουγγαρίου τῆς βίγλης καὶ πρωτασηκρῆτις, Ἐξήγησις τῶν ἀναστασίμων Κανόνων, τῶν τοῦ Δαμασκηνοῦ. Ἐπεὶ Κανόνων ἑρμηνεία ἐστὶ τὸ παρὸν σύνταγμα, χρὴ καὶ περὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα τοῦ Κανόνος, καὶ τὴν τοῦ Εἱρμοῦ καὶ τῆς Ὠδῆς κλῆσιν, ἔτι δὲ καὶ τοῦ Τροπαρίου, ἐκ τούτων γὰρ ἀπαρτίζεται ὁ Κανὼν, φιλοσοφῆσαι ἡμᾶς. Ταῦτα δὲ τὰ ὀνόματα, &c.

Quintò, & quidem à fol. 174, uſque ad fol. 232, ſive ultimum, ANONYMI cujuſdam Autoris *Epitome Hiſtoriæ ſacræ Teſtamenti Veteris*, cujus principium: Ἔργα κβ´ ἐποίησεν ὁ Θεὸς ἐν ταῖς ἓξ ἡμέραις, καὶ διὰ ταῦτα τὰ κβ´ γράμματα παρ᾽ Ἑβραίοις τυγχάνουσι· &c.

CCXXXIX.

DUCENTESIMUS TRIGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátque *centum ſeptuaginta* foliis. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 45 pag. 1, S. GREGORII NYSSENI *Homiliæ octo in totidem Beatitudines Evangelicas*; quarum prima incipit: (2) Τίς ἄρα τοιοῦτος ἐν τοῖς συνειλεγμένοις ἐστὶν, ὡς &c.

Secundò, & quidem à fol. 45 pag. 1, uſque ad fol. 70 pag. 1, *EJUSDEM Homiliæ quinque in Orationem Dominicam*, quarum prima incipit: (3) Προσευχῆς ἡμῖν διδασκαλίαν &c.

Tertiò, & quidem à fol. 70 pag. 1, uſque ad fol. 79 pag. 2, *EJUSDEM Oratio de Deitate Filii & Spiritûs Sancti, & de Patriarchâ Abraham*; cujus principium: (4) Οἷόν τι πάσχουσι περὶ τοὺς πολυανθεῖς &c.

Quartò, & quidem à fol. 80 pag. 1, uſque ad fol. 93 pag. 1, *EJUSDEM* Ἐπιτάφιος λόγος εἰς τὸν μέγαν Βασίλειον τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, ſive, *Oratio funebris in fratrem S. Baſilium Magnum*; cujus principium: (5) Καλὴν ἐπέθηκεν ὁ Θεὸς &c.

Quintò, & quidem à fol. 93 pag. 2, uſque ad fol. 95 pag. 2, *EJUSDEM Oratio* εἰς τὴν ἀρχὴν τῶν νηστειῶν, ſive, *in principium Jejuniorum*; quæ incipit: Σύνθετον ζῶον ὁ ἄνθρωπος ἀπὸ σώματος τοῦ φαινομένου καὶ τῆς λογικῆς καὶ ἀσωμάτου ψυχῆς &c. Eſt autem ea ibi in fine mutila aliquot foliis, quæ ſceleſti cujuſdam hominis manu exciſa ſunt.

Sextò, & quidem à fol. 96 pag. 1, uſque ad fol. 107 pag. 2, *EJUSDEM Orationis S. Gregorii Nyſſeni in principium Jejuniorum*, ſive *in ingreſſum Jejunii Quadrageſimalis*, Exemplar aliud *integrum*; ſed à præcedentis *mutili* Exemplaris ſcripturâ adeò diverſum, ut primo intuitu appareat, Exemplaria illa duo à duobus diverſis deſcriptoribus exarata eſſe. Primus hanc Orationem ex Codice hoc manuſcripto *Cæſareo* græcè & latinè in lucem edidit R. P. *Jacobus Gretſerus* in Appendice Quæſtionum & Reſponſionum ſacrarum S. *Anaſtaſii Sinaitæ*, Ingolſtadii typis Ederianis A. 1617 in quarto editarum, pag. 662. Eadem Oratio ab eodem *Gretſero* ſecundùm edita eſt in Appendice græco-latinâ Operum S. *Gregorii Nyſſeni*, Pariſiis A. 1618 in folio impreſsâ, pag. 247.

Septimò, & quidem à fol. 107 pag. 2, uſque ad fol. 118 pag. 1, *EJUSDEM Oratio* περὶ εὐποιίας, ſive, *de Beneficentiâ*; cujus principium: Ὁ τῆς ἐκκλησίας ταύτης πρόεδρος &c.

Oratio

(1) Vide V. CL. *Leonis Allatii* eruditisſimam Diſſertationem de *Libris Eccleſiaſticis Græcorum*, editam Pariſiis, typis Cramoiſ. A. 1646. in 4to. (2) Vide Operum *S. Gregorii Nyſſeni* edit. græco-lat. Pariſ. Tom. I. pag. 762. (3) Vide ibid. Tom. I. p. 712. (4) Vide ibid. Tom. II. p. 896. (5) Vide ibid. Tom. II. p. 914.

Oratio hæc exſtat quidem in ſuprà citatâ Operum S. *Gregorii Nyſſeni* editione græco-latinâ *Pariſienſi* Tom. primo, pag. 970, ſed tantùm *latinè*, *Petro Franciſco Zino* interprete, inſcribitúrque ibi: *De pauperibus amandis & benignitate complectendis.* Ipſum autem contextum *græcum* primus ex hoc Codice MSto *Cæſareo* in lucem edidit R. P. *Jacobus Gretſerus* in Appendice Quæſtionum & Reſponſionum ſacrarum S. *Anaſtaſii Sinaitæ*, Ingolſtadii typis Ederianis A. 1617 græcè & latinè in quarto editarum, pag. 640. Eadem Oratio ab eodem *Gretſero* ſecundùm edita eſt in Appendice græco-latinâ Pariſinâ Operum S. *Gregorii Nyſſeni* pag. 235, incribitúrque ibi περὶ φιλοπτωχίας καὶ εὐποιΐας.

Octavò, & quidem à fol. 118 pag. 1, uſque ad fol. 112 pag. 1, *EJUSDEM* προτρεπτικὸς περὶ μετανοίας, ſive, *Oratio adhortatoria de Pœnitentiâ ad eos, qui durius & acerbiùs alios judicant atque condemnant, cùm ipſi converſione indigeant & pœnitentiâ.* Principium ejus eſt: Ἀνὴρ Φαρισαῖος, ὡς ἀρτίως ἠκούσαμεν &c. Oratio hæc exſtat quidem in ſuprà citatâ Operum S. *Gregorii Nyſſeni* editione græco-latinâ Pariſienſi Tom. I. pag. 964, ſed tantùm *latinè*, *Petro Franciſco Zino* interprete. Ipſum autem contextum *græcum* primus ex hoc Codice MSto *Cæſareo* in lucem edidit R.P. *Jacobus Gretſerus* in Appendice græco-latinâ Pariſienſi Operum S. *Gregorii Nyſſeni* pag. 165.

Nonò, & quidem à fol. 129 pag. 2, uſque ad fol. 143 pag. 1, *EJUSDEM Oratio de Deitate Filii & Spiritûs Sancti, & de Patriarchâ Abrahamo*; cujus principium: (1) Οἷόν τι πάσχουσι πρὸς τὰς πολυανθεῖς &c.

Decimò, & quidem à fol. 143 pag. 2, uſque ad fol. 154 pag. 1, *EJUSDEM Oratio de Pauperibus amandis in illud Evangelii S. Matthæi cap. 25, v. 40*: ἐφ' ὅσον ἐποιήσατε &c, hoc eſt: *Quantum feciſtis uni ex his fratribus meis minimis, mihi feciſtis.* Principium ejus eſt: (2) Ἔτι πρὸς τῷ θεάματι τῆς φοβερᾶς &c.

Undecimò, & quidem à fol. 154 pag. 1, uſque ad fol. 156 pag. 2, *EJUSDEM* S. *Gregorii Nyſſeni Oratio* εἰς τοὺς κοιμηθέντας, ſive, *de mortuis*; cujus principium: (3) Οἱ τὴν ἀναγκαίαν τῆς φύσεως ἡμῶν &c. In fine autem ea eſt *mutila*, & pertingit tantùm incluſivè uſque ad hæc verba: (4) οὐκ ἂν οὔτε παντὶ, οὔτε παντοίῃ ἀγαθόν τι ἐστιν ἡ πλήρωσις, ἀλλὰ καὶ - - -

Duodecimò, & quidem à fol. 158 pag. 1, uſque ad fol. 170, ſive ultimum, MAXIMI, *Monachi Conſtantinopolitani, cognomine* PLANUDIS, qui circa A. C. 1353 claruit, *Oratio* ἀκέφαλος, ſive *principio mutila, in Sanctos Apoſtolos Petrum & Paulum*, quæ ibi nunc incipit his verbis: - - - καὶ ὡς πάντας εὐψύχως ἔφερεν &c. Hanc quoque Orationem ita mutilam ſub nomine S. *Gregorii Nyſſeni*, ex hoc Codice MSto *Cæſareo* ſeparatim in lucem edidit R. P. *Jacobus Gretſerus* A. 1620 Ingolſtadii typis Ederianis græcè & latinè in octavo; ibique in *Præfatione* ad Lectorem, ubi judicium ſuum de eâdem Oratione indicat, nominatim etiam atque expreſsè hujus Codicis manuſcripti *Cæſarei* facit mentionem. Verùmenimverò ut doctiſſimus ille & acerrimus Catholicæ Religionis Propugnator rectè animadvertit, *ſtylum* hujus Orationis à *ſtylo S. Gregorii Nyſſeni* non mediocriter diſcrepare, ſic re verâ S. *Gregorius Nyſſenus* non eſt autor hujus Orationis, ſed MAXIMUS, *Monachus Conſtantinopolitanus, cognomine* PLANUDES, qui integris circiter *nongentis quinquaginta octo annis S. Gregorio Nyſſeno* eſt junior. Plura huc pertinentia vide, ſi placet, Lib. IV. *Commentar. Lambec.* pag. 36, & 37.

DUCEN

(1) Vide ſuprà citatam Operum *S. Gregorii Nyſſeni* edit. græco-lat. Pariſ. Tom. II. pag. 896. (2) Vide ibidem Tom. I. pag. 881. (3) Vide ibid. Tom. II. pag. 1049. (4) Vide ibid. pag. 1052.

Iconiſmus hic pertinet ad Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis Codicem MStum Theologicum Græcum, Num. CCXL. pag. 337.



Quatuor EVANGELISTÆ ſtantes.

CCXL.

DUCENTESIMUS QUADRAGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis viginti ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *Quatuor Evangelia* elegantiſſimè ſcripta, & *quatuor Evangeliſtarum Imaginibus*, more antiquo in ſuperficie aureâ depictis, non tralatitiè exornata. Quas *quatuor antiquas Imagines* ſummâ diligentiâ & fide delineatas atque æri inciſas publicè hîc exhibeo, cum propter *Veſtitum* & alia non pauca, quæ in iis notatu digna ſunt, tùm præcipuè ob *Coronam Clericalem ſeu Monaſticam* ſive *Adtonſionem Capitis* S. LUCÆ Evangeliſtæ. Iiſdem etiam in hoc Codice præfixi ſunt *Euſebii Pamphili*, Epiſcopi Cæſareenſis, *Canones decem de Conſonantiâ quatuor Evangeliorum*, unà cum ejuſdem *Epiſtolâ ad Carpianum*.

CCXLI.

DUCENTESIMUS QUADRAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum ſeptuaginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo *Pſalterium Davidicum*, cui in fine annexa ſunt *varia Cantica ſacra*; nempe Cantica duo *Moyſis* in Exodo & Deuteronomio, Canticum *Hannæ* matris Samuelis, Canticum *Habacuc* Prophetæ, Canticum *Eſaiæ* Prophetæ Ἐκ νυκτὸς &c, Canticum *Jonæ* Prophetæ, Canticum *trium Puerorum* apud Danielem, Canticum Beatiſſimæ Virginis *Deiparæ*, & Canticum *Zachariæ* Patris S. Joannis Baptiſtæ.

CCXLII.

DUCENTESIMUS QUADRAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum quinquaginta quinque*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Tertiò, & quidem fol. 53 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Obſervationes* quædam *miſcellaneæ de Creatione hominis & Paradiſo*; item de *Morte*, quòd nec bonum ſit, nec malum, ſed aliquid medium; & de *Scopo ac fine Chriſtianiſmi*.

Quartò, & quidem fol. 53 pag. 2, THEOPHYLACTI SIMOCATTI *Epiſtola ethica commentitia*, *quaſi ab Iſocrate ad Dionyſium Siciliæ Tyrannum ſcripta*, cujus titulus & principium: (2) Ἰσοκράτης Διονυσίῳ· Πρόπομποι, καὶ ῥαβδοῦχοι, καὶ κήρυκες, καὶ θρόνων ὑψηλοτάτων ἐπίτευξις, φιλοσοφίας εἰσὶν ἄχλυς &c.

Quintò,

(1) Videtur hîc ſubaudienda eſſe vox τεῦχος. (2) Vide *Epiſtolas græcanicas mutuas*, græcè & latinè Aureliæ Allobrogum ſive Genevæ ſumptibus Caldorianæ Societatis A. 1606 in folio editas, pag. 415.

Quintò, & quidem fol. 53 pag. 2, & fol. 54 pag. 1, *Excerpta* quædam ex SUIDÆ *Lexico* de ſignificatione & uſu vocabulorum Ἐγκώμιον, Παραγραφή, Παραίνεσις & Παράλληλος, ſub titulo Παρὰ τοῦ Σουίδα. Operæ autem pretium eſſet *manuſcripta* illa Excerpta cum Editionibus *impreſſis* diligenter conferri.

Sextò, & quidem à fol. 55, uſque ad fol. 78, COSMÆ *Hieroſolymitani* Ἔκφρασις ſive *Enarratio ſingulorum Pſalmorum totius Pſalterii Davidici carmine jambico.*

Septimò, & quidem fol. 79 pag. 1 & 2, S. GREGORII NAZIANZENI Γνῶμαι παραινετικαὶ δίστιχοι, ſive, *Sententiæ monitoriæ binis verſibus conſtantes*, quarum principium: Ἀρχῆς καλῆς κάλλιστον εἶναι δεῖ τέλος, &c.

Octavò, & quidem fol. 79 pag. 1 & 2, METROPHANIS *Metropolitæ Smyrnæi*, qui *Photio* fuit σύγχρονος, *Fragmentum ſchiſmaticum* (1) περὶ τῆς ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, *de Proceſſione Spiritûs Sancti à ſolo Patre*; cujus principium: Εἰ δ' ἐξ ἑνὸς αἰτίου τοῦ Πατρὸς ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα προάγεται, καὶ τὸ μὲν ἐκπορευτῶς, τὸ δὲ γεννητῶς, &c.

Nonò, & quidem fol. 79 pag. 2, & fol. 80 pag. 1, INDEX *græcus quorundam Poëmatum Theodori Prodromi*, (2) *Joannis Pſelli*, *Philæ*, *Calliclis & Nicephori Calliſti*; quæ omnia cum præfixo eodem *Indice* ab *Hieronymo Guntio* A. 1536 Baſileæ apud Joannem Bebelium conjunctim græcè edita ſunt in octavo.

Decimò, & quidem à fol. 81, uſque ad fol. 84, Ἐπιστολὴ τοῦ ἁγίου Βασιλείου πρὸς Γρηγόριον τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφὸν περὶ διαφορᾶς οὐσίας καὶ ὑποστάσεως· Hoc eſt: (3) *Epiſtola S. BASILII MAGNI ad fratrem ſuum S. Gregorium Epiſcopum Nyſſenum de differentiâ Eſſentiæ & Subſtantiæ ſive Subſiſtentiæ.* Principium ejus eſt: Ἐπειδὴ πολλοὶ τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας &c.

CCL.

DUCENTESIMUS QUINQUAGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtatque foliis *trecentis quadraginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo S. ANASTASII SINAITÆ, *Patriarchæ Antiocheni*, *Spiritualis Anagoge in Hexaëmeron Libri duodecim*, quorum *Proœmium inſcribitur atque incipit hoc modo*: Τοῦ ἁγίου ἈΝΑΣΤΑΣΙΟΥ, τοῦ Σινᾶ ὄρους μοναχοῦ καὶ Ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας, εἰς τὴν πνευματικὴν Ἀναγωγὴν τῆς ἑξαημέρου κτίσεως Προοίμιον. Φωνὴ Θεοῦ ἱερὰ &c.

CCLI.

DUCENTESIMUS QUINQUAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtatque *trecentis quinquaginta quatuor* foliis. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 217 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Expoſitio in Evangelium S. Matthæi*, *ex S. Joannis Chryſoſtomi*

(1) Vide *Leon. Allat.* de Eccleſ. Occident. & Orient. perpet. Conſenſ. lib. 2. cap. 6. colum. 575. ubi ejuſdem Operis fit mentio. (2) *Prænomen* hoc extat in eorundem Poëmatum editione *impreſſâ*, & apud *Joan. Jac. Friſium* in Bibliothecâ Univerſali. (3) Extat ea Tomo *ſecundo*, editionis Operum *S. Baſilii Magni* græco-latinæ Pariſienſis A. 1618. in folio, pag. 805, & eſt ibi *quadrageſima tertia*.

ſtomi nonaginta Homiliis in idem Evangelium compendioſè excerpta; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἑρμηνεία εἰς τὸ κατὰ Ματθαῖον ἅγιον Εὐαγγέλιον. ΒΙΒΛΟΣ ΓΕΝΕΣΕΩΣ. Βίβλον δὲ γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ τούτου χάριν αὐτὴν καλεῖ, εἰ καὶ μὴ μόνον τὴν γέννησιν, &c.

Secundò, & quidem à fol. 218 pag. 1, uſque ad fol. 354 pag. 2, ejuſdem ANONYMI Autoris *Expoſitio in Evangelium S. Joannis, ex S. Joannis Chryſoſtomi octoginta octo Homiliis in idem Evangelium compendioſè excerpta*; cujus principium: Τίνος ἕνεκεν, τῶν ἄλλων Εὐαγγελιστῶν ἀπὸ τῆς οἰκονομίας ἀρξαμένων, τοῦτο μὲν ἐν βραχεῖ μετὰ ταῦτα, ἐνίξατο, εἰπὼν, &c.

CCLII.

DUCENTESIMUS QVINQVAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátq; foliis *nonaginta quatuor*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 14 pag. 2, *ex* S. ANASTASII SINAITÆ, *Patriarchæ Antiocheni*, Ὁδηγὸς ſive *Duce Viæ adverſus Acephalos Capita tria priora*, quorum *primum* ibi inſcribitur: (1) Ἀρχὴ σὺν Θεῷ. Προθεωρία τῆς ἐκθέσεως τῶν ὅρων τῆς βίβλου, ἧς ἡ ἐπωνυμία λέγεται Ὁδηγός. Hoc eſt: *Principium cum Deo. Protheoria ſive Præconſideratio argumenti Definitionum hujus libri, cujus titulus eſt Dux Viæ.*

Secundò, & quidem à fol. 15 pag. 1, uſque ad fol. 24 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Liber de Decalogo ſive de decem Præceptis Moſaicis cum Additione & Complemento Chriſti.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Præfationis* ſunt hæc: Δεκάλογος ἡ περὶ τῶν δέκα ἐντολῶν μετὰ τῆς προσθήκης καὶ πληρώματος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Πρόλογος. Προσέχετε λαός μου τῷ νόμῳ μου, λέγει Κύριος· κλίνατε τὸ οὖς ὑμῶν εἰς τὰ ῥήματα τοῦ στόματός μου· καὶ σὺ, ἀδελφέ μου, ἄκουσον καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου, &c. Diviſus autem eſt hic Liber in decem Capita, quorum primum inſcribitur atque incipit: Περὶ φυσικοῦ νόμου καὶ τῆς τοῦ Ἀδὰμ παραβάσεως κεφάλαιον α΄. Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τοὺς ἀγγέλους ὅλους νοῦν καὶ πνεῦμα, τελέσι νοερὰς καὶ πνευματικὰς, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 25 pag. 1, uſque ad fol. 27 pag. 1, S. JOANNIS DAMASCENI *Opuſculum*, quod quidem in Operum ipſius editione Pariſienſi, ubi illud à pag. 653 uſque ad pag. 656 latinè tantùm exſtat, inſcribitur *Primæ Inſtitutiones de Decretis & Placitis*; in hoc autem Codice MSto *Cæſareo* eo titulo caret, utpote ubi illud inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ ὁσιωτάτου καὶ ἁγιωτάτου καὶ φιλοσοφωτάτου Ἰωάννου Πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ. Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος τῆς μιᾶς τρισυποστάτου καὶ προσκυνητῆς Θειότητος &c.

Quartò, & quidem à fol. 27 pag. 1, uſq; ad fol. 28 pag. 1, *Dialecticæ ſive Logicæ* S. JOANNIS DAMASCENI *Caput primum de Cognitione*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ λόγος περὶ γνώσεως. Οὐδὲν τῆς γνώσεως ἐστὶ τιμιώτερον &c. Vide ſuprà citatam Operum S. *Joannis Damaſceni* editionem Pariſienſem pag. 626.

Quintò, & quidem fol. 29 pag. 1 & 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Carmina duo Jambica in Beatiſſimam Virginem Deiparam, & in Feſta* (2) *Dominica*; quorum primum

(1) Vide iſtius Operis editionem græco-lat. *Gretſerianam* Ingolſtadienſem pag. 19. (2) De hiſce Feſtis *Chriſto Domino* propriè dicatis vide R. P. *Gretſeri Obſervationes in Georgium Codinum* lib. 3 cap. 5, 6.

primum inſcribitur atque incipit : Στίχοι Ἰαμβικοὶ εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον. Παστάς, Τράπεζα, Ῥάβδε, Λυχνία, Κλίμαξ, &c ; ſecundum autem : Ἕτεροι εἰς τὰς δεσποτικὰς ἑορτάς. Εὐαγγελισμός, Γέννα, κλήσεως δέσις, &c.

Sextò, & quidem à fol. 29 pag. 2, uſque ad fol. 32 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Deſcriptio Antiquitatum Urbis Athenienſis* ; cujus titulus & principium : Τὰ Θέατρα καὶ Διδασκαλεῖα τῶν Ἀθηνῶν. Πρῶτον, ἡ Ἀκαδημία ἐν χωρίῳ τῶν βασιλικῶν. Δεύτερον, ἡ Ἐλαιαδικὴ εἰς τὸν ἀμπελοκήπους. Τρίτον, &c.

Septimò, & quidem fol. 32 pag. 2, (1) *ARSENII Archiepiſcopi Monembaſiæ Epigramma in Hieronymum Donatum, Præfectum Cretæ* ; cujus titulus & principium : Ἀρσενίου τῆς Μονεμβασίας Ἐπίγραμμα εἰς τὸν σοφώτατον καὶ μεγαλοπρεπέστατον Κρήτης ἡγεμόνα, κύριον Ἱερώνυμον τὸν Δωνάτον.

Σῆμα τόδ' εὐνοίης μέγα Κρήτης ὦ πολυῆτα,
Ἀρχῶν ἡμετέρων, δέρκεο τῶν Βενέτων. &c.

Octavò, & quidem à fol. 33 pag. 1, uſque ad fol. 34 pag. 2, & fol. 35 p. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Carmen Jambicum in S. Paſcha* ; cujus titulus & principium : Στίχοι εἰς τὸ ἅγιον Πάσχα Ἴαμβοι. Τοῖς πρὶν ὀλικῶς ἐκ Θεοῦ πεπτωκόσιν, &c.

Nonò, & quidem à fol. 35 pag. 1, uſque ad fol. 37 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Carmen in Nativitatem Chriſti verſibus* (2) *Politicis*, cujus titulus & principium : Ἕτεροι στίχοι πολιτικοὶ σχεδιασθέντες εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ γέννησιν. Εἰ καὶ παιδείᾳ ἄμοιρος ὑπάρχω καὶ φρονήσει, &c.

Decimò, & quidem fol. 33 pag. 2, fol. 34 pag. 1, & à fol. 38 pag. 1, uſque ad fol. 40 pag. 1, LEONIS cujuſdam *Collectio præcipuarum Veteris Teſtamenti Prædictionum de Chriſto*. Ipſa tituli græci verba cum principio Prædictionum ſunt hæc : Ἔρανος καὶ ἐκλογὴ διαφόρων βίβλων καὶ προφητειῶν, φιλοπόνως ἐρανισθεῖσα παρ' ἐμοῦ τοῦ οὐδαμινοῦ Λέοντος, ὅσα περὶ Χριστοῦ γέγραπται. Ὅτι Θεὸς ὁ Χριστός. Ἱερεμίου. Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν &c.

Undecimò, & quidem fol. 40 pag. 1 & 2, *Oratio* Ὀπισθάμβωνος ſive *Retro ambonem, quæ recitatur diebus dominicis Sanctæ Quadrageſimæ*. Ipſa tituli græci verba cum principio Orationis ſunt hæc : Εὐχὴ ὀπισθάμβωνος λεγομένη ταῖς κυριακαῖς τῆς ἁγίας τεσσαρακοστῆς. Κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν εὔσπλαγχνε καὶ πολυέλεε, ὁ διὰ τῆς ἁγίας σου νηστείας &c. Cur autem *Oratio* hæc cognominetur Ὀπισθάμβωνος ſive *Retro ambonem*, vide in R. P. *Jacobi Goar* O. P. Notis ad *Euchologium Græcorum* pag. 154, ubi agitur *de S. Joannis Chryſoſtomi Miſſâ*.

Duodecimò, & quidem à fol. 41 pag. 1, uſque ad fol. 42 pag. 2, S. *CYRILLI Archiepiſcopi Alexandrini* & S. *ANASTASII SINAITÆ, Patriarchæ Antiocheni, Expoſitio compendiaria orthodoxæ Fidei* ; cujus titulus & principium : Ἀναστασίου πατριάρχου Θεουπόλεως καὶ Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας ἔκθεσις σύντομος τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. Ἐρώτησις, Ποίας θρησκείας εἶ ἄνθρωπε ; Ἀπόκρισις. Χριστιανός εἰμι. Exſtat quidem hoc Opuſculum in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum Pariſienſi A. 1654 Tom. XV. pag. 677, ſed tantùm *latinè*.

(1) Plura de eo vide Libri *tertii* Lambecian. Commentariorum pag. 48 & 260. (2) De hujuſmodi verſibus vide plura Lib. IV. Comment. Lambec. pag. 178. in marginalibus notis.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 43 pag. 1, uſque ad fol. 48 pag. 2, *EUTHYMII ZIGABENI*, *Monachi Græci*, *Diſputatio cum Saraceno quodam Philoſopho de Fide, habita in Urbe Cappadociæ Melitene.* Ipſa tituli græci verba cum principio Diſputationis ſunt hæc: Διάλεξις Εὐθυμίου μοναχοῦ καὶ Σαρακηνοῦ φιλοσόφου περὶ πίστεως γενομένης ἐν τῇ πόλει Μελιτηνῇ. Ἐρώτησις Σαρακηνοῦ· Πῶς ὁμολογεῖτε πολυθείαν, καὶ εἰσάγετε ἐν τῷ Θεῷ γέννησιν, καὶ πάλιν λέγετε Πατέρα, Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα; δείξατε ἡμῖν ταῦτα. &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 49 pag. 1, uſque ad fol. 59 pag. 2, *Imperatoris Conſtantinopolitani MANUELIS PALÆOLOGI Capita centum Parænetica, ſivè Commonitoria ad filium ſuum Joannem Palæologum*; quorum titulus & principium: Βασιλεὺς Βασιλεῖ, ΜΑΝΟΥΗ͂Λ ἸΩΑ͂ΝΝΗ, πατὴρ Υἱῷ, ψυχῆς ψυχῇ καρπὸν, τροφὴν ἐμῆς τῇ σῇ ὁποιασοῦν ἀκμαζούσῃ, ἣν ὁ Θεὸς εἴη κοσμήτωρ. Ὁμοῦ ἑκατὸν Κεφάλαια. Βίοι τοῖς ἀνθρώποις διάφοροι· ὁ μὲν, φρονήσει καὶ παιδεύσει καὶ χρηστότητι, ὁ δὲ, ἀβελτηρίᾳ καὶ ἀπαιδευσίᾳ &c. In fine autem ſunt ea mutila.

Decimo quintò, & quidem fol. 60 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris Κεφάλαια κατανυκτικὰ, *ſive Capita Compunctoria de ſeptem operibus miſericordiæ*; quorum principium: Διὰ τὸ μὴ εἶναί με ἄξιον σοῦ μετασχεῖν, &c.

Decimo ſextò, & quidem fol. 60 pag. 2, & fol. 61 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Canon* ſive *Canticum ſacrum ad Beatiſſimam Virginem Deiparam*, *tribus conſtans Odis*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit hoc modo: Κανὼν παρακλητικὸς εἰς τὴν ὑπεραγίαν ἡμῶν Δέσποιναν Θεοτόκον περὶ τῶν νῦν περιστάσεων Ὠδὴ α΄. Ὡς ἐν ἠπείρῳ πᾶσα τάξις καὶ ἡλικία πιστῶν &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 62 pag. 1, uſque ad fol. 65 pag. 2, *Excerpta quædam miſcellanea ex Inſtitutionibus Oratoriis.*

Decimo octavò, & quidem fol. 66 pag. 1 & 2, Excerpta quædam ex Operibus S. DIONYSII AREOPAGITÆ; ubi ſpeciatim citatur *Operis de Eccleſiaſticâ Hierarchiâ Caput quintum* περὶ τῶν ἱερατικῶν τελειώσεων.

Decimo nonò, & quidem fol. 67 pag. 1 & 2, *Exordium Orationis* alicujus, ab ANONYMO quodam Autore *Conſtantinopoli* in Magnâ Eccleſiâ *S. Sophiæ* habitæ coram Patriarchâ Conſtantinopolitano, & variis Metropolitis, Epiſcopis, Abbatibus, Monachis, Proceribus Aulæ Conſtantinopolitanæ, aliâque magnâ multitudine Populi. Notabiles autem ibi quàm maximè ſunt *Tituli*, quibus Autor ille primò quidem *Patriarcham*, ſecundò autem *Metropolitas* ſive *Archiepiſcopos*, tertiò *Epiſcopos*, quartò *Clericos Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*, quintò *Abbates* ſive *Præfectos Monaſteriorum* & *Monachos*, ſextò *Principes* ſive *Proceres Aulæ Conſtantinopolitanæ*, & ſeptimò denique *reliquam totam Populi congregati multitudinem* alloquitur; quos integros exhibitos, ſi placet, vide Lib. IV. *Comment. Lambec.* pag. 207, & 208.

Vigeſimò, & quidem à fol. 67 pag. 2, uſque ad fol. 68 pag. 2, Excerpta quædam ex *Prophetiâ Eſaiæ*, & ex S. Pauli Epiſtolâ primâ ad Corinthios.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 69 pag. 1, uſque ad fol. 70 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Tabulæ quædam ſynopticæ*, quibus continetur *Expoſitio Theologico-Philoſophica verborum Chriſti apud S. Matthæum capite 22 verſ. 37*: Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐν ὅλῃ τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ ψυχῇ σου, καὶ ἐν ὅλῃ τῇ διανοίᾳ σου· hoc eſt ſecundùm

dùm vulgatam verſionem: *Diliges Dominum DEUM tuum ex toto corde tuo, & in totâ animâ tuâ, & in totâ mente tuâ.*

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 71 pag. 1, uſque ad fol. 94 pag. 1, *Expoſitio Pſalmi centeſimi tertii* Εὐλόγει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον &c. ab ANONYMO quodam Autore collecta ex *Euſebio Pamphili*, S. *Athanaſio Archiepiſcopo Alexandrino*, S. *Baſilio Magno*, S. *Gregorio Nazianzeno*, S. *Gregorio Nyſſeno*, S. *Joanne Chryſoſtomo*, *Iſidoro Peluſiotâ*, S. *Cyrillo Archiepiſcopo Alexandrino*, *Theodoreto Epiſcopo Cyrenſi*, S. *Maximo Monacho & Martyre*, & (1) *Georgio Piſide*, quorum omnium nomina ibi in margine adſcripta ſunt. Principium hujus Expoſitionis eſt tale: Ἕκαστον εὐσεβείας θρέμμα ὑμνεῖν διδάσκει τὸν εὐεργέτην Θεόν, &c. Pertingit autem ea ibi tantùm uſque ad verſus *vigeſimi ſexti* verba ἐκεῖ πλοῖα διαπορεύονται.

CCLIII.

DUCENTESIMUS QUINQUAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *quiquaginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo JOANNIS BECCI ſeu VECCI, *Patriarchæ Conſtantinopolitani*, *Epigraphæ in Sanctorum Patrum à ſe collecta Teſtimonia de Proceſſione Spiritûs Sancti ex Patre & Filio*; quarum titulus & principium: Βέκκου. Κεφάλαιον α΄. Ἐπιγραφή. Χρήσεις διάφοροι γραφικαὶ συλλεγεῖσαι εἰς ἀπόδειξιν τοῦ εἶναι τὸ Πνεῦμα καὶ ἐκ τοῦ Υἱοῦ· μεθ᾽ ἃς ἕτεραι χρήσεις &c. Ὁ Νύσσης Γρηγόριος ἐν τῇ εἰς τὸ Πάτερ ἡμῶν ὁμιλίᾳ &c. Quod porrò ad ipſum *Joannem Beccum* ſeu *Veccum* attinet, is ſub *Imp. Michaële Palæologo Patriarcha Conſtantinopolitanus* electus eſt A. C. 1275, d. 26. Maji; à filio autem illius *Imp. Andronico Palæologo Imo* ſive *Seniore* Patriarchatu dejectus eſt A. 1282 d. 26 Decembris, quoniam à concordiâ Eccleſiaſticâ cum *Latinis* initâ recedere noluit, eandémque ob cauſam A. 1298 ſub finem menſis Martii in carcere obiit. Quâ de re vide *Georgii Pachymeris* Hiſtoriam Imperii *Michaëlis Palæologi* lib. 5 cap. 24, & ejuſdem Hiſtoriam Imperii *Andronici Senioris* lib. 3. cap. 29, cum doctiſſimis R. P. *Petri Poſſini* S. J. *Obſervationibus* Part. I. lib. 3. cap. 6. §. 4. & Part. II. lib. 3. cap. 2. §. 8 & 9. Iiſdem *Obſervationibus* inſertum etiam eſt *græcè* & *latinè* *Teſtamentum* ejuſdem *Patriarchæ Joannis Becci*, paulò ante mortem in carcere conditum, Part. I. pag. 541, 542 & 543.

CCLIV.

DUCENTESIMUS QUINQUAGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *triginta tribus*. Continetur eo SYMEONIS *Archiepiſcopi Theſſalonicenſis ad pios quoſdam Cretenſes Commentarius de divino Templo, & de iis, quæ eo continentur; ut & de* Diaconis, *Presbyteris & Epiſcopis, déque Veſtibus, quibus unuſquiſque eorum utitur; ac denique de ſacroſanctâ Myſtagogiâ ſive Miſſâ, ejúſque Cæremoniis.* Plura de hoc *Commentario* vide Libri *quarti* Lambecianorum Commentariorum pag. 174 & 175. Conſule etiam Viri doctiſſimi *Leonis Allatii* Diatribam de *Symeonum* Scriptis pag. 192 & 193.

(1) Fragmenta illa, quæ ibi citantur, deſumpta ſunt ex ipſius *Poëmate de Hexaëmero* ſive *Opere ſex dierum Creationis Mundi*.

CCLV.

DUCENTESIMUS QUINQUAGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, & à tineis ac blattis adeò corroſus & exeſus, ut in principio & paſſim alibi vix ampliùs ſit legibilis, conſtátque nunc foliis *viginti tribus*. Continetur eo Γρηγορίου τοῦ Κυπρίου, Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως· Ἐπιστολὴ πρός τινα, τῶν ἀποσχισάντων ἑαυτὸν τῆς Ἐκκλησίας, ſive, (1) GREGORII CYPRII, *Patriarchæ Conſtantinopolitani Epiſtola ad quendam Schiſmaticum.*

CCLVI.

DUCENTESIMUS QUINQUAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis triginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem fol. 1 pag. 1, *ex* DIONYSII AREOPAGITÆ *Capite quarto de Hierarchiâ Eccleſiaſticâ, quo agitur de ſacro Chriſmate, Excerptum*, cujus titulus & principium: Περὶ τῶν ἐν τῷ μύρῳ τελουμένων καὶ τῶν ἐν αὐτῷ τελειουμένων. Τοῦ ἁγίου Διονυσίου ἐκ τοῦ δ' κεφαλαίου. (2) Εἰ γὰρ καὶ πρὸς ἱερέων τελοῦνταί τινα τῶν σεβασμίων συμβόλων &c. Adjuncta etiam ibi eſt in margine anonymi cujuſdam Autoris Ἑρμηνεία, ſive *Expoſitio*.

Secundò, & quidem fol. 2 pag. 1 & 2, *ANONYMI* cujuſdam Autoris *Methodus ſciendi, quot horas Luna qualibet nocte luceat*; cujus titulus & principium: Μέθοδος εἰς τὸ γνῶναι, πόσας ὥρας λάμπει ἡ σελήνη ἑκάστῃ νυκτί. Ἀπὸ πρώτης ἡμέρας ἕως πεντεκαιδεκάτης &c.

Tertiò, & quidem fol. 3 pag. 1, *ANONYMI* cujuſdam Autoris *Obſervatio de decem Prædicamentis Ariſtotelis.*

Quartò, & quidem à fol. 4 pag. 1, uſque ad fol. 76 pag. 1, *ex S. THOMÆ AQUINATIS* (3) *Libris quatuor de veritate Catholicæ Fidei contra Gentiles, & ex ejuſdem Summâ Theologiæ Capita miſcellanea quadraginta quinque*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit his verbis: Θωμᾶ (4) Ἀγχίνου λόγοι περὶ τῆς θείας σαρκώσεως. Ἀντιθέσεις κατὰ τῆς θείας παρουσίας. Ἀλλ' ἐν τῇ πίστει ἀντικείμενοι τοιαῦτά τινα ἀντεπάγουσι τῇ θείᾳ σαρκώσει. Θεὸς οὔτε σῶμά ἐστιν, οὔτε δύναμις ἐν σώματι, &c.

Quintò, & quidem à fol. 77 pag. 1, uſque ad fol. 119 pag. 1, BESSARIONIS *Archiepiſcopi Nicæni & S. R. E. Cardinalis Liber contra Marcum Eugenicum Metropolitam Epheſium de Sacramento Euchariſtiæ*, quòd nempe Corpus Chriſti tantummodò verbis Chriſti conficiatur, non autem virtute Spiritûs Sancti per ſubſequentem orationem & benedictionem Sacerdotis. Ipſa tituli græci verba cum principio *Libri* ſunt hæc: Τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν αὐθέντου καὶ δεσπότου κυροῦ Βησσαρίωνος, Ἐπισκόπου (5) Τουσκλων τῆς ἱερῆς

(1) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de *Georgiis* & eorum ſcriptis pag. 420. (2) In Operum S. *Dionyſii Areopagitæ* editione græco-latinâ Corderianâ Antverpienſi exſtat hoc Fragmentum paragrapho quintò Capitis quinti, nempe pag. 360. (3) Hos S. *Thomæ* Libros quatuor contra Gentes, & Primam atque Secundam Partem Summæ Theologiæ tranſtulit in linguam Græcam *Demetrius Cydonius*. (4) Ἀγχίνου perperàm pro Ἀκίνου. Vide ipſius Librum quartum contra Gentiles cap. 40. (5) Vide Lib. IV. Lambecianorum Commentar. pag. 84.

ϱχῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας Καϱδηναλίε, καὶ Κωνςαντινεπόλεως νέας Ῥώμης (1) Πατϱιάϱχε, πεϱὶ τῦ τῆ ἱεϱᾶς Εὐχαϱιςείας μυςηϱίε, καὶ ὡς τοῖς τῦ Κυϱίε ῥήμασι μάλιςα τελεῦταί τε καὶ ἱεϱεϱγεῖται. Τοῦ ἱεϱοῦ τῆς Συνάξεως καὶ Εὐχαϱιςείας μυςηϱίε, τῦ ὄντι ἱεϱοῦ ὄντος καὶ θείε, &c. Exſtat quidem hic *Liber* in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum græcolatinâ Pariſienſi Tomo VI. colum. 467, ſed tantùm *latinè*, & à græco hoc exemplari *Cæſareo* aliquantùm diſcrepans. Ejuſdem *Libri* meminit Card. *Bellarminus* in Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis. Vide etiam *Leonem Allatium* de Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ conſenſione lib. 3. cap. 3. §. 1. col. 932.

Sextò, & quidem à fol. 120 pag. 1, uſque ad fol. 153 pag. 2, EJUSDEM *Cardinalis Beſſarionis Apologia pro Latinis*, ſive, *Refutatio Capitum Marci Metropolitæ Epheſini contra Latinos, ſcripta rogatu Gregorii Patriarchæ Conſtantinopolitani.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Refutationis primi Capitis* ſunt hæc: Ἀπολογία τῦ σοφωτάτε Καϱδηνάλεως κυϱίε Βησσαϱίωνος εἰς τὰ τῦ Ἐφέσε κεφάλαια αἰτήσει τῦ Πατϱιάϱχε κυϱίε Γϱηγοϱίε. Πϱὸς τὸ πϱῶτον, ἔ ἡ ἀϱχή· Τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ Πατϱὸς καὶ Υἱῦ &c. Ὁ Λατίνων τε καὶ Γϱαικῶν πϱὸς ἀλλήλες πεϱὶ τῶν μεγίςων τε καὶ θειοτάτων ἀκήϱυκτος πόλεμος, ἁγιώτατέ μοι καὶ θειότατε Πατϱιάϱχα καὶ Δέσποτα, &c.

Septimò, & quidem à fol. 155 pag. 1, uſque ad fol. 188 pag. 1, EJUSDEM *Cardinalis Beſſarionis Oratio dogmatica de unione, in Concilio Florentino A. 1439 habita*, cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτε Καϱδηνάλεως κυϱίε Βησσαϱίωνος λόγος δογματικὸς ἢ πεϱὶ ἑνώσεως. Τὴν μὲν τῶν ἐκκλησιῶν τῦ Θεῦ εἰϱήνην τε καὶ ὁμόνοιαν &c. Exſtat hæc *Oratio græcè* & *latinè* ipſomet *Beſſarione* interprete in *Actis Concilii Florentini*, & quidem in *Severini Binii* Syntagmate Conciliorum omnium Tom. IV. Part. I. pag. 557.

Octavò, & quidem à fol. 188 pag. 2, uſque ad fol. 227 pag. 2, EJUSDEM *Cardinalis Beſſarionis ad Alexium Laſcarim Philanthropinum Epiſtola de ſucceſſu Concilii Florentini, & de Proceſſione Spiritûs Sancti*; cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτε Καϱδηνάλεως κυϱίε Βησσαϱίωνος, τῦ κοινῶς λεγομένε Νικαίας, λόγος πϱὸς Ἀλέξιον Λάσκαϱιν τὸν Φιλανθϱωπινὸν πεϱὶ τῆς ἐκποϱεύσεως τῦ ἁγίε Πνεύματος, ὃν καλῦσιν Ἀντίδοτον. Σὺ μὲν ἐ τὰ ἀνθϱώπινα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ θεῖα σοφὸς ὤν, &c. Edidit hanc *Epiſtolam græcè*, additâ *duplici Interpretatione latinâ*, unâ ipſius *Beſſarionis*, alterâ autem *ſuâ*, *Petrus Arcudius*, cum Opuſculis Theologicis circa Proceſſionem Spiritûs Sancti, Romæ typis ſacræ Congregationis de propagandâ Fide. Conſule etiam *Allatium* de Occid. & Orient. Eccleſ. perpet. Conſenſ. lib. 3. cap. 3. §. 1. col. 930.

Novò, & quidem fol. 228 pag. 1, EJUSDEM *Beſſarionis Epiſtola ad filios Georgii Gemiſti Plethonis de obitu & laudibus patris*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτῦ Ἐπιςολὴ πϱὸς τὺς υἱὲς τῦ Γεμιςῦ. Πέπεισμαι τὸν κοινὸν πατέϱα καὶ καθηγεμόνα, τὸ γεῶδες πᾶν ἀποθέμενον, &c.

Decimò, & quidem fol. 229 pag. 1 & 2, S. GREGORII *Epiſcopi* NYSSENI *fragmentum de S. Trinitate*, cujus titulus & principium: Γϱηγοϱίε Νύσσης. Ὁ Πατὴϱ ἄκτιςος εἶναι ὁμολογεῖται καὶ ἀγέννητος· &c.

Undecimò, & quidem à fol. 230 pag. 1, uſque ad fol. 233 pag. 1, GEORGII GEMISTI *Plethonis Orationes duæ funebres in duas Imperatrices Conſtantinopolitanas Cleopem & Hypomonem*; quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ Πλήθωνος μονῳδία,

ἐπὶ

(1) De hâc quæſtione, utrum Cardinalis *Beſſarion* re verâ fuerit *Patriarcha Conſtantinopolitanus*, an tantùm titulotenus, vid. *Leon. Allat.* de Eccleſ. Occid. & Orient. perpet. Conſenſ. lib. 3. cap. 3. §. 1. col. 928.

ἐπὶ τῇ ἀοιδίμῳ Βασιλίσσῃ Κλεώπῃ τῇ ἐξ Ἰταλῶν, ἐν ᾗ καὶ περὶ ἀθανασίας ψυχῆς καὶ ἀϊδιότητος. Σόλων μὲν ὁ σοφὸς πρὸς σὺν σφίσι τε αὐτοῖς καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων τοῖς πολλοῖς μακαρίους δοκοῦντας τὸ τοῦ βίου τέρμα ὁρᾶν διεκελεύετο, &c. Plura de his *duabus Orationibus* vide apud *Leonem Allatium* in Diatribâ de *Georgiis* & eorum Scriptis pag. 386.

Duodecimò, & quidem in ipſo hujus Codicis operculo ligneo, ANONYMI cujuſdam Autoris *Teſtimonium* de inſigni & perenni Miraculo *Sanguinis* (1) *S. Januarii Epiſcopi Beneventani & Martyris*, qui *Neapoli* in ampullâ vitreâ adhuc ſervatur, & in conſpectu *Capitis* ejuſdem Sancti Martyris poſitus, velut recens liqueſcere & ebullire conſpicitur.

Exſtiterunt etiam olim in eodem Codice, ut ibidem pag. 6 ex antiquo Græco Indice liquet, *duo* alia *Opuſcula*, nempe *Cardinalis Beſſarionis* Ἐπιστολὴ συμβουλευτικὴ πρὸς Μιχαὴλ τὸν Ἀποστόλην, ſive, *Epiſtola conſultoria ad* (2) *Michaëlem Apoſtolium*; cujus principium: Ἀφίκετο ὡς ἡμᾶς &c; & *Leonardi Aretini* Πολιτεία Φλωρεντίνων, ſive, *Deſcriptio Reipublicæ Florentinorum*; ſed ambo jam ante V. CL. *Sebaſtiani Tengnagelii* Præfecturam Bibliothecariam à neſcio quo inde exciſa & furtivè ſublata ſunt.

CCLVII.

DUCENTESIMUS QUINQUAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis ſexaginta novem*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ipſe propriâ manu teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 31 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris, qui videtur eſſe *Joannes Zonaras*, *Paraphraſes triginta tres in totidem S. Gregorii Nazianzeni Carmina*; quarum prima inſcribitur atque incipit hoc modo: Παράφρασις α΄. Ὑποθῆκαι παρθένοις. Ἡ μὲν δὴ νίκη σὴ παρθενία σοφὴ &c. Reliquarum *Inſcriptiones* & *Principia* vide Lib. IV. *Commentar. Lambecian.* pag. 16 & 17.

Secundò, & quidem à fol. 32 pag. 1, uſque ad fol. 209 pag. 1, & à fol. 223 pag. 1, uſque ad fol. 269 pag. 1, THEOPHANIS *Tauromeniæ*, ſeu potiùs *Tauromenij* vel *Taurominii*, *in Siciliâ Archiepiſcopi* cognomine *Cerameως* ſive *Figuli*, qui in alio *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Codice MSto Theologico Græco appellatur *Gregorius*, *Homiliæ quinquaginta ſex in Evangelia Dominicalia & Feſta anniverſaria*, hoc ordine: Homilia Ima εἰς τὴν ἀποτομὴν τῆς κεφαλῆς τοῦ προδρόμου, ſive, *in decollationem S. Joannis Baptiſtæ*: Καλῶς ἐφήρμοσεν ἡ τάξις &c; IIda εἰς τὴν Σαμαρεῖτιδα, ſive, *in Samaritanam*: Ἀπροοιμιάστως τῷ Σωτῆρι &c. Reliquarum *ordinem* & *inſcriptiones* vide Lib. IV. Commentar. Lambec. pag. 17, 18 & 19. ut & de nomine *Gregorii* & *Theophanis*.

Tertiò, & quidem à fol. 209 pag. 1, uſque ad fol. 222 pag. 2, ΓΕΩΡΓΙΟΥ Ἀρχιεπισκόπου Νικομηδείας ὁμιλία εἰς τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην παρασκευὴν, καὶ εἰς τὴν σταύρωσιν· Hoc eſt: GEORGII *Archiepiſcopi Nicomediæ Homilia in ſanctam magnam Paraſceven, & in Chriſti crucifixionem.* Ipſum autem Homiliæ iſtius principium eſt tale: Πρὸς ὑψηλοτέραν ἡμῖν ἀναδρομὴν ὁ λόγος περιωπὴν &c.

DUCEN-

(1) Vide *Martyrolog. Roman.* d. 19. Septembris. (2) Vide *Leon. Allat.* de Eccleſ. Occid. & Orient. perpet. Conſenſ. lib. 3. cap. 3. §. 7. colum. 938.

CCLVIII.

DUCENTESIMUS QVINQVAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátque *ſexaginta octo* foliis. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 34, *Commentarius in Canticum Canticorum*, qui licet in principio hujus Codicis ſoli (1) EUSEBIO PAMPHILI attribuatur his verbis: Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου εἰς τὸ ἆσμα τῶν ᾀσμάτων, re verâ tamen non ab ipſo tantùm *Euſebio Pamphili* compoſitus, ſed partim ex ipſius, partim ex S. *Athanaſii*, *Didymi*, S. *Gregorii Nyſſeni*, *Philonis Epiſcopi Inſulæ Carpathi*, aliorúmque *Euſebio* ſine ullâ controverſiâ *recentiorum* Scriptorum Eccleſiaſticorum Operibus collectus eſt. Incipit is ibi hoc modo: ἆσμα ᾀσμάτων διὰ τοῦτο καλεῖται, ἐπειδὴ τὰ μὲν τὰ ἄλλα ᾄσματα &c. Primus hunc Commentarium græcè in lucem edidit *Joannes Meurſius* Lugduni Batavorum A. 1617. in quarto, unà cum *Polychronii* quoq; & *Michaëlis Pſelli* in idem *Canticum* antiquis *græcis Expoſitionibus*.

Secundò, & quidem à fol. 35, uſque ad fol. 68, MICHAELIS PSELLI *Explanatio Cantici Canticorum verſibus*, ut vocant, *politicis*, cum *Præfatione* ſimili ad *Imp. Conſtantinopolitanum* (2) *Nicephorum Botaniatam*, cujus titulus & principium: Ἑρμηνεία τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου ΨΕΛΛΟΥ εἰς τὸ ἆσμα τῶν ᾀσμάτων διὰ στίχων πολιτικῶν πρὸς τὸν Βασιλέα Κύριον Νικηφόρον τὸν Βοτανειάτην.

Ἐπείπερ τὸ φιλομαθὲς τὸ σὸν, ὦ Στεφηφόρε,
Ἡρμηνευθῆναι γλίχεται τὴν ξένην καὶ ποικίλην &c.

Vide ſuprà memoratam primam editionem *Meurſianam*, & Tomum *decimum tertium* Bibliothecæ veterum Patrum græco-latinæ Pariſinæ anni 1654 in folio, paginâ 681.

CCLIX.

DUCENTESIMUS QVINQVAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque *quadraginta octo* foliis, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 30, (3) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας (4) Κεφάλαια ἀναγκαῖα πρὸς Ἀντίοχον Ἄρχοντα περὶ πλείστων καὶ ἀναγκαίων ζητημάτων τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἀπορουμένων, καὶ παρὰ πᾶσι Χριστιανοῖς (5) γινωσκομένων. Hoc eſt: *Sancti Patris noſtri* ATHANASII *Archiepiſcopi Alexandriæ Capita neceſſaria ad Antiochum* (6) *Præfectum de multis & neceſſariis Quæſtionibus in Sacrâ Scripturâ controverſis*, & *omnibus Chriſtianis cognitu utilibus*. Incipit deinde prima Ἐρώτησις ſive *Quæſtio* his verbis: Πιστεύσαντες καὶ βαπτισθέντες εἰς Τριά-

(1) Error hic inde ortus eſt, quia *Præfationis* hujus Commentarii & nonnullorum ejuſdem *fragmentorum* autor videtur eſſe, & forſan etiam re verâ eſt, *Euſebius*. Vide R. P. *Philippi Labbei* Tom. I. de Scriptor. Eccleſ. pag. 308. (2) Cœpit is imperare A. C. 1078. (3) Vide operum *S. Athanaſii* editionem Pariſinam græco-latinam Tom. II. pag. 331. (4) Hæ duæ voces Κεφάλαια ἀναγκαῖα tàm in memoratâ editione *Pariſinâ*, quàm in *Commelinianâ* omiſſæ ſunt. (5) Ita quidem ibi ſcriptum eſt; ſed malim legi, ut in ſuprà citatis duabus editionibus impreſſis, καὶ παρὰ πᾶσι Χριστιανοῖς γινώσκεσθαι ὠφελουμένων, eámque lectionem in verſione latinâ hîc ſecutus ſum. (6) Ita hîc malui ἄρχοντα vertere, quàm, ut in editionibus *Commelinianâ* & *Pariſienſi* legitur, *Principem*.

Τριάδα ὁμοούσιον &c. Ἀπόκρισις autem ſive *Reſponſio* incipit hoc modo : Ἀπαιτεῖ ἐγὼ ὁ λόγος καὶ ὁ τρόπος τῆς εὐσεβείας, &c. Cæterùm quamvis *Quæſtiones* iſtæ & *Reſponſiones* tàm in Codice MSto *Cæſareo*, de quo in præſens agitur, quàm in editionibus impreſſis *Commelinianâ* & *Pariſinâ*, *S. Athanaſio Archiepiſcopo Alexandrino* expreſsè ac nominatim attribuantur, rectè tamen Eminentiſſimus Card. *Bellarminus* in Libro de *Scriptoribus Eccleſiaſticis* jam pridem obſervavit, perperàm ac falsò id fieri, verúmque earum autorem S. *Athanaſio* longè recentiorem eſſe. Is enim, ut ex multis (1) indiciis luculentè apparet, eſt *Athanaſius* ille *Junior*, qui primus omnium, tanquam σύγχρονος ſive (2) *coætaneus*, literis mandavit celeberrimum illud *Miraculum*, quod A. C. 765 ſub *Imp. Conſtantino V.* cognomine *Copronymo*, *Caballino*, *Iconomacho* & *Iconoclaſtâ*, cùm quæſtio de ſacrarum Imaginum cultu quàm maximè agitaretur, opportuniſſimè contigit *Beryti* per *Chriſti* Salvatoris noſtri *Imaginem*, quæ cum à *Judæis* ad imitationem Paſſionis Dominicæ per ludibrium crucifixa eſſet, verum ex latere ſuo emiſit *ſanguinem* & *aquam*. Quâ de re jam olim ſatis prolixè egit CL. Lambecius Libri *primi* de *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* Commentarior. pag. 123, & deinceps uſque ad pag. 132.

Secundò, & quidem fol. 31 & 32, *de vero Deum adorandi modo in ſpiritu & veritate* SENTENTIÆ quædam notabiles diverſorum ; nempe *anonymi* cujuſdam Sancti *Anachoretæ*, S. *Baſilii* Magni, S. (3) *Joannis* Chryſoſtomi, S. (4) *Cyrilli Alexandrini*, S. (5) *Diadochi Epiſcopi Photices*, (6) *Iſidori* Peluſiotæ, & (7) *Nili* Monachi.

Tertiò, & quidem à fol. 33, uſque ad fol. 48, ANONYMI cujuſdam Autoris Ἐξήγησις ſive *Explicatio* quorundam *Canonum* ſive *Canticorum Eccleſiaſticorum*, quorum primum incipit : Χριστὸς βροτωθεὶς ἦν ὅπερ Θεὸς μένει.

CCLX.

DUCENTESIMUS SEXAGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis ſeptuaginta octo*, & primum quidem ad *Marcum Mamunam Cretenſem*, poſteà autem ad *Joannem Sambucum*, ut ipſi ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtantur, olim pertinuit. Continentur eo hæc :

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 210 pag. 1, DEMETRII CYDONII reverâ *Theſſalonicenſis*, *Syngramma de Proceſſione Spiritûs Sancti pro Latinis contra Græcos*, *compoſitum rogatu cujuſdam amici*, & *diviſum in Capita quadraginta unum*. *Prooemium* iſtius Operis inſcribitur atque incipit hoc modo : (8) Σύγγραμμα τοῦ μακαρίτου κυροῦ Δημητρίου τοῦ Κυδωνίου περὶ ἐκπορεύσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος πρός τινα τῶν φίλων ἐρόμενον περὶ τούτου. Προοίμιον. Ἐπὶ πολλῶν τῆς σῆς φιλομαθίας καὶ φιλαλήθους τρόπου πεῖραν λαβὼν, &c.

Secundò,

(1) Vide inprimis *Reſponſionem* ad *Quæſtionem* 39, ubi *Edictorum* ab Imperatoribus iconomachis *Leone III* & *Conſtantino V* contra cultum ſacrarum Imaginum promulgatorum expreſsè meminit his verbis : Εἶτα τί φασιν πρὸς ταῦτα οἱ ἀποστρεφόμενοι καὶ ΕΠΙΤΡΕΠΟΝΤΕΣ μὴ προσκυνεῖσθαι τὰς χαρακτῆρας τῶν ἁγίων ; ubi & hoc obiter notandum eſt, duas voces ἀποστρεφόμενοι καὶ in ſuprà citatis editionibus impreſſis deeſſe. (2) Hoc enim manifeſtiſſimè apparet ex his Narrationis ipſius verbis, ὅπερ γέγονε νῦν, & ὅπερ γέγονεν ἐν ταῖς ἡμέραις ἡμῶν, hoc eſt, *quod contigit* NUNC, &, *quod contigit in diebus* NOSTRIS. (3) Citatur ibi Homilia ejus in *Chananæam*. (4) Citatur ibi Opus ejus contra *Imp Julianum Apoſtatam*. (5) Citantur ibi *Capita* ejus *aſcetica*. (6) Citantur ibi *Capita* ejus *aſcetica*. (7) Intelligitur ſine dubio S. *Nilus Abbas*, S. *Joannis Chryſoſtomi* diſcipulus. (8) Vide *Leonis Allatii* Lib. 2. de Occid. & Orient Eccleſ. perpet. Conſenſ. cap. 18. §. 5. colum. 856 & 857.

Secundò, & quidem à fol. 210 pag. 1, uſque ad fol. 268 pag. 1, EJUSDEM (1) *Apologia pro S. Thomâ Aquinate contra Nilum Cabaſilam Archiepiſcopum Theſſalonicenſem*; cujus titulus & principium: Τοῦ μακαρίτου κυρίου Δημητρίου τοῦ (2) Κυδώνη κατὰ τῶν συγγραμμάτων τοῦ Καβάσιλα, ἐν οἷς ἐκεῖνος, ὡς ᾠήθη, ἐπελάβετο τοῦ ἁγίου Θωμᾶ τοῦ Ἀγχίνου. Ἡ μὲν κατὰ Λατίνων προθυμία τοῦ ἀνδρὸς τούτου μεγάλη καὶ θαυμαστὴ, &c.

Tertiò, & quidem fol. 268 pag. 1 & 2, EJUSDEM *Epiſtola ad Amicum quendam, communicationem proximè præcedentis Libri à ſe petentem*, quæ inſcribitur atque incipit his verbis: Τινὶ τῶν φίλων αἰτήσαντι τὸν λόγον. Τὴν μὲν οὖσαν αἰτίαν εἰ βούλει μαθεῖν τοῦ μὴ μέχρι νῦν ἐλθεῖν σοι τὸν λόγον, &c.

Quartò, & quidem à fol. 268 pag. 2, uſque ad fol. 277 pag. 2, EJUSDEM (3) *Epiſtolæ tredecim*, quarum *prima ad Imp. Manuelem Palæologum* inſcribitur atque incipit his verbis: Ἐπιστολαὶ Δημητρίου τοῦ Κυδώνη τοῦ ἀπὸ Θεσσαλονίκης. Τῷ Βασιλεῖ Μανουήλ. Σὺ καὶ ἄρχειν οἶδα, καὶ ὑπακούειν ἐπίστασαι, &c. Reliquarum Epiſtolarum *Inſcriptiones* & *Initia* vide Lib. V. *Commentar. Lambec.* pag. 184.

Quintò, & quidem fol. 278 pag. 1 & 2, SIBYLLÆ ERYTHRÆÆ *Carmen fatidicum de Chriſto Servatore & de S. Cruce.*

CCLXI.

DUCENTESIMUS SEXAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis nonaginta octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 118 pag. 2, THEORIANI, orthodoxi Legati ab *Imp. Manuele Comneno* A. C. 1170 in *Armeniam* miſſi, *Diſputatio cum Generali Epiſcopo ſive Patriarchâ Armeniorum.* Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: Διάλεξις Θεωριανοῦ ὀρθοδόξου πρὸς Καθολικὸν τὸν τῶν Ἀρμενίων Ἐπίσκοπον. Βασιλικὸν εἰς τὸν τιμιώτατον καὶ εὐλαβέστατον Καθολικὸν τῶν Ἀρμενίων. Primus hanc *Diſputationem græcè & latinè* ex hoc Codice MSto *Cæſareo* edidit *Joannes Leunclavius* A. 1578 Baſileæ typis Petri Pernæ in octavo.

Secundò, & quidem à fol. 119 pag. 1, uſque ad fol. 260 pag. 2, (4) RICARDI *Florentini Ordinis Fratrum Prædicatorum*, qui circa annum Chriſti 1295 claruit, & à nonnullis perperàm (5) *Ricoldus* appellatur, *Refutatio Legis Muhammedanæ ſive Alcorani, ex latinâ in græcam linguam translata à Demetrio Cydonio.* Ipſa tituli græci verba cum principio Refutationis ſunt hæc: Ἀνατροπὴ κεφαλαιώδης τοῦ νόμου Μωαμέθ, ὑπὸ μὲν Ῥικάρδου τινὸς ἐκτεθεῖσα λατινικῶς ὑπὸ δὲ Δημητρίου τοῦ Κυδωνίου, ἑρμηνευθεῖσα ἑλληνικῶς. (6) Πόσαι εἰσὶν αἱ ἡμέραι τοῦ δούλου σου; πότε ποιήσεις μοι ἐκ τῶν καταδιωκόντων με κρίσιν; &c.

(1) Vide ſuprà citatum *Allatii* Opus col. 857. (2) Τοῦ Κυδώνη græco-barbarè pro Κυδώνου. (3) *Epiſtolæ* hæ multas ob cauſas digniſſimæ ſunt, ut *Supplemento Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ* poſthac inſerantur. (4) Vide *Joannis Jacobi Friſii* Bibliothecam Univerſalem lit. R. ut & R. P. *Antonii Senenſis*, Dominicani, Bibliothecam Ordinis Fratrum Prædicatorum, Pariſiis apud Nicolaum Nivellium A. 1585. in octavo editam, pag. 211. ſed ibi pro *Cydonius* perperàm legitur *Sidonius*. (5) Ita legitur hoc nomen etiam in editione Venetâ latinâ anni 1607. in quarto, ubi titulus iſtius Refutationis eſt talis: *Propugnaculum Fidei, toti Chriſtianæ Religioni adverſum mendacia & deliramenta Saracenorum, Alcorani præcipuè, maximè utile, autore R. P. Magiſtro F. RICOLDO Florentino, Ordinis Prædicatorum, impreſſum denuò & illuſtratum operâ R. P. F. Marci Antonii Serafini Veneti ejuſdem Ordinis.* (6) Principium hoc deſumptum eſt ex Pſalmi Davidici 118, verſ. 84 & 85.

Edita eſt hæc *Alcorani Refutatio græcè, cum Bartholomæi Piceni de Monte Arduo Verſione latinâ*, *Ferdinando* Aragoniæ & utriuſque Siciliæ Regi dedicatâ, Baſileæ typis Joannis Oporini A. 1543 in folio, & quidem in Parte ſecundâ (1) Syntagmatis *Theodori Bibliandri* Hæretici Zuingliani, quo *Verſio Alcorani Muhammedani latina*, ſtudio *Petri Abbatis Cluniacenſis* procurata, ſimul etiam varia variorum *contra Alcoranum* & impietatem Muhammedanam Scripta uno quaſi faſciculo comprehenduntur. Plura de eâdem *Ricardi Refutatione Alcorani*, & de *Demetrio Cydonio* ſive *Cydoniate*, vide Libri primi Lambecian. Comment. pag. 145.

Tertiò, & quidem à fol. 261 pag. 1, uſque ad fol. 275 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Chronicon græco-barbarum de ſucceſſione & rebus geſtis Sultanorum Othmandarum*, uſque ad ætatem ſuam ſive annum Chriſti 1566, quo poſt *Solimanni IIdi* obitum filius ipſius *Selimus IIdus* cœpit imperare. Ipſa tituli græco-barbari verba cum principio *Chronici* ſunt hæc: Περὶ ποτὲ ἐφάνη ὁ Μωάμεθ, καὶ πόθεν αὐθένται Ἀγαρηνοὶ εἰσὶν ἀπ' ἀρχῆς ἕως τοῦ νῦν, καὶ ἐν ποίῳ ἔτει ἔλαβον τὰ κάτωθεν κάστρα. Ἔτους ϛρκζ΄ ἐφάνη ὁ Μωάμεθ. Οὗτοι εἰσὶν οἱ ἀπ' ἀρχῆς ἡγεμονεύσαντες Ἀγαρηνοί, οἵτινες καλοῦνται Ὀτμανλίδες. Πρῶτος, Ὀσμάνης· &c. In fine ejuſdem *Chronici* prædicit Autor, Imperium Turcicum ſub *Selimo II* everſum atque extinctum iri; ſed quàm vana illa fuerit Prophetia, contrarius eventus abundè demonſtravit.

Quartò, & quidem fol. 275 pag. 2, *EJUSDEM Chronologia græco-barbara fundationis nonnullarum Urbium ante Nativitatem Chriſti*; cujus titulus & principium: Αἱ παροῦσαι πόλεις ἐκτίσθησαν πρὶν τοῦ Χριστοῦ ἤτοι τῆς κατὰ σάρκα γεννήσεως αὐτοῦ. Τὸ Δυρράχιον, χρόνους αφξ΄· &c.

Quintò, & quidem fol. 275 pag. 2, & fol. 276 pag. 1, *EJUSDEM Obſervatio Chronologica græco-barbara de fundatione Conſtantinopoleos per Imp. Conſtantinum Magnum*, & *de ædificatione Templi S. Sophiæ per Imp. Juſtinianum Magnum.*

Sextò, & quidem à fol. 276 pag. 1, uſque ad fol. 277 pag. 2, *EJUSDEM Chronicon græco-barbarum de rebus Venetis*, cujus titulus & principium: Περὶ πότε ἐκτίσθη ἡ Βενετία, καὶ ἐν ποίῳ ἔτει ἔλαβον οἱ Βενετικοὶ τὰς κάτωθεν πόλεις. Ἔτους ἀπὸ Χριστοῦ καταβάσεως υκά ἐπιάσθη ἀρχὴ ἡ Βενετία ἤγουν τὸ Ῥιάλτο· &c.

Septimò, & quidem à fol. 278 pag. 1, uſque ad fol. 298. pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio prima* περὶ ἀκαταλήπτου, ſive *de Incomprehenſibili Naturâ DEI*, cujus principium: (2) Τί τοῦτο; ὁ ποιμὴν οὐ πάρεστι, &c.

CCLXII.

DUCENTESIMUS SEXAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *quadringentis quindecim*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 13 pag. 2, NICOLAI CABASILÆ *Archiepiſcopi Theſſalonicenſis Oratio in Nativitatem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου καὶ τοῖς ὅλοις ἁγιωτάτου κυροῦ Νικολάου Καβάσιλα τοῦ καὶ Χαμαετοῦ λόγοι διάφοροι καὶ συντάγματα. Λόγος α΄ εἰς τὴν ὑπερένδοξον τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου γέννησιν. Καὶ πρῶτα μὲν τὸν Θεὸν ἐνταῦθα καλῶμεν, &c. Vide Codicem CCX. num. 7.

Secundò,

(1) Vide R. P. *Philippi Labbei* Tomum ſecundum de Scriptoribus Eccleſiaſticis, literâ P, ubi agitur de *Petro Abbate Cluniacenſi*. (2) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. gr. Savil. Tom. VI, pag. 389.

Secundò, & quidem à fol. 14 pag. 1, uſque ad fol. 20 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in S. Nicolaum Epiſcopum Myrenſem*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ λόγος εἰς τὸν ἐν ἁγίοις Πατέρα ἡμῶν μέγαν Ἱεράρχην μυροβλύτην καὶ θαυματουργὸν Νικόλαον. Ἐπεὶ δὲ πάντα ἀπήντησεν ἡμῖν παρά σου, ὦ ποιμένων ἄριστε, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 21 pag. 1, uſque ad fol. 27 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in Annunciationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, itidem ut in Codice CCX. num. 8.

Quartò, & quidem à fol. 28 pag. 1, uſque ad fol. 39 pag. 1, *EJUSDEM Oratio in ſalutarem Paſſionem Domini noſtri* JESU *Chriſti*, itidem ut in Codice CCX. num. 3.

Quintò, & quidem à fol. 39 pag. 2, uſque ad fol. 45 pag. 1, *EJUSDEM Oratio in Aſcenſionem Chriſti*, itidem ut in Codice CCX. num. 4.

Sextò, & quidem à fol. 45 pag. 2, uſque ad fol. 55 pag. 1, *EJUSDEM Oratio in Obitum & Aſſumptionem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus titulus & principium: Λόγος τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν πάνσεπτον καὶ ὑπερένδοξον κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν καὶ παναχράντου Θεοτόκου. Τοῦ νῦν ἀγῶνος ὡς οὐδὲν ἂν γένοιτο μεῖζον, &c.

Septimò, & quidem à fol. 56 pag. 1, uſque ad fol. 84 pag. 1, *EJUSDEM Oratio encomiaſtica in S. Martyrem Demetrium*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἐγκώμιον εἰς τὸν ἔνδοξον τοῦ Χριστοῦ μεγαλομάρτυρα καὶ θαυματουργὸν καὶ μυροβλύτην Δημήτριον. Πολλῶν ὄντων καὶ μεγάλων ὑμνοῦν συνιδεῖν ῥᾳδίων, &c.

Octavò, & quidem fol. 84 pag. 2, NILI CABASILÆ *Archiepiſcopi Theſſalonicenſis Epiſtola ad Sororis ſuæ filium Nicolaum Cabaſilam de proximè præcedenti Oratione in laudem S. Demetrii Martyris, tanquam ipſo S. Joanne Baptiſtâ majoris*. Ipſa tituli græci verba *Epiſtolæ* ſunt hæc: Ἐπιστολὴ τοῦ πρὸς μητρὸς θείου κυροῦ Νικολάῳ τῷ Καβάσιλα, ἁγιωτάτου Μητροπολίτου Θεσσαλονίκης κυροῦ Νείλου· ἡ δὲ αἰτία δήλη, δι᾽ ἣν καὶ ὧδε τέτακται.

Nonò, & quidem à fol. 85 pag. 2, uſque ad fol. 93 pag. 2, *EJUSDEM Expoſitio in viſionem Prophetæ Ezechielis de ſimilitudine throni ſuper quatuor animalia & de ſimilitudine velut hominis ſuper ſimilitudinem throni*, itidem ut in Codice CCXmo num. 5.

Decimò, & quidem à fol. 94 pag. 1, uſque ad fol. 99 pag. 1, *EJUSDEM Expoſitio in viſionem Prophetæ Ezechielis de oſſibus hominum aridis*, itidem ut in Codice CCXmo num. 6.

Undecimò, & quidem à fol. 99 pag. 2, uſque ad fol. 103 pag. 1, *EJUSDEM in Prophetæ Ezechielis viſionem Expoſitio tertia*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν τοῦ Προφήτου Ἰεζεκιὴλ ὅρασιν σημασία, ἐξ αὐτῶν τῶν θείων γραφῶν ἔχουσα τὴν μαρτυρίαν. Πᾶσα προφητεία καὶ ὅρασις εἰκόνες ἦσαν τῆς τοῦ Σωτῆρος ἐπιδημίας. διὰ τοῦτο φησὶν ὁ Κύριος· πάντες οἱ Προφῆται ἕως Ἰωάννου προεφήτευσαν, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 104 pag. 1, uſque ad fol. 112 pag. 1, *EJUSDEM Oratio encomiaſtica in S. Andream Juniorem, qui martyrium conſummavit Hieroſolymis*. Ipſa tituli græci verba cum principio *Orationis* ſunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον ὁσιομάρτυρα Ἀνδρέαν τὸν Νέον, ἐν Ἱεροσολύμοις τὸν τοῦ μαρτυρίου δρόμον διηνυκότα. Ἐγὼ δέ σου πῶς ἂν εἴποις ἐρῶν ὦ Χριστοῦ μάρτυς Ἀνδρέα, &c.

Decimotertiò, & quidem à fol. 112 pag. 2, uſque ad fol. 120 pag. 1, *EJUSDEM Oratio encomiaſtica in S. Theodoram Theſſalonicenſem*, itidem ut in Codice CCXmo num. 11.

Decimo quartò, & quidem à fol. 120 pag. 2, uſque ad fol. 124 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in Sanctos tres magnos Hierarchas & Oecumenicos Doctores Baſilium Magnum*, Grego-

Gregorium Nazianzenum & Joannem Chryſoſtomum; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς ἁγίους τρεῖς μεγάλους Ἱεράρχας καὶ οἰκουμενικοὺς διδασκάλους Βασίλειον τὸν Μέγαν, Γρηγόριον τὸν Θεολόγον, καὶ Ἰωάννην τὸν Χρυσόστομον. Οἶμαί γε τῶν ἐννομωτάτων καὶ δικαιοτάτων εἶναι, τὴν γινομένην τοῖς Πατράσι, πᾶσαν νέμειν τιμήν· εἰπερ δέ τινας τῶν ἁπάντων Πατέρας &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 125 pag. 1, uſque ad fol. 130 pag. 1, EJUSDEM *Allocutio ad S. Martyrem Demetrium*, cujus titulus & principium: Προσφώνημα εἰς τὸν ἔνδοξον τοῦ Χριστοῦ μεγαλομάρτυρα Δημήτριον τὸν μυροβλύτην. Οὐδὲν οἶμαι τῶν ἀτόπων, ὦ Μαρτύρων ἀκρότης, εἰ πολλῶν καὶ μεγάλων ἐπαινεσάντων τὰ σά, καὶ ἡμεῖς περὶ τῶν καλῶν σου θορύβους &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 131 pag. 1, uſque ad fol. 151 pag. 1, DEMETRII CYDONII *Oratio, quâ demonſtratur metum mortis eſſe irrationalem*. Ipſa tituli græci verba cum principio Orationis ſunt hæc: Δημητρίου τοῦ Κυδώνη λόγος, ὅπως ἄλογον τὸ τοῦ θανάτου δέος ἀποδεικνύων. Τὸν τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος χωρισμόν, &c. Edidit quidem hanc Orationem græcè & latinè *Valentinus Thilo* in variorum Autorum veterum *Compendio Vitæ & Mortis*, Baſileæ typis Conradi Waldkirchii A. 1586 impreſſo in octavo, ſed operæ pretium fuerit editionem illam ob variantes lectiones cum hoc Codice MSto *Cæſareo* accuratè conferri.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 152 pag. 1, uſque ad fol. 184 pag. 1, EJUSDEM *Oratio in Annunciationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus titulus & principium: Δημητρίου τοῦ Κυδώνη λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου, οὐ μὴν ἐπ᾽ ἐκκλησίᾳ ἀναγινωσκόμενος, διὰ τὸ τῇ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ ἀποδοκιμασθῆναι. Ὅσαι τῶν πόλεων βούλονται τοῖς Βασιλεῦσι χάριν ἐκτίνειν ὧν εὐεργέτηνται, &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 185 pag. 1, uſque ad fol. 241 pag. 1, NICOLAI CABASILÆ *Archiepiſcopi Theſſalonicenſis Expoſitio divinæ Liturgiæ, diviſa in Capita quinquaginta tria*; cujus titulus & principium: Τοῦ Καβάσιλα εἰς τὴν θείαν λειτουργίαν. Κεφάλαιον α΄. Τίς ὁ νοῦς τῆς ἱερουργίας ὡς ἐν κεφαλαίῳ. Τῆς ἁγίας τελετῆς τῶν ἁγίων μυστηρίων &c. Exſtat ea græcè & latinè Tomo XIImo Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſinæ anni 1654 in folio, colum. 444, *Gentiano Herveto* interprete.

Decimo nonò, & quidem à fol. 242 pag. 1, uſque ad fol. 243 pag. 1, EJUSDEM *Precatio ad Chriſtum*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Εὐχὴ εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Λόγον. Ὑμνοῦμέν σε, εὐλογοῦμέν σε, δοξολογοῦμέν σε, εὐχαριστοῦμέν σοι Κύριε, ὁ Πατὴρ τῶν οἰκτιρμῶν Ἰησοῦ Χριστέ, ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὑπὲρ τῶν ἀγαθῶν, ὧν &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 244 pag. 1, uſque ad fol. 341 pag. 1, EJUSDEM *Libri ſeptem de Vitâ in Chriſto*, quorum (1) *ſex priores* eodem ordine ac modo hîc exſtant, ut à R. P. *Jacobo Pontano* S. J. *latinè tantùm* editi ſunt; ſeptimus autem ſive ultimus, qui, quod ego ſciam, nec *græcè* nec *latinè* hactenùs unquam editus eſt, inſcribitur atque incipit in hoc Codice MSto *Cæſareo* his verbis: Περὶ τῆς ἐν Χριστῷ ζωῆς λόγος ζ΄, ὁποῖος γίνεται ὁ μεμυημένος τὴν ἀπὸ τῶν μυστηρίων χάριν φυλάξας τῇ παρ᾽ ἑαυτοῦ σπουδῇ. Ἐπεὶ δὲ εἴρηται, τίς γινόμενος ὁ μυηθείς, καὶ τίνα τὴν ὁδὸν ἐλθών, ἃ παρὰ τῶν μυστηρίων ἔλαβε σώζει, σκοπεῖν ἀκόλουθον, τίς γίνεται σεσωκώς, &c.

Vigeſimo

(1) Vide Codicem CCXmum num. 2 & 10.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 341 pag. 2, uſque ad fol. 343 pag. 1, *Excerpta quædam ex* S. MAXIMI *Monachi* & *Martyris Operibus aſceticis*; quorum titulus & principium: Μαξίμου. Καλὸν ἀεὶ σχολάζειν καὶ ζητεῖν τὸν Θεὸν &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 344 pag. 1, uſque ad fol. 369 pag. 2, NICOLAI CABASILÆ *Liber de Magiſtratuum civilium iniquis auſis circa res ſacras*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Νικολάου Καβάσιλα περὶ τῶν παρανόμως τοῖς ἄρχουσιν ἐπὶ τοῖς ἱεροῖς τολμωμένων. Τοὺς μὲν πονηροὺς τῶν ἀρχόντων, ὧν γνώμης μοχθηρίᾳ λύουσιν τοὺς νόμους, καὶ δικαίων ὑπερορῶσιν, ὡς ἂν μὴ τῷ ἀγνοεῖν ὅ, τι δεῖ ποιεῖν ἁμαρτάνοντας, ἀλλ' ἑκόντας πονηρευομένους καὶ κακουργοῦντας, &c.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 370 pag. 1, uſque ad fol. 378 pag. 2, *EJUSDEM Oratio de Uſurâ ſive contra Fœneratores*, itidem ut in Codice CCXmo. num. 12.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 379 pag. 1, uſque ad fol. 382 pag. 1, *EJUSDEM Oratio ad* (1) *Imperatricem de Uſurâ*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ τῇ εὐσεβεστάτῃ Αὐγούστῃ περὶ τόκου. Πολλαχόθεν ἐπιδειξαμένη τῶν ἔργων, ὦ μεγίστη Βασίλισσα, τοῦ καλοῦ καὶ δικαίου πολλὴν ποιουμένη πρόνοιαν, &c.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 382 pag. 2, uſque ad fol. 384 pag. 1, *EJUSDEM Oratio ad Athenienſes de Arâ apud ipſos miſericordiæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Ἀθηναίοις περὶ τοῦ ἐν αὐτοῖς ἐλέου βωμοῦ. Ἥκω νῦν, ὦ Ἀθηναῖοι, συμβουλεύσων ὑπὲρ τῶν νόμων καὶ τῶν δικαίων ὑμῖν, καὶ τῆς σωτηρίας τῆς πόλεως νόμον ἐκ τῆς πολιτείας τὸν ἁπάντων ἀσυμφορώτατον περιελεῖν· εἰ μὲν οὖν &c.

Vigeſimo ſextò, & quidem fol. 384 pag. 1, fol. 387 pag. 2, *EJUSDEM Diſſertatio contra Nicephorum Gregoram*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ κατὰ τῶν Γρηγορᾶ ληρημάτων. Ὁ δὲ σοφώτατος Γρηγορᾶς, ὥσπερ οὐκ ἀρκούντων αὐτῷ τῶν Βυζαντίων εἰς θαῦμα, καὶ Θεσσαλονικέας ἐνάγει πρὸς τοὺς ὕμνους τοὺς ἑαυτοῦ, &c.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 387 pag. 2, uſque ad fol. 389 pag. 1, *EJUSDEM Diſſertatio de criterio veritatis, ſive de facultate & inſtrumento judicandi quid ſit verum; contra Pyrrhonem Scepticorum principem*: cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ κατὰ τῶν λεγομένων περὶ τοῦ κριτηρίου τῆς ἀληθείας εἰ ἔστι παρὰ Πύρρωνος τοῦ καταράτου. Ζητοῦμεν δὴ πρῶτον, εἰ ἔστι κριτήριον ἀληθείας. ὅτι μὲν οὖν ἔστι κριτήριον ἀληθείας, καὶ ἀπὸ τῶν ἀναιρούντων λόγων φανερόν. ἔνια γὰρ τῶν προβλημάτων &c. Vide *Sexti Empirici* Pyrrhoniarum Hypotypoſium librum ſecundum (2) & *Claudii Ptolemæi* peculiarem Tractatum περὶ κριτηρίου καὶ ἡγεμονικοῦ, hoc eſt, *de judicandi facultate & animi principatu*, ab *Iſmaele Bullialdo* græcè & latinè editum Pariſiis apud Sebaſtianum Cramoſium A. 1663 in quarto. Conſule etiam *Pyrrhonis Vitam* apud *Diogenem Laertium*.

Tertiò, & quidem à fol. 33 pag. 2, uſque ad fol. 42 pag. 2, Excerpta ex S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratione in Pſalmum quinquageſimum.*

Quartò, & quidem à fol. 43 pag. 1, uſque ad fol. 47 pag. 1, Excerpta quædam miſcellanea ex Operibus *S. Baſilii Magni, S. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini & Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis.*

Quintò, & quidem fol. 47 pag. 1 & 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Reſponſum contra Judæos de partu Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, cujus principium: Ἐὰν ἐρωτηθῇς

παρὰ

(1) De Epiſtolis Eccleſiaſticis, quæ vocantur *Literæ Commonitoriæ* ſeu *Memoriales*, quibúſque Legati aliive Nuncii, quid in ſuſceptâ Legatione debeant agere, per ſingula admonentur, vide *Franciſci Bernardini Ferrarii* eruditisſimum Opuſculum *de Antiquo Eccleſiaſticarum Epiſtolarum Genere*, Mediolani A. 1613 in octavò editum, lib. 2, cap. 11. Eædem literæ appellantur etiam *Commonitorium*. (2) Vide etiam Lib. III. Lambec. Comment. pag. 118. (3) Ita ibi perperàm ſcriptum eſt, nempe Ἀγγύρας, non autem Ἀγκύρας, ut rectè legitur apud *Stephanum de Urbibus* & alios antiquos Autores. (4) Vide *Andreæ Archiepiſcopi Cretenſis* Orationes, Pariſiis A. 1644. græcè & latinè in folio editas. pag. 55.

περὶ τῶν Ἰουδαίων πῶς ἔτεκεν ἡ παρθένος, εἶπε πρὸς αὐτοὺς, πῶς ἔτεκεν ὁ Ἀδὰμ τὴν Εὔαν χωρὶς γυναικός; &c.

Sextò, & quidem à fol. 48 pag. 1, uſque ad fol. 50 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Epiſtola in exilio ad Cyriacum Epiſcopum itidem exulantem ſcripta*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἐπιστολὴ σταλεῖσα ἀπὸ τῆς ἐξορίας αὐτοῦ πρὸς Κυριακὸν Ἐπίσκοπον ὄντα καὶ αὐτὸν ἐν ἐξορίᾳ. (1) Φέρε δὴ ἀπαντλήσω σοι τῆς ἀθυμίας τὸ ἕλκος, &c.

Septimò, & quidem à fol. 51 pag. 1, uſque ad fol. 58 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in S. Petrum Apoſtolum & in Prophetam Eliam*; cujus principium: (2) Ὀλίγοι ἡμῖν εἰσιν οἱ παρόντες σήμερον· ἆρα τί τὸ αἴτιον; &c.

Octavò, & quidem à fol. 59 pag. 1, uſque ad fol. 60 pag. 1, ex (3) *ANDREÆ Archiepiſcopi Cretenſis Oratione de Vitâ humanâ & de defunctis* Excerptum, quod incipit: Εἰ δὲ βούλει τὴν τῆς ἡμετέρας φύσεως εὐτέλειαν ἰδεῖν, περίβλεψαι τοὺς τάφους, ἴδε τὰ ὀστᾶ ἡμῶν, &c.

Nonò, & quidem à fol. 61 pag. 1, uſque ad fol. 64 pag. 1, *Interrogationes & Reſponſiones Theologicæ variæ, ex variis* ANTIQVIS PATRIBUS *collectæ*, quarum titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἰσιδώρου τοῦ Πηλουσιώτου. Ἐρώτησις· Τίς ἡ Ζαχαρίου κώφευσις; Ἀπόκρισις· Ἡ τοῦ παλαιοῦ νόμου σιγή. Ἐρώτησις. Τί τὸ ἐκ σιγῆς &c. Notabilis autem inter illas præ cæteris ſunt, *Interrogationes & Reſponſiones de duobus Latronibus cum Chriſto crucifixis, de Judâ proditore*, & *de literis* A & Ω *Imagini Sanctæ Crucis appingi ſolitis.*

Decimò, & quidem fol. 64 pag. 1 & 2, S. BASILII MAGNI notabilis locus de *Tonitru, Fulmine, Vento* & *Terræ motu.*

Undecimò, & quidem fol. 65 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris Annotatio hiſtorica *de die vigeſimo quinto Martii*; quòd nempe eo die DEUS creaverit Adamum, Noe exiverit ex arcâ, DEUS apparuerit Abrahamo, Moyſes acceperit Tabulas Legis, & Beatiſſima Virgo Deipara conceperit.

Duodecimò, & quidem fol. 65 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Chronologia ſuccincta ab Adamo uſque ad annum Mundi* 6763 ſive *annum Chriſti* 1255, quo *Imp. Joannes Ducas* obiit, ejúſque loco imperare cœpit filius *Theodorus Laſcaris Secundus* ſive *Junior.*

Decimo tertiò, & quidem à fol. 65 pag. 1, uſque ad fol. 66 pag. 2, MENANDRI *Comici* (4) *Sententiæ monoſtichæ ordine alphabetico*: quarum titulus & principium: Γνῶμαι μονόστιχοι ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ. Ἄνθρωπον ὄντα δεῖ φρονεῖν τὰ ἀνθρώπινα. Ἀναφαίρετον κτῆμα ἐστὶ παιδεία βροτοῖς. &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 67 pag. 1, uſque ad fol. 76 pag. 2, *Sententiæ miſcellaneæ* ex Sacrâ Scripturâ & ex aliis variis ſacris atque profanis Autoribus ordine alphabetico.

Decimo quintò, & quidem à fol. 77 pag. 1, uſque ad fol. 227 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Expoſitio in Evangelium S. Lucæ* & *in Evangelium S. Matthæi*, ex variorum Sanctorum Patrum aliorúmque Scriptorum Eccleſiaſticorum Operibus collecta.

Decimo

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſt.* editionem græcam Savilianam Tom. VII. pag. 168. (2) Vide ibid. Tom. VIII. p. 18. (3) Vide Orationum ejus editionem græco-latinam Pariſienſem pag. 229 & 245. (4) Vide *Sententias Vetuſtiſſimorum quinquaginta Comicorum Græcorum à Jacobo Hertelio Curienſi* collectas, & græcè atque latinè editas Baſileæ in octavo, à pag. 1, uſque ad pag. 169.

Decimoſexto, & quidem à fol. 218 pag. 1, uſque ad fol. 235 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris ad Imperatorem Conſtantinopolitanum neſcio quem *Profeſſio Fidei Chriſtianæ orthodoxæ ſecundum prima ſeptem Concilia Oecumenica ſive Generalia*, quorum etiam *ſuccincta Synopſis Hiſtorica* eidem inſerta eſt. Ipſa tituli græci verba cum initio *Proœmii* ſunt: Πρὸς Βασιλέα περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἀκριβὴς ὅρος διαλαμβάνων περὶ τῶν ζ ἁγίων μεγάλων Συνόδων. Σώματος μὲν ὀφθαλμὸν ἥλιος, ὄμμα δὲ ψυχῆς, ὅπερ ἐστὶ νοῦς, γνῶσις ἐστιν πέφυκεν· εἰ δὲ καὶ τῶν θείων &c.

CCLXXVIII.

DUCENTESIMUS SEPTUAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, pervetuſtus, in *quarto*, conſtatque *centum & quinque* foliis. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 49 pag. 2, S. GREGORII *Epiſcopi Nyſſeni Opus* περὶ κατασκευῆς ἀνθρώπου, hoc eſt, ſecundùm verſionem antiqui Interpretis *Dionyſii Exigui*, *de Creatione hominis*, vel, ut *Joannes Leunclavius* tranſtulit, *De hominis Opificio*. Præfatio ipſius ad *Petrum fratrem*, *Epiſcopum Sebaſtianum* inſcribitur ibi atque incipit hoc modo: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νύσσης Θεωρία εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου κατασκευὴν πρὸς τὸν Ἐπίσκοπον καὶ ἀδελφὸν αὐτοῦ Πέτρον. Εἰ ταῖς διὰ τῶν χρημάτων τιμαῖς &c. Præfixa etiam eſt eidem Præfationi *Index triginta Capitum*, in quæ totum illud Opus diviſum eſt.

Secundò, & quidem à fol. 50 pag. 1, uſque ad folium centeſimum quintum ſive ultimum, (1) SEVERIANI *Gabalorum in Syriâ Epiſcopi Homiliæ ſex in* κοσμοποιΐαν ſive *Creationem Mundi*, quæ ſuprà in Codice MSto *centeſimo quinto* falsò attribuuntur S. *Joanni Chryſoſtomo*. Prima earum inſcribitur atque incipit in hoc Codice manuſcripto his verbis: ΣΕΒΗΡΙΑΝΟΥ Ἐπισκόπου Γαβάλων ὁμιλία εἰς τὴν πρώτην ἡμέραν τῆς κοσμοποιΐας. Πᾶσα εὐσεβείας ὑπόθεσις τῶν ψυχῶν ἐστι τῶν ἡμετέρων διόρθωσις· πρὸς ταύτην γὰρ &c. Hic igitur eſt ille ipſe Codex manuſcriptus *Cæſareus*, ex quo Nobiliſſimus Eques Anglus, Dn. *Henricus Savilius*, *ſex* iſtas *Homilias* ſub vero *Severiani* nomine primùm *græcè* edidit Tomo ſeptimo editionis Anglicanæ Etonenſis Operum S. *Joannis Chryſoſtomi* à pag. 587 uſque ad pag. 646. Quâ de re vide plura Libri *tertii* Lambec. Commentar. pag. 383, 384 & 385; item Libri *quarti* pag. 30.

CCLXXIX.

DUCENTESIMUS SEPTUAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis triginta ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 17 pag. 2, S. GREGORII *Epiſcopi Nyſſeni Oratio* εἰς τὰ ἅγια φῶτα, hoc eſt, *in Sancta Lumina* ſive *in Feſtum Baptiſmatis Chriſti* (2) accenſis cereis celebrari ſolitum; quæ incipit: Νῦν γνωρίζω τὴν ἐμὴν ἀγέλην &c.

Secun-

(1) Vocatur is à *Gennadio Maſſilienſi* in Libro de Scriptor. Eccleſiaſt. cap. 21. *Vir in divinis Scripturis eruditus, & in HOMILIIS Declamator admirabilis*; additúrque ibidem, eundem *Severianum ab Arcadio & S. Joanne Chryſoſtomo ad faciendum ſermonem frequenter vocatum eſſe Conſtantinopolim*. (2) Vide *Jacobi Billii* Notas ad hanc Orationem, & R. P. *Jacob. Gretſeri* Commentar. in *Georgium Codinum* de Officiis Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ lib. 3. cap. 3.

Secundò, & quidem à fol. 18 pag. 1, uſque ad fol. 41 pag. 2, *Hiſtoria Martyrii S.* PHOTINÆ *Samaritanæ filiorúmq; ipſius & ſororum*, ab ANONYMO quodam Autore non minùs eleganter, quàm prolixè deſcripta, ſed hactenùs, quod ego ſciam, nondum in lucem edita; utpote quæ nec à Card. *Baronio* citatur in Notis ad Martyrologii Romani diem vigeſimum Martii, quo ejuſdem S. *Photinæ* celebratur memoria, nec à Reverendis Patribus Soc. JESU *Joanne Bollando*, *Godefrido Henſchenio* & *Daniele Papebrochio* Actis Sanctorum menſis Martii inſerta, vel in Appendice Græcâ iiſdem ſubjuncta eſt, licet alioqui S. *Photinæ* & conmartyrum ejus diligenter & accuratè meminerint. Principium iſtius Hiſtoriæ unà cum Titulo ſive Inſcriptione in Codice hoc manuſcripto *Cæſareo* eſt tale: Μαρτύριον τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος ΦΩΤΕΙΝΗΣ, τῆς καὶ Σαμαρείτιδος, καὶ τῶν ταύτης τέκνων καὶ ἀδελφῶν, τῶν σὺν αὐτῇ μαρτυρησάντων. Ἄρτι τοῦ νοητοῦ ἡλίου τὰς οἰκείας ἀκτῖνας τοῖς πέρασιν ἐπιπέμποντος, καὶ καταυγάζοντος οὐ μόνον τὰς φαινομένας ὄψεις καὶ γεώδεις καὶ ὑλικὰς, ἀλλ᾽ ἤδη καὶ τὰς νοερὰς καὶ ἀΰλους τῶν ψυχῶν ὑποστάσεις, καὶ τῷ οἰκείῳ πυρὶ ἀναφλέγοντος, ὅπερ αὐτὸς ἦλθε βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν, ὥσπερ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἠκούσαμεν, σαγηνεύεται μὲν ὁ τῶν Ἀποστόλων σεβάσμιος καὶ θεῖος χορὸς, καὶ ἀνθρώπους ἀντὶ τῶν ἰχθύων θηρεύειν μυεῖται καλῶς καὶ διδάσκεται). &c. Plura vide Lib. IV. Comment. Lambec. pag. 59 & 60.

Tertiò, & quidem à fol. 42 pag. 1, uſque ad fol. 52 pag. 2, S. GREGORII NYSSENI *Orationes duæ in Sanctos Quadraginta Martyres*, quarum prima incipit: (1) Οἳς ἀνιαρῶς τοὺς πολλοὺς στοχάζομαι, &c; ſecunda autem: (2) Χθὲς οἱ Μάρτυρες πρὸς ἑαυτοὺς τὸν λαὸν ἐκάλουν, &c.

Quartò, & quidem à fol. 53 pag. 1, uſque ad fol. 86 pag. 2, PHILOTHEI *Patriarchæ Conſtantinopolitani Oratio in omnes Sanctos*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου, Κυρίου ΦΙΛΟΘΕΟΥ λόγος εἰς τοὺς Ἁγίους πάντας, ἐν ᾧ καὶ τῆς περὶ τὸν ἄνθρωπον τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίας ἐπιτομή. Καὶ τοῖς λόγοις μὲν ἄλλως τὰ τῶν ἁγίων ἑκάστου διεξιέναι, καὶ θαύματα καὶ ἀγῶνας ἐκείνων &c. Meminit hujus Orationis etiam V. CL. *Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 97.

Quintò, & quidem à fol. 87 pag. 1, uſque ad fol. 98 pag. 2, THEODORI, *Primi à Secretis & Patricii*, *cognomine* DAPHNOPATÆ *Oratio de manu S. Joannis Baptiſtæ Antiochiâ Conſtantinopolim translatâ*; cujus titulus & principium: ΘΕΟΔΩΡΟΥ Πρωτασηκρήτου καὶ Πατρικίου, τοῦ ΔΑΦΝΟΠΑΤΟΥ, Λόγος εἰς τὴν ἐξ Ἀντιοχείας ἀνακομιδὴν τῆς σεμνῆς καὶ τιμίας χειρὸς τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ. Ἰδοὺ καὶ πάλιν ἡμῖν ὁ ἱερὸς τοῦ Χριστοῦ ἐπεδήμησε Πρόδρομος, τῶν αὐτοῦ χαρίτων ἀναδιδοὺς ἀφθόνως τὰ νάματα, &c. Exſtat quidem hæc Oratio apud *Laurentium Surium* Tom. IV. de probatis Sanctorum Hiſtoriis d. 29 Auguſti, ſed tantùm *latinè*, & abſque nomine autoris ſui *Theodori Daphnopatæ*, incipitque ibi his verbis: *Ecce ad nos rursùs venit ſacroſanctus Chriſti Præcurſor, abundè fluenta emittens ſuarum gratiarum*, &c. Ejuſdem Orationis de Translatione manûs S. Joannis Baptiſtæ meminit etiam V. CL. *Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 96, ibidémq; ea, itidem ut in hoc Codice MSto Cæſareo, attribuitur *Theodoro Daphnopatæ*.

Sextò, & quidem à fol. 98 pag. 2, uſque ad fol. 107 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio panegyrica in S. Ignatium Martyrem*, *Epiſcopum Antiochenum*; cujus titulus

(1) Vide ſuprà citatam Operum *S. Gregorii Nyſſeni* editionem græco-latinam Pariſ. Tom. II. pag. 931. (2) Vide ibid. Tom. II. pag. 936.

titulus & principium : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον ἱερομάρτυρα καὶ θεοφόρον Ἰγνάτιον. (1) Οἱ πολυτελεῖς καὶ φιλότιμοι τῶν ἑστιατόρων &c.

Septimò, & quidem fol. 108 pag. 1, uſque ad fol. 128 pag. 2, NICEPHORI GREGORÆ *Oratio in Sanctam* (2) *Theophanonem, Imp. Leonis VI, cognomine Philoſophi vel Sapientis, primam conjugem*, cujus memoria à Græcis colitur die decimo ſexto Decembris. Ipſa tituli græci verba unà cum principio Orationis ſunt hæc : Τοῦ σοφωτάτου Κυροῦ ΝΙΚΗΦΟΡΟΥ τοῦ ΓΡΗΓΟΡΑ λόγος εἰς τὴν ἁγίαν Θεοφανὼ τὴν Βασιλίδα. Πολλοί μοι πολλάκις τῶν ἀρετῇ καὶ συνέσει διαφερόντων παρῄνεσαν ἄλλοτε ἄλλοι, παραινοῦντες καὶ συμβουλεύοντες &c.

Octavò, & quidem à fol. 129 pag. 1, uſque ad fol. 168 pag. 1, *THEOPHANIS Tauromenii in Sicilia Archiepiſcopi*, cognomine *Cerameus* ſive *Figuli*, *Homiliæ undecim in totidem Evangelia* ἑωθινὰ ſive *matutina* ; quarum prima inſcribitur atque incipit hoc modo : Τοῦ μακαριωτάτου, σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου Ταυρομενίας τῆς Σικελίας, τοῦ ἐπίκλην Κεραμέως, Ὁμιλίαι εἰς τὰ ιά ἑωθινὰ εὐαγγέλια. Ὁμιλία ά. Πάλαι μὲν ὁ θεόπτης Μωσῆς &c.

Nonò, & quidem fol. 168 pag. 1 & 2, Fragmentum quoddam ex S. GREGORII NYSSENI *Libris Antirrheticis contra Eunomium hæreſiarcham*, qui exſtant in Operum ipſius Appendice græco-latinâ, à R. P. *Jacobo Gretſero* Lutetiæ Pariſiorum A. 1618. in folio editâ.

Decimò, & quidem à fol. 169 pag. 1, uſque ad fol. 172 pag. 2, SYMEONIS METAPHRASTÆ Hiſtoria Martyrii S. *Nicetæ Gotthi*, qui ab *Athanarico* Rege ob Catholicam Fidem comburi juſſus eſt, cujúſque memoria in Martyrologio Romano celebratur d. 15 Septembris. Principium ejus unà cum Titulo eſt tale : Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Νικήτα. Νικητικοὺς ἀγῶνας τοῦ μάρτυρος Νικήτα πανηγυρίσω σήμερον, οὐχ ὃν ὁ τῶν Ἀποστόλων κορυφαῖος Πέτρος ἐπαιδαγώγησε, &c. Idem Martyrium exſtat quidem apud *Laurentium Surium* Tom. V. de probatis Sanctorum Hiſtoriis d. 15 Septembris, ſed tantùm *latinè*, incipitq; ibi his verbis : *Victricia Martyris Nicetæ hodiè celebramus certamina, non quem Princeps Apoſtolorum Petrus erudiit*, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 173 pag. 1, uſque ad fol. 182 pag. 2, *EJUSDEM* Hiſtoria Martyrii S. *Eleutherii Epiſcopi Illyrici*, cujus memoria in Martyrologio Romano celebratur d. 18 Aprilis. Inſcribitur ea atque incipit hoc modo : Μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ἐλευθερίου. Αἰλίου Ἀδριανοῦ Ῥωμαίων βασιλεύοντος, δαίμοσι δὲ καὶ εἰδώλοις ἐπιμελῶς δουλεύοντος, &c. Idem Martyrium exſtat quidem apud *Laurentium Surium* Tom. II. de probatis Sanctorum Hiſtoriis d. 18 Aprilis, ſed tantùm *latinè*, incipitque ibi his verbis : *Cum Ælius Adrianus Romanis quidem imperaret, Dæmonibus autem & ſimulacris diligenter ſerviret*, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 182 pag. 2, uſque ad fol. 190 pag. 1, *EJUSDEM* Hiſtoria Martyrii S. *Polyeucti*, qui ſub *Imp. Decio Melitenæ* paſſus eſt, cujúſque memoria in Martyrologio Romano celebratur die 13 Februarii, in Menologio autem Græcorum d. 9 Januarii inſcribitur ea atque incipit hoc modo : Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Πολυεύκτου. Εἴπερ τις ἄλλη καὶ καλλίστη τῶν διηγήσεων, καὶ ἡ τοῦ θαυμαστοῦ μάρτυρος Πολυεύκτου·

(1) Vide Operum S. *Joan. Chryſoſt.* editionem Savil. Anglicanam Tom. V. pag. 498. & edit. Fronton. Pariſ. Tom. I. pag. 561. (2) Vide Card. *Baron.* Annal. Eccleſ. Tom. X. A. C. 901. num. 5 & 8.

λυέυκλυ &c. Idem Martyrium exſtat quidem apud *Laurentium Surium* Tom. I. de probatis Sanctorum Hiſtoriis d. 9 Januarii, ſed tantùm *latinè*, incipitque ibi his verbis: *Si eſt ulla alia pulcherrima narratio, pulcherrima quoque eſt narratio admirabilis Martyris Polyeucti*; &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 191 pag. 1, uſque ad fol. 196 pag. 2, CALLISTI *Patriarchæ Conſtantinopolitani Oratio in Obdormitionem* ſeu *Aſſumptionem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, hactenùs, quod ego ſciam, nondum edita, cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Κυρίου ΚΑΛΛΙΣΤΟΥ ὁμιλία εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου. Μέγα καὶ παράδοξον, Ἀδελφοὶ, καὶ πάντων οὐχ ἡμῶν μόνον, ἀλλ' ἤδη καὶ τῆς τῶν ἀγγέλων αὐτῶν φύσεως ὑπερβαῖνον πάντα, καὶ νοῦν καὶ διάνοιαν, ἐκτετέλεσαι σήμερον· Τὰ γὰρ ὑπὲρ φύσιν τελούμενα, &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 196 pag. 2, uſque ad fol. 204 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in decollationem S. Joannis Baptiſtæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ὁμιλία εἰς τὴν ἀποτομὴν τῆς κεφαλῆς τοῦ τιμίου Προφήτου, Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου. Πάλιν ἑορτὴ, Ἀδελφοὶ, καὶ πάλιν πανήγυρις, πάλιν συνδρομὴ σύνηθες &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 204 pag. 2, uſque ad fol. 212 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in Exaltationem S. Crucis*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ὕψωσιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ. Ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, βουλόμενος δεῖξαι πρὸς ἡμᾶς τὴν ἄκραν αὐτοῦ ἀγάπην καὶ ἀγαθότητα, &c. Orationem hanc ex Codice MSto Cæſareo primus græcè & latinè in lucem edidit R. P. *Jacobus Gretſerus* Tomo ſecundo Operis *de Sanctâ Cruce* à columnâ 1347, uſque ad colum. 1364 editionis Ingolſtadienſis Ederianæ A. 1616 in folio.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 212 pag. 2, uſque ad fol. 216 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Homilia quadrageſima quarta in Evangelium S. Joannis*, cujus principium: (1) Τὸ προσηνὲς καὶ λεῖον οὐ πανταχοῦ χρήσιμον &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 217 pag. 1, uſque ad fol. 236 pag. 1, *Magni Logothetæ Conſtantinopolitani*, CONSTANTINI ACROPOLITÆ *Oratio in S. Martyrem Theodoſiam* patriâ *Conſtantinopolitanam*, *quæ ſub Imp.* (2) *Leone Iſauro pro cultu ſacrarum Imaginum Conſtantinopoli paſſa eſt.* Ipſa tituli græci verba unà cum principio Orationis ſunt hæc: Τοῦ σοφωτάτου Μεγάλου Λογοθέτου ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ τοῦ ἈΚΡΟΠΟΛΙΤΟΥ λόγος εἰς τὴν ἁγίαν ὁσιομάρτυρα Θεοδοσίαν. Γυναῖκα μὲν ἀνδρείαν τοῦ τις ἂν καὶ ὅπως εὕροι, ὁ σοφὸς ἠπόρησε Σολομῶν, καὶ μάλα γε εἰκότως ἠπόρησε. Πρὸ γὰρ τῆς χάριτος &c. Meminit hujus Orationis etiam *Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 84.

CCLXXX.

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque *centum & undecim* foliis. Continetur eo S. GREGORII NAZIANZENI *Tragædia*, ſeu potiùs *Tragicomœdia*, quæ vulgò quidem Χριστὸς πάσχων, hoc eſt, *Chriſtus patiens*, in proximè autem præcedenti Codice manuſcripto *Cæſareo* Τὸ κοσμοσωτήριον Πάθος inſcribitur. Præfixa illi eſt in poſteriori hoc Codice

(1) Vide Operum S. *Joannis Chryſoſtomi* editionem Savilianam Anglicanam Tom. II. pag. 736. (2) Cœpit is imperare A. C. 717. & obiit A. 741.

dice *Vita S. Gregorii Nazianzeni*, ex *Suidæ Lexico* deſumpta, cujus principium: Γρηγόριος Ναζιανζȣ Ἐπίσκοπος, (σαθμὸς δ᾽ ἐςὶν ȣ̃τος Καππαδοκίας) ἀνὴρ ἐλλογιμώτατος, &c. Finitâ illâ S. Gregorii Nazianzeni Vitâ, ſequitur ἡ Ὑπόθεσις τȣ̃ δράματος, ſive *Argumentum Tragœdiæ*, Ἐπεὶ δ᾽ ἀκȣ́σας &c, & porrò ipſa *Tragœdia*: Εἴθ᾽ ὄφελ᾽ ἐν λειμῶνι &c. unà cum ANONYMI cujuſdam antiqui *Scholiaſtæ græci expoſitione* partim *marginali*, partim *interlineari*.

CCLXXXI.

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum ſeptuaginta novem*, & ad *Andream Tarmarium Epidaurienſem*, ut ipſe propriæ manûs inſcriptione in fine teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo S. JOANNIS DAMASCENI *Opus de Orthodoxá Fide*, *diviſum in Capita centum & duo*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit: Ἰωάννȣ Μοναχȣ̃ καὶ Πρεσβυτέρȣ τȣ̃ Δαμασκηνȣ̃ Ἔκθεσις ἀκριβὴς τῆς ὀρθοδόξȣ πίστεως. Κεφάλαιον α΄. Θεὸν ȣ̓δεὶς ἑώρακε πώποτε, &c. Adjuncta etiam ibi eidem Operi in margine ſunt *antiqua nonnulla Scholia græca*; atque inſuper in fine, nempe fol. 177 & 178, exſtat *Appendix* quædam *de Divinis Nominibus*, cujus titulus & principium: Ἔτι περὶ θείων ὀνομάτων ἀκριβέστερον. Τὸ θεῖον ἀκατάληπτον ὂν, πάντως καὶ ἀνώνυμον ἔσαι· ἀγνοȣ̃ντες ȣ̃ν τὴν ȣ̓σίαν αὐτȣ̃, τῆς ȣ̓σίας αὐτȣ̃ μὴ ἐκζητήσωμεν ὄνομα. δηλωτικὰ γὰρ τῶν πραγμάτων ἐςὶ τὰ ὀνόματα· &c.

CCLXXXII.

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátque foliis *centum quinquaginta ſeptem*. Continentur eo JOANNIS CALECÆ, *Patriarchæ Conſtantinopolitani*, *Homiliæ viginti una in Evangelia Dominicalia*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τȣ̃ Διδασκαλίȣ. Κυριακῇ τȣ̃ τελώνȣ καὶ τȣ̃ φαρισαίȣ εἰς τὸ Εὐαγγέλιον λόγος διδασκαλικός. Ἡ εἰς τὸν τελώνην καὶ φαρισαῖον παραβολὴ καὶ ὑπόθεσις ὥσπερ γυμνασία τις καὶ παρακίνησις &c. Reliquarum Homiliarum *Inſcriptiones* & *Initia* vide Lib. V. *Commentar. Lambec.* pag. 191 & 192.

CCLXXXIII.

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, ob abbreviationem & evaneſcentiam ſcripturæ lectu difficillimus, conſtátque nunc foliis *quinquaginta quinque*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo à fol. 1, uſque ad fol. 51, ANONYMI cujuſdam Autoris *Sylloge & brevis Expoſitio præcipuarum Veteris Teſtamenti Sententiarum*, ad Sanctiſſimam Trinitatem, Chriſtique nativitatem ac paſſionem, & cætera Religionis Chriſtianæ myſteria pertinentium.

Secundò continetur eodem Codice, & quidem à fol. 52, uſque ad fol. 55, Στεφάνȣ Ἐφεσίȣ Κανονικὴ Σύνοψις· Hoc eſt: STEPHANI EPHESII *Canonica Synopſis*, ſive, *Epito-*

Epitome *Canonum Sanctorum Apoſtolorum*, quæ incipit his verbis: Ἀποστόλων Κανόνες εἰσὶν ὀγδοήκοντα πέντε &c. Meminit hujus *Opuſculi*, tanquam in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi* extantis, *Joannes Jacobus Friſius* in Bibliothecâ Univerſali, & ex eâ more ſuo R. P. *Antonius Poſſevinus* in Apparatu Sacro. Alibi autem nullam ejus adhuc reperi mentionem, ideòque opinor illud hactenùs nondum eſſe editum.

CCLXXXIV.

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum undecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 2 pag. 1, S. BASILII MAGNI *Precatio ad Chriſtum*, cujus titulus & principium: Εὐχὴ τοῦ μεγάλου Βασιλείου εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Κύριε Ἰησοῦ Χριστὲ ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ μόνος ἔχων ἐξουσίαν ἀφιέναι ἁμαρτίας ἀνθρώπων &c.

Secundò, & quidem à fol. 2 pag. 1, uſque ad fol. 3 pag. 2, *Precatio ad Beatiſſimam Virginem Deiparam*, cujus titulus & principium: Ἑτέρα εὐχὴ εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον πάνυ ὡραία. Παρθένε Δέσποινα Θεοτόκε, ἡ Θεὸν Λόγον κατὰ σάρκα γεννήσασα, οἶδα μὲν οἶδα, &c. Eadem Oratio exſtat quoque in Codice MSto Theologico Græco *ducenteſimo trigeſimo primo*.

Tertiò, & quidem à fol. 4 pag. 1, uſque ad fol. 81 pag. 2, B. DOROTHEI *Archimandritæ* ſive *Abbatis Doctrinæ Aſceticæ novendecim*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: (1) Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀββᾶ Δωροθέου Διδασκαλίαι διάφοροι πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς, ἀναχωρήσαντος αὐτοῦ ἐκ τῆς τοῦ Ἀββᾶ Σερίδου, καὶ τὸ ἴδιον σὺν Θεῷ συστησαμένου μοναστήριον, μετὰ τὴν τοῦ Ἀββᾶ Ἰωάννου τοῦ προφήτου τελευτήν, καὶ τέλειον σιωπὴν τοῦ Ἀββᾶ Βαρσανουφίου. Λόγος α΄ περὶ ἀποταγῆς. Ἐν ἀρχῇ ὅτε ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, ἔθετο αὐτὸν ἐν τῷ παραδείσῳ, &c. Iiſdem *Doctrinis aſceticis* præfixa ibi ſunt à fol. 5 pag. 1, uſque ad fol. 9 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Prolegomena de Vitâ B. Dorothei & primi ipſius diſcipuli B. Doſithei*, quorum principium: Ὁ μακάριος ὄντως καὶ μέγας Ἀββᾶς Δωρόθεος τὸν μονήρη σὺν Θεῷ βίον ἀσπασάμενος, εἰς τὸ τοῦ Ἀββᾶ Σερίδου κοινόβιον ἀνεχώρησεν. &c. In fine autem iiſdem *Doctrinis Aſceticis* annexa eſt S. NILI *Querela de Pſeudo-monachis mendicandi causâ paſſim divagantibus*; cujus titulus & principium: Περὶ τῶν κυκλευόντων μοναχῶν ἕνεκα χρημάτων· Νείλου. Ὁ πρώην περιπόθητος καὶ ἄγαν περίβλεπτος τῶν μοναζόντων βίος, νῦν δὲ βδελυρὸς γέγονεν καθὼς ὁρῶ· διὸ βαροῦνται μὲν πᾶσαι πόλεις καὶ κῶμαι ὑπὸ τῶν ψευδομοναχῶν, περιερχομένων καὶ περιτρεχόντων μάτην &c. Quâ finitâ S. Nili *Querelâ*, ſequitur tandem ANONYMI *cujuſdam Autoris Annotatio de duobus diverſis Barſanuphiis & totidem diverſis Dorotheis*, incipitque ea his verbis: (2) Ἰστέον τοὺς ἀναγινώσκοντας ἐν τῇδε τῇ ψυχωφελεῖ βίβλῳ, ὅτι δύο γεγόνασι Δωρόθεοι καὶ δύο Βαρσανούφιοι &c.

(1) Vide Magnam Bibliothecam Veterum Patrum græco-latinam Pariſienſem Tom. XI. pag. 748. (2) Vide Magnam Bibliothecam Veterum Patrum Tom. XI. pag. 744.

Quartò, & quidem à fol. 82 pag. 1, uſque ad fol. 85 pag. 1, EUSEBII, *Emeſeni in Phœnicia Epiſcopi, Oratio contra Judæos*, cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν ΕΥΣΕΒΕΙΟΥ Ἐπισκόπου πρὸς τοὺς Ἰουδαίους καταϲυλλογισμός. Δίκαιον ἡμῖν σήμερον, ἀγαπητοί, τοῦ χθὲς εἰρημένου λόγου ἐπισκέψασθαι, καὶ ἰδεῖν τὴν τοῦ διαβόλου καὶ τοῦ ᾅδου συμβολὴν πρὸς τοὺς Ἰουδαίους κατὰ τοῦ Κυρίου. ἀκούσας γὰρ ὁ διάβολος τοῦ Κυρίου εἰπόντος, &c.

Quintò, & quidem à fol. 85 pag. 1, uſque ad fol. 88 pag. 1, GEORGII MYTILENÆI *Oratio de Paſſione Domini noſtri Jeſu Chriſti*: cujus titulus & principium: Τοῦ μακαριωτάτου Πατρὸς ἡμῶν Γεωργίου Μυτιληναίου λόγος εἰς τὰ ἅγια πάθη τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Σήμερον ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τῷ σταυρῷ, καὶ ἡμεῖς ἑορτὴν ἄγομεν. σήμερον ἡ κτίσις ὅλη τρέμει καὶ κλονεῖται διὰ τὴν παρανομίαν τῶν Ἰουδαίων, &c. Plura de hâc Oratione vide Libri *primi* Lambec. Commentar. pag. 136.

Sextò, & quidem à fol. 88 pag. 1, uſque ad fol. 90 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Narratio de Andronico Abbate & uxore ejus Athanaſiâ*, cujus titulus & principium: Ἐξήγησις πάνυ θαυμαστὰ περὶ τοῦ Ἀββᾶ Ἀνδρονίκου καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, ὄνομα αὐτῆς Ἀθανασία. Ἦν τις ἀνὴρ ὀνόματι Ἀνδρόνικος, ἔχεν δὲ γυναῖκα ὀνόματι Ἀθανασίαν· &c.

Septimò, & quidem à fol. 90 pag. 2, uſque ad fol. 106 pag. 1, JOANNIS STAURACII, *Chartophylacis Theſſalonicenſis, Oratio de Miraculis S. Demetrii Proconſulis*, qui, ut Martyrologii Romani d. VIII. Octobris legitur, cùm plurimos ad Chriſti fidem perduceret, *Imp. Maximiani* juſſu *Theſſalonicæ* lanceis confoſſus, martyrium conſummavit. Ipſa tituli græci verba cum principio *Exordii* ſunt hæc: Ἰωάννου Χαρτοφύλακος Θεσσαλονίκης τοῦ Σταυρακίου λόγος εἰς τὰ θαύματα τοῦ μυροβλύτου καὶ μεγάλου Δημητρίου. Ὁ λόγος τῷ μυροῤῥόᾳ Δημητρίῳ τὰ θαύματα. &c. Finito hoc integrorum trium foliorum *Exordio*, ſequitur fol. 94 pag. 1, ipſa *Miraculorum Narratio* his verbis: Ἀρχώμεθα ἐν τὰ τοῦ παμμεγίστου Μάρτυρος θαύματα. Νεωκόρος τις, ὀνόματι Ὀνησιφόρος, ἐπεπίστευτο τοῦ μάρτυρος καὶ μεγάλου Δημητρίου τὴν λάρνακα, &c. Plura de hâc *Joannis Stauracii Oratione* vide Libri *primi* Lambecianorum Commentariorum pag. 136 & 137; atque inſuper conſule V. CL. *Leonis Allatii Diatribam de Symeonum Scriptis* pag. 102, ubi illius ſimiliter fit mentio.

Octavò, & quidem à fol. 106, uſque ad fol. 111, *Martyrium* S. DEMETRII *Proconſulis*, quod inſcribitur atque incipit hoc modo: Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Δημητρίου μυροβλύτου. Εἶχε μὲν τὰ τῶν Ῥωμαίων σκῆπτρα Μαξιμιανὸς ὁ Ἑρκούλιος, πολὺ κατὰ Χριστιανῶν πνέων καὶ φερόμενος, εἰδωλικῆς δὲ πλάνης &c. Plura de hoc *S. Demetrii Martyrio* vide Libri *primi* Lambecian. Commentar. pag. 137, atque inſuper conſule V. CL. *Leonis Allatii Diatribam de Symeonum Scriptis* pag. 126, ubi illud ipſi *Symeoni Metaphraſtæ* aſſeveranter attribuitur. Confer etiam hoc *Martyrium* cum *altero* illo *ejuſdem Sancti Martyrio*, quod exſtat ſuprà in Codice CXXIIItio num. 34.

CCLXXXV.

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtatque foliis *trecentis quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò,

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſq; ad fol. 206 pag. 2, *Typicum* S. SABÆ, ſive, *Ordo recitandi officii Eccleſiaſtici per totum annum; ſecundùm conſuetudinem ab illo inſtitutam & præſcriptam.* Ipſa *tituli græci* verba cum principio Libri ſunt hæc: Τυπικὸν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἀκολουθίας τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἁγίας Λαύρας τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Σάββα. αὕτη δὲ ἡ ἀκολουθία γίνεται καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς τῶν ἐν Ἱεροσολύμοις ἁγίων μονῶν. &c. Plura de hoc *Typico* S. *Sabæ* vide apud *Leonem Allatium* in Diſſertatione primâ *de Libris Eccleſiaſticis Græcorum* à pag. 4. uſque ad pag. 16.

Secundò, & quidem à fol. 207 pag. 1, uſque ad fol. 263 pag. 1, *Marci Hieromonachi Declaratio dubiorum in Typico occurrentium, diviſa in Capita nonaginta quinque.* Titulus ejus cum principio eſt talis: Μάρκῳ ἁμαρτωλῷ Ἱερομονάχῳ σύνταγμα πονηθὲν εἰς τὰ ἀπορούμενα τοῦ Τυπικοῦ. Κεφάλαιον α΄. Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ α΄, περὶ τῆς Ἰνδίκτου καὶ τοῦ ὁσίου Συμεὼν, εἰ τύχωσιν ἐν κυριακῇ. Χρὴ εἰδέναι, ὅτι εἰ &c.

Tertiò, & quidem à fol. 264 pag. 1, uſque ad fol. 304 pag. 2, HIRMOLOGIUM GRÆCORUM, *continens omnes Octoechi Hirmos ſive Cantus initiales.* Titulus ejus cum principio eſt talis: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ. Οἱ εἱρμοὶ τῶν ὀκτὼ ἤχων. Ἦχος α΄, Ὠδὴ α΄. Σοῦ ἡ τροπαιοῦχος δεξιὰ &c. Plura de *Hirmologio* vide apud *Leonem Allatium* in Diſſertatione primâ *de Libris Eccleſiaſticis Græcorum* à pag. 98 uſque ad pag. 102.

CCLXXXVI.

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *trecentis octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 28 pag. 1, SCHEMATOLOGIUM *Græcorum, continens totum ordinem ſumendi habitûs monaſtici.* Ipſa *tituli græci* verba cum principio Libri ſunt hæc: Σχηματολόγιον, ἔχον τὴν πᾶσαν ἀκολουθίαν. Εὐλογεῖ ὁ ἱερεὺς, καὶ ἀρχόμεθα τὸ, Βασιλεῦ οὐράνιε, &c. Poſt integra deinde *ſex* folia ſequitur *Officium Magni & Angelici habitûs*, hoc modo: Ἀκολουθία τοῦ μεγάλου καὶ ἀγγελικοῦ σχήματος. Ἀφ' ἑσπέρας φέρονται τὸ ἱμάτιον καὶ τὰ λοιπὰ τοῦ μέλλοντος (1) μεγαλοσχημῆσαι &c. Eſt autem hoc *Schematologium* non minima pars *Euchologii* ſive *Ritualis Græcorum*; ut videre eſt in *Euchologio*, à R. P. *Jacobo Goar* O. P. Pariſiis A. 1647 græcè & latinè in folio edito, à pag. 468 uſque ad pag. 519. Magna tamen inter editionem illam impreſſam & Codicem hunc manuſcriptum *Cæſareum* eſt differentia, eáque vel ex ſolis ſuprà exhibitis principiis primo apparet intuitu.

Secundò, & quidem à fol. 29 pag. 1, uſq; ad fol. 308 p. 2, EUCHOLOGIUM ſive *Rituale Græcorum, continens Ritus & Ordines variorum Officiorum Eccleſiaſticorum cum Benedictionibus & Orationibus, cuilibet perſonæ, ſtatui vel tempori congruis.* Ipſa *tituli græci* verba cum principio *Orationum Lucernarii* ſunt hæc: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ· Εὐχολόγιον περιέχον τὴν ἅπασαν ἀκολουθίαν. Εὐχαὶ τοῦ λυχνικοῦ· εὐχὴ α΄. Κύριε οἰκτίρμον καὶ ἐλεῆμον &c. Vide ſuprà memoratum R. P. *Goar Euchologium* impreſſum pag. 35; nec dubium eſt, quin tota illa editio beneficio hujus Codicis manuſcripti *Cæſarei* valdè poſſit ſuppleri.

DUCEN-

(1) Μεγαλοσχημῆσαι pro μεγαλοσχηματίζεσθαι, hoc eſt, λαβεῖν τὸ μέγα σχῆμα, ut legitur in *Euchologio* à R. P. *Goar* edito, pag. 499.

CCLXXXVII

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *quadraginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 7 pag. 1, GENNADII *Patriarchæ Conſtantinopolitani, cognomine Scholarii, Doctrina de peccatis mortalibus & venialibus*; cujus titulus & principium: Γενναδίου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ κατ' ἐπίκλησιν Σχολαρίου, ἀναγκαία Διδασκαλία περί τε τῶν θανασίμων καὶ συγγνωστῶν ἁμαρτημάτων. Ὁ μὲν ἀκριβέστερος περὶ τῶν θανασίμων καὶ συγγνωστῶν ἁμαρτιῶν λόγος πολλῶν ἂν δέοιτο βιβλίων ὥστε ἐκτεθῆναι, &c.

Secundò, & quidem à fol. 8 pag. 1, uſque ad fol. 24 pag. 2, TZETZÆ *Libellus de Pedibus & Metris Poëticis*; cujus titulus & principium: Τζέτζου περὶ ποδῶν. Ποῦς ἐστὶ &c.

Tertiò, & quidem à fol. 25 pag. 1, uſque ad fol. 27 pag. 1, PSELLI *Verſus de Metro Jambico*; quorum titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ στίχοι περὶ τοῦ Ἰαμβικοῦ μέτρου. Τὸ μέτρον οὕτω τῶν ἰάμβων μοι μέτρει &c.

Quartò, & quidem à fol. 27 pag. 1, uſque ad fol. 30 pag. 2, PLUTARCHI *Fragmenta quædam de Metro Heroico aliisque nonnullis metris Poëticis*; quorum titulus & principium: Πλουτάρχου περὶ τοῦ Ἡρωϊκοῦ μέτρου. Τὰ τοῦ Ὁμήρου ἔπη τελειότατον ἔχει τὸ μέτρον, τουτέστι τὸ ἑξάμετρον, ὃ καὶ ἡρῷον καλεῖται· &c.

Quintò, & quidem à fol. 30 pag. 2, uſque ad fol. 46 pag. 1, *Excerpta quædam miſcellanea Hiſtorica & Philologica*: inter quæ *Obſervatio* TRYPHONIS *de literâ Rho*, cujus titulus & principium: Τοῦ Τρύφωνος περὶ τοῦ ρ, πῶς δασύνεται καὶ πῶς ψιλοῦται. Τὸ ρ ἀρχόμενον τῆς λέξεως &c; *Obſervatio* HERODIANI *de Accentibus adverbiorum*, cujus titulus & principium: Τοῦ Ἡρωδιανοῦ περὶ τόνων τῶν ἐπιρρημάτων. Τὰ εἰς ως &c; *Inventores præcipuarum Artium & Scientiarum*; *Apophthegmata ſeptem Sapientum*; *Nomina Muſarum, & Artes, quibus unaquæque earum præeſt*; *Dialecti quinque Linguæ Græcæ, & nomina Autorum, qui iis olim uſi ſunt*; *Nomina decem Rhetorum Græciæ, & numerus Orationum, quas unuſquiſque eorum compoſuit*; *Nomina & Sectæ illuſtrium Philoſophorum*; *Nomina Clarorum Hiſtoricorum & Poëtarum*; *Maximi Planudis Ænigma*, Ἐρήμην ποτὲ δικασθεὶς &c; *Philoſtrati Lemnii Fragmentum de Charactere Epiſtolico*, cujus titulus & principium: Φιλοστράτου Λημνίου. Τὸν ἐπιστολικὸν χαρακτῆρα τοῦ λόγου &c.

Sextò, & quidem fol. 46 pag. 2, & fol. 47 pag. 1, *Excerptum quoddam ex* S. MAXIMI *Monachi & Martyris Aſceticis*; cujus principium ſine ullâ Inſcriptione ſive Titulo eſt hoc: Ἰστέον μέν τοι, ὡς πέντε τινά εἰσι, δι' ὧν εἰς ἁμαρτίαν ὁ ἄνθρωπος ἔρχεται, ὡς λέγει ὁ θεόσοφος Μάξιμος· πρώτη προσβολὴ &c.

CCLXXXVIII

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *vigintiuno*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 7 pag. 1, JOANNIS *Metropoli-*

tropolitæ Ruſſiæ (1) *Epiſtola ad Papam Clementem contra Latinorum dogmata à Græcis improbata.* Ipſa tituli græci verba cum principio Epiſtolæ ſunt hæc: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Μητροπολίτου Ῥουσίας πρὸς Κλήμεντα Πάπαν Ῥώμης ἐπιστολή. Ἀπεδεξάμην τὴν ἐν Κυρίῳ ἀγάπην σου, ὦ τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπε καὶ τῆς καθολικῆς τε καθέδρας καὶ κλήσεως, ὅτι καὶ &c.

Secundò, & quidem à fol. 7 pag. 1, uſque ad fol. 11 pag. 1, *Excerpta quædam miſcellanea ex JOANNIS CLIMACI* Scalâ Paradiſi, ex *Gerontico* ſive, *Opere de Vitis Patrum*, ex *Patriarchæ LUCÆ Inſtitutionibus aſceticis* ſive *monaſticis*, ex *JOANNIS Epiſcopi Citrenſis Reſponſionibus ad Epiſcopum Dyrrachii Cabaſilam*, & ex *SYMEONIS Archiepiſcopi Theſſalonicenſis Monitis de Vitâ aſceticâ* ſive *monaſticâ*.

Tertiò, & quidem à fol. 12 pag. 1, uſque ad fol. 19 pag. 2, S. *ATHANASII Archiepiſcopi Alexandrini Quæſtiones de Fide ad Antiochum*, quarum titulus & principium eſt: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας πρὸς Ἀντίοχον περὶ πίστεως ἀναγκαίων ζητημάτων, τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἀπορουμένων, καὶ παρὰ πᾶσι Χριστιανοῖς ἀναγινώσκειν ὀφειλομένων, Ἐρώτησις ά. Τί ἐστι Θεός; Ἀπόκρισις. Θεός ἐστιν οὐσία νοερὰ, &c. Exſtant quidem hæ *Quæſtiones* Tomo ſecundo editionis græco-latinæ Pariſinæ Operum *S. Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini* à pag. 436 uſq; ad pag. 450, veriſimile tamen videtur, verum earum Autorem eſſe eundem illum *Athanaſium Minorem* ſeu *Juniorem*, cujus in præcedentibus hujus Catalogi libris, jam aliquoties eſt facta mentio. Notandum etiam eſt, *Quæſtiones* illas in hoc Codice MSto *Cæſareo auctiores* & *emendatiores* eſſe, quàm in ſuprà memoratâ editione *Pariſinâ*.

Quartò, & quidem fol. 20 pag. 2, *Fragmentum quoddam* S. JOANNIS CHRYSOSTOMI, cujus principium: Οὐδὲ γὰρ διὰ τοῦτο εἰς τὸν βίον τοῦτον παρήχθημεν, ἵνα μόνον ἐσθίωμεν καὶ πίνωμεν, &c.

Quintò, & quidem fol. 21 pag. 1, *Fragmentum S. EPIPHANII de Menſuris & Ponderibus*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν. (2) Κόρος σίτου εἰσὶ μόδια λ΄, &c.

CCLXXXIX.

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *nonaginta novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 2 pag. 1, *CONSTANTINI HARMENOPULI, Nomophylacis & Judicis Theſſalonicenſis, Expoſitio Fidei orthodoxæ*, cujus titulus & principium: Περὶ πίστεως ὀρθοδόξου, Ἀρμενοπούλου. Πιστεύειν δεῖ τὸν ὄντως Χριστιανὸν, ὡς αἱ ἅγιαι καὶ οἰκουμενικαὶ Σύνοδοι ἐπεκύρωσαν, &c. Exſtat ea *græcè* & *latinè* edita à *Joanne Leunclavio* cum *Theoriani* Legatione, nomine *Imp. Manuelis Comneni ad Armenios*, editionis Baſileenſis Petri Pernæ anno 1578 in octavo pag. 577; ut & in *Joannis Leunclavii* & *Marquardi Freheri Jure Græco-Romano* Tomo primo, pag. 552.

(1) Vide *Sigiſmundi Liberi Baronis in Herberſtein* Commentarios Rerum Moſcoviticarum Baſileæ typis Joan. Oporini A. 1551 in folio editos, pag. 30. (2) Vide Operum *S. Epiphanii* edit. gr. lat. Pariſ. Tom. II pag. 177.

Secundò, & quidem à fol. 2 pag. 1, uſque ad fol. 6 pag. 1, *EJUSDEM Liber de Sectis, ſive, de Opinionibus hæreticorum, qui ſingulis temporibus exſtiterunt*. Ipſa tituli græci verba cum principio Libri ſunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ, περὶ ὧν ⊕ κατὰ καιροὺς αἱρετικοὶ ἔδοξαν. Οἱ περὶ τὸν Ἄρειον, κτίσμα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ λέγοντες, &c. Exſtat idem Liber *græcè* & *latinè* editus à *Joanne Leunclavio* cum *Theoriani* Legatione nomine *Imp. Manuelis Comneni* ad *Armenios*, editionis Baſileenſis Petri Pernæ A. 1578 in octavo pag. 556; ut & in *Joannis Leunclavii* & *Marquardi Freheri Jure Græco-Romano* Tom. I. pag. 547.

Tertiò, & quidem à fol. 6 pag. 1, uſque ad fol. 7 pag. 2, *GEORGII XIPHILINI, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Sententia Synodalis de Juribus territoriorum*, promulgata & confirmata anno Mundi 6705, ſive, anno Chriſti 1197, die quarto Februarii, indictione decimâ quintâ. Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Περὶ ἐνοριακῶν δικαίων. Μηνὶ Φεβρουαρίῳ δʹ, ἡμέρᾳ βʹ, ἐπινεμήσει ιεʹ, προκαθημένου τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν Δεσπότου καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου Κυρίου Γεωργίου &c. Παρεστὰς τὴν σήμερον συνοδικῶς &c. Eadem *Sententia ſynodalis* exſtat *græcè* & *latinè* in *Joannis Leunclavii* & *Marquardi Freheri Jure Græco-Romano* Tom. I. pag. 283.

Quartò, & quidem à fol. 7 pag. 2, uſque ad fol. 15 pag. 2, *MATTHÆI Monachi Quæſtiones & Cauſæ matrimoniales*, quarum titulus & principium: Περὶ τῶν βαθμῶν τοῦ γάμου, τοῦ κυρίου Ματθαίου. Ἀλλὰ γὰρ οὐκ ἄν τις οἶμαι τῶν εὐφρονούντων &c. Exſtant illæ *græcè* & *latinè* in *Joannis Leunclavii* & *Marquardi Freheri Jure Græco-Romano* Tom. I. pag. 478.

Quintò, & quidem à fol. 16 pag. 1, uſque ad fol. 18 pag. 2, *MICHAELIS* (1) *CHUMNI, Nomophylacis & poſteà Metropolitæ Theſſalonicenſis, Tractatus de Gradibus cognationis*, cujus titulus & principium: Μιχαὴλ Νομοφύλακος τοῦ Χούμνου, γεγονότος Μητροπολίτου Θεσσαλονίκης, περὶ τῶν βαθμῶν τῆς συγγενείας· Ἡ συγγένεια ὄνομά ἐστι κοινὸν καὶ καθολικὸν· &c. Exſtat idem Tractatus *græcè* & *latinè* in *Joannis Leunclavii* & *Marquardi Freheri Jure Græco-Romano* Tom. I. pag. 519.

Sextò, & quidem à fol. 18 pag. 2, uſque ad fol. 19 pag. 2, *Excerpta ex Imperatorum Conſtantinopolitanorum Iſaacii Comneni & Alexii Comneni Sanctionibus aureæ bullæ de Conſuetudinibus, quæ dantur nomine ordinationis ſacerdotalis, & de Canonico*. Ipſa tituli græci verba cum principio *Excerptorum* ſunt hæc: Παρεκβολαὶ ἀπὸ τῶν χρυσοβούλλων τυπικῶν, τοῦ τε ἀοιδίμου Βασιλέως κυρίου Ἰσαακίου τοῦ Κομνηνοῦ, τοῦ γεγονότος ἐπὶ πάσαις ταῖς κατὰ χώραν ἐκκλησίαις κατὰ μῆνα Δεκέμβριον ἐπινεμήσει αʹ, καὶ τοῦ κρατίστου ἡμῶν Αὐτοκράτορος κυρίου Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ, τοῦ κατὰ χώραν πάσαις ταῖς τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαις καὶ αὐτοῦ ἐκτεθειμένου κατὰ μῆνα Σεπτέμβριον τῆς θʹ ἐπινεμήσεως. &c. Eadem *Excerpta* exſtant *græcè* & *latinè* in *Joannis Leunclavii* & *Marquardi Freheri Jure Græco-Romano* Tom. I. pag. 120 & 123.

Septimò, & quidem fol. 20 pag. 2, uſq; ad fol. 25 pag. 2, *Acta PSEUDO-SYNODI, in Chalcedonenſi ſuburbio ad Quercum A. C.* 403 illegitimè & nefariè (2) celebratæ adverſus *S. Joannem Chryſoſtomum*, qui in eâ variis de cauſis falſiſſimè accuſatus, impiiſſimè damnatus, & in exſilium miſſus eſt; unà cum *Epiſtolis apologeticis S. Innocentii I Papæ & Imp. Honorii ad Imp. Arcadium pro S. Joanne Chryſoſtomo*, & ipſius *Imp. Arcadii Epiſtolâ excuſatoriâ atque deprecatoriâ ad S. Innocentium*. Ipſa tituli græci verba cum prin-

(1) Vixit in tempore *Nicephori Blemmydæ*. (2) Vide R. P. *Philippi Labbei* Synopſin Hiſtoricam Conciliorum omnium, ut & ejuſdem Chronologiam Hiſtoricam an. 403.

principio Actorum ſunt hæc: Ἡ κατὰ τοὺς ἐν ἁγίοις Πατέρας ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου συναθροισθεῖσα παράνομος Σύνοδος, ἐν ᾗ ἀπῆρχον καθάρχοντες Θεόφιλος ὁ Ἀλεξανδρείας &c. Eadem *Acta* cum iiſdem ſuprà memoratis *Epiſtolis* exſtant *græcè* & *latinè* in *Joannis Leunclavii* & *Marquardi Freheri Jure Græco-Romano* Tom. I. pag. 554, uſq; ad pag. 560. Vide etiam *Photii Patriarchæ Conſtantinopolitani* Bibliothecam Codice LIXno, & *Michaëlis Glycæ* Annalium Partem quartam pag. 258 & 259 edit. græc. lat. Pariſinæ in folio, ubi itidem agitur de eâdem *Pſeudo-Synodo*.

Octavò, & quidem à fol. 26 pag. 1, uſque ad fol. 28 pag. 1, *CONSTANTINI HARMENOPULI Epitome ſacrorum & divinorum Canonum*, cujus titulus & principium: Ἐπιτομὴ τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων· γέγονε δὲ καὶ αὕτη παρὰ τοῦ πανσεβάστου Νομοφύλακος καὶ Κριτοῦ Θεσσαλονίκης κυρίου Κωνσταντίνου τοῦ Ἀρμενοπούλου. Προθεωρία. Τῶν κανόνων οἱ μέν εἰσι τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, &c. Eadem *Epitome* exſtat *græcè* & *latinè* in *Joannis Leunclavii* & *Marquardi Freheri Jure Græco-Romano* Tom. I. pag. 1.

Nonò, & quidem fol. 28 pag. 1 & 2, *Officia Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ S. SOPHIÆ*; quorum titulus & principium: Τὰ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας Ὀφφίκια. Τάξις πρώτη. α΄, ὁ μέγας Οἰκόνομος· β΄, ὁ μέγας Σακελλάριος· &c. Eadem *Officiorum* recenſio exſtat *græcè* & *latinè* in ſuprà citato *Jure Græco-Romano* Tom. I. pag. 304 & 305.

Decimò, & quidem à fol. 28 pag. 2, uſque ad fol. 29 pag. 2, MOSCHIONIS *Præcepta vitæ*, quorum titulus & principium: Μοσχίωνος Ὑποθῆκαι. Παραφύλαττε ἑαυτὸν ἐν παντὶ τῷ βίῳ· μὴ λάθῃ σε συναρπάσασα ἀδόκητος φαντασία, ἢ φόβῳ καταπληξαμένη, ἢ ἡδονῇ γοητεύσασα, &c.

Undecimò, & quidem fol. 29 pag. 2, & fol. 30 pag. 1, *Fragmentum Juris Græco-Romani de differentiâ inter cædes voluntarias & involuntarias.* Vide ibidem Tom. I. pag. 109, 110, 111 & 112.

Duodecimò, & quidem à fol. 30 pag. 1, uſque ad fol. 31 pag. 1, ex *MARCI Patriarchæ Alexandrini Quæſtionibus Canonicis*, & ex *Reſponſionibus Theodori Balſamonis Patriarchæ Antiocheni*, *Excerptum de Jejuniis feſti Sanctorum Apoſtolorum*, *Nativitatis Chriſti*, & *Dormitionis ſive Obitus atque Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*. Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: Ἐκ τῶν κανονικῶν ἐρωτήσεων τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας κυρίου Μάρκου καὶ ἀποκρίσεων τοῦ Βαλσαμῶν. Ἐρώτησις· Αἱ νηστεῖαι τῆς ἑορτῆς τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, &c.

Decimo tertiò, & quidem fol. 30 pag. 2, & fol. 31 pag. 1, *Definitio & Officium Patriarchæ*, cujus titulus & principium: Περὶ Πατριάρχου. Πατριάρχης ἐστὶν εἰκὼν ζῶσα Χριστοῦ καὶ ἔμψυχος, &c. Eadem *Patriarchæ* deſcriptio exſtat *græcè* & *latinè* in ſuprà citato *Jure Græco-Romano* Tom. I. pag. 296. Vide etiam ejuſdem *Juris Græco-Romani* Tomum ſecundum pag. 84 & 85.

Decimo quartò, & quidem à fol. 31 pag. 1, uſque ad fol. 33 pag. 1, *JOANNIS ZONARÆ Canon* ſive *Canticum ſacrum ad Beatiſſimam Virginem Deiparam contra præcipuas Hæreſes*, quæ ibi hoc ordine recenſentur, ut primi ſint *Ariani*, ultimi autem *Itali* ſive *Latini* ob confeſſionem proceſſionis Spiritûs Sancti ex Patre ſimul & Filio. Ipſa tituli græci verba cum principio *Canonis* ſunt hæc: Κανὼν εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον Ἰωάννου μοναχοῦ Πρωτασηκρῆτις τοῦ Ζωναρᾶ, οὗ ἡ ἀκροστιχίς, ὕστατος ἦχος ὕστατον πλέκει μέλος. Ὑπεραγία ἡ Θεὸν κυήσασα, τὸν συμφυῆ τῷ Πατρὶ μονογενῆ Λόγον, σύγχρονον, ὁμότι-

ὁμότιμον, κἂν ὁ παραφέρων Ἄρειος κτίσμα τοῦτο ἐφέρει; &c. Exſtat quidem hic Canon Tom. XII. Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſienſis pag. 358 & 359, ſed tantùm *latinè*, interprete *Gilberto Genebrardo*, & in fine *mutilè*. Quæ enim ad *Latinos* pertinent, ea ibi conſultò omiſſa ſunt.

Decimo quintò, & quidem à fol. 33 pag. 1, uſque ad fol. 36 pag. 2, THEODORI BALSAMONIS, *Patriarchæ Antiocheni*, *Epiſtola de incenſis, quæ à Patriarchâ dari ſolent eo die, quo habetur catecheſis.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Epiſtolæ* ſunt hæc: Τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Ἀντιοχείας κυρίου Θεοδώρου τοῦ Βαλσαμῶν ἐπιστολὴ χάριν τῶν διδομένων θυμιαμάτων παρὰ τοῦ Πατριάρχου κατὰ τὴν ἡμέραν τῆς κατηχήσεως. Σὺ μὲν ποθεινότατον τέκνον &c. Exſtat hæc *Epiſtola græcè* & *latinè* in ſuprà citato *Jure Græco-Romano* Tom. I. pag. 470.

Decimo ſextò, & quidem fol. 37 pag. 1 & 2, *Excerptum ex Imp.* JUSTINIANI I, ſive *Magni Conſtitutione de iis, qui ad Magnam Eccleſiam Conſtantinopolitanam S. Sophiæ, & ad ſacras ubique terrarum Eccleſias confugiunt*; cujus titulus & principium: Ἐκ τῆς νομοθεσίας τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ, τῆς ἐκτεθείσης ὑπὲρ τῶν (1) προσφυγόντων τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, καὶ τῶν πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης θείων ἐκκλησιῶν. Εἴ τις τῶν ἐκ Θεοῦ τετιμημένων &c. Idem *Excerptum* exſtat *græcè* & *latinè* in ſuprà citato *Jure Græco-Romano* Tom. I. pag. 73.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 37 pag. 2, uſque ad fol. 40 pag. 1, *Procemium Abbreviationis & Correctionis Juris Juſtinianei*, ab Imperatore BASILIO MACEDONE & filiis ipſius CONSTANTINO & LEONE PHILOSOPHO promulgatæ menſe *Martio* Indictionis *nonæ*, anno Mundi 6384, ſive, anno Chriſti 876; quod ibi inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἐκλογὴ τῶν νόμων ἐν συντόμῳ, γενομένη παρὰ Βασιλείου, Κωνσταντίνου καὶ Λέοντος, τῶν φιλευσεβῶν ἡμῶν Βασιλέων, ἀπό τε τῶν Ἰνστιτούτων, τῶν Διγέστων, τοῦ Κώδικος, καὶ τῶν Νεαρῶν τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ Διατάξεων, καὶ ἐπιδιόρθωσις εἰς τὸ φιλανθρωπότερον, ἐκτεθεῖσα ἐν μηνὶ Μαρτίῳ ἐπινεμήσεως θ', ἔτους ς τ π δ'. Ὁ δεσπότης καὶ ποιητὴς τῶν ἁπάντων Θεὸς ἡμῶν, &c. Exſtat quidem hic *Liber* in *Joannis Leunclavii* & *Marquardi Freheri Juris Græco-Romani* Tomo primo à pag. 79 uſque ad pag. 130, ſed valdè mendosè ac mutilè, conſtátque ibi tantùm *Titulis viginti octo*, nec appellatur *Liber Baſilii, Conſtantini & Leonis*, ſed imperfectè & præpoſterè *Liber Leonis & Conſtantini*. Hoc videlicet eſt illud ipſum Πρόχειρον νομικὸν ſive *Manuale Juris*, cujus doctiſſimus Juriſconſultus *Jacobus Cujacius* Obſervationum lib. 6. cap. 9. meminit.

Decimo octavò, & quidem à fol. 41 pag. 1, uſque ad fol. 43 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris Ἐξήγησις ſive *Expoſitio in illud Regis & Prophetæ Davidis Pſalm. 139 verſ. 1:* Ἐξελοῦ με Κύριε ἐξ ἀνθρώπου πονηροῦ· Hoc eſt: *Eripe me Domine ab homine malo.* Principium *Expoſitionis* eſt hoc: Θαυμάζω τίνος ἕνεκεν ὁ Προφήτης οὐχ ηὔξατο ῥυσθῆναι ἀπὸ δαιμόνων, ἢ λεόντων, ἢ δρακόντων, ἀλλ' ἐξ ἀνθρώπου πονηροῦ· δηλονότι &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 43 pag. 1, uſque ad fol. 44 pag. 2, *ANONYMI* cujuſdam Autoris *Obſervationes* quædam *de Alphabeti Græci & Numerorum Græcorum ſignificationibus myſticis ad Theologiam accommodatis*, ut & *de ordine rerum à Deo creatarum ſecundùm numerum viginti duarum literarum Alphabeti Hebraici.*

Vigeſi-

(1) Similiter etiam apud *Plutarchum* in Vitâ Solonis rectè legitur προσφυγόντες τοῖς βωμοῖς. In *Jure* autem *Græco-Romano* perperàm legitur τῶν προσφύγων τῆς ἐκκλησίας.

Vigeſimò, & quidem à fol. 45 pag. 1, uſque ad fol. 60 pag. 1, ex (1) *PETRI Monachi Damaſceni Libro aſcetico Excerpta varia*, quorum titulus & principium : Ἐκ τῆς βίβλου Πέτρου μοναχοῦ τοῦ Δαμασκηνοῦ· Ἀρχὴ μὲν παντὸς ἀγαθοῦ ἡ ἐκ Θεοῦ διδομένη φυσικὴ γνῶσις, ἡ ἐκ τῶν γραφῶν δι' ἀνθρώπου ἢ δι' Ἀγγέλου, &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 61 pag. 1, uſque ad fol. 62 pag. 1, S. *NILI*, S. *ISAACI SYRI*, S. *BASILII MAGNI*, *aliorúmque quorundam Sanctorum Patrum Sententiæ aſceticæ miſcellaneæ.*

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 62 pag. 1, uſque ad fol. 64 pag. 1, S. *GREGORII NAZIANZENI Carmen ſepulchrale in S. Baſilium Magnum*, cum adjunctâ (2) *NICETÆ Philoſophi Paphlagonis Expoſitione* partim *interlineari*, partim *marginali*. Ipſa tituli græci verba cum principio Carminis ſunt hæc : Ἐπιγράμματα τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐπιτάφια εἰς τὸν ἅγιον καὶ μέγαν Βασίλειον διὰ στίχων ἡρωικῶν καὶ ἐλεγείων συντεθειμένα, συναχθέντα καὶ ἑρμηνευθέντα παρὰ Νικήτα Φιλοσόφου τοῦ Παφλάγονος, ἅπερ ἐπάνω τοῦ τάφου τοῦ μεγάλου Βασιλείου ὁ μέγας Γρηγόριος τέθεικεν. (3) Σῶμα δίχα ψυχῆς ζώειν πάρος, ἢ ἐμὲ σεῖο Βασίλεις &c.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 64 pag. 2, uſque ad fol. 68 pag. 2, *Fragmenta quædam ethica Homiliarum* S. JOANNIS CHRYSOSTOMI, & *Excerpta ex* S. BASILII MAGNI *Interrogationibus & Reſponſionibus ſacris.*

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 69 pag. 1, uſque ad fol. 72 pag. 2, S. BASILII MAGNI *Epiſtola ad Chilonem diſcipulum*, cujus principium : (4) Σωτηρίου πράγματος αἴτιος γίνονται τισι &c.

Vigeſimo quintò, & quidem fol. 73 pag. 1, S. CONCILII NICÆNI *generalis primi Canon vigeſimus & Concilii Conſtantinopolitani in Trullo habiti Canon nonageſimus de genuflexione die Dominico à Sanctis Patribus prohibitâ in memoriam & honorem Reſurrectionis Chriſti* ; quorum principia : (5) Ἐπειδή τινές εἰσιν ἐν τῇ κυριακῇ γόνυ κλίνοντες &c.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 73 pag. 1, uſque ad fol. 74 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *locus inſignis de cauſis adorandi orientem verſus, & ſtandi inter orandum in feſto Reſurrectionis Chriſti.* Principium ejus eſt : Τοῦ Χρυσοστόμου. Τούτου χάριν πάντας μὲν ὁρῶμεν κατὰ ἀνατολὰς ἐπὶ τῶν προσευχῶν, &c.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 75 pag. 1, uſque ad fol. 76 pag. 2, S. BASILII MAGNI *Oratio de Aſceſi ſive Exercitatione ſpirituali, quomodo Monachus ſe ornare debeat.* Ipſa tituli græci verba cum principio Orationis ſunt hæc : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας περὶ ἀσκήσεως, πῶς δεῖ κοσμεῖσθαι τὸν μοναχόν. (6) Δεῖ τὸν μοναχὸν πρὸ πάντων ἀκτήμονα βίον κεκτῆσθαι, &c.

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 77 pag. 1, uſque ad fol. 86 pag. 2, S. *NILI Monachi Tetraſticha parænetica verſibus heroicis & elegiacis*, quorum titulus & principium : Νείλου μοναχοῦ ἡρωελεγεῖοι.

Ἀνθεμόεις παράδεισος ὁ τῶν ἁγίων χορός ἐστιν
Ὀδμὴν ἡδείης πείρατα πιμπλάμενος·
Πᾶς οὖν, ὃς παθέεσσιν &c.

 Adjun-

(1) Vide Lib. IV. Lambec. Commentar. pag. 200. (2) Vide Lib. IV. Lambec. Commentar. pag. 17 & 249. (3) Vide Operum *S. Gregorii Nazianzeni* editionem græco-lat. Pariſ. Tom. II. pag. 152 & 153. (4) Vide Operum *S. Baſilii Magni* editionem græco-latinam Pariſ. Tom. II. pag. 735. (5) Vide *Joannis Zonaræ* Commentarios in Canones Sanctorum Apoſtolorum & Sacrorum Conciliorum tam Oecumenicorum quàm Provincialium, græcè & latinè à Joanne Quintino Pariſiis A. 1618. in folio editos. p. 66. (6) Vide Operum *S. Baſilii Magni* edit. græco-lat. Pariſ. Tom. II. p. 246. & Lib. IV. Lamb. Comment. p. 170.

Adjuncta etiam iiſdem ſunt ANONYMI cujuſdam *Autoris antiqua Scholia græca* partim *interlinearia*, partim *marginalia*.

Vigeſimo nono, & quidem à fol. 87 pag. 2, uſque ad fol. 88 pag. 2, trium illuſtrium Philoſophorum *PYTHAGORÆ Samii, DIOGENIS Sinopenſis* & *CRATETIS Thebani Epiſtolæ undecim*: quarum *prima*, nempe *Cratetis ad Amicos*, incipit his verbis: (1) Μελέτω ὑμῖν τῆς ψυχῆς &c; *ſecunda*, nempe *Cratetis ad Hermaiſcum*: (2) Εἰθ' αἱρετὸν ὁ πόνος, πόνει &c; *tertia*, nempe *Cratetis ad Socios*: (3) Καλὸν νόμος, ἀλλ' οὐ κρείττων φιλοσοφίας &c; *quarta*, nempe *Cratetis ad Origenem*: (4) Οὐ ποιεῖ ἀγροὺς σπουδαίους, οὐδὲ ἄστυ φαύλους, &c; *quinta*, nempe *Cratetis ad Adoleſcentes*: (5) Ἐθίζετε ἑαυτοὺς ἐσθίειν μάζαν καὶ πίνειν ὕδωρ, &c; *ſexta*, nempe *Pythagoræ ad Phalaridem Tyrannum Agrigentinorum*, qui ipſum ut ad ſe veniret, per (6) *Epiſtolam* invitaverat: Ἀσφαλὴς ὁ ἐμὸς βίος καὶ ἥσυχος, ὁ δὲ σὸς οὐδὲν ἐμοὶ προσαπελάζει &c; *ſeptima*, nempe *Cratetis ad Amicos*: (7) Ἀρκεῖτε ὀλίγων δεηθῆναι· τοῦτο γὰρ &c; *octava*, nempe *Cratetis ad Eumolpum*: (8) Ἄδοξος τόλμα Διογένειος, ἀλλ' ἀσφαλής &c; *nona*, nempe *Diogenis ad Hipparchiam*: (9) Ἄγαμαί σου τῆς ἐπιθυμίας, ὅτι τε φιλοσοφίας ὠρέχθης γυνὴ οὖσα, &c; *decima*, nempe *Diogenis ad patrem Icetam*: (10) Μὴ ἀνιῶ, ὦ πάτερ, ὅτι κύων λέγομαι, &c; *undecima*, nempe *Diogenis ad Cratetem*: (11) Οἱ πολλοὶ τὸν εὐδαιμονισμὸν &c.

Trigeſimo, & quidem à fol. 89 pag. 1, uſque ad fol. 91 pag. 2, *JOANNIS Geometræ Hymni quatuor verſibus heroicis & elegiacis in Beatiſſimam Virginem Deiparam*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ὕμνοι ἡρωελεγεῖοι εἰς τὴν ὑπερογίαν Θεοτόκον, λεγόμενοι κατὰ τὴν ἡμέραν τοῦ εὐαγγελισμοῦ, τοῖς δὲ βουλομένοις καὶ καθ' ἑκάστην· εἰσὶ δὲ πόνημα Ἰωάννου τοῦ Γεωμέτρου. Ὕμνος πρῶτος.

Χαῖρε κόρη χαρίεσσα, χαριτόκε, χάρμα τοκήων,
Χάρμα μέγα χθονίων, χάρμα μέγ' οὐρανίων.
Χαῖρε κόρη χαρίκοε, &c.

Exſtant hi *quatuor Hymni græcè* & *latinè* in Syntagmate Poëtarum Græcorum veterum, Tragicorum, Comicorum, Lyricorum & Epigrammatariorum Coloniæ Allobrogum ſive Genevæ typis Roverianis A. 1614 in folio edito, à pag. 746, uſque ad pag. 750.

Trigeſimo primò, & quidem fol. 91 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Epigramma in Joannem Geometram*, autorem ſuprà memoratorum *quatuor Hymnorum*: cujus titulus & principium: Ἡρωελεγεῖον εἰς Ἰωάννην τὸν Γεωμέτραν τὸν καὶ συγγράψαντα τοὺς ὕμνους. Κύδιμ' Ἰωάννη &c.

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 92 pag. 1, uſque ad fol. 93 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Hymnus in Sanctiſſimam Trinitatem*, cujus principium: Δόξα τῇ ἀπειροβάτῃ καὶ παναιτίῳ καὶ ζωαρχικῇ βασιλείᾳ σου ἡ ὑπερούσιος καὶ ὑπέρθεος καὶ ὑπεράρχιος ἐναρχικὴ παναγία Τριάς, &c.

Trigeſimo tertiò, & quidem à fol. 95 pag. 1, uſque ad fol. 99 pag. 2, CONSTANTINI HARMENOPULI, (12) *Sebaſti & Judicis Theſſalonicenſis Lexicon ordine alphabetico*, cujus titulus & principium: Τοῦ Σεβαστοῦ καὶ Κριτοῦ Θεσσαλονίκης, τοῦ Ἀρμενο-

(1) Vide *Epiſtolas Græcanicas mutuas*, græcè & latinè Aureliæ Allobrogum ſive Genevæ A. 1606. typis Caldorianis in folio editas, pag. 345. (2) Vide ibid. pag. 346. (3) Vide ibid. pag. 346. (4) Vide ibid. pag. 347. (5) Vide ibid. pag. 347. (6) Epiſtolam hanc *Phalaridis* ad *Pythagoram* vide ibid. pag. 63. (6) Vide ibid. pag. 347. (8) Vide ibid. pag. 347. (9) Vide ibid: pag. 338. (10) Vide ibid. pag. 339. (11) Vide ibid. pag. 341. (12) De hâc *Sebaſti* dignitate vide *Georgii Codini* Librum de Officiis Magnæ Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ cap. 4. num. 77.

μθμοπέλε. Λεξικὸν κτ̃ σοιχεῖον, ἀθελέχον τὰ κοινῶς γεγαφόμθμα ῥήματα &c. Eſt autem *Lexicon* illud ibi imperfectum, & deſinit intra ipſam primam literam A.

CCXC.

DUCENTESIMUS NONAGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum ſexaginta novem*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Ericium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Inſcriptio illa eſt talis: *Liber Sebaſtiani Ericii A. F.* Eſt autem hic unus ex illis *Codicibus manuſcriptis Græcis*, qui anno 1672 auſpicio & liberalitate *S. Cæſ. Majeſtatis Venetiis* empti, atque inde in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream* tranſlati ſunt. Continentur eo NICOLAI CABASILÆ, *Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, Libri quinque de Vitâ in Chriſto*, & quidem eodem ordine ac modo, ut iidem exſtant ſuprà in Codice CCXmo num. 2. & in Codice CCLXII. num. 20.

CCXCI.

DUCENTESIMUS NONAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *decem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo ANONYMI cujuſdam Autoris *Prolegomena in Pſalterium Davidis*, quorum titulus & principium: Πϱοοίμιον εἰς τὸν Ψαλτῆϱα καὶ ἐγκώμιον εἰς τὸν Δαβίδ. Πατὴϱ τοῦ παϱόντ☉ Βιβλίε, τὸ μθὺ εἰπεῖν ὅλον, ὁ Θεοῦ παῖς ὑπεϱχατίσω, φησι, τῆς πόλεως ταύτης δι᾽ ἐμὲ ϗ διὰ Δαβὶδ τὸν παῖδα μου &c.

CCXCII.

DUCENTESIMUS NONAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *quatuor*. Continetur eo *Cardinalis* BESSARIONIS *Profeſſio Fidei Chriſtianæ, contra omnes hæreſes*, in *Articulos viginti unum diviſa*, cujus principium: Α΄, Πιϛεύομθυ, ὅτι ἐϛὶ Θεὸς δημιουϱγὸς πάντων, ὅσα εἰσίν. Β΄, ὅτι ὁ Θεὸς, οὔτε σῶμά ἐστιν, οὔτε σῶμα ἔχει, ἀλλὰ &c.

CCXCIII.

DUCENTESIMUS NONAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum viginti*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 18 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Capita ſexaginta unum, ex variis S. Joannis Chryſoſtomi Orationibus collecta*; quorum titulus & principium: Συναγωγὴ κεφαλαίων ἀθϱοισθέντων ἀπὸ διαφόϱων λόγων τοῦ ἐν ἁγίοις Πατϱὸς ἡμθὺ Ἰωάννου τοῦ Χϱυσοστόμου. Κεφάλαιον α. Ὁ Κύϱι☉ ἡμθὺ Ἰησοῦς Χϱιςὸς οὐ δεόμθυ☉ εὐχὰς, &c.

Secundò,

Secundò, & quidem à fol. 19 pag. 1, uſque ad fol. 22 pag. 2, *ex Abbatis* (1) *AMMONII Inſtitutionibus aſceticis Capita viginti duo*; quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν διδασκαλιῶν τοῦ Ἀββᾶ Ἀμμωνίου κεφάλαιον α΄. Τέσσαρα πράγματά εἰσιν, ἐὰν ἐν αὐτῶν ἔχει ὁ ἄνθρωπος, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 23 pag. 1, uſque ad fol. 26 pag. 1, S. *ANASTASII SINAITÆ Reſponſiones ad Quæſtiones ſacras de variis orthodoxæ Fidei capitibus ſibi propoſitas*; quarum titulus & principium: (2) Τοῦ ἁγίου Ἀναστασίου τοῦ Σινᾶ ἀποκρίσεις πρὸς τὰς προσενεχθείσας αὐτῷ ἐπερωτήσεις παρά τινων ὀρθοδόξων περὶ διαφόρων καὶ ἀναγκαίων κεφαλαίων. Ἐρώτησις α΄. Τί ἐστι τὸ σημεῖον τοῦ τελείου Χριστιανοῦ; Ἀπόκρισις. Πίστις ὀρθὴ καὶ ἔργα εὐσεβῆ. Χριστιανὸς γὰρ &c.

Quartò, & quidem à fol. 27 pag. 1, uſque ad fol. 62 pag. 1, *Oratio in Paſſionem & ſepulturam Chriſti*; cujus titulus & principium: Λόγος εἰς τὴν θεόσωμον ταφὴν, συμπεριλαμβάνων ὁμοῦ καὶ τὰ φρικτὰ πάθη. Κείμενον. (3) Ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει, ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. Τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ φρικτὰ καὶ ζωοποιὰ πάθη καὶ τὴν θεόσωμον αὐτοῦ ταφὴν ἑορτάζομεν &c. Autorem hujus Orationis credidit *Joannes Sambucus* eſſe *Michaëlem Pſellum*, ideóque propriâ manu ibidem in principio adſcripſit Ψελλοῦ.

Quintò, & quidem à fol. 63 pag. 1, uſque ad fol. 71 pag. 2, *Oratio ad eos, qui dicunt, Chriſtum unà cum Latrone ingreſſum eſſe Paradiſum, & de Paradiſo intelligibili ſive mente perceptibili, ejúſque plantis & fructibus divinis*; cujus titulus & principium: Πρὸς τοὺς λέγοντας, ὅτι ὁ Χριστὸς μετὰ τοῦ λῃστοῦ εἰσῆλθεν εἰς τὸν Παράδεισον, καὶ περὶ τοῦ νοητοῦ Παραδείσου, καί τινα τὰ ἐν αὐτῷ φυτὰ, καί τινες οἱ τούτων θεῖοι καρποί. Ἄρτι τοῦ Χριστοῦ σταυρωθέντος καὶ ἀναστάντος τοῖς πιστοῖς ἡμῖν ἀπό γε τοῦ νῦν χρεία οὐκ ἔστι τοῦ αἰσθητοῦ Παραδείσου, &c. Hujus quoque Orationis Autorem credidit *Joannes Sambucus* eſſe *Michaëlem Pſellum*, ideóque etiam ibi in principio adſcripſit Ψελλοῦ.

Sextò, & quidem à fol. 71 pag. 2, uſque ad fol. 91 pag. 2, *Definitiones Theologicæ, ex CLEMENTIS aliorúmque variorum Sanctorum Patrum Scriptis collectæ*, quarum titulus & principium: Ὅροι διάφοροι κατὰ παράδοσιν καὶ πίστιν τῆς ἁγίας καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας, συλλεγέντες ἀπὸ ΚΛΗΜΕΝΤΟΣ καὶ ἑτέρων ὁσίων ἀνδρῶν καὶ μακαρίων Πατέρων, οὓς δὴ πρὸ παντὸς ἑτέρου μαθήματος ἐπιγινώσκειν καὶ ἐνστηθίζειν τῇ βοηθείᾳ τοῦ Θεοῦ προσήκει τοῖς τοῦ λόγου τῆς εὐσεβείας βουλόμενον, καὶ πάντα ἄνθρωπον τὸν ὀρθοδόξως φρονοῦντα, καὶ πίστιν πρὸς Θεὸν τὴν εἰλικρινῆ ἐσχηκότα. &c. Iiſdem *Definitionibus Theologicis* in fine annexum eſt ſchiſmaticum dogma Græcorum *De Proceſſione Spiritûs Sancti ex ſolo Patre*.

Septimò, & quidem à fol. 92 pag. 1, uſque ad fol. 94 pag. 2, HIPPOCRATIS *Epiſtola ſuppoſititia ad* (4) *Ptolemæum Regem Ægypti de Conſtitutione & Naturâ hominis*; cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ Ἱπποκράτους πρὸς Πτολεμαῖον Βασιλέα περὶ κατασκευ-

(1) Videtur hîc intelligi *Abbas* ille *Ammon* vel *Ammonas*, *pater ter mille monachorum*, quem *Rufinus Aquilejenſis* in Opere de Vitis Patrum, à R. P. *Heriberto Roſvveido* edito, lib. 2. cap. 3. refert ſe vidiſſe in *Thebaide* regione *Ægypti*, & *Virum* appellat *ingentis abſtinentiæ*. Idem quoque confirmat *Palladius* Epiſcopus Helenopolitanus ejuſdem Operis lib. 8. cap. 48. (2) Vide Librum *tertium* Lambec. Comment. pag. 197 & 210. (3) Evangelii *S. Joannis* cap. 12. ℣. 24. (4) Claruit *Hippocrates* tempore Regis Perſarum *Artaxerxis Longimani*, qui cœpit regnare anno ante Chriſtum 465, & A. 425 obiit. *Ptolemæus* autem *Lagi* cœpit poſt mortem Alexandri Magni regnare in Ægypto A. ante Chriſtum 324. Unde patet, *Hippocratem* in *Epiſtolâ* illâ *ſuppoſititiâ* de Conſtitutione hominis perperàm & abſurdè fingi jam memorati *Regis Ptolemæi* coætaneum.

ϰατασκευῆς ἀνθρώπε. Συνέςηκεν ὁ κόσμος ἐκ ςοιχείων τεσσάρων, οἷον ἐκ πυρὸς, ἀέρος, γῆς καὶ ὕδατος, &c.

Octavò, & quidem à fol. 95 pag. 1, uſque ad fol. 104 pag. 1, *Oratio in Obitum & Aſſumptionem Beatiſſimæ DEI-Genitricis*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Αὐγούςῳ ιε΄, λόγος εἰς τὴν κοίμησιν τῆς ὑπερευλογίας Θεοτόκε. Ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες, ὅσοι εἰς ναὸν τοῦτον τὸν ἅγιον ὑπάρχετε &c. Hujus quoque Orationis Autorem credidit *Joannes Sambucus* eſſe *Michaëlem Pſellum*, ideóque etiam ibi in principio adſcripſit, Ψελλε.

Nonò, & quidem à fol. 104 pag. 1, uſque ad fol. 108 pag. 1, *Oratio in Transfigurationem Christi*; cujus titulus & principium: Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν. Ὦ φιλόχριςον ἄθροισμα καὶ φιλόθεον σύςημα, δεῦτε πανηγυρίζωμεν σήμερον &c. Hanc quoque Orationem *Joannes Sambucus* credidit eſſe *Michaëlis Pſelli*.

Decimò, & quidem à fol. 109 pag. 1, uſque ad folium 120 ſive ultimum, *Oratio in Nativitatem Chriſti*; cujus titulus & principium: Εἰς τὴν γέννησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ. Σήμερον, ἀγαθοὶ Χριςιανοὶ καὶ φιλέορτοι, τὴν ἀδιήγητον καὶ φρικτὴν γέννησιν τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ ἑορτάζομεν, &c. Hujus quoque Orationis Autorem credidit *Joannes Sambucus* eſſe *Michaëlem Pſellum*, ideóque etiam ibi in principio adſcripſit Ψελλοῦ.

CCXCIV.

DUCENTESIMUS NONAGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum ſeptuaginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continetur eo PSALTERIUM, à Pſalmo *primo* uſque ad Pſalmum *quinquageſimum* incluſivè, cum brevi quadam *Expoſitione ſingulis verſibus ſubjunctâ*, quæ ab *Antonio Carafâ* è Græcâ in Latinam linguam primùm converſa, & Patavii anno 1564 typis M. Antonii Gallaſſii in quarto edita eſt; non tamen ex hoc Codice manuſcripto *Cæſareo*, quippe quo nec ille, nec R. P. *Corderius* in contexendâ Patrum Græcorum Expoſitione in Pſalmos uſus eſt. Utinam autem præſtantiſſimus hic Codex ad nos perveniſſet integer! Prima enim *decem* & *quatuor* ultima folia *chartacea* loco deperditorum *membranaceorum* foliorum veterum ſubſtituta ſunt ab inepto quodam recenti Græculo, cujus imperitia non ſolùm in principio, ſed & in fine iſtius Codicis apparet ex hoc titulo: Ἀκύλα καὶ Συμμάχε καὶ ἑτέρων Πατέρων Ἐξήγησις εἰς τοὺς ψαλμούς· Hoc eſt: *Aquilæ & Symmachi & aliorum Patrum Expoſitio in Pſalmos*. Falsò enim ac ridiculè *Aquila* & *Symmachus* hîc referuntur inter *Patres Eccleſiæ Chriſtianæ*, cùm certò conſtet eos fuiſſe (1) *Judæos*, nec niſi ex Chriſtianæ Religionis odio Sacram Veteris Teſtamenti Scripturam novis ſuis poſt Septuaginta Interpretum verſionem translationibus græcis de induſtriâ depravâſſe.

(1) Vide *Auberti Miræi* Auctarium de Scriptor. Eccleſiaſt. cap. 9 & 11, *Joannis Morini* Præfationem in Vetus Teſtamentum ſecundùm LXX, & *Joannis Wowerii* Syntagma de Græcâ & Latinâ Sacrorum Bibliorum Interpretatione cap. 11.

CCXCV.

DUCENTESIMUS NONAGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, in principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *centum viginti quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo S. AUGUSTINI *Epiſcopi Hipponenſis Libri quatuor priores de Trinitate, à Maximo Planude, Monacho Conſtantinopolitano, in linguam græcam tranſlati.* Primus eorum incipit nunc ibi ab his capitis *primi* verbis - - - - τὴν κτίσιν, ἣ παντάπασι τρεπτικὴ πέφυκεν, ὑπερβαίνειν πειρῶνται, ὡς πρὸς τὴν ἄτρεπτον οὐσίαν &c; quibus reſpondent hæc S. *Auguſtini* verba latina: *Eſt item aliud hominum genus, eorum, qui univerſam quidem* (1) *creaturam, quæ profectò mutabilis eſt, nituntur tranſcendere, ut ad incommutabilem ſubſtantiam &c.*

CCXCVI.

DUCENTESIMUS NONAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *octoginta*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo NICEPHORI CALLISTI X*anthopuli Synaxaria in præcipua Triodii Feſta, quibus uniuscujuſque eorum indicatur origo, qualitas, & diſpoſitionis ratio.* Ipſa *tituli græci* verba ſunt hæc: Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου Συναξάρια εἰς τὰς ἐπισήμους τοῦ Τριῳδίου ἑορτὰς, μίαν ἑκάστην αὐτῶν αἰτιολογοῦντα, &c. Plura de *Triodio Græcorum*, & de his *Nicephori Calliſti Xanthopuli Synaxariis*, vide apud doctiſſimum *Leonem Allatium* in Diſſertatione primâ de *Libris Eccleſiaſticis Græcorum*, à pag. 69, uſque ad pag. 77, & in Diſſertatione ſecundâ à pag. 113 uſque ad pag. 228.

CCXCVII.

DUCENTESIMUS NONAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis triginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus Conſtantinopoli. Continetur eo *Catena* ſive *Commentarius in* PSALTERIUM, ex variorum Sanctorum Patrum aliorúmque Scriptorum Eccleſiaſticorum Græcorum Operibus collectus, in cujus fine legitur, eum exaratum eſſe *Conſtantinopoli* manu Εὐσταθίου κληρικοῦ τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, hoc eſt; *Euſtathii*, (2) *Clerici Magnæ Eccleſiæ* ſive *Templi S. Sophiæ.* Hoc Codice R. P. *Balthaſar Corderius* ad contexendam Patrum Græcorum Expoſitionem in Pſalmos olim uſus eſt.

DUCEN-

(1) Hinc incipiunt græca illa - - - - τὴν κτίσιν, ἣ &c. Vide Operum S. *Auguſtini* editionem Antverp. Plantin. Tom. III. pag. - - (2) Vide *Joan. Meurſii* Gloſſarium Græco-barbarum in explicatione vocum Κλῆρος & Κληρικοί.

CCXCVIII.

DUCENTESIMUS NONAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis novendecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo *PSALTERIUM* à Pſalmi 35 verſ. 3 uſque ad finem Pſalmi 149, unà cum *ANONYMI* cujuſdam Autoris *Commentario marginali*. Deeſt deinde folium unum, quod Pſalmum 150 & principium *Cantici Moyſis in Exodo* continuit uſque ad verſum ſextum incluſivè. Ultimis autem *quatuor* foliis continetur ejuſdem Cantici reſidua pars à verſu 7 Καὶ τῷ πλήθει τῆς δόξης σου συνέτριψας τοὺς ὑπεναντίους uſque ad finem; ut & *Cantici Moyſis in Deuteronomio* pars prior uſque ad verſûs *decimi quinti* verba, Ἐλιπάνθη, ἐπαχύνθη, ἐπλατύνθη, καὶ ἐγκατέλιπε Θεὸν τὸν ποιήσαντα, itidem cum *Commentario marginali*. Hoc Codice MSto Cæſareo R. P. *Balthaſar Corderius* S. J. ad contexendam Patrum Græcorum Expoſitionem in Pſalmos olim uſus eſt.

CCXCIX.

DUCENTESIMUS NONAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *quarto*, ſcriptus anno Mundi ſecundum ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ 6742, hoc eſt, anno Chriſti 1234. Pertinuit autem is olim ad (1) *Joannem Sambucum*, & nunc valdè ruinoſus, ac tàm in principio, quàm in fine mutilus, conſtat *ducentis ſeptuaginta novem* foliis. Continetur eo *Catena* ſive *Commentarius in PSALTERIUM* à Pſalmo quinto uſque ad ultimum, & porrò in *Cantica ſacra Moyſis*, *Hannæ* Matris Samuelis, *Habacuc* Prophetæ, *Eſaiæ* Prophetæ, *Trium Puerorum* apud Prophetam Danielem, & *Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, collectus ex Operibus variorum Sanctorum Patrum aliorúmque Scriptorum Eccleſiaſticorum Græcorum; nempe (2) *Apollinaris Epiſcopi Laodiceni*, *Aquilæ Pontici*, *S. Athanaſii*, *S. Baſilii Magni*, *S. Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini*, *Didymi Alexandrini*, *Diodori Epiſcopi Tarſenſis*, *Euſebii*, *Eudoxii*, *S. Gregorii Nazianzeni*, *S. Gregorii Nyſſeni*, *Heſychii*, *S. Joannis Chryſoſtomi*, *Maximi*, *Nicolai*, *Olympiodori*, *Origenis*, *Severi Epiſcopi Antiocheni*, *Symmachi*, *Theodoreti Epiſcopi Cyrenſis*, *Theodotionis*, *Victoris Antiocheni*, & fortè etiam nonullorum aliorum, quorum nomina in tranſcurſu à me non obſervata ſunt. Minimè porrò dubium eſt, quin *Expoſitio Patrum Græcorum in Pſalmos*, à R. P. *Corderio* edita, etiam hujus Codicis, utpote ab illo non viſi, beneficio illuſtrari poſſit & augeri. Cæterùm quod ad *Autorem*, à quo ſuprà memoratus *Commentarius* collectus & contextus eſt, attinet, ſilentio haud prætereundum videtur, eum à *Joanne Sambuco* creditum eſſe *Nicetam Heracleenſem*; ut etiam nunc ibidem propriâ ipſius *Sambuci* manu annotatum cernitur.

(1) Notabile eſt, quod *Joannes Sambucus* ibidem propriâ manu teſtatur, ſe hunc Codicem emiſſe *Brundusii* A. C. 1563. (2) Notandum eſt, Autores illos hîc non recenſeri ordine *chronologico* ſive reſpectu temporis, quo claruerunt, ſed tantùm ordine *alphabetico* ſecundùm eorum nomina.

CCC.

TRECENTESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *octavo*, conſtátque foliis *trecentis quinquaginta octo*, & ad *Andream* (1) *Contrarium*, cujus Inſignia gentilitia primo ejus folio depicta ſunt, olim pertinuit. Continetur eo *Novum Teſtamentum* cum recenſione *Argumenti* & *Capitum* cujuſque Libri & cum Indice omnium *Lectionum* ſacrarum totius anni. In principiis *quatuor Evangeliorum* extant *Imagines ſingulorum Evangeliſtarum*, more antiquo in ſuperficie aureâ coloribus aquâ gummitâ temperatis ſatis eleganter pictæ; eodémque modo ibidem etiam *Imagines SS. Apoſtolorum Petri & Pauli Actis Apoſtolorum*, & quidem folii 182 pag. 2, conjunctim præfixæ ſunt, quæ cum conſideratu digniſſimæ ſint, è regione hîc exhibentur. Nam S. PAULUS non ſtat, ut primo intuitu videtur, à dextrâ S. PETRI, quaſi loco honoratiori, ſed re verâ tantùm ſtat *è regione* S. PETRI, velut *auſcultans*, & modeſtiæ ac reverentiæ causâ *dextrum brachium* (2) *pallio cohibens*, cum contrà S. PETRUS loco ſtet ſuperiori, & *Primatûs* indicandi causâ, tanquàm *benedicens*. Eodem modo interpretanda etiam ſunt tria illa *Sigilla plumbea*, è regione hîc poſita, Summorum Pontificum *Nicolai V*, *Leonis X*, & *Urbani VIII*. *Capitibusq̃ SS. Apoſtolorum* PETRI & PAULI inſignita, utpote ubi itidem locus *ſiniſter* loco *dextro* dignior eſt, atque honoratior. Plura, ſi placet, vide Lib. IV. *Commentar. Lambecian.* pag. 318, 319, 320.

CCCI.

TRECENTESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque *centum ſeptendecim* foliis, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo ANONYMI cujuſdam Autoris *Epitome Expoſitionis* variorum *Sanctorum Patrum*, aliorúmque *veterum Scriptorum Eccleſiaſticorum* in *Evangelia* ſecundùm S. *Matthæum*, S. *Lucam* & S. *Joannem*. Principium Interpretationis Evangelii S. *Matthæi* deeſt; Interpretatio autem Evangelii S. *Lucæ* hanc habet inſcriptionem: Ἐπιτομὴ ἑρμηνειῶν τοῦ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγελίου διαφόρων Πατέρων. Similiter etiam Interpretatio Evangelii S. *Joannis* inſcribitur: Ἐπιτομὴ ἑρμηνειῶν τοῦ κατὰ Ἰωάννην. Cæterùm quod ad *Autores antiquos* in margine ibi annotatos, ex quorum Operibus *Epitome* iſta collecta eſt, attinet, ii ordine alphabetico ſunt hi: *Apollinaris* Epiſcopus Laodicenus, S. *Archelaus* Caſcharæ in Meſopotamiâ Epiſcopus, *Sanctus Athanaſius* Archiepiſcopus Alexandrinus, S. *Baſilius* Magnus, S. *Cyrillus* Archiepiſcopus Alexandrinus, *Euſebius*, *Sanctus Gregorius* Nazianzenus, *Sanctus Gregorius Nyſſenus*, *S. Joannes* Chryſoſtomus, *Iſidorus* Peluſiota, *Origenes*, *Severus* Epiſcopus Antiochenus, *Titus* Epiſcopus Boſtrenſis, & *Victor* Presbyter Antiochenus; quibus inſuper addendus eſt *Anonymus* ille, cujus locis ibidem in margine adſcriptum eſt δὲ Ἀνεπιγράφου.

TRE-

(1) Ita quidem hoc cognomen ibi ſcriptum eſt; in altero autem quodam *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Codice MSto, inter *Ambraſianos* Codices *trecenteſimo ſexto*, quo continentur omnes Illuſtres *Familiæ Venetæ* ordine alphabetico, unà cum inſignibus gentilitiis coloratis, cuique Familiæ adpictis, vocatur Familia iſta, ex quâ *Andreas* ille fuit oriundus, non *Contraria*, ſed *Comeraria*. (2) Vide Viri CL. *Octavii Ferrarii*, de Re Veſtiariâ Part. II. lib. 4. cap. 5.

Digitized by Google

Iconiſmus hic pertinet ad Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis Codicem MStum Theologicum Græcum, Num. CCC. pag. 404. (*)



NAPOLI





[illegible]or *Iconiſmi*, unâ Tabulâ comprehenſi, quorum tribus prioribus Imagines SS. Evangeliſtarum, MATTHÆI, MARCI & LUCÆ, quartô autem ſive ultimô Imagines SS. Apoſtolorum PETRI & PAULI repræſentantur.

Tabula hæc pertinet ad Codicem Manuſcriptum Theologicum Græcum *trecenteſimum Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis*, pag. 404. (**)



Tres *Iconiſmi* unâ *Tabulâ* comprehenſi, quibus repræſentantur tria *Sigilla plumbea Summorum* Pontificum Nicolai V, Leonis X, & Urbani VIII.

NAPOLI

CCCII.

TRECENTESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis ſexaginta octo*, & ad (1) *Arſenium Archiepiſcopum* (2) *Monembaſiæ* olim pertinuit; ut ipſe in principio ejus teſtatur hâc propriæ manûs inſcriptione: Αὕτη ἡ θεία βίβλος κτῆμά ἐστιν Ἀρσενίου τοῦ Μονεμβασίας. Poſteà autem per quas neſcio ambages pervenit idem ille præſtantiſſimus Codex in poteſtatem *Joannis Sambuci*, à quo anno 1564 in Italiâ emptus eſt. Mortuo dein *Sambuco*, incidit in manus *Sebaſtiani Tengnagelii*, & per eum tandem tranſiit in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream*. Continetur eo præcipuè *Novi Teſtamenti* elegantiſſimè ſcripti Pars poſterior ab *Actis Apoſtolorum* incluſivè uſque ad *Apocalypſin*. Quamvis igitur hæc *Novi Teſtamenti* Pars, unà cum ANONYMI cujuſdam antiqui Autoris *Commentario marginali*, hactenùs inedito, in egregio illo Codice MSto Cæſareo, de quo in præſens ex profeſſo agitur, præcipuum locum obtineat, extant tamen in eodem partim *Proœmii*, partim *Appendicis* loco, etiam alia nonnulla memoratu digniſſima, quorum ea, quæ à fol. 2, uſque ad fol. 17 *Proœmii* loco extant, ſunt hæc:

Primò, INDEX omnium Lectionum ex *Actis Apoſtolorum* & *Epiſtolis*, quæ ſecundùm conſuetudinem Eccleſiæ *Conſtantinopolitanæ* in *Sabbatis*, *diebus Dominicis* & *Feſtis Sanctorum* quotannis ſolent recitari. Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: Συναξάριον περιέχον τὰ Ἀναγνώσματα τῶν τε Πράξεων καὶ τῶν Ἐπιστολῶν, τὰ ἀναγινωσκόμενα ἔν τε Σάββασι καὶ Κυριακαῖς καὶ λοιπαῖς ἑορταῖς τῶν Ἁγίων. Notabile autem eſt *Feſta Sanctorum* in hoc Codice MSto, æquè ac ſuprà in hoc Codice *centeſimo octogeſimo octavo* recenſeri ſecundùm ordinem *duodecim menſium*, ita ut reſpectu *Indictionis* primus eorum ſit *September*, ultimus autem *Auguſtus*.

Secundò, *Hebraicorum aliorumque peregrinorum Nominum*, quæ in *Actis Apoſtolorum* occurrunt, INTERPRETATIO ordine alphabetico. Ipſa Tituli græci verba unà cum principio ipſius Interpretationis ſunt hæc: Ἑρμηνεία ἑβραϊκῶν ὀνομάτων τῶν ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἐμφερομένων, κατὰ στοιχεῖον ἡρμηνευμένων. Ἀλφαῖος, μάθησις· Ἀκελδαμὰ, χωρίον αἵματος. &c.

Tertiò, Ἑρμηνεία τῶν προφητικῶν ὀνομάτων ſive INTERPRETATIO *Propheticorum nominum*, cujus principium: Ὠσηὲ, σκιάζων· Ἀμὼς, σκληρός. &c.

Quartò, DOROTHEI cujuſdam, qui vulgò (3) *Epiſcopus Tyri* appellatur, & (4) cum S. *Dorotheo presbytero*, qui ſub *Imp. Diocletiano* multa paſſus, & uſque ad *Imp. Juliani Apoſtatæ* tempora ſuperſtes, ſub eo annum agens ſeptimum ſupra centeſimum, vene-

(1) De ſcriptis hujus *Arſenii* vide *Joan. Jac. Friſii* Bibliothecam Univerſalem literà A; ut & Librum *primum* Lambecian. Comment. de Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ pag. 150; ubi fit mentio *Explicationis* ejuſdem *Arſenii in novem Comœdias Ariſtophanis* (2) *Monembaſia* ſive *Monobaſia Peloponneſi* Urbs eſt Archiepiſcopalis in *Laconiâ*, triginta millibus paſſuum ſupra *Maleam* promontorium Septentrionem verſus, olim dicta *Epidaurus* cognomine *Limera*, nunc autem *Malvaſia*. (3) Vide *Joan. Jac. Friſii* Biblioth. Univerſalem lit. D; Card. *Bellarmini* librum de Script. Eccleſiaſticis; Card. *Baronii* Annal. Eccleſ. Tom. I. an. 33. Tom. II. an. 283. Tom. IV. an. 363. & ejuſdem Notas ad Martyrol. Rom. d. 5. Junii; R.P. *Anton. Poſſevini* Apparat. Sacr. lit. D; R. P. *Phil. Labbæi* Tom. I. de Script. Eccleſiaſticis; *Aub. Miræi* Auctar. de Script. Eccleſiaſt. cap. 22; *Caſp. Barthii* Adverſar. lib. 43, cap. 14. & *Ger. Joan. Voſſii* de Hiſt. Græc. lib. 2. c. 18. (4) Vid. Martyrolog. Rom. d. 5. Junii. Errant autem *Card. Baronius*, *Aub. Miræus* & complures alii recentiores Autores, dum hunc *S. Dorotheum*, qui ſub *Imp. Juliano Apoſtatâ* martyrium conſummavit, perperàm confundunt cum *Dorotheo, Imp. Diocletiani familiariſſimo Eunucho*, & poſteà *Presbytero Antiocheno*, cujus *Euſebius Pamphili* Hiſt. Eccleſ. lib. 7. cap. 32. vel ſecundùm verſionem latinam, 26, tanquam *jam defuncti*, meminit.

randam ſenectam martyrio honeſtavit, perperàm confunditur, *Libellus de duodecim Chriſti Apoſtolis & aliis ſeptuaginta diſcipulis*, primùm quidem *Romæ Romanâ linguâ* ſcriptus, poſteà autem ab anonymo quodam Interprete *Græco* abbreviatus & *græcè* editus, uti non ſolùm in (1) *Menologio Græcorum* d. 14. Aprilis, verùm etiam in ipſo hoc *Codice MSto Cæſareo* expreſsè traditur. *Titulus* iſtius Opuſculi eſt ibi talis: Δωροθέου Ἀρχιεπισκόπου Τύρου, ἀρχαίου ἀνδρὸς πνευματοφόρου καὶ μάρτυρος, γεγονότος ἐν τοῖς χρόνοις Λικιννίου καὶ Κωνσταντίνου τῶν βασιλέων, Σύγγραμμα εἰς τοὺς ιβ' Ἀποστόλους καὶ εἰς τοὺς ἑβδομήκοντα. Sequitur deinde *Proœmium de Vitâ & ſcriptis Dorothei*, cujus principium: Οὗτος ὁ λεχθεὶς ἀοίδιμος ἀνὴρ συγγράμματα διάφορα καταλέλοιπεν ῥωμαϊκά τε καὶ ἑλληνικά· &c. Extat quidem hoc *Proœmium* poſt *Sulpicii Severi* Hiſtoriam Sacram unà cum *Dorothei* Synopſi de Vitâ Prophetarum & Apoſtolorum à *Jacobo Fabro* Doctore Theologo Sorbonico Pariſiis A. 1560 in 12mo editam, ut & in *Magnâ Bibliothecâ veterum Patrum* Pariſiis A. 1654 in fol. editâ, Tomi ſeptimi columnâ 91, ſed *græcum* hoc exemplar manuſcriptum à latinis illis editionibus impreſſis non mediocriter in fine diſcrepat, &, quæ de *Vitis Prophetarum* ibi leguntur, ea hîc omninò omiſſa ſunt. Finito *Proœmio* ſequitur novus *titulus* miniatus, quo notabile aliquod teſtimonium de approbatione ejuſdem Opuſculi per *Joannem Pontificem Romanum* (2) continetur. Hinc porrò ſequitur ipſa *Narratio de duodecim Apoſtolis*, quæ à latinis editionibus hactenùs impreſſis adeò diſcrepat, ut ad differentiam illam plenè indicandam integrâ prorsùs novâ editione opus ſit.

Quintò, Fragmentum hiſtoricum *de ſanctorum duodecim Apoſtolorum Beatiſſimæque Dei Genitricis Baptiſmate, & de Genealogiâ Chriſti*, ex S. (3) *Sophronii* Patriarchæ Hieroſolymitani, *Hypomnematibus* ſive *Commentariis* deſumptum, quod integrum exhibuit CL. Lambecius Lib. III. Comment. ſuorum pag. 53 & 54. quem adi.

Sextò, ANONYMI cujuſdam Commentariolus de diverſis vocabuli Ἀνάστασις ſive *Reſurrectio* ſignificationibus in Sacris Bibliis. Titulus ejus unà cum principio eſt talis: Ὁσαχῶς ἡ ἀνάστασις· Τῷ τῆς ἀναστάσεως ὀνόματι κέχρηται ἡ Γραφὴ κατὰ πλείους τρόπους. Ἀνέστη βασιλεὺς ἕτερος, ὃς οὐκ ᾔδει τὸν Ἰωσήφ· &c.

Septimò, ANONYMI cujuſdam Commentariolus de diverſis vocabuli φύσις ſive *Natura* ſignificationibus in Sacris Bibliis. Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: Ἡ φύσις ὁσαχῶς τῇ θείᾳ παρείληπται γραφῇ.

Octavò, Εὐλογία, ἣν εὐλόγησεν ἸΗΣΟΥΣ Ὁ ΤΟΥ ΝΑΥΗ· εὐλογητὸς εἶ κύριε ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, ὃς ἐξαγαγὼν ἄρτον στηρίξαι καρδίαν ἀνθρώπου· ὁ Θεὸς ἡμῶν εὐλογητὸς εἶ εἰς τοὺς αἰῶνας.

Nonò, Annotatio quædam de (4) *Gomer* & *Siclo Hebræorum*; item de (5) *Summo* eorundem *Sacerdote* & de *duodecim Gemmis* in ejuſdem ſacro *Pectorali*, quod Græci Λόγιον ſive *Rationale* nuncupant.

Decimò, ANONYMI cujuſdam Autoris antiqui in *Acta Apoſtolorum* à S. *Lucâ* conſcripta *Proœmium*, cujus principium: Οὗτος μακάριος Λουκᾶς μαθητὴς ἦν Παύλου· διὸ καὶ ἐκείνου τὰς πράξεις μᾶλλον ἐγίνωσκεν τῶν ἄλλων. περὶ οὗ καὶ αὐτὸς ὁ θεσπέσιος Παῦ-

(1) Vide Card. *Baronii* Notas ad ſuprà citatum locum Romani Martyrologii. (2) Videtur hîc intelligendus eſſe *Joannes quartus*, ejus nominis Pontifex Romanus, qui A. C. 640. electus eſt, & A. C. 642. obiit. Plura, ſi placet, vide Lib. III. Commentar. Lambecian. pag. 50, 51, & 52. (3) Floruit is ſub *Imp. Heraclio*, & *Modeſto* ſucceſſit in Patriarchatu Hieroſolymitano A. C. 633, ut demonſtrat Card. *Baronius* Annal. Eccleſ. Tom. VIII. An. 633. num. 9. & deinceps. (4) Vide *Benedicti Ariæ Montani* Antiquitatum Judaicarum librum ſeptimum, qui inſcribitur *Thubal-Cain*, ſive de menſuris ſacris. (5) Vide jam citati *Ariæ Montani* librum ſextum, qui inſcribitur *Aaron*, ſive, de ſacris veſtimentis ornamentiſque.

Iconiſmus hic *S. Prochorum* & *S. Lucam ſuper genua* ſcribentes; exhibens; pertinet ad *trecenteſimum ſecundum* Codicem MStum Theologicum Græcum *Auguſtiſſimæ* Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis, pag. 407.





Παῦλος λέγει· Λουκᾶς μόνος μετ' ἐμοῦ, &c. In medio etiam iſtius paginæ, quâ hoc Procœmium continetur, exſtat pervetuſta & ſatis elegans pictura, quæ in ſuperficie aureâ repræſentat S. LUCAM, *Acta Apoſtolorum ſuper genua in volumine exarantem*, uti ex accuratiſſimo ejus apographo æri inciſo, hîc videre eſt. Nec non ex imagine S. PROCHORI (1) unius ex ſeptem primis Eccleſiæ Diaconis, hîc exhibitâ, quâ is Evangelium S. JOANNIS ex ore dictantis excipit, & *ſuper genua* ſcribit.

Et hactenùs quidem recenſui, quæ ſuprà memorato Codice MSto, inter Codices manuſcriptos Theologicos Græcos *trecenteſimo ſecundo*, ante *Acta Apoſtolorum* tanquam *Prolegomena* contineantur. Sequuntur deinde ipſa *Acta Apoſtolorum* & reliqua *Novi Teſtamenti* pars uſque ad *Apocalypſin*, unà cum *ANONYMI* cujuſdam Autoris *Commentario marginali*, de quo *Joannes Sambucus* propriâ manu ibi annotavit, eum in *Vaticanâ Bibliothecâ Dorotheo* dubitanter attribui his verbis: Δωρoθέυ φαίνεται ταῦτα χόλια. Hoc eſt: *Dorothei videntur eſſe hæc Scholia*. Quâ conjecturâ in medio relictâ, indicandum reſtat, quænam in eodem ſuprà memorato Codice MSto Cæſareo *Apocalypſi S. Joannis* Appendicis loco ſubjungantur. Ea autem ſunt hæc:

Primò, & quidem fol. 354 pag. 2, *Hebraicorum* aliorúmque *peregrinorum Nominum in Apocalypſi S. Joannis* occurrentium interpretatio ordine alphabetico.

Secundò, & quidem fol. 354 pag. 2, Commentariolus de *viginti quatuor Gemmis*, quarum in *Apocalypſi S. Joannis* fit mentio; ut & de illis *Gemmis*, quæ memorantur in *Exodo* & apud Prophetam *Ezechielem*.

Tertiò, & quidem fol. 354 pag. 2, Interpretatio nominum Hebraicorum (2) *Epiſtolæ S. Barnabæ* (3) *Apoſtoli*, quam S. *Hieronymus* cap. 6 de Scriptor. Eccleſiaſticis refert legi inter ſcripturas apocryphas.

Quartò, & quidem fol. 355 pag. 1, (4) *Nomina & Ordo duodecim Menſium* apud diverſas gentes; nempe apud *Romanos*, apud *Græcos antiquos* more communi, apud *Hebræos*, apud *Ægyptios*, apud *Cappadoces*, apud *Athenienſes*, apud *Lacedæmonios*, apud *Bithynos*, apud *Cyprios*, apud *Macedones*, & apud *Græcos Chriſtianos* poſt Imp. Conſtantini Magni tempora.

Quintò, & quidem fol. 355 pag. 2, *Alphabetum Hebraicum*, literis ab hodiernâ ſcribendi ratione valdè diverſis exaratum, & adjunctâ *explicatione græcâ* illuſtratum: item *Nomina Hebraica quatuor Archangelorum* cæterorúmque *Angelorum*, & *quatuor Fluviorum Paradiſi*, cum interpretatione *græcâ*.

Sextò, & quidem fol. 356, 357, 358, *Chronologia Epiſcoporum & Patriarcharum Byzantinorum* ſive *Conſtantinopolitanorum* à S. (5) *Stachy*, quem S. *Andreas* Apoſtolus *primum* ordinavit Byzantii *Epiſcopum*, uſque ad *Nicolaum* cognomine *Myſticum*, qui (6) A. C. 890 electus eſt, & A. 930. obiit; & porrò *continuatio* ejuſdem *Chronologiæ* à jam memorato

(1) Meminit ejus S. LUCAS Actor. Apoſt. cap. 6. (2) Epiſtolam hanc *S. Barnabæ* edidit. V. CL. *Iſaacus Voſſius* græcè cum antiquâ translatione latinâ poſt Epiſtolas Sancti Ignatii Martyris impreſſas Amſtelodami apud Joan. Blaeu A. 1646. in 4to. (3) De S. *Barnabæ Apoſtolatu* vide Card. *Baronii* Annal. Eccleſ. Tom. I. & ejuſdem Notas ad Martyrologii Romani diem undecimum Junii. (4) Beneficio hujus Commentarioli manuſcripti illuſtrari non mediocriter & augeri poſſunt, quæ *de diverſarum gentium Menſibus* ſcripſere *Joannes Lalamantius* in Opuſculo de præcipuarum Gentium Anni ratione & cum Romano collatione, edito apud J. Criſpinum A. 1571. in 8vo, *Joſephus Scaliger* in Opere de Emendatione temporum, & R. P. *Dionyſius Petavius* in Opere de Doctrinâ temporum, quod contra jam memoratum *Scaligeri* Opus edidit. (5) Memoria ejus celebratur in Martyrologio Romano d. 31. Octobris. (6) Secundùm ſupputationem Card. Baronii Annal. Eccleſ. Tom. X. an. 890. num. 15. & an. 930. num. 4. Secutus autem is hâc in re eſt *Chronologiam Epiſcoporum & Patriarcharum Byzantinorum*, quæ extat in *Tomo primo Juris Græco-Romani*, à *Joanne Leunclavio* collecti latinéque redditi, & à *Marquardo Frehero* A. 1596 græcè ac latinè duobus Tomis in folio editi, à pag. 296. uſque ad pag. 304.

morato *Nicolao* uſque ad *Joannem Xiphilinum*, qui (1) A. C. 1066 electus eſt, & A. 1078. obiit. Titulus ejus eſt ibi talis: Ἀναγραφὴ τῶν ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος ἐπισκοπευσάντων ἐν Κωνσταντινουπόλει Ἱεραρχῶν ἤτοι Ἐπισκόπων πρὸ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου, καὶ μετὰ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ Πατριαρχῶν, ἤτοι ἀπὸ (2) Μητροφάνους μέχρι τοῦ (3) Νικολάου. &c. Plura vide Lib. III. *Comment. Lambec.* pag. 56.

Septimò, & quidem fol. 359 pag. 1, CHRONOLOGIA *Summorum Pontificum Romanorum à S. Petro Apoſtolo uſque ad Honorium primum*, qui A. C. 626 electus eſt, & anno 638 obiit. Titulus ejus unà cum principio eſt talis: ὅσοι ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπησαν ἀπὸ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Α', Πέτρος ὁ ἀπόστολος ἔτη β'· Β', Λῖνος ἔτη β'· Γ', Κλῆτος ἔτη ή· Δ', Κλήμης ἔτη θ'· &c.

Octavò, & quidem fol. 359, pag. 2, CHRONOLOGIA *Epiſcoporum & Patriarcharum Alexandrinorum à S. Marco* Apoſtolo uſque ad *Joannem Cyprium* cognomine *Eleemoſynarium*, qui ibi numeratur *quadrageſimus* (4) *quartus*.

Nonò, & quidem fol. 360 pag. 1, CHRONOLOGIA *Epiſcoporum & Patriarcharum Antiochenorum à* S. *Petro Apoſtolo* uſque ad *Anaſtaſium Diaconum Conſtantinopolitanum*, qui ibi numeratur *quinquageſimus* (5) *quintus*.

Decimò, & quidem fol. 360 pag. 2, CHRONOLOGIA *Epiſcoporum & Patriarcharum Hieroſolymitanorum à.* S. *Jacobo* cognominato *Fratre Domini* uſque ad *Zachariam* Presbyterum Conſtantinopolitanum, qui ibi numeratur *quinquageſimus* (6) *tertius*.

Undecimò, & quidem fol. 361 pag. 1, CHRONOLOGIA *Reipublicæ Hebræorum* ab *Adamo* uſque ad Regem *Sedekiam*, qui à Rege Babyloniorum *Nabuchodonoſore* poſt expugnationem Urbis *Hieroſolymitanæ* excæcatus eſt.

Duodecimò, & quidem fol. 361 pag. 2, CHRONOLOGIA *Regum Chaldæorum, Aſſyriorum, Perſarum & Ægyptiorum à Nabuchodonoſore* uſque ad *Cleopatram*.

Decimo tertiò, & quidem fol. 362 & 363, CHRONOLOGIA *Imperatorum Romanorum à C. Julio Cæſare* uſque ad *Baſilium II & Conſtantinum VIII*, Imp. *Romani II*, ſive *Junioris* filios, qui poſt *Joannem Tzimiſcem* veneno extinctum imperare cœperunt A. C. 975 d. 4 Decembris; & *continuatio* ejuſdem Chronologiæ manu aliquanto recentiori uſque ad *Michaëlem Ducam* cognomine *Parapinacium*, qui ſucceſſit in Imperio vitrico ſuo *Romano Diogeni* A. C. 1071 circa Kalendas Octobris.

CCCIII.

TRECENTESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *octavo*, conſtátque *ducentis ſeptuaginta novem* foliis, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *Acta Apoſtolorum & Epiſtolæ* S. *Jacobi*, S. *Petri*, S. *Joannis*, S. *Judæ &* S. *Pauli*, cum *Hypotheſi* ſive *Argumento* cuique Epiſtolæ præfixo, & cum Indice *Lectionum Sacrarum* totius anni ſecundùm menſtruam Eccleſiæ *Conſtantinopolitanæ* conſuetudinem à *Septembri* ad *Auguſtum*.

TRE-

(1) Secundùm jam memoratam *Card. Baronii* ſupputationem Annal. Eccleſ. Tom. XI. an. 1066. num. 16. & an. 1078. num. 15. Vide etiam ibidem an. 1080. num. 69. (2) *Metrophanes* hîc ab Imp. *Conſtantino Magno* factus eſt *primus* Patriarcha Conſtantinopolitanus. (3) *Nicolaus* hic fuit ante Patriarchalem dignitatem in Aulâ Conſtantinopolitanâ *Myſticus*, hoc eſt, ut R. P. *Jacobus Goar*, in Notis ad *Georgii Codini* Caput ſecundum de Officiis Palatii Conſtantinopolitani rectè docet, *Præſes Conſilii ſecretioris* ſive *intimi*. (4) In Chronographiâ *Nicephori* eſt is *quadrageſimus octavus*. (5) In *Nicephori* Chronographiâ eſt is *ſexageſimus primus*. (6) In *Nicephori* Chronographiâ eſt is *ſexageſimus*.

CCCIV.

TRECENTESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtatque nunc foliis *ducentis ſexaginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 228 pag. 2, NICEPHORI BLEMMIDÆ, qui (1) circa annum Chriſti 1272 ſub *Imp. Michaële Palæologo* obiit, *Expoſitio in Pſalterium Davidis & ejus Appendicem, varia Veteris & Novi Teſtamenti Cantica ſacra continentem: Prolegomena* autem, Expoſitioni primi Pſalmi præfixa, inſcribuntur atque incipiunt in hoc Codice his verbis: Σχόλια εἰς τὴν Δαβιτικὴν βίβλον τοῦ μακαριωτάτου ἡμῶν Πατρὸς κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βλεμμίδου. Ψαλτήριον κυρίως ὄργανόν εἶδός ἐστι μουσικοῦ, ναῦλα παρ' Ἑβραίοις ὀνομαζόμενον· &c.

Secundò, & quidem à fol. 229 pag. 1, uſque ad fol. 257 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Chronographia ſynoptica à Creatione Mundi uſque ad ſuam ætatem*, ſive annum Chriſti 1204, quo *Conſtantinopolis à Balduino Comite Flandriæ & Venetis* d. 12. Aprilis capta eſt, & *Imp. Alexius Ducas* cognomine *Murtzuphlus*, cùm duos tantùm menſes & (2) dies ſedecim imperâſſet, metu captivitatis ex Urbe clanculùm aufugit. Titulus hujus *Chronographiæ* unà cum principio eſt talis: Χρονογράφος ἐν συνόψει. Ἰστέον ὅτι ὁ μὲν Ἀδὰμ ἐπέθηκεν ὀνόματα τοῖς πᾶσιν αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς ζώοις &c. Sequitur deinde ibidem *Deploratio expugnationis Urbis Conſtantinopolitanæ per Latinos*, tanquam Appendix præcedentis *Chronici*, hoc modo: Εἰς τὴν ἅλωσιν τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Ἡ μεγαλόπολις ἡ βασίλεια μέγ' ἄρτι βρύχημα, &c.

Tertiò, & quidem fol. 257 pag. 2, & fol. 258 pag. 1, ex HIPPOLYTI THEBANI *Syntagmate Chronologico Fragmentum de Hiſtoriâ Vitæ Chriſti*, cujus titulus & principium: Ἱππολύτου Θηβαίου, ἐκ τοῦ χρονικοῦ αὐτοῦ Συντάγματος. Ἀπὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου μέχρι τῆς τῶν Μάγων παρουσίας ἔτη β'· &c. Vide etiam Librum *tertium* Lambeciani Commentariorum pag. 98 & 99.

Quartò, & quidem fol. 258 pag. 1, ex SOPHRONII *Patriarchæ Hieroſolymitani Oratione encomiaſticâ in S. Joannem Evangeliſtam Excerpta quædam*, quorum titulus & principium: Ἐκ τοῦ πρὸς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Θεολόγον ἐγκωμιαστικοῦ λόγου τοῦ ἁγιωτάτου Σωφρονίου Ἱεροσολύμων. Ὁ Ζεβεδαῖος ἦν πατὴρ τοῦ Θεολόγου &c. Vide etiam Librum *tertium* Lambec. Comment, pag. 100.

Quintò, & quidem fol. 258 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Explicatio nominis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ* MARIAM per hæc verba: Μόνη Ἄυτη Ῥύσεται Ἰσ Ἄπαντας Μισχάλου.

Sextò, & quidem fol. 258 pag. 2, SIBYLLÆ ERYTHRÆÆ *Carmen fatidicum de* CHRISTO *Servatore & de S. Cruce*, deſumptum ex *Imp. Conſtantini Magni Oratione ad Sanctorum Cœtum*, quæ exſtat apud *Euſebium Pamphili* in fine τῆς ἐγκωμιαστικῆς Τετραβίβλου ſive *Librorum quatuor de Vitâ Imp. Conſtantini Magni*. Principium iſtius *Carminis* eſt hoc: Ἱδρώσει γὰρ χθὼν, κρίσεως σημεῖον ὅτ' ἔσται, Ἥξει δ' οὐρανόθεν &c.

 Vide

(1) Vide *Georgii Pachymeris* Hiſtoriam rerum à *Michaële Palæologo* ante Imperium & in Imperio geſtarum, Romæ typis Barberinis A. 1666 græcè & latinè in folio editam, Lib. 5. cap. 2, & ſubjunctam R. P. *Petri Poſſini* S. J. Chronologiam Hiſtoriæ Pachymerianæ pag. 537. (2) Vide *Nicetam Choniatem* pag. 367. edit. græc. lat. Pariſinæ.

Vide *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Syntagma græco-latinum*, Coloniæ Allobrogum ſive Genevæ typis Petri de la Roviere anno 1612 in folio editum, Tom. I. pag. 435 & 436, & *Sibyllina Oracula à Joanne Opſopæo* græcè & latinè Pariſiis anno 1599 in octavo edita, à pag. 434, uſque ad pag. 439.

Septimò, & quidem à fol. 259 pag. 1, uſque ad fol. 265 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Chronologia breviſſima ab Adamo uſque ad Imp. Conſtantinum Magnum*, & *Diagramma ethicum de quatuor Virtutibus primariis*; item *Canones* quidam *Sanctorum Apoſtolorum* cum *Expoſitione Theodori Balſamonis Patriarchæ Antiocheni*, nec non alii nonnulli *Canones Synodales* miſcellanei.

CCCV.

TRECENTESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtatque nunc foliis *trecentis quatuor*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 102 pag. 2, S. ANASTASII SINAITÆ, *Patriarchæ Antiocheni*, (1) *Quæſtiones & Reſponſiones ſacræ triginta ſex*, quarum *prima* principio eſt mutila, *ſecunda* autem hæc eſt: Ἐρώτησις β΄. Τίνες εἰσὶν οἱ ἀληθινοὶ προσκυνηταὶ, οἱ ἐν πνεύματι καὶ ἀληθείᾳ προσκυνοῦντες τῷ Θεῷ; Ἀπόκρισις. Ἐκ διαλέξεως τινὸς ἀνδρὸς ἱεροῦ &c.

Secundò, & quidem à fol. 102 pag. 2, uſque ad fol. 105 pag. 2, THALASSII *Monachi* (2) *Capita aſcetica de ſincerâ Charitate & verâ Continentiâ ad Paulum Presbyterum*; quorum titulus & principium: Θαλασσίου ταπεινοῦ ἀσκητοῦ περὶ εἰλικρινοῦς ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας ἀληθοῦς, καὶ τῆς κατὰ νοῦν πολιτείας πρὸς Παῦλον πρεσβύτερον. Πόθος πρὸς Θεὸν ὁλικῶς τεταμένος &c.

Tertiò, & quidem à fol. 105 pag. 2, uſque ad fol. 124 pag. 2, SYMEONIS, *Abbatis Meſopotamiæ*, *Oratio de continuâ meditatione mortis*, ſive, *Quòd ſemper in animo debemus habere diem exitûs vitæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου καὶ ὁσίου Συμεὼν Μεσοποταμίας περὶ τοῦ ἀεὶ ἐν νῷ ἔχειν τὴν ἡμέραν τῆς ἐξόδου τοῦ βίου. Ἀγνοεῖτε, ἀδελφοί μου, ποῖον φόβον καὶ ἀνάγκην ἔχωμεν ὑποστῆναι ἐν τῇ ὥρᾳ τῆς ἐξόδου ἡμῶν τῆς ἐκ τοῦ βίου τούτου. ὅτ᾽ ἂν γὰρ ἡ ψυχὴ &c. Plura, ſi placet, vide Lib. V. *Commentar. Lambecian.* pag. 93, 94 & 95.

Quartò, & quidem à fol. 108 pag. 1, uſque ad fol. 124 pag. 2, *Apophthegmata & Monita aſcetica varia ex Vitis Patrum*, quorum titulus & principium: Λόγοι ἁγίων Πατέρων γερόντων· (3) Ὁ Ἀββᾶς Μωυσῆς εἶπεν πρὸς τὸν παιδίον Ζαχαρίαν· εἰπέ μοι, τί ποιήσω; &c.

Quintò, & quidem fol. 124 pag. 2, & fol. 125 pag. 1 & 2, S. BASILII MAGNI, *Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi*, *Conſtitutio monaſtica de Cœnobiis Virginum ſanctimonialium*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν καὶ Ἀρχιεπισκόπου Βασιλείου ὑποτύπωσις κοινοβίου, καὶ ὅπως χρὴ τὰς μοναζούσας ὑποτάσσεσθαι τῇ προεστώσῃ. Ἐπεὶ δὲ οὐκ ἀνδρῶν μόνον εἰσὶν αἱ συνοδίαι, ἀλλὰ καὶ παρθένων, &c.

Sextò,

(1) Vide Lib. III. Lambecian. Commentar. pag. 210, & Lib. IV. pag. 219 & 220. (2) Vide ſuprà Cod. CXCII. num. 18. & infrà Cod. CCCXV. num. 21. (3) Vide Vitas Patrum à R. P. Heriberto Roſweydo latinè editas pag. 623.

Sextò, & quidem à fol. 126 pag. 1, uſque ad fol. 193 pag. 2, B. DOROTHEI *Archimandritæ ſeu Abbatis Doctrinæ aſceticæ ſeptem*, quarum (1) *prima De viâ DEI conſideratè & ſobriè currendâ* inſcribitur atque incipit: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Δωροθέου περὶ τοῦ μετὰ σκοποῦ καὶ νήψεως ὁδεύειν τὴν ὁδὸν τοῦ Θεοῦ. Φροντίσωμεν ἑαυτῶν ἀδελφοί, νήψωμεν &c; (2) *ſecunda de Humilitate*: Τοῦ αὐτοῦ περὶ ταπεινοφροσύνης. Εἶπέ τις τῶν γερόντων &c; (3) *tertia de Conſcientiâ*: Τοῦ αὐτοῦ περὶ συνειδήσεως. Ὅτε ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, &c; (4) *quarta de non judicando proximum*: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ μὴ κρίνειν τὸν πλησίον. Εἰ ἐμνημονεύομεν ἀδελφοὶ &c; (5) *quinta de reprehenſione ſui ipſius*: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ ἑαυτὸν μέμφεσθαι. Ζητήσωμεν ἀδελφοὶ &c; (6) *ſexta de renunciatione*: Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἀποταγῆς. Ἐν ἀρχῇ ὅτε ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον &c; (7) *ſeptima de paſſionibus citò præcidendis, priuſquam anima habitum malum contrahat*: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τοῦ σπουδάζειν ταχέως ἐκκόπτειν τὰ πάθη πρὸ τοῦ ἐν ἕξει κακῇ γίνεσθαι τὴν ψυχήν. Θέτε τὸν νοῦν ὑμῶν ἀδελφοὶ &c.

Septimò, & quidem à fol. 193 pag. 2, uſque ad fol. 196 pag. 2, S. ANASTASII SINAITÆ, *Patriarchæ Antiocheni*, *Oratio de Variis Animæ ſalvandæ & Pœnitentiæ agendæ modis*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀναστασίου τοῦ Σιναΐτου περὶ διαφόρων τρόπων σωτηρίας ψυχῆς καὶ μετανοίας. Εἴρηται μὲν ἤδη πρὸ βραχέων, ὅτι γινώσκων ὁ Θεὸς τὸ ἀσθενὲς καὶ εὐόλισθον καὶ ταλαίπωρον τῶν ἀνθρώπων, ὡς ἀγαθὸς καὶ φιλάνθρωπος, πολλοὺς ἡμῖν καὶ διαφόρους σωτηρίας ἐχαρίσατο τρόπους, &c.

Octavò, & quidem à fol. 197, pag. 1, uſque ad fol. 219 pag. 2, MARCI, κατ᾽ ἐξοχὴν ſive per excellentiam cognominati *Aſcetæ* ſive *Exercitatoris ſpiritualis* (8) *Epiſtola ad Nicolaum Aſcetam* ſive *Monachum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Μάρκου ἐπιστολὴ πρὸς Νικόλαον ἀσκητήν. Ἐπειδήπερ πρώην πολύς ἦς φροντίζων τῆς ἑαυτοῦ σωτηρίας, &c.

Nonò, & quidem fol. 220 pag. 1 & 2, S. BASILII MAGNI *Fragmentum Conſtitutionis aſceticæ de Cœnobiis Virginum ſanctimonialium*, cujus principium: Καὶ τὰς διορθώσεις δὲ κατὰ τὸν τῆς ἰατρείας λόγον προσαγέτω ταῖς ἀσθενούσαις ἡ προεστῶσα &c. Vide etiam ſuprà eundem hunc Codicem CCXXXVIII. num. 5.

Decimò, & quidem à fol. 221 pag. 1, uſque ad fol. 235 pag. 1, LUCÆ, *Monachi & Presbyteri*, *Oratio parænetica ad Virgines*, cujus titulus & principium: Λουκᾶ ταπεινοῦ Μοναχοῦ καὶ Πρεσβυτέρου τοῦ ἀδιαλείπτου λόγος παραινετικὸς πρὸς παρθένους. Ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης καὶ Κύριος, ὁ συναΐδιός τε καὶ ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ καὶ τῷ παναγίῳ Πνεύματι, &c.

Undecimò, & quidem fol. 235 pag. 1, PHILOTHEI *Interpretatio ſignificationum circumvolutionis ſyderum*, cujus titulus & principium: Περὶ ἐπισημασιῶν ἐγκυκλίων ἑρμηνεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Φιλοθέου. Ἀλλὰ γὰρ εἰς δόξαν Θεοῦ ἐξηγητέον καὶ τὰς προεπισημασίας τῶν φωστήρων, τάς τε ὀνόματα καὶ καιροὺς ἑκάστου αὐτῶν· ἔστωσαν γάρ, φησιν, εἰς σημεῖα προδηλωτικὰ καὶ ἀερικῶν ἀλλοιώσεων· καθὼς ὁ Θεὸς ὁ κτίσας - - Reliqua omnia ibi deſunt.

 Duode-

(1) Hæc eſt inter *B. Dorothei Doctrinas aſceticas*, Tom. XI. Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſienſis inſertas, *Doctrina decima*. Vide ibi pag. 805. (2) Vide ibid. pag. 760, ubi hæc itidem eſt *Doctrina ſecunda*. (3) Vide ibid. pag. 766, ubi hæc itidem eſt *Doctrina tertia*. (4) Vide ibid. p. 784, ubi hæc eſt *Doctrina ſexta*. (5) Vide ibid. pag. 790; ubi hæc eſt *Doctrina ſeptima*. (6) Vide ibid. p. 748, ubi hæc eſt *Doctrina prima*. Et certè eſt hæc *Doctrina ut verâ prima*, licet in hoc Codice MSto ea ſit *ſexto* loco collocata. Habet enim ea etiam ibi præfixum eundem illum *longum & generalem Titulum*, qui exſtat in jam citatâ edit. impreſſâ. (7) Vide ibid. p. 811. ubi hæc eſt *Doctrina undecima*. (8) Vide ſuprà Codicem CXCII. n. 11.

Duodecimò, & quidem à fol. 236 pag. 1, uſque ad fol. 238 pag. 1, S. GREGORII NAZIANZENI *Carmen invectivum in Virgines ſacras*, quæ habent *Viros contubernales*, quos appellant Ἀγαπητοὺς ſive *Dilectos*, & *in Monachos*, qui habent *Virgines contubernales*, quas vocant Συνεισάκτους, ſive *Cointroductas*. Ipſa tituli græci verba cum principio Carminis ſunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου λόγος εἰς ἀγαπητοὺς καὶ παρθένους, καὶ εἰς μοναχοὺς περὶ τῶν συνεισάκτους ἐχόντων. Ἤδη μοι ἡ πολλὰ καὶ τῇ νόσῳ τὸ σῶμα, τὸν ὀφθαλμὸν δαμάζω ταῖς ἡμεριναῖς μερίμναις &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 238 pag. 1, uſque ad fol. 242 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris (1) *Narratio de ſtatu animarum poſt hanc vitam, & de S. Macario Alexandrino*: cujus titulus & principium: Διήγησις θαυμαστὴ περὶ τῶν ἐντεῦθεν μεθισταμένων ψυχῶν, ἀγαθῶν τε καὶ φαύλων, καὶ πῶς εἰσὶν αἱ ψυχαὶ αὐτῶν; καὶ περὶ τοῦ ὁσίου Μακαρίου τοῦ (2) μεγάλου τοῦ Ἀλεξανδρέως. Τοῦ ἁγίου Μακαρίου τοῦ Ἀλεξανδρέως ὁ μαθητὴς διηγήσατο· ὅτι ποτὲ ὁδευόντων ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ &c. Notandum autem eſt, quod *Joannes Sambucus* propriâ manu ibidem in margine annotavit, autorem iſtius Narrationis eſſe S. *Iſaacum Syrum*, *Abbatem & Anachoretam*, de quo vide ſuprà Codicem CCXXXV. num. 1.

Decimo quartò, & quidem à fol. 242 pag. 1, uſque ad fol. 246 pag. 1, ex ATHANASII MINORIS *ſeu Junioris Quæſtionibus & Reſponſionibus ſacris ad Antiochum Quæſtiones ſex*, quarum *prima de multiplici differentiâ peccati fornicationis* inſcribitur atque incipit hoc modo: ἈΘΑΝΑΣΙΟΥ τοῦ ΨΙΛΟΥ ἑρμηνείαι. Ἐρώτησις. Πόσα κρίματα καὶ πόσα ἁμαρτήματα πορνεία εἰσιν; Πολλὰ καὶ διάφορα. μείζονι γὰρ κρίματι ὑπόκειται &c. Notabile autem eſt, *Athanaſium* illum in hoc Codice MSto *Cæſareo* expreſsè cognominari τὸν ΨΙΛΟ'Ν, hoc eſt, PARVUM; nempe reſpectu S. *Athanaſii MAGNI, Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi*, cui eædem *Quæſtiones* perperàm attribuuntur, ideóque etiam Operum ipſius, græcè & latinè Pariſiis A. 1627 editorum, Tomo ſecundo inſertæ ſunt. Ibi enim jam memorata *prima Quæſtio* eſt *nonageſima ſexta*, pag. 368; *ſecunda* autem eſt *centeſima ſexta*, pag. 373; *tertia* eſt *decima octava*, pag. 354; *quinta* eſt *ſeptuageſima quarta*, pag. 360; *ſexta* denique eſt *ſeptuageſima quinta*, pag. 361.

Decimo quintò, & quidem à fol. 246 pag. 2, uſque ad fol. 253 pag. 1, ex MARCI *Eremitæ Sermonibus catecheticis ad diſcipulos ſuos Excerpta quædam*, quorum titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Μάρκου ἐκ τῶν λόγων αὐτοῦ κατηχητικῶν, ὧν ἐποιεῖτο πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς. Ὠφεληθέντων δὲ πάντων ἐπὶ τῇ ἐπιγνώσει καὶ μετανοίᾳ τοῦ ἀδελφοῦ, ὁ γέρων ἔφη· λέλειπται λοιπὸν ἡμᾶς δεῖξαι ἀπὸ τῆς γραφῆς, ὅτι &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 253 pag. 1, uſque ad fol. 254 pag. 2, ex S. DIADOCHI *Capitibus aſceticis excerpta quædam*, quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν κεφαλαίων Διαδόχου. Ὃν τρόπον μὴ θερμανθεὶς ὁ κηρὸς &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 254 pag. 2, uſque ad fol. 259 pag. 2, ex JOANNIS CARPATHII *Capitibus aſceticis Excerpta quædam*, quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν κεφαλαίων τοῦ ἁγίου Πατρὸς Ἰωάννου ὄρους τοῦ Καρπαθίου. Λαμβάνομεν λόγους ἀγαθοὺς, ἵνα καὶ ἑτέροις μεταδῶμεν αὐτοὺς &c.

Decimo

(1) Vide etiam Lib. IV. Lambecian. Commentar. pag. 200. num. 7. (2) Notabilis locus, ubi S. *Macarius Alexandrinus* cognominatur *Magnus*. Solet enim hoc cognomen aliàs attribui *S. Macario Ægyptio ſeu Scetenſi*. Quâ de re vide plura Lib. IV. Lambec. Comment. pag. [illegible]

Decimo octavo, & quidem à fol. 260 pag. 1, uſque ad fol. 284 pag. 1, S. ISAACI SYRI, *Abbatis & Anachoretæ*, (1) *Sermones aſcetici ſeu*, quorum primus incipit: Ὁ ζῶν κενόφρων ἐν ἀληθείᾳ &c.

Decimo nono, & quidem à fol. 284 pag. 1, uſque ad fol. 292 pag. 2, ex S. BASILII MAGNI *Libro ſeu Tractatu ad Letoium Melitenæ in Cappadociâ Epiſcopum* περὶ τῆς ἐν παρθενίᾳ ἀληθοῦς ἀφθορίας ſive *de verâ Virginitatis integritate Excerpta quædam*, quorum principium: (2) Οὐκ ἂν οὐδὲ τὸν ὀφθαλμὸν πρὸς πᾶσαν ἁπλῶς τὴν τῆς ὀργῆς θεωρίαν ἀναπέτασαι, &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 292 pag. 2, uſque ad fol. 304 pag. 2, *Fragmenta Sermonum quorundam aſceticorum* τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Φιλοθέου, ſive *Sancti Patris noſtri* PHILOTHEI, qui ſuprà in Codice CLXXIX. num. 13 appellatur *Monachus Sinaita*, & idem videtur eſſe atque *Philotheus* ille, (3) qui ferè à pueritiâ vitæ monaſticæ addictus, eruditione & ſanctimoniâ vitæ adeò inclaruit, ut primùm quidem *Præpoſitus ſeu Abbas Monaſterii in monte Atho*, deinde autem *Epiſcopus Heracleæ in Thraciâ*, ac tandem (4) *Patriarcha Conſtantinopolitanus* electus ſit. Vide etiam ſuprà eundem hunc Codicem num. 11, & Codicem CXCII. num. 13 & 14.

CCCVI.

TRECENTESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus & eleganter quidem, ſed minutiſſimè & valdè abbreviatè exaratus, in *quarto*, conſtatque nunc foliis *centum ſeptuaginta*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo *Syntagmatis Opuſculorum miſcellaneorum de variis Hæreſibus & contra varias Hæreſes Tomus primus* hoc ordine:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 2 pag. 2, antiquus INDEX *Græcus* omnium Opuſculorum, quæ continentur Codice hoc CCCVI, ut & proximè ſequenti Codice CCCVII, qui ejuſdem *Syntagmatis Opuſculorum miſcellaneorum de variis Hæreſibus & contra varias Hæreſes* eſt *Tomus ſecundus*. Inſcriptio iſtius Indicis cum principio eſt talis: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῆς παρούσης δέλτου. Α', Πῶς χρὴ δέχεσθαι τοὺς ἀπὸ αἱρέσεων τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ προστρεχομένους. Finis autem: Ο'. Εἰς τὸ κατανυκτικὸν τῆς ψυχῆς κειμήλιον.

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 1, uſque ad fol. 4 pag. 1, *Ordo* EUCHOLOGII *Patriarchalis*, *Quomodo ſuſcipiendi ſint*, *qui ab Hæreſibus variis revertuntur ad Sanctam Dei Eccleſiam*; cujus titulus & principium: Ὅπως χρὴ δέχεσθαι τοὺς ἀπὸ αἱρέσεων τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίᾳ προστρεχομένους. Ἀρειανοὺς μὲν καὶ Μακεδονιανοὺς ἤγουν Πνευματομάχους, καὶ &c. Vide *Euchologium Græcorum*, à R. P. *Jacobo Goar* editum, pag. 883, 884 & 885.

Tertiò, & quidem à fol. 4 pag. 1, uſque ad fol. 7 pag. 2, S. METHODII *Patriarchæ Conſtantinopolitani Conſtitutio de iis*, *qui diverſo modo & diverſâ ætate poſt abnegationem coactam vel voluntariam ad Fidem Chriſtianam revertuntur*. Ipſa tituli græci verba cum principio Conſtitutionis ſunt hæc: ΜΕΘΟΔΙΟΥ τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου διάταξις

 περὶ

(1) Vide ſuprà Codicem CLXXIII. num. 1. (2) Vide Operum S. *Baſilii Magni* editionem græco-latinam Pariſ. Tom. I. pag. 710, atque Lib. III. Lambec. Comment. pag. 133 & 136. (3) Vide *Joannis Cantacuzeni Hiſtoriam Byzantinam* Lib. 4. cap. 16. (4) Vide Lib. IV. Lambec. Comment. pag. 60.

περὶ τὴν διαφορωτέραν καὶ ἡλικίαν ἐπιστρεφόντων. Εἰ μὲν παιδίον ἀπωλήφθη ἢ ἠγνόησε, &c. Vide ſuprà citatum *Euchologium Græcorum* pag. 876.

Quartò, & quidem fol. 7 pag. 2, & fol. 8 pag. 1, *Oratio ad faciendum ex Ethnico Catechumenum*: cujus titulus & principium: Εὐχὴ εἰς τὸ ποιῆσαι ἐθνικὸν κατηχούμενον. Ποιῶν αὐτὸν κλῖναι τὸ γόνυ πρὸ τῶν πυλῶν, &c. Vide ſuprà citatum *Euchologium Græcorum* pag. 346.

Quintò, & quidem à fol. 8 pag. 1, uſque ad fol. 10 pag. 2, *Ordo recipiendi eos, qui ex Hebræis ad Chriſtianam Fidem accedunt*: cujus titulus & principium: Πῶς δεῖ δέχεσθαι τοὺς ἐξ Ἑβραίων τῇ τῶν Χριστιανῶν πίστει προσερχομένους. (1) Ἐξαγορεύειν αὐτὸν χρὴ πρότερον καὶ θριαμβεύειν πᾶν νόημα ἑβραϊκὸν καὶ ἔθος καὶ ἐπιτήδευμα, κἀντεῦθεν δεικνύειν, &c. Vide ſuprà citatum *Euchologium Græcorum* pag. 344; ſed ibi editio illa impreſſa Pariſina valdè diſcrepat ab hoc exemplari manuſcripto *Cæſareo*, quippe quod multo eſt auctius, ut per collationem primo patebit intuitu. Cæterùm vehementer dolendum eſt, in eodem Codice MSto *Cæſareo* inter folia illa, quæ nunc ſunt *decimum* & *undecimum*, deeſſe integra aliquot alia folia, quæ, ut ex ſuprà memorato antiquo *Indice Græco* apparet, continuerunt *Commonitionem de Hebræis non citò ac temerè baptizandis, priuſquam accuratè & ſolidè probati ſint*. Hujus enim Opuſculi ſola nunc ſupereſt Inſcriptio, quæ in *Indice* exſtat his verbis: Λόγος διαλαμβάνων, ὅτι οὐ χρὴ ταχέως ἐπιθεῖναι χεῖρας βαπτίζουσαν ἐν Ἑβραίοις, εἰ μή τις ἀκριβῶς τούτους προτέρον δοκιμάσῃ.

Sextò, & quidem à fol. 11 pag. 1, uſque ad fol. 19 pag. 1, *Ordo ſervandus circa eos, qui à Manichæis & Paulicianis ad puram & veram Fidem Chriſtianam revertuntur*. Etſi autem Ordo iſte in principio ibi ſit mutilus, Inſcriptio tamen ejus in ſuprà memorato antiquo *Indice* etiam nunc exſtat, & eſt talis: Τάξις γινομένη ἐπὶ τοῖς ἀπὸ Μανιχαίων καὶ Παυλικιανῶν ἐπιστρέφουσι πρὸς τὴν καθαρὰν καὶ ἀληθῆ πίστιν ἡμῶν τῶν Χριστιανῶν. Vide ſuprà citatum *Euchologium Græcorum* pag. 885, 886, 890 & 891; ſed manuſcriptum hoc exemplar *Cæſareum* eſt duplo auctius, & præclara ac ſingularia multa ad Hiſtoriam *Manichaiſmi* pertinentia continet, quæ in editione impreſſâ Pariſinâ omninò deſiderantur. Cujuſmodi inter alia varia eſt anathematizatio præcipuorum quinque (2) *Librorum Manichaicorum*, nempe *Libri Epiſtolarum Manetis*, *Evangelii vivi*, *Theſauri vitæ*, *Libri Myſteriorum*, *Heptalogi*, cujus autor *Agapius*, & *Libri Sapientiæ*, compoſiti ab *Ariſtocrito*. Notandum porrò eſt, etiam *Petri Siculi Hiſtoriam Hæreſeos Manichæorum*, à R. P. *Matthæo Radero* S. J. Ingolſtadii typis Adami Sartorii A. 1604 græcè & latinè in quarto editam, beneficio præſtantiſſimi hujus Codicis manuſcripti *Cæſarei* plurimùm poſſe emendari, illuſtrari & augeri.

Septimò, & quidem fol. 19 pag. 1, uſque ad fol. 21 pag. 1, *Deſcriptio hæreſeos Melchiſedecitarum, Theodotianorum & Athinganorum, ſimul & Ordo eoſdem ſuſcipiendi, ſi revertantur ad S. Eccleſiam Catholicam*. Ipſa tituli græci verba cum principio Narrationis ſunt hæc: Περὶ Μελχισεδεκιτῶν, καὶ Θεοδοτιανῶν, καὶ Ἀθιγγάνων. Ἐκ τεσσάρων κακῶν εἰς ἓν συνελθόντων ἡ αἵρεσις αὕτη συνέστηκεν, &c.

Οὗτοι,

(1) In editione Pariſinâ impreſſâ legitur hoc modo: Ἐξαγορεύειν αὐτὸν χρὴ καὶ θριαμβεύειν πᾶν ἔθος ἑβραϊκὸν κἀντεῦθεν [illegible], &c. (2) De his aliiſque *Manichæorum impiis Libris* vide plura apud *Timotheum* Presbyterum & Sceuophylacem Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ in Libro de differentiâ hæreticorum, ad orthodoxam Eccleſiam revertentium, qui extat infrà in eodem hoc Codice MSto num. 18; & Auctarii Magnæ Bibliothecæ Vet. Patrum græc. lat. Pariſ. Tom. II. colum. 449. & 453; item apud *Petrum Siculum* in Hiſtoriâ hæreſeos *Manichæorum*.

Octavò, & quidem à fol. 21 pag. 1, uſque ad fol. 23 pag. 1, *Deſcriptio hæreſeos Paulicianorum & Manichæorum*: cujus titulus & principium: Περὶ Παυλικιανῶν καὶ Μανιχαίων. Παυλικιανοὶ καὶ Μανιχαῖοι μετωνομάσθησαν ἀντὶ Μανιχαίων Παυλικιανοὶ ἀπὸ Παύλου τινὸς Σαμοσατέως, &c.

Nonò, & quidem à fol. 23 pag. 1, uſque ad fol. 24 pag. 2, *Anathematiſmus hæreſeos Jacobitarum & Chatzitzariorum*, cujus titulus & principium: Ὁ Ἀναθεματισμὸς τῶν Ἰακωβιτῶν. Ὁ ἀπὸ τῆς βδελυρᾶς τῶν Ἰακωβιτῶν καὶ Χατζιτζαρίων αἱρέσεως τῇ ἀμωμήτῳ τῶν ὀρθοδόξων χριστιανῶν ὁλοψύχως προσερχόμενος πίστει, ἀναθέματι καθυποβάλλω πάντα τὰ ὑποτεταγμένα. &c.

Decimò, & quidem à fol. 24 pag. 2, uſque ad fol. 27 pag. 1, *Ordo ſuſcipiendi eos, qui à Saraceniſmo accedunt orthodoxæ Fidei Chriſtianæ*; ſimul & *Anathematiſmus Saraceniſmi*, cui *Synopſis hiſtorica totius Muchamediſmi* inſerta eſt. Ipſa tituli græci verba cum principio *Ordinis* ſunt hæc: Τάξις γινομένη ἐπὶ τοῖς ἀπὸ Σαρακηνῶν ἐπιστρέφουσι πρὸς τὴν καθαρὰν καὶ ἀληθῆ πίστιν τῶν Χριστιανῶν. Προηγουμένως μὲν ὁ προσιὼν τῇ ὀρθῇ πίστει, νηστεύει ἐπὶ ἑβδομάδας δύο, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 27 pag. 1, uſque ad fol. 32 pag. 1, *Deſcriptio hæreſeos Armeniorum*, unà cum *Ordine ſuſcipiendi converſos* & *Anathematiſmo*. Ipſa tituli græci verba cum principio *Deſcriptionis* ſunt hæc: Περὶ τῶν Ἀρμενίων. Αἱ τούτων αἱρέσεις πολλαί εἰσιν· οὐ γὰρ μόνον ἑλληνίζουσιν, &c.

Duodecimò, & quidem fol. 32 pag. 1 & 2, *Deſcriptio hæreſeos Jacobitarum*, cujus titulus & principium: Ἡ δὲ αἵρεσις τῶν Ἰακωβιτῶν ἔχει οὕτως. Ὁ Ἰάκωβος, ἀφ' οὗ καὶ οὗτοι καλοῦνται, μοναχός τις γέγονε Σύρος &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 32 pag. 2, uſque ad fol. 35 pag. 2, *Ordo ſuſcipiendi converſos à blaſphemâ & multiformi hæreſi Maſſalianorum*, qui aliàs etiam appellantur *Phundaitæ*, *Bogomili*, *Euchitæ*, *Enthuſiaſtæ*, *Encratitæ* & *Marcioniſtæ*. Ipſa tituli græci verba cum principio *Ordinis* ſunt hæc: Περὶ τῆς βλασφήμου καὶ πολυειδοῦς αἱρέσεως τῶν ἀθέων Μασσαλιανῶν, τῶν καὶ Φουνδαϊτῶν καὶ Βογομίλων καλουμένων, καὶ Εὐχιτῶν, καὶ Ἐνθουσιαστῶν, καὶ Ἐγκρατιτῶν, καὶ Μαρκιωνιστῶν. Τοὺς ἀπὸ τῆς μυσαρᾶς αἱρέσεως &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 35 pag. 2, uſque ad fol. 37 pag. 1, ex EUTHYMII *Monachi* τῆς περιβλέπτου μονῆς *Epiſtolâ ſtelitenticâ*, ſive *invectivâ* Excerptum contra eandem ſuprà memoratam *Maſſalianorum* hæreſin.

Decimo quintò, & quidem à fol. 37 pag. 2, uſque ad fol. 38 pag. 2, Recenſio variorum errorum ejuſdem ſuprà memoratæ hæreſeos *Marcioniſtarum* ſive *Maſſalianorum*, qui aliàs etiam vocantur *Lampetiani*.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 38 pag. 2, uſque ad fol. 40 pag. 1, *Capita falſorum dogmatum hæreſeos Maſſalianorum*, quorum titulus & principium: Κεφάλαια τῆς αὐτῆς τῶν Μασσαλιανῶν αἱρέσεως καὶ δόγματος. Λέγουσι ὅτι συνοικεῖ τῷ ἀνθρώπῳ ἐνυποστάτως ὁ σατανᾶς. &c.

Decimo ſeptimò, & quidem fol. 40 pag. 2, & fol. 41 pag. 1, *Synodi Conſtantinopolitanæ* Πενθέκτης ſive *Quiniſextæ* (1) *ſub Imp. Juſtiniano II, ſive Rhinotmeto in Trullo* ſeu *Trullâ Palatii*

(1) Concilium hoc *Trullanum* à pleriſque Chronologis & Hiſtoricis refertur ad annum Chriſti 692, à R. autem P. Dionyſio Petavio S. J. ad annum 707.

Palatii habitæ, Canon (1) *nonageſimus quintus de ordine ſuſcipiendi hæreticos ad orthodoxam Fidem revertentes;* cujus titulus & principium: Ἐκ τῶν κανόνων τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθόντων ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ Παλατίου ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου Βασιλέως περὶ τῶν προστιθεμένων τῇ ὀρθοδοξίᾳ καὶ τῇ μερίδι τῶν σωζομένων ἀπὸ αἱρετικῶν Κανὼν ϟέ. Τοὺς προστιθεμένους τῇ ὀρθοδοξίᾳ &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 41 pag. 1, uſque ad fol. 49 pag. 2, (2) TIMOTHEI, *Presbyteri & Magni Sceuophylacis ſeu vaſorum cuſtodis, Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, Liber ad Joannem, Presbyterum & Sceuophylacem Eccleſiæ Beatiſſimæ Virginis Deiparæ in Chalcoprateis, de differentiâ hæreticorum ad orthodoxam Eccleſiam revertentium.* Ipſa tituli græci verba cum principio Libelli ſunt hæc: Τιμοθέου Πρεσβυτέρου τῆς ἁγιωτάτης μεγάλης Ἐκκλησίας Κωνσταντινουπόλεως πρὸς Ἰωάννην Πρεσβύτερον καὶ Σκευοφύλακα τῆς ἁγίας Θεοτόκου ἐν Χαλκοπρατείοις περὶ διαφορᾶς τῶν προσερχομένων τῇ εὐαγεστάτῃ ἡμῶν πίστει. Τρεῖς τάξεις εὑρίσκομεν τῶν προσερχομένων τῇ ἁγίᾳ τοῦ Θεοῦ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ καὶ ἀποστολικῇ, θεοφιλέστατε συλλειτουργὲ Ἰωάννη, καὶ πάντων ἐμοὶ προσφιλέστατε· καὶ πρώτη μὲν τάξις ἐστὶ τῶν δεομένων τοῦ ἁγίου βαπτίσματος· δευτέρα δὲ τῶν μὴ βαπτιζομένων, ἀλλὰ χριομένων τῷ μύρῳ τῷ ἁγίῳ· καὶ τρίτη τῶν μήτε βαπτιζομένων, μήτε χριομένων, ἀλλὰ &c. Ediderunt quidem hunc Librum antehac *Margarinus Bignæus* Bibliothecæ Sanctorum Patrum Tomo quinto *latinè*, R. P. *Antonius Poſſevinus* in Apparatu Sacro lit. T, itidem *latinè*, *Joannes Meurſius* in Variorum Divinorum Libro *græcè*, & tandem *Franciſcus Combefiſius* in Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum Auctario Tom. II. colum. 449. *græcè* & *latinè*, ſed omnes adeò imperfectè & mutilè, ut totâ novâ editione opus ſit, ſi quis differentiam, quæ inter jam memoratas editiones impreſſas & manuſcriptum hoc exemplar *Cæſareum* eſt, ſufficienter velit declarare.

Decimo nonò, & quidem à fol. 49 pag. 2, uſque ad fol. 53 pag. 1, PETRI *Patriarchæ Antiocheni ad Michaëlem Cerularium Patriarcham Conſtantinopolitanum Epiſtola de Eccleſiâ Romanâ;* cujus titulus & principium: Τῷ θεοειδεστάτῳ, σεβασμίῳ καὶ προσκυνητῷ ἁγίῳ Δεσπότῃ μου, τῷ μακαριωτάτῳ Ἀρχιεπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως, Νέας Ῥώμης, καὶ οἰκουμενικῷ Πατριάρχῃ, Πέτρος ἐλέῳ Θεοῦ Ἀρχιεπίσκοπος Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας. Ὅσα ἐπονηρεύσατο ὁ ἐχθρὸς ἐν τοῖς ἁγίοις σου, &c. Plura de hâc *Petri Patriarchæ Antiocheni Epiſtolâ*, ut & de *Michaële Cerulario Patriarchâ Conſtantinopolitano* vide Libri *tertii* Lambec. Comment. pag. 160.

Vigeſimò, & quidem à fol. 53 pag. 1, uſque ad fol. 56 pag. 2, *EJUSDEM Epiſtola ad* (3) *Joannem Tranenſem in Apuliâ Epiſcopum de controverſiis Fidei inter Occidentalem & Orientalem Eccleſiam.* Ipſa tituli græci verba cum principio Epiſtolæ ſunt hæc: Τῷ σεβασμιωτάτῳ ἰσαγγέλῳ δεσπότῃ καὶ πνευματικῷ ἡμῶν ἀδελφῷ τῷ ἁγιωτάτῳ Ἐπισκόπῳ (4) Βραδένσης Ἀπηλεγένσης Πέτρος ἐλέῳ Θεοῦ Πατριάρχης Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας. Πολλῆς ἡμῖν εὐφροσύνης καὶ μεγάλης πνευματικῆς ἀγαλλιάσεως τὰ σὰ καθέστηκεν ἱερὰ γράμματα· &c.

Vigeſimo

(1) Vide *Severini Binii* Conciliorum omnium edit. græco-lat. Colonienſem Tom. III, Part. 1. Sect. 1. pag. 251.
(2) Hic eſt ille *Timotheus*, qui ab *Imp. Anaſtaſio Dicoro*, poſt ejectionem *Macedonii* in Sedem Patriarchalem Conſtantinopolitanam intruſus eſt A. C. 511, & A. 517. obiit. Vide *Theodori Lectoris* Hiſtoriam Eccleſiaſticam lib. 2, & *Card. Baronii* Annal. Eccleſiaſt. Tom. VI. ab an. 511. uſq; ad an. 517. (3) Vide de eo Em. Card. *Baron.* Annal. Eccleſ. Tom. XI. an. 1053. num. 12, 13, & deinceps, & an. 1059. num. 65. (4) Ita ibi perperàm ſcriptum eſt; nempe Βραδένσης Ἀπηλεγένσης pro Τρανένσης Ἀπουλένσης. De Urbe autem Apuliæ *Trano* vide *Philip. Cluverii* Italiam Antiquam lib. 4. cap. 11, ubi is eam autoritate antiquæ Tabulæ Itinerariæ appellat *Turenum*; item *Leandri Alberti* Deſcriptionem Italiæ, ubi agitur de *Agro Barenſi*.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 56 pag. 2, uſque ad fol. 62 pag. 2, NICETÆ *cognomine Stethati ſive Pectorati, Monachi & Presbyteri Studitæ, Liber contra Eccleſiam Romanam de Azymis, de Jejunio Sabbati, & de Nuptiis Sacerdotum*; cujus titulus & principium: Νικήτα μονάζοντος καὶ Πρεσβυτέρου μονῆς τῆς Στουδίου, τοῦ Στηθάτου, πρὸς Ῥωμαίους περὶ ἀζύμων καὶ σαββάτων νηστείας καὶ γάμων ἱερέων. Καλὴ ἡ πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπη, ὦ πάντων ἐθνῶν σοφώτατοι Ῥωμαῖοι καὶ εὐγενέστατοι· ἐκ γὰρ τοῦ ἔχειν πρὸς τὸν πλησίον ἀγάπην &c. Ejuſdem Libri meminit etiam V. CL. *Leo Allatius* in Opere doctiſſimo de Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ Conſenſione, & quidem Lib. 2. cap. 9. §. 6. Plura de eodem *Nicetâ* & de jam memorato ipſius *Libro*, *Conſtantinopoli* publicè damnato ac combuſto, vide ſuprà in recenſione Codicis CIVti.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 62 pag. 2, uſque ad fol. 64 pag. 2, *Enumeratio cauſarum*, (1) *propter quas Pontifex Romanus ex Diptychis Græcorum ejectus eſt, collecta ex Patriarchæ Conſtantinopolitani Michaëlis Cerularii & Petri Patriarchæ Antiocheni aliorúmque nonnullorum Epiſtolis.* Ipſa tituli græci verba cum principio Opuſculi ſunt hæc: Ἀπαρίθμησις αἰτιῶν, δι᾽ ἃς ἀπόῤῥηται ἡ τοῦ Πάπα Ῥώμης ἀναφορὰ, ἐκλεγεῖσα ἀπὸ τῶν ἐπιστολῶν τοῦ κυρίου Μιχαὴλ Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Κηρουλαρίου καὶ τοῦ μακαριωτάτου Πέτρου Ἀντιοχείας καὶ ἐξ ἄλλων τινῶν. &c.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 64 pag. 2, uſque ad fol. 83 pag. 1, MICHAELIS CERULARII, *Patriarchæ Conſtantinopolitani*, (2) *Epiſtola ad Petrum Patriarcham cum ſubjuncto Opere contra Latinos.* Epiſtola inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἐπιστολὴ Μιχαὴλ τοῦ μακαριωτάτου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως Νέας Ῥώμης καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου τοῦ Κηρουλαρίου πρὸς Πέτρον τὸν ἁγιώτατον Πατριάρχην Θεουπόλεως μεγάλης Ἀντιοχείας. Τὰ γράμματα τῆς μακαριότητός σου ἀνέγνω ἡ μετριότης ἡμῶν &c. Subjuncti autem *Operis contra Latinos* principium eſt hoc: Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητος τοῦ παναγάθου Κυρίου &c.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 83 pag. 1, uſque ad fol. 87 pag. 1, *Everſio hæreſeos Paulicianorum*; cujus titulus & principium: Ἀνατροπὴ τῆς Παυλικιανῶν τῆς ποικίλου καὶ πολυσκότου αἱρέσεως. (3) Σαμόσατον πόλις Συρίας, ἐν ᾗ γυνή τις ὀνόματι Καλλινίκη, &c.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 87 pag. 1, uſque ad fol. 100 pag. 1, S. JOANNIS DAMASCENI *Liber contra hæreſes* & quidem multò auctior, quàm is infrà exſtat in Codice CCCXVIto, num. 3, & in Operum ipſius editione Billianâ Pariſinâ anni 1619, à pag. 688 uſque ad pag. 698, & à pag. 936 uſque ad pag. 943. Vide etiam ibidem R. P. *Frontonis Ducæi* S. J. Notas ad ejuſdem Libri *Fragmenta græca*, ex Codice MSto *Bibliothecæ Auguſtanæ* excerpta; ubi rectè monet, Librum hunc nihil aliud eſſe quàm *Epitomen Panarii S. Epiphanii*, ſed continuatam à *S. Joanne Damaſceno* uſque ad ſua tempora. Titulus ejus cum principio eſt in hoc Codice MSto *Cæſareo* talis: Ἕτεραι αἱρέσεις διάφοροι. Βαρβαρισμὸς, ἥτις καθ᾽ ἑαυτὴν ἐστὶ διαρκέσασα, ἀπὸ ἡμερῶν τοῦ Ἀδὰμ ἐπὶ δέκα γενεὰς ἕως τοῦ Νῶε· βαρβαρισμὸς δὲ καλεῖται &c.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 100 pag. 1, uſque ad fol. 102 pag. 2, EJUSDEM *Liber, qui inſcribitur Diſputatio Saraceni & Chriſtiani.* Ipſa tituli græci verba cum principio Diſputationis ſunt ibi hæc: Διάλεξις Σαρακηνοῦ καὶ Χριστιανοῦ. Ἐρωτηθεὶς ὁ Χριστιανὸς παρὰ Σαρακηνοῦ, Τίνα λέγεις αἰτίαν καλοῦ καὶ κακοῦ; &c. Vide Operum S. *Joannis Damaſceni*

(1) Plura de eadem re vide Lib. III. Lambec. Comment. pag. 118, 119 & 120. (2) Vide etiam Lib. III. Lambec. Comment. pag. 160. (3) Vide *Euthymii* Panopliam Dogmaticam Part. II. Tit. XXI.

ſceni editionem Billianam Pariſinam anni 1619, pag. 811 & 812; ſed ibi iſte Liber exſtat tantùm *latinè*, & longè alio ordine, quàm in hoc Codice MSto *Cæſareo*.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 102 pag. 2, uſque ad fol. 121 pag. 2, Excerpta varia ex S. (1) ANASTASII SINAITÆ *Patriarchæ Antiocheni* Ὁδηγῷ ſive *Duce Viæ* adverſus *Acephalos*; quorum principium eſt hoc: (2) Ἐρώτησις ὀρθοδόξου. Λέγοντες δύο φύσεις ἐπὶ Χριστοῦ &c. Notabile autem (3) ibi imprimis eſt *Ammonii Presbyteri Alexandrini Teſtimonium contra Monophyſitas* ſive *de differentiâ inter Naturam & Hypoſtaſin*, ex Opere ipſius contra *Eutychetis* & *Dioſcori* hæreſin conſcripto deſumptum; cujus titulus & principium: Ἀμμωνίου πρεσβυτέρου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ πρὸς τῆς αἱρέσεως Εὐτυχοῦς καὶ Διοσκόρου. (4) Ἔστι γοῦν τὸ παρ' αὐτοῖς τοῖς τῆς Συνόδου Χαλκηδόνος ἐπιμεμφομένοις &c.

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 121 pag. 2, uſque ad fol. 129 pag. 2, EUTHYMII, *Monachi Monaſterii Conſtantinopolitani cognomine* τῆς Περιβλέπτου *Epiſtola invectiva contra Armenios*; cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ Εὐθυμίου Μοναχοῦ τῆς Περιβλέπτου μονῆς στηλιτευτικὴ κατὰ Ἀρμενίων θεοπασχιτῶν &c. Ἐπειδὴ πρὸς Εὐτυχὴς καὶ Διόσκορος &c.

Vigeſimo nonò, & quidem fol. 129 pag. 2, & fol. 130 pag. 1, *Narratio de hæreſi Iſmaelitarum, ſive Saracenorum*, cujus titulus & principium: Ἑτέρα ἐξήγησις τῶν Ἰσμαηλιτῶν πλατυτέρα τῆς ὄπισθεν. Οὗτοι μὲν οὖν ἕως τῶν Ἡρακλείου χρόνων προφανῶς εἰδωλολάτρουν· ἀπὸ δὲ τῆς Ἡρακλείου καὶ δεῦρο &c. Conferatur hæc Narratio cum alterâ illâ ejuſdem generis, quæ exſtat in *Euthymii Panopliâ Dogmaticâ* Part. II. Tit. 24.

Trigeſimò, & quidem à fol. 130 pag. 1, uſque ad fol. 131 pag. 2, S. CYRILLI *Archiepiſcopi Alexandrini Diſputatio cum Neſtorio hæreſiarchâ*, cujus titulus & principium: Διάλεξις Κυρίλλου καὶ Νεστορίου. Νεστόριος. Ὅταν ἡ θεία γραφὴ διαλέγηται περὶ γεννήσεως Χριστοῦ ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, Θεὸν οὐδαμοῦ &c.

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 131 pag. 2, uſque ad fol. 132 pag. 2, ex S. GREGENTII *Diſputatione cum Erbano Hebræo Excerpta nonnulla*, quorum titulus & principium: Ἐκ τῆς διαλέξεως τοῦ ἁγίου Γρηγεντίου καὶ Ἑρβάν. Ἑρβὰν ἔφη· Πόθεν ἐξελάβετε Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα πιστεύειν &c.

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 132 pag. 2, uſque ad fol. 170 pag. 2, S. GREGENTII, *Tapharenſis in Homeritide Arabiæ Felicis Regione Archiepiſcopi, Diſputatio integra, cum Erbano Hebræo, quatuor diebus continuis coram Abramio Rege Homeritarum Chriſtiano in Metropoli Taphar ſeu Saphar habita*, cum ſubjunctâ Narratione de converſione ingentis multitudinis *Judæorum* ad religionem Chriſtianam, ſimul & de morte *Regis Abramii* atque S. *Gregentii Archiepiſcopi*. Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Ἀρχὴ τῆς διαλέξεως τῶν Ἰουδαίων μετὰ τοῦ ἁγίου Γρηγεντίου. Τούτων οὕτως γεγονότων καὶ τῶν παρακολουθησάντων, καὶ τοῦ Βασιλέως ἐπὶ τούτοις αἰνοῦντος τὸν Κύριον &c. Edidit quidem hanc *Diſputationem græcè* & *latinè Nicolaus Gulonius* Pariſiis apud Federicum Morellium A. 1586 in octavo, ſed mendosè & mutilè; eodémq; modo eadem editio inſerta eſt *Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſinæ* Tomo undecimo à pag. 194 uſque ad pag. 272. Plura, ſi placet, vide Lib. V. *Comment. Lambec.* pag. *128, 129, 130* & *131*.

Trigeſimo tertiò, & quidem à fol. 171 pag. 1, uſque ad fol. 176 pag. 2, EJUSDEM *Legiſlatio ſub nomine Abramii Regis Homeritarum*, ſive, *Abramii Regis Homeritarum Leges à S. Gregentio Archiepiſcopo Tapharenſi compoſitæ*; quarum titulus cum principio

Proœmii

(1) Nominatim fit ejus ibi mentio fol. 121. pag. 2. (2) Vide editionem græco-lat. Gretſerianam p. 70. & Lib. III. Lambec Comment. pag. 64 & 164. (3) Vide ibi fol. 107. pag. 2. (4) Vide ibidem pag. 284.

Procemii eſt talis: Νομοθεσία τȣ̃ ἁγίȣ ΓΡΗΓΕΝΤΙ'ΟΥ ὡς ἐκ προσώπȣ τȣ̃ εὐσεβεςάτȣ Βασιλέως ΑΒΡΑΜΙ'ΟΥ. Τοῦ λυτρωτȣ̃ ἡμῶν καὶ παυλοδυνάμȣ Θεȣ̃ διὰ ἄφατον ἀγαθότητα καὶ πολλὴν φιλανθρωπίαν ἐπισκεψαμένȣ τὴν ἡμῶν εὐτέλειαν, καὶ ἐξεγείραντος ἡμᾶς εἰς τὸ ἐπάκρον ὕψος τῆς γῆς τῆς περιφανεςάτης καὶ αὐτοκρατορικῆς ἐξουσίας, ὁ δέον ἐν ἀχαριςίᾳ διαμεῖναι τὸν εὐεργέτην· ἀλλ' ὧν κατὰ τὸ ἐφικτὸν ἡμῖν τε καὶ ἐπέρασον καὶ δυνατὸν ἀποθεραπεῦσαι αὐτόν. ὅτε γὰρ διὰ τὴν ἡμῶν καὶ τὴν τρυφήν τε καὶ δόξαν δηπόθεν ἡμῖν ἁπλῶς ἡμᾶς ἐξήγειρεν, δοὺς ἡμῖν τὸ τῶν ΟΜΗΡΙΤΩ'Ν περιφανέςατον κράτος, ἀλλ' ἵνα, &c. Diviſa autem eſt tota illa, hactenùs, quod ego ſciam, nec *græcè* nec *latinè* unquam edita Νομοθεσία ſive *Legislatio* in *Titulos viginti tres*, quorum primus eſt: Περὶ φόνȣ, καὶ μιάσματος καὶ ἀρσενοκοιτίας, hoc eſt, *De Homicidio, & de impuro ſive Sodomitico concubitu cum maſculis*; IIdus, περὶ γοητείας, καὶ ψευδομαρτυρίας, καὶ κλεψίας, hoc eſt, *de Incantatione, & falſo teſtimonio, & furto*; IIItius, περὶ πορνείας, hoc eſt, *de Scortatione*; IVtus, περὶ μοιχείας, hoc eſt, *de Adulterio*; Vtus, περὶ πλουσίων ἐπιθυμȣ́ντων, hoc eſt, *de divitibus puellas pauperes in matrimonium ducere concupiſcentibus*; VItus, περὶ ἐλευθέρων εἰς δουλίαν περιπιπτόντων, hoc eſt, *de ingenuis in ſervitutem incidentibus*; VIImus, περὶ τοῦ, ζευγνῦναι τὰ τέκνα τοὺς γονεῖς πρὸς γάμον ἀπὸ ἐτῶν δέκα ἢ δώδεκα, hoc eſt, *de eo, quòd parentes liberos ſuos maritare debent à decem aut duodecim ætatis annis*; VIIIvus, περὶ μαςρωπῶν, hoc eſt, *de Lenonibus*; IXnus, &c. Mentio harum Legum expreſsè exſtat non ſolùm in Græcorum *Meneis*, verùm etiam in ipſo fine *Diſputationis S. Gregentii cum Erbano Hebræo*, nempe fol. 203, editionis Gulonianæ ſeparatæ, & pag. 272 Tomi undecimi Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſienſis. *Abramii* autem Regis Homeritarum fit mentio in S. *Arethæ* ac ſociorum ejus trecentorum & quadraginta, qui anno Chriſti 522 d. 24. Octobris ſub *Dunaan Hebræo Homeritarum Tyranno* paſſi ſunt, *Hiſtoriâ Martyrii, à Symeone Metaphraſte* compoſitâ, quæ incipit: Ἔτος μὲν ἤδη πέμπτον ἐνειςήκει τῷ εὐσεβεῖ Ἰȣςίνῳ, τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς τῶν σκήπτρων ἐπειλημμένῳ, &c; & à *Laurentio Surio* Tomo quintò de probatis Sanctorum Hiſtoriis à pag. 934 uſque ad pag. 946 edita eſt, ſed tantùm *latinè*.

CCCVII.

TRECENTESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus & eleganter quidem ſed minutiſſimè & valdè abbreviatè exaratus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum ſeptuaginta tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo *Syntagmatis Opuſculorum miſcellaneorum de variis Hæreſibus & contra varias Hæreſes Tomus ſecundus* hoc ordine:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 21 pag. 1, EUTHYMII ZIGABENI, *Monachi Monaſterii Conſtantinopolitani cognominati* τῆς Περιβλέπτȣ, *Epiſtola adverſus Phundagiagitas ſive Bogomilos, & Maſſalianos, ut & contra Armenios cæteroſque hæreticos, Conſtantinopoli in patriam ſuam miſſa*; cujus titulus & principium: Ἐπιςολὴ ΕΥΘΥΜΙ'ΟΥ μοναχȣ̃ τῆς Περιβλέπτȣ μονῆς ςαλεῖσα ἀπὸ Κωνςαντινȣπόλεως καὶ τῆς εἰρημένης μονῆς πρὸς τὴν αὐτȣ̃ πατρίδα, ςηλιτεύȣσα τὰς αἱρέσεις τῶν ἀθεωτάτων καὶ ἀσεβῶν πλάνων τῶν τε Φυνδαγιαγιτῶν ἤτοι Βουγομίλων καὶ Μασσαλιανῶν λεγομένων, καὶ τὴν τῶν Ἀρμενίων βέβηλον καὶ βδελυρὰν αἵρεσιν, καὶ τὰς λοιπὰς ἀθέσμȣς καὶ

παύυ βεβήλυς αἱρέσεις. Βούλομαι ὑμᾶς, ἀδελφοί μυ συγγενεῖς καὶ φίλοι, διὰ σμικρολόγης καὶ εὐτελῦς μυ γραφῆς &c. Exſtat quidem hæc *Epiſtola* etiam ſuprà in Codice CXCIII. num. 8, ſed poſterius hoc illius exemplar manuſcriptum non ſolùm à priori ob multas variantes lectiones valdè diſcrepat, verùm etiam multò auctius eſt & copioſius.

Secundò, & quidem à fol. 21 pag. 2, uſque ad fol. 38 pag. 1, (1) ANASTASII, *Abbatis Monaſterii S. Euthymii in Palæſtinâ*, *Diſputatio cum Judæo*; cujus titulus & principium: Δόγμα Ἀββᾶ Ἀναςάσιυ τῦ ἐν μακαρίᾳ τῇ μνήμῃ, ἤγυν ἀντίθεσις καὶ διάλεξις πρὸς Ἰυδαῖον. Ὁ Χριςιανὸς πρὸ πάντων τῦτο θέλει ἐρωτῆσαι τὸν Ἰυδαῖον· διατί ἀκύεις Ἰυδαῖος, καὶ Ἑβραῖος, καὶ Ἰσραηλίτης, καὶ τίς ἐςὶ ἡ ἑρμηνεία τῶν τριῶν ὀνομάτων, &c. Edidit quidem hanc *Abbatis Anaſtaſii Diſputationem Henricus Caniſius* Tomi tertii Antiquæ Lectionis Parte primâ à pag. 123 uſque ad pag. 186, ſed tantùm *latinè*, nec ſolùm in principio & fine, verùm etiam paſſim alibi *mutilam* & *imperfectam*; ideóque operæ pretium fuerit, planè novam editionem adornari ex hoc Codice MSto *Cæſareo*.

Tertiò, & quidem à fol. 38 pag. 1, uſque ad fol. 48 pag. 1, S. ATHANASII, *Archiepiſcopi Alexandrini Diſputatio cum Zacchæo Judæorum Nomodidaſcalo ſive Doctore Legis*, hactenùs, quod ego ſciam, nondum in lucem edita; cujus titulus & principium: Ἀθανασίυ Ἀρχιεπισκόπυ Ἀλεξανδρείας λόγος πρὸς Ζακχαῖον νομοδιδάσκαλον τῶν Ἰυδαίων. Ζακχαῖος εἶπεν· Πλανᾶσθε ὦ χριςιανοὶ πρῶτον ὅτι νομίζετε καὶ ἑτέρυς θεὺς εἶναι &c.

Quartò, & quidem à fol. 49 pag. 1, uſque ad fol. 54 pag. 1, EUSEBII, *Emeſeni in Phœniciâ Epiſcopi*, *Homiliæ* ſive *Orationes tres*, quarum *prima de Sancti Joannis Baptiſtæ poſt decollationem ſuam deſcenſu ad inferos & prædicatione adventûs Chriſti*, inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ μακαρίυ Εὐσεβίυ λόγος περὶ τῆς παρυσίας Ἰωάννυ ἐν τῷ ᾅδη, καὶ τῶν ἐκεῖσε ἐγκεκλισμένων. Ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐςὶ πάλιν σήμερον ἐρευνᾶσαι καὶ γνῶναι, ποταπὸς ὁ εὐαγγελισμὸς τῦ Προδρόμυ ἐν τῷ ᾅδη, &c; *ſecunda de proditione Judæ*: Τοῦ αὐτῦ εἰς τὴν προδοσίαν. Δεῦρο λοιπὸν ὦ ἐμῦ ἀγαπητοὶ, καὶ περὶ τῆς προδοσίας τοῦ Ἰύδα &c; *tertia in Diabolum & Infernum poſt proditionem Chriſti per Judam*: Τῇ μεγάλῃ παρασκευῇ τῦ μακαρίυ Εὐσεβίυ λόγος εἰς τὸν διάβολον καὶ εἰς τὸν ᾅδην μετὰ τὸ παραδῦσαι ὁ Ἰύδας τὸν Κύριον. Δίκαιον ἡμῖν σήμερον, ἀγαπητοὶ, τὰ ἀκόλουθα τοῦ χθὲς εἰρημένυ λόγυ ἐπισκέψασθαι &c. Plura de *Euſebio Epiſcopo Emeſeno* ejúſque *Homiliis* ſive *Orationibus*, & ſpeciatim quidem de *tertiâ* hâc vide Libri *quarti* Lambec. Commentariorum pag. 184 & 231.

Quintò, & quidem à fol. 54 pag. 2, uſque ad fol. 58 pag. 1, *Judæorum Diſputatio cum S. Athanaſio & Cyrillo de adoratione S. Crucis & ſacrarum Imaginum*; cujus titulus & principium: Ἀντίθεσις Ἑβραίων πρὸς Χριςιανὺς μετὰ Ἀθανασίυ καὶ Κυρίλλυ περὶ ςαυρῦ καὶ εἰκόνων. Λέγυσιν ὦ ἐκ περιτομῆς Ἑβραῖοι· διὰ τί προσκυνῦσι ὦ Χριςιανοὶ ςαυρὸν καὶ εἰκόνας τεκτόνων ἔργα, καὶ διὰ τί τὸν ἀόρατον ὁρατὸν λέγετε, &c.

Sextò, & quidem à fol. 59 pag. 1, uſque ad fol. 77 pag. 2, ex S. JOANNIS CHRYSOSTOMI & *aliorum quorundam veterum Autorum Operibus excerpta varia contra Judæos*; quorum *primum*, *ne Chriſtiani utantur Medicis Judæis*, inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ Χρυσοςόμυ περὶ τῶν ἰατρευομένων παρὰ Ἰυδαίων. Ἐπικατάρατος πᾶν Χριςιανὸς ὁ ἰατρευόμενος παρ' Ἑβραίυ· &c; *ſecundum* autem ejuſdem argumenti, hoc modo:

(1) Meminit ejus tanquam ſynchroni ſive contemporanei *S. Joannes Damaſcenus* in principio Epiſtolæ de Triſagio. Vide etiam *Henrici Caniſii* Antiq. Lect. Tom. III. Part. I. pag. 56.

modo: (1) Ἕτερος λόγος τοῦ Χρυσοστόμου περὶ ἀῤῥωσίας καὶ ἰατρῶν. Ὅταν ἀῤῥωσίᾳ περιπέσῃς, ἄνθρωπε, &c. Prætereà etiam agitur ibidem ſatis prolixè *de* (2) *tribus ſervitutibus Judæorum in Ægypto, in Babyloniâ, & ſub Antiocho Epiphane*; item *de ædificatione ſecundi Templi Hieroſolymitani, & de expugnatione ac everſione Urbis Hieroſolymitanæ, per Titum Imp. Veſpaſiani filium, & de ultimâ Judæorum ſervitute perpetuâ.*

Septimò, & quidem à fol. 77 pag. 2, uſque ad fol. 80 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Narratio* de quodam Principe Judæorum nomine *Theodoſio*, qui tempore *Imp. Juſtiniani Imi* ſeu *Magni* argentario cuidam Chriſtiano, nomine *Philippo*, patefecit vetuſtiſſimum & à Judæis ſummo ſtudio occultatum Templi Hieroſolymitani Teſtimonium publicum de Servatore noſtro JESU CHRISTO, quòd is filius fuerit *Dei viventis & Mariæ, ante & poſt partum Virginis.* Inſcribitur autem ea ibi atque incipit hoc modo: Διάλεξις Χριστιανοῦ μετὰ Ἰουδαίου καὶ συγκατάθεσις αὐτοῦ. Ἐν τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας τοῦ εὐσεβεστάτου Βασιλέως Ἰουστινιανοῦ γέγονεν ἄνθρωπός τις τῶν Ἰουδαίων ἀρχηγὸς ὀνόματι Θεοδόσιος· οὗτος &c. Eadem narratio exſtat quoque apud *Suidam Lexicographum* ſub titulo Ἰησοῦς. Plura etiam de eadem *Narratione* vide Libri *quarti* Lambecianorum Commentariorum pag. 158 & 175.

Octavò, & quidem à fol. 80, pag. 1, uſque ad fol. 92 pag. 1, PHILIPPI, ab *Urbe Pamphyliæ Sidâ*, ubi natus fuit, cognominati SIDETÆ, *Presbyteri & Syncelli S. Joannis Chryſoſtomi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, Acta Diſputationis de Chriſto, in Perſide inter Chriſtianos, Gentiles & Judæos habitæ, cui ipſe interfuit*, excerpta ex ampliſſimo ipſius Opere in (3) *triginta ſex Libros* diviſo, quod inſcripſit Χριστιανικὴν Ἱστορίαν ſive *Hiſtoriam Chriſtianam*, & quidem ex eo jam memoratæ Hiſtoriæ Libro, quo egit *de Nativitate Chriſti & de Magis.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Narrationis* ſunt hæc: Τὰ γενόμενα ἐν Περσίδι μεταξὺ Χριστιανῶν, Ἑλλήνων τε καὶ Ἰουδαίων. ΦΙΛΙΠΠΟΣ Πρεσβύτερος καὶ Σύγκελλος γενόμενος Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ἀνέθετο ἱστορήσας περὶ τοῦ Χριστοῦ καὶ τῶν Μάγων. &c. Plura de hoc *Philippo Sidetâ*, & de vaſtiſſimo ipſius Opere *Hiſtoriæ Chriſtianæ*, unde ſuprà memorata & hactenùs, quod ego ſciam, nondum edita *Narratio* excerpta eſt, vide apud *Socratem* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 7. cap. 27, apud *Photium* Patriarcham CPnum, ubi agit de Bibliothecæ ſuæ Codice trigeſimo quinto, & apud *Nicephorum Calliſti* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 14 cap. 29.

Nonò, & quidem fol. 92 pag. 2, & fol. 93 pag. 1, ex LEONTII *Epiſcopi Neapoleos Inſulæ Cypri Oratione contra Judæos de adoratione S. Crucis Chriſti ac Imaginum Sanctorum, ut & de Reliquiis Sanctorum* (4) Fragmentum; cujus titulus & principium: Λεοντίου Νεαπόλεως Κύπρου ἐκ τοῦ κατὰ Ἰουδαίων λόγου περὶ τοῦ προσκυνεῖν τῷ σταυρῷ τοῦ Χριστοῦ καὶ ταῖς εἰκονισμοῖς τῶν ἁγίων, καὶ περὶ τῶν λειψάνων τῶν ἁγίων. Ἐάν μοι ἐγκαλεῖς πάλιν ὦ Ἰουδαῖε λέγων, ὅτι ὡς Θεῷ προσκυνῶ τῷ ξύλῳ τοῦ σταυροῦ &c.

Decimò, & quidem fol. 93 pag. 1 & 2, ex SEVERIANI *Gabalorum in Syriâ Epiſcopi Oratione in Encænia venerandæ Crucis* fragmentum, cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Σευηριανοῦ τῶν Γαβαλῶν Ἐπισκόπου ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὰ ἐγκαίνια τοῦ τιμίου σταυροῦ.

(1) Vide Operum *S. Joan. Chryſoſt.* edit. græc Savil. Tom. VII. pag. 709. (2) Vide ibid. Tom. VI. pag. 326 327, 328 & 337. (3) Teſtatur hoc *Socrates* Hiſtoriæ Eccleſiaſt. lib. 7. cap. 27; *Photius* autem ex illis [illegible] Libris vidit ac legit tantùm *viginti quatuor.* (4) Aliud ejuſdem *Orationis Leontii Cypri contra Judæos* fragmentum exſtat apud *Henricum Caniſium* Antiq. Lect. Tom. V, Part. 1. pag. 200, 201 & 202; & in *Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum græco-lat. Pariſ.* Tom. XVI, pag. 1, ſed utrobique tantùm *latinè.*

σωτηρίας. (1) Πῶς οὖν ἡ εἰκὼν τοῦ ὄφεως τοῦ ἐπικαταράτου ἤνεγκε τῷ λαῷ ἐν συμφορᾷ χειμαζομένῳ σωτηρίαν; &c.

Undecimò, & quidem fol. 93 pag. 2, & fol. 94 pag. 1, S. MAXIMI *Confeſſoris Capita decem contra Arium, Sabellium, Neſtorium & Eutychen*; quorum titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Πατρὸς ἡμῶν Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ κεφάλαια ί κατὰ Ἀρείου, Σαβελλίου, Νεστορίου καὶ Εὐτυχοῦς. Κεφάλαιον ά. Ὁ Ἄρειος τὰς τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖ, ἀλλὰ τὴν μονάδα ἀρνεῖται; &c.

Duodecimò, & quidem fol. 94 pag. 1 & 2, EJUSDEM *S. Maximi* aliud Caput *contra Arianos*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Μαξίμου κατὰ Ἀρειανῶν. Εἷς Θεὸς ὁ Πατὴρ, εἷς Θεὸς καὶ ὁ Υἱὸς, καὶ οὐ δύο Θεοὶ, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 94 pag. 2, uſq; ad fol. 96 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Synopſis Hiſtorica primorum ſeptem Conciliorum Oecumenicorum* ſive *Generalium*; cujus titulus & principium: Περὶ τῶν ζ' Συνόδων. Ἡ ἁγία καὶ οἰκουμενικὴ πρώτη Σύνοδος ἡ ἐν Νικαίᾳ γενομένη ἐν τῷ εἰκοστῷ ἔτει τῆς βασιλείας τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Κωνσταντίνου, καὶ πρώτου Χριστιανοῦ ἐν Βασιλεῦσιν, ὑπὸ ἁγίων Πατέρων τιή &c.

Decimo quartò, & quidem fol. 96 pag. 2, & fol. 97 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Refutatio hæreſeos Monophyſitarum*, cujus titulus & principium: Ἀνατροπὴ καὶ καθαίρεσις τοῦ πολυθρυλλήτου προβλήματος πάντων τῶν Μονοφυσιτῶν τοῦ φάσκοντος, ὡς οὐκ ἔστι φύσις ἀνυπόστατος. Ἐρώτησις ὀρθοδόξων. Λέγοντες δύο γεννήσεις ἐπὶ Χριστοῦ, &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 97 pag. 1, uſque ad fol. 98 pag. 2, MICHAELIS SYNCELLI *Hieroſolymorum Libellus de Orthodoxâ Fide*, cujus titulus & principium: Μιχαὴλ (2) Συγγέλου Ἱεροσολύμων λίβελλος περὶ ὀρθοδόξου πίστεως. Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα ἀγέννητον, καὶ εἰς ἕνα Υἱὸν γεννητὸν, καὶ εἰς ἓν Πνεῦμα ἅγιον ἐκπορευτὸν, τρεῖς ὑποστάσεις &c. Eadem *Profeſſio Fidei* exſtat etiam in Codice MSto Theologico Græco XLmo, num. 65.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 98 pag. 1, uſque ad fol. 100 pag. 1, EUSTRATII *Metropolitæ Nicæni Confeſſio & Revocatio errorum, quos imprudenter inſeruerat duobus Libris ſuis contra Armenios. Proœmium* iſtius Confeſſionis, ab alio quodam *anonymo Autore* compoſitum, inſcribitur atque incipit his verbis: Ἡ ἐξομολόγησις τοῦ Νικαίας Εὐστρατίου. Ἔφθασε μὲν ὁ ἱερώτατος τῆς Νικαιέων Μητροπόλεως Ἀρχιερεὺς Εὐστράτιος δύο λόγους ἐκθέσθαι κατὰ τῆς τῶν Ἀρμενίων αἱρέσεως, &c. Ipſa autem *Euſtratii Confeſſio* ſeu *Revocatio* incipit hoc modo: Ἐπειδὴ πρὸς Ἀρμενίους μαχόμενος, καὶ εἰς ἀνατροπὴν τῆς αὐτῶν σπουδάζων αἱρέσεως, ἐνέτυχον βίβλῳ, ἐν ᾗ ἦσαν λόγοι τοῦ ἁγίου Κυρίλλου, εἷς μὲν πρὸς τὰς Βασιλίσσας, ἕτερος δὲ &c. Plura de celeberrimo hoc *Ariſtotelis* (3) Interprete Græco *Euſtratio Metropolitâ Nicæno*, qui ſub *Imp.* (4) *Alexio Comneno* floruit, & ſpeciatim quidem de ejuſdem ſcriptis *contra Latinos*, vide apud *Leonem Allatium* Lib. 2, de Orient. & Occid. Eccleſ. perpetuâ Conſenſione, cap. 10. §. 2. Conſule etiam Librum *quartum* Lambec. Comment. pag. 150.

Decimo

(1) Vide R. P. *Jacobi Gretſeri* Tomum ſecundum de Sanctâ Cruce, pag. 1623 & 1675. edit. Ingolſtad. A. 1616. in fol. (2) Ita ibi ſcriptum eſt, nempe: Συγγέλου pro Συγκέλλου. Similiter etiam idem nomen legitur in R. P. *Poſſevini* Apparatu Sacro, ubi ejuſdem Libelli fit mentio, & autor ejus vocatur *Michael Syngelus Hieroſolymitanus*. Vide etiam *Joannis Meurſii* Gloſſarium græco-barb. in explicatione vocabuli Σύγκελλος. (3) Vide R. P. *Philippi Labbei* Brevem conſpectum Græcorum Ariſtotelis Interpretum, Lutetiæ typis Cramoſianis A. 1657. in 4to editum, pag. 6. (4) Teſtatur hoc ipſius *Imp. Alexii* filia *Anna Comnena* Alexiados lib. 14, & quidem editionis Regiæ Pariſinæ græco-lat. p. 453, ubi honorificentisſima ejuſdem *Euſtratii* fit mentio.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 100 pag. 1, uſque ad fol. 105 pag. 1, SYNODICUM, *quod legitur Dominicâ Orthodoxiæ contra Iconomachos*, cujus titulus & principium: Τὸ Συνοδικὸν, ὅπερ ἀναγινώσκεται τῇ κυριακῇ τῆς ὀρθοδοξίας. Προφητικαῖς ἑπόμενοι ῥήσεσι, Ἀποστολικαῖς τε περιζωννύμενοι εἴκοντες &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 105 pag. 1, uſque ad fol. 120 pag. 1, *Diſputationes* (1) *duæ Anomœi cum Orthodoxo*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit: Ἀνομοίου ἤγουν Ἀρειανιστοῦ ἀντιλογία μετὰ Ὀρθοδόξου. Ἀνόμοιος· Χριστιανὸς εἶ; Ὀρθόδοξος· Καὶ πάνυ. &c; *ſecunda* autem: Ἄλλη διάλεξις Ἀνομοίου καὶ Ὀρθοδόξου. Ἀνόμοιος εἶπε· Πᾶσι τοῖς νοῦν ἔχουσιν ὁμολογούμενόν ἐστι, ὅτι τὸ ἔκ τινος ὂν &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 120 pag. 1, uſque ad fol. 130 pag. 1, MACEDONIANI *Diſputatio cum Orthodoxo de Spiritu Sancto*; cujus titulus & principium: Αἱρετικοῦ φρονοῦντος τὰ τοῦ πνευματομάχου Μακεδονίου ἀντίθεσις πρὸς Ὀρθόδοξον. Μακεδονιαστής. (2) Ποῦ γέγραπται Θεὸς τὸ Πνεῦμα; &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 130 pag. 1, uſque ad fol. 133 pag. 1, S. ATHANASII *Archiepiſcopi Alexandrini Diſputatio cum Apollinare*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου πρὸς Ἀπολινάριον διάλεξις. Ὀρθόδοξος· (3) Σῶμα ἀνθρώπινον ἔχει ὁ Χριστὸς ἢ οὔ; &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 133 pag. 1, uſque ad fol. 137 pag. 1, APOLLINARISTÆ *Diſputatio cum Gregorio Epiſcopo orthodoxo*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Ἀπολιναριαστοῦ κεφαλαίωσις καὶ Γρηγορίου Ἐπισκόπου ὀρθοδόξου. Ἀπολιναριαστής· (4) Θεοῦ ἐνεργήσαντος ἀνθρώπῳ, ἀποτελεῖται Προφήτης ἢ Ἀπόστολος, &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 137 pag. 2, uſque ad fol. 141 pag. 2, S. LEONIS, *primi ejus nominis Pontificis Romani Epiſtola ad Flavianum Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum contra Eutychen Hæreſiarcham*; cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ τοῦ ἐν ἁγίοις Πάπα Λέοντος πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Φλαβιανὸν Ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως. Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ Φλαβιανῷ Λέων. Ἀναγνόντες τὰ γράμματα τῆς σῆς ἀγάπης &c. Plura de celeberrimâ hâc S. *Leonis Epiſtolâ* vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 159, & apud *Aubertum Miræum* in Scholio ad *Gennadii Maſſilienſis* caput 84 de Scriptoribus Eccleſiaſticis, quippe ubi *Gennadius* Epiſtolam illam falsò attribuit S. *Proſpero Aquitanico.*

Vigeſimo tertiò, & quidem fol. 141 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Græci ſchiſmatici *Annotatio chronologica de diſcordiâ inter Summos Pontifices Romanos & Patriarchas Conſtantinopolitanos*, quam integram vide Libro V. *Comment. Lambec.* pag. 141.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 142 pag. 1, uſque ad fol. 173 pag. 2, S. JOANNIS *Apoſtoli & Evangeliſtæ Apocalypſis cum Commentario marginali* ANDREÆ *Cæſareenſis in Cappadociâ Archiepiſcopi. Ipſa Apocalypſis* inſcribitur atque incipit his verbis: Ἰωάννου Ἀποκάλυψις τοῦ Θεολόγου, ἣν ἐν Πάτμῳ τῇ νήσῳ ἐθεάσατο. Ἀποκάλυψις Ἰησοῦ Χριστοῦ ἣν ἔδωκεν

(1) Hæ *duæ Diſputationes* vulgò attribuuntur *S. Athanaſio Archiepiſcopo Alexandrino*, & inter Opera ipſius græcè & latinè Pariſiis edita exſtant Tom. II. pag. 158 & 183, ubi illæ inter *quinque* ipſius *Dialogos de S. Trinitate* ſunt *primus* & *ſecundus*; in Codice autem MSto Theologico Græco Cæſareo CIXno annumerantur eædem Operibus *S.* Maximi Monachi & Martyris. (2) Vide Operum *S. Athanaſii* edit. græco-lat. Pariſ. Tom. II. pag. 209, & Lib. IV. Lambec. Comment. pag. 212, ubi eadem Diſputatio annumeratur Operibus *S. Maximi*. (3) Vide Operum *S. Athanaſii* Tom. II. pag. 238, & Lib. IV. Lambec. Comment. pag. 212, ubi etiam hæc Diſputatio annumeratur Operibus *S. Maximi*. (4) Vide Operum *S. Athanaſii* Tom. II. pag. 248, & Lib. IV. Lambec. Comment. pag. 212, ubi etiam hæc Diſputatio annumeratur Operibus *S. Maximi*.

ἐδωκεν &c. *Commentarius* autem *marginalis* ſine ullâ inſcriptione incipit hoc modo: Ἀποκάλυψίς ἐστι ἡ τῶν κρυπτῶν μυστηρίων δήλωσις, καταυγαζομένου τοῦ ἡγεμονικοῦ &c. Plura de hoc *Commentario* vide in Codicibus LXIXno, CCXXmo & CLXIIIio.

CCCVIII.

TRECENTESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *quarto*, ſed in principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *octoginta ſeptem*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo *Liber Eccleſiaſticus Græcorum*, vulgò Πραξαπόστολος appellatus; de quo vide plura in recenſione Codicis CXCVti.

CCCIX.

TRECENTESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *octavo*, conſtátque nunc foliis *ducentis ſeptuaginta tribus*. Continentur eo JOSEPHI *Melodi Canones* ſive *Cantica ſacra quadraginta octo*, quorum unumquodque peculiarem ſuam habet *Acroſtichidem*, quæ itidem, ut quælibet *Ode nona*, nomine *Joſephi* inſignita eſt. *Primi Canonis Acroſtichis cum principio* eſt talis: Τῇ β΄ Κανὼν κατανυκτικὸς, οὗ ἡ ἀκροστιχὶς αὕτη· Τῶν πλασμάτων μου τὸν ῥύπον πλῦνον, Λόγε, Ἰωσήφ. Τῶν ἁμαρτιῶν μου τὴν πληθὺν &c.

CCCX.

TRECENTESIMUS DECIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *octavo*, conſtátque nunc foliis *centum nonaginta ſex*. Continetur eo JOANNIS ZONARÆ *Expoſitio in S. Joannis Damaſceni Canones anaſtaſimos*, & quidem eodem planè modo, ut ſuprà in Codice CLImo.

CCCXI.

TRECENTESIMUS UNDECIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ in *octavo*, conſtátq; nunc *ducentis nonaginta* foliis. Continetur eo PSALTERIUM à Pſalmi noni verſu decimo ſeptimo Γινώσκεται Κύριος κρίματα ποιῶν &c. uſq; ad Pſalmum centeſimum quinquageſimum ſive ultimum. Subjuncta autem eſt ſingulis verſibus brevis quædam *Expoſitio*, quæ in fine totius Codicis attribuitur *Origeni*, utpote ubi ea expreſsè vocatur Ὠριγένους Ἐξήγησις. Ibidem quoque is, qui hunc Codicem ſuâ manu exaravit, appellatur Πρωτοψάλτης τῆς Κρητῶν Ἐκκλησίας, hoc eſt, (1) *Protopſaltes Eccleſiæ Cretenſis*. Cæterùm quod ad ſuprà memoratum Pſalmi *noni* verſum *decimum* attinet, ejus *Expoſitio* incipit ibi his verbis: Οἱ γὰρ ἐξ αὐτῶν πιστεύσαντες ἔγνωσαν, ὅτι αὐτός ἐστι ὁ κριτὴς πάντων· &c. Minimè porrò dubium eſt, quin *Expoſitio Patrum Græcorum in Pſalmos*, à R. P. *Corderio* edita, etiam hujus Codicis, utpote ab illo non viſi, beneficio non mediocriter illuſtrari poſſit & augeri.

TRE-

(1) Hujuſmodi *Protopſaltes* in Eccleſiâ Latinâ olim vocatus eſt *Primicerius Scholæ Cantorum*: Vide *Joannis Meurſii* Gloſſarium Græco-barbarum in explicatione vocis Πρωτοψάλτης.

CCCXII.

TRECENTESIMUS DUODECIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *octavo*, conſtátque nunc foliis *octoginta tribus*. Continetur eo THEODORI PRODROMI *Expoſitio in Sanctorum Patrum Coſmæ Epiſcopi Majumenſis & Joannis Damaſceni Canones ſive Cantica Eccleſiaſtica in ſolennitatibus Dominicis cantari ſolita*. Principium *Expoſitionis primi Canonis* eſt tale: Ἡ ἀκροστιχίς· Χριστὸς βροτωθεὶς &c. Ἀπὸ τοῦ Ἀποστόλου ἡ ἀκροστιχίδος ταύτης χρῆσις εἰλήφθη τῷ μελῳδῷ, &c.

CCCXIII.

TRECENTESIMUS DECIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *octavo*, conſtátque *centum quinquaginta ſeptem* foliis, & pertinuit olim ad *Joannem Sambucum*, utpote cujus manu in principio ejus exarata leguntur hæc verba: *Joannis Sambuci ex dono Octaviani Ferrarii Mediolanenſis A. MDLXII.* Continentur eo *Acta Apoſtolorum*, & *Epiſtolæ S. Pauli Apoſtoli ad Romanos, ad Corinthios, ad Galatas, ad Epheſios, ad Philippenſes, ad Coloſſenſes, ad Theſſalonicenſes, ad Timotheum, ad Titum, ad Philemonem*, & *ad Hebræos*, item *Epiſtolæ S. Jacobi, S. Petri, S. Joannis* & *S. Judæ*. Præfixæ etiam ſunt tàm *Actis Apoſtolorum*, quàm *Epiſtolis*, ſingulæ *Hypotheſes* ſive *Argumenta* cum *Lemmatibus Capitum*; atque inſuper non ſolùm in margine *antiqua græca Scholia* paſſim adpoſita ſunt, verùm etiam in fine cujúſque *Epiſtolæ*, ubi & quâ occaſione ea ſcripta ſit, & quot στίχους ſive *verſus* comprehendat, ſtudioſè annotatum eſt.

CCCXIV.

TRECENTESIMUS DECIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *octavo*, conſtátque foliis *centum nonaginta quinque*. Continentur eo hæc:

Primo, THEODORETI *Epiſcopi Cyrenſis Commentarius in Canticum Canticorum*, cujus *Præfatio* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ μακαρίτου Θεοδωρήτου Ἐπισκόπου Κύρου ἑρμηνεία εἰς τὸ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων. Τῷ Θεοφιλεστάτῳ Ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ Θεοδώρητος &c.

Secundò, *Expoſitio paraphraſtica Cantici Canticorum, ex S. Gregorii Nyſſeni, S. Nili & S. Maximi Commentariis collecta, & ſine diſtinctâ cujuſque Autoris mentione in unum corpus redacta*; cujus *Præfatio* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἑτέρα ἑρμηνεία κατὰ παράφρασιν τοῦ Ἄσματος τῶν ᾀσμάτων, συλλεγεῖσα ἀπό τε τῶν εἰς τοῦτο ἑρμηνειῶν τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Νύσσης, τοῦ ἁγίου Νείλου, καὶ τοῦ ἁγίου Μαξίμου. &c.

Tertiò, MICHAELIS PSELLI *Commentarius in Canticum Canticorum verſibus* (1) *politicis*, cum *Præfatione ſimili* ad Imperatorem Conſtantinopolitanum *Nicephorum Botaniatam*; cujus titulus & principium: Ἑτέρα ἐξήγησις εἰς τὸ Ἆσμα τῶν ᾀσμάτων ἐξηγηθὲν παρὰ τοῦ Ψελλοῦ διὰ στίχων πολιτικῶν.

(1) Quales hi ſint *Verſus politici*, & cur ita appellentur, docet R. P. *Jacobus Goar* O. P. in Notis ſuis ad *Georgii Codini* Caput ſecundum de Officiis Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ pag. 43.

Ἐπείπερ τὸ φιλομαθὲς τὸ σὸν, ὦ Στεφηφόρε,
Ἑρμηνευθῆναι γλίχεται &c.

Notandum autem eſt, jam memoratos *tres Commentarios in Canticum Canticorum*, nempe *Theodoreti*, τῶν γ´ πατέρων, ſive *trium Sanctorum Patrum*, & *Michaëlis Pſelli*, in antiquo hoc Codice MSto *Græco Cæſareo* eodem ordine & modo collocatos & ſibi invicem permixtos eſſe, ut videre eſt in *Operum Theodoreti editione latinâ*, impreſsâ Coloniæ Agrippinæ apud Joannem Birckmannum anno 1567 duobus Tomis in folio. Vide ibi Tomum primum à pag. 357 uſque ad pag. 447.

CCCXV.

TRECENTESIMUS DECIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, vel *octavo majuſculo*, conſtátque nunc foliis *centum & undecim*, & ad V. CL. *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 15 pag. 2, ANTONII *Monachi*, qui *Anthologium Sacræ Scripturæ*, *Meliſſam* ſive *Apem* inſcriptum, compoſuit, *Capita ethica nonaginta unum de moribus hominum & bonâ converſatione.*

Secundò, & quidem à fol. 15 pag. 2, uſque ad fol. 24 pag. 1, S. NILI, diſcipuli S. *Joannis Chryſoſtomi*, & ex Præfecto Urbis Conſtantinopolitanæ Monachi atque Abbatis, *Epiſtola aſcetica*, diviſa in Capita *quinquaginta quatuor*, cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν καὶ σοφωτάτου ΝΕΙΛΟΥ ἐπιστολὴ ἔχουσα κεφάλαια νδ´. Κἂν μηδεὶς διώκει σε τύραννος ἕλλην, ἀλλ' ὅμως γίνου ἕτοιμος εἰς μαρτύριον, &c. Exſtat quidem hæc Epiſtola inter S. *Nili Epiſtolas* à V. CL. *Leone Allatio* Romæ typis Barberinis græcè & latinè A. 1668 in folio editas, ſed multis ſcatens mendis, & in totidem diſcerpta diverſas Epiſtolas, quot conſtat Segmentis ſeu Capitibus. Quâ de re vide plura Lib. V. *Commentar. Lambec.* pag. 7.

Tertiò, & quidem fol. 24 pag. 1 & 2, EJUSDEM *Inſtructio ad Monachos juniores*, quæ eſt in ſuprà memoratâ *Allatianâ* editione Epiſtola *trecenteſima tertia* Libri *tertii*, & in Codice hoc MSto Cæſareo inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς νεωτέρους μοναχοὺς διδασκαλία. Δεῖ τὸν νέον ἀσκεῖν σώματος ἡσυχίαν &c.

Quartò, & quidem à fol. 24 pag. 2, uſque ad fol. 28 pag. 2, EJUSDEM *Sententiæ*, quarum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Νείλου γνῶμαι, κολλῶσαι τοῖς ἀφθάρτοις τὸν ἄνθρωπον. Ὁδὸς εἰς ἀρετὴν ἡ τοῦ βίου φυγή· &c.

Quintò, & quidem à fol. 28 pag. 2, uſque ad fol. 56 pag. 1, JOANNIS CARPATHII *Liber Conſolatorius ad Monachos Indiæ, in Capita centum diviſus*; cujus titulus & principium: Τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Καρπαθίου πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἰνδίας προτρέψαντας μοναχοὺς λόγοι παρακλητικοὶ ἑκατόν. Τοῖς ἐπὶ γῆς βασιλεῦσι ἐαρινὰ ἄνθη προσάγοντες &c. Meminit hujus Libri *Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus* in recenſione Codicis *ducenteſimi primi* Bibliothecæ ſuæ.

Sextò, & quidem fol. 56 pag. 1 & 2, *Expoſitio Fidei*, quam (1) S. *Gregorius Thaumaturgus*, Neocæſareæ in Ponto Epiſcopus, ſub principium ſuſcepti muneris Epiſcopalis per revelationem nocturnæ viſionis accepit à S. *Joanne Evangeliſtâ*. Titulus ejus cum princi-

(1) Vide Lib. II. Lambec. Comment. pag. 270 & 271, & Lib. III. pag. 101 & 196.

principio eſt ibi talis : Ἔκθεσις πίστεως, ἣν ὁ θεολόγος καὶ ἀπόστολος Ἰωάννης ἐπὶ παρουσίας τῆς παναγίας Θεοτόκου κατ᾽ ἐπιτροπὴν αὐτῆς τῷ ἁγίῳ καὶ θαυματουργῷ Γρηγορίῳ ἐν ὀπτασίᾳ κατηγόρευσεν. Εἷς Θεὸς Πατὴρ Λόγου ζῶντος, &c.

Septimò, & quidem à fol. 56 pag. 2, uſque ad fol. 57 pag. 2, *Symbolum Fidei Chriſtianæ*, cujus titulus & principium : Λίβελλος τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου τῶν Χριστιανῶν πίστεως. (1) Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα ἀγέννητον, καὶ εἰς ἕνα Υἱὸν γεννητὸν, καὶ ἓν Πνεῦμα ἅγιον ἐκπορευτὸν, &c.

Octavò, & quidem fol. 57 pag. 2, & fol. 58 pag. 1, S. CYRILLI *Archiepiſcopi Alexandrini Quæſtiones & Reſponſiones de Orthodoxâ Fide*, quarum titulus & principium: (2) Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου περὶ πίστεως. Ἐρώτησις· Ἐπὶ τῆς θεολογίας πόσας φύσεις ὁμολογεῖς; &c.

Nonò, & quidem fol. 58 pag. 1 & 2, S. JOANNIS DAMASCENI *Fragmentum de S. Trinitate*; cujus titulus & principium: Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. Ἐπὶ μὲν τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ ζωοποιοῦ Τριάδος &c.

Decimò, & quidem fol. 58 pag. 2, & fol. 59 pag. 1, *Fragmentum ex Sanctorum Patrum Synodico*, cujus titulus & principium : Τῶν ἁγίων Πατέρων ἐν τῷ Συνοδικῷ. Ὡς Προφῆται ὡς εἶδον, ὡς Ἀπόστολοι ὡς ἐδίδαξαν, ἡ Ἐκκλησία ὡς παρέλαβεν, &c.

Undecimò, & quidem fol. 59 pag. 1, uſque ad fol. 61 pag. 1, ABGARI *Principis Edeſſæ &* CHRISTI *Servatoris noſtri Epiſtolæ duæ mutuæ*, cum ſubjunctâ Narratione *de Imagine Chriſti non-manufactâ ad Abgarum miſſâ*, & de *Thaddæo*, uno ex ſeptuagintâ duobus diſcipulis, qui poſt *Chriſti* aſcenſionem in Cœlum *Edeſſam Syriæ* profectus, *Abgarum* Principem & populum *Edeſſenum* convertit ad Chriſtianam religionem. *Epiſtola Abgari ad Chriſtum* inſcribitur ibi atque incipit his verbis : Ἐπιστολὴ Αὐγάρου Τοπάρχου πόλεως Ἐδέσσης πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Αὔγαρος Τοπάρχης πόλεως Ἐδέσσης Ἰησοῦ Σωτῆρι ἀγαθῷ, ἀναφανέντι ἐν πόλει Ἱεροσολύμων, χαίρειν. Ἤκουσταί μοι τὰ περὶ σοῦ καὶ τῶν σῶν ἰαμάτων, &c. *Epiſtola* autem *Chriſti ad Abgarum* inſcribitur atq; incipit hoc modo : Ἐπιστολὴ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πρὸς Αὔγαρον. Μακάριος εἶ Αὔγαρε, καὶ ἡ πόλις σου ἥτις καλεῖται Ἔδεσσα, ὅτι ἐπίστευσας εἰς ἐμὲ μὴ ἑωρακώς με. περὶ δὲ οὗ ἔγραψάς μοι &c. Utraq; Epiſtola in hoc Codice MSto non mediocriter diſcrepat ab earundem editionibus, quæ exſtant apud *Euſebium Pamphili* Hiſtor. Eccleſ. lib. 1. cap. 13, apud *Georgium Cedrenum* in Compendio Hiſtoriarum pag. 175 & 176 editionis gr. lat. Pariſinæ in folio, & apud *Nicephorum Calliſti* Hiſtor. Eccleſ. lib. 2. cap. 7; & quidem præcipuè *Epiſtola Chriſti*, quippe quæ ibi in fine multò eſt auctior, & præter alia annexam habet *ſubſcriptionem Chriſti cum Sigillo* ✠. Ψ. X. E. Y. P. A., ejúſque *Interpretatione*. Plura vide Lib. V. Comment. Lambec. pag. 9 & 10.

Duodecimò, & quidem fol. 61 pag. 2, & fol. 62, pag. 1, *Expoſitio & Interpretatio* SPLENII *Philoſophi de generatione hominis*; cujus titulus & principium: Περὶ γενέσεως τοῦ ἀνθρώπου (3) ΣΠΛΗΝΙΟΥ Φιλοσόφου ἐξήγησις καὶ ἑρμηνεία. Τὸ σπέρμα ἐν τῇ μήτρᾳ καταβαλλόμενον, ἐν μὲν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀλλοιοῦται εἰς αἷμα, &c. Huc quoque pertinet, quod in *Conradi Geſneri* & *Joannis Jacobi Friſii* Bibliothecâ Univerſali literâ S legitur his verbis : SPLENII *Philoſophi de generatione hominis liber Græcus exſtat Romæ in Vaticanâ Bibliothecâ.*

(1) Vide Lib. III. Lambec. Comment. pag. 100. (2) Vide ibid. pag. 100. (3) De hoc SPLENIO nuſquam alibi ullam mentionem hactenus potui reperire.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 62 pag. 1, uſque ad fol. 63 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Narratio de triduanâ Sepulturâ & Reſurrectione Chriſti, & de ave Phœnice*; cujus titulus & principium: Ἱστορία τῆς τριημέρου ταφῆς καὶ ἀναστάσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἐν τοῖς εὐαγγελίοις λέγει. ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου &c.

Decimo quartò, & quidem fol. 63 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Oratio hiſtorica de Sanctâ Cruce*; cujus titulus & principium: Περὶ τοῦ τιμίου Σταυροῦ ἑρμηνεία ζητοῦσι τινὲς, πόθεν ἄρα τὸ ξύλον τοῦ σταυροῦ γέγονεν, καὶ ἐν ποίῳ τόπῳ, &c. Superſunt autem ibi nunc tantùm novem primi verſus ſeu lineæ uſque ad finem ſuprà memoratæ paginæ ſecundæ folii 63. Proximè enim ſequentia aliquot folia, quæ continuationem continuerunt principii iſtius Orationis furtivè exciſa ſunt ſceleſti cujuſdam hominis manu, cui Codex ille MStus, de quo nunc agitur, ante meam Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Præfecturam, olim fuit commodatus.

Decimo quintò, & quidem à fol. 64 pag. 1, uſque ad fol. 67 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Oratio de Inferno*, cujus primum vel etiam plura folia ejuſdem ſuprà memorati ſceleſti hominis manu furtivè exciſa ſunt. Reſidua ejuſdem pars incipit nunc ibi his verbis: - - - καὶ ζόφου καὶ τρόμου ἀνάπλεως, βρυγμοῦ τε καὶ φόβου πλήρης, &c.

Decimo ſextò, & quidem fol. 67 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Chronologia Imperatorum Conſtantinopolitanorum ab Imp. Conſtantino Magno uſque ad Imp. Theodoſium Adramyttenum*, qui invitus cœpit imperare A. C. 715, & ſpontè ceſſit *Imp. Leoni Iſauro* A. C. 717.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 68 pag. 1, uſque ad fol. 76 pag. 1, JOANNIS *Epiſcopi Carpathii Capita ethica ſive moralia octoginta*, quorum titulus & principium: Τοῦ μακαρίου Ἰωάννου Ἐπισκόπου Καρπαθίου Κεφάλαια ἠθικὰ π΄. Ἔξεστι παντὶ χριστιανῷ τῷ ὀρθῶς πιστεύοντι &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 76, pag. 1, uſque ad fol. 79 pag. 1, *EJUSDEM Capita triginta unum de Oratione*, quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Κεφάλαια περὶ εὐχῆς λα΄. Ψυχὴν ἔρωτι νυμφικῷ τετρωμένην &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 79 pag. 2, uſque ad fol. 83 pag. 1, *EJUSDEM Capita gnoſtica triginta duo*, quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Κεφάλαια γνωστικὰ λβ΄. Φωτίζεται νοῦς γνωστικὸς θεωρίας &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 83 pag. 1, uſque ad fol. 96 pag. 1, *EJUSDEM de Praxi & Theoriâ ſpirituali Capita centum & octo*, quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ περὶ πράξεως καὶ θεωρίας πνευματικῆς Κεφάλαια ρη΄. Ἀπαρχὰς ἅλωνος καὶ ληνοῦ &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 96 pag. 1, uſque ad fol. 106 pag. 1, THALASSII *Monachi Capita quadringenta de Charitate, & continentiâ, & de Regimine mentis*, quorum titulus & principium: (1) ΘΑΛΑΣΣΙΟΥ μοναχοῦ ἀσκητοῦ Κεφάλαια τετρακόσια περὶ ἀγάπης καὶ ἐγκρατείας καὶ τῆς κατὰ νοῦν πολιτείας πρὸς Παῦλον πρεσβύτερον. Ἑκατοντὰς πρώτη, ἧς ἡ ἀκροστιχὶς αὕτη. Πνευματικῷ ἀδελφῷ καὶ ἀγαπητῷ κυρίῳ Παύλῳ Θαλάσσιος, τῷ μὲν φαινομένῳ ἡσυχαστὴς, &c.

Vigeſimo

(1) Vide Magnam Bibliothecam Veterum Patrum græco-latinam Pariſinam Tomo XI. pag. 479, & Tomo XVII. pag. 18 & 82.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 106 pag. 1, uſque ad fol. 108 pag. 1, (1) NICOLAI *Metropolitæ Theſſalonicenſis Reſponſio ad Interrogationem, Quis ſit Scopus Incarnationis Dominicæ*. Ipſa tituli græci verba cum principio ipſius Libelli ſunt hæc: Νικολάȣ τȣ̃ ἁγιωτάτȣ Μητροπολίτȣ Θεσσαλονίκης πρὸς τὴν ἐρώτησιν ὅτι, τίς ὁ σκοπὸς τῆς τȣ̃ Κυρίȣ ἐνανθρωπήσεως. Εἰ καὶ φιλόχρυσοι καὶ φιλόϋλοι ἄνθρωποι &c.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 108 pag. 1, uſque ad fol. 110 pag. 1, *EJUSDEM Nicolai Metropolitæ Theſſalonicenſis Expoſitio verborum S. Gregorii Nazianzeni* Ὢ τῆς καινῆς μίξεως, ὢ τῆς παραδόξȣ κράσεως. Ipſa tituli græci verba, cum principio Expoſitionis, ſunt hæc: Τοῦ αὐτȣ̃ εἰς τὸ, Ὢ τῆς καινῆς μίξεως, ὢ τῆς παραδόξȣ κράσεως. Ἐρωτᾷς ὦ φίλων ἄριστε, τί ἐστιν ἐκεῖνο ὅ φησιν ὁ ἐν θεολογίᾳ μέγας Γρηγόριος· Ὢ τῆς καινῆς μίξεως, τῆς παραδόξȣ κράσεως. καὶ βȣ́λει μαθεῖν τίς ἡ τῶν ῥημάτων τȣ́των ἡ δύναμις. Ἰδὲ δὴ &c.

Vigeſimo quartò, & quidem fol. 110 pag. 1 & 2, (2) ex APHRODISIANI *Hiſtoriâ Excerptum* (3) *de Moribus, Formâ & Veſtitu Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus titulus & principium: Ἱστέον ὅτι κατὰ τὸν Ἱστορικὸν ἈΦΡΟΔΙΣΙΑΝΟ͂Ν τῆς ὑπερεγγίας Θεοτόκȣ τὸ ἦθος ἦν σεμνὸν, ὀλιγόλαλον, ταχυπήκοον, σεμνοπρεπέστατον, ἀπαρρησίαστον, &c.

Vigeſimo quintò, & quidem fol. 110 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris Obſervatio Phyſica *de Diviſione Ætatis humanæ in partes ſeptem*; cujus principium: Αἱ τοῦ ἀνθρώπȣ ζ΄ ἡλικίαι εἰσὶν ὅτως. Βρέφος ἀπὸ γεννήσεως ἕως ἐτῶν δ΄. &c. Diverſa autem eſt hæc *Diviſio Ætatis humanæ ab alterâ* illâ, quæ exſtat ſuprà in Codice MSto Theologico Græco CCLXIVto, num. 3.

Vigeſimo ſextò, & quidem fol. 110 pag. 2, & fol. 111 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris Fragmentum Theologicum *de hominis Libero Arbitrio*; cujus titulus & principium: Περὶ τῆς αὐτεξȣσιότητος. Ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον αὐτεξȣ́σιον ἔπλασε, λόγῳ καὶ σοφίᾳ τιμήσας, &c.

Quod reſtat, ſilentio haud prætereundum eſt, Codicem hunc MStum Theologicum Græcum CCCXIVtum eſſe illum ipſum, cujus *Joannes Jacobus Friſius* in Bibliothecâ Univerſali, & quidem lit. A, meminit his verbis: *Ejuſdem* ANTONII *Monachi & Abbatis, natione* (4) *Ægyptii, Opus Theologicum, quod* MELISSAM, *id eſt, Apiculam inſcripſit, variis conſtans Capitibus, præcipuè verò de politiâ Chriſti tractans, junctis* JOANNIS (5) *cujuſdam Locis ethicis, exſtat græcè manuſcriptum in octavo in Bibliothecâ Imperatoriâ. Idem* (6) *Opus CL. V. Conradus Geſnerus Venetiis acquiſitum, græcè & latinè ſeorſim, eodem & Joanne Ribitto Interprete, excudi curavit Tiguri apud Chriſtophorum Froſchoverum A. 1546, hoc titulo: Sententiarum ſive Capitum, Theologicorum præcipuè, ex ſacris & profanis Libris Tomi tres per Antonium & Maximum Monachos olim collecti. Antonii Loci Meliſſæ inſcripti, numero ſunt centum ſeptuaginta quinque.* Hæc ibi *Joannes Jacobus Friſius*; ſed quàm verè & accuratè, ex Annotationibus hîc appoſitis videre eſt.

(1) Hic eſt *Nicolaus Cabaſilas, Archiepiſcopus Theſſalonicenſis*, de quo vide *Leonis Allatii* Diatribam de *Nilis* & eorum ſcriptis, & quidem cap. 14, ubi agitur de *Nilo Cabaſilâ* Archiepiſcopo Theſſalonicenſi, qui fuit jam memorati *Nicolai* avunculus. Floruit autem *Nicolaus* ſeculo poſt Chriſtum 14 circa A. 1350. Vide ibid. p. 50 & 54. (2) De hoc *Aphrodiſiano Perſa*, qui ſcripſit de *Nativitate Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, vide Lib. IV. Lambec. Comment. pag. 132. (3) Vide etiam *Nicephori Calliſti* Hiſtor. Eccleſ. lib. 2. cap. 23. (4) Perperam hîc confunditur *S. Antonius Ægyptius*, qui A. C. 356. obiit, cum multò recentiori & incertæ ætatis *Antonio*, autore *Meliſſæ*. (5) Is eſt *Joannes Carpathius*, ut ſuprà num. 5, 17, 18, 19 & 20. videre eſt. (6) Minimè verò. Nam *Opuſculum Antonii autoris Meliſſæ*, quod in hoc Codice manuſcripto exſtat, prorſus diverſum eſt ab illis *Locis Communibus*, quos *Geſnerus* edidit; ut manifeſtè apparet ex principio ejus ſuprà num. 1.

CCCXVI.

TRECENTESIMUS DECIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, pervetuſtus & bonæ notæ, in *octavo*, in principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis ſexaginta novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 180 pag. 2, S. JOANNIS DAMASCENI *Opus de Orthodoxâ Fide*, non, ut vulgò fit, in *Libros quatuor*, ſed tantùm in *Capita* diviſum.

Secundò, & quidem à fol. 180 pag. 2, uſque ad fol. 245 pag. 2, *EJUSDEM Logica, in Capita quinquaginta diviſa*, quorum *primum* inſcribitur hoc modo: Τοῦ μακαριωτάτου Ἀββᾶ Ἰωάννου Πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ, τοῦ ὄντως Φιλοσόφου, Κεφάλαια ν'. Κεφάλαιον α' Περὶ τοῦ ὄντος, οὐσίας τε καὶ συμβεβηκότος· *ultimum* autem, Κεφάλαιον ν' Περὶ τῆς καθ' ὑπόστασιν ἑνώσεως. *Præfatio ad Coſmam Epiſcopum Majumæ*, Portûs & Emporii Palæſtinæ, inſcribitur atque incipit his verbis: Τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ θεοτιμήτῳ Κοσμᾷ, ἁγιωτάτῳ Ἐπισκόπῳ Μαιουμᾶ, Ἰωάννης ἐλάχιστος μοναχὸς ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Τὸ μὲν στενὸν τῆς διανοίας καὶ τὸ ἄπορον τῆς γλώσσης &c. Plura de eâdem *Præfatione*, & de *Coſmâ Epiſcopo Majumæ*, vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 116 & 117.

Tertiò, & quidem à fol. 246 pag. 1, uſque ad fol. 269, ſive ultimum, *EJUSDEM Liber de Hæreſibus*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ εἰς τὰ περὶ αἱρέσεων. Πασῶν αἱρέσεων μητέρες καὶ πρωτότυποι δ', &c. Exſtat quidem hic Liber in Operum S. *Joannis Damaſceni* (1) editione græco-latinâ *Billianâ* Pariſienſi, ſed tantùm *latinè*.

CCCXVII.

TRECENTESIMUS DECIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *octavo*, & conſtat *trecentis nonaginta* foliis. Continentur eo S. GREGORII NAZIANZENI *Orationes ſedecim*: nempe prima *in Sanctum Paſcha & in Tarditatem*; ſecunda, quæ eſt *ſecunda in Sanctum Paſcha*; tertia *in Novam Dominicam, & in S. Martyrem Mamantem*; quarta *in Sanctam Pentecoſten*; quinta *in Maccabæos*; ſexta *in S. Cyprianum Martyrem*; ſeptima *de Sermonibus ſuis & ad Julianum tributorum exæquatorem*, quæ ibi εἰς τὴν ἁγίαν τοῦ Χριστοῦ ἀπογραφὴν inſcribitur; octava *in Sanctam Chriſti Nativitatem*; nona *funebris in laudem S. Baſilii Magni*; decima *in Sancta Lumina*, ſive, *in Feſtum Epiphaniæ*; undecima *in ſanctum Baptiſma*; duodecima *ad S. Gregorium Nyſſenum*; decima tertia *in laudem S. Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini*; decima quarta *in præſentiâ centum quinquaginta Epiſcoporum*; decima quinta *de amore Pauperum*; decima ſexta *ad Patrem ſilentem ob plagam grandinis*.

CCCXVIII.

TRECENTESIMUS DECIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, elegans & bonæ notæ, in *octavo*, conſtátque foliis *ducentis octoginta novem*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 266 pag. 2, JOANNIS CLIMACI

(1) Vide ibi pag. 688.

Scala

Scala Paradiſi cum Præfixis *Joannis Abbatis Rhaitheni* & *Joannis Climaci Epiſtolis mutuis*, ut & *Vitâ Joannis Climaci à Daniele Monacho Rhaitheno* conſcriptâ, cæteriſque *Prolegomenis*, quæ exſtant in Codice CCXImo.

Secundò, & quidem à fol. 267 pag. 1, uſque ad fol. 288 pag. 2, *EJUSDEM Liber ad Paſtorem* eodem modo, ut in Codice CCXImo.

Tertiò, & quidem fol. 289 pag. 1, *Subſcriptio*, quâ *Nicephorus*, *Tachygraphus* & *Anagnoſtes*, hoc eſt, *Notarius* & *Lector*, indicat & teſtatur, ſe Codicem hunc manu ſuâ exarâſſe anno Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Orientalis 6794, hoc eſt, anno Chriſti 1286. Cæterùm hic Codex MStus *Cæſareus* digniſſimus eſt, ut *Operum Joannis Climacis* editio græco-latina *Raderiana* cum eo diligenter & accuratè conferatur.

CCCXIX.

TRECENTESIMUS DECIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *octavo*, conſtátq; nunc foliis *centum & decem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo ex MATTHÆI QVÆSTORIS *Opuſculis octo hæreticis contra Latinos*, ſuprà Codice XCIIItio comprehenſis, *priora quatuor*, nempe de *Proceſſione Spiritûs Sancti contra S. Thomam Aquinatem*, de *Igne purgatorio contra eundem S. Thomam*, de *Primatu Papæ*, & de *Proceſſione Spiritûs Sancti contra ſex Capita Latinorum*.

CCCXX.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus in *octavo*, conſtátque foliis *centum & tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 97 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Eclogæ aſceticæ*, *ex variorum Sanctorum Patrum aliorúmque Scriptorum Eccleſiaſticorum Operibus collectæ*, & *in ſedecim* Λόγους ſive *Sermones diviſæ*, quarum titulus & principium: Ἀποφθέγματα καὶ γνῶμαι σοφῶν καὶ Διηγήματα, Ἐρωτήσεις τε καὶ Ἀποκρίσεις παραινετικαί τε καὶ διδασκαλικαὶ ἀπὸ διαφόρων ἁγίων Πατέρων καὶ τιμίων καὶ ἁγίων Γερόντων ἀπὸ διαφόρων κεφαλαίων. λέγω δὴ Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου, καὶ Ἰωάννου τοῦ τῆς Κλίμακος, Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου, καὶ Μαξίμου τοῦ ὁμολογητοῦ, καὶ Νείλου τοῦ ἀσκητοῦ &c.

Secundò, & quidem à fol. 97 pag. 1, uſque ad fol. 98 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Expoſitio Orationis Dominicæ*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου ἑρμηνεία εἰς τὸ Πάτερ ἡμῶν. (1) Πάτερ ἡμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. &c.

Tertiò, & quidem à fol. 98 pag. 2, uſque ad fol. 100 pag. 2, HIPPOLYTI THEBANI *Fragmentum de Genealogiâ Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, *deſumptum ex Opere ejus Chronologico*. Ipſa tituli græci verba cum principio Fragmenti ſunt hæc: Ἱππολύτου Θηβαίου ἐκ τοῦ Χρονικοῦ Συντάγματος περὶ τῆς γενεαλογίας τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Δεῖ ἡμᾶς εἰδέναι,

(1) Vide Operum *S. Joannis Chryſoſtomi* edit. græcam Savil. Tom. V. pag. 707; ubi *Savilius* expreſsè teſtatur, ſe Expoſitionem hanc Orationis Dominicæ accepiſſe ex Codice MSto Cæſareo.

εἰδέναι, ὅτι ἀπὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μέχρι τῆς τῶν Μάγων προσκυνήσεως εἰσὶν ἔτη δύο, καὶ ἀπὸ τῆς ἐξ Αἰγύπτου ἀναχωρήσεως &c. Vide Librum *tertium* Lambecianorum Commentariorum pag. 45, 46, 47, 98 & 99, & Librum *quartum* pag. 150.

Quartò, & quidem à fol. 101 pag. 1, uſque ad fol. 103 pag. 2, *Narratio de Melchiſedech ſub nomine S. ATHANASII Archiepiſcopi Alexandrini*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας περὶ τοῦ Μελχισεδέκ. Μελχισεδὲκ Βασιλεὺς Σαλὴμ κατὰ τὸ ὄνομα τῆς πόλεως ὠνομάσθη. &c. Exſtat quidem hæc *Narratio* græcè & latinè Tomo ſecundo Operum S. *Athanaſii*, Pariſiis anno 1627 duobus Tomis in folio editorum, pag. 7, 8, 9 & 10, ſed ab hoc exemplari manuſcripto *Cæſareo* valdè diſcrepat, ut vel ex ſolâ ſuprà exhibiti principii collatione abundanter videre eſt. Cæterùm minimè dubium eſt, quin *Narratio* hæc ſit *ſuppoſititia*. Id enim manifeſtè apparet ex illius fine, utpote ubi Autor ejus de *Concilio Nicæno Oecumenico* ſive *Generali primo* ita facit mentionem, quaſi id jam longè ante ætatem ſuam fuerit celebratum. Diverſus ergò is eſt à S. *Athanaſio Archiepiſcopo Alexandrino*, quippe qui jam memorato *Concilio Nicæno* ipſe interfuit; ideóque veriſimile mihi videtur, verum iſtius Narrationis autorem eſſe *Athanaſium* illum *Juniorem*, qui tanquam ſynchronus literis mandavit celeberrimum illud *Miraculum*, quod A. C. 765 *Beryti* per Imaginem Chriſti à Judæis crucifixam contigit. Quâ de re vide plura Libro *primo* Lambecianorum Commentariorum à pag. 123 uſque ad pag. 132; item Libri *ſecundi* pag. 97 & 220, & Libri *quarti* pag. 67, 68, 101, 163, 165, 201 & 226.

CCCXXI.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *octavo*, conſtátque foliis *ducentis triginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *Quatuor Evangelia* eleganter ſcripta, ſed abſque *Canonibus Euſebianis* & ullo *Commentario*.

CCCXXII.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* in *octavo*, conſtátque *ſexaginta duobus* foliis. Continentur eo *S. MAXIMI Scholia in S. Dionyſii Areopagitæ Librum de Cœleſti Hierarchiâ*, ab anonymo quodam Viro docto centum circiter abhinc annis ex longè vetuſtiori Codice deſcripta. Subjuncta etiam iis ſunt in eodem Volumine ipſa S. *Dionyſii Opera*, anno 1516 *Venetiis* in ædibus *Philippi Juntæ* Bibliopolæ *græcè* tantùm & abſque ullis Scholiis in octavo impreſſa, & *variantibus Lectionibus* (1) *manuſcriptis*, ex pervetuſto quodam Codice deſumptis, in margine illuſtrata.

TRE-

(1) *Variantes* illæ *lectiones* eâdem ſcriptæ ſunt manu, quâ ſuprà memorata *Scholia S. Maximi*, ideóque videntur ex uno atque eodem antiquo Codice MSto eſſe depromptæ.

CCCXXIII.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, mediocriter antiquus, in *octavo*, conſtátque *centum quadraginta ſeptem* foliis. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1, uſque ad fol. 72 pag. 2, S. GREGORII NAZIANZENI *Orationes quinque*; nempe Ima *in S. Paſcha & in Tarditatem*; IIda, quæ eſt *ſecunda in ſanctum Paſcha*; IIItia *in Novam Dominicam & in S. Martyrem Mamantem*; IVta *in Sanctam Chriſti Nativitatem*; Vta *in ſancta Lumina*, ſive, *in Feſtum Epiphaniæ*.

Secundò, & quidem à fol. 73, uſque ad fol. 147, S. BASILII MAGNI Archiepiſcopi Cæſareæ Cappadociæ, *Homiliæ quinque*: nempe Ima *de Chriſti Nativitate humanâ*; IIda *Exhortatoria ad ſanctum Baptiſma*; IIItia *in Pſalmum primum*; IVta *de Fide*; Vta *in principium Evangelii S. Joannis, In principio erat Verbum* &c.

CCCXXIV.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus in *octavo*, conſtátque nunc *trecentis octo* foliis, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 145 pag. 2, *Excerpta Ethica*, ſive *Moralia* ex diverſis S. *Joannis Chryſoſtomi* Operibus.

Secundò, & quidem à fol. 146 pag. 1, uſque ad fol. 163 pag. 2, LEONIS *Magiſtri*, *Proconſulis & Patricii*, *Epitome Expoſitionis variorum Patrum in Evangelium S. Matthæi*, *in Evangelium S. Lucæ*, *& in Epiſtolam S. Jacobi*. Ipſa tituli græci verba cum principio Epitomes Expoſitionis in Evangelium S. *Matthæi* ſunt hæc: ΛΕΌΝΤΟΣ Μαγίστρου, Ἀνθυπάτου καὶ Πατρικίου, ἐπιτομὴ τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου. Πῶς νοητέον τὸ, μὴ κρίνετε, ἵνα μὴ &c. Epitome autem Expoſitionis in Evangelium S. Lucæ inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν Εὐαγγέλιον ἀπὸ διαφόρων Πατέρων. Ποία ἐστὶν ἀκολουθία, ὅτι ὑπὲρ τοῦ λαοῦ παρακαλοῦντος Ζαχαρίου &c.

Tertiò, & quidem à fol. 164 pag. 1, uſque ad fol. 165 pag. 2, EXCERPTA quædam ex diverſis S. JOANNIS CHRYSOSTOMI Operibus.

Quartò, & quidem fol. 166 pag. 1 & 2, *Concilii Conſtantinopolitani tertii*, *Oecumenici* autem ſive *Generalis ſexti*, A. C. 680 & 681 celebrati, CANON *octogeſimus ſecundus de ſacris Imaginibus*; cujus titulus & principium: Περὶ εἰκόνων ἁγίων Συνόδου ϛʹ κανὼν πβʹ. Ὁ πβʹ τῆς ϛʹ Συνόδου κανὼν ἐν τισὶ τύποις φησὶ τοῖς χρώμασι γράφειν, &c.

Quintò, & quidem à fol. 166 pag. 2, uſque ad fol. 169 pag. 2, PHOTII *Patriarchæ Conſtantinopolitani*, *& Theodori Studitæ teſtimonia duo de ſacris Imaginibus*, *& de differentiâ inter ſacras Imagines atque idola*; quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Φωτίου Πατριάρχου καὶ Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου. Εἰκὼν λέγεται παρὰ τὸ ἔοικεν· ἄλλο δὲ φυσικὴ εἰκὼν, καὶ ἄλλο μιμητική· &c; *ſecundum* autem, quo *de Imagine* S. *Crucis* ſpeciatim agitur, inſcribitur atque incipit his verbis: Περὶ σταυροῦ. Τὸν τοῦ σταυροῦ τύπον ἐκ δύο ξύλων συνάπτοντες, &c.

 Sextò,

Sextò, & quidem à fol. 170 pag. 1, uſque ad fol. 172 pag. 1, EXCERPTUM *ex* S. BASILII MAGNI *Operibus de S. Baptiſmate*; cujus principium: Διόπερ περὶ τοῦ μὲν βαπτισμάτος μαθητευθῆναι χρὴ &c.

Septimò, & quidem fol. 172 pag. 1, *ex* S. ISAACI *Syri Epiſtolâ excerptam de S. Baptiſmate*, cujus titulus & principium: Ἐκ τῆς μεγάλης ἐπιστολῆς Ἰσαὰκ τοῦ Σύρου. Ἰδοὺ γὰρ εἰς τὸ βάπτισμα δωρεὰν συγχωρεῖ, &c.

Octavò, & quidem à fol. 172 pag. 2, uſque ad fol. 177 pag. 2, *Excerpta quædam ex* S. BASILII MAGNI (1) *Regulis aſceticis brevioribus per interrogationem & reſponſionem*, quorum primum eſt de (2) *Scandalo*.

Nonò, & quidem à fol. 178 pag. 1, uſque ad fol. 186 pag. 2, *Excerpta ex* S. NILI *Capitibus centum quinquaginta tribus de Oratione*.

Decimò, & quidem à fol. 186 pag. 2, uſque ad fol. 192 pag. 2, alia quædam *Excerpta ex* S. NILI *Aſceticis de differentiâ inter aſcetas urbanos & eremitas*, & *quàm difficile atq; arduum ſit aliorum animabus præeſſe*.

Undecimò, & quidem à fol. 193 pag. 1, uſque ad fol. 201 pag. 2, S. NILI *Epiſtolæ* ad *Dominum* νεώτερον πρωτεύοντα, ad *Petrum Anagnoſten*, ad *Eunomium Presbyterum*, ad *Aulianum*, ad *Anaſtaſium Presbyterum*, ad *Epictetum Archimandritam*, ad *Domninum Presbyterum*, ad *Nilum Scholaſticum*, ad *Xenophontem Presbyterum*, ad *Parnaſium Cauſidicum*, ad *Eugenium Monachum*, ad *Probatium Monachum*, ad *Telemachum* πρωτεύοντα, & ad *Julianum Monachum*. Vide hujus *S. Nili* Epiſtolarum Libros quatuor græcè & latinè à *Leone Allatio* editas Romæ typis Barberinis A. 1668 in folio, unà cum ejuſdem *Allatij* Diatribâ *de Nilis & eorum Scriptis*.

Duodecimò, & quidem à fol. 202 pag. 1, uſque ad fol. 206 pag. 2, *Excerpta ex* (3) JOANNIS CARPATHII *Capitibus aſceticis ſexaginta ſeptem*, quorum titulus & principium: Τοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Καρπαθίου ἐκ τῶν ξζ κεφαλαίων. (4) Τῷ ἑαυτοῦ ἐπιγεγράφοντι τῶν κατορθωμάτων τὴν αἰτίαν &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 206 pag. 2, uſq; ad fol. 210 pag. 2, Excerpta ex EJUSDEM *Capitibus aſceticis octoginta octo*; quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ μακαρίου Ἰωάννου τοῦ Καρπαθίου ἐκ τῶν ὀγδοήκοντα ὀκτὼ κεφαλαίων. Οὐδὲν τῶν ὄντων φύσει αὐτὸ ἑαυτῷ ἀντίκειται, &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 211 pag. 1, uſque ad fol. 229 pag. 2, S. GREGORII NYSSENI *Oratio* (5) *de Deitate Filii & Spiritûs Sancti*, & *laudatio conſtantis fidei Patriarchæ Abrahami*. Ipſa tituli græci verba cum principio Orationis ſunt ibi hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νύσσης πρὸς τοὺς λέγοντας, μείζων ὁ Πατὴρ τοῦ Υἱοῦ, καὶ εἰς τὸν Ἀβραάμ· ὁ τοιοῦτος λόγος ἀναγινώσκεται τῇ κυριακῇ τῶν προπατέρων περὶ τῆς Χριστοῦ γεννήσεως. Οἷόν τι πάσχουσι πρὸς τοὺς πολυανθεῖς τῶν λειμώνων &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 229 pag. 2, uſque ad fol. 242 pag. 2, EJUSDEM *Epiſtola Canonica ad S. Letojum Epiſcopum Melitenæ in Cappadociâ*; cujus principium: (6) Ἓν καὶ τοῦτο τῶν εἰς τὴν ἁγίαν ἑορτὴν συντελούντων ἐστὶ, &c.

Decimò

(1) Vide Operum *S. Baſilii Magni* edit. græc. lat. Pariſ. Tom. II. pag. 505. (2) Vide ibid. Tom. II. pag. 550. (3) Vide ſupà Codicem CLXXXIX, num. 15. (4) Vide Magnam Bibliothecam Veterum Patrum Pariſinam græco-latinam Tom. XV. pag. 848, ubi hoc eſt *Caput quadrageſimum tertium*, & latinè incipit: *Rectè factorum cauſam ſibi adſcribentem*, &c. (5) Vide Operum *S. Gregorii Nyſſeni* edit. græc. lat. Pariſ. Tom. II. pag. 896. (6) Vide ibid. Tom. I. pag. 946.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 242 pag. 2, uſque ad fol. 243 pag. 2, *Excerptum ex JOANNIS ZONARÆ Epiſtolâ de obdormitione ſive Aſſumptione Sanctiſſimæ Dei-Genitricis*, cujus titulus & principium: Περὶ τῆς κοιμήσεως τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου ἐκ τῆς ἐπιστολῆς Ἰωάννου τοῦ Ζωναρᾶ. Οὐ καὶ δίκαιοι πολλάκις, ἡνίκα τῶνδε μεθίστανται, ὀπτασίας ἁγίων τεθέανται, καὶ θείων ὕμνων ἐν οὐρανοῖς αὐτήκοοι γίνονται, &c. Citantur etiam ibi varia aliorum antiquorum Autorum de eâdem *Aſſumptione* teſtimonia, nempe S. *Athanaſii Archiepiſcopi Alexandrini, Juvenalis Archiepiſcopi Hieroſolymitani, Coſmæ* τοῦ μεγάλου ſive *Magni Joſephi Archiepiſcopi Theſſalonicenſis, Andreæ Archiepiſcopi Cretenſis, Germani Patriarchæ Conſtantinopolitani*, & (1) *Pſeudo-Joannis Theologi* ſive *Evangeliſtæ*; quorum ultimus ibi in fine omninò rejicitur.

Decimo ſeptimò, & quidem fol. 243 pag. 2, *ex HIPPOLYTI THEBANI Syntagmate chronico teſtimonium, quòd Beatiſſima Virgo Deipara Chriſtum pepererit anno ætatis decimo ſexto, & poſt paſſionem Dominicam vixerit annos undecim, in univerſum autem annos ſexaginta unum; item quòd S. Joannes Evangeliſta Paſſioni Dominicæ ſuperſtes fuerit annos nonaginta.*

Decimo octavò, & quidem à fol. 244 pag. 1, uſque ad fol. 275 pag. 2, Excerpta varia ex *Photii Patriarchæ Conſtantinopolitani, Nicetæ Stethati, Theodori Smyrnæi, Leonis Metropolitæ, Joannis Patriarchæ Antiocheni, Euſtratii Metropolitæ Nicæni, Joannis Phurnæ*, aliorúmque nonnullorum Græcorum ſchiſmaticorum Operibus *contra Latinos* de *Proceſſione Spiritûs Sancti*, de *Azymis*, de *Jejunio Sabbati*, & de aliis ejuſmodi materiis eccleſiaſticis.

Decimo nonò, & quidem à fol. 276 pag. 1, uſque ad fol. 297 pag. 2, Excerpta ex S. JOANNIS DAMASCENI *Opere de Orthodoxâ Fide*, & ex ejuſdem *Philoſophicis*.

Vigeſimò, & quidem à fol. 298 pag. 2, uſque ad fol. 307 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris Diſſertatiuncula, *ex quâ poteſtate illi, qui contraria ſentiunt & faciunt, ſæpè prædicant futura, & miracula faciant.*

Vigeſimo primò, & quidem fol. 307 pag. 2, S. *MAXIMI*, Monachi & Martyris, fragmentum *de divinâ Incarnatione*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Μαξίμου περὶ τῆς θείας ἐνανθρωπήσεως. Ὁ μὲν Ἀδὰμ παραβάσας τῆς θείας ἐντολῆς &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem fol. 308 pag. 1, Excerptum ex S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Expoſitione in Epiſtolam S. Pauli ad Theſſalonicenſes*, quod incipit: Καὶ σὺ τοίνυν, ὅταν χρήματα ἀπολέσῃς, μὴ δυσχεράνῃς, ἀλλὰ γενναίως &c.

CCCXXV.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus, in *octavo*, conſtátque foliis *centum ſexaginta quatuor*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem fol. 1 pag. 1, *NICOLAI Epiſcopi Methonenſis Fragmentum ſchiſmaticum de S. Trinitate*, cujus titulus & principium: Νικολάου Ἐπισκόπου Μεθώνης θεολογία περὶ τῆς ἁγίας Τριάδος. Τίς ὅλως ἀνάσχοιτο τῶν ἐν Χριστιανοῖς τελούντων ἐπὶ τῆς ἁγίας Τριάδος δύο εἰσάγειν αἴτια; &c.

(1) Vide ſuprà Codicem CXXIII, num. 32.

Secundò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 2 pag. 1, S. GREGORII THAUMATURGI, *Neocæſareæ in Ponto Epiſcopi*, *Fragmentum aliquod*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θαυματουργοῦ. Ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς ἐστὶ γνῶναι τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς· καὶ γὰρ &c. Item ejuſdem S. *Gregorii Thaumaturgi Symbolum Fidei Chriſtianæ*, cujus principium: (1) Εἷς Θεὸς Πατὴρ Λόγου ζῶντος, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 4 pag. 2, uſque ad fol. 5 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Verſus in finem Pſalterii Davidis*, quorum titulus & principium: Στίχοι εἰς τὸ τέλος τοῦ ψαλτηρίου. Τέλος τῶν σεπτῶν καὶ πανάγνων ᾀσμάτων, &c.

Quartò, & quidem à fol. 6 pag. 1, uſque ad fol. 16 pag. 1, *Prolegomena varia in Quatuor Evangelia*; nempe 1, EUSEBII PAMPHILI *Epiſtola ad Carpianum*, cujus principium: (2) Ἀμμώνιος ὁ Ἀλεξανδρεὺς &c; 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Comparatio quatuor Evangeliſtarum cum quatuor Cherubim*, & *eorundem quatuor Evangeliſtarum ſymbolica ſeu hieroglyphica repræſentatio per hominem*, *vitulam*, *leonem*, & *aquilam*; 3, ANONYMI cujuſdam Autoris *Chronologia ſuccincta Vitæ Chriſti à Nativitate Ipſius uſque ad excidium Urbis Hieroſolymitanæ per Titum Imp. Veſpaſiani filium*; cujus titulus: Χρονικὸν κατὰ σάρκα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν. &c; 4. MAXIMI *Chronologia ſuccincta Vitæ Chriſti*, cujus titulus & principium: Μαξίμου. Γέγονεν ὁ εὐαγγελισμὸς τῆς παρθένου τῷ πεντακισχιλιοστῷ πεντακοσιοστῷ πρώτῳ ἔτει &c; 5, HIPPOLYTI THEBANI *fragmentum de Genealogiâ Chriſti*; cujus principium: (3) Ἰάκωβος Ἐπίσκοπος γενόμενος πρῶτος Ἱεροσολύμων &c; 6, ANONYMI cujuſdam autoris *Conciliationes variorum difficilium locorum*, *quæ ſibi invicem repugnare videntur in quatuor Evangeliis*; 7, ANONYMI cujuſdam autoris *Enumeratio undecim Apparitionum Chriſti poſt Reſurrectionem*, & *quinque Apparitionum ejuſdem poſt Aſcenſionem*.

Quintò, & quidem à fol. 17 pag. 1, uſque ad fol. 53 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio in principium ſanctæ Quadrageſimæ*, & *in expulſionem Adami è Paradiſo*, & *de bonis atque malis mulieribus*. Ipſa tituli græci verba cum principio Orationis ſunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς ἁγίας μ', καὶ εἰς τὴν ἐξορίαν τοῦ Ἀδὰμ, καὶ περὶ καλῶν καὶ πονηρῶν γυναικῶν. Πρόκειται ἡμῖν, ἀγαπητοὶ, πνευματικὴ τράπεζα, &c. De eâdem Oratione conſule Librum *primum* Lambecianorum Commentariorum pag. 132 & 133, & Librum *quartum* pag. 95.

Sextò, & quidem fol. 54 pag. 1, CHRISTODULI (4) *Jambi duodecim*, quos (5) *Imp. Theophilus* Iconomachus juſſit inſculpi in facie Sanctorum Confeſſorum *Theodori* & *Theophanis* fratrum, qui idcircò cognominati ſunt Γραπτοὶ ſive *Inſcripti*. Ipſa tituli græci verba cum principio Verſuum ſunt hæc: Θεοφίλου τοῦ βασιλέως πρὸς τοῖς μετώποις τῶν ἁγίων Θεοδώρου καὶ Θεοφάνους στίχοι ἰαμβικοὶ ιβ'. Πάντων ποθούντων προστρέχειν πρὸς τὴν πόλιν, &c. Iidem *duodecim Jambi* exſtant *græcè* in *Menæis Græcorum* d. 27 Decembris, *latinè* autem apud *Laurentium Surium* Tomo ſexto de probatis Sanctorum Hiſtoriis, & quidem *die vigeſimo* (6) *ſexto Decembris* in Vitâ jam memoratorum Sanctorum Confeſſorum, à *Symeone Metaphraſte græcè* ſcriptâ, ſed ibi tantùm *latinè* editâ.

Septimò

(1) Vide ſuprà Codicem XLVII, num. 6. (2) Vide Lib. III. Lambecianorum Commentariorum pag. 42 & 47. (3) Vide Lib. III. Lambecian. Commentar. pag. 46. (4) Ita appellatur autor horum duodecim Jamborum à *Symeone Metaphraſte*. (5) Cœpit is imperare A. C. 829, & A. 842 obiit. (6) In *Martyrologio Romano* celebratur eorum memoria d. 27. Decembris, & ſimiliter etiam in *Menæis Græcorum*.

Septimò, & quidem fol. 54 pag. 2, Sanctorum Confeſſorum THEODORI & THEOPHANIS, cùm poſt inſcriptionem faciei *Apameam Bithyniæ* in exilium abducerentur, *Verſus Jambici tres*, per piſcatorem, quem fortuitò in mari obviam repererunt, miſſi ad S. (1) *Methodium*, qui poſt impii *Imp. Theophili* interitum *Patriarcha Conſtantinopolitanus* electus eſt A. C. 842, &, reſtituto ſacrarum Imaginum cultu, A. C. 847 obiit; ſimul etiam S. *Methodii* ad eoſdem duos *Graptos* ſive *Inſcriptos Reſponſum* itidem *tribus verſibus Jambicis*. Ipſos illos *Verſus* unà cum præfixâ *Inſcriptione* vide Lib. V. Commentariorum Lambecianorum pag. 115.

Octavò, & quidem à fol. 55 pag. 1, uſque ad fol. 72 pag. 1, S. ANASTASII SINAITÆ, *Patriarchæ Antiocheni*, *Oratio de ſacra Synaxi & de oblivione injuriarum*, cujus titulus & principium: Τοῦ μακαρίου Ἀναστασίου ἀσκητοῦ τοῦ Σινᾶ ὄρους, λόγος περὶ τῆς ἁγίας συνάξεως, καὶ περὶ τοῦ μὴ μνησικακεῖν. Ἀεὶ μὲν ἡ τοῦ ἁγίου Πνεύματος χάρις &c. De eâdem *Oratione* conſule Librum *quartum* Lambec. Comment. pag. 135 & 168.

Nonò, & quidem à fol. 73 pag. 1, uſque ad fol. 87 pag. 1, *AGAPETI*, *Diaconi Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Liber de Imperio benè adminiſtrando*, *diſtinctus ſeptuaginta duobus Capitulis*, & *antiquâ græcâ explicatione interlineari illuſtratus*; cujus titulus & principium: Ὑπόθεσις εἰς Ἰουστινιανὸν Βασιλέα, ἐκτεθεῖσα παρὰ Ἀγαπητοῦ Διακόνου, ἔχουσα ἀκροστιχίδα τήνδε· Τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ Βασιλεῖ ἡμῶν Ἰουστινιανῷ Ἀγαπητὸς ἐλάχιστος Διάκονος. Τιμῆς ἁπάσης ὑπέρτερον ἔχων ἀξίωμα, Βασιλεῦ, τίμα ὑπὲρ ἅπαντα τὸν τοῦτό σε ἀξιώσαντα Θεὸν, ὅτι &c. Plura de eodem *Agapeti* Libro vide Libri *tertii* Lambec. Comment. pag. 38 & 152.

Decimò, & quidem à fol. 87 pag. 2, uſque ad fol. 88 pag. 2, *Sententiæ & Apophthegmata varia Philoſophica cum antiquâ græcâ Explicatione interlineari.*

Undecimò, & quidem à fol. 89 pag. 1, uſque ad fol. 114 pag. 1, S. *JOANNIS DAMASCENI ad Jordanem Archimandritam ſive Abbatem Epiſtola de Hymno* (2) *Triſagio*, Ἅγιος ὁ Θεὸς, Ἅγιος ἰσχυρὸς, Ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς, hoc eſt, *Sanctus Deus, Sanctus fortis, Sanctus immortalis, miſerere nobis.* Exſtat quidem hæc *Epiſtola* inter Opera *S. Joannis Damaſceni à Jacobo Billio* Pariſiis edita pag. 722, ſed tantùm *latinè*.

Duodecimò, & quidem à fol. 114 pag. 1, uſque ad fol. 119 pag. 2, *EJUSDEM Oratio de* (3) *Incorruptibili Corpore Chriſti*, *quod in ſacrâ Synaxi accipimus.* Exſtat quidem hæc *Oratio* græcè & latinè inter Opera S. *Joannis Damaſceni* pag. 931 editionis Pariſinæ A. 1619 in folio, ſed ab hoc Codice MSto *Cæſareo* ob nonnullas variantes lectiones aliquantùm diſcrepat. Notandum quoque eſt, in eodem hoc Codice MSto *Cæſareo* poſt verba, φθορὰ γάρ ἐστιν ὁ θάνατος, ἀλλ' οὐ διαφθορὰ, ſubjungi immediatè & abſq; ullo novo titulo *Appendicem* lectu digniſſimam *de Veſtibus Sacerdotalibus aliiſq; in ſacrâ Liturgiâ uſitatis cærimoniis*, eámq; incipere his verbis: Χρὴ γινώσκειν, ὅτι ὁ ἱερεὺς τύπον ἔχει Χριστοῦ· &c.

Decimo tertiò, & quidem fol. 120 pag. 1 & 2, *EJUSDEM Doctrina de unitate & differentiâ S. Trinitatis*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Ἰωάννου ἀσκητοῦ τοῦ Δαμασκηνοῦ περὶ ἑνώσεως καὶ διακρίσεως. Χρὴ εἰδέναι, ὅτι διακεκριμένον τὸ Πατὴρ καὶ τὸ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα, καὶ τὸ αἴτιον καὶ τὸ αἰτιατὸν, καὶ τὸ ἀγέννητον καὶ τὸ γεννητὸν, καὶ τὸ ἐκπορευτὸν, ἅτινα, &c.

(1) Vide Martyrologium Romanum & Menæa Græcorum d. 14 Junii, quo annua ipſius celebratur memoria. Conſule etiam R. P. *Jacobi Goar* Notas ad Euchologium Græcorum p. 126, ubi exſtat ejuſdem *S. Methodii Imago*, ex veteri quodam Codice MSto deſumpta. (2) De origine hujus *Hymni* vide *Georgii Codini* Origines Conſtantinopolitanas, à GL. Lambecio Pariſiis græcè & latinè typis Regiis A. 1655 in folio editas, pag. 12, & P. R. *Jacobi Goar* Notas ad Græcorum Euchologium pag. 126 & 127. (3) De eodem argumento vide eundem *S. Joannem Damaſcenum* lib. 3. de Orthodoxâ Fide cap. 28, & lib. 4. cap. 14.

Decimo quarto, & quidem à fol. 120 pag. 2, uſque ad fol. 121 pag. 2, *Fragmentum ex S. CYRILLI Archiepiſcopi Alexandrini libro ſecundo de Sacrificio agni*, quod inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου ἐκ τοῦ β΄ βιβλίου, οὗ ἡ ἀρχὴ περὶ τῆς θυσίας τοῦ ἀμνοῦ. Ἕως μὲν γὰρ ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ διὰ τῆς ἁγίας σαρκός τε καὶ αἵματος &c.

Decimo quinto, & quidem à fol. 122 pag. 1, uſque ad fol. 147 pag. 1, *Prolegomena varia in Pſalterium Davidicum & ejuſdem Encomia*: nempe S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Protheoria in totum Pſalterium* & Ὑπόμνημα ſive *Commentarius in Pſalmum primum*; EUSEBII PAMPHILI *Hypotheſis in Diapſalma*; ANONYMI *cujuſdam Poëtæ* Στίχοι ſive *Verſus*, quorum principium: Ἦχου Δαβίδ, τοῦ παρ᾽ ἡμῖν Ὀρφέως, &c; item *alii Verſus*, quorum principium: Τοῦ Πνεύματος τὰ θεῖα τόξα καὶ βέλη Τείνας ὁ Δαβίδ &c; *Tetraſticha* τοῦ Φιλῆ, quorum principium: Τοῦ κιθαρῳδοῦ μὴ παρόντος ἐνθάδε &c; S. *GREGORII NAZIANZENI Apophthegma*; S. *NILI locus inſignis de Canitie, nunciâ mortis*; *ANONYMI cujuſdam Autoris Doctrina de quatuor Virtutibus primariis*; *MAXIMI Monachi Doctrina de virtutibus animæ & corporis*; *PHILONIS Monachi Meditatio aſcetica contra pulchritudinem mulierum*, cujus principium: Εἶδον κάλλος γυναικὸς, βασανίζον μου τὴν διάνοιαν &c; *ANONYMI cujuſdam Autoris Præfatio in Pſalterium*, quæ inſcribitur atque incipit hoc modo: Βίβλος ψαλμῶν ἤτοι ψαλτήριον· ψαλτήριον κυρίως ὄργανόν εἶδος ἐστὶ μουσικοῦ, &c.

Decimo ſexto, & quidem à fol. 148 pag. 1, uſque ad fol. 151 pag. 2, THEOPHANIS, *Monachi & Magni Rhetoris Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*, *Conſolatio ad Generoſiſſimum Dominum Georgium* (1) *Rhaul propter obitum chariſſimi filii ejus Michaëlis*, quæ inſcribitur atque incipit hoc modo: Θεοφάνους μοναχοῦ, καὶ μεγάλου Ῥήτορος τῆς ἁγίας τοῦ Χριστοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας πρὸς τὸν πανευγενέστατον κύριον Γεώργιον τὸν Ῥαοὺλ, ἀποβάλλοντα τὸν παμφίλτατον υἱὸν αὐτοῦ Μιχαήλ. Βαβαὶ τοῦ ἀφορήτου πάθους, &c.

Decimo ſeptimo, & quidem à fol. 151 pag. 2, uſque ad fol. 154 pag. 1, *EJUSDEM Epiſtola ad* eundem *Georgium Rhaul* περὶ φιλοπτωχίας ſive *de amore & liberalitate erga pauperes*.

Decimo octavo, & quidem à fol. 155 pag. 1, uſque ad fol. 160 pag. 1, *ANTONII EPARCHI Corcyræi Epiſtola ad* (2) *Dionyſium Patriarcham Conſtantinopolitanum Venetiis ſcripta*; cujus titulus & principium: Τῷ παναγιωτάτῳ Ἀρχιερεῖ κυρίῳ Διονυσίῳ Πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως, τῷ κηδεμόνι καὶ ἀντιλήπτορι τοῦ ἑλληνικοῦ γένους, Ἀντώνιος ὁ Ἔπαρχος ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Ἔξεστι παντὶ τῷ σωφρονεῖν βουλομένῳ, θεσπέσιε Πάτερ, &c. Honorificentiſſimum de hoc *Antonio Eparcho* exſtat teſtimonium Libro primo *Turco-Græciæ Martini Cruſii* in *Theodoſii Zygomalæ Epiſtolâ* ad *Martinum Cruſium* de Conſtantinopoleos obſidionibus & Turcicâ expugnatione, rebúſque Græciæ recentioribus A. 1581 ſcriptâ pag. 94 & 95, ubi ſpeciatim fit mentio *Carminis græci pluſquam ducentorum verſuum elegiacorum*, quo *Antonius* ille *Eparchus* luxit ſubjugationem & everſionem Græciæ per Turcas, ut & *Epiſtolarum* ejuſdem *Antonii Eparchi* ad *Philippum Melanchthonem*. Supereſt quoque in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ manuſcriptus Catalogus Græcus centum Codicum manuſcriptorum Græcorum*, quos idem *Antonius Eparchus* venales olim obtulit. Titulus iſtius Catalogi latinus eſt talis: *Volumina iſta Græca ſunt Venetiis apud Antonium Eparchum, quæ ille vel ſimul omnia vel ſingula propter rerum penuriam venum exponit*.

Decimo

(1) De *Raulorum* ſeu potius *Rhaulorum* illuſtri familiâ orientali vide *Martini Cruſii* Annotationes in Librum ſeptimum Turco-Græciæ, p. 497. (2) Vide *Manuelis Malaxi Peloponneſii* Hiſtoriam Patriarchalem Conſtantinopolitanam, quæ exſtat græco-barbarè & latinè in *Martini Cruſii* Turco-Græciâ,

Decimo nonò, & quidem à fol. 160 pag. 2, uſque ad fol. 162 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Libellus de duodecim Chriſti Apoſtolis, aliisque Chriſti vel Apoſtolorum diſcipulis*, quorum in Novo Teſtamento nominatim fit mentio. Principium ejus eſt: Πέτρος ὁ Ἀπόστολος καὶ πρῶτος τῶν μαθητῶν, πρῶτον μὲν τὸ Εὐαγγέλιον κηρύξας ἐν Ἀντιοχείᾳ, ἔπειτα ἐν Πόντῳ καὶ Γαλατίᾳ, &c. Valdè autem hic *Libellus* diſcrepat ab altero ejuſdem generis *Opuſculo*, de quo in recenſione Codicis manuſcripti Theologici Græci CCCIIdi actum eſt.

Vigeſimò, & quidem à fol. 163 pag. 1, uſque ad fol. 164 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Synopſis hiſtorica primorum ſeptem Conciliorum Oecumenicorum ſive Generalium*; cujus titulus & principium: Αἱ κατὰ διαφόρους καιροὺς γενόμεναι ζ΄ Σύνοδοι. Ἡ πρώτη Σύνοδος γέγονεν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας ἐπὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Κωνσταντίνου, συνελθόντων τῶν τιη΄ ἁγίων Πατέρων, καὶ Σιλβέστρου Πάπα Ῥώμης, &c.

CCCXXVI.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus in *octavo*, conſtátque *centum triginta ſex* foliis, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem fol. 1, 2 & 3, Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐκ τῆς λθ΄ ἑορταστικῆς Ἐπιστολῆς, ὁποῖα δεῖ βιβλία κατέχειν τῆς παλαιᾶς καὶ νέας διαθήκης τὸν χριστιανὸν καὶ ὀρθόδοξον. Hoc eſt: Ex S. *ATHANASII Archiepiſcopi Alexandrini Epiſtolâ trigeſimâ nonâ Feſtali, quoſnam Veteris & Novi Teſtamenti libros Chriſtianus orthodoxus habere debeat, Fragmentum*, cujus principium: (1) Ἐπειδή τινες ἐπεχείρησαν ἀνατάξασθαι ἑαυτοῖς τὰ λεγόμενα ἀπόκρυφα, &c; finis autem: (2) ἀπατᾷν ἐν τούτοις τοὺς ἐβραίους. Earundem ἑορταστικῶν ſive *Feſtalium S. Athanaſii Epiſtolarum* meminit quoque S. *Hieronymus* capite 87 de Scriptoribus Eccleſiaſticis.

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 2, uſque ad fol. 56 pag. 1, (3) Τοῦ ὁσίου Ἀββᾶ Ἰωάννου πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ ἔκδοσις ἀκριβὴς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως· Hoc eſt: S. *ABBATIS JOANNIS Presbyteri Damaſceni* (4) *Editio accurata orthodoxæ Fidei*. Sequitur deinde Libri *primi* Caput *primum*, quod inſcribitur atque incipit hoc modo: Ὅτι ἀκατάληπτον τὸ Θεῖον, καὶ οὐ δεῖ ζητεῖν καὶ περιεργάζεσθαι τὰ μὴ παραδεδομένα ἡμῖν ὑπὸ τῶν ἁγίων Προφητῶν καὶ Ἀποστόλων καὶ Εὐαγγελιστῶν. Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε· ὁ μονογενὴς Υἱὸς ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς αὐτὸς ἐξηγήσατο. Ἄρρητον οὖν τὸ Θεῖον &c. Pertingit autem ibi illud Opus non ultra Libri *ſecundi* Caput *decimum ſeptimum*, quod inſcribitur περὶ φανταστικοῦ ſive (5) *de Phantaſiâ*.

Tertiò, & quidem à fol. 56 pag. 2, uſque ad fol. 60 pag. 2, Ἐκ τοῦ Χρονικοῦ Βιβλίου ἹΠΠΟΛΥΤΟΥ ἑρμηνεία πόσον καιρὸν ἐποίησεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς εἰς τὸν κόσμον μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν· Hoc eſt: *Ex Libro Chronico HIPPOLYTI Expoſitio, quantum temporis Dominus noſter* JESUS CHRISTUS *habitaverit in Mundo poſt aſſumptionem humanæ*

(1) Vide Operum *S. Athanaſii* edit. Pariſ. græco-latinam Tom. II. pag. 38. (2) In edit. Pariſ. pag. 40 legitur ἀπατᾷν ἐκ τούτου τοὺς ἀκεραίους, hoc eſt, *ad decipiendos ſimplices.* (3) Vide Operum *S. Joannis Damaſceni* editionem Pariſinam A. 1619. in folio, ſtudio & operâ *Jacobi Billii* adornatam, pag. 244; ſed ibi Opus hoc *de Orthodoxâ Fide* extat tantùm *latinè*. (4) In jam memoratâ editione Pariſinâ Billianâ pro *Editio* legitur *Expoſitio*. Videtur ergò in Codice MSto Græco, quo *Billius* uſus eſt, ſcriptum fuiſſe Ἔκθεσις pro Ἔκδοσις. (5) Vide ſuprà citatam editionem Pariſinam Billianam pag. 331.

humanâ naturâ. Sequitur deinde ipſa *Narratio* his verbis : Ἀπὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μέχρι τῆς τῶν Μάγων παρουσίας εἰσὶν ἔτη δύο· (1) περὶ γὰρ τοῦ γεννηθῆναι αὐτὸν ἐφάνη ὁ ἀστὴρ τοῖς Μάγοις. ἐκ τῆς εἰς Αἴγυπτον ἀναχωρήσεως &c. Definit autem hoc modo : Υἱὸς τοῦ Ἰωσὴφ ὁ Κύριος ὀνομάζεται, ἐπεὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ, τῶν ἐκ τῆς πρώτης γυναικὸς, ἀδελφὸς ἐνομίζετο. Operæ pretium autem fuerit, Fragmentum hoc *manuſcriptum* accuratè conferri cum editionibus impreſſis *Nicephori, Sambuci* & *Caniſii.*

Quartò, & quidem à fol. 60 pag. 2, uſque ad fol. 72 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris Κεφάλαια κέ ἐκ τῆς στηλογραφίας τοῦ μεγάλου Γρηγορίου Θεολόγου, ſive, *Hiſtoriarum ac Fabularum, quarum S. Gregorius Nazianzenus in duabus ſuis adverſus Imp. Julianum Apoſtatam Orationibus invectivis meminit, Explicatio, diviſa in Capita viginti quinque.* Horum primum inſcribitur Περὶ τοῦ Διὸς, ſive, *de Jove*; ſecundum περὶ τῆς Ῥέας, ſive, *de Rheá*; &c. Unicuique etiam Capiti præfixum eſt τὸ Κείμενον, ſive *Contextus*, in quo cujúſque *Hiſtoriæ* aut *Fabulæ* fit mentio. Diverſa autem eſt hæc *Explicatio* ab alterâ ejuſdem generis Expoſitione, quæ extat in Operum S. *Gregorii Nazianzeni à Jacobo Billio* Lutetiæ Pariſiorum typis Regiis apud Claudium Morellum A. 1609 duobus Tomis in folio græcè & latinè editorum, Tom. II. pag. 499, & *Nonno Panopolitæ* attribuitur.

Quintò, & quidem fol. 72 pag. 1 & 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Explicatio* primi verſus Capitis noni *Proverbiorum Salomonis :* Ἡ Σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον, καὶ ὑπήρεισε στύλους ἑπτά· hoc eſt, ſecundùm vulgatam verſionem latinam : *Sapientia ædificavit ſibi domum ; excidit columnas ſeptem.*

Sextò, & quidem à fol. 73, uſque ad fol. 77, Ordo *Lectionum Evangelicarum*, aliarúmque quarundam *Cæremoniarum Eccleſiaſticarum* in Eccleſiâ *Græcâ.*

Septimò, & quidem à fol. 78 pag. 1, uſque ad fol. 111 pag. 1, *Canones* quidam, ſive, *Cantica* quædam *Eccleſiaſtica*, *Scholiis græcis* è regione appoſitis illuſtrata, quorum *primum in Nativitatem Chriſti* incipit hoc modo :

Ἱκεσίοις, εὐγλώσσοις,
Μέλεσιν, μελῳδήμασιν, &c.

Octavò, & quidem à fol. 111 pag. 1, uſque ad fol. 115 pag. 2, S. GREGORII NAZIANZENI *Carmina quædam*, quorum *primum* Πρὸς νουθεσίαν inſcriptum, incipit hoc verſu : Ἀρχὴν ἁπάντων ποιοῦ Θεὸν καὶ τέλος.

Nonò, & quidem fol. 116 & 117, ANONYMI cujuſdam Autoris *Confeſſio Fidei*, cujus principium : Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα ἀγέννητον, καὶ εἰς ἕνα Υἱὸν γεννητὸν, καὶ εἰς ἓν Πνεῦμα ἅγιον ἐκπορευτόν· &c.

Decimò, & quidem à fol. 117, uſque ad fol. 119 pag. 1, S. CYRILLI ALEXANDRINI *Quæſtiones & Reſponſiones de Fide orthodoxâ circa Deum & Sanctiſſimam Trinitatem*; quarum titulus & principium : Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου περὶ πίστεως. Ἐρώτησις· Ἐπὶ τῆς θεολογίας ὁποίας φύσεις ὁμολογεῖς; Ἀπόκρισις· Μίαν. Ἐρώτησις· Ποίαν ταύτην; Ἀπόκρισις· Θεότητα. Ἐρώτησις· Τί ἐστι Θεός; Ἀπόκρισις. Οὐσία ἀναίτιος, &c.

Undecimò, & quidem fol. 119 & 120, S. JOANNIS DAMASCENI *Fragmentum de Sanctiſſimâ Trinitate*; cujus principium : Ἐπὶ μὲν τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ ζωοποιοῦ Τριάδος μίαν φύσιν ὁμολογῶ &c.

Duode-

(1) Hæc verba, περὶ γὰρ & reliqua uſque ad vocem Μάγοις incluſivè, deſunt in editione *Caniſianâ.* In *Sambuci* autem editione latinâ deeſt vox ὁ ἀστὴρ ſive *ſtella.*

Duodecimò, & quidem fol. 120, FRAGMENTUM *Chronologicum de tempore Nativitatis, Baptiſmi, & Mortis Chriſti*; cujus principium: Ἐτέχθη ὁ Χριστὸς ἡμέρᾳ ϛ', ὥρᾳ ζ' τῆς νυκτός. &c.

Decimo tertiò, & quidem fol. 120 pag. 2, & fol. 121 pag. 2, *Excerpta quædam ex* SOPHRONII *Epiſcopi Hieroſolymitani Encomio in S. Joannem Evangeliſtam*; quorum titulus & principium: Ἐκ τοῦ Ἐγκωμίου εἰς τὸν θεολόγον Ἰωάννην ΣΩΦΡΟΝΙΟΥ Ἱεροσολύμων· Ὅτι μόνον τὸν ἅγιον Πέτρον ἐβάπτισεν ὁ Χριστὸς οἰκείαις χερσὶν, καὶ Πέτρος Ἀνδρέαν, καὶ Ἀνδρέας Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, Ἰωάννης καὶ Ἰάκωβος τοὺς λοιποὺς Ἀποστόλους· &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 121 pag. 1, uſq; ad fol. 124 pag. 1, Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ Μεγάλου ἐπιτίμιον εἰς τοὺς παραπίπτοντας καὶ ἁμαρτάνοντας, ſive BASILII MAGNI *Pœnitentiale*, cujus principium: Ἡ προσβολὴ τοῦ λογισμοῦ ἀναμάρτητος &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 124 pag. 1, uſque ad fol. 131 pag. 2, *ANASTASII Abbatis SINAITÆ Quæſtiones & Reſponſiones quædam de Pœnitentiâ*, quarum titulus & principium: Ἐκ τοῦ Ἀββᾶ Ἀναστασίου τοῦ Σιναΐτου Ἐρώτησις. Λέγουσι τινὲς, ὅτι τοῦτο ἐστὶν ἡ μετάνοια τὸ ἐνδοῦναι καὶ παύσασθαι τῆς ἁμαρτίας. Ἀπόκρισις. Οὐκ ὀρθῶς φρονοῦσιν οἱ τοῦτο λέγοντες· οὔτε γὰρ &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 131 pag. 2, uſque ad fol. 134 pag. 1, *ex* S. GREGORII NYSSENI *Epiſtolâ Canonicâ ad S. Letojum Epiſcopum Melitenæ in* (1) *Cappadociâ Fragmentum de homine*; cujus titulus & principium: (2) Γρηγορίου Νύσσης ἐκ τῆς κανονικῆς Ἐπιστολῆς τῆς πρὸς Λητόϊον, Ἐπίσκοπον (3) Μελιτηνῆς περὶ ἀνθρώπου· Ὅτι τὸ μὲν κατ' εἰκόνα τὸ νοερὸν δηλοῖ καὶ αὐτεξούσιον· &c.

Decimo ſeptimò, & quidem fol. 134 & 135, S. GREGORII NEOCÆSAREENSIS, cognomine *Thaumaturgi*, *Expoſitio Fidei*, quam ſub principium ſuſcepti muneris Epiſcopalis per revelationem nocturnæ viſionis accepit à S. Joanne Evangeliſtâ, qui ipſi vigilanti in lecto, & de ratione ſermonéque Fidei ſecum diſceptanti, unà cum Beatiſſimâ Deiparâ apparuit. Titulus ejus eſt ibi talis: Ἔκθεσις πίστεως, ἣν ὁ θεολόγος καὶ ἀπόστολος Ἰωάννης ἐπὶ παρουσίᾳ τῆς παναγίας Θεοτόκου κατ' ἐπιτροπὴν αὐτῆς τῷ ἁγίῳ καὶ θαυματουργῷ Γρηγορίῳ ἐν ὀπτασίᾳ ἀπηγόρευσεν. Incipit deinde ipſa *Expoſitio Fidei* his verbis: Εἷς Θεὸς Πατὴρ Λόγου ζῶντος, &c. Integram autem videſis eandem, unà cum antiquâ ævi *Imp. Caroli Magni* verſione *latinâ* & neceſſariis quibuſdam *Annotationibus*, Capite *quinto* Libri *ſecundi* Lambec. de *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* Comment. à pag. 270 uſque ad pag. 274.

Decimo octavò, & quidem fol. 135, ANONYMI cujuſdam Autoris *Expoſitio verſûs trigeſimi tertii Capitis undecimi Epiſtolæ S. Pauli Apoſtoli ad Hebræos.* Οἱ διὰ πίστεως κατηγωνίσαντο βασιλείας, εἰργάσαντο δικαιοσύνην· hoc eſt, ſecundùm vulgatam verſionem latinam: *Qui per fidem devicerunt Regna, operati ſunt juſtitiam.*

Decimo nonò, & quidem fol. 136, ANONYMI cujuſdam Autoris *Synopſis viginti duarum Periodorum Chriſti*, earúmque cum *viginti duobus Operibus Creationis*, totidémque *literis Alphabeti Hebraici* comparatio. Titulus hujus Synopſeos & principium ſic habent:

(1) Vide *Strabonis* Geograph. lib. 11 & 12. ubi Μελιτηνὴ eſt nomen Στρατηγίας ſive *Provinciæ* in Cappadociâ. Apud *Stephanum* autem in Onomaſtico Urbium vocatur Μελιτηνὴ πόλις ſive *Urbs* Cappadociæ. (2) Vide Tom. I. editionis Operum *S. Gregorii Nyſſeni* græco-latinæ Pariſienſis A. 1615. in folio, pag. 946. (3) Ita hîc ſine controverſiâ legendum eſt; nempe Μελιτηνῆς ſive *Melitenæ*, non autem Μυτιλήνης ſive *Mytilenæ*, ut mendoſè legitur in R. P. *Philippi Labbei* Diſſertatione de Scriptoribus Eccleſiaſticis, Tom. I. p. 386.

habent : Αὗται εἰσιν αἱ Περίοδοι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· Α, ἡ ἀποστολὴ τοῦ Γαβριὴλ πρὸς τὴν Θεοτόκον· Β, ἡ κατάβασις τοῦ Θεοῦ Λόγου &c.

CCCXXVII.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus elegantiſſimus, in *octavo*, conſtátque foliis *octoginta ſex*, & ad *Sebaſtianum Tengnagelium* olim pertinuit. Continetur eo *Pſalterium Davidicum*, minutiſſimis literis *græcis* ſcriptum, cui reſpondet *Verſio latina*, è regione appoſita. In fine autem extant eadem Veteris & Novi Teſtamenti *Cantica ſacra*, quæ etiam in aliis aliquot Codicibus Pſalterio ſubjuncta ſunt.

CCCXXVIII.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus, in *octavo*, ſed in principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *centum quadraginta ſeptem*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo S. ANASTASII SINAITÆ, *Patriarchæ Antiocheni*, *Quæſtiones & Reſponſiones ſacræ de variis Capitibus orthodoxæ Fidei & de variorum Sacræ Scripturæ difficilium locorum interpretationibus*. *Septima* earum Quæſtionum, quæ ob præcedentium defectum nunc ibi *prima* eſt, conſtat his verbis : (1) Ἐρώτησις ζ΄. Καλὸν ἄρα κοινωνεῖν συνεχῶς ἢ ἐκ διαλείμματος; hoc eſt: *Eſtne meliùs communicare aſſiduè, an ex intervallo?* Ἀπόκρισις autem ſive Reſponſio incipit hoc modo : Τοῦ Ἀποστόλου λέγοντος· δοκιμαζέτω ἄνθρωπος ἑαυτὸν, &c. Plura de his *Quæſtionibus & Reſponſionibus ſacris* vide Lib. III. Lambec. Comment. pag. 210, & Lib. IV. pag. 219 & 220.

CCCXXIX.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus in *octavo*, conſtátque foliis *quadringentis triginta quatuor*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 392 pag. 2, THEODORETI *Epiſcopi Cyrenſis Expoſitio in omnes Pſalmos Davidis*, cujus *Præfatio* inſcribitur atque incipit hoc modo : Τοῦ μακαρίου Θεοδωρήτου Ἐπισκόπου Κύρου εἰς τοὺς ρν΄ ψαλμοὺς Ἑρμηνεία κατὰ λέξιν. οὗτος δὲ γέγονε μαθητὴς τοῦ Χρυσοστόμου. Ἐμοὶ μὲν πρὸ τῶν ἄλλων θείων λογίων καταθύμιον ἦν τοῦ μεγάλου Δαβὶδ ἑρμηνεῦσαι τὴν προφητείαν, &c. Eſt autem hæc eadem Expoſitio, quæ etiam exſtat in præcedenti Codice CLIXno.

Secundò, & quidem à fol. 392 pag. 2, uſque ad fol. 434 pag. 2, COMMENTARIUS *in varia Veteris & Novi Teſtamenti Cantica ſacra*, qui quidem etiam exſtat in præcedenti Codice CLIXno, ſed ſine *generali* aliquâ *Inſcriptione* ſive *Titulo*. In hoc autem poſteriori Codice inſcribitur is atque incipit hoc modo : Ἑρμηνεία τῶν ᾠδῶν ἐκ διαφόρων συλλεχθεῖσα παρὰ Εὐσεβίου Ἐπισκόπου Καισαρείας. (2) Ὠδή ἐστιν ἡ ἐν δόγμασιν ὀρθοῖς θεολογία, ἣν αὐτὴ καθ᾽ ἑαυτὴν ἡ τοῦ τελείου ψυχὴ μεμελέτηκεν ἀναπέμπειν Θεῷ. (3) Ὠδὴ

(1) Vide ibid. fol. 3. pag. 2. (2) Prima hæc Odæ definitio deeſt in præcedenti Codice CLIXno. (3) Ab his verbis incipit hic Commentarius in præcedenti Codice CLIXno.

Ὡδὴ Μωυσέως ἐν τῇ ἐξόδῳ. Ὡδὴ ἐςιν ὅσα θεωρίας ἔχεται ψιλῆς καὶ θεολογίας &c. Quod igitur in jam exhibitâ Inſcriptione *Euſebius Pamphili* Commentarium hunc collegiſſe traditur, id non de toto Commentario intelligendum eſt, ſed tantùm de illis Expoſitionibus, quæ cùm ex *ipſius*, tùm ex *Scriptorum Eccleſiaſticorum ipſo antiquiorum* Operibus ſunt deſumpta. Quæ enim in eodem Commentario ad *Autores Euſebio recentiores* pertinent, ea, ut in hujuſmodi Catenis plerumque fieri ſolet, poſt *primam collectionem Euſebianam* paulatim ab aliis pro libitu adjecta ſunt.

CCCXXX.

TRECENTESIMUS TRIGESIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *octavo*, conſtatque nunc foliis *nonaginta octo*, & A. C. 1665. ex *Archiducali Bibliothecâ Arcis Ambraſianæ juxta Oenipontem* in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream Vindobonenſem* à CL. Lambecio translatus eſt. Continetur eo *Liber Eccleſiaſticus Græcorum cum antiquis Notis muſicis*, OCTOECHUS inſcriptus, & maximam partem à S. *Joanne Damaſceno* compoſitus; cujus titulus & principium: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τῆς Ὀκτωήχου σὺν τοῖς (1) κεκραγαρίοις καὶ τοῖς ἑωθινοῖς αὐτῶν. Τῷ σαββάτῳ ἑσπέρας, εἰς τὸ Κύριε ἐκέκραξα· ςιχηρὰ ἀναςάσιμα· ἦχος ά. Ἄρχεται ὁ δεξιὸς χορός. Κύριε ἐκέκραξα &c. Στιχηρὰ ἀναςάσιμα· ἦχος ά. Τὰς ἑσπερινὰς ἡμῶν εὐχὰς &c. Antiquiſſima editionum græcarum *Octoechi* impreſſarum, quas hactenùs in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* reperi, prodiit Venetiis A. 1523 in octavo, eidémque *Imago S. Joannis Damaſceni* præfixa eſt. In Operum autem S. *Joannis Damaſceni* editione *Billianâ* Pariſinâ anni 1619 in folio, à pag. 599 uſque ad pag. 623, exſtant ex *octo* illis *Tonis*, ſive *Sonis*, quos *Octoechus* continet, tantùm *duo*, nec niſi *latinè*. Plura de *Octoecho* vide apud doctiſſimum *Leonem Allatium* in Diſſertatione primâ *de Libris Eccleſiaſticis Græcorum* à pag. 64 uſque ad pag. 68.

CCCXXXI.

TRECENTESIMUS TRIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtatque nunc foliis *ſeptendecim*. Continentur eo CLAUDII GUISII, *Cardinalis Lotharingiæ, Interrogationes duodecim de orthodoxâ Fide pro Latinis* & ZACHARIÆ *Sacerdotis Cretenſis Reſponſiones totidem pro Græcis*. Ipſa tituli græci verba cum *Interrogatione primâ* & *Reſponſionis primæ* principio ſunt hæc: Ἐρωτήσεις ιβ΄ τοῦ αἰδεσιμωτάτου Καρδιναλίου τῆς (2) Λωρίνης κυροῦ Κλαυδίου τοῦ Γουΐσης, καὶ ἀνταποκρίσεις πρὸς ταύτας Ζαχαρίου ἱερέως τοῦ Κρητός. Περὶ τῆς πρώτης ἐρωτήσεως ἤγουν τῆς εὐχαριςείας. Ἐρώτησις ά. Ἆρα πιςεύουσιν οἱ Ἕλληνες τὴν τοῦ ἄρτου καὶ οἴνου οὐσίαν μεταβάλλεσθαι εἰς τὸ σῶμα καὶ τὸ αἷμα τοῦ Χριςοῦ, μόνων τῶν τοῦ ἄρτου συμβεβηκότων χωρὶς τῆς οὐσίας ὑποκειμένης σωζομένων; Ἀπόκρισις. Πιςεύοντες ὁμολογοῦμεν, ὅτι ὁ ἄρτος μεταβάλλεται εἰς τὸ σῶμα τοῦ Χριςοῦ, καὶ ὁ οἶνος ὁμοίως εἰς τὸ αἷμα τοῦ Χριςοῦ, οὐ σωζομένων τῶν συμβεβηκότων τοῦ ἄρτου οὔτε τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ἀλλὰ θείᾳ οὐσίᾳ μεταςοιχειοῦται· καὶ ἄκουσον μαρτυρίαν τοῦ μεγάλου Πατρὸς Χρυσοςόμου &c.

(1) Vide *Leon. Allat.* Diſſert. 1. de Lib. Eccleſ. Græcor. pag. 103. ubi κεκραγάρια interpretatur *Cantica Clamatoria*. (2) Λωρίνη ex Gallico *Lorraine*, hoc eſt, *Lotharingia*.

CCCXXXII.

TRECENTESIMUS TRIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus in octavo*, in principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis viginti tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continetur eo Liber Eccleſiaſticus Græcorum OCTOECHUS inſcriptus, & maximam partem à *S. Joanne Damaſceno* compoſitus.

CCCXXXIII.

TRECENTESIMUS TRIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus, in *octavo*, conſtatq; foliis *centum quinquaginta uno*, & eſt unus ex illis Codicibus manuſcriptis Græcis & Latinis, qui A. 1673 S. CÆS. MAJESTATIS auſpicio ac liberalitate ab Illuſtriſſimo & Reverendiſſimo Domino Abbate *Dominico Federici*, pro S. Cæſ. Majeſtate apud Sereniſſimam Rempublicam Venetam Reſidente, *Venetiis* empti, atque inde in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream* tranſlati ſunt. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 16 pag. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio de Patientiâ, & de mortuis non tàm vehementer deflendis, præcipuè ſi infantes ſint & impolluti.* Ipſa tituli græci verba cum principio Orationis ſunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος περὶ ὑπομονῆς καὶ εὐχαριστίας, καὶ μὴ θρηνεῖν σφοδρῶς τοὺς τελευτῶντας, καὶ μάλιστα ὅπου δ' ἂν νήπιοι καὶ ἄφθοροι τὸν βίον κατέλιπον. Φέρε σήμερον μάλιστα τῶν παρελθέρων ἡμερῶν &c. Vide Operum S. *Joannis Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. VI. pag. 943. & Librum quartum Lambec. Comment. pag. 102.

Secundò, & quidem à fol. 16 pag. 2, uſque ad fol. 20 pag. 2, S. ALEXANDRI *Eremitæ Narratio de miniſterio Angelorum circa exitum animarum è corporibus*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἀλεξάνδρου τοῦ ἀσκητοῦ λόγος περὶ ἐξόδου ψυχῆς. Ποτὲ διοδευόντων ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ ἴδον δύο Ἀγγέλους συνακολουθοῦντας τῷ Ἀββᾷ Μακαρίῳ, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 20 pag. 2, uſque ad fol. 28 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Parabola de Serpente & Vitâ humanâ*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος περὶ τοῦ ὄφεως. Ὁμοιώθη γὰρ ἡ ζωὴ ἡμῶν ἀνθρώπῳ οἰκοδεσπότῃ, οἰκήσαντι ἐν αὐλῇ μετὰ τῆς ἰδίας γυναικὸς καὶ μονογενοῦς τέκνου, καὶ ἑνὸς δούλου καὶ ἵππου πολυειδοῦς καὶ πολυτίμου. ὑπῆρχε δὲ ἐν αὐτῇ τῇ αὐλῇ ὄφις θανατοφόρος &c.

Quartò, & quidem à fol. 28 pag. 2, uſque ad fol. 33 pag. 2, S. ANTIOCHI, *Monachi Palæſtini Lauræ S. Sabæ Abbatis*, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſeptimo* ſub *Imp. Heraclio* floruit, *Narratio Vitæ S. Euphroſyni, coqui cœnobialis ſynchroni*, cujus titulus & principium: Βίος τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Εὐφροσύνου τοῦ μαγείρου. Οὗτος ὁ ἐν ἁγίοις Πατὴρ ἡμῶν Εὐφρόσυνος ἐν κώμῃ τινὶ γεννηθεὶς παρὰ πιστῶν γονέων &c. Plura de hâc Narratione vide Libri *tertii* Lambec. Comment. pag. 138 & 139.

Quintò, & quidem à fol. 34 pag. 1, uſque ad fol. 57 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris Liber, *Teſtamentum Abrahami Patriarchæ* inſcriptus, quo continetur fabuloſa Narratio græco-barbara de ipſius vitâ & morte. Ipſa tituli græci verba cum principio Narrationis ſunt hæc: Ἡ ΔΙΑΘΗΚΗ τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν καὶ δικαίου ἈΒΡΑΑΜ. δια-

κύει δὲ καὶ τὸν τοῦ θανάτου πόῤῥων, τὸ πῶς δὴ ἕκαστος τελευτᾷ ἄνθρωπος. Ἔζησεν Ἀβραὰμ τὸ μέτρον τῆς ζωῆς αὐτοῦ ἔτη (1) ἑκατὸν ἑβδομήκοντα πέντε, ζήσας ἐν ἡσυχίᾳ καὶ πραότητι καὶ δικαιοσύνῃ· πάνυ δὲ ὑπῆρχε ὁ δίκαιος φιλόξενος. Πήξας δὲ τὴν σκηνὴν αὐτοῦ ἐν τετραόδῳ (2) τῆς δρυὸς τῆς μαμβρῆ, ἅπαντας πάντας ὑπεδέχετο, πλουσίους καὶ πένητας, &c. Videtur autem *Narratio* hæc deſumpta eſſe ex ſuppoſititio illo ab Hæreticis *Sethianis* compoſito Libro *Apocalypſeos*, vel potiùs Ἀναλήψεως ſive *Aſſumptionis Abrahami*, cujus meminerunt S. *Epiphanius* in Libro primo Panarii ſive Operis adverſus Hæreſes, S. *Athanaſius* Archiepiſcopus Alexandrinus in Synopſi Sacræ Scripturæ; & *Origenes* in Homiliâ trigeſimâ quintâ in S. Lucam his verbis: *Legimus (ſi tamen cui placet hujuſcemodi Scripturam recipere) juſtitiæ & iniquitatis Angelos ſuper Abrahæ ſalute & interitu diſceptantes, dum utraque turma ſuo eum volunt cœtui vendicare.*

Sextò, & quidem à fol. 57 pag. 1, uſque ad fol. 66 pag. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Sermo de Oratione & Jejunio, ut & de non jurando, atque de Eleemoſynâ & converſione.* Ipſa tituli græci verba cum principio Sermonis ſunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου Λόγος περὶ εὐχῆς καὶ νηστείας, καὶ κατὰ τῶν ὀμνυόντων, καὶ περὶ ἐλεημοσύνης, καὶ ἐπιστροφῆς. Δεῦτε πάντες ἀδελφοὶ, γνωρίσωμεν τὸν ποιήσαντα ἡμᾶς &c.

Septimò, & quidem à fol. 66 pag. 2, uſque ad fol. 71 pag. 2, *Vita S. Mariæ*, quæ in virili Cœnobio ſub habitu virili & ſub nomine *Marini* ſanctiſſimè vixit, nec niſi poſt obitum fœmina deprehenſa eſt, à SYMEONE METAPHRASTE compoſita; cujus titulus & principium: Βίος καὶ πολιτεία τῆς ὁσίας Μαρίας, τῆς μετονομασθείσης Μαρίνου. Γέγονέ τις ἐν Βιθυνίᾳ διάγων ὀνόματι Εὐγένιος. οὗτος εἶχε γυναῖκα, ἥτις ἐγέννησε θυγατέρα μονογενῆ, καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτῆς Μαρίαν· &c. Eadem hæc Vita exſtat *latinè* apud R. P. *Laurentium Surium* Carthuſianum Tomo primo de probatis Sanctorum Hiſtoriis, ſub die octavo Februarii. Ejuſdem *Mariæ* memoria colitur in Menæis Græcorum die duodecimo Februarii. Vide etiam R. P. *Heriberti Roſweydi* S. J. Syntagma de Vitis Patrum pag. 393 & 394, ubi exſtat ejuſdem *Mariæ* Vita, *latinè* ab antiquo Autore incerto compoſita, ſeu potiùs è contextu græco abbreviatè & interpolatè translata, cujus titulus & principium: *Vita S.* (3) *MARINÆ Virginis Auctore incerto. Erat quidam ſecularis, habens unicam filiam parvulam. Ipſe converti cupiens* &c.

Octavò, & quidem à fol. 71 pag. 2, uſque ad fol. 82 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Orationes duodecim pro infirmis*, quarum prima inſcribitur atque incipit his verbis: Εὐχαὶ λεγόμεναι ἐπὶ ἀσθενεῖς. Εὐχὴ α΄. Πάτερ ἅγιε, ἰατρὲ ψυχῶν καὶ σωμάτων, ὁ πέμψας τὸν μονογενῆ Υἱὸν, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν πᾶσαν νόσον ἰώμενον &c. Poteſt igitur hiſce Orationibus augeri *Euchologium Græcorum* à R. P. *Jacobo Goar* O. P. Lutetiæ Pariſiorum A. 1647 græcè & latinè in folio editum; utpote in quo pag. 690 & 691, ex illis tantùm exſtant *tres*, reliquæ autem *novem* deſunt.

Nonò, & quidem à fol. 82 pag. 1, uſque ad fol. 93 pag. 2, *Sanctiſſimæ Virginis Deiparæ Mariæ ſuppoſititia Apocalypſis de Pœnis inferorum*, cujus titulus & principium: Ἀποκάλυψις τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου περὶ τῶν κολάσεων καὶ πῶς οἱ ἁμαρτωλοὶ κολάζονται, καὶ περὶ μετανοίας. Ἔμελλεν ἡ παναγία Θεοτόκος πορεύεσθαι ἰδεῖν τὰς κολάσεις, καὶ ἦλθεν ἐν τῷ ὄρει τῶν ἐλαιῶν &c.

(1) Geneſ. cap. 25. verſ. 7. (2) Geneſ. cap. 13. verſ. 18. & cap. 18. verſ. 1. In ipſo autem hoc Codice MSto corruptè legitur τῷ δρυῒ τοῖς μαυρίοις. (3) Ita ibi perperàm legitur pro MARIÆ.

Decimò, & quidem à fol. 93 pag. 2, uſque ad fol. 103 pag. 1, *Vita S. Alexii*, ab ANONYMO quodam Autore compoſita, cujus titulus & principium: Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ Ἀλεξίου. Ἐγένετό τις ἀνὴρ εὐσεβὴς ἐν τῇ πόλει, ὀνόματι Εὐφημιανὸς, πατὴρ γενόμενος Ὀνορίου καὶ Ἀρκαδίου τῶν θειοτάτων Βασιλέων, μέγας γενόμενος τῆς συγκλήτου. ὑπῆρχον δὲ αὐτῷ τρισχίλιοι παῖδες χρυσόζωνοι καὶ σηρικοφόροι. οὐκ ἦν δὲ αὐτῷ τέκνον, &c. Eadem Vita exſtat apud *Surium* Tomo quarto de probatis Sanctorum Hiſtoriis, ſub die decimo ſeptimo Julii, ſed tantùm *latinè*, & multis locis minùs accuratè. Plura vide apud CL. Lambecium Lib. VI. Comment. pag. 306.

Undecimò, & quidem à fol. 103 pag. 1, uſque ad fol. 112 pag. 2, S. BASILII MAGNI, *Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi*, *variæ Interrogationes & Reſponſiones Sacræ*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Πρώτη Ἐρώτησις τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Βασιλείου. Πότε ἔπλασεν ὁ Θεὸς τὸν Ἀδὰμ, ποίου μηνὸς, καὶ εἰς τὰς πόσας; Ἀπόκρισις. Μηνὶ δεκεμβρίῳ κέ &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 113 pag. 1, uſque ad fol. 127 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Canones pœnitentiales*, quorum principium: Ὁ ἐμπίπτων εἰς μαλακίαν, ἀκοινώνητος ἔστω ἡμέρας μ', &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 127 pag. 2, uſque ad fol. 134 pag. 1, TIMOTHEI *Patriarchæ Alexandrini*, qui Concilio Oecumenico ſecundo, Conſtantinopolitano autem primo, A. C. 381 interfuit, & A. 385 obiit, *Reſponſa Canonica ad varias Quæſtiones ab Epiſcopis & Clericis propoſitas*; quorum titulus & principium: Ἀποκρίσεις κανονικαὶ ΤΙΜΟΘΕΟΥ τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας, ἑνὸς τῶν ἐν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει, πρὸς τὰς ἐνεχθείσας αὐτῷ ἐπερωτήσεις παρά τινων Ἐπισκόπων καὶ κληρικῶν. Ἐρώτησις ά. Ἐὰν παιδίον κατηχούμενον &c. Exſtant hæ *Interrogationes & Reſponſiones*, cum adjunctâ *Theodori Balſamonis*, Patriarchæ Antiocheni, Explicatione, in Operum *Theodori Balſamonis* editione græco-latinâ Pariſienſi A. 1620 in fol. à pag. 1059 uſq; ad pag. 1067.

Decimo quartò, & quidem à fol. 134 pag. 1, uſque ad fol. 137 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Collectio Doctrinæ Sanctorum veterum Patrum de Confeſſione ſacrâ*, cujus titulus & principium: Διδασκαλία τῶν ἁγίων Πατέρων περὶ ἐξαγορεύσεως. Λέγει ὁ μεγαλοφωνότατος Ἡσαΐας· εἰπὲ πρῶτον τὰς ἁμαρτίας σου, ἵνα δικαιωθῇς· καὶ &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 138 pag. 1, uſque ad fol. 148 pag. 2, S. *ANASTASII SINAITÆ*, *Patriarchæ Antiocheni*, *Quæſtiones & Reſponſiones quædam ſacræ*, quorum in præcedentibus hujus Catalogi Codicibus jam ſæpius facta eſt mentio.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 148 pag. 2, uſque ad fol. 151 pag. 1, S. *GREGORII*, *Epiſcopi Nyſſeni*, *Fragmentum de Sanctiſſimâ Trinitate*, cujus titulus & principium: Γρηγορίου Νύσσης περὶ Τριάδος, ὅτι ὁμοούσιος καὶ τρεῖς ὑποστάσεις μία Θεότης. Ἐκ τοῦ καθ' ἡμᾶς ἐστι γνῶναι καὶ τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς· καὶ γὰρ &c.

CCCXXXIV.

TRECENTESIMUS TRIGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus & bonæ notæ in *octavo*, conſtátque foliis *centum triginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo S. JOANNIS DAMASCENI *Opus de Orthodoxâ Fide*,

Tabula hæc pertinet ad Codicem MStum Theologicum Græcum trecenteſimum trigeſimum ſextum, Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis.



Prima figura exhibet Imaginem S. GEREONIS Martyris; Secunda Beatiſſimæ Virginis; Tertia CHRISTI, quatuor clavis affixi; Quarta Regis ac Prophetæ DAVIDIS.

Fide, non, ut vulgo fit, *in* (1) *Libros quatuor*, ſed tantùm *in Capita centum quadraginta novem* diviſum; cujus titulus & principium: (2) Τοῦ αὐτοῦ Ἀββᾶ Ἰωάννου πρεσβυτέρου Δαμασκηνοῦ Ἔκδοσις ἀκριβὴς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. Κεφάλαιον ά. Ὅτι ἀκατάληπτον τὸ θεῖον &c. Θεὸν οὐδεὶς ἑώρακε πώποτε, &c. In fine autem Capitis *centeſimi quadrageſimi noni* ſive *ultimi*, περὶ Ἀναστάσεως, ſive *de Reſurrectione* inſcripti, legitur: Τέλος τῶν ποιημάτων Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ.

CCCXXXV.

TRECENTESIMUS TRIGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *octavo*, conſtátque *quinquaginta tribus* foliis. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 51 pag. 1, *S. GREGORII NAZIANZENI Tragœdia*, ſeu potius *Tragicomœdia*, quæ vulgò inſcribitur Χριστὸς πάσχων, hoc eſt, *Chriſtus patiens*, & inter Opera ipſius exſtat Tomo II. editionis Pariſienſis Morellianæ græco-latinæ in folio à pag. 253 uſque ad pag. 298. In Codice autem hoc MSto *Cæſareo* inſcribitur ea hoc modo: Τὸ ΚΟΣΜΟΣΩΤΗΡΙΟΝ ΠΑΘΟΣ, τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Θεολόγου δρᾶμα κατ' Εὐριπίδην. Sequitur deinde *Hypotheſis* ſive *Argumentum Tragœdiæ*, & porrò ipſa *Tragœdia* cum anonymi cujuſdam antiqui *Scholiaſtæ Expoſitione interlineari*, incipitque *Hypotheſis*, ut in editionibus impreſſis, hoc verſu: Ἐπεὶ δ' ἀκούσας εὐσεβῶς ποιημάτων &c.

Secundò, & quidem à fol. 51 pag. 2, uſque ad fol. 53 pag. 1, *GEORGII CHOEROBOSCI* Grammatici pervetuſti & celebris, *Libellus de viginti ſeptem Tropis & Figuris Poëticis*, cujus titulus & principium: Γεωργίου Χοιροβόσκου περὶ τρόπων πάσης παλαιᾶς καὶ νέας γραφῆς· Ποιητικοὶ τρόποι εἰσὶν κζ', ἀλληγορία, μεταφορὰ, κατάχρησις, μετάληψις, &c.

CCCXXXVI.

TRECENTESIMUS TRIGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus elegantiſſimus, in *duodecimo*, magnâque ex parte *aureis literis* ſcriptus, & nonnullis æquè vetuſtis *Picturis* pulchrè exornatus, conſtátque *ducentis ſexaginta quinque* foliis, & ad celeberrimam *Urbis Colonienſis Eccleſiam*, *S. Gereoni Martyri* dicatam, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem folii primi paginâ primâ, *Imago S. GEREONIS*, Ductoris trecentorum octodecim Chriſtianorum militum Thebæorum, qui cum (3) ipſo *Coloniæ Agrippinæ* A. C. 297 juſſu Imp. *Maximiani Herculii* pro verâ pietate gladiis patienter colla ſubdiderunt. Exhibetur autem ibi loricatus, dextrâ tenens haſtam, ſiniſtrâ verò ſcutum oblongum, ut ex *apographo* hic inſerto videre eſt.

Secundò, & quidem à fol. 1 pag. 2, uſque ad fol. 3 pag. 2, *CANON Paſchalis* ab anno Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ 6585, hoc eſt, ab anno Chriſti

(1) Vide Operum *S. Joannis Damaſceni* edit. Pariſ. anni 1619. in fol. à pag. 244. uſque ad pag. 515. Conſule etiam Libri *tertii* Lambec. Comment. pag. 117. (2) Ex his verbis Τοῦ αὐτοῦ apparet, *reliqua S. Joannis Damaſceni Opera*, uno vel pluribus aliis Voluminibus comprehenſa, olim ad hunc Codicem pertinuiſſe, & ab eo nunc avulſa eſſe. (3) Vide *Martyrol. Rom.* d. 10. Octobris, Card. *Baron.* Annal. Eccleſ. Tom. II. ad an. 297. n. 19 & 20, *Laur. Surii* de probatis Sanctor. Hiſtoriis T. V. d. 10 Octob. & *Ægidii Gelenii* Hiſtor. de admirandâ ſacrâ & civili Magnitudine Coloniæ Claudiæ Agrippinenſis lib. 1. p. 91. & lib. 3. p. 258.

Chriſti 1077 uſq; ad annum Mundi 6628, hoc eſt, uſq; ad an. Chriſti 1120, quo elegantiſſimus hic Codex ſcriptus eſt. Titulus illius *Canonis* eſt ibi talis: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῶν πασχαλίων.

Tertiò, & quidem à fol. 4, uſque ad fol. 16, *Proœmia duo in* PSALTERIUM *Davidicum*, quorum alterum inſcribitur: Μέθοδος Ἰωάννου ἐκ τῶν ὑπομνηστικῶν αὐτοῦ καὶ χρονικῶν συνθεγμάτων, πῶς συνέστη τὸ Ψαλτήριον, &c; alterum autem: Πρόγραμμα εἰς Δαβὶδ τὸν Προφήτην.

Quartò, & quidem fol. 16 pag. 2, *Imago Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, ſedentis in ſellâ, & ſuaviſſimum ſuum JESUM ſinu tenentis, cum adjunctâ Inſcriptione M̄P̄. Θ̄Y. hoc eſt, MATER DEI, quemadmodum ex apographo hîc inſerto videre eſt.

Quintò, & quidem fol. 17, *Oratio Dominica* & *Imago* CHRISTI, (1) *quatuor clavis Cruci affixi*, unà cum *Beatiſſimæ Virginis Deiparæ* & *S. Joannis Evangeliſtæ*, à dextro & ſiniſtro latere S. Cruci adſtantium, imaginibus, quemadmodum ex apographo hîc inſerto videre eſt.

Sextò, & quidem fol. 18 & 19, *Symbolum* (2) Nicænum: Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν &c, & *Imago Regis ac Prophetæ DAVIDIS*, ſedentis in ſellâ, ſiniſtrâque manu tenentis *Librum Pſalmorum*, quemadmodum ex apographo hîc inſerto videre eſt.

Septimò, & quidem à fol. 20, uſque ad fol. 263, *PSALTERIUM Davidicum* cum ſubjunctis *Canticis ſacris* diverſorum Autorum, nempe *Moyſis*, *Hannæ* matris Samuelis, *Habacuc* Prophetæ, *Eſaiæ* Prophetæ, *Jonæ* Prophetæ, Sanctorum *trium Puerorum*, Beatiſſimæ *Virginis Deiparæ*, & *Zachariæ* Patris S. Joannis Baptiſtæ; quibus inſuper accedunt Oratio Regis *Manaſſæ*, Oratio *Symeonis* τοῦ Θεοδόχου, & *Hymnus Angelicus*, cujus principium: Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, &c.

Octavò, & quidem fol. 264 pag. 2, leguntur hæc: *Chriſtianus Decanus Sancti* (3) *GEREONIS, Colonienſis, Rogerus Scholaſticus, Ægidius Cellarius & Theſaurarius, Joannes de* (4) - - - -, *totumq́; Capitulum Eccleſiæ prædictæ contulerunt hoc Pſalterium.* Reliqua autem verba, quas neſcio ob cauſas de induſtriâ eraſa ſunt.

CCCXXXVII.

TRECENTESIMUS TRIGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Theologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus, in *decimo ſexto*, conſtátque foliis *trecentis tribus*, & ad celeberrimam Regis Hungariæ *Matthiæ Corvini Bibliothecam Budenſem* olim pertinuit. Continentur eo *Quatuor Evangelia*, minutiſſimis literis elegantiſſimè ſcripta, ſed abſque *Canonibus Euſebianis* & ullo *Commentario*.

Hucuſq; igitur, BENEVOLE LECTOR, quantum in me fuit, accuratè & bonâ fide recenſui, quid illis contineatur *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ trecentis triginta ſeptem Codicibus MStis Græcis*, quos reſpectu principii ſui appellavi *Theologicos*, licet nonnullis eorum etiam Opuſcula quædam *Juridica, Medica, Philoſophica, Hiſtorica, & Philologica* minùs convenienter inſerta ſint; quemadmodum vice verſâ *Codicibus MStis Græcis Juridicis, Medicis, Philoſophicis, Hiſtoricis* & *Philologicis*, quos poſteà enarraturus ſum, non pauca quoque *Opuſcula Theologica* æquè inconvenienter immixta reperies.

Recenſionis ſpecialis *Codicum MStorum Theologicorum Græcorum Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis*

FINIS.

(1) Vide Lib. II. Lambec. Comment. de Auguſtiſſ. Biblioth. Cæſ. p. 432. (2) Vide Lib. II. Lamb. Comm. p. 266. (3) Hæ duæ voces *Gereonis Colonienſis* de induſtriâ ibi eraſæ ſunt, ita tamen, ut qualiacunq; earum veſtigia adhuc appareant. (4) Hæc quoq; vox de induſtriâ ibi eraſa eſt. Videtur autem legendum eſſe *Thuringia*.

[Sequitur Catalogi hujus Pars II. Codices MStos Juridicos Græcos complectens.]

CATALOGI BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ MANUSCRIPTORUM PARS II,

quæ complectitur Codices MStos

JURIDICOS GRÆCOS.



CATALOGI AUGUSTISSIMÆ BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ VINDOBONENSIS MANUSCRIPTÆ GRÆCÆ, LINGUARUMQVE ORIENTALIUM,

PARS SECUNDA,

quâ continetur,

Catalogus Manuſcriptorum Codicum JURIDICORUM GRÆCORUM ſecundùm præſentem *collocationis* eorum ſeriem, & novum ordinem *numerorum*, quibus iidem nunc notati ſunt.

I.

PRIMUS Codex manuſcriptus *Juridicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *folio*, conſtátque foliis *trecentis quadraginta ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olìm fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 281 pag. 2, *Sexaginta Librorum* BASILICORUM *univerſi Juris Romani*, quos Græci vocant Ἑξηκοντάβιβλον, auſpicio & autoritate Imperatorum Conſtantinopolitanorum (1) *Baſilii Macedonis*, (2) *Leonis Philoſophi* ſeu *Sapientis*, & (3) *Conſtantini Porphyrogeniti*, collectorum, editorum & emendatorum, *Ecloga & Synopſis*, in *Titulos trecentos quadraginta octo*, *ordine alphabetico diſpoſitos*, diviſa; ita nempe ut litera A comprehendat Titulos *ſeptuaginta unum*, quorum *primus* eſt περὶ Ἀγγαρειῶν καὶ παραγγαρειῶν, ſive, *de Angariis & Parangariis*, &c; litera B Titulos *ſeptem*, quorum *primus* περὶ Βαθμῶν συγγενείας, ſive, *de Gradibus cognationis*; litera Γ Titulos *novem*, quorum *primus* περὶ Γάμων νομίμων, ſive, *de Nuptiis legitimis* &c; litera Δ Titulos *quadraginta quatuor*, quorum *primus* περὶ Δαπανημάτων ἐν πράγματι ἀλλοτρίῳ γινομένων,

(1) Is primus huic Operi admovit manum, ſed non abſolvit. (2) Is à patre inchoatum Opus abſolvit, & operâ *Sabbatii Protoſpatharii* prômulgavit. (3) Is idem Opus, ab Avo & Patre compoſitum, recognovit, emendavit, & *Baſilica repetita prælectione* edidit.

ſive, *de Sumptibus in re alienâ factis*; litera Ε Titulos *quadraginta duos*, quorum *primus* περὶ Ἐγγυητῶν, ſive, *de Fidejuſſoribus*; litera Ζ Titulos *duos*, quorum *primus* περὶ Ζημιούντων ἀνθρώπων τε καὶ ἀλόγων, ſive, *de Hominibus & brutis animalibus, damnum pauperiemve facientibus*, &c; litera Η Titulum *unicum* περὶ Ἡμερῶν ἀπράκτων, ſive, *de Diebus feriatis*, &c; litera Θ Titulos *tres*, quorum *primus* περὶ Θεάτρων καὶ θυμελικῶν, ſive, *de Theatris & Thymelicis*, &c; litera Ι Titulos *quatuor*, quorum *primus* περὶ Ἱερῶν, ſive, *de Sacris*; litera Κ Titulos *viginti octo*, quorum *primus* περὶ Κακοτρόπων, ſive, *de Impoſtoribus*, &c; litera Λ Titulos *quinque*, quorum *primus* περὶ τῶν Λάθρα, ſive, *de iis, quæ clàm*; litera Μ Titulos *novendecim*, quorum *primus* περὶ Μαθηματικῶν, ſive, *de Mathematicis*; litera Ν Titulos *ſeptem*, quorum *primus* περὶ Ναυτικῶν ἐνοχῶν, ſive, *de Nauticis obligationibus*; litera Ξ Titulum *unicum* περὶ τοῦ Ξενῶνος τοῦ ὁσίου Σαμψών, ſive, *de Hoſpitali S. Xenonis*; litera Ο Titulos *novem*, quorum *primus* περὶ Ὁδοῦ δημοσίας τε καὶ ἀγροικικῆς καὶ ἰδιωτικῆς, καὶ πλατείας, ſive, *de Viâ publicâ, ruſticâ, privatâ, & latâ*; litera Π Titulos *triginta ſeptem*, quorum *primus* περὶ Παιδῶν φυσικῶν ἤτοι νόθων, ſive, *de Liberis naturalibus ſeu nothis*, &c; litera Ρ Titulos *duos*, quorum *primus* περὶ Ῥημάτων σημασίας, ſive, *de Verborum ſignificatione*; litera Σ Titulos *duodecim*, quorum *primus* περὶ Σταυροῦ τιμίου, ſive, *de Venerabili Cruce*; litera Τ Titulos *tredecim*, quorum *primus* περὶ Ταβουλαρίων, ſive, *de Tabulariis*; litera Υ Titulos *quindecim*, quorum *primus* περὶ Ὕβρεων, ſive, *de Injuriis*; litera Φ Titulos *novem*, quorum *primus* περὶ Φαλκιδίου, ſive, *de Falcidiâ*; litera Χ Titulos *quatuor*, quorum *primus* περὶ Χηρῶν, ſive, *de Viduis*; litera Ψ Titulos *tres*, quorum *primus* περὶ Ψευδομαρτύρων, ſive, *de Falſis teſtibus*; litera Ω Titulum *unicum* περὶ Ὡρειαρίων, ſive, *de Horreariis*. Omnibus autem hiſce *Titulis* reſpectu dignitatis ſeu excellentiæ extra ordinem alphabeticum & ſine numero præfixus eſt *Titulus* περὶ τῆς ὀρθοδόξου Πίστεως τῶν Χριστιανῶν, καὶ τοῦ μηδένα κατατολμᾶν περὶ αὐτῆς δημοσίᾳ ἀμφισβητεῖν, hoc eſt, *de orthodoxâ Chriſtianorum Fide, & ut nemo de eâ publicè contendere audeat.* Poſt generalem igitur omnium ſuprà memoratorum *trecentorum quadraginta octo Titulorum Indicem alphabeticum*, qui integris *ſeptem foliis* conſtat, & præfixam habet hanc Inſcriptionem: Πίναξ ἀκριβὴς τῶν Βασιλικῶν ξ' βιβλίων σὺν (1) παραπομπαῖς κατὰ στοιχεῖον, ſequitur porrò ipſa *Ecloga & Synopſis*, quæ inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἐκλογὴ καὶ Σύνοψις τῶν Βασιλικῶν ξ' βιβλίων σὺν παραπομπαῖς κατὰ στοιχεῖον, τοῦ περὶ Πίστεως μόνου τίτλου προτεθέντος πάντων τῶν στοιχείων διὰ τὸ τίμιον. Περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως τῶν Χριστιανῶν, καὶ τοῦ μηδένα κατατολμᾶν περὶ αὐτῆς δημοσίᾳ ἀμφισβητεῖν. Adjuncta etiam eidem Operi paſſim ſunt varia *antiqua græca Scholia marginalia*. Quod ſi quis de *Baſilicis Juris*, eorum *Eclogâ* & *Synopſi* plura ſcire deſideret, conſulat Lib. VI. *Comment. Lambec.* pag. 4 & 5.

Secundò, & quidem à fol. 282 pag. 1, uſque ad fol. 298 pag. 1, *IMPERATORUM aliquot CONSTANTINOPOLITANORUM Novellæ Conſtitutiones*; nempe primò, *Imp. ROMANI I* ſive *SENIORIS Novella abbreviata*, & in *octo* Capita diviſa, cujus titulus & principium: Μηνὶ σεπτεμβρίῳ ἰνδικτιῶνος ή, ἔτους ἀπὸ κτίσεως κόσμου (2) ͵ςυμγ', Ῥωμανὸς, (3) Κωνσταντῖνος, (4) Στέφανος, καὶ Κωνσταντῖνος, πιστοὶ Θεῷ Βασιλεῖς

(1) Παραπομπαὶ ſignificant hîc *Indicationes locorum ſimilium*, quas vulgò vocant *Remiſſiones*. (2) Anno Mundi 6443. ſive A.C. 935. (3) Is eſt *Imp. Conſtantinus Porphyrogenitus*, Imp. *Romani Senioris* gener. (4) Hi duo, nempe *Stephanus* & *Conſtantinus*, fuerunt filii Imp. *Romani Senioris*, & à patre Collegæ Imperii aſſumpti ſunt, quemadmodum ipſe Collega Imperii aſſumptus fuerat à genero ſuo *Conſtantino Porphyrogenito*.

πλεῖς Ῥωμαίων. Α'· Περὶ τῆς ἀπὸ τῆς πεϱϱήσεως ἰνδικτιῶνος καὶ ἔτους κωλυομένων πϱοσώπων κατὰ πϱᾶσιν ἢ δωϱεὰν, ἢ κληϱονομίαν, &c; ſecundò, *EJUSDEM Novella integra de potentibus in conſortia pauperum ſuccedentibus*, cujus principium: (1) Ἀνθρώποις ἐςὶ ζηλωτὸν καὶ πϱιασπούδαςον &c; tertiò, *Imp.* CONSTANTINI PORPHYROGENITI *Novella de potentibus in prædia pauperum ſuccedentibus*, cujus principium: (2) Παϱὰ πολλῶν ἀνέμαθεν ἡ ἐκ Θεοῦ βασιλεία ἡμῶν &c; quartò, EJUSDEM *Novella de militaribus fundis*, cujus principium: (3) Ὥσπεϱ ἐν σώματι κεφαλὴ &c; quintò, *Imp.* ROMANI IIdi, ſive *JUNIORIS Novella de militaribus fundis*, cujus principium: (4) Ἐάν τινες μεϱίδας τινὰς ἀπὸ ςϱατιωτικῶν κατέχωσι τόπων &c; ſextò, *Imp.* NICEPHORI PHOCÆ *Novella de Monaſteriis, Hoſpitalibus & Gerocomiis, ne nova exſtruantur, ſed antiqua conſerventur*, cujus titulus & principium: Τοῦ κυϱοῦ Νικηφόϱου τοῦ Βασιλέως ἡ νέα νομοθεσία. (5) Ὁ τοῦ Πατϱὸς Λόγος πολύν τινα τὸν λόγον τῆς ἡμῶν ποιούμενος σωτηϱίας &c; ſeptimò, *Imp.* ROMANI SENIORIS *Novella de alienatione fundorum & prælatione cognatorum & conſortium*, cujus principium: (6) Παλαιὸς νόμος ἐςὶν, ἵνα μηδεὶς παντελῶς παϱὰ συγγενῶν ἢ κοινωνῶν ἐμποδίζηται πωλεῖν &c; octavò, EJUSDEM *Novella de reſcindendâ venditione, déque agentibus duplandi pretii nomine*, cujus principium: (7) Εἰ μὲν εὑϱίσκονται οἱ ἐγκαλέσαντες &c; nonò, COSMÆ, *ſub Imp. Romano Seniore Magiſtri Officiorum, Sententiæ* (8) *duæ de colonis*, quarum *prima* incipit: Καὶ εἰ μὲν ἐμφυτευτικῶς &c; *ſecunda* autem: Ζητήσεις καὶ πεϱὶ τούτου· καὶ εἴπεϱ ἐςὶ τοῦ τόπου μία ὑποταγὴ &c; decimò, *Imp.* BASILII *IIdi ſive Junioris Novella de præſcriptione quadraginta annorum*, cujus principium: (9) Ἐπειδήπεϱ ἡ Βασιλεία μου, ἀφ᾽ οὗ ἠυτοκϱατόϱευσε, καὶ τὰς κινουμένας ὑποθέσεις &c.

Tertiò, & quidem à fol. 298 pag. 1, uſque ad fol. 312 pag. 1, EUSTATHII *Anteceſſoris Liber de temporalibus intervallis à momento uſque ad annos centum*, qui abſque nomine *Euſtathii* inſcribitur atque incipit hoc modo: Πεϱὶ χϱόνων καὶ πϱοθεσμίας ἀπὸ ῥοπῆς ἕως ϱ ἐνιαυτῶν. Α'· Πεϱὶ ῥοπῆς. Ἠλευθεϱώθη δοῦλη ἐν διαθήκῃ &c. Exſtat hic Liber *græcè* ſub nomine *Euſtathii* in *Jacobi Cujacii* Operibus, quæ de Jure fecit, & edi voluit, Tomo I, columnâ 305; *græcè* autem & *latinè* in *Freheri* Jure Græco-Romano Tom. II, pag. 207, & utrobiq; inſcribitur πεϱὶ χϱονικῶν διαςημάτων.

Quartò, & quidem à fol. 312 pag. 1, uſque ad fol. 336 pag. 1, IMPERATORUM *aliquot* CONSTANTINOPOLITANORUM *Novellæ Conſtitutiones*: nempe primò, *Imp.* ROMANI SENIORIS *Novella, potentes arcens ab emptionibus in univerſitate prædii faciendis*, cujus titulus & principium: Νεαϱὰ Ῥωμανοῦ εἴϱγουσα τοὺς δυνατοὺς ἐξωνήσεις χωϱίου ὁμάδα ποιεῖν. (10) Θεαπίζομεν ἐν πάσῃ πόλει καὶ χώϱᾳ ἀπὸ τῆς παϱελθούσης

(1) Exſtat ea græcè & latinè in Leunclavianâ Synopſeos Baſilicorum Appendice p. 37; in Jure Græco-Romano Freheri Tom. II. pag. 158; & in Caroli Labbæi Appendice Obſervationum & Emendationum in Synopſin Baſilicorum, p. 1. (2) Exſtat ea græcè & latinè in Leunclav. Synopſ. Baſilic. Append. p. 14. & in Jure Græco-Rom. Freh. Tom. II. p. 142. (3) Exſtat ea gr. & lat. apud Leuncl. p. 17; apud Freh. T. II. p. 144, & apud Carol. Labb. p. 26. (4) Exſtat ea gr. & lat. apud Leuncl. p. 45, apud Freher. T. II. p. 167, & apud Carol. Labb. p. 90. (5) Argumentum hujus Novellæ, ſive ejuſdem Epitome, ex *Theodori Balſamonis*, Patriarchæ Antiocheni, ſcriptis deſumpta, exſtat gr. & lat. in Leuncl. Synopſ. Baſilic. Append. p. 47. Abrogationem ejuſdem Novellæ per Imp. Baſilium IIdum ſive Juniorem vide ibidem p. 50. (6) Exſtat quidem hæc Novella gr. & lat. apud Leuncl. p. 9, & apud Freh. Tom. II. p. 129, ſed utrobiq; ea attribuitur Imp. *Conſtantino Porphyrogenito*. In præſtantiſſimo autem hoc Codice MSto Cæſareo expreſsè legitur: Νεαϱὰ τοῦ κυϱοῦ Ῥωμανοῦ τοῦ γέϱοντος. (7) Exſtat ea gr. & lat. apud Leuncl. p. 43, & apud Freher. Tom. II. p. 165. (8) Exſtant illæ gr. & lat. apud Leuncl. p. 44, & ap. Freh. T. II. p. 166 & 167. (9) Exſtat ea gr. & lat. apud Leuncl. p. 50, & ap. Freh. T. II. p. 172. (10) Exſtat ea gr. & lat. in Freheri Jure Græco-Romano Tom. II, pag. 155. Eſt autem hæc reverâ tantum Epitome alterius de eodem argumento Novellæ, cujus paulò antè jam eſt facta mentio.

πρώτης ἰνδικτιῶνος ἐν τῷ ϛυλ' ἔτει &c ; ſecundò, *Imp.* CONSTANTINI PORPHYROGENITI *Novellæ de alienatione fundorum & prælatione cognatorum atque conſortium*, cujus principium : (1) Παλαιὸς νόμος ἐστὶ, μηδένα κωλύεσθαι μήτε παρὰ συγγενῶν &c ; tertiò, EJUSDEM *Novella abbreviata de potentibus in prædia pauperum ſuccedentibus*, cujus principium : Θεσπίζομεν, ὅσοι ἀπὸ τῆς ἡμετέρας ἀναῤῥήσεως ἀπὸ τῆς παρελθούσης ιέ ἰνδικτιῶνος &c ; quartò, EJUSDEM *Novella abbreviata de militibus*, cujus principium : Συγγράφως πρώτην ἐκύρωσε, μὴ ἐξεῖναι τοῖς στρατιώταις, τὰ, ἐξ ὧν αἱ στρατεῖαι ὑπηρετοῦνται, διαπωλεῖσθαι &c ; quintò, EJUSDEM *Novella abbreviata de reſtitutione pretii militarium prædiorum*, cujus principium : (2) Θεσπίζομεν, εἰ καὶ ὥρισαι διὰ τῆς προτέρας νομοθεσίας &c ; ſextò, EJUSDEM *Novella abbreviata de fugis mancipiorum, & de jumentis perditis*, cujus principium : (3) Ὑπὲρ ἀπολωλότος ψυχαρίου &c ; ſeptimò, EJUSDEM *Novella abbreviata de non deſerendo judicio ab iis, qui actionem inſtituunt*, cujus principium : (4) Μὴ ἄλλως τὸν ἐναγόμενον &c ; octavò, *EJUSDEM Novella abbreviata de eo, quòd Judices civiles nihil accipere debeant* ; cujus principium : (5) Θεσπίζομεν μηδένα τῶν πολιτικῶν δικαστῶν &c ; nonò, *EJUSDEM Novella abbreviata de ſportulis*, cujus principium : (6) Κελεύομεν τοὺς θεματικοὺς κριτὰς &c ; decimò, *EJUSDEM Novella abbreviata de conſuetudinibus*, cujus principium : (7) Κελεύομεν μὴ πορίζεσθαι τι κέρδος &c ; undecimò, *EJUSDEM Novella abbreviata de Teſtamentis aperiendis*, cujus principium : (8) Ἐπειδὴ αἱ διαθῆκαι τῷ Κοιαίστωρι &c ; duodecimò, *EJUSDEM Novella abbreviata de conſuetudine Scribæ*, cujus principium : (9) Ἐπειδὴ ὁ σκρίβας οὐκ ἐστὶ τέλειος δικαστὴς &c ; decimo tertiò, *EJUSDEM Novella abbreviata de his, qui cædes committunt gladio, vel magnis fuſtibus, vel lapidibus, idq; conſulto* ; cujus principium : (10) Ἡ τοῦ Μωύσεως νομοθεσία ἀποφαίνεται) &c ; decimo quartò, *Imp. NICEPHORI PHOCÆ Novella abbreviata de Armenicis fundis, & homicidis*, cujus principium : (11) Θεσπίζομεν, ὅσοι τῶν Ἀρμενίων στρατιωτῶν &c ; decimo quintò, *EJUSDEM Novella abbreviata de Monaſteriis, Hoſpitalibus & Gerocomiis*, cujus principium : (12) Θεσπίζομεν, ὅσοι μοναστήρια, ξενῶνας καὶ γηροκομεῖα &c ; decimo ſextò, *EJUSDEM Novella abbrevita de Jure prælationis, & quod potentes à potentibus emere debeant* ; cujus principium : (13) Θεσπίζομεν τὴν παρὰ τῶν προβεβασιλευκότων &c ; decimo ſeptimò, *EJUSDEM Novella abbreviata de ædificiis*, cujus principium : (14) Ἐπειδήπερ τινὲς τῶν κεκωλυμένων &c ; decimo octavò, *EJUSDEM Novella abbreviata de iis, qui ante penuriæ tempus emerunt* ; cujus principium : (15) Κελεύομεν, ἐπεὶ ἡ τῶν τεσσαράκοντα χρόνων παραδρομὴ &c ; decimò nonò, *Ecloga ſive Epitome Novellarum Imp.* LEONIS *Philoſophi ſeu Sapientis*, cujus titulus & principium : Ἐκλογὴ τῶν νεαρῶν Λέοντος τοῦ εὐσεβοῦς Βασιλέως. Θεσπίζομεν ἀπὸ τοῦ νῦν καὶ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον &c.

Quintò,

(1) Exſtat ea græcè & latinè apud Leunclav. pag. 12. Diverſa autem hæc eſt ab alterâ ejuſdem argumenti, cujus paulò antè jam eſt facta mentio. Rectè autem Joannes Leunclavius monet, priorem illam eſſe authenticam, hanc verò poſteriorem epitomatam cum paraphraſi. (2) Exſtat ea apud Leuncl. pag. 21, & apud Freher. Tom. II. pag. 148. (3) Exſtat ea gr. & lat. ap. Leuncl. p. 22, & ap. Freh. Tom. II. pag. 150. (4) Exſtat ea gr. & lat. ap. Leuncl. p. 23, & ap. Freh. Tom. II. p. 151. (5) Exſtat ea gr. & lat. ap. Leuncl. p. 24, & ap. Freh. T. II. p. 151. (6) Exſtat ea gr. & lat. proximè citatis locis. (7) Exſtat ea ibidem gr. & lat. p. 25, & Tom. II. p. 153. (8) Exſtat ea ibid. gr. & lat. p. 27, & Tom. II. p. 155. (9) Exſtat ea ibid. gr. & lat. p. 28, & Tom. II. p. 155. (10) Exſtat quidem ea gr. & lat. apud Leuncl. p. 28, ſed valdè mutilè & mendoſè. (11) Exſtat ea gr. & lat. ap. Leuncl. p. 46, & apud Freh. p. 169. (12) Exſtat ea gr. & lat. ap. Leuncl. p. 47. (13) Exſtat ea gr. & lat. ap. Leuncl. p. 48, & ap. Freh. p. 170. (14) Exſtat ea gr. & lat. ibidem. (15) Exſtat ea gr. & lat. ibidem.

Quintò, & quidem à fol. 336 pag. 1, uſque ad fol. 340 pag. 2, DATIANEBIS *Liber de Actionibus ſpecialibus*, cujus titulus & principium : (1) Δατιανῆβις· περὶ ἰδικῶν ἀγωγῶν. Ἐν τῷ διαπέμπεσθαι βιβλίον, ἀνάγκη ὁρίζεσθαι τὴν ἀγωγήν. &c.

Sextò, & quidem à fol. 341 pag. 1, uſque ad fol. 342 pag. 2, *Teſtandi formula vetuſta*, quâ continetur *Teſtamentum* S. GREGORII NAZIANZENI, *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani*, cujus titulus & principium : Τὸ ἴσον τῆς διαθήκης τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου. Ὑπατείᾳ Φλαβίου Εὐχερίου καὶ Φλαβίου Εὐαγρίου, τῶν λαμπροτάτων, πρὸ μιᾶς καλανδῶν. (2) Γρηγόριος Ἐπίσκοπος τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει, ζῶν καὶ φρονῶν &c. De *Teſtamento* hoc, primùm à Viro CL. *Barnabâ Briſſonio*, poſteà ab Eminentiſſimo Cardinale *Baronio*, deinde à *Marquardo Frebero*, *Georgio Michaële Lingelshemio*, *Richardo Montacutio*, & *Federico Morello* denique edito conſule Lib. VI. *Comment. Lambec.* pag. 8 & 9.

Septimò, & quidem fol. 342 pag. 2, & fol. 343 pag. 1, MOSCHIONIS *Præcepta Vitæ*, quorum titulus & principium : (3) Μοσχίωνος ὑποθῆκαι. Παραφύλαττε σεαυτὸν ἐν παντὶ τῷ βίῳ, &c.

Octavò, & quidem fol. 343 pag. 1 & 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Obſervatio Chronologica de Biſexto*, cujus titulus & principium : Περὶ Βισέξτου. Τὸ τοῦ βισέξτου ὄνομα ῥωμαϊκόν ἐστι, δηλοῦν τὸ δὶς ἕξ, καὶ ἔστιν οὕτως. εἰς τρία μερίζουσι Ῥωμαῖοι τοὺς μῆνας, καὶ τὸ μὲν πρῶτον τοῦ μηνὸς καλοῦσι καλάνδαν, &c.

Nonò, & quidem fol. 343 pag. 2, & fol. 344 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Obſervatio Medica de generatione hominis*, cujus titulus & principium : Περὶ φύσεως ἀνθρώπου, καὶ ὅθεν τρίτα καὶ ἔννατα καὶ μ΄. Τὸ σπέρμα ἐν τῇ μήτρᾳ καταβαλλόμενον, &c.

Decimò, & quidem à fol. 344 pag. 1, uſque ad fol. 345 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Diſſertatio Geographica* (*non ſolùm valdè paradoxa, verùm etiam planè fabuloſa,*) *de Iſtro ſive Danubio & de Nilo, eorúmque origine & curſu ; quòd nimirùm ambo ſint fluvii Paradiſi, quorum primus in Sacrâ Scripturâ appellatur Phiſon, alter autem Gehon.* Principium hujus *Diſſertationis*, ſeu potiùs (4) *Eclogæ*, ſine ullâ inſcriptione ſive titulo eſt tale: Οὐχ ὁ Ἴστρος ὁ ποταμὸς, λεγόμενος Φίσων παρὰ τῇ θείᾳ γραφῇ, &c. Vide pluribus CL. *Lambecium* Lib. VI. Comment. pag. 9, & 10.

Undecimò, & quidem fol. 345 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Excerptum hiſtoricum de origine Indictionis ab Imp. Auguſto derivatâ*, quæ ſine ullâ inſcriptione ſive titulo incipit hoc modo : Ὅτι ὁ Αὔγουστος κινηθεὶς κατ᾽ Ἀντωνίου, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 345 pag. 1, uſque ad fol. 346 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Excerpta quædam de variis Menſuris & metiendi modis*, quorum principium : Χρὴ γινώσκειν, ὅτι ὁ μὲν κάλαμος, &c.

II.

SECUNDUS Codex manuſcriptus *Juridicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus in *folio*, principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *trecentis octoginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc :

Primò,

(1) Ita hoc nomen majuſculis literis ibi ſcriptum eſt ; de quo tamen nondum mihi ſatis liquet. (2) Ita ibi ſimpliciter ſcriptum eſt, nempe περὶ μιᾶς καλανδῶν ſine adjectâ mentione ullius menſis, non autem περὶ μιᾶς καλανδῶν Ἰανουαρίων, ut nonnulli ibi legendum eſſe perperàm aſſerunt. (3) Vide etiam Lib. V. Lambec. Comment. pag. 160. & 161. (4) Quod enim Diſſertatio hæc aliunde excerpta ſit, ſatis apparet ex primâ voce Ὅτι.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 2 pag. 2, FRAGMENTUM *Indicis Syntagmatis* alicujus *Juridici, in centum nonaginta quatuor Capita diviſi*, cujus paulo pòſt num. 6. accuratior fiet mentio.

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 1, uſque ad fol. 5 pag. 1, Νόμος ποινάλιος τῶν στρατιωτῶν ἐκ τοῦ μθ' βιβλίου τῶν Διγέστων, τίτλου ις', καὶ ἐκ τοῦ Ῥούφου καὶ τῶν Τακτικῶν· Hoc eſt: *Lex pœnalis militum, deſumpta ex Libri XLIXni Digeſtorum titulo decimo ſexto de Re militari; ut & ex Rufo & Tacticis.* Principium ejus eſt: Περὶ στρατιωτικῶν ἐπιτιμιῶν. Ἐάν τις ἀπηγορευομένον αὐτῷ πρᾶγμα &c. Vide etiam ſequentem tertium Codicem MStum Juridicum num. 6.

Tertiò, & quidem à fol. 5 pag. 1, uſque ad fol. 6 pag. 1, EXCERPTA *varia ex Codice Juſtinianeo*, quorum principium: Ἐπὶ πασῶν τῶν ἀγωγῶν ἐπιφέρει ὅρκον ὁ δικαστὴς, &c.

Quartò, & quidem à fol. 6 pag. 1, uſque ad fol. 20 pag. 1, *Delectus Legum compendiarius, compoſitus ab Imp. Leone Philoſopho & Conſtantino Porphyrogenito, & in titulos viginti octo diviſus*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit hoc modo: Περὶ συστάσεως μνηστείας καὶ λύσεως αὐτῆς Τίτλος ά· κεφάλαιον ά. Συνίσταται μνηστεία Χριστιανῶν ἐπὶ τοῖς ἐν πρώτῃ ἡλικίᾳ ἀπὸ ἑπταετοῦς χρόνου &c. Vide etiam ſequentem Codicem MStum *Juridicum tertium*, num. 3, ubi idem exſtat Liber cum præfixâ Inſcriptione generali, in quâ *Impp. Leonis Philoſophi* & *Conſtantini Porphyrogeniti* expreſſa fit mentio.

Quintò, & quidem à fol. 20 pag. 1, uſque ad fol. 21 pag. 1, *Imp.* ROMANI SENIORIS *Novella de alienatione fundorum & prælatione cognatorum & conſortium*; cujus titulus & principium: Ἡ νεαρὰ νομοθεσία τοῦ κυροῦ Ῥωμανοῦ τοῦ γέροντος. Παλαιὸς νόμος ἐστὶν, ἵνα μηδεὶς παρὰ συγγενῶν ἢ κοινῶν ἐμποδίζηται πωλεῖν &c. Eſt autem ea in hoc Codice mutila.

Sextò, & quidem à fol. 21 pag. 1, uſque ad fol. 71 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Syntagma Juridicum, in centum nonaginta quatuor Capita diviſum*, quorum *primum* ſine ullâ generali *Inſcriptione*, & abſque ullo *Proœmio*, inſcribitur atque incipit his verbis: Περὶ ἀρχόντων· πόσα ἀρέσκει τοῖς ἄρχουσι πρέπουσί τε καὶ ἁρμόζουσι, κεφάλαιον ά. Τὸ συμπαθὲς καὶ φιλάνθρωπον &c. Ultimum autem Caput inſcribitur atque incipit hoc modo: Περὶ πλαστῶν καὶ συγκλήτου θεσπισμάτων, κεφάλαιον ρ ϟ δ'. Ὁ ποιήσας ἐκμαρτύρια πλαστὰ &c.

Septimò, & quidem fol. 71 pag. 1 & 2, GLOSSÆ *Juridicæ*, ſive, *Vocabula Juris Latina cum interpretatione Græcâ*; quorum titulus & principium: Λέξεις Ῥωμαϊκαὶ τοῦ νόμου. Κωδίκελλος, τελευταία βούλησις. Δευήτωρ, ὁ χρεώστης· &c.

Octavò, & quidem à fol. 27 pag. 1, uſque ad fol. 93 pag. 1, THEODORI HERMOPOLITÆ *Synopſis & Ecloga Codicis Juſtinianei erotematica, ſive per interrogationes & reſponſiones, in Capita octoginta duo diviſa*; cum præfixo *Indice Capitum*, qui inſcribitur atque incipit his verbis: Πίναξ τῶν συνόψεων τῶν Κωδίκων, Θεοδώρου Ἑρμοπολίτου. Κεφάλαιον ά περὶ πίστεως· &c. Finito hoc Indice, ſequitur ipſa Synopſis hoc modo: Σύνοψις καὶ Ἐκλογὴ ἐκ τῶν Κωδίκων Θεοδώρου Ἑρμοπολίτου. Βιβλίον ά, τίτλος γ'. Κεφάλαιον ά περὶ πίστεως &c.

Nonò, & quidem à fol. 93 pag. 1, uſque ad fol. 94 pag. 1, alia quædam *variarum Legum* ECLOGA, *in Capita quadraginta tria olim diviſa*, ex quibus ibi nunc *priora triginta tria* deſunt; *trigeſimum* autem *quartum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἰστέον ὅτι ἐκ

τούτων

τούτων τῶν κεφαλαίων λείπει τῷ ἀντιβολαίῳ ἀπὸ τῆς ἀρχῆς κεφάλαια λγʹ, ἐξ ὧν καὶ ἡμεῖς ἀρχόμεθα τῶν καθευρεθέντων λοιπῶν κεφαλαίων, ἤγουν τοῦ λδʹ κεφαλαίου· ἐστὶ δὲ τοῦτο καὶ οὕτως ἔχει.

Decimò, & quidem à fol. 94 pag. 1, uſque ad fol. 100 pag. 1, ex (1) EUSTATHII *Anteceſſoris Libro de temporalibus intervallis* Fragmentum *de Annis* ſive *de annuis intervallis eorúmque effectu*; cujus titulus & principium: Περὶ ἐνιαυτῶν. Τοῦ ἐνοίκου μὴ φαινομένου, δύναται ὁ μισθώσας μετὰ διετίαν ἀνοίγειν, &c. Vide Jus Græco-Romanum *Freberi* Tom. II. pag. 230, ubi agitur περὶ διετίας ſive *de Biennio*.

Undecimò, & quidem à fol. 100 pag. 1, uſque ad fol. 122 pag. 1, *IMPERATORUM CONSTANTINOPOLITANORUM Novellæ Conſtitutiones*; nempe primò, *Imp. ROMANI SENIORIS Novella de potentibus in conſortia pauperum ſuccedentibus, à Coſmâ Magiſtro compoſita*, cujus titulus & principium: Νομοθεσία παλαιὰ Ῥωμανοῦ Βασιλέως τοῦ γέροντος, συντεθεῖσα παρὰ Κοσμᾶ Μαγίστρου τῷ καιρῷ τοῦ λιμοῦ τῆς πρώτης Ἰνδικτιῶνος. (2) Ἀνθρώποις ἐστὶ ζηλωτὸν καὶ περισπούδαστον &c; ſecundò, *Imp. CONSTANTINI PORPHYROGENITI Novella de alienatione fundorum & prælatione cognatorum atq; conſortium*, cujus principium: (3) Παλαιὸς νόμος ἐστὶ, μηδένα κωλύεσθαι μήτε παρὰ συγγενῶν &c; tertiò, EJUSDEM *Novella, à Theophilo Patricio & Quæſtore compoſita*, cujus titulus & principium: Ἑτέρα νεαρὰ νομοθεσία Κωνσταντίνου Βασιλέως τοῦ Πορφυρογεννήτου, συντεθεῖσα παρὰ Θεοφίλου Πατρικίου καὶ Κοιαίστορος εἰς μῆνα Μάρτιον Ἰνδικτιῶνος έ. &c; quartò, *CONSTANTINI DESPOTÆ Novella, dictata à Magiſtro Theodoro Decapolitâ*, cujus titulus & principium: Νομοθεσία Κωνσταντίνου Δεσπότου, ὑπαγορευθεῖσα παρὰ Θεοδώρου Μαγίστρου τοῦ Δεκαπολίτου, τῆς πρώτης Νομοθεσίας ἀποδοκιμασθείσης διὰ τὸ περιέχειν τοὺς θεματικοὺς κριτὰς καὶ τὸν σκρίβαν δικάζειν, ἐνομοθέτη καὶ αὕτη ἡ νομοθεσία. Ἔν τισίν τινα παράλογον ἄρτι πρὸ βραχέως κατὰ τῶν ἡμετέρων &c; quintò, *Imp. CONSTANTINI PORPHYROGENITI Novella de homicidis*, cujus titulus & principium: Νεαρὰ νομοθεσία Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου περὶ φονέων. Περὶ τῶν ἑκουσίως τῷ τοῦ φόνου ἐγκλήματι περιπεσόντων &c; ſextò, *Imp. ROMANI JUNIORIS Novella de Mulctis, à Symeone Patricio & Protoſecretario compoſita*, cujus titulus & principium: Περὶ προστίμων νεαρὰ νομοθεσία Ῥωμανοῦ τοῦ Βασιλέως τοῦ νέου, συντεθεῖσα παρὰ Συμεὼν Πατρικίου καὶ Πρωτοασηκρῆτις. Παλαιὸν καὶ καλὸν ἔθος τοῖς νόμοις ἐπικρατῆσαι, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀμεληθὲν &c; ſeptimò, *Imp. CONSTANTINI PORPHYROGENITI Novella de militibus*, cujus titulus & principium: (4) Ὥσπερ ἐν σώματι κεφαλὴ, &c; octavò, *Imp. NICEPHORI PHOCÆ Novella de Monaſteriis, Gerocomiis & Hoſpitalibus, ne nova exſtruantur, ſed antiqua conſerventur*, cujus titulus & principium: Ἡ πρωτογεννεστέρα νομοθεσία τοῦ Βασιλέως κυροῦ Νικηφόρου περὶ μοναστηρίων, γηροκομίων τε καὶ ξενώνων. (5) Ὁ τοῦ Θεοῦ Πατρὸς λόγος &c; nonò, *EJUSDEM Novella de militibus*, cujus titulus & principium: Ἡ μεταγενεστέρα νομοθεσία Βασιλέως κυροῦ Νικηφόρου περὶ τῶν στρατιωτῶν. Πατὴρ δίκαιος, ὁ πάντας τοὺς παῖδας &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 122 pag. 1, uſque ad fol. 202 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Ecloge Legum compendiaria, in Titulos quinquaginta diviſa, & primo Imp. Romani Senioris anno Imperii edita*; cujus *Inſcriptio* cum principio *Proœmii* eſt talis: Ἐκλογὴ νόμων τῶν ἐν ἐπιτόμῳ ἐκτεθειμένων, καὶ ἐν πεντήκοντα τίτλοις διῃρημοσμένων,

(1) Vid. Cod. MSt. Jurid. I. num. 3. (2) Vid. Cod. MSt. Jurid. I. num. 2. (3) Vid. Cod. MSt. Jurid. I. num. 2. (4) Vid. Cod. MSt. Jurid. I. num. 2. (5) Vid. Cod. MSt. Jurid. I. num. 2.

ἀπό τε τοῦ δυοδεκαδέλτου τῶν Διγέστων Ἰουστινιανοῦ, καὶ Ἰνστιτούτων, καὶ τῶν καλουμένων Νεαρῶν, σὺν τῇ ἐκλογῆς τοῦ Ἐγχειριδίου &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 92 pag. 2, uſque ad fol. 98 pag. 1, ANONYMI cujuſdam *Chartophylacis Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Epiſtola de variis Quæſtionibus Eccleſiaſticis, monaſticis & ſecularibus ad Theodoſium monachum Corinthi incluſum.* Ipſa tituli græci verba cum principio Epiſtolæ ſunt hæc: Χαρτοφύλακος τινὸς τῶν ἀρχαίων τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας Ἐπιςολὴ πρὸς Θεοδόσιον μοναχὸν ἐν Κορίνθῳ ἔγκλειςον, γράψαντα αὐτῷ περί τινων ἀναγκαίων ζητημάτων ἐκκλησιαςικῶν, μοναχικῶν τε καὶ κοσμικῶν. Περὶ ὧν ἠρώτησας τίμιε Πάτερ, &c. Item fragmenta *tria* ex ejuſdem *Chartophylacis* aliis *duabus Epiſtolis*.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 98 pag. 1, uſque ad fol. 100 pag. 2, S. *THEODORI STUDITÆ Epiſtola ad Naucratium de Digamis*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου, ἡγουμένου τῶν Στουδίου καὶ ὁμολογητοῦ πρὸς Ναυκράτιον περὶ διγάμων. Θερμὸς εἶ, ἠγαπημένον τέκνον, περὶ τὸ ἐρωτᾷν καὶ μανθάνειν τὰ χρήσιμα, &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 100 pag. 2, uſque ad fol. 103 pag. 2, *NICOLAI Patriarchæ Conſtantinopolitani Carmen verſibus politicis de Jejuniis & Feſtis totius anni*, cujus titulus & principium: Νικολάου Πατριάρχου ἁγίου ποίημα. Πολλάκις με ἠξίωσας τέκνον εὐλογημένον &c.

Decimo octavò, & quidem fol. 103 pag. 2, *ANASTASII*, *Cæſareæ in Palæſtinâ Epiſcopi, Reſponſum epiſtolare de Jejunio Feſti Aſſumptionis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ legitimè celebrando*; cujus titulus & principium: Ἀναςασίου Ἐπισκόπου Καισαρείας τῆς Παλαιςίνης περὶ τῆς νηςείας τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου, καὶ ὅτι χρὴ ταύτην φυλάττειν ὡς ἔνθεσμον. Ἐπείπερ ἡ εἰς ἐμὲ σου αἴτησις, πνευματικὲ ἀδελφὲ, περὶ τῆς νηςείας τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου ἦν, ὅπως ἔχεις ταύτην &c.

XI.

UNDECIMUS Codex manuſcriptus *Juridicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus in *quarto*, conſtátque foliis *centum & decem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſq; ad fol. 47 pag. 1, *JOANNIS SCHOLASTICI*, *Eccleſiæ Antiochenæ Presbyteri*, & *poſteà Patriarchæ Conſtantinopolitani*, *Collectio Canonum Eccleſiaſticorum*, *in quinquaginta Titulos diviſa*, cujus titulus & principium: (1) Νομοκάνωνον σὺν Θεῷ. Ἐν ὀνόματι τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τῆς ὁμοουσίου Τριάδος, συναγωγὴ κανόνων ἐκκλησιαςικῶν ἐκ τῶν κανόνων τῶν ἁγίων Ἀποςόλων καὶ τῶν δέκα συνόδων ἕως τοῦ ἁγίου Βασιλείου, εἰς πεντήκοντα τίτλους διῃρημένη. Διάταξις τῶν ἁγίων Ἀποςόλων καὶ τῶν ἁγίων Συνόδων. Οἱ μὲν ἅγιοι τοῦ Κυρίου μαθηταὶ καὶ Ἀπόςολοι ὀγδοήκοντα πέντε διὰ Κλήμεντος κανόνας ἐξέθεντο· μετὰ δὲ τούτους &c. Eadem *Collectio* exſtat in (2) Bibliothecæ Juris Canonici veteris græco-latinæ Tomo ſecundò à pag. 499, uſque ad pag. 672, ſed longè aliter quàm in Codice hoc Manuſcripto Cæſareo.

 Secundò,

(1) Νομοκάνωνον, græco-barbarè pro Νομοκάνων. (2) Vide ibi inprimis doctiſſimam *Chriſtophori Juſtelli Præfationem* ad Lectorem.

Secundò, & quidem à fol. 47 pag. 1, uſque ad fol. 51 pag. 1, *JOANNIS MONACHI Quæſtiones eccleſiaſticæ ad Nicolaum Patriarcham Conſtantinopolitanum cum ejuſdem Reſponſis.* Ipſa tituli græci verba cum principio primæ Quæſtionis ſunt hæc: Ἐρώτησις Ἰωάννου μοναχοῦ πρὸς Νικόλαον Πατριάρχην Κωνσταντινουπόλεως. Τολμῶν ὁ ἀνάξιος παντελὴς δοῦλος τῆς μεγίστης ἁγιοσύνης σου γράφω, Δέσποτα ἅγιε, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 51 pag. 1, uſque ad fol. 58 pag. 1, *MAXIMI MONACHI Quæſtiones ſacræ miſcellaneæ ad Nicephorum Chartophylacem Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ.* Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: Ἐρωτήσεις Μαξίμου μοναχοῦ πρὸς τὸν ἁγιώτατον κύριον Νικηφόρον γεγονότα Χαρτοφύλακα τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας περὶ διαφόρων κεφαλαίων.

Quartò, & quidem à fol. 58 pag. 1, uſque ad fol. 92 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Nomocanon abbreviatus*, cujus titulus & principium: Νομοκάνωνον ἐν ἐπιτομῇ, βεβαίας καὶ ἀσφαλεῖς ἔχων τὰς μαρτυρίας ἐκ τῶν ἐνθέσμων θείων γραφῶν. Εἰδέναι χρὴ, ὅτι &c.

Quintò, & quidem à fol. 92 pag. 2, uſque ad fol. 110 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Epitome Sacræ Scripturæ Veteris & Novi Teſtamenti, in ducentos ſexaginta tres Aphoriſmos ſive paragraphos diviſa*, cujus titulus & principium: Ἐκ τῶν θεοπνεύστων γραφῶν παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης ἐκλογὴ ἐν ἐπιτόμῳ, καὶ Πατέρων ἁγίων καὶ ὁσίων διδασκαλίαι πάνυ σύντομοι. Α΄. Ἑξήκοντα εἰσὶν βασίλισσαι καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαὶ &c.

Cæterùm quod hic Codex anno Mundi 6699, Indictione nonâ, ſive anno Chriſti 1191, ſub *Imp. Iſaacio Angelo* manu *Conſtantini Anagnoſtæ* ſcriptus ſit, teſtatur ipſe ultimâ paginâ.

XII.

DUODECIMUS Codex manuſcriptus *Juridicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis viginti quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 183 pag. 1, *CONSTANTINI HARMENOPULI, Nomophylacis & Judicis Theſſalonicenſis, Prochiron Legum*, ſive *Promptuarium Juris*, in *Libros ſex* diviſum, ideóque vulgò appellatum Ἑξάβιβλος. Ipſa tituli verba græca cum principio *Protheoriæ* ſive *Proœmii* ſunt hæc: Πρόχειρον νόμων, τὸ λεγόμενον ἡ Ἑξάβιβλος, συναθροισθὲν πάνθοτεν κατ᾽ ἐκλογὴν, κατ᾽ ἐπιτομὴν οὕτω συντεθὲν παρὰ τοῦ πανσεβάστου Σεβαστοῦ καὶ κριτοῦ Θεσσαλονίκης κυροῦ Κωνσταντίνου τοῦ Ἁρμενοπούλου. Προθεωρία. (1) Βιβλίον νόμων πάλαι πεποίηται τοῖς περὶ τὸν Βασίλειον, καὶ Κωνσταντῖνον καὶ Λέοντα τοὺς εὐσεβεστάτους Βασιλέας, Πρόχειρον οὕτω καλούμενον, &c. Præcedit autem hoc *Proœmium* peculiaris ac ſeparata quædam *exhortatio ad Judices*; cujus titulus & principium: Κριτῶν προκατάστασις, ἢ περὶ δικαιοσύνης· γέγονε δὲ καὶ αὕτη παρὰ τοῦ τὸ βιβλίον συντεταχότος. (2) Ὁ κρίνειν λαχὼν &c. Item *Sententia condemnatoria contra Judices, ab Imperatoribus Leone Philoſopho & fratre ejus Alexandro pronunciata*, quæ inſcribitur atque incipit hoc modo: Κατάκρισις ἐκτεθεῖσα πρὸς τοὺς κριτὰς ὑπὸ

τῶν

(1) Vide ejuſdem *Promptuarii Juris* editionem græco-latinam *Dionyſii Gothofredi* pag. 7. (2) Vide ibid. pag. 1.

τῶν πανευσεβῶν Βασιλέων Λέοντος καὶ Ἀλεξάνδρου. (1) Οἶμαι δὲ τῶν κείνων λαχόντων, &c. Libri autem *ſexti* titulus ultimus deſinit his verbis: (2) καὶ εἰς τὸ ποιῆσαι τὸ ἱκανὸν τῷ κοινωνῷ συνελαύνεται. Sequuntur deinde alii *quatuor tituli* ſeparati, quorum inſcriptio generalis: Ἕτεροι τίτλοι διάφοροι. Primus autem eorum ſpeciatim inſcribitur atque incipit hoc modo: (3) Περὶ ἀξιωμάτων τίτλος α΄. Ἀπὸ Πατρικίων ἕως Ἰλλουστρίων &c. In fine demum horum quatuor titulorum exſtat hæc totius Promptuarii ſubſcriptio: Τέλος πάσης τῆς Ἑξαβίβλου. Digniſſimum profectò eſt hoc exemplar *manuſcriptum*, ut *Dionyſii Gothofredi* editio impreſſa græco-latina accuratè cum eo conferatur.

Secundò, & quidem fol. 184 pag. 1 & 2, *Imp.* CONSTANTINI MAGNI *Donatio S. Sylveſtro I. Papæ facta*, quæ ibi inſcribitur atque incipit hoc modo: Θέσπισμα τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου περὶ τοῦ Πάπα Ῥώμης. Θεσπίζομεν σὺν πᾶσι τοῖς Σατράπαις καὶ τῇ Συγκλήτῳ τῆς ἡμῶν Βασιλείας, τὸν Ῥώμης Ἐπίσκοπον καὶ διάδοχον τοῦ κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων καὶ κυρίου μου Πέτρου, πλείονα τῆς Βασιλείας ἔχειν ἐξουσίαν, &c. Hoc eſt igitur *Exemplar Donationis Conſtantinianæ ſecundùm editionem Conſtantini Harmenopuli*, cujus etiam *Joannes Jacobus Friſius* in Bibliothecâ Geſnerianâ, à ſe auctâ, pag. 173 meminit. Vide etiam Librum *quintum* Lambecianorum Commentariorum pag. 237, & 244.

Tertiò, & quidem fol. 184 pag. 2, & fol. 185 pag. 1, *CONSTANTINI HARMENOPULI Narratiuncula de tribus Tomis Synodicis ſub Imp. Conſtantino Porphyrogenito, ſub Imp. Manuele Comneno, & ſub Imp. Michaële Palæologo compoſitis, in quibus anathemate percutiuntur, quicunque contra Imperatores ſeditionem excitant, & per vim aut inſidias Imperium invadere nituntur, ut & eorundem adjutores & conſcii.* Incipit ea his verbis: Ἐπὶ τῆς Βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου Τόμος ἐξεφωνήθη, συμπράξαντος καὶ τοῦ τότε Πατριάρχου Ἀλεξίου καὶ τῆς Συνόδου, &c.

Quartò, & quidem à fol. 185 pag. 2, uſque ad fol. 213 pag. 2, *EJUSDEM Epitome ſacrorum & divinorum Canonum*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Ἐπιτομὴ τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων. Προθεωρία. Τῶν κανόνων, οἱ μὲν εἰσι τῶν Ἀποστόλων, οἱ δὲ &c. Vide Librum *quintum* Lambec. Comment. pag. 160.

Quintò, & quidem à fol. 213 pag. 2, uſque ad fol. 214 pag. 2, *EJUSDEM Expoſitio Fidei orthodoxæ*, cujus titulus & principium: Περὶ πίστεως ὀρθοδόξου τοῦ αὐτοῦ. Πιστεύειν δεῖ τὸν ὄντως Χριστιανὸν &c. Vide Librum *quintum* Lambecianorum Commentariorum pag. 158.

Sextò, & quidem à fol. 215 pag. 1, uſque ad fol. 218 pag. 2, *EJUSDEM Liber de Sectis*, cujus principium: Οἱ περὶ τὸν Ἄρειον &c. Vide Lib. V. Lambec. Comment. pag. 158 & 159.

Septimò, & quidem à fol. 218 pag. 2, uſque ad fol. 219 pag. 2, *EJUSDEM Catalogus Officiorum Aulæ Imperatoriæ Conſtantinopolitanæ*, cujus titulus & principium: Τὰ Ὀφφίκια τοῦ Παλατίου. α΄, Δεσπότης· β΄, Σεβαστοκράτωρ· &c. Operæ pretium autem fuerit, eum conferri cum aliis ejuſdem generis *Catalogis*, qui exſtant in *Georgii Codini de Officiis Magnæ Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ* editione græco-latinâ Pariſinâ A. 1648 in folio, à pag. 17 uſque ad pag. 44.

Octavò, & quidem fol. 219 pag. 2, & fol. 220 pag. 1, *Imp.* LEONIS SAPIENTIS *Ordo Thronorum Eccleſiaſticorum, Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubjectorum*, cujus titulus

(1) Vide ibidem pag. 6. (2) Vide ibid. pag. 464. (3) Vide ibid. pag. 477.

titulus & principium : Ἡ γεγονυῖα διατύπωσις παρὰ τοῦ Βασιλέως Λέοντος τοῦ Σοφοῦ, ὅπως ἔχουσι τάξεως οἱ θρόνοι τῶν ἐκκλησιῶν τῶν ὑποκειμένων τῷ Πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως. Αἱ Μητροπόλεις· Α΄, ἡ Καισάρεια· β΄, ἡ Ἔφεσος· &c. Idem *Ordo* exſtat græcè & latinè in *Marquardi Freheri* Jure Græco-Romano, Tom. I, pag. 88, & in ſuprà citatâ *Georgii Codini* de Officiis Magnæ Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ editione Pariſinâ pag. 379.

Nonò, & quidem fol. 220 pag. 2, *CONSTANTINI HARMENOPULI Catalogus Officiorum Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ S. Sophiæ*, cujus titulus & principium : Τὰ Ὀφφίκια τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας. Α΄, ὁ Μέγας Οἰκονόμος· β΄ ὁ Μέγας Σακελλάριος· &c. Vide etiam infra Codic. Jurid. XV. num. 10.

Decimò, & quidem à fol. 221 pag. 1, uſque ad fol. 292 pag. 2, *THEODORI* (1) *MAGISTRI Oratio encomiaſtica in S. Gregorium Nazianzenum*, cujus titulus & principium : Λόγος ἐγκωμιαστικὸς πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Πατέρα ἡμῶν Ἀρχιεπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως καὶ οἰκουμενικὸν διδάσκαλον Γρηγόριον τὸν Θεολόγον, συγγραφεὶς παρὰ τοῦ τιμιωτάτου ἐν μοναχοῖς, σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Θεοδώρου τοῦ Μαγίστρου. Οὐχ᾽ ὅπως οὐδ᾽ ἂν εἷς οἶμαι τῶν πάντων οὐδ᾽ ὁπωσποῦν ἐμοὶ νεμεσήσαι, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 293 pag. 1, uſque ad fol. 317 pag. 2, *PHILOTHEI Patriarchæ Conſtantinopolitani Oratio encomiaſtica in S. Martyrem Demetrium*, cujus titulus & principium : Ὁμιλία εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα τοῦ Χριστοῦ θαυματουργὸν καὶ μυροβλύτην Δημήτριον. Δημήτριος ἡμῖν τοῦ τε συλλόγου καὶ τῶν λόγων ἀφορμὴ πρόκειται σήμερον· &c. Meminit hujus Orationis *Leo Allatius* in Diatribâ de *Symeonum* Scriptis pag. 85.

Duodecimò, & quidem à fol. 318 pag. 1, uſque ad fol. 324 pag. 2, S. CYRILLI *Archiepiſcopi Alexandrini Homilia in Nativitatem Chriſti*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας λόγος εἰς τὴν κατὰ σάρκα γέννησιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Λαμπρὰ τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ ὑπόθεσις, &c.

XIII.

DECIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Juridicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis quadraginta ſeptem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc :

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 34 pag. 1, MICHAELIS PSELLI *Synopſis Legum*, *verſibus politicis compoſita juſſu Imp. Michaëlis Ducæ*; cujus titulus & principium : Τοῦ ὑπερτίμου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ Σύνοψις ἐπιτομος τῶν νομικῶν κεφαλαίων, γεγονυῖα ἐξ ἐπιτάγματος τοῦ ἁγίου Βασιλέως, κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Δούκα.

Πολὺ καὶ δυσθεώρητον τὸ μάθημα τοῦ νόμου,

Ἐν πλάτει δυσπερίληπτον, ἀσαφὲς ἐν συνόψει, &c.

Secun-

(1) Meminit hujus *Theodori Magiſtri Leo Allatius* in Diatribâ de *Symeonum* Scriptis pag. 111, ubi memoratur Oratio ipſius encomiaſtica in *S. Paulum* Apoſtolum, ex diverſis *S. Joannis Chryſoſtomi* Homiliis collecta.

Secundò, & quidem à fol. 35 pag. 1, uſque ad fol. 37 pag. 1, GLOSSÆ JURIDICÆ, ſive, *Vocabula Juris Latina cum Interpretatione Græcâ*; quorum titulus & principium: Α῎κλως, ὁ ἐνάγων. Ἀντικένσωρ, ἀντιγραφεύς. &c. Vide Cod. Jurid. XV. num. 8.

Tertiò, & quidem à fol. 38 pag. 1, uſque ad fol. 71 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Libellus Synodicus, omnes Synodos, tàm orthodoxas, quàm hæreticas, brevi compendio continens, inde à temporibus Sanctorum Apoſtolorum, uſque ad* (1) *Orthodoxiam ſive reſtitutionem ſacrarum Imaginum ſub Imp. Michaële & matre ipſius Theodorâ, atque S. Methodio Patriarchâ Conſtantinopolitano.* Ipſa tituli græci verba, cum principio Narrationis, ſunt hæc: Συνοδικὸν ἐν ἐπιτομῇ, τὰς ἀπὸ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων γεγονυίας ὀρθοδόξους καὶ αἱρετικὰς περιέχον συνόδους ἕως τῆς ὀρθοδοξίας. Σύνοδος θεία καὶ ἱερὰ, συναθροισθεῖσα ἐν Ἱεροσολύμοις ὑπὸ τῶν θεοδιδάκτων Ἀποστόλων, &c. Exſtat quidem hoc *Synodicon* græcè & latinè in *Guilielmi Voëlli* & *Henrici Juſtelli* Tomo ſecundo Bibliothecæ Juris Canonici Veteris à pag. 1166 uſque ad pag. 1214; ſed diſcrepat illa editio impreſſa valdè ab hoc manuſcripto exemplari *Cæſareo*, ejuſque beneficio plurimis locis inſigniter poteſt ſuppleri.

Quartò, & quidem à fol. 71 pag. 2, uſque ad fol. 78 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Hiſtoria Concilii Chalcedonenſis Oecumenici ſive Generalis quarti, A. C. 451 celebrati*; cujus titulus & principium: Ὑπόθεσις τῆς ἐν Χαλκηδόνι Συνόδου. Ἐν τοῖς χρόνοις τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ νέου ἦν τις κατὰ τὴν βασιλίδα πόλιν Ἀρχιμανδρίτης, ὀνομαζόμενος μὲν Εὐτυχὴς, &c.

Quintò, & quidem fol. 79 pag. 2, & fol. 80 pag. 1, *Officiorum Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Deſcriptio*, cujus titulus & principium: Τὰ Ὀφφίκια τῆς μεγάλης Ἐκκλησίας, καὶ αἱ ἐνέργειαι αὗται. Ὁ μέγας Οἰκονόμος κρατεῖ τῶν κτημάτων τῆς Ἐκκλησίας· ὁ μέγας Σακελλάριος, τὰ γυναικεῖα μοναστήρια &c. Vide etiam infrà Cod. Jurid. XV. num. 10.

Sextò, & quidem à fol. 81 pag. 2, uſque ad fol. 91 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Diagramma Graduum cognationis cum ſubjuncto Libello de diſtinctione Nuptiarum legitimarum & prohibitarum*, cujus titulus & principium: Ἀκριβὴς διαίρεσις τῶν ἐννόμων γάμων καὶ κεκωλυμένων. Ὁ Ῥαδηνὸς ἐγέννησε τὸν Μιχαὴλ καὶ τὴν Ἄνναν· κωλύεται ὁ γάμος οὗτος· δεύτερον γὰρ σώζουσι βαθμὸν πρὸς ἀλλήλους &c.

Septimò, & quidem à fol. 91 pag. 2, uſque ad fol. 95 pag. 1, ex SISINNII *Patriarchæ Conſtantinopolitani Tomo ſive Deciſione Synodali, ne duo fratres accipiant uxores duas conſobrinas, fragmentum*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου, κυροῦ Σισιννίου ἐκ τοῦ συνοδικοῦ τόμου. Ἀπηγορεύσθω δύο ἐξαδέλφας λαμβάνειν, &c. Integer ille *Tomus*, anno Mundi 6505, ſive anno Chriſti 997, d. 21. Februarii, Indictione 10. promulgatus, exſtat integer græcè & latinè in *Marquardi Freheri* Jure Græco-Romano, Tom. I. à pag. 197 uſque ad pag. 203. Aliud inde deſumptum *fragmentum* exſtat in eodem hoc Codice MSto fol. 97, pag. 2.

Octavò, & quidem à fol. 95 pag. 1, uſque ad fol. 99 pag. 1, MICHAELIS NOMOPHYLACIS, cognomine *Chumni*, qui deinde fuit *Metropolita Theſſalonicenſis*, *Syngramma de Gradibus cognationis*, cujus titulus & principium: Περὶ τῶν βαθμῶν τῆς συγγενείας

 συγγραμ-

(1) Vide R. P. *Jacobi Gretſeri* S. J. Obſervationes in *Georgii Codini* Librum de Officiis Aulæ Imperatoriæ & Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, lib. 3. cap. 10. pag. 250, 251 & 252, editionis Pariſinæ in Corpore Hiſtoriæ Byzantinæ.

σύγγραμμα Μιχαὴλ νομοφύλακος τοῦ Χούμνου, τοῦ γεγονότος Μητροπολίτου Θεσσαλονίκης. Ἡ συγγένεια ὄνομά ἐστι κοινὸν καὶ καθολικόν. &c. Exſtat quidem hoc Syngramma græcè & latinè in ſuprà citati *Juris Græco-Romani* Tomo primo à pag. 519 & 520; ſed in Codice hoc manuſcripto *Cæſareo* adjuncta illi eſt in fine *Appendix* quædam, *de Nuptiis prohibitis*, cujus principium ſine ullâ peculiari Inſcriptione eſt hoc: Τρεῖς τάξεις εἰσὶ τῶν κεκωλυμένων πρὸς γάμου κοινωνίας· μία μὲν καὶ πρώτη, ἡ ἐκ τοῦ σωτηριώδους καὶ ἁγίου Βαπτίσματος. &c.

Nonò, & quidem à fol. 100 pag. 1, uſque ad fol. 105 pag. 2, *THEODORI BALSAMONIS*, *Patriarchæ Antiocheni*, *Reſponſum de diſceptatâ in Synodo quæſtione, an unus & idem duabus ſobrinis jungi debeat.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Reſponſi* ſunt hæc: Διάγνωσις τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Ἀντιοχείας χάριν τοῦ λαληθέντος συνοδικῶς ζητήματος περὶ τοῦ, εἰ χρὴ τὸν αὐτὸν καὶ ἕνα δυσὶ δισεξαδέλφαις συνάπτεσθαι. Οἱ τῶν Ἀθηναίων ἰθαγενεῖς &c. Vide ſuprà citati *Juris Græco-Romani* Tomum primum à pag. 463, uſque ad pag. 470, ubi quidem illud *Reſponſum* græcè & latinè exſtat, ſed beneficio hujus Codicis manuſcripti poteſt emendari ac ſuppleri.

Decimò, & quidem à fol. 106 pag. 1, uſque ad fol. 110 pag. 2, *S. NICEPHORI Patriarchæ Conſtantinopolitani*, qui anno Chriſti 828, die 13. Martii obiit, *Chronographia compendiaria*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Νικηφόρου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως Χρονογραφικὸν ἐν συντόμῳ. Ἀδὰμ, πρῶτος ἄνθρωπος, γενόμενος ἐτῶν σλ΄, γεννᾷ τὸν Σὴθ, καὶ &c. Adjuncta autem huic *Chronographiæ* eſt ANONYMI cujuſdam Autoris *Continuatio* uſque ad *Imp. Manuelem Comnenum*, qui A. C. 1180 d. 24. Septembris obiit. Plura de jam memoratâ *S. Nicephori Chronographiâ* vide Libri *quinti* Lambecianorum Commentariorum pag. 235 & 236.

Undecimò, & quidem à fol. 111 pag. 1, uſque ad fol. 142 pag. 2, *MARCI Patriarchæ Alexandrini Quæſtiones Canonicæ ſexaginta ſex cum Reſponſis Patriarchæ Antiocheni, Theodori Balſamonis*; quarum titulus & principium: Ἐρωτήσεις τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας, κυρίου Μάρκου, καὶ ἀποκρίσεις ἐπ᾽ αὐταῖς τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Ἀντιοχείας κυρίου Θεοδώρου τοῦ Βαλσαμών. Ὁ μὲν θεοπάτωρ καὶ Προφήτης Δαβίδ. &c. Prima autem *Quæſtio* ſive *Interrogatio* eſt hæc: Αἱ περὶ τὰ μέρη τῆς Ἀλεξανδρείας καὶ τῶν Ἱεροσολύμων ἀναγινωσκόμεναι λειτουργίαι &c. Exſtat quidem hic Liber græcè & latinè in *Marquardi Freheri* Tomo primo Juris Græco-Romani à pag. 362, uſque ad pag. 394; verùm ibi ſtatim in principio pro θεοπάτωρ legitur θεόπτης, nec *ſexaginta ſex* numerantur Quæſtiones atque Interrogationes, ſed tantùm *ſexaginta quatuor*. Finis tamen Libri idem eſt, atque conſtat his verbis, κατὰ τὸν εἰπόντα, συσφίγγεται.

Duodecimò, & quidem à fol. 143 pag. 1, uſque ad fol. 190 pag. 1, S. GREGORII *Epiſcopi Nyſſeni Homiliæ quinque in Orationem Dominicam*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νύσσης εἰς τὸ Πάτερ ἡμῶν λόγος α΄. Εὐχῆς ἡμῖν διδασκαλίαν &c. Vide Librum quartum Lambecianorum Commentariorum pag. 25.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 191 pag. 1, uſque fol. 263 pag. 2, *EJUSDEM Homiliæ octo in totidem Beatitudines Evangelicas apud S. Matthæum cap. 5.* quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νύσσης εἰς τὸ, Μακά-

Μακάριοι ὁ πλαχοὶ τῷ πνεύματι, &c. Τίς ἀρχὴ τοῦτο ἐν τοῖς συνειλεγμένοις &c. Vide etiam Librum quartum Lambec. Comment. pag. 29.

Decimo quartò, & quidem à fol. 264 pag. 1, uſque ad fol. 316 pag. 1, *EJUSDEM Expoſitio compendiaria in Pſalmos & eorundem Inſcriptiones, cum ſubjunctâ Appendice de Diapſalmate.* Ipſa tituli græci verba, cum principio Opuſculi, ſunt hæc: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Νύσσης Ἐξήγησις εἰς τὰς ἐπιγραφὰς τῶν Ψαλμῶν καὶ εἰς τὰ κείμενα ἐν ἐπιτομῇ. Περὶ τοῦ σκοποῦ τοῦ βιβλίου παντὸς τῶν Ψαλμῶν. Ἐδεξάμην σου τὸ ἐπίταγμα, &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 317 pag. 1, uſque ad fol. 347 pag. 2, *ALEXANDRI MONACHI Oratio hiſtorica de Inventione S. Crucis*, cujus titulus & principium: Ἀλεξάνδρου μοναχοῦ λόγος ἱστορικὸς περὶ τῆς εὑρέσεως τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ σταυροῦ πρός τινας ὁσίους πατέρας, προτραπέντος ὑπ᾽ αὐτῶν, &c. Τὴν κέλευσιν τῆς ὑμετέρας παλαιᾶς ὁσιότητος δεξάμενος, &c. Meminit hujus Orationis *Leo Allatius* in Diatribâ de *Symeonum* Scriptis pag. 110.

XIV.

DECIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Juridicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum ſeptuaginta tribus*, atque unus eſt ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 152 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Alphabetum Legale*, ſive, *Baſilicorum univerſi Juris Romani Synopſis alphabetica minor*, quam Græci vocant τὸ μικρὸν κατὰ στοιχεῖον; reſpectu videlicet alterius iſtius *Synopſeos alphabeticæ* (1) *majoris*, quæ exſtat in ſuprà memoratorum Codicum manuſcriptorum Juridicorum *primo* & *ſecundo*. *Minor* itaque hæc *Synopſis* inſcribitur atque incipit in hoc Codice manuſcripto Cæſareo his verbis: Νομικὸν κατὰ στοιχεῖον. Οἱ ἄνθρωποι πάντες ἢ δοῦλοι εἰσὶν, ἢ ἐλεύθεροι, ἢ ἀπελεύθεροι &c. Ultima autem litera, nempe Ω, incipit hoc modo: Ἀρχὴ τοῦ Ω. Ὡρεῖα λέγονται τὰ οἰκοδομήματα ἤτοι τὰ σιτοδοχεῖα, ἐν οἷς &c.

Secundò, & quidem à fol. 153 pag. 1, uſque ad fol. 173 pag. 1, *EXCERPTA varia Juridica*, & quidem præcipuè ex *Novellis Imp. Leonis Philoſophi*, quorum titulus & principium: Αἱ νεαραὶ τοῦ κυρίου Λέοντος. Νεαρὰ τοῦ κυρίου Λέοντος φησιν ὥς τε δεσπόζειν ἕκαστον τοῦ παρακειμένου αὐτῷ θαλαττίου προθύρου, &c.

XV.

DECIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Juridicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis quindecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

(1) Hanc *Synopſin majorem Jacobus Gothofredus* in Manuali Juris perperàm confundit cum *Synopſi minori*, dum eam pag. 81 aſſerit eſſe illam ipſam Synopſin, quam *Cujacius* appellat τὸ μικρὸν κατὰ στοιχεῖον.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 38 pag. 1, *Imp.* BASILII MACEDONIS *& filiorum ipſius* CONSTANTINI *atque* LEONIS PHILOSOPHI *Prochiron Juris*, *in Titulos quadraginta diviſum*, cujus titulus & principium: Πρόλογος τοῦ Προχείρου νόμου. Ἐν ὀνόματι τοῦ Δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν Αὐτοκράτορες Καίσαρες Βασίλειος, Κωνσταντῖνος καὶ Λέων, εὐτυχεῖς, ἔνδοξοι, νικηταὶ, τροπαιοῦχοι, εὐσεβέστατοι, πιστοὶ, Αὔγουστοι. &c. Plura de hoc Prochiro Juris vide Cod. II. num. 14.

Secundò, & quidem à fol. 38 pag. 1, uſque ad fol. 39 pag. 2, EXCERPTUM *Juridicum de Jurejurando*, cujus titulus & principium: Περὶ τοῦ μὴ ὀμνύειν ἐπ' ἀδίκῳ καὶ ἐπὶ ψεύδει, καὶ περὶ ὅρκου γινομένου ἐγγράφου, καὶ ἐπὶ ποίων καὶ πόσων μαρτύρων ὀφείλῃ γίνεσθαι. Ἀγαθῶν ἁπάντων χορηγὸν καὶ δοτῆρα καὶ αἴτιον &c.

Tertiò, & quidem à fol. 39 pag. 2, uſque ad fol. 42 pag. 1, LEGES MILITARES, *ex Rufo & Tacticis, & ex Digeſtis deſumptæ*, de quibus vide plura Cod. III. num. 6.

Quartò, & quidem à fol. 42 pag. 1, uſque ad fol. 46 pag. 1, JUS NAVALE RHODIORUM, *ex Digeſtis excerptum*, de quo vide plura Cod. III. num. 5.

Quintò, & quidem à fol. 46 pag. 1, uſque ad fol. 49 pag. 2, CONSTANTINI HARMENOPULI *Leges Georgicæ*, hoc eſt, *Colonariæ* ſive *Ruſticæ*, ex *Jure Juſtinianeo* excerptæ, de quibus vide plura Cod. III. num. 8.

Sextò, & quidem à fol. 49 pag. 2, uſque ad fol. 54 pag. 1, COLLECTANEA *nonnulla Juridica*, inter quæ etiam exſtat perelegans *Diagramma de gradibus cognationis.*

Septimò, & quidem à fol. 54 pag. 1, uſque ad fol. 64 pag. 2, ATHANASII, *Scholaſtici* ſive *Advocati Emeſeni*, *Ecloga*, ſive *Delectus Legum ex Imp. Juſtiniani Codice & Novellis*, *& ex Paratitlis*; cujus titulus & principium: Ἀθανασίου Σχολαστικοῦ Ἐμεσηνοῦ ἔκ τε τοῦ Κώδικος καὶ τῶν Νεαρῶν διατάξεων τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ, ὁμοίως καὶ ἐκ τῶν Παρατίτλων. Περὶ χειροτονίας Ἐπισκόπων. &c.

Octavò, & quidem à fol. 65 pag. 1, uſque ad fol. 66 pag. 2, GLOSSÆ JURIDICÆ, ſive, *Vocabula Juris Latina cum Interpretatione Græcâ, ordine alphabetico*, quorum titulus & principium: Λεξικὸν Ῥωμαίων καὶ Γραικῶν νομίμων. Ἄκτωρ, ὁ ἐνάγων. Ἀντικήνσωρ, ἀντιγραφεύς. &c. Vide ſuprà Cod. Jurid. II, num. 7. & XIII, num. 2.

Nonò, & quidem à fol. 67 pag. 1, uſque ad fol. 68 pag. 1, CANONES *Sanctorum Apoſtolorum*, quorum titulus & principium: Κανόνες τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. (1) Εἴ τις Ἐπίσκοπος κοσμικοῖς ἄρχουσι χρησάμενος, &c.

Decimò, & quidem à fol. 68 pag. 1, uſque ad fol. 73 pag. 2, EXCERPTA *nonnulla Juridica*, inter quæ etiam exſtant *Officia Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ S. Sophiæ*, quorum titulus & principium: Τὰ ἐκκλησιαστικὰ Ὀφφίκια ἔχουσι οὕτως· Ὁ μέγας Οἰκονόμος κρατεῖ πάντα τὰ κτήματα τῆς ἐκκλησίας, καὶ &c. Operæ pretium autem fuerit, Catalogum hunc *Officiorum Eccleſiaſticorum* diligenter conferri cum aliis ejuſdem generis Catalogis, qui exſtant in *Georgii Codini* Libro de Officiis Magnæ Eccleſiæ

(1) Is in Syntagmatis Conciliorum *Biniani* contextu græco eſt Canon *vigeſimus nonus*, in antiquâ autem verſione Latinâ *Dionyſii Exigui trigeſimus primus*.

cleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ, Pariſiis in Corpore Hiſtoriæ Byzantinæ græcè & latinè edito, cum Obſervationibus & Notis R. P. *Jacobi Gretſeri* Soc. Jeſu & R. P. *Jacobi Goar* O. P., A. 1648 in folio.

Undecimò, & quidem fol. 74 pag. 1, uſque ad fol. 183 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Exercitia varia, partim ſacra, partim profana, quibus erotomaticè declaratur uſus Grammaticæ Linguæ Græcæ.*

Duodecimò, & quidem à fol. 184 pag. 1, uſque ad fol. 191 pag. 1, *THEODORI PRODROMI Tetraſticha ſacra cum Anonymi cujuſdam Autoris Commentario grammaticali*; quorum titulus & principium: Τοῦ Προδρόμου κυροῦ Θεοδώρου Τετράστιχα. Ἐν ἡμέραις ἓξ τὴν κτίσιν κτίζεις Λόγε, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 192 pag. 1, uſque ad fol. 215 pag. 2, *AGAPETI, Diaconi Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, Liber ad Imp. Juſtinianum Magnum de Imperio benè adminiſtrando, cum anonymi cujuſdam Autoris Commentario græco, ſingulis Capitibus paræneticis particulatim ſubjuncto.* Ipſa tituli græci verba cum principio primi Capitis ſunt hæc: Ὑπόθεσις ἀγαθῆς βασιλείας εἰς ὄνομα τοῦ θειοτάτου καὶ εὐσεβεστάτου Βασιλέως ἡμῶν Ἰουστινιανοῦ κατὰ τὸ ἀκρόστιχον· Τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ Βασιλεῖ ἡμῶν Ἰουστινιανῷ Ἀγαπητὸς ὁ ἐλάχιστος Διάκονος. Τιμῆς ἁπάσης ὑπέρτερον ἔχων ἀξίωμα &c. Plura de his *Agapeti Capitibus paræneticis* vide Libri *tertii* Lambec. Comment. pag. 38 & 152, & Libri *quinti* pag. 115, 116 & 225.

XVI.

DECIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Juridicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *ſeptuaginta quinque*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 11 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Ecloge Legis à DEO per Moyſen Iſraëlitis datæ*, cujus titulus & principium: Ἐκλογὴ τοῦ παρὰ Θεοῦ διὰ Μωσέως δοθέντος νόμου τοῖς Ἰσραηλίταις. Περὶ κρίματος καὶ δικαιοσύνης. Τῆς Ἐξόδου καὶ τοῦ Δευτερονομίου κεφαλ. κγ΄. Οὐ (1) παραλήψῃ ἀκοὴν ματαίαν, &c.

Secundò, & quidem à fol. 11 pag. 1, uſque ad fol. 16 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Recenſio eorum, qui ab hæreticis Presbyteri vel Epiſcopi ordinati ſunt, collecta ex Hiſtoriis Eccleſiaſticis*; cujus titulus & principium: Περὶ τῶν παρ' αἱρετικῶν κεχειροτονημένων ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν ἱστοριῶν συλλογὴ μερική. Ἄρειος, ὁ τῆς μανίας ἐπώνυμος, ἐξεκόπη τῶν πιστῶν, &c. Circa finem ejuſdem Collectionis exſtant ibidem fragmenta duo ex *Vitâ* S. JOANNIS CHRYSOSTOMI à *Symeone Metaphraſte* conſcriptâ, & ex *Vitâ* S. TARASII *Patriarchæ Conſtantinopolitani* (2) ab *Ignatio Diacono & Sceuophylace* compoſitâ.

Tertiò, & quidem à fol. 17 pag. 1, uſque ad fol. 20 pag. 1, *Epiſtola CALLISTI ad Manuelem cognomine Diſypatum, Archiepiſcopum Theſſalonicenſem, de exautoratione & exilio Joſephi Galeſiotæ, Patriarchæ Conſtantinopolitani.* Ipſa tituli græci verba, cum princi-

(1) In verſione LXX. Interpretum, ex autoritate Sixti V. Pontif. Max. editâ, pro παραλήψῃ legitur παραδέξῃ. (2) Vide *Suidæ* Lexicon lit. I, ubi agitur de hoc *Ignatio* ejuſque ſcriptis, atque inſuper conſule *Ger. Joan. Voſſium* de Hiſtor. Græc. lib. 4. cap. 19; item Martyrolog. Roman. d. 25. Februarii cum Notis Cardinalis *Baronii*.

principio *Epiſtolæ* ſunt hæc: Ἐπιστολὴ Καλλίστου πρὸς τὸν Θεσσαλονίκης κύριον Ἐμμανουὴλ τὸν Δισύπατον. Τῷ ἁγιωτάτῳ ὑπερτίμῳ Ἱεράρχῃ Χριστοῦ. &c.

Quartò, & quidem à fol. 21 pag. 1, uſque ad fol. 52 pag. 2, ECCLESIASTICUS ſive *Sapientia Jeſu filii Sirach*, cujus titulus & principium: Πρόλογος τοῦ Σιράχ. Πολλῶν καὶ μεγάλων ἡμῖν διὰ τοῦ νόμου καὶ τῶν προφητῶν. &c.

Quintò, & quidem à fol. 53 pag. 1, uſque ad fol. 59 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Fragmenta quædam Grammaticæ Græcæ.*

Sextò, & quidem à fol. 60 pag. 1, uſque ad fol. 75 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Homilia in Paſſionem CHRISTI*, cujus titulus & principium: Κεφάλαιον εἰς τὸ πάθος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ, ὡραῖον πάνυ καὶ ὀφελήσιμον. Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν εἰργάσατο σήμερον σωτηρίαν ἐν μέσῳ τῆς γῆς· &c.

XVII.

DECIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Juridicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus in *quarto*, initio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis undecim*, & quantum ex inſcriptionibus, in principio ejus collocatis, videre eſt, primò ad *Aloyſium Deuroſtinum Patrenſem*, Interpretem Orientalem Anconæ commorantem, deinde ad (1) *Georgium Tannerum* Juris-Conſultum Auſtriacum, porrò ad (2) *Joannem Sambucum* Hungarum Tirnavienſem, ac denique ad *Sebaſtianum Tengnagelium* pertinuit. Continetur eo eadem illa *BASILICORUM JURIS Synopſis alphabetica minor*, quæ exſtat in Codice Juridico *decimo quarto.* Deeſt autem in hoc poſteriori Codice principium literæ A uſque ad paragraphi 29 hæc verba: τίθεται· καὶ τὸ μὲν, ἤγουν τὸ κλέπτειν &c, & in fine pars poſterior literæ X, unà cum integris duabus literis Ψ & Ω, ultimáque verba ibi nunc ſunt hæc: ὁπόταν ἀνέλῃ τις δοῦλον ἀλλότριον. Quod ſupereſt, etſi jam memoratum Opuſculum hactenùs, quod quidem ego ſciam, nondum ſit editum, digniſſimum tamen illud cenſeo, ut ſolidæ & eruditæ Juriſprudentiæ excolendæ causâ aliquando græcè & latinè in lucem prodeat.

XVIII.

DECIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Juridicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *octavo*, ſed, quod dolendum eſt, valdè mutilus, conſtátque nunc foliis *octoginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo *DELECTUS Legum compendiarius, ex Inſtitutionibus, Digeſtis, Codice, & Novellis Imp. Juſtiniani Magni, compoſitus ab Impp. Leone Philoſopho & Conſtantino Porphyrogenito, & benigniori correctione reformatus;* cujus titulus & principium: Ἐκλογὴ τῶν νόμων ἐν συντόμῳ, γενομένη παρὰ Λέοντος καὶ Κωνσταντίνου τῶν σοφῶν Βασιλέων ἀπὸ τῶν Ἰνστιτούτων, τῶν Διγέστων, τοῦ Κώδικος, καὶ τῶν Νεαρῶν τοῦ μεγάλου Ἰουστινιανοῦ διατάξεων, καὶ ἐπιδιόρθωσις εἰς τὸ φιλανθρωπότερον.

Τίτλος

(1) Emit is hunc Codicem Anconæ A. 1555. (2) Emit is eundem Codicem A. 1582.

Τίτλος α΄ ἔχει κεφάλαια ζ΄· Περὶ συστάσεως μνηστείας καὶ λύσεως αὐτῆς. Συνίσταται μνηστεία Χριστιανῶν ἐπὶ τοῖς ἐν πρώτῃ ἡλικίᾳ ἀπὸ ἑπταετοῦς χρόνου &c. Hic eſt ille ipſe præſtantiſſimus Codex manuſcriptus, quem *Marquardus Freherus* in *Jure Græco-Romano*, Tom. II. pag. 79, vocat *membranas antiquiſſimas Joannis Sambuci*. Plura de *compendiariâ hâc Legum Eclogâ & Correctione* vide ſuprà Cod. Jurid. II. num. 4 & 13. Cod. III. num. 3.

Reliqua *Auguſtiſsimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Opera MSta *Juridica Græca* quærenda ſunt in aliis *aliarum Claſsium* Codicibus MStis, quibus ea nonnuſquam valdè inconvenienter inſerta ſunt. Præcipuè autem pertinet huc Claſsis Codicum MStorum Græcorum *Hiſtoricorum Eccleſiaſticorum*, utpote ubi deinceps accuratè agetur de iis Codicibus MStis Græcis, qui *Conciliorum tùm Generalium*; *tùm Provincialium Hiſtoriam* & *Canones* continent, ideóque maximâ ex parte ad *Jus Canonicum* referendi ſunt. Interim autem eſto in præſens Recenſionis *Codicum Juridicorum MStorum Græcorum*.

FINIS.

Sequitur Catalogi hujus Pars III. Codices MStos Medicos Græcos complectens.

CATALOGI BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ MANUSCRIPTORUM PARS III,

quæ complectitur

CODICES MANUSCRIPTOS

MEDICOS GRÆCOS.



CATALOGI AUGUSTISSIMÆ BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ VINDOBONENSIS MANUSCRIPTÆ GRÆCÆ, LINGUARUMQUE ORIENTALIUM,

PARS TERTIA,

quâ continetur

Catalogus Manuſcriptorum Codicum MEDICORUM GRÆCORUM ſecundùm præſentem *collocationis* eorum ſeriem, & novum ordinem *numerorum*, quibus iidem nunc notati ſunt.

I.

PRIMUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquiſſimus, optimæ notæ, & quidem ejus magnitudinis quàm vocant in *folio*, ſed formâ fèrè *quadratâ*, continétque *folia quadringenta nonaginta unum*, quorum maxima pars injuriâ vetuſtatis non minùs malè habita ſunt, quàm ipſa *compactura*, quæ tota lacera, & à tineis ac blattis fœdè miseréque corroſa eſt. *Literæ* omnes, præter pauca recentiora folia, ſunt *majuſculæ* & perelegantes quidem, ſed ab illis, quibus nunc utimur literis Græcis, aliquantulum diverſæ. *Accentus* & *Spiritus* omninò deſunt, &, ſi qui in eo reperiuntur, recentiori manu ſunt additi. *Voces* ſine ullâ diſtinctione ſibi invicem uno ac perpetuo ductu cohærent, ita ut ibi unâquæque vox vel incipiat, vel deſinat, quodammodo divinandum ſit. Vetuſtiſſimus ille & rariſſimus *Codex Dioſcoridianus* jam ante (1) *mille & centum octoginta unum* annos, auſpicio, curâ & liberalitate JULIANÆ ANICIÆ, Imp. FLAVII ANICII OLYBRII, (qui A. C. 472 cœpit imperare in Occidente,) *Filiæ*, diligentiſſimè exaratus, antiquis *figuris Plantarum Animaliumq;* ad vivum depictis, variis *Imaginibus*, (inter quas etiam eſt IPSIUS JULIANÆ ANICIÆ & XIV. Illuſtrium veterum Medicorum Græcorum effigies) accuratiſſimâ deli-

(1) Nempe reſpectu intervalli annorum Chriſti 505, in cujus Actis *Theophanis* Chronographus Templi Beatiſſimæ Dei-genitricis, à JULIANA ANICIA Conſtantinopoli exſtructi meminit, & præſentem annum 1686.

delineatione, & vivaciſſimo poſt integra *undecim* Secula coloratu expreſſis, mirificè exornatus, ſuaſuque ac impulſu Illuſtris Domini *Augerii Busbeckii* poſt annum Chriſti 1562 (1) vel ab Imp. *Ferdinando I.* vel, quod veriſimilius mihi videtur, à Filio Ejus & Succeſſore Imp. *Maximiliano II.* Conſtantinopoli à Judæo quodam, cujus Pater Tyranni Turcarum *Solymanni* Archiater fuerat, *centum* aureis ſive *ducatis* redemptus ex Turcicâ (2) ſervitute Wiennam Auſtriæ, inque Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream commigravit, & quaſi poſtliminiò rariſſimum hoc & verè Cæſareum antiquiſſimæ potentiſſimæq; Gentis ANICIÆ monumentum, tanquam hæreditario jure & ſingulari DEI providentiâ in Auguſtiſſimæ Domûs *Habſpurgo-Auſtriacæ* poteſtatem rediit, ut Glorioſiſſimus Noſter Imperator LEOPOLDUS coràm intueri, manuq; prehendere poſſit, quanta Majorum ſuorum, videlicet (3) ANICIORUM potentia fuerit & dignitas, cum illi ante integra *undecim ſecula* tàm in *Oriente*, quàm in *Occidente*, Sacro Imperio *Romano* præfuerint.

Cæterùm, *Benevole Lector*, continere me non poſſum, quin ex inſtituti mei orbitâ diſcedens, uſurpatæq; hactenùs brevitatis oblitus Lambeciana veſtigia legam, & prolixiùs ſolito nonnullis, quæ in hoc vetuſtiſſimo *Codice Dioſcoridiano* obſervari & recenſeri merentur, immorer, quod ob argumenti præſtantiam Tibi nequaquam nauſeam pariturum, omninò confido, accipe igitur ſequentia:

Primi folii paginâ *priori* literis minuſculis & manu recentiori ſcriptum eſt, Codicem hunc *Dioſcoridianum* à quodam *Joanne*, *alumno Hoſpitalis* ſive *Xenodochii Conſtantinopolitani* cognomine τȣ (4) Κράλȣ ſive *Regis*, ſuaſu & impenſâ *Nathanaelis*, *Monachi & Noſocomi* ibidem, ne vetuſtate penitùs interiret, conſolidatum, reſartum & inſtauratum eſſe anno Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ 6914, qui reſpondet anno vulgaris Æræ Chriſtianæ (5) *milleſimo quadringenteſimo ſexto*. Inſcriptio integra ita ſe habet: Τὸ παρὸν βιβλίον, τὸν Διοσκȣρίδlw, παντάπασι παλαιωθέντα καὶ κινδυνεύοντα τελέως διαφθαρῆναι, ἐυςάχωσεν ὁ χορτασμένος Ἰωάννης προτρεπῇ καὶ ἐξόδῳ τȣ τιμιωτάτȣ ἐν μοναχοῖς κυρίȣ Ναθαναὴλ, νοσοκόμȣ τηνικαῦτα τυγχάνοντος ἐν τῷ ξενῶνι τȣ (6) Κράλη, ἔτȣς ϛ ϡ ιδ. Sequitur deinde eâdem manu annotatiuncula quædam de diviſione φυτȣ ſive plantæ in βοτάνην ſive herbam, θάμνον ſive fruticem & δένδρον ſive arborem, quam ſuprà memoratus Joannes monet in lectione Dioſcoridis benè obſervandam eſſe. *Poſterior* ejuſdem folii *primi* pagina nihil continet, præter *Pavonem cæruleum*, (fideliter delineatum, ærique ſub literâ A. inciſum,) qui expaſſam, ſed nunc mediâ ferè parte mutilam oſtentat caudam, cæruleis aureiſque oculis etiamnunc non mediocriter radiantem, etſi longinquitas temporis primævam illius pulchritudinem plurimùm imminuerit. Opinor autem *Pavonem* in principio hujus Codicis hâc præcipuè de causâ depictum eſſe, quod *cauda* hujus avis *Symbolum* ſit *annuæ viciſſitudinis arborum*. Decidentibus enim arborum foliis, decreſcit etiam Pavonis cauda, iiſdémque renaſcentibus & illa renaſcitur. Teſtatur hoc *Plinius* Hiſtoriæ Naturalis lib. 10. cap. 20. Plures quoque

(1) Hinc patet, eos errare, qui falsò credunt hunc Codicem A. C. 1529, cum *Solymannus* Turcarum Tyrannus *Vindobonam* obſideret, ab obſeſſis captum, & opimi inſtar ſpolii in Urbem delatum eſſe. (2) Vide quartam *Legationis Busbeckianæ* Epiſtolam, Francofurti ad Mœnum d. 16. Decembris A. C. 1562. ſcriptam. (3) Vide omninò Illuſtrem *Lambecium* Lib. II. *Comment.* Cap. VI. ubi ſolidè demonſtrat, *Comites Habſpurgenſes* ex Gentis *Aniciæ* Familiâ *Perleoniâ* deſcendere. (4) Κράλης græco-barbarè idem eſt atque Rex, κράλαινα autem & κραλίτζα Regina. Vide *Joannis Meurſii* Gloſſarium Græco-Barbarum. (5) Factum ergò hoc & ſcriptum eſt *quadraginta ſeptem annis* antequam Tyrannus Turcarum Mahometus II. Anno 1453, *Conſtantinopolim* expugnavit. (6) Ita ibi ſcriptum eſt, nempe Κράλη pro Κράλȣ.

Iconiſmus hic literâ (A) notatus

ſed nunc mediâ ferè parte mutilam oſten

arborum, pertinet ad *primi*

Auguſtiſſimæ Bib



BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI

stud. Pag. 61 rop 66.

al Cataloco d'+ eriamente madici pag

il Catalogo delli libri dobbrar usa. erron


alat de madii p. 4 insacando laogo stud Reg. 61
101. G5.

Iconiſmus hic, literâ (B) notatus, in cujus unâ parte cernitur LI[illegible]
velata uſque ad pectus, & cum *tutulo*, ſive congeſtu Capillorum in conum[illegible]
cum litéris SC. pertinet ad *primum* Codicem MStu[illegible]
Vin[illegible]



[illegible stamp]

...ſive, JULIA AUGUSTA, uxor Imp. AUGUSTI, & Mater TIBERII
...inte... autem *Pavo*, tanquam *Symbolum* conſecrationis ſive Apotheoſeos,
...dicum Græcum *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ*
...infe.



Tabula hæc æri inciſa literâque

Græcos, in *triclinio* ſedentes & de *re M*

pertinet ad *primum* Cod

Biblio



in Catal. Medic. lit. C pagas. 4. tav3. par 3

[illegible] 61 [illegible]

que ejuſdem avis *ſymbolicæ* ſunt explicationes, inter quas primaria maximéque nota eſt *Apotheoſis* ſive *Conſecratio fœminarum*, uti, cùm in *Domitillæ* uxoris *Imp. Veſpaſiani*, aliarúmque *Auguſtarum* antiquis numiſmatibus videre eſt, tùm præcipuè in illo *Liviæ* ſive *Juliæ Auguſtæ*, uxoris *Imp. Auguſti* & matris *Imp. Tiberii*, quod eâdem magnitudine, quâ in celeberrimi Antiquarii (1) *Jacobi de Strada* manuſcriptis veterum numiſmatum Voluminibus *decem*, quæ in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* adſervantur, elegantiſſimè depictum eſt, æri inciſum ſub literâ B. hîc exhibeo. (2)

Secundum Codicis Dioſcoridiani *folium* continet poſteriori ſuâ paginâ *picturam quadratam*, quæ aureum habet fundum, & *ſeptem* repræſentat antiquos *Medicos*, ſedentes tanquam in (3) triclinio, & de re medicâ diſſerentes, hoc ordine & modo, uti ex *apographo*, bonâ fide, quantum per *colorum* evaneſcentium, & nonnullis locis omninò ferè extinctorum *obſcuritatem* fieri potuit, delineato, ærique inciſo, quod hîc è regione ſub litera C. inſerui, (4) videre eſt. Primo loco ſedet ΧΕΙΡΩΝ Ο ΙΠΠΟΚΕΝΤΑΥΡΟΣ, ſive *Chiron Hippocentaurus*, quem *Plinius* Hiſtor. Natur. lib. 7. cap. 56. refert *herbariam* & *medicamentariam artem* inveniſſe. Floruit is ſeculo ante Æram Chriſtianam *decimo tertio*, & teſte *Homero* Iliad. Λ. (5) *Achillis* fuit præceptor in arte *chirurgicâ*. Plura dè hoc *Chirone* vide apud *Petrum Caſtellanum* in pereruditio Opuſculo de Vitis illuſtrium *Medicorum*, & quidem ſtatim in principio, ubi agitur de *Medicis*, qui olim pro *Diis* fuerunt habiti. Conſulendæ etiam ſunt *Joannis Sambuci* Icones *Medicorum*. Multùm autem differt Sambuciana *Chironis* effigies ab illâ, quæ extat in vetuſtiſſimo noſtro Codice *Dioſcoridiano*, ut primo patebit intuitu, ſi quis eas contulerit. *Veſtitus* quoque valdè diſcrepat. Nam in *Codice* hoc *Cæſareo*, ſuperior Corporis ejus pars uſque ad umbilicum *nuda* eſt, exceptis *humeris*, qui *villoſâ* teguntur *epomide*, & ſub mento colligatâ; inferior autem pars corporis ab umbilico uſque ad pedes *pallio cæruleo* cooperta eſt. A *dextero Chironis* latere ſedet ΜΑΧΑΩΝ ſive *Machaon*, *Æſculapii* filius, & *Podalirii* frater, qui ſeculo ante Æram Chriſtianam *duodecimo* in bello *Trojano* occubuit. Excoluit ille præcipuè χειρουργικὴν, ſive eam Medicinæ partem, quæ *manu* medetur; frater autem ipſius *Podalirius* abditas morborum cauſas inveſtigavit, & fundamenta jecit ejus Medicinæ, quam ſequens ætas λογικὴν ſive *rationalem* appellavit. Inſigne eâ de re extat teſtimonium apud *Euſtathium* in Commentario *Homeri* Iliad. I. pag. 859. editionis Romanæ A. C. 1542, idémque confirmat ſuprà citatus *Petrus Caſtellanus* pag. 16 & 17 eruditiſſimi Opuſculi de Vitis illuſtrium Medicorum. *Cornelius* autem *Celſus*, qui propter elegantiam ſermonis ſummo jure *Hippocrates Latinus* & *Cicero Medicorum* appellari meruit, libri primi *Commentariorum* ſuorum de re Medicâ capite primo, ubi de iiſdem duobus fratribus *Machaone* & *Podalirio* mentionem facit, jam memoratam improbat traditionem, & utrumque eorum haut aliam *Medicinæ* partem, quàm *Chirurgicam* exercuiſſe & excoluiſſe aſſerit. Sub *Machaone* ſedet ΠΑΜΦΙΛΟΣ ſive *Pamphilus*, non quidem *Platonis* ille *diſcipulus* & *Epicuri* in inſulâ Samo *Præceptor*, qui ſeculo ante Æram Chriſtianam *quarto* floruit, ſed alter multò

 junior,

(1) Vide Lib. I. Lambecianorum Commentariorum pag. 75, 76, 77, & 84. (2) Huc pertinet Tabula æri inciſa, in cujus una parte cernitur *Livia* ſive *Julia Auguſta*, uxor Imp. Auguſti & mater Imp. Tiberii, velata uſque ad pectus & cum *tutulo* in capite; in alterâ autem *Pavo*, tanquam ſymbolum Conſecrationis ſive Apotheoſeos, cum literis SC, hoc eſt *Senatusconſulto*. De *Tutulo* vide Varronem libro ſexto de Linguâ Latinâ. (3) Vide Imaginem marmorei *Triclinii* vetuſtiſſimi, quod exſtat apud *Hieronymum Mercurialem* de Arte Gymnaſticâ Lib. I. cap. 11. (4) Huc pertinet Tabula æri inciſa, ſub literâ C. quæ exhibet VII. *Medicos* antiquos *Græcos*, quorum primus eſt *Chiron Hippocentaurus*. (5) Nec *Achillis* ſolùm, verùm etiam *Herculis*, *Jaſonis*, *Æſculapii* aliorúmque complurium hujus Ævi *Heroum*, qui Expeditioni *Argonautarum* in *Colchidem* interfuerunt.

junior, profeſſione *Grammaticus Alexandrinus*, celeberrimi Critici *Ariſtarchi*, qui *ſeculo* ante Æram Chriſtianam *ſecundo* ſub Ægypti Rege *Ptolemæo Philometere* potiſſimùm floruit, *diſcipulus*, quem *Galenus* in *Proœmio* Libri *ſexti* de *ſimplicium medicamentorum facultatibus* teſtatur ſcripſiſſe *Hiſtoriam herbarum ordine alphabetico*, quemque meritò (1) reprehendit, quòd opus illud non ſolùm ſine ullâ propriâ experientiâ, & abſque delectu ex alienis tantùm corraſerit ſcriptis, verùm etiam multas aniles & poëticas fabulas, ſuperſtitioſáſque præſtigias, & varia barbara fictáque nomina de induſtriâ addiderit.

Sub *Pamphilo*, *Grammatico Alexandrino*, ſedet ΞΕΝΟΚΡΑΤΗΣ ſive *Xenocrates*, non quidem *Chalcedonius* ille, qui *Platonis* fuit diſcipulus, ſed alter ille multò *junior*, patriâ *Aphrodiſienſis*, quem *Galenus* in Proœmio Libri decimi de ſimplicium medicamentorum facultatibus teſtatur vixiſſe (2) *avorum ſuorum* tempore. Hactenus recenſui *tres* illos antiquos *Medicos* Græcos, quorum *Imagines* in vetuſtiſſimi *Codicis* MSti *Dioſcoridiani folio ſecundo* à *dextero Chironis latere* collocatæ ſunt, ſequuntur jam *tres* reliqui, qui à *ſiniſtro Chironis* ſedent *latere*. Horum *primus* eſt ΝΙΓΡΟΣ ſive *Niger*, non quidem *Trebius Niger*, qui *ſeculo* ante Æram Chriſtianam *primo L. Luculli* in Pro-Conſulatu Bæticæ fuit Comes, teſte *Plinio* Hiſtor. Nat. lib. 9. cap. 30, ubi agitur de *Polypis*. Sed *Sextius Niger*, quem idem *Plinius* lib. 1. teſtatur, licet Romanum, *græcè* tamen ſcripſiſſe, & lib. 32. cap. 3. *diligentiſſimum Medicinæ autorem* nuncupat.

Sub *Sextio Nigro*, ſedet ἩΡΑΚΛΕΙΔΗΣ ſive (3) *Heraclides Tarentinus*, *Mantiæ Herophili* diſcipulus, Sectæ *Empiricæ* addictus. Sub hoc *Heraclide* denique ſedet ΜΑΝΤΙΑΣ ſive *Mantias*, *Herophili ſectator*, & jam memorati *Heraclidæ Tarentini* qui præpoſtero ordine præcedit, in arte Medicâ *præceptor*.

Tertium vetuſtiſſimi Codicis MSti *Dioſcoridiani* folium continet picturam quadratam, quæ ibidem ac præcedens, in fundo aureo repræſentat *ſeptem* alios antiquos *Medicos*, tanquàm in *triclinio* ſedentes, déque *re medicâ* diſſerentes, hoc ordine & modo, uti ex apographo, bonâ fide, quantum per colorum evaneſcentium, & nonnullis locis omninò ferè extinctorum obſcuritatem fieri potuit, delineato ærique inciſo, quod hîc è regione ſub literâ D inſerui, (4) videre eſt.

Primo loco ſedet ΓΑΛΗΝΟΣ ſive *Claudius Galenus Pergamenus*, qui *ſeculo* poſt Chriſtum *ſecundo*, nempe anno Æræ Chriſtianæ circiter *centeſimo trigeſimo primo* ſub Imp. *Hadriano* Pergami in Aſiâ minori natus eſt, eodémque ſeculo *deſinente*, ſeptuageſimum agens ætatis annum ſub *Imp. L. Septimio Severo* obiit.

A *dextero Galeni latere* ſedet ΚΡΑΤΕΥΑΣ ſive *Cratevas*, cognomine ὁ Ῥιζοτόμος ſive ſtrictè & ad verbum *Radicum ſector*, ſive ſecandarum radicum ſtudioſus vel peritus, latè autem & generaliter *Herbarius* ſive Medicus herbarum cognitioni & uſui præcipuè deditus. Floruit hic *ſeculo* ante Æram Chriſtianam *quinto*, & ut eximius *artis herbariæ* Magiſter ab ipſo laudatur *Hippocrate* in Epiſtolâ ad eum ſcriptâ, quam vide inter *Epiſtolas Græcanicas mutuas* græcè & latinè Aureliæ Allobrogum ſive Genevæ ſumptibus Caldorianæ ſocietatis A. C. 1609 in *folio*, ut vocant, editas, & quidem pag. 322, & 323.

Sub *Cratevâ* ſedet ΑΠΟΛΛΟΝΙΟΣ ſive *Apollonius*, cujus nominis licet *multi* fuerint Medici, veriſimile tamen videtur hîc intelligi *Apollonium Memphitam*, qui citatur ab an-

(1) Vide etiam eundem *Galenum* de ſimplicium medicamentorum facultatibus *lib.* 7. ubi ejuſdem *Pamphili* redarguit errorem de *Clematide*. (2) Natus eſt *Galenus* ſub Imp. *Hadriano*, anno Chriſti circiter *centeſimo trigeſimo primo*. (3) A *Joanne Sambuco* in Iconibus Illuſtrium Medicorum perperàm vocatur *Heraclitus*. (4) Huc pertinet apographum, ſeu exemplar Tabulæ æri inciſæ, ſub literâ D, quæ exhibet VII. *Medicos* antiquos *Græcos*, quorum primus eſt *Galenus*.

ab antiquo *græco Theriacorum Nicandri Scholiaſte* in explicatione controverſæ vocis *ἄκνησις* (1) quâ ibi verſu *quinquageſimo ſecundo* ſignificatur herba quædam, ſuffitu ſuo ſerpentes abigens.

Sub *Apollonio* denique ſedet ΑΝΔΡΕΑΣ ſive *Andreas*, ὁ Ἰατρὸς ſeu Medicus, in re herbariâ quidem verſatus, ſed quem Galenus in proœmio Libri *ſexti* de ſimplicium medicamentorum facultatibus vehementer vituperat, tanquam qui primus medicamentorum ſcientiam præſtigiis & mendaciis inquinare & corrumpere auſus ſit. Et hactenùs quidem *tres* illos antiquos Medicos recenſui, quorum imagines in vetuſtiſſimi Codicis MSti *Dioſcoridiani* folio *tertio* à *dextero Galeni* latere collocatæ ſunt, ſequuntur jam *tres* reliqui, qui ſedent ibidem à *ſiniſtro Galeni latere*.

Horum *primus* eſt ΔΙΟΣΚΟΡΥΔΗΣ ſive *Dioſcorides*, nempe is, qui à patriâ ſuâ *Anazarbâ*, Ciliciæ Urbe, quæ poſteà nomen accepit *Cæſareæ Auguſtæ*, cognominatur ὁ Ἀναζαρβεὺς, hoc eſt, *Anazarbæus* vel *Anazarbenſis*, ſectâ *Empiricus*, & propter etiamnunc extantes præſtantiſſimos *quinque de Materiâ Medicâ* libros, eſt celeberrimus. Vixit floruitque Dioſcorides *ſeculo* ante Æram Chriſtianam *primo*, ſub duobus primis Romanorum Monarchis, *C. Julio Cæſare*, & *Auguſto*, uti patet ex Synchroniſmo Ἀρείου ſive *Arei*, Philoſophi Alexandrini, cui quinque Libros ſuos de Materiâ Medicâ, quos ipſius hortatu conſcripſerat, totidem ſingularibus præfationibus dedicavit.

Sub *Dioſcoride Anazarbenſi* ſedet ΝΙΚΑΝΔΡΟΣ, ſive *Nicander Colophonius*, clariſſimus non ſolùm *Medicus*, verùm etiam *Hiſtoricus*, *Poëta* & *Grammaticus*, qui *ſeculo* ante Æram Chriſtianam *ſecundo* ſub *Attalo*, *tertio* ejus nominis *ultimoq́*; *Pergami* Rege floruit, & præter alia varia, quæ *Suidas* recenſet, compoſuit verſibus Hexametris *duo* etiamnunc extantia *Poëmata* de beſtiis venenatis, & de remediis contra venena, quorum primum Θηριακὰ ſive *Theriaca*, alterum autem Ἀλεξιφάρμακα ſive *Alexipharmaca* inſcribitur, eódemque alluſit ipſe *pictor* hujus iconiſmi, ita videlicet illum repræſentando, ut *ſiniſtrâ* quidem manu teneat *Volumen*, *dextrâ* autem extentâ irritet *Serpentem*.

Sub *Nicandro* denique ſedet ΡΟΥΦΟΣ ſive *Rufus Epheſius*, qui *ſeculo* poſt Æram Chriſtianam *ſecundo* ſub Impp. *Trajano* & *Hadriano* floruit, compoſuitque Libros *tres* de *appellationibus partium corporis humani*, tùm præcipuè *Libros quatuor de Herbis verſibus hexametris*.

Quarto vetuſtiſſimi Codicis MSti *Dioſcoridiani* folio continetur pictura quadrata, in cœruleo fundo repræſentans *Dioſcoridem*, ut ex apographo hîc (2) inſerto & literâ E notato videre eſt, ſedentem in ſellâ, & è regione ipſius fœminam ſtantem, quæ manu dextrâ *Mandragoram nigram* illi porrigit. Supra *Dioſcoridis* caput ſcriptum eſt ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΗΣ, ſive *Dioſcorides*, ſupra fœminam autem ΕΥΡΕΣΙΣ, ſive *Inventio*, inter *Dioſcoridem* & *Inventionem* jacet *canis mortuus*, & recentiori manu *Joannis* τοῦ Χορτασμένου ſubſcriptum eſt: *Κύων ἀνασυπῶν τὸν μανδραγόραν, ἔπειτ' ἀποθνήσκων.* Hoc eſt: *Canis evellens Mandragoram, & deinde moriens.* Hinc itaque apparet, jam ante integra *undecim ſecula* idem fuiſſe attributum *Mandragoræ*, quod de radice *Baarâ* refert *Flavius Joſephus* lib. 7. de bello Judaico, cap. 23. nempe eam ſine periculo mortis non poſſe evelli, ideóque *canem* illi alligari, eumque radice evulsâ continuò mori vice hominis, cujus ſtudio evellitur.

Quintum

(1) Interpretes duo Latini *Joannes Lonicerus* & *Joannes Gorræus* ἄκνησιν verterunt *urticam*. (2) Huc pertinet apographum ſive exemplar *Tabulæ æri inciſæ*, & literâ E notatæ, quâ repræſentatur *Dioſcorides* cum *Inventione*, *Mandragorâ nigrâ*, & *Cane mortuo*.

Quintum vetuſtiſſimi Codicis MSti *Dioſcoridiani* folium continet picturam quadratam, quâ repræſentatur *fœmina* quædam *ſtans*, manuque dextrâ *Mandragoram nigram* tenens, ſupra cujus caput, æquè ac in præcedenti picturâ ſcriptum legitur ΕΥΡΕΣΙΣ, hoc eſt, *Inventio*. A ſiniſtro ejus latere ſedet DIOSCORIDES, tanquam *Mandragoræ* naturam & vim in libro quodam *deſcribens*, à dextro autem *Pictor*, eandem depingens, uti ex apographo, bonâ fide delineato æriquc inciſo, quod hîc è regione ſub literâ F. inſerui (1) videre eſt. Notandus autem ibi inprimis eſt mos veterum *ſcribendi ſuper genua*, cujus illuſtrandi gratiâ duas antiquas picturas, ex Cæſareis Codicibus MStis Theologicis Græcis deſumptas, & literâ G. notatas, hîc è regione inſerui, (2) quarum *prima* S. *Prochorum*, unum ex ſeptem primis Eccleſiæ Diaconis, Evangelium S. *Johannis* ex dictantis ore excipientem, altera autem *S. Lucam Evangeliſtam*, Acta Apoſtolorum in volumine exarantem exhibet.

Sexto vetuſtiſſimi Codicis MSti *Dioſcoridiani* folio continetur pictura, repræſentans *catenam*, vel *funiculum aureum* inſtar *circuli* & *octogoni* ex *duobus* in eo *quadratis*, quæ ſe invicem interſecant, formati hoc modo, ut ex apographo bonâ fide delineato, æriquc inciſo, & literâ H. notato, quod hîc è regione inſerui, (3) videre eſt. *Fundus* picturæ *cæruleus* eſt, exceptis *duorum* quadratorum *octo* extremitatibus *triangularibus*, quæ ſunt purpureæ. In medio octogono, ſedet in throno *aureo* duabus *aquilis* ſuffulto, *fœmina* diademate regio, veſtituque partim *aureo*, partim *cæruleo* & calceis *rubris* inſtar *Imperatricis Conſtantinopolitanæ* exornata, *librum* rhomboide exornatum ſiniſtrâ manu tenens, à cujus ſiniſtro latere cernitur ΦΡΟΝΗΣΙΣ ſive *Prudentia*, tenens Volumen, à dextrâ autem ΜΕΓΑΛΟΨΥΧΙΑ ſive *Magnanimitas* oſtentans ſinum nummis aureis repletum, ſupra caput *Cupidinis* hæc ſcripta leguntur verba: ΠΟΘΟΣ ΤΗΣ ΣΟΦΙΑΣ ΚΤΙΣΤΟΥ, hoc eſt, *Amor Sapientiæ Creatoris*. Sub Cupidine jacet *fœmina* albo amictu inſtar *Sanctimonialis* ſive DEO conſecratæ Virginis veſtita, & tàm profundâ genu flexione caput ad terram inclinans, ut ejus frons pedi dextro Principis in throno ſedentis reſpondeat. Juxta illam cernitur antiqua inſcriptio Græca literis albis, ſed longinquitate temporis adeò obſcurata, ut vix prima vox ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑ ſive *Gratiarum actio* amplius ſit legibilis. Similiter altera quoque magna inſcriptio Græca in interiori circuitu Octogoni prorſus ferè evanuit, quod ſummopere dolendum eſt. Ante pedes Principis in throno ſedentis, *duo* ſtant *Modii*, quibus ſine dubio *annonaria* ſive *frumentaria* liberalitas erga pauperes innuitur. In *octo* autem triangularibus duplicis quadrati extremitatibus *purpureis* hæ *octo* leguntur prægrandes *literæ aureæ* ΙΟΥΛΙΑΝΑ, hoc eſt JULIANA. *Spatia* demùm *octo cærulea*, quibus octo purpurea triangula, & totidem aureæ literæ à ſe invicem ſeparantur, exornata olim fuerunt elegantiſſimis *Imaginibus*, ex quibus nunc injuriâ vetuſtatis non niſi pauci aliquot nudi pueruli, inſtar *Angelorum* vel *Cupidinum* ampliùs apparent, qui ædificando & pingendo occupati ſunt, ſed adeò obſcurè, ut, quid pleriſque locis agant, perfectè cognoſci nequeat. Per Principem verò illam, quæ inter *Magnanimitatem* & *Prudentiam* in throno ſedet Imperiali, & aureis in circuitu literis JULIANA appellatur, ſine dubio ſignificatur JULIANA ANICIA, quæ Conſtantinopoli floruit temporibus Impp. *Anaſtaſii Dicori* & *Juſtini I.* ſive *Senioris*, atque in principio Imperii *Juſtinia-*

(1) Huc pertinet exemplar *Tabulæ æri inciſæ*, & literâ F notatæ, quâ repræſentatur *Dioſcorides* cum *Inventione*, *Mandragorâ nigrâ* & *Pictore*. (2) Huc pertinet Iconiſmus, literâ G, notatus, qui S. *Prochorum* & S. *Lucam Evangeliſtam ſuper genua ſcribentes* exhibet. (3) Huc pertinet *Tabula* æri inciſa, literâ H notata, exhibens in catenâ ſive funiculo aureo effigiem *Julianæ Aniciæ*, diademate Regio inſtar *Imperatricis* Conſtantinopolitanæ exornatæ.

Exemplar hoc Tabulæ æri inc

Medicos Græcos, in *triclinio* ſedent

lenus Pergamenus, pertir

Auguſtiſ.



in Catal. medic. [illegible] p. 8. lit. D. [illegible]

[illegible] 1.

ia hæc æri inciſa, literâ (E) notata, e.

Inventione, Mandragorâ nigrâ, & Cane mortuo, p

Medicum Græcum *Auguſtiſsima*

Vindobonenſis.



Κύων ἀνασπῶν τὸν μανδραγόραν,

in Fasc. Medic. p. II. part 2. lit. E

Cabal. medic. p. 3. lit. F. b. 6. p. 8.



NAPOLI

Iconiſmus hic, literâ (F) notatus, repræſentans DIOSCORIDEM cum *Inventione*, *Mandragorâ nigrâ*, & *Pictore*, pertinet ad *primum* Codicem MStum Medicum Græcum *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis.*



Iconiſmus hic, literâ (G) notatus, S. *Prochorum* & S. *Lucam Evangeliſtam ſuper genua* ſcribentes, exhibens; pertinet ad *primum* Codicem MStum Medicum Græcum *Auguſtiſſimæ* Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis.



NAPOLI

Iconiſmus hic, literâ

JULIANÆ AN

pertinet a



la [illegible] col libro in mano. la magnanimità [illegible]
di Spagna. la Sintimonia sotto piedi inginocchiata di rami
[illegible]

onisſmus hic literâ (I) notatus ,

INAURATAM TITULUM vetuſtiſsimi C

Codicem MStum Medic

Cæſar




Icon

Tabula hæc literâ (K) notata, repræſentansq; varias *Icones Animalium Serpentumq́*, x antiquiſſimo Codice MSto *Dioſcoridiano*, & præcipuè quidem ex *Eutecnii* Sophiſtæ ræcâ proſaicâ Paraphraſi Theriacorum *Nicandri* deſumptas, pertinet ad *primum* Codicem MStum Medicum Græcum, *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis*.



assistit: figura simbolica di [illegible] in Catal.
[illegible] medic. part 2 [illegible] pagg. 8. lit. R lit. K°

Tabula hæc literâ (L) notata, repræſentansq; varias *Icones Animalium Serpentumq́*, x antiquiſſimo Codice MSto *Dioſcoridiano*, & præcipuè quidem ex *Eutecnii* Sophiſtæ ræcâ proſaicâ Paraphraſi Theriacorum *Nicandri* deſumptas, pertinet ad *primum* Codicem MStum Medicum Græcum, *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis.*



Tabula hæc literâ (M) notata, repræſentansq; varias *Icones Animalium Serpentumq́*, ex antiquiſſimo Codice MSto *Dioſcoridiano*, & præcipuè quidem ex *Eutecnii* Sophiſtæ græcâ proſaicâ Paraphraſi Theriacorum *Nicandri* deſumptas, pertinet ad *primum* Codicem MStum Medicum Græcum, *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis*.



Juſtiniani Magni mortua eſt. *Matrem* illa habuit *Placidiam*, Imp. *Valentiniani III.* filiam, & Imp. *Theodoſii junioris* ex filiâ *Eudociâ* neptem: *Patrem* verò *Flavium Anicium* Olybrium, qui poſt Imp. *Anthemium* anno Chriſti 472 imperare cœpit in *Occidente*: *Maritum* autem *Areobindum Magnum* ſive *Seniorem*, cui in ſeditione contra Imp. *Anaſtaſium Dicorum* à Populo Conſtantinopolitano Imperium oblatum eſt. Plura huc pertinentia vide Libro II. cap. VII. *Comment. Lambec.*

Septimo vetuſtiſſimi Codicis manuſcripti Dioſcoridiani folio exſtat in fundo *cæruleo* intra *coronam lauream inauratam* majuſculis literis *aureis* exaratus hic Titulus: (1) ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΠΕΔΑΝΙΟΥ ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΟΥ ΑΝΑΖΑΡΒΕΩΣ ΠΕΡΙ ΒΟΤΑΝΩΝ ΚΑΙ ΡΙΖΩΝ ΚΑΙ ΧΥΛΙΣΜΑΤΩΝ ΣΥΝ ΦΥΛΛΩΝ ΤΕ ΚΑΙ ΦΑΡΜΑΚΩΝ. ΑΡΞΩΜΕΘΑ ΤΟΙΝΥΝ ΑΚΟΛΟΥΘΩΣ ΑΠΟ ΤΟΥ ΑΛΦΑ. Hoc eſt: Hæc inſunt. Pedanii Dioſcoridis Anazarbenſis de herbis, & radicibus, & ſuccis, & ſeminibus, cum foliis ſimul ac medicamentis. Incipiamus ergò conſequenter à literâ A. Hucuſque ipſa Tituli iſtius verba.

Octavo demum ejuſdem vetuſtiſſimi Codicis manuſcripti *Dioſcoridiani* folio, ut & proximè ſequenti nono, continetur *Index Alphabeticus Plantarum*, quarum prima eſt ΑΕΙΖΩΟΝ ΤΟ ΜΕΓΑ ſive, *ſempervivum magnum*, ultima autem ΩΚΙΜΟΝ ſive *Ocimum*. Sed jam è diverticulo in viam redeundum, & per ſectiones indicandum eſt, quid in hoc rariſſimo Codice MSto *Dioſcoridiano* præter jam ſuperiùs recenſita porrò contineatur. Nempe:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 387 pag. 1, *Deſcriptio Plantarum alphabetica*, præcipuè quidem ex Pedanii *DIOSCORIDIS* Anazarbenſis Libris quinque de Materiâ Medicâ, ſecundario autem ex *CRATEVÆ, PAMPHILI ALEXANDRINI*, & *CL. GALENI* Operibus collecta, non ſolùm *figuris Plantarum* ad vivum depictis exornata, ſed multis *Imaginibus* jam ſuprà exhibitis magnificè decorata.

Secundò, & quidem à fol. 388 pag. 1, uſque ad fol. 392 pag. 1, ex *PAMPHILI* Grammatici Alexandrini Hiſtoriâ herbarum *Fragmenta quædam* de *Chamæmelo, Rhamno, Artemiſiâ, Pentadactylo, Verbenacâ, Dictamno, Salviâ, Cupreſſo, Centaurio, Buphthalmo, Pæoniâ, Polio, Moly, Marinâ, Quercu, Chryſanthemo*, & *Eryſimo*.

Tertiò, & quidem à fol. 393 pag. 1, uſque ad fol. 485 pag. 1, (2) *EUTECNII SOPHISTÆ* antiqua græca & hactenùs inedita *proſaica Paraphraſis in NICANDRI Theriaca & Alexipharmaca*; ut & *in OPPIANI Halieutica* ſive *Poëma de Piſcatione*, quod, in quinque Libros diviſum, etiamnunc integrum exſtat, & *in ejuſdem Ixeutica* ſive *Poëma de Aucupio*, quod vel injuriâ temporis omninò periit, vel quaſi deperditum alicubi forſan adhuc latitat. Scripta autem eſt quadruplex hæc *Paraphraſis*, æquè ac præcedens *Deſcriptio Plantarum alphabetica*, *literis majuſculis* & *ſine accentibus*. Inſertæ etiam ſunt *animalium cæterarumque rerum*, de quibus agitur, elegantiſſimæ *Icones*, quæ vivacitate colorum lucem & ornatum deſcriptioni afferunt, quarum præcipuas, quæ *Hiſtoriæ Animalium* illuſtrandæ poſſunt inſervire, tribus *Tabulis*, literis (K, L, M,) ſignatis, (3) omnibusque, unicâ duntaxat *primâ* exceptâ, ex *EUTECNII antiquâ*

† B *Græcâ*

(1) Huc pertinet Exemplar *Tabulæ æri inciſæ*, literâque I notatæ, quâ exhibetur *Titulus* vetuſtiſſimi Codicis manuſcripti Dioſcoridiani. (2) Vide Lib. II. *Commentar. Lambecian.* pag. 594 & ſeqq. (3) Huc pertinent *Tabulæ* tres, repræſentantes varias Icones ex antiquiſſimo Codice MSto Dioſcoridiano deſumptas, literisque K, L, M, ſignatas.

Græcâ Paraphraſi Theriacorum NICANDRI deſumptis bonâ fide delineatas æriq; inciſas hîc è regione hujus paginæ inſerere placuit.

Prima harum *Imaginum* repræſentat particulam inferiorem *Quercûs marinæ*, quæ à Græcis appellatur Ἐναλία δρῦς, & juxta eam *Amphitriten*, *Neptuni* uxorem, quâ (1) ſignificatur *Aqua*, quæ vel circa terram eſt, vel intra terram ipſam includitur, cum per *Neptunum* ſignificetur ſpiritus ſeu aër per univerſam aquæ molem diffuſus; ideoque *Amphitrite* in ſummo capitis vertice *duabus chelis cancrinis rubentibus* inſignita eſt, & ſiniſtrâ manu tenet *remum*. Eadem ſuperiori corporis parte uſque ad umbilicum nuda eſt, inferiori autem pallio tecta *cæruleo* & fimbriâ aureâ exornato. Capillos quoque & oculos habet *cæruleos*, & à ſiniſtro latere *inaurem auream cum appenſâ margaritâ*, ut & *armillas ex margaritis*, nempe propter naturam maris margaritiferam. Siniſtro brachio innititur (2) *Balenæ monſtroſæ*, vel *monſtroſo Draconi marino*; dexteri autem brachii *extenſione* & *dilatatâ palmâ* ſignificat immenſum Oceani ambitum; comitantur ipſam undique varii *piſces*, & præcipuè quidem *Delphini*; quorum unus, cæteris major, honoris causâ *Amphitriten* proxime præcedit, quia Poëtæ fabulantur, (3) *Neptunum*, cùm *Amphitriten* voluiſſet ducere uxorem, neque eam ob verecundiæ magnitudinem & virginitatis obſervantiam in amorem ſui ullo pacto potuiſſet allicere, *Delphinum* miſiſſe, qui eam ſibi conciliaret, perſuaderetq;, ut maritum *Neptunum* æquo animo ferret; idq; cùm *Delphinus* impetrâſſet, ad perpetuam tanti beneficii memoriam *ſignum Delphini* inter cœleſtia ſidera relatum eſſe. Hoc autem idcircò ita fictum eſt, quia *Delphinus* omnes marinos piſces ingenio & ſolertiâ corporiſq; celeritate longè antecellit, & reliqua marina animalia, quæ profundiùs in mari habitant, propter indigeſti à Sole humoris copiam adeò ſunt amentia ac propè ſtupida, ut de nonnullis meritò dubitetur, an animalia vocanda ſint. Quod porrò ad *Quercum marinam*, *Amphitritæ ſacram*, attinet, ea in ipſo illo Codice manuſcripto tantæ eſt magnitudinis, ut integram compleat paginam in folio. Hæc igitur de *primâ* illâ Imagine in præſens obiter ſufficiant.

Cæterùm ſi quis reliquarum etiam *quadraginta trium Imaginum* prolixas explicationes deſideret, is præter complures antiquos & novos Autores, qui Hiſtoriam animalium ſcripſerunt, præcipuè conſulat ipſa *Nicandri Theriaca* cum Anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholiis Græcis, & *Joannis Loniceri* atque *Joannis Gorræi* latinis Annotationibus; item *Dioſcoridis* Theriaca, *Galeni* Libros duos de Antidotis & Librum de Theriacâ ad Piſonem; ut & *Conradi Geſneri* Hiſtoriam Serpentium & Scorpionum, & *Jacobi Grevini* Libros duos de Venenis. Ego enim omnibus hiſce Imaginibus nuda tantùm addidi *nomina græca*, & quidem de induſtriâ eodem pervetuſto (4) ſcribendi modo, ut ea exſtant in ipſo illo venerandæ antiquitatis Codice *Aniciano*, nempe *literis majuſculis*, & *ſine accentibus atque ſpiritibus*. Ne tamen illi, qui Græcæ linguæ prorſus ignari ſunt, omni

(1) Vide *Natalis Comitis* Mythologiam lib. 2. cap. 8, & *Ger. Joan. Voſſii* doctiſſimum Opus de Theologiâ Gentili lib. 2. cap. 78, ubi rectè monet Amphitriten ita dictam eſſe περὶ τὸ ἀμφιτρέχειν τὴν γῆν, hoc eſt, *quia circumquaque terram fluctibus ſuis atterit.* (2) Similem ferè *Balenæ* Imaginem cum duobus anterioribus pedibus, ingreſſui ſeu potiùs reptationi ſervientibus, vide apud *Conradum Geſnerum* Hiſtor. animal. lib. 4. pag. 137 & 138, & apud *Joan. Jonſtonum* Hiſtoriæ naturalis de Piſcibus & Cetis Tab. 41. Conſule etiam *Oppianum* Halieutic. lib. 1, verſ. 394, & deinceps, ubi verba ejus ad rem præſentem maximè pertinentia ſunt hæc: Καὶ μὲν καὶ φάλαιναν ἀτάσθαλα φασὶ θαλάσσης ἐκβαίνειν χέρσονδε, καὶ ἠελίοιο θέρεσθαι. Hoc eſt: *Certè etiam Balenam immanem ajunt è mari prodire in terram, & in Sole apricari.* Vide inſuper *Aldrovandum* & *Rondeletium*. (3) Vide *Oppiani* Halieutic. lib. 1, à verſ. 385 uſque ad verſ. 393, ubi *Amphitriten* appellat ἁλὸς βασίλειαν, hoc eſt, *Maris Reginam.* Conſule etiam *Hyginum* de Signis cœleſtibus, & *Arati* Phænomena, à *Germanico Cæſare* verſa, cum adjuncto Commentario. (4) Vide etiam Lib. 1. Lambec. Comment. pag 525, 551, 566, 569, 571 & 590.

omni harum Tabularum intelligentiâ & fructu careant, ſubjungo hic in eorum gratiam, quàm poſſum breviſſimè, has extemporales Obſervatiunculas.

Secundâ videlicet Imagine & *quartâ* repræſentatur *Vipera mas cum Viperâ fœminâ complexu prolifico coiens*; ſed ſecundùm fabuloſam veterum Autorum traditionem, quòd nempe mas emittendæ genituræ causâ caput inſerat in os fœminæ, hæc autem in fine coitûs, tanquàm ex nimiâ voluptate in rabiem verſa, illud demordeat, ita ut ille quidem ex tali coitu pereat, hæc verò gravida quidem efficiatur, ſed in partu viciſſim necetur, prole ſcilicet maturam naturæ ſolutionem non exſpectante, verùm arroſis matris lateribus vi erumpente; unde & *Vipera* dicta ſit, *quòd vi pariat*. Hanc enim falſam opinionem ipſa experientia jamdudum ſatis ſuperq; refutavit, & etiamnunc manifeſtè refutat, utpote cùm certò conſtet, ſemen non ex ore maris à fœminâ accipi, ſed per penem in poſtremâ ferè parte caudæ, ubi & fœmina vulvam habet, ſubtùs immitti. Quâ de re præter *Geſnerum* de Serpentibus fol. 73 pag. 2 & fol. 74 pag. 1, vide inprimis *Baldi Angeli Abbatii* Librum ſingularem de admirabili Viperæ naturâ & de mirificis ejuſdem facultatibus cap. 9, 16, 17, 18 & 19, ubi Viperæ coëuntis & parientis veram rationem, ut & internarum tùm fœminæ tùm maſculi partium Anatomen, quatuor ſpectatu digniſſimis Tabulis æri inciſis accuratè exhibet. Cæterùm & hoc obiter circa jam memoratam Imaginem *ſecundam* notandum eſt, rectiùs ibi adſcriptum eſſe, Ἔχις καὶ Ἔχιδνα, hoc eſt, *Vipera mas & Vipera fœmina*, quàm, ut ſuper Imaginem *quartam* legitur, Ἔχιδναι, hoc eſt, *Viperæ*, quia Ἔχιδνα propriè ſolam *Viperam fœminam* ſignificat, uti Ἔχις *marem*.

Tertiâ Imagine repræſentatur Διψὰς, ſive *Dipſas*, ſerpens ita dictus, *quod is, quem momorderit, inexplebili ſiti pereat*. Δίψα enim græcè vocatur *ſitis*, & διψάω *ſitio*.

Quintâ Imagine repræſentatur Σὴψ vel Σηπεδὼν, hoc eſt, *Seps* vel *Sepedon*, ſerpens ita dictus, ὅτι σήπει τῶν δαχέντων τὰ σώματα, hoc eſt, *quia eorum, qui morſi ſunt, corporibus efferâ virûs ſui malignitate ſubitam infert putredinem.*

Sextâ Imagine repræſentatur Ἀσπὶς φοίνισσα, hoc eſt, *Aſpis rubens* ſeu *ſanguinea*. Ita enim ibi ſcriptum eſt, nempe φοίνισσα, non autem φοινήεσσα, ut apud ipſum *Nicandrum*, & in *Eutecnii Paraphraſi*. Et certè picta eſt hæc *Aſpis* in illo vetuſtiſſimo Codice colore *ſanguineo*.

Septimâ Imagine repræſentatur Ἀσπὶς, ſive *Aſpis*, ſerpens ſecundùm antiquum græcum Ariſtophanis Scholiaſten ita dictus ἀπὸ τοῦ α ἐπιτατικοῦ μορίου, καὶ τοῦ σπίζω τὸ ἐκτείνω, διὰ τὸν ὀξὺν αὐτοῦ συριγμὸν, ἢ διὰ τὸ τοῦ σώματος αὐτοῦ μῆκος, hoc eſt, ab α particulâ intenſivâ & verbo σπίζω, quòd *extendere* ſignificat, propter acutum ipſius ſibilum, aut propter corporis ejus longitudinem. Color ejus in pervetuſto illo Codice MSto Aniciano, de quo in præſens agitur, eſt *cæruleus*.

Octavâ Imagine repræſentatur Κεράςης δικέρατος, hoc eſt, *Cornutus bicornis*, ſerpens ita dictus à cornibus, quibus in fronte inſignitus eſt.

Nonâ Imagine repræſentatur Ἁιμόῤῥους vel Ἁιμόῤῥοος, ſive *Hæmorrhous*, ſerpens ita dictus, quòd, qui ab eo morſi ſunt, ſanguine per os, nares, totúmque corpus effuſo intereant.

Decimâ Imagine repræſentatur Διψὰς, ſed magnitudine differens ab alterâ illâ, cujus jam paulò antè mentio facta eſt.

Undecimâ Imagine repræſentatur Χέρσυδρος, ſive Cherſydrus, hoc eſt, *Natrix terreſtris*; ſerpens ita dictus à duplici naturâ, terreſtri videlicet & aqueâ, quia totâ hyeme & toto

vere in ſtagnis & paludibus commoratur, deinde autem, cùm calorem ſentit ſtagna & paludes exſiccantem, terram incolit.

Duodecimâ Imagine repræſentatur Ἀμφίσβαινα ſive *Amphisbæna*, ſic dicta quaſi *Utrinquegrada*, quia geminum caput habens, antrorsùm & retrorsùm incedit.

Decimâ tertiâ Imagine repræſentatur Δρυῖνας ἢ Ὕδρος, hoc eſt, *Dryinas ſeu Hydrus*: ſerpens, *Dryinas* quidem ſive *Quercicola* dictus, quia latibula ſua habet in quercuum radicibus; *Hydrus* autem ſive *Natrix*, quia, quamdiu aqua in lacunis eſt, perrarò exit; ubi verò ea æſtu defecit, invitus fit *Dryinas* ſive *Quercicola*. Eſt autem hic ſerpens adeò *fœtidus*, ut, ſi quis eum non videat, fœtore tamen loci cognoſcat.

Decimâ quartâ Imagine repræſentatur Δράκων ſive *Draco*, ita dictus παρὰ τὸ δέρκεσθαι, hoc eſt, quia *acutiſſimo viſu* & ſingulari quâdam excubandi vigilandique vi eſt præditus. *Barbâ* etiam, quæ dependet mento, præ cæteris ſerpentibus inſignitus eſt.

Decimâ quintâ Imagine repræſentatur Κεγχρείνας vel Κεγχρείνης, hoc eſt, *Cenchrenas* vel *Cenchrenes*, latinè *Miliaris*; ſerpens ita dictus, vel quòd tempore *milii* appareat, vel quòd colore vario ſit inſtar *milii*.

Decimâ ſextâ Imagine repræſentatur Ἔλωπος (ſic enim ibi ſcriptum eſt) ſeu potiùs Ἔλοψ ſive Elops; ſerpens ita dictus διὰ τὸ ἐλλείπειν τὴν ὄπα, hoc eſt, *quia illi deficit viſus*.

Decimâ ſeptimâ Imagine repræſentatur Τυφλῖνος ſive *Typhlinus*, latinè *Cæcilia*, cui etiam apud Græcos & Germanos à *cæcitate* nomen inditum eſt. Differt autem colore ab *Elope*, ut in ipſo illo pervetuſto Codice videre eſt.

Decimâ octavâ Imagine repræſentatur Ἀσκαλαβώτης ſive *Aſcalabotes*, venenoſum animal, Lacertæ ſimile, à Latinis dictum *Stellio*, propterea quòd in dorſo maculas quaſdam parvas habet *ſtellis* ſimiles. Græcè autem dicitur Ἀσκαλαβώτης pro Ἀκαλαβώτης à *tacito inceſſu*, nempe ab adverbio ἀκαλῶς, quod idem eſt atque ἡσύχως, & à verbo βαίνειν; ſigma verò inſertum eſt per pleonaſmum.

Decimâ nonâ Imagine repræſentatur Ἀκόντιος ſeu Ἀκοντίας, *Acontius* vel *Acontias*, latinè *Jaculus*; ſerpens ita dictus διὰ τὸ ὁρμᾶν ὥσπερ τὰ ἀκόντια, hoc eſt, quia ſe extendens, ceu *jaculum* quoddam, corporibus inſilit.

Vigeſimâ Imagine repræſentatur Λίβυος (ſic enim ibi ſcriptum eſt) ſeu potiùs Λίβυς, *Libys*, ſerpens ita dictus à *Libyâ*, regione Africæ, in qua multi tales ſunt, & quidem ut *Nicander* refert, innoxii.

Vigeſimâ primâ Imagine repræſentatur Μόλουρος ſive *Molurus*, ſerpens ita dictus quaſi *caudâ ingrediens*. Numerat autem *Nicander* etiam hunc inter ſerpentes innoxios.

Vigeſimâ ſecundâ Imagine repræſentatur Μυόθηρος, *Myotherus*, vel ſecundùm ipſum *Nicandrum* Μύαγρος, *Myagrus*, ſerpens ita dictus quaſi *Venator murium*, quia mures comedit. Numerat autem *Nicander* etiam hunc inter ſerpentes plerumque innoxios.

Vigeſimâ tertiâ Imagine repræſentatur Κυάνεον, ſcilicet Φαλάγγιον, hoc eſt, *Phalangium cæruleum*. Eſt autem *Phalangium* genus quoddam Aranei, ita dictum, quia terna habet internodia in cruribus, quemadmodum homo in ſingulis digitis. Φάλαγξ græcè dicitur *Internodium in digitis*, hoc eſt, digiti pars rigida, quæ non flectitur, ſed inter duos eſt articulorum nodos.

Vigeſi-

Vigeſimâ quartâ Imagine repræſentatur Ἀγρώςης ſive *Agroſtes*, hoc eſt, *Venator*; Phalangium innoxium, ita dictum, quia muſcas & culices venatur. Idem quoque vocatur Λύκος, ſive *Lupus* propter ſimilitudinem. Verba igitur hæc: Ἀγρώςη, ὁ δὲ Λύκος, ſic interpretanda ſunt: *Agroſtes, quem alii appellant Lupum.*

Vigeſimâ quintâ Imagine repræſentatur Σφήκιον, hoc eſt, *Phalangium Sphecium*, ita dictum quaſi *Veſparium*, quia ſimile eſt Veſpæ. Vide etiam ejuſdem Codicis paginam ſecundam folii 431, ubi exſtat *Phalangium* Ἀςήριον, ſive *Aſterium*, hoc eſt, *Stellatum*, quod excepto colore fulvo, perſimile eſt *Sphecio.*

Vigeſimâ ſextâ Imagine repræſentatur Μυρμήκιον, hoc eſt, *Phalangium Myrmecium* ſive *Formicarium*, ita dictum, quod formicam referat.

Vigeſimâ ſeptimâ Imagine repræſentatur Φαλαγγοειδὲς ἢ Κανθαροειδὲς, hoc eſt, *Phalangium Scarabæo ſimile*, in campis inter ſegetes latitans; quod *Jacobus Grevinus*, Libri ſecundi de Venenis capite 23 de Araneis ſeu Phalangiis, idem eſſe exiſtimat atque illam Aranei ſpeciem, quæ præcipuè circà *Tarentum* Italiæ Urbem invenitur, atque hanc ob cauſam vulgò appellatur *Tarantula.*

Vigeſimâ octavâ Imagine repræſentatur Κεφαλοκρούςης, ſive *Cephalocruſtes*, Phalangium ita dictum, quòd prætereuntium *capita* maximè feriat, quæ primùm petit, cum ex arbore ſe præcipitat. Appellatur illud à *Dioſcoride* Lib. 1 de Materiâ Medicâ cap. 187 eodem ſenſu Κρανιοκόλαπτον, arbor autem Ægyptiaca, in quâ nutritur, *Perſea.*

Vigeſimâ nonâ Imagine repræſentatur Σκορπίος λευκὸς, hoc eſt, *Scorpius* ſive *Scorpio albus*, cujus morſus non eſt lethalis.

Trigeſimâ Imagine repræſentatur Σκορπίος πυῤῥὸς, hoc eſt, *Scorpius rutilus*, qui & tremorem & ſitim à ſe ictis infundit.

Trigeſimâ primâ Imagine repræſentatur Παγουροειδὲς, ſive Σκόρπιος παγουροειδὴς, hoc eſt, *Scorpius Paguro cancro ſimilis*. Exſtant etiam in eodem pervetuſto Codice, fol. 419 pag. 2, & fol. 420 pag. 1 & 2, *quatuor* aliæ *Scorpionum Imagines*, coloris diverſitate à jam memoratis tribus differentes, quibus adſcripta ſunt hæc nomina: Ζοφόεις, hoc eſt, *Scorpius tenebroſus*, ab opaco & obſcuro colore ita dictus; Χλωρὸς, hoc eſt, *Scorpius viridis*, ita dictus à colore viridante; Ἐμπέλιος, hoc eſt, *Scorpius lividus*; ac denique Ὅμοιος αἰγιαλῷ σκορπίῳ, (ſic enim ibi ſcriptum eſt) ſeu potius, ut legitur apud ipſum *Nicandrum*, Ὅμοιος αἰγιαλῷ καρκίνῳ, hoc eſt, *Scorpius ſimilis littorali cancro.*

Trigeſimâ ſecundâ Imagine repræſentatur Ἴουλος ſive *Julus*, vermis parvus, haud multum abſimilis *Scolopendræ*, latinè dictus *Multipeda*; quod nomen tamen ſæpè etiam *Scolopendris* tribuitur.

Trigeſimâ tertiâ Imagine repræſentatur Σφὴξ, hoc eſt, *Veſpa*, quæ, ut *Varro* lib. 3. de Re ruſticâ cap. 16. ait: *ſimilitudinem habet Apis, neque ſocia eſt operis, & nocere ſolet morſu; quam Apes à ſe ſecernunt.*

Trigeſimâ quartâ Imagine repræſentatur Τενθρήδων, ſive *Tenthredon*, Inſectum de genere Veſparum, quod ſolitarium *liguriendi* causâ macella frequentat, unde & nonnullis ἀπὸ τῆς τενθείας καὶ ἡδονῆς ita dictum eſſe videtur. Vocatur etiam aliàs Τενθρήνη ſive *Tenthrene.*

Trigeſimâ quintâ Imagine repræſentatur Σκολόπενδρα, ſive *Scolopendra terreſtris*, animal venenoſum ex genere Inſectorum *multipedum.*

Trigeſimâ ſextâ Imagine repræſentatur Μυγάλη ſive *Mus araneus*, animal venenoſum, quod magnitudine ſimile eſt *muri*, colore autem *muſtelæ*, & cæcitate *talpæ*.

Trigeſimâ ſeptimâ Imagine repræſentatur Σὴψ Σαῦρος, ſive *Lacerta Chalcidica*, omnium Lacertarum pernicioſiſſima.

Trigeſimâ octavâ Imagine repræſentatur Σαλαμάνδρα, ſive *Salamandra*, Lacertæ ſpecies, quam *Ariſtoteles* & *Ælianus* fabulantur igne non comburi, ſed frigiditate ſuâ eum exſtinguere. Falſum enim hoc eſſe, ipſa indicat experientia.

Trigeſimâ nonâ Imagine repræſentatur Μύραινα, ſive *Muræna*, piſcis marinus viperæ ſimilis; unde etiam fabula orta eſt, *viperam marem* cum *murænâ* coire.

Quadrageſimâ Imagine repræſentatur Δράκων θαλάσσιος, ſive *Draco marinus*, qui eſt ex eorum piſcium numero, quorum *aculei* venenati ſunt.

Quadrageſimâ primâ Imagine repræſentatur Τρυγὼν, ſive *Trygon*, latinè *Paſtinaca*, piſcis *caudam* habens longiſſimam inſtar ſoricis vel muris, in quâ *aculeum* habet acutum, qui venenoſus eſt. Eâ igitur ſolâ abſciſſâ, reliqua omni abſque periculo comeduntur.

Quadrageſimâ ſecundâ Imagine repræſentatur Φαλάγγιον, ſive *Phalangium*, nempe *κυάνεον* ſive *cæruleum*, numero duntaxat crurum differens ab altero illo, quod ſuprà jam exhibitum eſt.

Quadrageſimâ tertiâ Imagine repræſentatur Σκυτάλη, ſive *Scytale*, ſerpens ſecundùm *Nicandrum* ita dictus, quòd magnitudine æqualis eſt manubrio, in quo ligo inſeritur. Imago autem hæc *Scytalæ* valdè differt ab ejuſdem ſerpentis Imaginibus, quæ exſtant apud *Grevinum*, *Geſnerum*, *Aldrovandum*, *Jonſtonum* & alios.

Quadrageſimâ demùm *quartâ* Imagine repræſentatur Βασιλίσκος, ſive *Baſiliſcus*, latinè *Regulus*, ſerpentium omnium venenoſiſſimus, eorundémque *Rex* appellatus, quoniam caput ejus naturali quodam diademate inſignitum eſt. Cætera, quæ de eodem *Baſiliſco* partim vera partim falſa memorantur, quærenda ſunt apud paulò antè memoratos Scriptores Hiſtoriæ Animalium.

Quartò, & quidem à fol. 486 pag. 1, uſque ad fol. 491 pag. 2, *Fragmentum Vitæ* (1) *S. ANTONII Eremitæ, à S. ATHANASIO, Archiepiſcopo Alexandrino conſcriptæ*, ante quingentos circiter annos minuſculis literis & cum accentibus exaratum, quod præcedentibus quadringentis octoginta quinque vetuſtiſſimis foliis pro tegumento in fine annexum eſt. Plura de hoc præſtantiſſimo Codice MSto Cæſareo, inter Codices manuſcriptos Medicos Græcos *primo*, vide Lib. 2. *Commentariorum Lambecianorum*, utpote ubi toto *Capite ſeptimo* à pag. 519, uſque ad 608 de eo prolixè & accuratè agitur.

II.

SECUNDUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus in *folio*, conſtátque foliis *centum octoginta ſeptem*, & ad *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 36 pag. 2, *STEPHANI ALEXANDRINI, univerſalis Philoſophi & Magiſtri, de Chryſopoeiâ*, ſeu, ut ibi legitur, *de magnâ & ſacrâ Auri conficiendi Arte*, *Actiones novem*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: ΣΤΕΦΑ'ΝΟΥ 'ΑΛΕΞΑΝΔΡΕ'ΩΣ, οἰκουμενικοῦ Φιλοσόφου καὶ Διδασκάλου τῆς μεγάλης καὶ ἱερᾶς ταύτης τέχνης περὶ χρυσοποιίας Πρᾶξις

ἐν Θεῷ

(1) Vide Lib. V. *Comment. Lambec.* pag. 297.

ἐν Θεῷ πεώτη. Θεὸν τῶν πάντων ἀγαθῶν αἴτιον καὶ Βασιλέα τῶν ὅλων, καὶ τὸν ἐξ αὐτοῦ πρὸ τῶν αἰώνων ἐκλάμψαντα μονογενῆ Υἱὸν, σὺν τῷ ἁγίῳ Πνεύματι ὑμνήσαντες &c. Idem *Stephani Alexandrini* Opus exſtat in eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* MStum etiam *latinè*, anonymo quodam interprete. In fine *Actionis ſecundæ* exſtat inſtar Appendicis *Epiſtola* aliqua ejuſdem *Stephani ad Theodorum*, quæ inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ ΣΤΕΦΑΝΟΥ Ἐπιστολὴ πρὸς ΘΕΟΔΩΡΟΝ. Περὶ τοῦ ἀγροῦ γνῶθι, ὡς πολλοὺς γεωργοὺς ἀχρήστους ἔχει, καὶ εἰ μὴ &c.

Secundò, & quidem à fol. 37 pag. 1, uſque ad fol. 40 pag. 2, *PELAGII Philoſophi Liber de Chryſopoeiâ*, cujus titulus & principium: ΠΕΛΑΓΙΟΥ Φιλοσόφου περὶ τῆς θείας ταύτης καὶ ἱερᾶς τέχνης. Οἱ μὲν προηγούμενοι καὶ ἐρασταὶ καὶ ἀνάπλεοι Φιλόσοφοι ἔφησαν, ὅτι πᾶσα τέχνη ἕνεκεν τοῦ τέλους αὐτῆς ἐπινοεῖται τῷ βίῳ, οἷον &c. Idem Liber exſtat in eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ* MStus etiam *latinè*, anonymo quodam interprete.

Tertiò, & quidem fol. 40 pag. 2, & fol. 41 pag. 1, *OSTANIS*, vel ſecundùm alios *OSTHANIS*, ſeu *HOSTANIS celeberrimi Philoſophi, cognomine Magni, ad Petaſium Epiſtola Chymica ſuppoſititia, ſed antiqua, de compoſitione, uſu & effectu Aquæ Argenti vivi*; cujus titulus & principium: ΟΣΤΑΝΟΥ Φιλοσόφου πρὸς Πετάσιον περὶ τῆς ἱερᾶς αὐτῆς καὶ θείας τέχνης. Τῆς φύσεως τὸ (1) ἄρρητον ἐν μικρῷ ὕδατι τέρπεται. αἱ κράσεις γὰρ &c. Eadem Epiſtola exſtat in eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ* manuſcripta etiam *latinè*, anonymo quodam interprete. Plura de *Oſtane Magno* ſive *Primo* vide apud *Plinium* Hiſtoriæ Naturalis lib. 3. cap. 1. apud Tertullianum Libri de Animâ cap. 57, apud *S. Cyprianum* in Libro de Idolorum vanitate, apud *Arnobium* lib. 1. adverſus Gentes, apud *Minutium Felicem* in Octavio, apud *S. Auguſtinum* lib. 6. contra Donatiſtas, apud *Apulejum* in Apologiâ, & paſſim apud alios.

Quartò, & quidem à fol. 41 pag. 1, uſque ad fol. 47 pag. 1, *DEMOCRITI ABDERITÆ Phyſica & Myſtica, ad Chryſopoeiam pertinentia*, quorum titulus & principium: (2) ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΥ Φυσικὰ καὶ Μυστικά. Βαλὼν εἰς λίτραν ἁ πορφύρας &c. Notabilis autem in hoc Libro præcipuè eſt *Necyomantia Democriti OSTANEM, Magiſtrum ſuum jam mortuum, conſulentis*, quam vide Lib. VI. *Comment. Lambec.* pag. 170, 171, 172.

Quintò, & quidem à fol. 47 pag. 2, uſque ad fol. 53 pag. 1, *SYNESII Philoſophi ad Dioſcorum, Serapidis Alexandrini Sacerdotem, Epiſtola inſtar Scholiorum, in Democriti Phyſica & Myſtica, ad Chryſopoeiam pertinentia*; cujus titulus & principium: ΣΥΝΕΣΙΟΥ Φιλοσόφου πρὸς Διόσκορον εἰς τὴν βίβλον ΔΗΜΟΚΡΙΤΟΥ ὡς ἐν σχολίοις. Διοσκόρῳ ἱερεῖ τοῦ μεγάλου Σαράπιδος τοῦ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, Θεοῦ τε συνευδοκοῦντος, ΣΥΝΕΣΙΟΣ Φιλόσοφος χαίρειν. Eadem Epiſtola exſtat in eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ* manuſcripta, etiam latinè, *Anonymo* quodam interprete. Plura de hoc *SYNESIO* vid. Lib. VI. *Comment. Lambec.* pag. 173, 174.

Sextò, & quidem à fol. 53 pag. 1, uſque ad fol. 69 pag. 1, *PHILOSOPHI cujuſdam ANEPIGRAPHI* ſive *anonymi Liber de Aquâ divinâ dealbationis, & de reliquo Chryſopoeiæ artificio*: cujus titulus & principium: Ἀνεπιγράφου Φιλοσόφου περὶ θείου ὕδατος τῆς λευκώσεως. Καθ' ὅσον ἡ χρεία καλεῖ, τοσοῦτον παραδίδοται. Τὸ μὲν γὰρ πολὺ τοῦ ὑγροῦ &c. Idem Autor in eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Latinè* exſtat, incerto Interprete.

Septimò,

(1) Per τὸ ἄρρητον ſignificatur hoc loco *Aurum*. (2) Idem Opus exſtat in eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ* manuſcriptum etiam *latinè*, anonymo quodam interprete.

Septimò, & quidem à fol. 69 pag. 1, uſque ad fol. 72 pag. 1, *ZOSIMI Panopolitæ, Philoſophi Alexandrini, Liber de Virtute Artis Chymicæ*, cujus titulus & principium: Ζωσίμου τοῦ θείου περὶ ἀρετῆς. Θέσις ὑδάτων, καὶ κίνησις, καὶ αὔξησις &c. Plura de hoc *ZOSIMO*, qui videtur idem eſſe atque *ZOSIMUS* ille *Comes* & *Exadvocatus Fiſci*, qui ſub *Imppp. Arcadio, Honorio, & Theodoſio Juniore* floruit, & *Libros ſex Hiſtoriarum*, etiamnunc exſtantes, poſteritati reliquit. Vid. Lib. VI. *Comment. Lambecianorum* pag. 176, 177, 178.

Octavò, & quidem fol. 72 pag. 1, *AGATHODÆMONIS* & *HERMETIS TRISMEGISTI Fragmenta duo Chymica*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: ἈΓΑΘΟΔΑΊΜΟΝΟΣ. Μετὰ τὴν τοῦ χαλκοῦ ἐξίωσιν &c; *ſecundum* autem: ἙΡΜΟΥ͂. Ἐὰν μὴ τὰ σώματα ἀσωματώσῃς &c.

Nonò, & quidem à fol. 72 pag. 1, uſque ad fol. 76 pag. 2, ANONYMI cujuſdam *Chymici Chriſtiani Experimenta quædam Chymica*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit his verbis: Ὅτι σύνθετον καὶ οὐχ ἁπλοῦν τὸ εἶδος καὶ τίς ἡ οἰκονομία.

Decimò, & quidem à fol. 77 pag. 1, uſque ad fol. 83 pag. 2, *EJUSDEM Liber Chymicus ad Sergium de Aquâ divinâ*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Χριστιανοῦ περὶ τοῦ θείου ὕδατος, πόσα τὰ εἴδη τοῦ ξηρικοῦ θείου ὕδατος. &c. Ὁ περὶ τοῦ θείου ὕδατος λόγος, βέλτιστε Σέργιε, πολλοῖς μὲν γέγονεν ἤδη, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 84 pag. 1, uſque ad fol. 85 pag. 2, *Fragmentum Chymicum CLEOPATRÆ de menſuris & ponderibus*, cujus titulus & principium: Ἐκ τῶν ΚΛΕΟΠΆΤΡΑΣ περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν. Περὶ μέτρων καὶ σταθμῶν ἐν πλάτει ἐξήγησις πρὸς εὐχερῆ εὕρεσιν &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 85 pag. 2, uſque ad fol. 87 pag. 2, *ZOSIMI Capita Chymica ad Theodorum*, quorum titulus & principium: ΖΩΣΊΜΟΥ πρὸς Θεόδωρον κεφάλαια. Περὶ τοῦ ἐτησίου, τουτέστιν ἐκ τοῦ παντὸς συνισταμένου ὡς ἐτησίου λίθου &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 87 pag. 2, uſque ad fol. 89 pag. 2, *ZOSIMI Liber de Inſtrumentis & Caminis Chymicis*, & de Aquâ divinâ; cujus titulus & principium: ΖΩΣΊΜΟΥ περὶ ὀργάνων καὶ καμίνων, καὶ περὶ τοῦ θείου ὕδατος. Ἡ τῆς ὀρωμένης καμίνου διαγραφὴ &c.

Decimo quartò, & quidem fol. 90 pag. 1, ΚΛΕΟΠΆΤΡΑΣ Χρυσοποιία, hoc eſt, *CLEOPATRÆ Chryſopoeia*, ſive, *Ars faciendi auri*, tota ferè conſtans ænigmaticis characteribus.

Decimo quintò, & quidem à fol. 90 pag. 2, uſque ad fol. 98 pag. 2, *ZOSIMI Commentarii genuini de Inſtrumentis & Caminis Chymicis*, quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ΖΩΣΊΜΟΥ περὶ ὀργάνων καὶ καμίνων γνήσια ὑπομνήματα. περὶ τοῦ ω στοιχείου. Τὸ ω στοιχεῖον στρογγύλον τὸ διμερὲς &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 99 pag. 1, uſque ad fol. 106 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Chriſtiani varia Capita Chymica*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ Χριστιανοῦ περὶ εὐθείας τοῦ χρυσοῦ. Τῆς δευτέρας πραγματείας ἄρτι τὸν λόγον πεποιημένος, καὶ τῶν λίθων τὰς μεθόδους ἀφθόνως ἐκθέμενος, &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 106 pag. 1, uſque ad fol. 107 pag. 1, *PHILIPPI cujuſdam Tinctura æris Perſici, & Tinctura ferri Indici. Prima* harum duarum Tincturarum inſcribitur atque incipit his verbis: Βαφὴ τοῦ παρὰ Πέρσαις ἐξευρημένου χαλκοῦ γραφεῖ-

γραφεῖσα ἀπὸ ἀρχῆς ΦΙΛΙΠΠΟΥ. Λαβὼν &c; *ſecunda* autem: Βαφὴ τοῦ Ἰνδικοῦ σιδήρου, γραφεῖσα τῷ αὐτῷ χρόνῳ. Λαβὼν σιδήρου ἁπαλοῦ &c. Videtur autem hîc intelligendus eſſe PHILIPPUS, à patriâ ſuâ *Side*, Urbe Pamphyliæ, cognominatus SIDETES, qui *S. Joannis Chryſoſtomi* Archiepiſcopi Conſtantinopolitani fuit *Presbyter* & *Syncellus*, & *Hiſtoriam* ſcripſit *Chriſtianam*, in triginta ſex Libros diviſam, ex quâ etiam nunc ſuperſunt *Acta Diſputationis de Chriſto, in Perſide inter Chriſtianos, Gentiles & Judæos habitæ, cui ipſe interfuit.* Quâ de re vide plura Libri *quinti* Lambecianorum Commentariorum pag. 137.

Decimo octavò, & quidem à fol. 107 pag. 1, uſque ad fol. 108 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Capita duo Chymica de Aquâ divinâ*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἀντίθεσις λέγουσα, ὅτι τὸ θεῖον ὕδωρ ἕν ἐστι τῷ εἴδει, καὶ ἡ λύσις αὐτῆς. Τινὲς δὲ φασὶν ἓν εἶναι τῷ εἴδει τὸ ὕδωρ, εἰς μέσον Δημόκριτον ἄγοντες λέγοντα· τὸ ἓν εἶδος &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 108 pag. 2, uſque ad fol. 114 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Chriſtiani Myſteria quædam Chymica*, quorum titulus & principium: Τοῦ Χριστιανοῦ σύνοψις, τίς ἡ αἰτία τῆς προκειμένης συγγραφῆς. Πολλάκις ὑμῖν ἐφόδοις ἐν τοῖς προτέροις σπουδάσμασιν ὁ περὶ τῆς θείας ἐπιστήμης διήνυσαι λόγος, &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 115 pag. 1, uſque ad fol. 116 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Arcana duo Chymica*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Εἰ θέλεις ποιῆσαι φούρμας καὶ τόλους ἀπὸ βροντησίου, ποίει οὕτω. Λαβὼν νόμισμα οἷον θέλεις &c; ſecundum autem: Περὶ διαφορᾶς μολίβδου καὶ χρυσοπετάλου. Μόλιβδος θαλάσσης σκληρός ἐστιν &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 116 pag. 2, uſque ad fol. 121 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris antiqui Lexicon Chymicum Græcum*, cujus titulus & principium: Λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον τῆς χρυσοποιΐας. Ἀφροδίτης σπέρμα ἐστὶν ἄνθος τοῦ χαλκοῦ. Ἀλλάβαστρός ἐστιν ἄσβεστος ἡ τῶν φλοιῶν, &c. Idem *Lexicon Chymicum* exſtat in eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ* manuſcriptum etiam *latinè*, anonymo quodam interprete.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 122 pag. 1, uſque ad fol. 148 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris varia Secreta Chymica*, quorum principium: Περὶ ξηρίου. Τρεῖς δυνάμεις εἰσὶ τοῦ ἀληθεστάτου ξηρίου καὶ τρεῖς ἐνέργειαι, &c.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 148 pag. 1, uſque ad fol. 163 pag. 2, OLYMPIODORI (1) *Thebani, Philoſophi ethnici Alexandrini*, qui ſeculo poſt CHRISTUM *quinto*, ſub *Imp. Theodoſio Juniore* floruit, *Commentarius ſecundùm operationem Zoſimi in ea, quæ ab Hermete Triſmegiſto & aliis Philoſophis de Chryſopoeiâ fuerunt dicta.* Ipſa tituli græci verba, cum principio *Commentarii*, ſunt hæc: ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, Φιλοσόφου Ἀλεξανδρέως, εἰς τὸ κατ᾽ ἐνέργειαν Ζωσίμου, ὅσα ἀπὸ Ἑρμοῦ καὶ τῶν Φιλοσόφων ἦσαν εἰρημένα. Γίνεται δὲ ἡ ταριχεία ἀπὸ μηνὸς Μεχὶρ κέ καὶ ἕως Μεσωρὶ κέ· &c. Plura de hoc OLYMPIODORO vid. Lib. VI. *Comment. Lambecian.* pag. 181, 182, 183, & ſeqq.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 163 pag. 2, uſque ad fol. 167 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Philoſophi Syngramma Chymicum*, cujus titulus & principium: Ἀνεπιγράφου Φιλοσόφου. Τὸ ὠὸν τετραμερές ἐστιν, κατὰ φύσιν ἐκ τῶν εἰρημένων συγκείμενον μορίων· εἰσὶν οὖν &c.

† C *Vigeſimò*

(1) Natus enim fuit *Tebis Ægyptiis*, ut teſtatur *Photius*.

Vigeſimo quintò, & quidem fol. 167 pag. 2, PAPPI *Philoſophi Chriſtiani Secretum Chymicum*, cujus titulus & principium: Πάππου Φιλοσόφου. Ὅρκῳ οὖν ὄμνυμί σοι τὸν μέγαν ὅρκον, &c. Meminit hic *Pappus Stephani Alexandrini*, qui ſub *Imp. Heraclio* floruit. Diverſus ergò hic eſt *Pappus* à (1) *Pappo Alexandrino*, qui ſub *Imp. Theodoſio Magno* floruit, & *Mathematicarum collectionum Libros octo* reliquit, quorum *ſex poſteriores* etiamnunc exſtant latinè cum Commentariis *Federici Commandini Urbinatis*.

Vigeſimo ſextò, & quidem fol. 168 pag. 1, MOYSIS, *Prophetæ & Legislatoris Hebræorum*, *Secretum Chymicum ſuppoſititium*, cujus titulus: ΜΩΣΕΩΣ Δίπλωσις.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem fol. 168 pag. 1, EUGENII *cujuſdam Secretum Chymicum*, cujus inſcriptio: Εὐγενίου. Eſt autem illud ferè totum *Notis* ſive *Characteribus Chymicis* exaratum.

Vigeſimo octavò, & quidem fol. 168 pag. 1 & 2, HIEROTHEI *Monachi Methodus faciendi auri*, *oratione* (2) *proſâ*, cujus titulus: ἹΕΡΟΘΕΟΥ περὶ τῆς ἱερᾶς τέχνης. Eſt autem ea ferè tota *Notis* ſive *Characteribus Chymicis* ſcripta, atque deſinit his verbis: Οὕτως οἰκονόμει ἕως οὗ γένηται ἥλιος, hoc eſt, *Ita fac donec fiat aurum*. Subjungitur deinde *Admonitio* lectu digniſſima de pio & recto uſu *Myſterii Chryſopoeiæ*, & de ſingulari ſanctitate ac honeſtate vitæ, aliiſque variis inſignibus virtutibus, quibus præditi eſſe debent, qui ſacræ illi Arti dant operam, & in eâ aliquid vel jam invenerunt, vel jam adhuc invenire deſiderant.

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 169 pag. 1, uſque ad fol. 173 pag. 2, HELIODORI *Philoſophi ad Imp. Theodoſium Magnum, ſive Seniorem Poëma Jambicum de Arte Chymicâ, verſibus conſtans ducentis ſexaginta octo*, cujus titulus & principium: ἩΛΙΟΔΩΡΟΥ Φιλοσόφου πρὸς Θεοδόσιον τὸν μέγαν Βασιλέα περὶ τῆς τῶν Φιλοσόφων μυστικῆς τέχνης διὰ στίχων ἰάμβων.

Σκῆπτρα γαίης μέδοντες ὡς πᾶν ἐμφανὲς
Μυστιπόλοι ἕποντες &c.

Idem *Poëma* exſtat in eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ* manuſcriptum etiam *latinè*, ſed *oratione proſâ*, anonymo quodam interprete. Quod porrò ad Autorem hujus Poëmatis attinet, opinor eundem eſſe atque *Heliodorum*, *Emeſæ in Phœniciâ* natum, qui in adoleſcentiâ ſuâ compoſuit *Libros decem dramaticos de caſtis amoribus Theagenis & Charicleæ* (3) etiamnunc exſtantes, *Æthiopica* inſcriptos, & demum evaſit *Triccæ in Theſſaliâ Epiſcopus*; quo tamen Epiſcopatu poſteà cedere maluit, quàm jam memoratum Drama amatorium ſupprimere. Quâ de re vide plura apud Illuſtrem *Lambecium* Lib. VI. ſuorum Comment. pag. 190, 191.

Trigeſimò, & quidem à fol. 173 pag. 2, uſque ad fol. 177 pag. 2, THEOPHRASTI *Philoſophi Chriſtiani*, *Poëma Jambicum de Arte Chymicâ*, *conſtans verſibus ducentis ſexaginta quinque*, cujus titulus & principium: Θεοφράστου Φιλοσόφου περὶ τῆς αὐτῆς θείας τέχνης διὰ στίχων ἰάμβων.

Οἱ τῶν σοφιστῶν ἄνδρες ὥσπερ ῥήτορες,
Εὐδαιμονοῦντες καὶ βιοῦντες πανσόφως,
Καὶ τὴν φύσιν &c.

Idem *Poëma* exſtat in eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ* manuſcriptum etiam *latinè*, ſed *oratione proſâ*, anonymo quodam interprete.

Trigeſimo

(1) Vide *Gerard. Joan. Voſſ.* de Scientiis Mathematicis c. 16. §. 8. (2) Infrà enim num. 31 fit mentio Poëmatis Chymici verſibus Jambicis ſub nomine HIEROTHEI Philoſophi. (3) Prodierunt ii in lucem græcè & latinè cum Notis *Hieronymi Commelini* Lugduni ad Rhodanum A. 1611 in 8vo apud viduam Antonii de Harſy.

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 178 pag. 1, uſque ad fol. 181 pag. 2, *HIEROTHEI Philoſophi Poëma Jambicum de Arte Chymicâ, verſibus conſtans ducentis triginta*, cujus titulus & principium: ἹΕΡΟΘΕΟΥ Φιλοσόφου περὶ τῆς αὐτῆς θείας καὶ ἱερᾶς τέχνης διὰ στίχων ἰάμβων.

Ἀπάρχομαι περιπλόξας εὐφραδέστατον
Εἰπὼν λόγων πόνημα, &c.

Idem *Poëma* exſtat in eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ* manuſcriptum etiam *latinè*, ſed *oratione proſâ*, anonymo quodam interprete. Vide etiam ſuprà num. 28.

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 181 pag. 2, uſque ad fol. 187 pag. 1, *ARCHELAI*, (1) *Philoſophi* (2) *Chriſtiani*, *Poëma Jambicum de Arte Chymicâ, verſibus conſtans trecentis viginti duobus*, cujus titulus & principium: ἈΡΧΕΛΑΟΥ Φιλοσόφου περὶ τῆς αὐτῆς ἱερᾶς τέχνης διὰ στίχων ἰάμβων.

Ἡ πάνσοφος καὶ θεία τέχνη τῶν σοφῶν,
Τεχνουργικῶν ἔχουσα τὴν θεωρίαν,
Σοφουργικὴν ἔντεχνον &c.

Idem *Poëma* exſtat in eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ* manuſcriptum etiam *latinè*, ſed *oratione proſâ*, anonymo quodam interprete.

III.

TERTIUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum nonaginta*. Continetur eo idem illud, quod in proximè præcedenti exſtat Codice, *variorum veterum Autorum Syntagma Chymicum Græcum*.

IV.

QUARTUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, principio & fine mutilus, conſtátque foliis *quadringentis octodecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 46 pag. 1, *HIPPOCRATIS Liber* περὶ τῶν ἐντὸς παθῶν, ſive, *de Internis Affectionibus*, ſed principio mutilus. Incipit is in editionibus impreſſis hoc modo: (3) Ἢν ὁ τοῦ πλεύμονος ἄρτηρίη &c.

Secundò, & quidem à fol. 46 pag. 1, uſque ad fol. 72 pag. 1, *EJUSDEM Liber* περὶ παθῶν, ſive, *de Affectionibus*, cujus principium: (4) Ἄνδρα χρὴ ὅστις ἐστὶ συνετὸς, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 72 pag. 1, uſque ad fol. 88 pag. 1, *EJUSDEM Liber* περὶ ἱερῆς νόσου, ſive, *de Morbo ſacro*, cujus principium: (5) Περὶ μὲν τῆς ἱερῆς νόσου καλεομένης &c.

Quartò, & quidem à fol. 88 pag. 1, uſque ad fol. 174 pag. 2, *EJUSDEM* (6) *Libri tres priores* περὶ νόσων, ſive, *de Morbis*, quorum primus incipit his verbis: Ὃς ἂν περὶ

(1) *Archelaus* hic *Chymicus* minimè confundendus eſt cum antiquisſimo illo Philoſopho Phyſico *Archelao Mileſio*, *Socratis Præceptore* ſeculo ante Chriſtum quinto, cujus Vita exſtat apud *Diogenem Laërtium lib. 2. cap. 4.* (2) Hoc enim ex fine Poëmatis manifeſtisſimè apparet, utpote ubi fit mentio τοῦ Πατρὸς σὺν Λόγῳ τε καὶ θείῳ Πνεύματος. (3) Vide Operum *Hippocratis* editionem græco-latinam Genevenſem A. 1657. in folio, pag. 531. (4) Vide citatam Operum *Hippocratis* editionem pag. 516. (5) Vide citatam Operum *Hippocratis* editionem pag. 301. (6) Vide ſuprà citatam Operum *Hippocratis* edit. pag. 446, 461, 487.

ἴησι&c; ſecundus, qui perperàm tertio loco collocatus eſt: Ὀυρέεται πολλὸν &c; tertius, qui perperàm ſecundo loco collocatus eſt: Περὶ μὲν (1) νῦν πυρετῶν ἁπάντων &c.

Quintò, & quidem à fol. 174 pag. 2, uſque ad fol. 241 pag. 1, EJUSDEM (2) *Libri tres* περὶ διαίτης, ſive, *de Victûs ratione*, quorum primus incipit his verbis: Ει μὲν μοι τὶς ἐδόκει &c; ſecundus, Χωρέων δὲ θέσιν &c; tertius, Περὶ διαίτης ἀνθρωπίνης &c.

Sextò, & quidem à fol. 241 pag. 1, uſque ad fol. 418 pag. 2. EJUSDEM (3) *Libri duo* περὶ γυναικείων, ſive, *de Morbis Mulierum*, quorum primus incipit his verbis: Τὰ δὲ ἀμφὶ γυναικείων νόσων &c; ſecundus autem: Ῥόος λευκός &c.

V.

QUINTUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *decem*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 8 pag. 2, (4) *Excerpta quædam de herbis ex* CRATEVA, DIOSCORIDE *&* GALENO, à recentiori quodam Græculo deſcripta ex illo ipſo antiquiſſimo *Codice manuſcripto Dioſcoridiano Julianæ Aniciæ*, qui nunc inter Codices MStos Medicos Græcos eſt *primus*.

Secundò, & quidem fol. 9 pag. 1, EUTECNII, *Sophiſtæ Hypotheſis ſive Argumentum Theriacorum & Alexipharmacorum Nicandri*. Integram hanc Hypotheſin vide Libro ſecundo Lambec. Comment. pag. 594.

Tertiò, & quidem fol. 9 pag. 1, *Excerpta quædam ex* ANTONII CANTACUZENI *Obſervationibus Medicis*, quorum titulus & principium: Ἐκ τοῦ κυρίου Ἀντωνίου τοῦ Καντακουζηνοῦ. Περὶ οἴνου καλαμινθίτου. Ὁ δὲ καλαμινθίτης &c.

Quartò, & quidem fol. 10 pag. 2, *Vocabula quædam Medica Græca cum explicatione itidem Græcâ*; ut exempli gratiâ: Ἐχῖνος, ὁ ἐχῖνος· Καλλίτριχον, τὸ ἀδίαντον· &c.

VI.

SEXTUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* pervetuſtus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis ſeptuaginta duobus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo AETII (5) AMIDENI, *Medici celeberrimi & Comitis* (6) *Opſicii*, Τετράβιβλος, ſive, *Syntagma Medicinæ ex veteribus contractæ*, diviſum *in quatuor primarias Partes* ſeu *Sectiones*, quarum quælibet *quatuor Libros* complectitur, ita ut totum Syntagma in univerſum conſtet *Libris* (7) *ſedecim*. *Argumentum totius Operis* inſcribitur atq; incipit his verbis: Δήλωσις τῶν ἐμπεριεχομένων ἐν τοῖς ις´ βιβλίοις τοῦ Ἀετίου. Ἐν μὲν τῷ πρώτῳ καὶ δευτέρῳ λόγῳ συνόψις ἐστὶ

(1) In ſuprà citatâ editione pro νῦν legitur ἦν. (2) Vide ſuprà citatam Operum *Hippocratis* editionem pag. 340, 353, 366. (3) Vide ſuprà citatam Operum *Hippocratis* editionem pag. 588 & 637. (4) Vide Lib. II. Lambec. Comment. pag. 599. (5) Ab *Amidâ*, Urbe Meſopotamiæ ad Tigrim fluvium, de quâ vide *Procopium* Lib. 3 de Ædificiis cap. 2. (6) Κόμης Ὀψικίου ſive *Comes Obſequii* in Aulâ Imperatoriâ Conſtantinopolitanâ appellabatur is, qui *Obſequio*, hoc eſt, Anteambulonibus, qui Imperatorem ordinis tuendi & honoris causâ antecedebant, præerat, habebátque idem ſub ſe in Aſiâ integrum aliquod *Thema*, ſive peculiarem quandam *Provinciam*, dictam τὸ Ὀψίκιον ſive *Obſequium*, ut prolixè & accuratè docet *Imp. Conſtantinus Porphyrogenitus* Libro primo de Thematibus ſive Provinciis Imperii Orientalis. Corrigendus igitur eſt *Petri Caſtellani* Liber de Vitis Illuſtrium Medicorum pag. 130, ubi pro *Coes Opſicius* perperàm legitur *Comes Opificii*. (7) Apud Caſtellanum jam citato loco perperàm legitur Libris ſeptendecim.

ἐστι τὸ περὶ τῶν ἁπλῶν Φαρμάκων Γαληνοῦ, καὶ τοῦ περὶ τροφῶν δυνάμεων, &c. Quo finito, ſequitur *Liber primus* hoc modo: Ἀετίου Ἀμιδηνοῦ βιβλίον πρῶτον. συνόψις τῶν τριῶν βιβλίων (1) Ὀρειβασίου· λέγω δὴ τῶν πρὸς Ἰουλιανὸν, καὶ τῶν πρὸς Εὐστάθιον, καὶ τῶν πρὸς Εὐνάπιον· καὶ τῶν θεραπευτικῶν βιβλίων Γαληνοῦ, καὶ Ἀρχιγένους, καὶ Ῥούφου, καὶ ἑτέρων τινῶν ἀρχαίων ἐπισήμων. Συνόψις τῶν ἁπλῶν Γαληνοῦ πρῶτον. Αἱ διαφοραὶ τῶν κατὰ μέρος ἐνεργειῶν ἑκάστῳ τῶν φαρμάκων γίνονται, &c. Exſtant hi *ſedecim Libri latinè* Interprete *Jano Cornario*; *græcè* autem prodierunt hactenùs in lucem *priores* tantùm *octo* Venetiis apud Aldum Manutium A. 1534 in folio. Poteſt igitur *Aldina* illa editio græca beneficio hujus Codicis MSti *Cæſarei* non ſolùm plurimis locis emendari & illuſtrari, verùm etiam integris *octo poſterioribus Libris* ſuppleri.

VII.

SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis & uno*. Continetur eo CLAUDII ÆLIANI *Præneſtini*, qui *Romæ* ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub *Imp. Antonino Pio* claruit, *Hiſtoria animalium à Libro primo*, qui inſcribitur atque incipit his verbis: Αἰλιανοῦ περὶ ζώων ἱστορίας βιβλίον πρῶτον. Ἄνθρωπον μὲν εἶναι σοφὸν καὶ δίκαιον &c; *uſque ad Libri decimi ſexti Caput trigeſimum ſextum*, quod inſcribitur Περὶ τῆς τῶν ἐλεφάντων πρὸς τοὺς ὗς ἀπεχθείας, hoc eſt, *de Elephantorum cum ſuibus diſſidio*. Vide Operum *Claudii Æliani* editionem græcolatinam, à *Conrado Geſnero* adornatam, & Tiguri apud Geſneros fratres Andream & Jacobum A. 1556 in folio impreſſam, pag. 341.

VIII.

OCTAVUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis ſeptuaginta ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 53 pag. 1, MELETII *Monachi Liber de Naturâ ſtructurâque hominis*, cujus titulus & principium: Μελετίου μοναχοῦ περὶ φύσεως ἀνθρώπου. Τὰ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς καὶ ἐξ ὅσων ἐστὶ φύσεων, καὶ τίς ἡ τῆς ψυχῆς οὐσία, &c. Exſtat quidem hoc Opuſculum impreſſum Venetiis A. 1552 in quarto, ſed *latinè* tantùm *Nicolao Petrejo Corcyræo* interprete, potéſtque beneficio hujus Codicis manuſcripti *Cæſarei* non mediocriter augeri, quia ibi *Caput trigeſimum quintum de Animâ* quintuplo majus eſt, quàm in jam memoratâ editione impreſſâ.

Secundò, & quidem à fol. 53 pag. 1, uſque ad fol. 57 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris (2) Παρεκβολαὶ παλαιῶν περὶ διαχωρημάτων, hoc eſt, *Excerpta* ſeu *Selecta veterum Medicorum de excrementis*. Incipiunt ea his verbis: Οἱ παλαιοὶ τῶν ἰατρῶν τὸ ἐξαίρετον παρέδωκαν ἡμῖν κανόνας διαγνωστικοὺς, δι᾽ ὧν &c.

 Tertiò,

(1) Ex hoc atque aliis nonnullis *Aetii* locis manifeſtè apparet, *Aetium Oribaſio* aliquanto Juniorem eſſe, ideoq; *Wolfgangum Juſtum* in Chronologiâ Medicorum Illuſtrium & *Joannem Antonidem Lindanum* Libro primo de Scriptis Medicis errare, qui *Aetium* ad tempora *Imp. Conſtantini Magni* referunt, & perperàm confundunt cum *Aetio Antiocheno*, Hæreſiarchâ, *Eunomii* Hæreſiarchæ Magiſtro, de quo conſulendus eſt *Suidas*. (2) Sic etiam *Georgius Codinus* Excerpta ſive Selecta ſua de Originibus Conſtantinopolitanis inſcripſit Παρεκβολάς.

Tertiò, & quidem à fol. 57 pag. 2, uſque ad fol. 63 pag. 2, THEOPHILI *Liber de Excrementis*, cujus titulus & principium: Θεοφίλȣ περὶ διαχωρημάτων. Ἐπεὶ τὰς θέσεις τῶν ἐν τῷ βάθει τοῦ σώματος κειμένων μορίων, τάς τε κατὰ φύσιν, καὶ τὰς παρὰ φύσιν, ἐκ τῶν ἐκκρινομένων περιττωμάτων διαγινώσκομεν, &c.

Quartò, & quidem à fol. 64 pag. 1, uſque ad fol. 278 pag. 2, PAULI ÆGINETÆ *Rei Medicæ Libri ſex priores*, quorum *Proœmium* incipit his verbis: Ὀυχ ὡς τῶν παλαιοτέρων ἐν τοῖς κατὰ τὴν τέχνην τί παραλελοιπότων τὴν δὲ τὴν πραγματείαν ἐποιησάμην, ἀλλὰ &c. *Libri* autem *ſexti Caput centeſimum vigeſimum ſecundum* ſive *ultimum* inſcribitur: (1) Περὶ τῆς σὺν κατάγματι γινομένης ἐξαρθρήσεως, hoc eſt, *De luxatione cum fracturâ factâ*.

Quintò, & quidem à fol. 278 pag. 2, uſque ad fol. 280 pag. 1, ANTYLLI *fragmentum Medicum*, cujus titulus & principium: Ἐκ τῶν Ἀντύλλȣ περὶ ἑψήσεως τῶν ἐμβαλλομένων εἰς τὰ ἔμπλαστρα φαρμάκων. Λιθάργυρος ἐν ταῖς ἑψήσεσι τῶν φαρμάκων &c. Vide *Aetium Amidenum*, apud quem varia hujus *Antylli* exſtant fragmenta.

Sextò, & quidem à fol. 280 pag. 1, uſque ad fol. 281 pag. 2, *Excerpta ex* GALENO *de Medicamentis ſuccedaneis*, quorum titulus: Περὶ ἀντεμβαλλομένων ἐκ τῶν Γαληνȣ̃.

Septimò, & quidem fol. 281 pag. 2, & fol. 282 pag. 1, *Excerpta ex* PAULO ÆGINETA *de Ponderibus & Menſuris Medicis* generatim, *de Characteribus* ſive *Notis Ponderum & Menſurarum* conjunctim, *de Ponderibus* ſeparatim, *de Menſuris liquidorum* ſeparatim, *de Menſuris aridorum* ſeparatim. Principium horum Excerptorum eſt tale: Περὶ σταθμῶν καὶ μέτρων. Ὁ σταθμὸς βάρει μετρούμενος &c.

Octavò, & quidem à fol. 282 pag. 1, uſque ad fol. 283 pag. 1, *HIPPOCRATIS Liber Myſteriorum de præſignificatione vitæ & mortis humanæ*, in ſepulchro ipſius, juſſu *Imp. C. Julii Cæſaris* aperto, in pulpito ſub capite inventus, & ab ipſius Medico *Modonoſio* publicatus. *Præfatio anonymi Autoris* inſcribitur atque incipit his verbis: Ἱπποκράτȣς νόηματε καὶ σημειώσις περὶ ζωῆς καὶ θανάτȣ. Ὁ ἐμπειρικώτατος ἁπάντων καὶ ὀκεία σοφία τῶν ἀνθρωπίνων σωμάτων θεραπευτὴς ἐκελεύει Ἱπποκράτης, &c. Ipſe autem Libellus, in *novendecim Aphoriſmos* diviſus, incipit hoc modo: Εἰ κεφαλαλγίαν ἔξει ἢ οἴδημα εἰς τὸ πρόσωπον &c. Eſt autem revera figmentum ſuppoſititium recentioris cujuſdam *græcobarbari* tenebrionis, qui illud ſatis ineptè conflavit ex *Hippocratis* genuino *Prognoſtico* ſive *Libro Prænotionum*.

Nonò, & quidem à fol. 283 pag. 1, uſque ad fol. 287 pag. 2, (2) *RUFI Epheſii Erotemata Medica undecim græco-barbara*, quorum titulus & principium: Ῥούφȣ ἰατρȣ̃ ἐρωτηματικὰ ια΄. Ἐρωτήματα χρὴ τὸν νοσȣ̃ντα ἐρωτᾷν &c.

Decimò, & quidem à fol. 287 pag. 2, uſque ad fol. 291 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Lexicon Botanicum græco-barbarum ordine alphabetico*, cujus titulus & principium: Λέξικον βοτάνων κατὰ στοιχεῖον. Ἅλας ἀμμωνιακὸν, τὸ (3) τζαπαρικόν· &c.

Undecimò, & quidem fol. 292 pag. 1 & 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Obſervationes quædam Medico-Aſtrologicæ*, quarum principium: Ἰστέον, ὅτι ὁ ἐνιαυτὸς διαιρεῖται εἰς κράσεις τέσσαρας, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 294 pag. 1, uſque ad fol. 296 pag. 2, *PETOSIRIS, Philoſophi Ægyptii, Epiſtola Aſtrologica ad Nechepſum Regem de vitâ & morte humanâ,* variiſq;

(1) Vide edit. græc. Baſilienſem pag. 227. (2) Vide de eo Lib. II. Lambec. Comment. pag. 566. (3) Vide *Joan. Meurſii* Gloſſarium græco-barbarum, ubi agitur de vocibus τζάπιον τζάπα, & τζαπαρικόν.

variiſq; vitæ humanæ accidentiis, cum ſubjunctis ſeptem Diagrammatibus, ad eandem pertinentibus. Inſcribitur ea atque incipit his verbis: Πεϱγνωστικὸν ἠκϱιβωμένον βιωφελὲς καὶ χϱήσιμον, ἀντιγραφὲν ἐξ Αἰγυπτιακῆς παλαιᾶς βίβλου. Πετώσιρις Νεχεψῷ τῷ τιμιωτάτῳ Βασιλεῖ χαίρειν.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 297 pag. 1, uſque ad fol. 305 pag. 2, *ARISTOTELIS Liber de Mundo ad Alexandrum Magnum*, cujus titulus & principium: Ἀριστοτέλους περὶ κόσμου πρὸς Ἀλέξανδρον. Πολλάκις ἔμοιγε θεῖόν τι καὶ δαιμόνιον χρῆμα, ὦ Ἀλέξανδρε, ἡ φιλοσοφία ἔδοξεν εἶναι, &c. Optima & præſtantiſſima Opuſculi hujus doctiſſimi & verè genuini editio eſt illa *Bonaventuræ Vulcanii*, quæ cum ipſius eruditiſſimis Scholiis & *duplici Interpretatione Latinâ*, priore quidem *L. Apuleij*, alterâ verò *Guilielmi Budæi*, Lugduni Batavorum typis Plantinianis apud Franciſcum Raphelengium A. 1591 in octavo in lucem prodiit.

Decimo quartò, & quidem à fol. 305 pag. 2, uſque ad fol. 308 pag. 1, *ex S. CYRILLI Archiepiſcopi Alexandrini Opere contra Imp. Julianum Apoſtatam fragmentum*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ κατὰ Ἰουλιανὸν βίβλου &c. Τοιγαροῦν Νῶε μὲν, γεγονὼς ἀνὴρ τῶν ὄντι μάλιστα θεοφιλεστάτων, &c.

Decimo quintò, & quidem fol. 308 pag. 1 & 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Annotamentum Chronologicum de Origine ſupputationis temporum ſecundùm Olympiades à Manaſſe Rege Juda uſque ad principium Imperii Theodoſii Magni.* Ipſa iſtius Annotamenti Inſcriptio cum principio ſuo eſt hæc: Ἱστορία περὶ τοῦ μέτρου τῆς Ὀλυμπιάδος. Κατὰ τὸν χρόνον, ὅτε Θεοδόσιος ὁ Βασιλεὺς ἐκέλευσε μὴ ἔχειν συναγωγὴν Ἰουδαίους ἐν Κωνσταντινουπόλει, &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 308 pag. 2, uſque ad fol. 315 pag. 1, S. *ANASTASII SINAITÆ*, *Patriarchæ Antiocheni*, *Quæſtiones & Reſponſiones quædam ſacræ*, quarum inter Codices MStos Theologicos Græcos jam aliquoties mentio facta eſt.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 316 pag. 1, uſque ad fol. 318 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Introductio in Artem Medicam*, cujus principium: Μέλλοντας ἡμᾶς ἰατρικῶν λόγων ἄρχεσθαι, ἀναγκαῖον ἐστὶ &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 318 pag. 2, uſque ad fol. 320 pag. 1, *Excerpta quædam ex GALENO*, quorum principium: Γαληνοῦ περὶ τέχνης ἰατρικῆς. Τρεῖς εἰσὶν αἱ πᾶσαι διδασκαλίαι &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 320 pag. 2, uſque ad fol. 329 pag. 2, *THEOPHILI Monachi Liber de Urinis*, cujus titulus & principium: Θεοφίλου μοναχοῦ περὶ οὔρων. Τὴν περὶ τῆς τῶν οὔρων διαφορᾶς πραγματείαν &c. Edidit hunc Libellum *græcè* & *latinè*, ſed ſub generali *Jatroſophiſtæ* nomine, *Federicus Morellus* Pariſiis A. 1608 in 12mo.

Vigeſimò, & quidem à fol. 330 pag. 1, uſque ad fol. 334 pag. 1, *JOANNIS Epiſcopi* (1) *Presdrianorum Liber de Urinis*, cujus titulus & principium: Τοῦ ταπεινοῦ Ἰωάννου Ἐπισκόπου Πρεσδριανῶν συγγραφὴ περὶ οὔρων, συλλεγεῖσα ἀπὸ πολλῶν καὶ διαφόρων παλαιῶν καὶ νέων ἰατρῶν περὶ οὔρων εἰπόντων &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 334 pag. 2, uſque ad fol. 355 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Miſcellanea Medica*, inter quæ ſunt *fragmenta quædam ex Paulo Æginetâ* & *Alexandro Tralliano.*

Vigeſimo

(1) Ortelius in Theſauro Geographico; *Priſdriana, circa Bulgariam Oppidum Curopalati.*

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 355 pag. 1, uſque ad fol. 373 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Opus tripertitum græco-barbarum de Compoſitione variorum Medicamentorum Capitibus centum & tribus; de Compoſitione Emplaſtrorum Capitibus ſeptuaginta quatuor; & de Compoſitione Oleorum Capitibus novem.* Titulus primus ac generalis totius Operis cum principio *Indicis* ejuſdem eſt talis: *Τῶν σκευασιῶν ἡ βίβλος αὕτη πέλει.* Α΄, *Σκευασία τοῦ νάρδου·* Β΄, *Σκευασία ἡ θηριακή·* Γ΄, *Σκευασία ἡ Μιθριδάτιος·* &c. Notabile autem ibi inprimis eſt *Caput nonageſimum ſextum de Compoſitione τοῦ ἀλατίου Λουκᾶ τοῦ ἁγίου Εὐαγγελιστοῦ*, hoc eſt, *Embammatis ſalſi* ſive (1) *ſalſi Intinctûs S. Lucæ Evangeliſtæ*; qui fuit profeſſione *Medicus*, ut Epiſtolæ *S. Pauli* ad Coloſſenſes cap. 4, ♰. 14 videre eſt. Quod porrò ad utilitatem & efficaciam iſtius *Embammatis* attinet, magna profectò & multiplex ea (2) ibi prædicatur ad conſervandam ſanitatem & prolongandam vitam, ſi quis piè vivat, & cibos in illud quotidiè intingat.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 374 pag. 1, uſque ad fol. 376 pag. 2, *Miſcellanea quædam Medico-Aſtrologica*, quorum principium: *Γνωστέον δὲ τοῦτο, ὅτι ιβ΄ εἰσὶ ζώδια, καὶ τὰ μὲν ἕξ* &c. Exſtant etiam ibi eadem *Diagrammata*, quæ ſuprà in eodem Codice, num. 12, *Petoſiris Epiſtolæ* ſubjuncta ſunt.

IX.

NONUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ in *folio*, quo continentur VARIARUM HERBARUM FIGURÆ, coloribus illuminatæ.

X.

DECIMUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ſedecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo ALEXANDRI *Aphrodiſienſis Medici Liber de Febribus ad Apollonium*, qui inſcribitur atque incipit his verbis: Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως *ἰατροῦ περὶ πυρετῶν πρὸς* Ἀπολλώνιον. Ἤτησας ἡμᾶς, Ἀσκληπιαδῶν ἄριστε Ἀπολλώνιε, *περὶ πυρετῶν σοι τοσαῦτα διὰ γραφῆς παραδοῦναι, ὅσα σχεδὸν παρ' ἡμῖν φοιτῶντι διὰ γλώττης παρεδηλώσαμεν, ἵν' ὥσπερ* &c. Exſtat is, ſed *latinè* tantùm, *Georgio Vallâ Placentino* interprete, in Volumine variorum Opuſculorum *Symphoriani Champerii*, Phyſici Lugdunenſis, Lugduni A. 1506, edito in octavo. Idem autem omninò deeſt in Syntagmate veterum Autorum Græcorum, Arabum & Latinorum de Febribus, Venetiis à Gaſpare Bindono apud Gratioſum Perchacinum A. 1576, edito in folio.

XI.

VNDECIMUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátq; foliis *ſexaginta*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 48 pag. 2, ACTUARII *Liber quartus de Methodo medendi*, cujus titulus & principium: Ὀκταρείου *φιλοσόφου περὶ τῆς κατὰ μέρος θεραπείας.* Ἡ *μὲν παροιμία φησὶ, χελώνης κρέα φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν* &c.

Secundò,

(1) Ab Italis ſimpliciter vocatur *Salſa*, & à Gallis *Sauſſe*. (2) Vide etiam *Nicolai Myrepſi Alexandrini* Opus de compoſitione Medicamentorum Sect. 2. de Salibus cap. 16, ubi de eodem *Sale S. Lucæ* iiſdem ferè verbis agitur.

Secundò, & quidem à fol. 49 pag. 1, uſque ad fol. 55 pag. 2, EJUSDEM *Liber quintus de Methodo medendi*, cujus principium: Ἤδη σοι καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς τέταρσι βιβλίοις συντιθέμενον λόγον, ὃς πέμπτος &c.

Tertiò, & quidem à fol. 56 pag. 1, uſque ad fol. 60 pag. 1, DIOCLIS CARISTII *Epiſtola ad Antigonum Regem de morborum præſagiis & eorundem extemporaneis remediis*, cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ Διοκλέους πρὸς Ἀντίγονον Βασιλέα. Διοκλῆς Ἀντιγόνῳ Βασιλεῖ. Ἐπειδή σοι συμβαίνει μουσικωτάτῳ πάντων Βασιλέων γεγονέναι, &c. Exſtat ea *græcè* & *latinè* in fine *Syllogarum Phyſicarum Michaëlis Naundri*, Lipſiæ typis Abrahami Lambergi A. 1591 impreſſarum in octavo.

XII.

DUODECIMUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio*, in principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis ſexaginta novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo AETII AMIDENI *Medicinæ contractæ Liber nonus, decimus, undecimus, duodecimus, decimus tertius, decimus quartus*, & *decimus quintus*, ita tamen, ut Liber *nonus* principio, *decimus quintus* autem fine careat. Poteſt hic Codex ad ſupplendam *Aldinam editionem græcam* utiliter adhiberi.

XIII.

DECIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *folio*, conſtátque nunc foliis *viginti tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo ANONYMI cujuſdam Autoris *Eclogæ miſcellaneæ ex Hippocratis, Galeni, aliorúmque veterum Medicorum & Philoſophorum Operibus*, quarum titulus & principium: Βιβλίον περιέχουσα διαφόρους λόγους καὶ θεραπείας, ἐρανισθεῖσα ἐκ διαφόρων βίβλων ἰατρικῶν Ἱπποκράτους τε καὶ Γαληνοῦ καὶ ἑτέρων μετά τινων φιλοσοφικῶν θεωρημάτων τε καὶ ἐπιστάσεων. Ἱπποκράτους περὶ γεννήσεως ἀνθρώπου καὶ περὶ γονῆς. Νόμος μὲν πάντα κρατύνει &c.

XIV.

DECIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & elegans, in *folio*, conſtátque foliis *quadraginta ſeptem*, & à *Petro Victorio Florentino*, doctiſſimo celeberrimoque Philoſopho ac Philologo, anno Chriſti 1570 Florentiâ miſſus eſt ad *Joannem Sambucum*; poſteà autem quâ neſcio ratione pervenit in poteſtatem *Sebaſtiani Tengnagelii*, & denique poſt illius mortem in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 46 pag. 2, (1) DIOSCORIDIS *de Materiâ Medicâ Liber primus, & Libri ſecundi Capita priora viginti ſex, cum Anonymi cujuſdam Autoris antiquis Græcis Scholiis marginalibus*. Huc inſuper accedunt *Variantes Lectiones ex duobus vetuſtis Codicibus MStis Bibliothecæ Venetæ Cardinalis Beſſarionis*,

(1) Vide etiam Lib. III. Lambec. Comment. pag. 344.

rionis, *&* *ex tertio quodam Nicolai Leonici*, quæ propriâ *Petri Victorij* manu itidem in margine adſcriptæ ſunt. Is enim *quatuor* illos Codices manuſcriptos diligentiſſimè accuratiſſiméque inter ſe contulit.

Secundò, & quidem fol. 46 pag. 1 & 2, *HIPPOCRATIS Libellus de fœtûs in utero mortui exſectione*, qui inſcribitur atque incipit his verbis: Ἱπποκράτους περὶ ἐγκατατομῆς παιδίου λόγος νέ. Ἐγκατατομὴν παιδίου ποίησεις οὕτως. Πρῶτα μὲν ἐπὶ τὴν γυναῖκα σινδόνα ἐπιβαλὼν, &c. Primâ hujus Libelli paginâ indicat *Sambucus* propriâ manu, ſe illum curâſſe deſcribi *Florentiæ ex Bibliothecâ Medicæâ* A. 1559; ſequenti autem paginâ itidem propriâ manu ſignificat, ſe ejuſdem Libelli exemplar miſiſſe *Juntis* Venetias d. 15 Januarii A. 1575. Exſtat hic Libellus græcè & latinè in Operum Hippocratis editione græcolatinâ Anutii Fœſii Genevenſi anni 1657 in folio, pag. 914 & 915.

XV.

DECIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis quinquaginta ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo ANONYMI *cujuſdam Autoris Eclogæ ſive Excerpta ex variis Hippocratis & Galeni Operibus*, ut & ex *Ariſtotelis Problematibus Phyſicis*. Primum inter haſce Eclogas tenent locum *Eclogæ ex Galeni Libris de Locis affectis*.

XVI.

DECIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis ſexaginta*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 28 pag. 1, *Miſcellanea quædam Medica*, quorum principium: Εἰς ῥεύματα ὀφθαλμῶν. Κρόκου &c. Exſtat etiam ibidem *Fragmentum* HIPPOCRATIS *de ſanguinis miſſione*, quod inſcribitur atque incipit his verbis: Περὶ φλεβοτομίας Ἱπποκράτους. Χρὴ δὲ γινώσκειν, ὅτι τοὺς παῖδας οὐ φλεβοτομεῖν ἄχρι ἐτῶν ιδ' &c.

Secundò, & quidem à fol. 29 pag. 1, uſque ad fol. 34 pag. 2, & fol. 275 pag. 1 & 2, HESIODI *Aſcræi Poëma*, inſcriptum Ἔργα καὶ Ἡμέραι, ſive, *Opera & Dies*, cujus principium: Μοῦσαι Πιερίηθεν ἀοιδῇσι κλείουσαι, Δεῦτε &c; unà cum *Manuelis Moſchopuli antiquis Scholiis Græcis partim interlinearibus, partim marginalibus*, quæ exſtant in editione *Heſiodi* à V. CL. *Daniele Heinſio* adornatâ, & Lugduni Batavorum typis Raphelengii A. 1603 impreſſâ in quarto.

Tertiò, & quidem à fol. 35 pag. 1, uſque ad fol. 42 pag. 2, LIBANII *Sophiſtæ Epiſtolæ aliquot ſine Inſcriptionibus*, quarum *prima* incipit his verbis: Ἔμελλον γράφων δεήσεσθαί σου βοηθῆσαι τῷ χρηστῷ μὲν, πένητι δὲ Φαυστίνῳ· αὐτὰ δὲ &c.

Quartò, & quidem à fol. 43 pag. 1, uſque ad fol. 48 pag. 2, DIOSCORIDIS *Anazarbenſis Præfatio in Libros quinque de Materiâ Medicâ*; cujus principium: Πολλῶν οὐ μόνον ἀρχαίων &c; finis autem, ἐν κασσιτερίνοις ἀγγείοις δεῖ τίθεσθαι. Finitâ *Præfatione* incipit fol. 44 pag. 1, *Deſcriptio Plantarum ſecundùm alphabeti ſeriem*, ita ut prima ſit Ἀβρότονον,

ζυον, ſecunda Ἀγάλοφον, tertia Ἀγαρικὸν, & ſic deinceps. Quamvis autem hæc Deſcriptio præcipuè quidem & maximâ parte ex *Dioſcoridis Libris quinque de Materiâ Medicâ* deſumpta ſit, ex *ordine* tamen (1) *alphabetico* manifeſtè apparet, eam non ab ipſo *Dioſcoride*, ſed tantùm à recentiori quodam collectore ita eſſe compoſitam.

Quintò, & quidem à fol. 49 pag. 1, uſque ad fol. 55 pag. 2, *GALENI de differentiâ febrium Libri duo*, quorum *primus* caret principio, *ſecundus* autem inſcribitur atque incipit his verbis: Γαληνοῦ περὶ διαφορᾶς πυρετῶν βιβλίον β΄. (2) Ὑπόλοιπον δ' ἂν εἴη τὰς διαφορὰς τῶν ἐπὶ χυμοῖς ἀναπτομένων πυρετῶν διελθεῖν, &c. Sed caret is fine.

Sextò, & quidem à fol. 56 pag. 1, uſque ad fol. 184 pag. 1, *DIOSCORIDIS Anazarbenſis Libri quinque de Materiâ Medicâ integri*, ita ut ipſe *Dioſcorides* eos compoſuit. Primi Libri titulus eſt: Πεδακίου Διοσκορίδου περὶ ὕλης ἰατρικῆς λόγος πρῶτος. Hinc ſequitur *Præfatio*: Πολλῶν οὐ μόνον ἀρχαίων &c. Præfationi ſubjungitur *Index alphabeticus* totius Materiæ Medicæ, de quâ omnibus quinque Libris agitur.

Septimò, & quidem à fol. 185 pag. 1, uſque ad fol. 283 pag. 2, *STEPHANI Athenienſis Scholia in Hippocratis Aphoriſmos ſecundùm Synopſin*; quorum titulus & principium: Σχόλια εἰς τοὺς Ἱπποκράτους ἀφορισμοὺς κατὰ σύνοψιν. Ὅρος ἀφορισμοῦ. Ἀφορισμός ἐστι λόγος σύντομος αὐτοτελῆ διάνοιαν ἀπαρτίζων, ἢ &c.

Octavò, & quidem à fol. 287 pag. 1, uſque ad fol. 309 pag. 1, *GALENI Definitiones Medicæ*, quarum titulus & principium: Γαληνοῦ ὅροι ἰατρικοί. Τὴν τῶν ὅρων πραγματείαν πολυωφελεστάτην ὑπάρχουσαν πᾶσι τοῖς ἰατροῖς, &c; finis autem, ut in editione græcâ Baſileenſi, ἢ συμβόλων ἀκούσαντες.

Nonò, & quidem à fol. 310 pag. 1, uſque ad fol. 318 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris ſuccincta *Deſcriptio variorum morborum*, diviſa in *Libros quatuor*, quorum *primo*, qui principio caret, agitur περὶ πυρετῶν, ſive *de Febribus*. Secundi Libri principium eſt περὶ κεφαλαλγίας, ſive, *de dolore capitis*; tertii, περὶ τῶν ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς παθῶν, ſive, *de morbis oculorum*; quarti, περὶ ὀζαίνων, ſive, *de ulceribus narium*.

Decimò, & quidem à fol. 319 pag. 1, uſque ad fol. 325 pag. 2, *MARCELLI Liber de Pulſibus, oratione proſaicâ*, cujus titulus & principium: Μαρκέλλου περὶ σφυγμῶν. Περὶ σφυγμῶν ὅσα χρὴ μαθεῖν πάνυ πολλὰ διενήνοχε. τὸ μὲν γὰρ &c. In fine etiam legitur hæc ſubſcriptio: Τέλος τῶν περὶ σφυγμῶν Μαρκέλλου. Eſt autem hic *Marcellus* ille, à patriâ ſuâ *Side*, *Urbe Pamphyliæ*, cognominatus *Sidetes*, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub *Imp. M. Antonino Philoſopho* claruit, & *verſibus heroicis* compoſuit *Libros Medicos quadraginta duos*, ut refert *Suidas*. Plura huc pertinentia, vide, ſi placet, Lib. VI. *Comment. Lambec.* pag. 147, 148 & ſeqq.

Undecimò, & quidem à fol. 325 pag. 2, uſque ad fol. 328 pag. 2, *THEOPHILI & STEPHANI Athenienſis Libellus de febrium differentiâ*, cujus titulus & principium: Περιτομὴ τοῦ περὶ διαφορᾶς πυρετῶν. Σκοπὸν ἔχομεν ἐν τῷ παρόντι συγγράμματι περὶ τῆς τῶν πυρετῶν διαφορᾶς &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 329 pag. 1, uſque ad fol. 359 pag. 2, ANONYMI cujuſdam antiqui Autoris *Tabulæ Diviſionum, quæ exſtant in Claudii Galeni Libro* περὶ αἱρέσεων, ſive *de Sectis*; *in Libris duobus de Curatione ad Glauconem*; *in Libro de Pulſibus ad Teuthranem*; *in Libro de Differentiâ morborum*, *in Libro de cauſis morborum*, *in Libro de Diffe-*

(1) Vide Lib. II. Lambec. Comment. pag. 565, 592, 597, & Librum ſextum pag. 96. (2) Vide Operum *Galeni* editionem græcam Tom. III. pag. 330.

rentiâ ſymptomatum, & *in Libris tribus de Cauſis ſymptomatum*: qui ſex poſteriores Libri, tanquam partes unius ejuſdem πραγματείας ſive Operis, ibi generaliter inſcribuntur *Liber primus*, *ſecundus*, *tertius*, *quartus*, *quintus* & *ſextus* περὶ αἰτίας. Harum *Tabularum* hactenùs, quod ego ſciam, nunquam in lucem editarum, ob ſummam tamen utilitatem publicâ luce digniſſimarum non ſolùm generalem *titulum*, verùm etiam *principii* earundem non exiguam partem, ut ex eâ, tanquam ex qualicunque ſpecimine de reliquo Opere, in anteceſſum poſſit judicari, edidit CL. Lambecius, Lib. VI. Commentariorum, pag. 151, 152, quem, ſi otium eſt, conſule.

XVII.

DECIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis quadraginta tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *JOANNIS ACTUARII Libri ſex de Methodo medendi*, quorum *primus* fol. 1 pag. 1, incipit his verbis: Ἐπειδή σοι εἰς τὴν ὑπὲρ τοῦ γένους ἡμῶν στελλομένῳ πρεσβείαν ἐπὶ τοὺς ὑπερβορείους Σκύθας &c.

XVIII.

DECIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum quadraginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 37 pag. 1, *GALENI Libri duo de curatione ad Glauconem*; quorum *primus* principio caret uſque ad hæc verba: (1) οὐ δεῖται τὸ πλῆθος, ἀλλά τι καὶ τῷ συμπτώματι καταλειπτέον, &c; ſecundus autem pertingit tantùm uſque ad hæc verba: (2) εἰ δ' ἐξ ἀγροῦ σίτου λαμβάνεις τὸ ἄλευρον.

Secundò, & quidem à fol. 38 pag. 1, uſque ad fol. 53 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Miſcellanea quædam Medica*, quorum principium: Περὶ κατόχου καὶ καταλήψεως, ὃ δὴ καὶ ἄγρυπνον κῶμα λέγεται. Κάτοχός ἐστιν, ὅταν ἀγρυπνῶσιν οἱ κάμνοντες &c.

Tertiò, & quidem à fol. 54 pag. 1, uſque ad fol. 64 pag. 2, *CALLISTI Liber de Antidotis*, cujus titulus & principium: Καλλίστου. Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ περὶ τῶν Ἀντιδότων. Ἀντίδοτος ἡ Θεοδώρητος. Αὕτη ὠφελεῖ πρὸς πᾶσαν κεφαλαλγίαν &c.

Quartò, & quidem à fol. 64 pag. 2, uſque ad fol. 77 pag. 1, *EJUSDEM Liber de Trochiſcis variis*, cujus principium: Ἕτεραι σκευασίαι Τροχίσκων διαφόρων. Τροχίσκος διὰ φυσαλίδος. Σικύου ἡμέρου &c.

Quintò, & quidem à fol. 77 pag. 2, uſque ad fol. 89 pag. 1, *EJUSDEM Liber de Emplaſtris*, cujus principium: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τῶν Ἐμπλάστρων. Ἔμπλαστρος ἡ ἀνθίνη μαλάσσουσα, &c.

Sextò, & quidem à fol. 89 pag. 1, uſque ad fol. 94 pag. 1, *EJUSDEM Liber de Compoſitione Oleorum*, cujus titulus & principium: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ ἁγίῳ τῆς συνθέσεως τῶν ἐλαίων. Τὸ χαμαιμήλινον ἔλαιον καὶ τὸ ῥόδινον &c. *Septimò*,

(1) Vide Operum *Galeni* editionem græcam Baſileenſem Tom. IV. pag. 203, verſ. 53. Sed, quod valdè notandum eſt, pro οὐ δεῖται τὸ πλῆθος legitur ibi ὅτι δεῖται τὸ πλῆθος. (2) Vide eandem jam citatam editionem græcam Tom. IV. pag. 216, ℣. 23.

Septimò, & quidem à fol. 94 pag. 1, uſque ad fol. 141 pag. 2, DIOSCORIDIS ANAZARBENSIS & STEPHANI ATHENIENSIS *Alphabetum Medicum Empiricum*, cujus titulus & principium: Βίβλος Διοσκορίδου καὶ Στεφάνου Ἀθηναίου τοῦ Φιλοσόφου, περιέχουσα φαρμάκων ἐμπειρίας, κατὰ ἀλφάβητον σαφῶς ἐκτεθεῖσα. Ἀρχὴ τοῦ α. (1) Ἀβρότονα διατηρεῖ ἀπὸ μυῶν καὶ σκωλήκων τά τε βιβλία, ἱμάτια καὶ χαρτία ἀψίνθιον ξηρὸν ὑποστρωννύμενον ἐν τοῖς κιβωτίοις. Ἄδιψον διαφυλαχθῆναι εἰ θέλεις, &c. Certò autem conſtat, *Alphabetum* hoc *Empiricum*, nec ab ipſo (2) *Dioſcoride Anazarbenſi*, nec à *Stephano Athenienſi*, compoſitum, ſed tantùm ex utriuſque ſcriptis ab aliquo recentiori autore collectum eſſe, ideoque ubivis in margine nominatim annotatum eſt, quid ex alterutro deſumptum ſit. Haud contemnendus ergò nec inutilis foret labor, ſi quis Vir doctus, & in re Medicâ benè verſatus, Opus illud hactenùs ineditum in latinam verteret linguam, & tàm græcè quàm latinè publicaret, ut olim *Conradus Geſnerus* facere conſtituerat. Vide Librum II. *Comment. Lambec.* pag. 598, 599.

XIX.

DECIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, in *quarto*, ſed injuriâ temporis paſſim mutilus & peſſimè habitus, conſtátque nunc foliis *ducentis ſexaginta duobus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 31 pag. 2, GALENI *Therapeuticorum* ſive *de Curatione ad Glauconem Libri duo*, quorum *primus* caret principio uſque ad hæc verba: (3) τὸν κάμνοντα καὶ θαρρεῖν κελεύειν &c; *ſecundus* autem caret fine, & pertingit tantùm uſque ad hæc verba: (4) θεραπεύεσθαι τὸ ἕλκος.

Secundò, & quidem à fol. 31 pag. 2, uſque ad fol. 33 pag. 1, EJUSDEM *Libellus de Febri*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἀποσημειώσεις πυρεκτικόντων. Κατακλίνεται ὁ νοσῶν ἐν ἀρχῇ τῆς α ἡμέρας &c.

Tertiò, & quidem à fol. 33 pag. 2, uſque ad fol. 35 pag. 2, EJUSDEM *Libellus de Pulſu*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ἑρμηνεία περὶ σφυγμοῦ καὶ θεωρία. Ὁπόταν ἰατρὸς ἐπ' ἀῤῥώστῳ κληθῇ, &c.

Quartò, & quidem à fol. 35 pag. 2, uſque ad fol. 38 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Collectio variorum Medicamentorum*, *diviſa in Capita triginta novem*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ὀφθαλμικά. Πρὸς ἀρχομένους ὀφθαλμιᾶσαι &c. In Inſcriptione autem Capitis trigeſimi ſeptimi fit mentio VALENTIS Archiatri his verbis: (5) Ἀνώδυνον τοῦ κυροῦ Οὐάλεντος ἀρχιατροῦ.

Quintò, & quidem à fol. 38 pag. 2, uſque ad fol. 44 pag. 2. ANONYMI cujuſdam Autoris *Collectio variarum rerum Medicarum*, *diviſa in Capita triginta duo*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἀντίδοτος ἡ διὰ θείου ἀπύρου. Κέγχρου &c. Penultimum autem ſive trigeſimum primum Caput inſcribitur atque incipit his verbis: Ὀνομασία τῶν ἐκτὸς μορίων τοῦ σώματος. Κεφαλὴ μὲν καλεῖται τὸ πρῶτον μέρος &c. *Ultimum* denique ſive *trigeſimum ſecundum* Caput continet PETOSIRIS, *Philoſophi*

Ægyptii,

(1) Vide Dioſcorid. de Mater. Med. lib. 3. cap. 26. (2) Vide Lib. II. Lambec. Comment. pag. 565. (3) Vide Operum *Galeni* editionem Græcam Baſileenſem Tom. IV. pag. 198, verſ. 10. (4) Vide jam citatam Operum *Galeni* editionem Tom. IV. pag. 216, verſu ultimo. (5) Ἀνώδυνον vocatur Medicamentum mediocriter calidum, dolorem leniens.

Ægyptii, Epiſtolam Aſtrologicam ad Nechepſon Regem (1) *Aſſyriorum cum adjunctâ figurâ Organi Aſtrologici, per quod de vitâ & morte ægrotantium poteſt judicari.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Epiſtolæ* ſunt hæc: Ὄργανον ἀστρολογικόν. Ἐπιστολὴ Πετοσίρεως πρὸς Νεχεψῶ Βασιλέα Ἀσσυρίων. Ψῆφος σεληνιακὴ, δι' ἧς ἐστὶν τὸν ἐπισκεπτόμενον περὶ νοσοῦντος &c. Plura, ſi placet, vide Lib. VI. *Commentariorum Lambecianorum* pag. 94, 95, 96.

Sextò, & quidem à fol. 45 pag. 1, uſque ad fol. 60 pag. 1, *HIPPOCRATIS Aphoriſmi in Tmemata ſive Sectiones ſeptem diviſi*, quarum *ultima* integro ferè folio in fine auctior eſt, quàm in ultimâ editione *Foeſianâ* Genevenſi græco-latinâ anni 1657 in folio.

Septimò, & quidem à fol. 60 pag. 1, uſque ad fol. 69 pag. 2, *EJUSDEM Prognoſticon*, ſive, *Liber Prænotionum*, diviſus in *tria Tmemata* ſive *Sectiones*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ Προγνωστικόν. Τμῆμα ά. Τὸν ἰητρὸν δὲ δοκέει μοι &c.

Octavò, & quidem fol. 69 pag. 2, *EJUSDEM Epiſtola ad Ptolemæum Regem*, cujus inſcriptio & principium: Ἐπιστολὴ Ἱπποκράτους πρὸς Πτολεμαῖον. Ἐπιμελόμενοι τῆς σῆς ὑγείας ὦ Βασιλεῦ, &c. Deeſt autem finis.

Nonò, & quidem à fol. 70 pag. 1, uſque ad fol. 92 pag. 1, *GALENI* Ὅροι ἰατρικοί, ſive, *Definitiones Medicæ*, quarum principium deeſt uſque ad hæc verba: - - - - (2) σαυτὸν τὰ κατὰ ἰατρικήν. Ὅτι μὲν (3) φιλαλήθως λέγομεν δυνατὸν μανθάνειν. In ſuprà citatâ autem Operum *Galeni* editione græcâ Baſileenſi incipiunt illæ his verbis: (4) Τὴν τῶν ὅρων πραγματείαν &c. Quod porrò ad finem earundem *Definitionum* attinet, differunt illæ non mediocriter ab editione impreſſâ, & aliquanto auctiores ſunt, clauditúrque totum Opuſculum hâc ſubſcriptione: Τέλος σὺν Θεῷ τῶν ὅρων.

Decimò, & quidem à fol. 91 pag. 1, uſque ad fol. 92 pag. 1, *EJUSDEM Libellus de optimis ſecundùm naturam urinis*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ περὶ τῶν ἀρίστων κατὰ φύσιν οὔρων. Ἐπὶ τῶν πυρετικῶν &c.

Undecimò, & quidem à fol. 92 pag. 1, uſque ad fol. 95 pag. 1, *EJUSDEM Liber de Urinarum differentiâ*, cujus titulus & principium: Σύνοψις περὶ τῆς τῶν οὔρων διαφορᾶς. Τῶν οὔρων πολλαὶ μὲν κατὰ γένος διαφοραὶ, &c. Vide ſuprà citatam Operum *Galeni* editionem græcam Baſileenſem Tom. IV. pag. 410; ubi pro κατὰ γένος perperàm legitur κατὰ μέρος.

Duodecimò, & quidem à fol. 95 pag. 1, uſque ad fol. 106 pag. 2, *EJUSDEM Liber de Pulſu* (5) *ad Teuthran*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ περὶ σφυγμῶν πρὸς Τεύθραν. (6) Ὅσα τοῖς εἰσαγομένοις, φίλτατε Τεύθραν, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 107 pag. 1, uſque ad fol. 113 pag. 2, *STEPHANI Athenienſis Archiatri, Libellus de Febrium differentiâ*, exceptus ex ore Theophili, qui ſine nomine Autoris inſcribitur atque incipit his verbis: Περὶ διαφορᾶς πυρετῶν ἐν ἐπιτομῇ. Σκοπὸν ἔχομεν ἐν τῷ παρόντι συγγράμματι, περὶ τῆς τῶν πυρετῶν διαφορᾶς σύντομον ἐκθέσθαι παράδοσιν, &c.

Decimo

(1) A *Julio* autem *Firmico* appellatur *Imperator Ægypti*. Similiter etiam ab *Aëtio Amideno* Tetrabibli primæ Sermone primo, paginâ primâ folii quinti editionis græcæ Venetæ Aldinæ A. 1534 in folio, appellatur Νεχεψὼ ὁ Αἰγύπτιος, hoc eſt, *Nechepſon Ægyptius*. Vide etiam eundem *Aëtium* Tetrabibl. 2. Serm. 2, fol. 121. pag. 1, ubi vocatur Νέχεψ ὁ βασιλεύς, hoc eſt, *Nechepſ Rex*. (2) Vide Operum *Galeni* editionem græcam Baſileenſem Tom. IV. pag. 391, ṿ. 8. (3) In jam citatâ editione legitur ἀληθῶς. (4) Vide ibid. Tom. IV. pag. 390. (5) Inſcribitur is vulgò *Liber de pulſibus ad tyrones*, vel, *ad eos, qui introducuntur*. (6) Vide ſuprà citatam Operum *Galeni* editionem græcam Tom. III. pag. 1.

Decimo quartò, & quidem à fol. 113 pag. 2, uſque ad fol. 145 pag. 2, *PAULI ÆGINETÆ Rei Medicæ Liber ſextus de Chirurgiâ*, qui ſine ullâ Autoris mentione inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἐν τούτῳ τῷ βιβλίῳ περὶ τῶν χειρουργουμένων λέγεται, τῶν κατὰ σάρκα, καὶ τῶν ἐν τοῖς ὀστοῖς θεωρουμένων, ἅπερ ἐν τῷ περὶ καταγμάτων καὶ τῶν ἐξαρθρημάτων συμπεραίνεται λόγῳ. Προοίμιον τῶν χειρουργουμένων.

Decimo quintò, & quidem à fol. 146 pag. 1, uſque ad fol. 168 pag. 1, *LEONIS Philoſophi & Medici Synopſis* ſive *Compendium Medicinæ ad* quendam *Georgium* diviſa in *Libros ſeptem*, qui in univerſum conſtant *ſeptuaginta ſeptem Capitibus*. Ipſa *Synopſis* incipit hoc modo: Λέοντος Φιλοσόφου Προοίμιον ἤτοι Σύνοψις τῆς Ἰατρικῆς. Οὐχ ἅπαξ οὐδὲ δὶς, ἀλλὰ πολλάκις ἤτησάς με, γνησιώτατε Γεώργιε, &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 168 pag. 1, uſque ad fol. 262 pag. 2, ex (1) *ORIBASII* (2) *Pergamenſis*, qui *Imp. Juliani Apoſtatæ* fuit Medicus, familiaris & promotor ad Imperium *magno* (3) *ſeptuaginta Librorum Syntagmate Medico*, jam memorati *Imp. Juliani* juſſu collecto, ANONYMI cujuſdam Autoris *Eclogæ* ſive *Excerpta variorum Remediorum*, quæ inſcribuntur atque incipiunt hoc modo: Ἐκ τοῦ βίβλου Ὀρειβασίου τοῦ πρὸς Ἰουλιανὸν τὸν Βασιλέα Ἐκλογαὶ βοηθημάτων. Κεφάλαιον ά περὶ Κεφαλαλγίας. Εἰ μὲν ἐν πυρετοῖς κεφαλαλγεῖν συμβαίνει, φλεβοτομεῖν &c. Diviſæ ſunt hæ *Eclogæ* in *Capita*, ſed injuriâ temporis in fine ſunt mutilæ, ultimúmq; Caput ibi nunc eſt *centeſimum quadrageſimum octavum*.

XX.

VIGESIMUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *quadringentis octoginta octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 455 pag. 2, *CONSTANTINI* (4) *RHEGINI*, *Protoſecretarii* primùm *Roberti Guiſcardi*, Nortmannorum, Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ Ducis, & poſteà *Monachi Caſinenſis*, qui aliàs à patriâ ſuâ *Conſtantinus Africanus* appellatur, *Opus Medicum de omnium ferè morborum, qui homini accidere poſſunt, cognitione & curatione*, inſcriptum *Viatica peregrinantis*, & in *Libros ſeptem* diviſum, quod is in *Græcum* ſermonem vertit ex *Syriaco*, quo illud partim ab *Epro filio Zaphar nepote Elgzezar*, partim autem ab *Achmede filio Abramii, nepote Chaletis Medici*, primùm fuit compoſitum. Prodiit quidem hoc Opus Baſileeæ apud Henricum Petri anno 1536 in folio, ſed *latinè* tantùm, & valdè mutilè ac imperfectè, ideóque ſingulorum Librorum titulos & principia ex hoc Codice manuſcripto fideliter ſubjunxit Celeberrimus Lambecius Lib. VI. Comment. pag. 126, 127, 128, 129, 130, &c. ad quem Benevolum Lectorem brevitatis causâ remitto.

Secundò, & quidem à fol. 455 pag. 2, uſque ad fol. 460 pag. 1, *Fragmentum Libelli EJUSDEM de Urinis*, cujus titulus & principium: Περὶ οὔρων. Τὸ οὖρον τὸ ῥοῦσιον &c.

Vide

(1) Vide Vitam ipſius ab *Eunapio Sophiſtâ*, autore ſynchrono, conſcriptam. (2) Nempe ſecundum *Eunapium*; cui major hâc in re habenda eſt fides quàm *Suidæ*, qui ipſum cognominat *Sardianum*, confundens videlicet *Oribaſium Pergamenſem* cum *Jonico Sardiano*, Medico itidem clariſſimo, qui *Oribaſii* fuit familiaris, un teſtatur *Eunapius*, in vitâ *Zenonis* & *Jonici*. (3) Vide Operum *Oribaſii* editionem latinam *Joannis Baptiſtæ Raſarii* Baſileenſem A. 1557. in octavo, Tomo ſecundo. (4) Cognomen hoc *Conſtantinus* ille accepit à præcipuâ commoratione ſuâ in Calabriæ Ulterioris ſive Inferioris Metropoli *Rhegio*, poſtquam is ex Africâ in Italiam profectus, *Roberti Guiſcardi*, Nortmannorum, Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ Ducis, factus eſt *Protoſecretarius*.

Vide Operum Conſtantini Africani editionem latinam Baſileenſem pag. 208, & Librum *primum* Lambec. Comment. pag. 184, ubi fit mentio ejuſdem *Operis de Urinis*, ſed *manuſcripti*, & ex *Arabicâ* in *Hebræam* Linguam tranſlati.

Tertiò, & quidem à fol. 460 pag. 1, uſque ad fol. 466 pag. 1, *EJUSDEM Antidotarium ex Latinâ in Græcam Linguam tranſlatum*, cujus titulus & principium: Ἐισαγωγικὴ μέθοδος Ἀντιδοταρίε ἐκ τῆς ῥωμαϊκῆς διαλέκτε μεταπεθεῖσα ἐις τὴν ἑλλάδα. Ἀντίδοτος ἡ χρυσὴ &c.

Quartò, & quidem à fol. 466 pag. 1, uſque ad fol. 484 pag. 1, JOANNIS, *filii Meſuæ* ſive *Moyſis*, *Damaſceni*, *Medici Arabis celeberrimi*, qui, ſecundùm *Euonymum Philiatrum*, ſive *Conradum Geſnerum* in Præfatione Theſauri de Remediis ſecretis, circa annum Chriſti 1158 claruit, *Liber de ſimplicibus medicamentis purgantibus*, in *quinque Tmemata* ſive *Sectiones* diviſus, & perperàm attributus *S. Joanni Damaſceno*, ſtrenuo Catholicæ Fidei propugnatori & defenſori adverſus *Imp. Leonem Iſaurum* ejuſque filium *Imp. Conſtantinum Copronymum*, & alios hæreticos *Iconoclaſtas*, qui circa annum Chriſti 750 obiit. Inſcribitur itaque is & incipit hoc modo: Σύγγραμμα σὺν Θεῷ, ὃ διέθετο Ὁ ἘΝ ἉΓΊΟΙΣ ἸΩΆΝΝΗΣ Ὁ ΔΑΜΑΣΚΗΝῸΣ περὶ τῶν κενέντων φαρμάκων καὶ τῆς φύσεως αὐτῶν καὶ τῆς ἰδιότητος καὶ δυνάμεως, καὶ μετὰ ποίων ἑτέρων εἰδῶν σμιγῆναι δεῖ τὰ ὀξέα φάρμακα καὶ δριμύτατα πρὸς τὸ ἐλαττῶσαι τὴν βλάβην αὐτῶν καὶ δακνότητα. Τμῆμα α. &c. Vide, ſi placet, Librum VI. Commentariorum Lambecianorum pag. 131, 132.

Quintò, & quidem à fol. 484 pag. 1, uſq; ad fol. 488 pag. 2, ex *PAULI ÆGINETÆ Libro ſeptimo Caput vigeſimum quintum* περὶ ἀντεμβαλλομένων ἐκ τῶν Γαληνῦ, hoc eſt, *de medicamentis inter ſe viciſſim ſuccedaneis*; cujus principium: Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, φησὶν, ἐπί τινος γυναικὸς &c. Deeſt autem finis, ejuſque loca adjecta ſunt alia quædam *miſcellanea Medica ex Galeno*, quorum principium: Ἱερὰ Γαληνῦ, ἡ σύνθεσιν ἔχει ὕτως.

Sextò, & quidem fol. 4 pag. 2 extra ordinem, ANONYMI cujuſdam Autoris *Chronologia Imperatorum Conſtantinopolitanorum ab Imp. Conſtantino Magno uſque ad Imp. Andronicum Comnenum*, qui A. C. 1185 d. 12 Septembris à furibundâ plebe Conſtantinopolitanâ crudeliſſimè interfectus eſt. Principium ejus eſt: Ὁ μέγας Κωνσαντῖνος ἐβασίλευσεν ἔτη λβʹ· &c; finis autem: Ἀνδρόνικος ἔτη γʹ.

XXI.

VIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis ſeptuaginta novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *ANONYMORUM quorundam Autorum Opuſcula Medica græco-barbara*, quorum *primum*, quod eſt *Epitome Artis Medicæ*, inſcribitur atque incipit his verbis: Βίβλος α ἰατρικῆς τέχνης ἐις τὰς καθόλε μεθόδες καὶ σημεῖα, &c. Πρῶτη ἀρχὴ ἐκ τῆς ἰατρικῆς τέχνης, ἵνα γινώσκεις ἐις τί καταγίνεται, &c.

XXII.

VIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtatque foliis *centum nonaginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo GALENI περὶ τῶν πεπονθότων τόπων, ſive, *de Locis affectis Libri ſex* integri, cum *anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholiis græcis marginalibus*. Primus eorum Librorum ſine ullâ inſcriptione ſive Titulo, incipit, ut in impreſſis editionibus, his verbis: (1) Τόπους ὀνομάζουσι τὰ μόρια τοῦ σώματος οὐχ οἱ νεώτεροι μόνον, ἀλλὰ &c.

XXIII.

VIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtatque foliis *centum & octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 80 pag. 1, HERMETIS TRISMEGISTI, ſive, *Mercurii Ter-Maximi*, qui ſeculo ante Chriſtum *decimo ſexto*, quo *Moyſes* natus eſt, floruit, *varia ſuppoſititia Opuſcula Medica & Aſtrologica ad diſcipulum ſuum Aſclepium* ſive *Æſculapium*: quorum *primum de Herbis ſacris duodecim Signorum Zodiaci & ſeptem Planetarum*, inſcribitur atque incipit his verbis: Βίβλος ἰατρικὴ σύντομος τοῦ ΤΡΙΣΜΕΓΙΣΤΟΥ ἙΡΜΟΥ κατὰ μαθηματικῆς ἐπιστήμης καὶ φυσικῆς ἀποῤῥοίας τῶν ἄστρων, ἐκδοθεῖσα πρὸς τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Ἀσκληπιὸν, περὶ ἱερῶν βοτανῶν καὶ χυλώσεως. (2) Μακαρίας παρὰ θεῶν τιμῆς Ἑρμῆς τετυχηκὼς, &c. Κριοῦ βοτάνη ἐστὶ ἐλελίσφακον &c; *ſecundum de Triginta ſex Decanis duodecim Signorum Zodiaci*: Ἑτέρα βίβλος Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου ἱερὰ πρὸς τὸν αὐτὸν μαθητὴν Ἀσκληπιόν. Τῶν ἐν τοῖς ζῳδίοις τριάκοντα ἓξ Δεκανῶν τάς τε μορφὰς καὶ τὰς ἰδέας ὑποτέταχά σοι, &c; *tertium de Animalibus volatilibus*: Βίβλος ἰατρικὴ σύντομος τοῦ Τρισμεγίστου Ἑρμοῦ κατὰ μαθηματικῆς ἐπιστήμης καὶ φυσικῆς ἀποῤῥοίας τῶν ζώων τῶν πτηνῶν, ἐκδοθεῖσα πρὸς τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Ἀσκληπιόν. Περὶ ἀετοῦ. Ἀετὸς &c; *quartum de Animalibus quadrupedibus ſeu terrenis*: Ἑρμοῦ Τρισμεγίστου κατὰ μαθηματικῆς ἐπιστήμης καὶ φυσικῆς ἀποῤῥοίας τῶν τετραπόδων ἢ χερσαίων ζώων, ἐκδοθεῖσα πρὸς τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Ἀσκληπιόν. Ἀρχὴ τοῦ Α στοιχείου. Περὶ ἄρκου. Ἄρκος θηρίον ἐστὶ ζῶον &c; *quintum de Animalibus aquatilibus*: Τοῦ Τρισμεγίστου Ἑρμοῦ κατὰ μαθηματικῆς ἐπιστήμης καὶ φυσικῆς ἀποῤῥοίας τῶν ἐναλίων, ἰχθύων τε καὶ ναυτῶν, ἐκδοθεῖσα πρὸς τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Ἀσκληπιόν. Ἀρχὴ τοῦ Α στοιχείου. Περὶ ἀετοῦ θαλασσίου. Ἀετὸς ἰχθύς ἐστιν ἀλέπιδος &c; *ſextum de Gemmis ſeu Lapidibus pretioſis*: Τοῦ Τρισμεγίστου Ἑρμοῦ κατὰ μαθηματικῆς ἐπιστήμης καὶ φυσικῆς ἀποῤῥοίας τῶν ἄστρων τε καὶ λίθων δυνάμεων, ἐκδοθεῖσα πρὸς τὸν μαθητὴν αὐτοῦ Ἀσκληπιόν. Κρόνου λίθος Ζαφεῖρον &c; *ſeptimum de Characteribus ſive Notis Ponderum & Menſurarum*: Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου περὶ τῶν δηλούντων τοὺς σταθμοὺς διὰ τῶν χαρακτήρων. Ὁ μακάριος τρισκραταιόφρων Ἑρμῆς, ὁ καὶ τιμῆς μεγάλης τετυχηκὼς &c, εἰς ταῦτα πάντα παραδέδωκεν ἡμῖν καὶ περὶ τῶν σταθμῶν, ὅτι γε ὁ σταθμὸς βάρει μετρούμενος &c; *octavum de Melomantia*, ſive *de Divinatione ex membris humani corporis*: Ἑρμοῦ

(1) Vide Operum *Galeni* editionem græcam Baſileenſem Tom. III. pag. 248. (2) Hæc eſt *Præfatio*.

Τρισμεγίςε περὶ τῶν μελῶν τοῦ ἀνθρώπου, ὅταν λαγγέβων, γνώριζε οὕτως. Ὀφρὺς (1) δεξιὸς ἐὰν ἅλληται, ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ νόσον τῷ ἐλευθέρῳ δηλοῖ, τῷ δὲ δούλῳ ὕβριν. Ὀφρὺς ἀριςερὸς &c; *nonum de* (2) *Arithmomantiâ*, ſive, *de Divinatione ex numeris*: Τοῦ αὐτοῦ Τρισμεγίςου Ἑρμοῦ &c.

Secundò, & quidem à fol. 81 pag. 1, uſque ad fol. 95 pag. 2, S. METHODII *Martyris*, *Patarorum in Lyciâ Epiſcopi, ſuppoſititiæ Prophetiæ ſeu Revelationes*, quarum titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΜΕΘΟΔΙΟΥ Ἐπισκόπου Πατάρων λόγος ἠκριβωμένος περὶ τῆς βασιλείας τῶν ἐθνῶν, καὶ εἰς τοὺς ἐσχάτους καιροὺς ἀκριβὴς ἀπόδειξις. Ἰςέον ὡς ὅτε ἐξελθόντες ὅτε Ἀδὰμ καὶ ἡ Εὔα ἐκ τοῦ παραδείσου, παρθένοι ἐτύγχανον. ἐν δὲ τῷ τριακοςῷ χρόνῳ &c. Plura de his *ſuppoſititiis Revelationibus* vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 201, 202.

Tertiò, & quidem à fol. 96 pag. 1, uſque ad fol. 108 pag. 1, *Varia ORACULA* ſive *VATICINIA CONSTANTINOPOLITANA*: quorum *primum*, quod eſt *Gennadii Scholarii, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Expoſitio Vaticinii cujuſdam ſuppoſititii de Imperio Romano Orientali & de Imperio Turcico, quod traditur inſculptum fuiſſe lapidi marmoreo ſepulcri Imp. Conſtantini Magni*, inſcribitur atque incipit his verbis:

T A T IN H B T IMΛ

Τῇ πρώτῃ τῆς Ἰνδίκτου ἡ βασιλεία τοῦ Ἰσμαὴλ &c.

Plura de hoc ſuppoſititio Vaticinio vide Libri *quinti* Lambec. Comment. pag. 15 & 16. *Secundum* jam memoratorum *Vaticiniorum cum adjunctâ explicatione* eſt hoc: Χρησμὸς τῆς πόλεως Κωνςαντίνου. Ἔφαγε τὸ μιαρὸν ποντίκη &c; Ἑρμηνεία. Ἐπαναςήσονται κατὰ τῆς Ῥωμαίων βασιλείας ὁ Ἰσμαὴλ, οἱ υἱοὶ Ἀγὰρ &c; *Tertium Vaticinium*, quod *Imp. Leoni Philoſopho* ſeu *Sapienti* attribuitur, eſt hoc: Χρησμὸς κυροῦ Λέοντος τοῦ Σοφοῦ. Βύζαντος αὐλὴ, ἑςία Κωνςαντίνου, &c. *Quartum Vaticinium cum adjunctâ B. Joannis Capiſtrani Explicatione* eſt hoc: Χρησμὸς ἀςρονομίας. Βασιλεύσει δὲ ὁ τούτου υἱὸς &c. Ἑρμηνεία Χρησμοῦ ἀςρονομίας. Ἀδελφὸς (3) ΙΩΑΝΝΗΣ δὲ ὁ ΚΑΠΙΣΤΡΑΝΟΣ πᾶσι τοῖς τὰς παρούσας γραφὰς εἰδοῦσι σωτηρίαν. Χάρις τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὤφθαι μεταδείξεις ἐν τῷ χιλιοςῷ πεντακοσιοςῷ ἔτει ἀπὸ τῆς Χριςοῦ σαρκώσεως &c. *Quintum Vaticinium* eſt hoc: Περὶ τοῦ θεοδοξάςου Βασιλέως. Ὁ θεοδόξαςος Βασιλεὺς· ἄρχεται τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ δωδεκάτου ςοιχείου &c. *Sextum*: Πρὸς τὴν πόλιν, καὶ τὴν Ῥώμην, καὶ τὴν Σιών. Νέα Βαβυλὼν, τὴν Σιὼν νῦν συγχαίρου· &c. *Septimum Vaticinium*, quod falsò adſcribitur *Sibyllæ Erythrææ*: Χρησμὸς Σιβύλλας Ἐρυθραίας. Ἧκεν Βασιλεὺς πεμφθεὶς θεόθεν &c. Sequuntur deinde ibidem alia ejuſdem generis *Oracula* ſive *Vaticinia viginti quatuor*, quæ *Leoni Sapienti* vulgò attribuuntur.

XXIV.

VIGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *quatuordecim*. Continentur eo *Collectanea quædam Medica*, & inter hæc ARTAXERXIS *Regis Epiſtola ad Pætum*, cujus principium: Βασιλεὺς βασιλέων Ἀρταξέρξης (4) Παίτῳ χαίρειν. Νοῦσος προσεπέλασεν &c; PÆTI *Epiſtola reſponſoria ad Arta-*

(1) Ὀφρὺς perperàm genere maſculino, cùm aliàs uſurpetur genere fœmin. (2) Vide *Caſpari Peuceri* Comment. de præcipuis Divinationum generib. fol. 224 & 225. (3) Plura de hoc *Beato Joanne Capiſtrano, Ord. Frat. Minorum*, qui A. C. 1456 obiit, vide ap. R. P. *Philip. Labbeum* S. J. Tom. I. Diſſert. Hiſtor. & Philolog. de Scriptoribus *Eccleſiaſticis* pag. 518 & 519. (4) In ipſo Codice MSto pro Παίτῳ ubique conſtanter ſcribitur Πάιτῳ.

Artaxerxem in laudem Hippocratis, cujus principium: Τὰ φυσικὰ βοηθήματα &c; ARTAXERXIS *Epiſtola ad Hyſtanem Helleſponti Præfectum de Hippocrate*, cujus principium: Ἱπποκράτης ἰητρὸς Κῶος &c; HYSTANIS *Epiſtola ad Hippocratem*, cujus principium: Βασιλεὺς μέγας Ἀρταξέρξης σε χρήζων &c; HIPPOCRATIS *Reſcriptum ad Hyſtanem*, cujus principium: Πρὸς τὴν ἐπιστολὴν &c; HIPPOCRATIS *Epiſtola ad Demetrium*: Βασιλεὺς Περσέων ἡμέρας &c; HYSTANIS *Epiſtola ad Artaxerxem*: Ἣν ἔπεμψας ἐπιστολὴν &c; ARTAXERXIS *Epiſtola ad Coos contra Hippocratem*: Δότε ἐμοῖς ἀγγέλοις &c; COORUM *Reſcriptum ad Artaxerxem pro Hippocrate*: Ἔδοξε τῷ δάμῳ &c; SENATUS POPULIque ABDERITANI *Epiſtola ad Hippocratem de Democrito*: Κινδυνεύεται τὰ μέγιστα &c; HIPPOCRATIS *Reſcriptum ad Senatum Populúmque Abderitanum*: Ὁ πολίτης ὑμέων Ἀμελησαγόρης &c. Exſtant omnes jam memoratæ Epiſtolæ græcè & latinè in *Syntagmate Epiſtolarum Græcarum mutuarum*, Aureliæ Allobrogum ſive Genevæ ſumptibus Caldorianæ Societatis A. 1606 edito in folio, pag. 317, 318, 319, & in Sectione octavâ Operum *Hippocratis*, Genevæ A. 1657 græcè & latinè in folio editorum, pag. 1271, 1272, & 1273.

XXV.

VIGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum viginti quatuor*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 9 pag. 2, SYMEONIS SETHI *Lexicon Botanicum*, cujus titulus & principium: Συμεὼν τοῦ Σὴθ Λεξικὸν κατὰ ἀλφάβητον, ἑρμηνεῦον ἀκριβῶς τὰς βοτάνας. Ἄμωμον ἐστὶ ῥίζα τοῦ πενταφύλλου. Ἄγχουσα ἐστὶ &c.

Secundò, & quidem à fol. 10 pag. 1, uſque ad fol. 11 pag. 1, *Excerpta quædam de Characteribus ſive Notis ponderum & menſurarum Medicarum ex* PAULI ÆGINETÆ *Capite vigeſimo ſexto ſive ultimo Libri ſeptimi*; quorum titulus & principium: Περὶ τῶν δηλούντων τοὺς σταθμοὺς καὶ τὰ μέτρα χαρακτήρων. Ἀλλ᾽ ἐπειδὴ τινὲς οὐχ᾽ ὁλογραμμάτως, ἀλλὰ διὰ χαρακτήρων &c.

Tertiò, & quidem à fol. 11 pag. 1, uſque ad fol. 121 pag. 1, *Excerpta varia ex GALENO*, inter quæ præcipuè eſt *Epitome alphabetica* (1) *Libri ſexti, ſeptimi, octavi & noni* περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεως, ſive, *de Simplicium medicamentorum facultatibus*; quæ inſcribitur atque incipit hoc modo: Περὶ τῶν ἐν τοῖς κατὰ μέρος ἁπλοῖς φαρμάκων δυνάμεων. Ἀβρότονον θερμαίνει καὶ ξηραίνει &c.

Quartò, & quidem à fol. 122 pag. 1, uſque ad fol. 124 pag. 2, LEXICI BOTANICI *fragmentum*, cujus principium: Ἀκάνθιον ἐμφερῆ τὰ φύλλα ἔχει τῇ λευκῇ ἀκάνθῃ, &c.

XXVI.

VIGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *quadringentis quadraginta tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

(1) Vide Operum *Galeni* editionem Græcam Baſileenſem Tom. II. à pag. 67 uſque ad pag. 130.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 119 pag. 2, JOANNIS cognomine ACTUARII, *filii Zachariæ Libri ſeptem de Urinis*, quorum *primus* principio caret Præfationis uſque ad hæc verba: λεγόντων τε καὶ πειθόντων, οὐχ ἥκιστ' ἄν τις &c.

Secundò, & quidem à fol. 120 pag. 1, uſque ad fol. 173 pag. 1, *EJUSDEM Libri duo de Spiritûs animalis actionibus & nutritione ad* (1) *Joſephum Rhacendytam*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ αὐτοῦ περὶ ἐνεργειῶν τοῦ ψυχικοῦ πνεύματος πρὸς τὸν φιλοσοφώτατον κύριον Ἰωσήφ. Ἐπειδὴ δέ σου ταῖς ἐναγχός τε καὶ πρότερα περὶ φιλοσόφοις θεωρήμασι συνουσίαις &c; ſecundus autem: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν περὶ διαίτης τροφῶν. Ὁποῖόν τι ἐν ταῖς κατὰ τὸν βίον ἡμῶν χρήσεσι &c. Exſtant ii in *Henrici Stephani Syntagmate veterum Medicæ Artis Principum Græcorum & Latinorum*, Pariſiis A. 1567 edito in folio, ſed tantùm *latinè Julio Alexandrino Tridentino* interprete; *græcè* autem ſeorsùm prodierunt curâ ac ſtudio *Jacobi Goupyli* Pariſiis apud Martinum Juvenem A. 1557 in octavo.

Tertiò, & quidem à fol. 173 pag. 1, uſque ad fol. 244 pag. 1, *EJUSDEM Epitome* ſive *Compendium totius Artis Medicæ*, in *Capita nonaginta novem* diviſum, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ βιβλίον ἰατρικὸν περιέχον πᾶσαν τέχνην ἐν ἐπιτόμῳ. Ἐπειδή σοι εἰς τὴν ὑπὲρ τοῦ γένους ἡμῶν στελλομένῳ πρεσβείαν ἐπὶ τοὺς ὑπερβορείους Σκύθας &c. Plura vide Lib. VI. Comment. Lambec. pag. 111, 112, 113.

Quartò, & quidem à fol. 244 pag. 1, uſque ad fol. 267 pag. 2, *EJUSDEM Liber tertius de Methodo medendi*, cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου (2) Ὀκταρίου κυρίου Ἰωάννου βιβλίον θεραπευτικῆς μεθόδου. Ἐπειδὴ πᾶσα διδασκαλία καὶ μέθοδος πρός τι τέλος &c. Vide *Henrici Stephani* editionem latinam Pariſinam pag. 191.

Quintò, & quidem à fol. 268 pag. 1, uſque ad fol. 303 pag. 1, *Liber de Methodo medendi*, cujus titulus & principium: Θεραπευτικῆς μεθόδου βιβλίον (3) δεύτερον. Ἐδόκει μοι διὰ βραχέων πάντων ἐπιμνησθῆναι &c. Vide *Henrici Stephani* editionem latinam Pariſinam pag. 289.

Sextò, & quidem à fol. 303 pag. 1, uſque ad fol. 306 pag. 2, *ex PAULI ÆGINETÆ Libro ſeptimo Rei Medicæ Caput vigeſimum quintum de Medicamentis ſuccedaneis*, ſive, *quorum uſus habetur reciprocus*, *ex Galeno*. Inſcribitur autem illud atque incipit hoc modo: Παύλου Αἰγινήτου ἰατροσοφιστοῦ κεφάλαιον κέ ἐκ τῆς ζ' βιβλίου, τοῦ ἐπιγράφοντος, ἐκ τῶν Γαληνοῦ περὶ ἀντεμβαλλομένων. Ἐν Ἀλεξανδρείᾳ φησὶν &c.

Septimò, & quidem à fol. 307 pag. 1, uſque ad fol. 350 pag. 1, ACTUARII *Liber quartus de Methodo medendi*, cujus titulus & principium: Περὶ θεραπευτικῆς μεθόδου τῶν κατὰ μέρος παθῶν. Ἡ μὲν παροιμία φησὶ, χελώνης κρέα φαγεῖν ἢ μὴ φαγεῖν, &c. Vide *Henrici Stephani* editionem latinam Pariſinam pag. 213.

Octavò, & quidem à fol. 350 pag. 1, uſque ad fol. 415 pag. 2, *EJUSDEM Liber quintus de Methodo medendi*, *in Capita trecenta viginti diviſus*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ σοφωτάτου Ὀκταρίου θεραπευτικῆς μεθόδου βιβλίον πέμπτον. Ἤδη σοι καὶ τὸν ἐπὶ τοῖς τέσσαρσι βιβλίοις ἐπιλιθέμενον λόγον, ὃς πέμπτος &c. Vide *Henrici Stephani* editionem latinam Pariſinam pag. 249.

Nonò,

(1) De hujus *Joſephi Rhacendytæ* ſeu *Rhacendittæ* variis ſcriptis Philoſophicis conſule *Joan. Jacobi Friſii* Bibliothecam Univerſalem lit. I. Vide etiam ipſius *Actuarii* Præfationem Libri ſecundi de Methodo medendi. (2) Ὀκτάριος corruptè pro Ἀκτουάριος; quæ vox tùm apud *Latinos*, tùm apud *Græco-barbaros* ſignificat ſcribam, qui Acta publica vel Actiones cauſidicorum in judicio velociter excipit, ideóque apud *Quintilianum* à *Notis*, ſive abbreviatâ ſcripturâ, etiam vocatur *Notarius*. (3) Vide *Pauli Æginetæ* editionem græcam Baſileenſem A. 1538 in folio pag. 302.

Nonò, & quidem à fol. 416 pag. 1, uſque ad fol. 444 pag. 2, THEOPHANIS *Synopſis compendiaria totius Medicæ Artis*, juſſu *Imp. Conſtantini Porphyrogeniti ex Oribaſii* potiſſimùm ſcriptis collecta, & in *quatuor Libros* diviſa, quorum *primus* incipit hoc modo: Πίναξ σὺν Θεῷ τοῦ πρώτου λόγου. Κεφάλαιον ά περὶ τειχῶν ῥευσῶν. Κεφάλαιον β', διαφυλακτικὰ τειχῶν. &c. Προοίμιον. Τὰς προσταχθείσας ἐπιτομὰς παρὰ τῆς σῆς θειότητος ἐκ Θεοῦ Αὐτοκράτορ, περὶ τῆς τῶν ἰατρικῶν θεωρημάτων συναγωγῆς ἔσπευσα κατὰ τὸ δυνατὸν, &c.

XXVII.

VIGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum viginti tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 90 pag. 1, THEOPHANIS *Synopſis compendiaria totius Artis Medicæ*, *juſſu Imp. Conſtantini Porphyrogeniti ex Oribaſii potiſſimùm ſcriptis collecta*, & non in *Libros*, ſed tantùm in *Capita ducenta nonaginta ſex* diviſa, cujus *Præfatio* inſcribitur atque incipit hoc modo: Πρὸς Κωνσταντῖνον τὸν Πορφυρογέννητον Βασιλέα Σύνοψις ἐν ἐπιτομῇ τῆς ἰατρικῆς ἁπάσης τέχνης Ὀρειβασίου. Τὰς προσταχθείσας ἐπιτομὰς παρὰ τῆς σῆς θειότητος, ἐκ Θεοῦ Αὐτοκράτορ, περὶ τῆς τῶν ἰατρικῶν θεωρημάτων συναγωγῆς ἔσπευσα κατὰ τὸ δυνατὸν &c.

Secundò, & quidem fol. 90 pag. 2, *VETERUM quorundam SCRIPTORUM Græcorum ethnicorum Prædictiones & Teſtimonia de Chriſto & Chriſtianâ Religione*: nempe (1) *Ariſtotelis*, *Plutarchi*, *Sibyllæ*, *Platonis*, *Thucydidis*, & *Sophoclis*. Inſcribuntur ea atque incipiunt hoc modo: Τῶν σοφωτάτων ἑλλήνων προρρήσεις. Ἀριστοτέλους. Ἀκάματος Θεοῦ γέννησις· ἐξ αὐτοῦ γὰρ ὁ αὐτός. &c.

Tertiò, & quidem à fol. 91 pag. 1, uſque ad fol. 99 pag. 2, SYMEONIS SETHI *Lexicon botanicum græco-barbarum*, cujus titulus & principium: Ἑρμηνεία καὶ λέξις τῶν βοτανῶν κατὰ (2) ἀλφαβήτου. Ἄμωμον ἐστὶ ῥίζα τῆς πενταφύλλου. &c. Vide *Joan. Jacobi Friſii* Bibliothecam Univerſalem literâ S, ubi agitur de *Setho*, & *Leonis Allatii* Diatribam de *Symeonum* ſcriptis pag. 181.

Quartò, & quidem à fol. 99 pag. 2, uſque ad fol. 100 pag. 2, *EJUSDEM Synopſis de Urinis*, cujus titulus & principium: Σύνοψις περὶ οὔρων. Οὖρον καθαρὸν καὶ νέφος ἐπάνω αὐτοῦ &c.

Quintò, & quidem à fol. 101 pag. 1, uſque ad fol. 104 pag. 2, DIOCLIS CARISTII *Epiſtola ad Antigonum Regem de morborum præſagiis & eorundem extemporaneis remediis*, cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ Διοκλέους προφυλακτικὴ πρὸς Ἀντίγονον Βασιλέα. Διοκλῆς Ἀντιγόνῳ Βασιλεῖ. Ἐπειδή σοι συμβαίνει (3) μυσικωτάτῳ πάντων Βασιλέων γεγονέναι, &c.

Sextò, & quidem à fol. 104 pag. 2, uſque ad fol. 106 pag. 1, *Excerpta tria de Ponderibus Medicis ex* HERMETE TRISMEGISTO, PAULO ÆGINETA, & PYROPULO; quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἐκ τοῦ Τρισμε-

(1) Recenſentur ea nomina hîc eo ordine, quo exſtant in ipſo Codice MSto; confuſo videlicet & præpoſtero, non autem chronologico. (2) Ita ibi ſcriptum eſt, non autem ἀλφαβήτων. (3) In ipſo illo Codice pro μυστικωτάτῳ perperàm ſcriptum eſt μυσικωτάτῳ.

Τρισμεγίστου Ἑρμοῦ περὶ σαθμῶν. (1) Ὁ σαθμὸς βαρεῖ μετρούμενος κρίνεται. τὸ δὲ μέτρον &c.

Septimò, & quidem à fol. 106 pag. 2, uſque ad fol. 116 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Collectanea Medica græco-barbara*, inter quæ eſt *Fragmentum* (2) SEVERIANI *Gabalorum in Syriâ Epiſcopi de nomine primi hominis Adami*: cujus titulus & principium: Σεβηριανοῦ Ἐπισκόπου Γαβάλων περὶ τῆς προσηγορίας τοῦ ἀνθρώπου. Τοῦ ἀνθρώπου προσηγορία τῇ ἑβραΐδι διαλέκτῳ πῦρ ἑρμηνεύεται. τοῦτο τὸ ὄνομα οὐκ ἐδόθη τῷ Ἀδὰμ ἀργῶς, ἀλλὰ &c. Exſtat etiam inter eadem Collectanea *Remedium purgandi capitis & ſtomachi*, quod inſcribitur Ποίημα Ἰωάννου Δαμασκηνοῦ, hoc eſt, *Compoſitio* JOANNIS DAMASCENI; item alterum ejuſdem generis, quod inſcribitur Ποίημα (3) Ἰσαὰκ καὶ τοῦ Ἰμιὰν; nec non *Remedia duo contra dyſuriam*, quæ PYROPULO *Medico* attribuuntur his verbis: Ἑρμηνεία ἐκ τοῦ Πυροπούλου ἰατροῦ εἰς τὴν δυσουρίαν.

Octavò, & quidem à fol. 116 pag. 2, uſque ad fol. 119 pag. 1, S. EPIPHANII, *Conſtantiæ ſive Salaminis in Cypro Inſulâ Epiſcopi Liber de duodecim Gemmis in Rationali Summi Sacerdotis Hebræorum*, cujus titulus & principium: Ἐπιφανίου περὶ τῶν δώδεκα λίθων, τῶν ἐν τῷ λογίῳ τοῦ ἱερέως ἐμπεπορευμένων. Κεφάλαιον α΄. Σάρδιον τὸ Βαβυλώνιον καλούμενον &c. Vide Operum S. *Epiphanii* editionem græco-latinam Petavianam Pariſienſem Tom. II. pag. 225, & Librum *quintum* Lambecianorum Commentariorum pag. 39.

Nonò, & quidem à fol. 119 pag. 1, uſque ad fol. 123 pag. 1, *MISCELLANEA quædam Medica & Aſtrologica*, inter quæ eſt *ESDRÆ Prophetæ ſuppoſititia Recenſio dierum infauſtorum cujuſque menſis*, cujus titulus & principium: Ἔσδρα τοῦ Προφήτου περὶ τῶν ἐπιβαρέων ἡμερῶν τῶν δώδεκα μηνῶν. Μὴν σεπτέμβριος γ΄ καὶ κδ΄· &c; item *Recenſio dierum Lunæ ſecundum uſum phlebotomiæ*, cujus titulus: Περὶ τῶν ἡμερῶν τῆς σελήνης εἰς φλεβοτόμισμα; nec non *Obſervationes quædam aliæ de Sanguine humano*, & *Remedium ſuperſtitioſum ad ſiſtendum ſanguinem*.

XXVIII.

VIGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis quinque*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 17 pag. 2, THEOPHILI *Liber de Pulſibus*, excerptus ex *Galeni* Operibus, & quidem præcipuè ex illius *Prognoſtico* ſive *Libro Prænotionum*, ut ex ſequenti titulo videre eſt: Θεοφίλου ἐκ τοῦ Προγνωστικοῦ Γαληνοῦ περὶ σφυγμῶν. Principium Opuſculi eſt: Τί ἐστι σφυγμός; &c.

Secundò, & quidem à fol. 18 pag. 1, uſque ad fol. 26 pag. 2, *EJUSDEM Liber de Febrium differentiâ*, cujus titulus & principium: Πόσαι διαφοραὶ τῶν πυρετῶν; Διαφοραὶ τῶν πυρετῶν, αἱ μὲν &c.

Tertiò, & quidem à fol. 27 pag. 1, uſque ad fol. 66 pag. 2, MISCELLANEA *Medica de compoſitionibus Antidotorum, Trochiſcorum, Oleorum, emplaſtrorum, aliorúmque vario-*

(1) Exſtant hæc iiſdem verbis capite 26. ſive ultimo Libri ſeptimi *Pauli Æginetæ*, ſed ſine ullâ mentione *Hermetis Triſmegiſti*. (2) Vide Lib. IV. Lambec. Comment. pag. 30 & 58. (3) Hic eſt *Iſaacus* ille *Judæus*, *Salomonis* Arabiæ Regis filius adoptivus, cujus *Libri duo de Diætis univerſalibus & particularibus* editi ſunt latinè Baſileæ typis Sixti Henricpetri A. 1570 in octavo.

variorum medicamentorum. Vide ſuprà Cod. XVIII, num. 3, 4, 5, 6; Cod. VIII, num. 22; atque inſuper conſule *Nicolai Myrepſi Alexandrini Opus de compoſitione medicamentorum, in Sectiones quadraginta octo digeſtum*, quod à celeberrimo Medico *Leonhardo Fuchſio* è græca in latinum converſum, Annotationibus illuſtratum, & Baſileæ apud Joan. Oporinum A. 1549 in folio editum.

Quartò, & quidem à fol. 67 pag. 1, uſque ad fol. 115 pag. 1, *LEXICON BOTANICUM ex Dioſcoridis Libris quinque de Materiâ Medicâ ab anonymo quodam Autore ordine alphabetico collectum*, cujus principium: Ἀψίνθιον δύναμιν ἔχει συπλικὴν &c. Vide proximè ſequentem Codicem XXIX, num. 4.

Quintò, & quidem à fol. 115 pag. 2, uſque ad fol. 139 pag. 2, *MISCELLANEA MEDICA*, inter quæ ſunt *Excerpta ex AETII Libro ſecundo de ſpeciebus terræ, de metallicis*, & *de Animalibus*; item *Excerpta ex* (1) *PAULI ÆGINETÆ Libro ſeptimo de Medicamentis ſuccedaneis ſecundùm Galenum.*

Sextò, & quidem à fol. 140 pag. 1, uſque ad fol. 156 pag. 2, *HIPPOCRATIS Aphoriſmi in ſeptem Tmemata ſive Sectiones diviſi*, quorum jam aliquoties facta eſt mentio.

Septimò, & quidem à fol. 156 pag. 2, uſque ad fol. 161 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Libellus de variis Medicamentis*, inter quæ primum tenet locum Ἁλάτιον ſive *Embamma ſalſum S. Lucæ Evangeliſtæ*, cujus etiam ſuprà in recenſione Cod. VIII, num. 22 facta eſt mentio.

Octavò, & quidem à fol. 161 pag. 2, uſque ad fol. 163 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Libellus de Pulſu*, cujus titulus & principium: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῆς σφυγμικαρίας. Ἐρώτησις. Διὰ πόσας αἰτίας ἐφαπτόμεθα τοῦ καρποῦ τῆς χειρός; &c. Idem Libellus exſtat etiam infrà in proximè ſequenti Codice XXIX, num. 2.

Nonò, & quidem à fol. 164 pag. 1, uſque ad fol. 183 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Epitome Libri Meletii Monachi de Naturâ ſtructurâque hominis*, quæ incipit à Diſſertatione ſpeciali de *Capite* his verbis: Ἀρχὴν δὲ τοῦ θαυμασίου Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου ποιησόμεθα λόγον· φησὶ γὰρ ἐκεῖνος. Τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τὸν ὑψηλότατον θεὶς τόπον τοῦ σώματος &c. Plura de hoc *Meletii* Libro vide ſuprà in recenſione Codicis VIIIvi, num. 1.

Decimò, & quidem à fol. 184 pag. 1, uſque ad fol. 185 pag. 2, *GALENI Libellus de Humoribus ex* (2) *Hippocrate*; cujus titulus & principium: (3) Γαληνοῦ περὶ χυμῶν ἐκ τῶν Ἱπποκράτους. Κόσμος ἐκ δ' ςοιχείων συνέςηκε, πυρὸς, ἀέρος, γῆς, ὕδατος· συνέςηκε δὲ ὁ κόσμος ὁ μικρὸς ἐκ δ' χυμῶν, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 185 pag. 2, uſque ad fol. 186 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Erotemata Medica*, quorum principium: Πόσα τὰ τῆς ψυχῆς μέρη ἢ αἰτίαι; &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 186 pag. 2, uſque ad fol. 187 pag. 2, *EXCERPTA ex GALENO de Phlebotomiâ ſive Sanguinis miſſione*, quorum titulus & principium: Γαληνοῦ περὶ Φλεβοτομίας. Οἱ πρῶτοι καὶ κυριώτατοι σκοποὶ τῆς Φλεβοτομίας &c.

Decimo

(1) Vide ſuprà Cod. VIII. num. 6. & Cod. XXVI. num. 6. (2) Vide Operum *Hippocratis* editionem græco-lat. Genevenſem A. 1657. in folio, pag. 47. (3) Vide *Joannis Antonidæ Lindani* Librum primum de Scriptis Medicis pag. 278, ubi à *Renato Charterio*, Doctore Medico Pariſienſi, inter Opera *Galeni* latinè tantùm edita commemorantur Γαληνοῦ εἰς τὸ περὶ χυμῶν Ἱπποκράτους βιβλίον ὑπομνήματα τρία, hoc eſt, *Galeni Commentarii tres in Hippocratis Librum de Humoribus.*

Decimo tertiò, & quidem à fol. 187 pag. 2, uſque ad fol. 191 pag. 2, *PAULI ÆGINETÆ Excerpta de Phlebotomiâ ex GALENO*, quorum titulus & principium: Παύλου λόγος ἐκ τῶν Γαληνοῦ περὶ πάσης Φλεβοτομίας. Ὁ τῆς Φλεβοτομίας τρόπος πᾶσι κατάδηλος, ἀλλὰ &c. Vide *Pauli Æginetæ* cap. 40 Libri ſexti, & proximè ſequentem Codicem XXIXnum, num. 3.

Decimo quartò, & quidem à fol. 192 pag. 1, uſque ad fol. 194 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *ſuperſtitioſæ quædam Obſervationes Aſtrologicæ & Medicæ*, quarum principium: Τῇ πρώτῃ ἡμέρᾳ τῆς σελήνης &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 195 pag. 1, uſque ad fol. 205 pag. 2, S. *GERMANI Patriarchæ Conſtantinopolitani Oratio dramatica de Annunciatione Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, in quâ *Archangelus Gabriel*, *Beatiſſima Virgo Deipara* & *S. Joſephus* introducuntur inter ſe colloquentes. Principium ejus eſt hoc: Τῆς παρούσης τιμίας καὶ βασιλικῆς συνάξεως τὴν φαεινήν τε καὶ ὑπερένδοξον ἀνάμνησιν &c. Attribuitur autem ea in hoc Codice manuſcripto perperàm S. *Joanni Chryſoſtomo* his verbis: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Plura de hâc Oratione vide Libri *quinti* Lambec. Comment. paginâ 26, ubi ea eodem modo multo exſtat auctior, quàm in Tomo primo Combefiſiani Auctarii Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Pariſinæ.

XXIX.

VIGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum ſexaginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 8 pag. 2, ex THEOPHILI *Monachi* (1) *Libro de Urinis Synopſis*, cujus titulus & principium: Ἐκ τοῦ Θεοφίλου μοναχοῦ περὶ οὔρων σύνοψις. Ἐρώτησις πῶς γίνεται τὸ οὖρον; Ἀπόκρισις· Ἔστι ἡ γένησις αὐτοῦ τοιάδε. Τοῦ αἵματος κατασκευασθέντος, καὶ ταραχῆς πολλῆς &c.

Secundò, & quidem à fol. 9 pag. 1, uſque ad fol. 13 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Libellus de Pulſu*, cujus titulus & principium: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τοῦ σφυγμικαρίου. Ἐρώτησις. Διὰ πόσας αἰτίας ἐφαπτόμεθα τοῦ καρποῦ τῆς χειρὸς; Ἀπόκρισις· διὰ τρεῖς. ἢ διὰ τὸ ἕτοιμον, ἢ διὰ &c.

Tertiò, & quidem à fol. 13 pag. 2, uſque ad fol. 22 pag. 2, *MISCELLANEA quædam Medica*, inter quæ primum tenent locum *PAULI ÆGINETÆ Excerpta de Phlebotomiâ ex Galeno*, quorum titulus & principium: Ὁ Παύλου λόγος ἐκ τῶν Γαληνοῦ περὶ πάσης φλεβοτομίας. (2) Ὁ τῆς φλεβοτομίας τρόπος πᾶσι κατάδηλος, ἀλλὰ &c.

Quartò, & quidem à fol. 22 pag. 2, uſque ad fol. 73 pag. 1, *LEXICON BOTANICUM*, ex *Dioſcoridis Libris quinque de Materiâ Medicâ*, ab *ANONYMO quodam Autore ordine alphabetico collectum*, cujus principium: Ἀψίνθιον δύναμιν ἔχει συσταλτικὴν &c. Vide Librum *ſecundum* Lambec. Comment. pag. 599.

Quintò,

(1) Vide editionem græco-latinam Pariſinam Morellianam pag. 15. (2) Vide *Pauli Æginetæ* Lib. VI. cap. 40.

Quintò, & quidem à fol. 74 pag. 1, uſque ad fol. 117 pag. 1, *ex* SYMEONIS SETHI *Translatione græcâ Apologorum Indicorum*, (1) *Cylile & Dimne, ſeu Stephanites & Ichenalates inſcriptorum, Capita novem*, quæ hîc attribuuntur SECUNDO *Philoſopho*, & inſcribuntur atque incipiunt hoc modo : Σεκύνδου Φιλοσόφου ἱστορία ἐνεχθεῖσα ἀπὸ τῆς τῶν Ἰνδῶν εὐδαιμονεστάτης χώρας, ἡ λεγομένη τὰ κατὰ Στεφανίτην καὶ Ἰχνηλάτην. ἔστι δὲ ἡ πραγματεία αὕτη τοιαύτη. Ἐρωτήσεις Βασιλέως τινὸς τῶν Ἰνδῶν πρός τινα τῶν ὑπ' αὐτοῦ Φιλοσόφων, &c. Plura de his *Apologis* ſive *Parabolis Indicis* vide Libri *quinti* Lambec. Comment. pag. 241.

Sextò, & quidem à fol. 117 pag. 1, uſque ad fol. 123 pag. 1, S. EPIPHANII, *Conſtantiæ ſive Salaminis in Cypro Inſulâ Epiſcopi, Phyſiologus*, ſive, *Excerpta ex Libris Ariſtotelis de Animalibus cum Expoſitione & Applicatione Theologicâ*. Ipſa tituli græci verba cum principio Opuſculi ſunt hæc : Τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου Ἐπισκόπου Κύπρου περὶ τῆς λέξεως πάντων τῶν ζώων. Φυσιολόγος. Ἀρξώμεθα τοίνυν λαλῆσαι περὶ τοῦ λέοντος, βασιλέως τῶν θηρίων, &c. Plura de hoc S. *Epiphanii* Libro vide Libri *quinti* Lambec. Comment. pag. 280 & 281.

Septimò, & quidem à fol. 124 pag. 1, uſque ad fol. 125 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris, qui A. C. 1192 vixit, *Methodus Chronologica inveniendi Cycli Solis, Cycli Lunæ & Cycli Indictionis, cum adjunctis eò pertinentibus tabulis*. Ipſa tituli & principii verba græca ſunt hæc : Μέθοδος ἐν συντομίᾳ, πῶς δεῖ εὑρεῖν τὸν κύκλον τοῦ ἡλίου, τῆς σελήνης, καὶ τῆς ἰνδίκτου. Ὕφειλον τὰ ἀπὸ κτίσεως κόσμου ἤγουν τὰ (2) ͵ςψʹ ἔτη &c.

Octavò, & quidem à fol. 126 pag. 1, uſque ad fol. 129 pag. 1, *Selectæ Philoſophorum veterum* SENTENTIÆ *ordine alphabetico*, quarum titulus & principium : Γνῶμαι Φιλοσόφων κατ' ἐκλογὴν καὶ κατὰ στοιχεῖον. Ἄριστον μάθημα ἐστὶν ἐν ἀνθρώποις, τὸ ἀπομαθεῖν τὰ κακά. Ἃ μὴ δεῖ ποιεῖν, &c.

Nonò, & quidem à fol. 129 pag. 1, uſque ad fol. 134 pag. 2, DEMOCRITI, EPICTETI, *aliorúmque veterum Sapientûm Sententiæ*, quarum titulus & principium : Γνῶμαι κατ' ἐκλογὴν ἐκ τῶν Δημοκρίτου καὶ Ἐπικτήτου, καὶ ἑτέρων σοφῶν. Ἀνανεούσθω ὁ περὶ Θεὸν λόγος καθ' ἡμέραν μᾶλλον, ἢ τὰ σιτία. Συνεχέστερον νόει τὸν Θεὸν, &c.

Decimò, & quidem à fol. 134 pag. 2, uſque ad fol. 151 pag. 2, *ex Imp.* LEONIS *Philoſophi Tacticis, ſive Opere de Re militari, Caput vigeſimum*, quod in *Joannis Meurſii* editione græco-latinâ Lugduno-Batavâ A. 1612 in quarto inſcribitur : Περὶ διαφόρων γνωμικῶν κεφαλαίων, hoc eſt, ſecundùm *Joannis Checi* verſionem latinam, *Diverſarum ſententiarum militarium ſumma*. In Codice autem hoc manuſcripto *Cæſareo* inſcribitur illud hoc modo : Πολεμικῶν παρασκευῶν διατάξεις διὰ διαφόρων κεφαλαίων· hoc eſt : *Bellicorum apparatuum Conſtitutiones, in varia Capita diviſæ*. Principium *primi* Capitis eſt hoc : Ὦ στρατηγὲ, χρεὼν τῇ σῇ ἐνδοξότητι καὶ τῶν ἤδη ῥηθησομέναις ἐγκύψαι γνώμαις, ἃς ἐκ πολλῶν παλαιῶν &c.

Undecimò, & quidem à fol. 152 pag. 1, uſque ad fol. 160 pag. 1, *ex* EJUSDEM *Imp. Leonis Philoſophi Tacticis Caput decimum nonum*, quod inſcribitur περὶ ναυμαχίας, ſive, *de navali prælio*, atque incipit his verbis : Ἐφεξῆς δὲ τούτων ἤδη καὶ περὶ ναυμαχίας διαταξώμεθα. οὐδὲν μὲν ἐν τοῖς παλαιοῖς τακτικοῖς &c.

† F *Duodeci-*

(1) Apud *Leonem Allatium* in Diſſertatione de Symeonum Scriptis pag. 183 & 184. legitur *Cybile & Dimne*. In alio autem quodam *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Codice MSto Hiſtorico, legitur κυλιλὰ per duplex λ in tertiâ ſyllabâ. (2) A. M. 6700.

Duodecimò, & quidem à fol. 160 pag. 1, uſque ad fol. 161 pag. 1, *APPENDIX præcedentis Capitis de Naumachiâ*, continens *Stratagemata quædam navalia ex* (1) *Polyæni Stratagematum Libris octo, ſed verbis aliquantùm diverſis, excerpta*, quorum titulus & principium: Στρατηγήματα ἀνδρῶν παλαιῶν, γινομένων εἰς τὴν θάλασσαν. Ο᾽φείλει &c. Prima duo Stratagematum Canonis exempla exſtant apud Polyænum lib. 1. pag. 77 & 79 editionis græco-latinæ *Iſaaci Caſauboni* Lugdun. ad Rhodan. typ. Joan. Tornæſii A. 1589 in duodecimo.

XXX.

TRIGESIMUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *quingentis viginti tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 462 pag. 2, CONSTANTINI RHEGINI *Opus Medicum, Viatica peregrinantis inſcriptum, & in Libros ſeptem diviſum*, ut & ejuſdem *Fragmentum de Urinis* & *Antidotarium*; item *Joannis Meſuæ Damaſceni Liber de ſimplicibus Medicamentis purgantibus in quinque Sectiones diviſus*, & ex *Pauli Æginetæ Libro ſeptimo Caput vigeſimum quintum de Medicamentis ſuccedaneis*; de quibus omnibus in recenſione præcedentis Codicis XXmi jam fuſiùs actum eſt.

Secundò, & quidem à fol. 462 pag. 2, uſque ad fol. 464 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Libellus* περὶ τροφῶν δυνάμεων, ſive, *de Alimentorum facultatibus*, cujus principium: Ἐγνώσθη ἡ δύναμις καὶ ἡ φύσις τῶν βρωμάτων ἐκ τῆς αὐτῆς γεύσεως· αἱ δὲ γεύσεις &c.

Tertiò, & quidem à fol. 464 pag. 1, uſque ad fol. 475 pag. 1, S. EPIPHANII *Liber de duodecim Gemmis in Rationali Summi Sacerdotis Hebræorum*, cujus principium: Σάρδιον τὸ Βαβυλώνιον &c Plura de eo vide ſuprà in recenſione Codicis XXVti, num. 8.

Quartò, & quidem à fol. 475 pag. 1, uſque ad fol. 477 pag. 1, EXCERPTUM ex GALENI *Libro ad Patrophilum de Pleuritide*, cujus titulus & principium: Γαληνοῦ ἐκ τοῦ πρὸς Πατρόφιλον περὶ πλευρίτιδος. Ἔστι δήποτε τὸ πάθος ἡ φλεγμονή, &c.

Quintò, & quidem à fol. 477 pag. 1, uſque ad fol. 481 pag. 2, ORPHEI *Thracis Libellus ſuppoſititius de Gemmis* ONOMACRITO *potius attribuendus*, cujus titulus & principium: Ὀρφέως περὶ λίθων Λίθος ὁ Κρύσαλλος &c. Planè igitur diverſus eſt hic *Libellus* à *Poëmate Orphei* περὶ λίθων, hoc eſt, *de Gemmis* ſive *Lapidibus pretioſis*, quod exſtat in Syntagmate veterum Poëtarum Græcorum Heroici carminis, edito Aureliæ Allobrogum ſive Genevæ A. 1606, græcè & latinè in folio, à pag. 522 uſque ad pag. 534.

Sextò, & quidem à fol. 481 pag. 2, uſque ad fol. 523 pag. 1, *MISCELLANEA* quædam *Medica*, ex *Galeno* aliiſque antiquis Autoribus excerpta, quorum principium: Γαληνοῦ περὶ τῆς ἐξ ἐνυπνίων διαγνώσεως.

TRIGE-

(1) Vixit is ſub *Impp. M. Antonino Philoſopho* & *L. Ælio Vero*. Vide Ger. Joan. Voſſium de Philoſophiâ cap. 19, §. 30.

XXXI.

TRIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum ſexaginta ſeptem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc :

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 126 pag. 2, *PAULI NICÆNI Liber de cognitione & curatione variorum morborum, in Capita centum triginta diviſus*, cujus *Præfatio* incipit hoc modo: Παύλου Νικαίου. Πολλῶν τε καὶ ποικίλων γινομένων νοσημάτων, ἀναριθμήτων τε συμπτωμάτων περὶ τὰ ἀνθρώπινα σώματα, &c. Quâ finitâ ſequitur *Caput primum*, cujus titulus & principium: Περὶ ἐπισκέψεως. Πῶς ἐπισκέψη τὸν νοσοῦντα, εἰ καὶ αὐτὸς ὁμοίως ἐστὶ τῶν νοσούντων ἐπισκέψεως τρόπος, &c.

Secundò, & quidem à fol. 127 pag. 1, uſque ad fol. 164 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris Συνθέσεις ſive *Compoſitiones variorum Medicamentorum*, inter quæ etiam eſt τὸ ἀλείπτον τοῦ ἁγίου Λουκᾶ, cujus jam ſuprà aliquoties facta eſt mentio.

Tertiò, & quidem à fol. 164 pag. 2, uſque ad fol. 167 pag. 2, *EPIGRAMMATA quædam miſcellanea*, inter quæ præcipuum tenet locum *Epigramma* hoc *Nicomedis*, vel ſecundum alios *Baſſi, in Hippocratem* :

(1) Ἱπποκράτης φάος ἦν μερόπων, καὶ σῶζε λαῶν
Ἔθνεα, καὶ νεκύων ἦν σπανὶς εἰν αἴδη.

Hoc eſt, ſecundum translationem proſaicam ad verbum:

Hippocrates lux erat hominum, & ſervabat populorum
Nationes, & mortuorum erat raritas in Inferno.

Eſt autem Epigramma hoc *Sotadicum*, quod ſervato metro ἀντιστρόφως ſive (2) *retrorſum* legi poteſt hoc modo :

Εἰν αἴδη σπανὶς ἦν νεκύων καὶ ἔθνεα λαῶν
Σῶζε, καὶ μερόπων ἦν φάος Ἱπποκράτης.

Hoc eſt :

In inferno raritas erat mortuorum, &, nationes populorum
Servabat, & hominum erat lux Hippocrates. &c.

XXXII.

TRIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum quadraginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur; olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc :

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 28 pag. 2; *COLLECTANEA quædam Medica græco-barbara*, inter quæ etiam eſt *ſuppoſititium Galeni Teſtamentum*, quod fol. 11 pag. 1 inſcribitur atque incipit hoc modo: Διαθήκη Γαληνοῦ, διδάσκουσα ἡμᾶς ἅπαντα τὰ τοῦ ἀνθρωπίνου σώματος. Ὁ Γαληνὸς φημὶ πᾶσι τοῖς θέλουσι εὑρεῖν ἴασιν περὶ τῆς αὐτῶν ὑγείας. ὅτι ὡς ὁ ἄνθρωπος ἐστὶν ζῶον λογικὸν, &c.

(1) Vide *Maximi Planudis* Anthologium ſive Florilegium veterum Epigrammatum Græcorum Lib. 1. cap. 39.
(2) *Pauſanias* vocat hoc βουστροφηδὸν, hoc eſt, *inſtar boum arantium*.

Secundò, & quidem à fol. 29 pag. 1, uſque ad fol. 30 pag. 2, *DIOSCORIDIS ANAZARBENSIS ſuppoſititium Alphabetum Medicum Empiricum*, cujus titulus & principium: Βιβλίον ἰατρικὸν θεραπευτικὸν κατὰ στοιχεῖον, ποίημα Διοσκορίδου Ἀναζαρβέως. Ἀρχὴ τοῦ Ἄλφα. Ἄβρωτα διατηρεῖ σκώληξι καὶ μυσὶ βιβλία καὶ ἱμάτια &c. Pertingit autem illud ibi tantùm uſque ad literam B excluſivè. Vide ſuprà Cod. XVIII, num. 7.

Tertiò, & quidem fol. 31 pag. 1 & 2, *PAULI ÆGINETÆ Catalogus alphabeticus Medicamentorum ſuccedaneorum ex Galeno*, cujus ſuprà jam aliquoties mentio facta eſt; ut & ejuſdem *Pauli Caput de ponderibus ac menſuris Medicis*, cujus itidem ſuprà jam ſæpiùs occurrit mentio.

Quartò, & quidem à fol. 32 pag. 1, uſque ad fol. 35 pag. 2, SYMEONIS SETHI *Lexicon Botanicum*, cujus titulus & principium: Ἑρμηνεία καὶ λέξεις τῶν βοτάνων κατὰ ἀλφάβητον. Ἄμωμον ἐστὶ ῥίζα τοῦ πενταφύλλου. &c. Vide ſuprà Cod. XXV, num. 1, & Cod. XXVII, num. 3.

Quintò, & quidem à fol. 35 pag. 2, uſque ad fol. 37 pag. 2, NICEPHORI BLEMMIDÆ *Cantica Medica de Urinis & de ſanguine Phlebotomiæ*, quorum titulus & principium: Περὶ οὔρων ποίημα τοῦ λογιωτάτου καὶ σοφωτάτου Βλεμμίδους. Τῶν ἀσθενῶν ὕελία &c. Τοῦ αὐτοῦ περὶ αἱμάτων. Μάθε καὶ τὰ αἵματα &c. Vide infrà Cod. XLV, num. 2.

Sextò, & quidem fol. 38 pag. 1, SYMEONIS SETHI *Synopſis triplex de Urinis*, quarum prima inſcribitur atque incipit his verbis: Σύνοψις περὶ οὔρων. Οὖρον καθαρὸν καὶ νέφος ἐπάνω &c; ſecunda autem: Ἐκ τῶν Γαληνοῦ. Οὖρον λεπτὸν &c. Vide ſuprà Cod. XXVII, num. 4.

Septimò, & quidem à fol. 38 pag. 2, uſque ad fol. 45 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Synopſis de Pulſibus, in Capita triginta duo diviſa*, cujus titulus & principium: Σύνοψις περὶ σφυγμῶν. Γυμνασία κατ᾽ ἀρχὰς μὲν &c.

Octavò, & quidem à fol. 45 pag. 1, uſque ad fol. 83 pag. 1, THEOPHANIS *Synopſis compendiaria totius Medicæ Artis, juſſu Imp. Conſtantini Porphyrogeniti ex Oribaſii potiſſimum ſcriptis collecta, & in Capita ducenta nonaginta duo diviſa*; cujus *Præfatio* incipit his verbis: Τὰς προσαχθείσας ἐπιτομὰς &c. Vide ſuprà Cod. XXVI, num. 9. Cod. XXVII, num. 1, & infrà Cod. L, num. 1.

Nonò, & quidem à fol. 83 pag. 1, uſque ad fol. 111 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Opus de compoſitione & uſu variorum Medicamentorum*, cujus principium ſine ullâ inſcriptione eſt hoc: Τὸ μέτρον αὐτοῦ οὐκ ἐπὶ πάντων ἀνθρώπων &c.

Decimò, & quidem à fol. 111 pag. 2, uſque ad fol. 113 pag. 1, *DIOCLIS CARISTII Epiſtola ad Antigonum Regem de morborum præſagiis & eorundem extemporaneis remediis*, cujus principium: Ἐπειδή σοι συμβαίνει μουσικώτατῳ πάντων Βασιλέων γεγονέναι, &c. Plura de Epiſtolâ hâc vide ſuprà Cod. XI, num. 3, & Cod. XXVII, num. 5.

Undecimò, & quidem à fol. 113 pag. 1, uſque ad fol. 120 pag. 2, *MISCELLANEA quædam Medica*, inter quæ primum tenent locum *PAULI ÆGINETÆ Catalogus alphabeticus Medicamentorum ſuccedaneorum ex Galeno* & ejuſdem *Caput de ponderibus & menſuris Medicis*. Vide ſuprà hunc ipſum Codicem num. 3.

Duodecimò, & quidem à fol. 120 pag. 2, uſque ad fol. 131 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Jatroſophium græco-barbarum*, cujus titulus & principium: Ἰατρεῖαι συντεθεῖσαι παρὰ διαφόρων ἰατρῶν κατὰ τὴν ἐντεθεῖσαν ἀκολουθίαν τοῦ ξενῶνος. Πρὸς ὀξὺν πόνον τῆς κεφαλῆς. Κισσὸν ξηράνας &c. Vide etiam infrà Cod. XLIII, num. 1.

Decimo

Decimo tertiò, & quidem à fol. 131 pag. 2, uſque ad fol. 145 pag. 1, SYMEONIS SETHI *Hiſtoria animalium, in Capita nonaginta quinque diviſa*, cujus titulus & principium: Πίναξ περὶ παντὸς ζώου. Κεφάλαιον ά περὶ (1) γρυφός. Κεφάλαιον β' περὶ μονοκέρου. &c. Τὸν γρύφα φασὶ ζῶον εἶναι παμμεγεθέστατον ὡς ὑπερεξίαν σκιὰν ἐκτελεῖν, &c. Notandum denique eſt, in fine *Codicis manuſcripti*, de quo in præſens agitur, exſtare ſubſcriptionem, quâ *Philotheus* quidam indicat, ſe omnia ſuprà enumerata Opuſcula in unum Volumen redegiſſe, & ſuâ manu deſcripſiſſe *anno Mundi* ſecundùm vulgarem Græcorum ſupputationem 7037, *Indictione ſecundâ*, *menſe Auguſto*, hoc eſt, *anno Chriſti 1529.*

XXXIII.

TRIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & paſſim lacerus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum & uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo ANONYMI cujuſdam Autoris *Jatroſophium græco-barbarum*, cujus principium: Κεφάλαιον ά πρὸς ὀξὺν πόνον κεφαλῆς. Κοστὸν ξηράνας &c. Vide infrà Cod. XLIII, num. 1. Ultimo autem hujus Codicis folio exſtat *fragmentum* GLOSSARII *cujuſdam antiqui Latino-græci*, cujus principium: Ῥεβουκάλιον, ἀνακλήσεως· Σχεινιάριοι, λαμπροφόροι τουτέστι χαρτουλάριοι. Σακρῶν, ἱερῶν· &c.

XXXIV.

TRIGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis triginta ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 222 pag. 2, HIPPOCRATIS *Aphoriſmi*, in *ſeptem* Τμήματα ſive *Sectiones* diviſi, & totidem *Galeni Commentariis* illuſtrati. Vide Lib. VI. *Comment. Lambec.* pag. 86 & 87.

Secundò, & quidem fol. 223 pag. 1 & 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Quæſtio Medica* cum ſubjunctâ *Expoſitione*: Τί δήποτε τῆς σελήνης μειουμένης τὰ φάρμακα προσφέρεσθαι ἐπιτέτραπται. Ἑρμηνεία. Ὅτι κατ' ἐκείνην συνδιατιθεμένων τῶν σωμάτων καὶ συνελαττομένων &c.

Tertiò, & quidem à fol. 223 pag. 2, uſque ad fol. 225 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Grammatici Explicationes quorundam vocabulorum & Obſervationes ſyntacticæ*; quarum titulus & principium: Λέξεις μεθερμηνευμέναι διάφοραι καὶ ἀναγκαιόταται. Ἐφηλία, ἡ τοῦ ἡλίου καῦσις· Ἐχθροπάθεια, &c.

Quartò, & quidem à fol. 225 pag. 1, uſque ad fol. 228 pag. 1, ANONYMI cujuſdam autoris *Excerpta* quædam *Medica de victûs ratione*; quorum principium: Περὶ ῥοδακίνων. Ὁ μέλλων ἐσθίειν ῥοδάκινα, ὀφείλει &c.

Quintò, & quidem à fol. 229 pag. 1, uſque ad fol. 230 pag. 2, GALENI *Commentarius in Hippocratis Librum* περὶ διαίτης ὑγιεινῆς, ſive, *de ſalubri victûs ratione*, cujus titulus & principium: Γαληνοῦ εἰς τὸ περὶ διαίτης ὑγιεινῆς Ἱπποκράτους. Ἓν τοῦτο ἐστὶ βιβλίον, ἰδίαν ἐπαγγελίαν ἔχον, &c.

(1) In ipſo Codice MSto perperàm legitur περὶ γύπα,

Sextò, & quidem à fol. 231 pag. 1, uſque ad fol. 236 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris Excerpta miſcellanea *de Creatione Mundi*, quorum principium: Ἀπὸ ποίου πρώτου στοιχείου ἤρξατο τὸν κόσμον ποιεῖν ὁ Θεός; Μωυσῆς μὲν ὁ θεόπτης &c.

XXXV.

TRIGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis triginta ſex*. Continentur eo GALENI *Liber ſextus, ſeptimus, octavus, nonus, decimus* & *undecimus de Simplicium medicamentorum facultatibus*. *Sextus* Liber ob defectum aliquot foliorum caret principio uſque ad Caput (1) περὶ Ἀβροτόνου κεκαυμένου. Ἀβρότονον ἢ κεκαυμένον θερμὸν καὶ ξηρόν ἐστι τὴν δύναμιν, ἔτι μᾶλλον κολοκύνθης ξηρᾶς κεκαυμένης, &c. *Undecimus* autem Liber pertingit uſque ad Capitis (2) περὶ ἁλὸς ἄχνης hæc verba: τὸ δὲ ὑπόλοιπον τῆς οὐσίας συνάγειν καθάπερ.

XXXVI.

TRIGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, principio, medio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *centum quinquaginta ſex*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 70 pag. 2, DEMETRII *Conſtantinopolitani Orneoſophicum*, ſive, *Opus de accipitrum educatione & curâ, in duos Libros diviſum*, quorum *primus* in *Capita centum ac tria* diviſus, inſcribitur atque incipit his verbis: Βιβλίον ὀρνεοσοφικόν. Ἐπειδὴ ἀκόπως σοι λίαν, κράτιστε καὶ σοφώτατε Δέσποτα Βασιλεῦ περὶ τὴν τῶν ἱεράκων ἀνατροφὴν καὶ θεραπείαν, &c. *Secundus* autem *Liber* in *Capita octoginta duo* diviſus, inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἕτερον ὀρνεοσόφιον εἰς τὰ ἱεράκια. Κεφάλαιον α'. Ὅταν ἔχῃ τὸ ἱεράκιον στένωσιν. Φακὴν τριμμένην &c. Exſtitit quidem olim in eodem hoc Codice etiam ejuſdem *Demetrii* Κυνοσοφικὸν ſive *Opus de Canibus*, in *Capita triginta octo* diviſum, ſed illud excepto tantùm *Indice*, totum nunc ibi deeſt. Plura de editionibus horum *Demetrii* Librorum vide apud *Joannem Jacobum Friſium* in Bibliothecâ Geſnerianâ à ſe auctâ, *Gerardum Joannem Voſſium* Libri de Philoſophiâ capite ſeptimo, §. 17, & apud *Joannem Antonidem Lindanum* Libri primi de Scriptis Medicis pag. 149.

Secundò, & quidem à fol. 71 pag. 1, uſque ad fol. 118 pag. 2, MICHAELIS PSELLI & SYMEONIS SETHI *Syntagma de Alimentorum facultatibus ad Imp. Michaëlem Ducam ordine alphabetico*, cujus titulus & principium: Σύνταγμα κατὰ στοιχεῖον περὶ τροφῶν δυνάμεων, συγγραφὲν παρὰ Ψελλοῦ καὶ Συμεὼν Μαγίστρου Ἀντιοχείας, καὶ δοθὲν Μιχαὴλ Βασιλεῖ τῷ Δούκᾳ. &c. Vide infrà Cod. XLV, num. 4.

Tertiò, & quidem à fol. 119 pag. 1, uſque ad fol. 132 pag. 2, MICHAELIS PSELLI *ad Imp. Conſtantinum Monomachum Liber de Diætâ*, cujus titulus & principium: Περὶ διαίτης. Καὶ τοῦτο τῆς σῆς ἔργον προνοίας καὶ μεγαλοφυοῦς ἐπινοίας καὶ φιλανθρωπότατον ἐπίταγμα, Κωνσταντῖνε θειότατε καὶ μέγιστε Αὐτοκράτορ, &c.

Quartò, & quidem à fol. 133 pag. 1, uſque ad fol. 156 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Oratio in Annunciationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, principio mutila*, quæ nunc ibi incipit his verbis: - - - πρῶτον μὲν οὖν τὸ ἐνοχλοῦν δέος ἐκβάλλει, &c.

TRIGE-

(1) Vide Operum *Galeni* edit. græc. Baſil. Tom. II. pag. 70. (2) Vide jam citatam *Galeni* edit. Tom. II. p. 151.

XXXVII.

TRIGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum novendecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo ANONYMI cujuſdam Autoris *Miſcellanea Medica* ex *Galeno* & aliis antiquis Autoribus collecta in uſum Xenodochiorum & Noſocomiorum. Exſtant inter ea etiam *Ariſtotelis quædam Problemata Phyſico-Medica*, & *Theophili Libellus de excrementis*, cujus principium: Ἐπεὶ τὰς θέσεις τῶν ἐν βάθει τοῦ σώματος κειμένων μορίων &c. Vide ſuprà Cod. VIII, num. 3.

XXXVIII.

TRIGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, ſed valdè mutilus, conſtátque nunc foliis *ſexaginta quinque*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 26 pag. 2, GEORGII PISIDÆ, *Diaconi & Chartophylacis Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*, qui circa annum Chriſti 630 ſub *Imp. Heraclio* claruit, *Hexaemeron*, ſive, *Poëma de ſex dierum Opificio Mundi*, cujus titulus: Τοῦ σοφωτάτου κυρίου Γεωργίου τοῦ (1) Πισίδου περὶ ζώων, hoc eſt, *Sapientiſſimi Domini Georgii Piſidæ Poëma Jambicum de Animalibus.* Hujus igitur tituli reſpectu fit ejus Operis hîc mentio, tanquam ad *Hiſtoriam Animalium* pertinentis, cùm idem aliàs etiam referri poſſit ad Claſſem *Theologicam.* Principium illius eſt:

Ὦ παντὸς ἔργου καὶ θεηγόρου λόγου
Καὶ γλῶσσα καὶ νοῦς &c.

Secundò, & quidem à fol. 27 pag. 1, uſque ad fol. 31 pag. 1, *MICHAELIS PSELLI Poëmata tria verſibus politicis ad Imp. Conſtantinum Monomachum de Dogmatibus Fidei Chriſtianæ; de Nomocanone Photii Patriarchæ Conſtantinopolitani, & de Septem primis Conciliis Oecumenicis.* Horum *primum* inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ὑπερτίμου Ψελλοῦ περὶ δόγματος πρὸς τὸν Βασιλέα τὸν Μονομάχον. Δέχου καὶ τὸν θεμέλιον τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων &c. Vide Librum *quintum* Lambec. Comment. pag. 238 & 239.

Tertiò, & quidem à fol. 32 pag. 2, uſque ad fol. 65 pag. 1, *CONSTANTINI MANASSIS Synopſis hiſtorica à creatione Mundi uſque ad Imp.* (2) *Nicephorum Botaniatem verſibus politicis*, cujus titulus & principium: Ἱστορικὸν ἀνώνυμον ὡραῖον ἀπ' ἀρχῆς κόσμου. Προοίμιον. Ἡ μὲν φιλόϋλος ψυχὴ ταῖς ὕλαις ἐπιχάσκει &c. Eſt autem primum hujus Synopſeos folium, ob defectum folii antiqui, manu recentiori ſcriptum, ideóq; haud mirum eſt, *Conſtantini Manaſſis* nomen ibi eſſe omiſſum. Quod porrò ad finem ejuſdem Synopſeos attinet, pertingit ea ibi tantùm uſq; ad interitum ſexti Romanorum Regis *Servii Tullii*, ultimusq; verſus eſt: Καὶ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀρχῆς ὁ τάλας ἐστερήθη. Vide hujus Synopſeos hiſtoricæ editionem græco-latinam Pariſienſem Luparæam anni 1655 in folio, paginâ 34.

TRIGE-

(1) Aliàs πισίδου & πισιδοῦς. Vide Stephanum Byzantinum de Urbibus. (2) Imperavit is ab anno Chriſti 1078, uſque ad annum 1081.

XXXIX.

TRIGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, ſed bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *quinquaginta duobus*. Continetur eo (1) MOSCHIONIS *Liber* περὶ γυναικείων παθῶν, ſive, *de Muliebribus* (2) *paſſionibus in Capita centum quinquaginta duo diviſus*; cujus *Præfationem*, quia nunquam antehac *græcè* edita eſt, exhibet integram Nobiliſſ. *Lambec.* Lib. VI. Coment. p. 135. Finitâ *Præfatione*, ſequitur in eodem Codice MSto *Cæſareo* Κεφάλαιον πρῶτον, ſive Caput primum his verbis: Τί ἐστι μαῖα; Μαῖα ἐστὶ γυνὴ πάντων τῶν γυναικείων πραγμάτων δεδιδαγμένη, ἀλλὰ μὴν καὶ τῆς ἰατρικῆς γυμνασίας ἔμπειρος, ἥτις δύναται &c. Plura, ſi placet, vide loc. cit. *Lamb. Comm.* p. 136, 137 & ſeqq.

XL.

QUADRAGESIMUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum triginta ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 65 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Compoſitiones variorum Medicamentorum, in Capita centum & ſeptem diviſæ*; item *Compoſitiones variorum Emplaſtrorum & Oleorum aliis octoginta Capitibus.* Vide etiam ſuprà Cod. VIII, num. 22.

Secundò, & quidem à fol. 65 pag. 2, uſque ad fol. 71 pag. 1, ex PAULI ÆGINETÆ *Libro ſeptimo Caput vigeſimum quintum de Medicamentis ſuccedaneis*, cujus jam aliquoties ſuprà eſt facta mentio.

Tertiò, & quidem à fol. 71 pag. 1 uſque ad fol. 136 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Opus de Compoſitione Medicamentorum*; cujus titulus & principium: Τῶν σκευασιῶν ἡ βίβλος αὕτη πέλει. Σύνοψις ἐν ἐπιτομῇ περὶ τῶν βοηθημάτων καὶ τοῦ τρόπου τῆς δόσεως αὐτῶν μετὰ τῶν ἰδίων συμπτωμάτων, &c. Vide etiam ſuprà Cod. VIII, num. 22.

XLI.

QUADRAGESIMUS PRIMUS Codex MStus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, principio & fine mutilus, in *quartò*, conſtátq; nunc foliis *centum triginta tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 78 pag. 2, PAULI NICÆNI *Liber de cognitione & curatione variorum morborum, in Capita centum triginta diviſus*, de quo ſuprà in recenſione Codicis XXXI, num. 1. jam fuſiùs actum eſt.

Secundò, & quidem à fol. 79 pag. 1, uſque ad fol. 80 pag. 2, NICEPHORI BLEMMIDÆ *Cantica Medica de Urinis & de ſanguine Phlebotomiæ*, quorum ſuprà jam aliquoties facta eſt mentio.

Tertiò, & quidem à fol. 81 pag. 1, uſque ad fol. 83 pag. 2, ex HIPPOCRATE *Excerpta quædam de quatuor elementis & de quatuor humoribus, quibus conſtat homo*; quorum titulus & principium: Ἱπποκράτους περὶ τῶν δʹ στοιχείων καὶ χυμῶν, δι᾽ ὧν συνίσταται ὁ ἄνθρωπος. Ἰστέον ὅτι ὁ ἄνθρωπος συνίσταται ἐκ τεσσάρων στοιχείων, ἤγουν &c.

Quartò,

(1) Perperàm is à nonnullis appellatur *Miſchion*, ut in Bibliothecâ *Geſneri* videre eſt. (2) Hoc eſt, ſecundum alias eorundem verborum græcorum translationes, *de morbis muliebribus*, ſive, *de mulierum affectibus.*

Quartò, & quidem à fol. 84 pag. 1, uſq; ad fol. 133 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris Σκευασίαι ſive *Compoſitiones variorum Medicamentorum*, quæ etiam in ſuprà memorato Codice XXXI. *Pauli Nicani centum triginta Capitibus* ſimiliter ſubjunctæ ſunt.

XLII.

QVADRAGESIMUS SECUNDUS Codex MStus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis triginta quatuor*. Continentur eo ORIBASII PERGAMENSIS *Synopſeos Medicæ ad filium Euſtathium Libri novem*, quorum *primus* inſcribitur atq; incipit his verbis: Ὀρειβασίου πρὸς Εὐστάθιον τὸν υἱὸν αὐτοῦ Σύνοψις καὶ ἐκλογαὶ ὑγιειναὶ, προφυλακτικαί τε καὶ σύνθετοι, ἔτι δὲ σημειωτικαὶ καὶ θεραπευτικαὶ, καὶ ἀνατομικαὶ, ἀπὸ διαφόρων ἀρχαίων. Κελεύσαντος τοῦ Ἰουλιανοῦ ποτὲ τοῦ θειοτάτου Αὐτοκράτορος συναγαγεῖν &c. Exſtat hæc *Synopſis* in *Joannis Baptiſtæ Raſarij* Baſileenſi Operum *Oribaſii* editione A. 1557 in octavo, & quidem Tomo primo, ſed, ut reliqua ejuſdem Opera, tantùm *latinè*.

XLIII.

QVADRAGESIMUS TERTIUS Codex MStus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum quadraginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſq; ad fol. 82 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Jatroſophium græco-barbarum, in Capita ducenta quinquaginta ſeptem diviſum*; cujus titulus & principium: Ἰατροσόφιον κοινόν. Πρὸς ὀξὺν πόνον κεφάλαιον α΄. Κισσὸν ξηράνας &c.

Secundò, & quidem à fol. 83 pag. 1, uſque ad fol. 121 pag. 2, *EROTIANI Lexicon in Hippocratem ad Andromachum Imp. Neronis Archiatrum*, cujus titulus & principium: Ἐρωτιανοῦ τῶν παρ' Ἱπποκράτους λέξεων συναγωγή. Τὴν Ἱπποκράτους πραγματείαν ἀρχίατρε Ἀνδρόμαχε οὐκ ὀλίγα συμβαλλομένην &c. Primus hoc *Lexicon græcè* cum Annotationibus ſuis in lucem edidit *Henricus Stephanus* Pariſiis A. 1564 in 8vo, & quidem ex antiquo Codice MSto, quem Helvetius quidam ex *Bibliothecâ Vaticanâ* ſibi commodatum ſurripuerat; deinde autem edidit idem illud *Lexicon latinè*, ſed ex alio quodam *Bibliothecæ Vaticanæ* Codice MSto, *Bartholomæus Euſtachius Sanctoſeverinas* cum Annotationibus Venetiis apud Lucam Antonium Juntam A. 1566 in quarto. Idem quoque Lexicon præfixum eſt ſuprà citatæ Operum *Hippocratis* editioni Genevenſi A. 1657 in folio.

Tertiò, & quidem à fol. 122 pag. 1, uſq; ad fol. 138 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam antiqui Autoris Græci Variæ Lectiones, Emendationes & Notæ in Hippocratis Opera, & in Vitam ejuſdem à Sorano conſcriptam*, publicâ luce, ut ego opinor, digniſſimæ. Hâc igitur occaſione non poſſum, quin obiter ſignificem exſtare in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Hippocratis Opera*, Venetiis typ. Aldi Manutii A. 1526 græcè in folio edita, quibus *Joannes Sambucus* A. 1561 incredibili curâ ac ſtudio in margine adjunxit *aliquot mille Varias Lectiones MStas* ex pervetuſto quodam Codice MSto *Tarentino*, & ex alio quodam Codice MSto (1) *Fontemblenſi*, nec non ex exemplari quodam, excuſo quidem, ſed plurimis locis *Romæ* correcto; quas ipſe ibi ſummoperè commendat, tanquam (2) *ſaluti hominum non parùm neceſſarias futuras*. Exſtat quoq; in eâdem *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ* aliud *Operum Hippocratis* exemplar, à *Jano Cornario* Baſileæ A. 1538 græcè in folio editum, in cujus margine itidem plurimæ exſtant *Variæ Lectiones manuſcriptæ*, de quibus ipſe *Cornarius* propriâ manu ibi refert, ſe eas non exiguâ impenſâ ſibi comparâſſe.

† G *Quartò*,

(1) Ita ibi propriâ manu Sambuci ſcriptum eſt. (2) Hæc ſunt ibi ipſius Sambuci verba.

Quartò, & quidem à fol. 139 pag. 1, uſque ad fol. 142 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Catalogus alphabeticus græco-barbarus Medicamentorum ſimplicium.*

Quintò, & quidem à fol. 142 pag. 2, uſque ad fol. 144 pag. 2, *antiquæ nonnullæ Græcæ Inſcriptiones Conſtantinopolitanæ*, inter quas etiam ſunt *ANDREÆ PANHYPERSEBASTI Verſus in Imaginem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ.*

XLIV.

QVADRAGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátq; nunc foliis *trecentis quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 126 pag. 2, *STEPHANI ATHENIENSIS* Ἐξήγησις ſive *Expoſitio Aphoriſmorum Hippocratis*, ſingulis *Aphoriſmis* ſubjuncta, ſed principio mutila uſque ad *Aphoriſmum ſecundum*: Ἐν τῇσι ταραχῇσι τῆς κοιλίης &c; cujus *Expoſitio* incipit his verbis: Περὶ κενώσεως φυσικῆς καὶ τεχνικῆς διαλαβεῖν προθέμενος, ἠναγκάσθη ὑπὸ τῆς ἀκολουθίας &c.

Secundò, & quidem à fol. 127 pag. 1, uſque ad fol. 135 pag. 2, *Libellus de Febrium differentiá, exceptus ex ore THEOPHILI*, cujus titulus & principium: Περὶ διαφορᾶς πυρετῶν τὸ μικρὸν ἀπὸ φωνῆς Θεοφίλου. Σκοπὸν ἔχομεν ἐν τῷ παρόντι συγγράμματι περὶ τῆς τῶν πυρετῶν διαφορᾶς σύντομον ἐκθέσθαι παράδοσιν, &c. Deeſt hoc Opuſculum in Syntagmate veterum Autorum Græcorum, Arabum & Latinorum de Febribus, Venetiis à Gaſpare Bindono apud Gratioſum Perchacinum A. 1576 edito in folio.

Tertiò, & quidem à fol. 136 pag. 1, uſque ad fol. 230 pag. 1, *JOANNIS* cognomine *ACTUARII, filii Zachariæ, Libri ſeptem de Urinis*, quorum *primus* inſcribitur atq; incipit his verbis: Τοῦ Ἀκτουαρίου, κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Ζαχαρίου, Σύνταγμα περὶ οὔρων. Βιβλίον αʹ περὶ οὔρων διαφορᾶς. Πίναξ τῶν κεφαλαίων. Κεφάλαιον αʹ, ὅτι χρήσιμος ἡ ἐκ τῶν οὔρων ἐπίσκεψις· Κεφάλαιον βʹ, ὅτι οὐδεὶς τῶν παλαιῶν &c. Finito hoc Capitum Libri *primi Indice*, incipit ipſum *Caput primum* hoc modo: Πάλαι μὲν ἴσως φιλοτιμίας ἔργον ἐτίθεμεν περὶ ἐκείνους μᾶλλον ἀναστρέφεσθαι τῶν λόγων, ὧν τὴν χάριν &c. Operæ pretium profectò fuerit, cum præſtantiſſimo hoc exemplari manuſcripto *Cæſareo* diligenter & accuratè conferri *latinam* iſtius Operis translationem *Ambroſii Leonis Nolani*, à *Jacobo Goupylo* recognitam, & Pariſiis apud Jacobum Gazellum A. 1548 primùm in octavo abſq; contextu græco ſeparatim editam, poſteà autem A. 1567 ab *Henrico Stephano* Syntagmati Pariſino veterum Medicæ Artis Principum itidem abſque contextu græco inſertam.

Quartò, & quidem fol. 231 pag. 1 & 2, *ALEXANDRI APHRODISIENSIS Problemata quædam Phyſico-Medica*, quorum titulus & principium: Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως ἀπορίαι καὶ λύσεις. Διατί τῶν ἀλόγων ζώων ἡ κόπρος ἧττον δυσώδης ὑπάρχει &c.

Quintò, & quidem fol. 231 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Verſus Jambici de utilitatibus Balnei*; quorum titulus & principium: Στίχοι ἰαμβικοὶ περὶ λουτροῦ. Πολλῶν τὸ λουτρὸν αἴτιον δωρημάτων· &c.

Sextò, & quidem à fol. 232 pag. 1, uſque ad fol. 304 pag. 2, GALENI *Commentarius tripartitus in Librum Prognoſticorum ſive Prænotionum Hippocratis*, cujus titulus & principium: Γαληνοῦ εἰς τὸ προγνωστικὸν Ἱπποκράτους. (1) Τὸν ἰατρὸν δοκέει μοι ἄριστον εἶναι πρόνοιαν ἐπιτηδεύειν. Ὅτι μὲν ἀντὶ τῆς προγνώσεως εἴρηκε τὴν πρόνοιαν &c.

QUA-

(1) Vide Operum *Galeni* editionem græcam Baſileenſem Tom. V. pag. 117.

XLV.

QUADRAGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *quarto*, conſtátq; foliis *centum ſeptuaginta ſeptem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 27 pag. 1, *MELETII Monachi Monaſterii Sanctæ Trinitatis apud Tiberiopolim in Phrygiâ Majore, Liber de Naturâ ſtructurâq; hominis*, cujus inſcriptio rubricata eſt talis: Πόνημα εἰς σύνοψιν περὶ φύσεως ἀνθρώπου, ἐξερανισθὲν καὶ συντεθὲν παρὰ Μελετίου μοναχοῦ ἐκ τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἐνδόξων καὶ τῶν ἔξω λογάδων Φιλοσόφων. Sequitur deinde ANONYMI cujuſdam Autoris *Præfatio*, quæ in *Nicolai Petreji Corcyræi editione Venetâ latinâ* perperàm attribuitur ipſi *Meletio*, & principio ſuo ibi caret. Ipſa genuina *Meletii Præfatio* incipit his verbis: Τὰ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς &c. Quod porrò ad finem hujus Opuſculi attinet, pertingit illud in hoc Codice *Cæſareo* tantùm uſq; ad illum locum, ubi poſt generalem de Homine & toto Corpore humano tractationem incipit Diſſertatio ſpecialis de *Capite* his verbis: Τὴν κεφαλὴν ἐπὶ τῶν ὑψηλοτάτων κειμένην τοῦ σώματος τόπων &c.

Secundò, & quidem à fol. 28 pag. 1, uſque ad fol. 82 pag. 2, NICEPHORI BLEMMIDÆ *Opuſcula quatuor Medica*: quorum *primum*, Εἴδησις τῶν ἰατρικῶν μέτρων, ſive, *Notitia Menſurarum Medicarum*, cujus principium: Τῶν ἰατρικῶν μέτρων εἰσὶ ταῦτα. Τὸ Ἰταλικὸν κεράμιον &c; *ſecundum*, Κανὼν εἰς τὰς κρίσεις τῶν αἱμάτων τῆς φλεβοτομίας τῶν ἀσθενῶν, hoc eſt, *Canticum* ſeu *Carmen de judicando de ſanguine phlebotomiæ ægrotorum*, cujus principium: Μάθε καὶ τὰ αἵματα λοιπὸν τῆς φλεβοτομίας ὁπόσα, &c; *tertium*, Κανὼν εἰς τὰς κρίσεις τῶν ὑελίων τῶν δεκατριῶν, τῶν θεωρουμένων ἐπὶ ταῖς τῶν ἀνθρώπων ἀσθενείαις, hoc eſt, *Canticum* ſeu *Carmen de Urinis ægrotorum*, cujus principium: Τῶν ἀσθενῶν ὑελία μάθε τρισκαίδεκα. τὸ μὲν λευκὸν τὸ πρῶτον &c.; *quartum*, Διαγνώσεις καὶ θεραπεῖαι τῶν ἀσθενειῶν τῶν ἀνθρώπων, hoc eſt, *Cognitiones & Curationes morborum humanorum*, in *centum triginta Capita* diviſæ, quarum titulus & principium: Ἕτερον τοῦ αὐτοῦ Βλεμμίδου περὶ ἰατρικῆς διδασκαλίας. Κεφάλαιον ά. περὸς πόνον ἡμικρανίου. Κοπάνιζον ψίχας ἄρτου &c. In *quarto* ſuprà memoratorum Opuſculorum, nempe *de Curationibus morborum*, fol. 73 pag. 2 & fol. 74 pag. 2, *MAGISTRIANI* cujuſdam *duplex curatio Leproſorum* exſtat hoc modo: Περὶ θεραπείας λεπρῶν τοῦ Μαγιστριανοῦ δόκιμον. Πρῶτον δεῖ ποτίζειν &c; item: Ἕτερον τοῦ αὐτοῦ Μαγιστριανοῦ δόκιμον. Σχίνου ἄνθη οὐγγίας γ', &c.

Tertiò, & quidem à fol. 82 pag. 2, uſq; ad fol. 102 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam autoris* Ἰατρικὸν ſive *Opus medicinale*, quo præter DIOCLIS CARISTII *Epiſtolam ad Antigonum Regem de tuendâ ſanitate* continentur *Curationes variorum morborum*, quibus etiam *ſuperſtitioſa nonnulla & magica remedia* permixta ſunt. Inſcribitur illud atque incipit hoc modo: Ἰατρικόν. Δεῖ εἰδέναι, ὅτι ἀπὸ πλειάδος δύσεως μέχρι τροπῆς χειμερινῆς &c.

Quartò, & quidem à fol. 102 pag. 2, uſque ad fol. 130 pag. 1, SYMEONIS SETHI *Antiocheni, Magiſtri & Philoſophi, Liber de Alimentorum facultatibus ordine alphabetico*, cujus titulus & principium: Συμεὼν, Μαγίστρου καὶ Φιλοσόφου, τοῦ Σὴθ, τοῦ Ἀντιοχείτου, περὶ ὑγιεινῆς πραγματείας διὰ τῆς τῶν ἐδωδίμων συμμετρείας. Στοιχεῖον ά. Ἡ ἐκ τῶν ἄρτων τροφὴ διαφέρει τετραχῶς, παρά τε τὴν τούτων ὕλην ἤτοι τὸν σῖτον, καὶ τὴν τούτων ἐργασίαν, καὶ τὸ πῦρ, ἐν ᾧ &c. Edidit quidem huncLibrum *græcè* & *latinè* in lucem *Lilius Gregorius Gyraldus* Ba-

ſileæ A. 1538 in octavo, eundemq; emendatum, auctum & novâ verſione latinâ, atque diſficilium Locorum explicatione illuſtratum denuò publicavit *Martinus Bogdanus Driſna-Marchicus* Pariſiis A. 1658 in octavo; ſed operæ pretium fuerit, utramque illam editionem impreſſam cum Codice hoc MSto *Cæſareo* diligenter & accuratè conferri.

Quintò, & quidem à fol. 130 pag. 1, uſque ad fol. 132 pag. 1, NICEPHORI *Patriarchæ Conſtantinopolitani Oneirocriticon*, ſive, *Interpretatio Somniorum*, *verſibus Jambicis ſecundùm ordinem alphabeti*, cujus titulus & principium: Ὀνειροκρίτης διὰ στίχων ἰαμβικῶν κατὰ ἀλφάβητον. Ἀελὸν ἰδὼν, ἄγγελον Θεοῦ νόει. Ἄνακτι προσλαλῶν τις ἀπεχθὴς μένει. Ἄνθρακι βαίνειν ἐχθρικὴν δηλοῖ βλάβην. Ἀνδρὶ πλακεὶς φιλοῦντι &c. Vide Librum *quintum* Lambec. Comment. pag. 237 & 238.

Sextò, & quidem à fol. 132 pag. 2, uſque ad fol. 177 pag. 2, *MISCELLANEA quædam Medica*, inter quæ eſt ANONYMI *cujuſdam Autoris Liber Therapeuticus* ſive de *Curationibus morborum ordine alphabetico*, cujus principium ſine ullâ inſcriptione eſt hoc: Ἀποστήματα παντοῖα θεραπεύσης οὕτως· &c; *ſecundum Caput* inſcribitur πρὸς Ἄνθρακας; *tertium*, πρὸς Ἀρμοπόνιον. Ἀρμόπονον θεραπεύσης οὕτως· &c.

XLVI.

QVADRAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátq; foliis *ducentis ſeptendecim*, & primùm quidem ad *Joannem Alexandrum Braſſicanum* pertinuit; poſteà autem pervenit in poteſtatem *Joannis Oporini*, de quo illum porrò emit *Joannes Sambucus*, quemadmodum propriâ ipſius manu ibi annotatum eſt. Continentur eo GEOPONICA, ſive *Commentariorum de Agriculturâ Libri viginti*, ex variis antiquis Autoribus collecti, & in unum Syntagma redacti, curâ & ſtudio *Imp.* CONSTANTINI, vel *Quarti* ejus nominis, cognomine POGONATI, vel *Septimi*, cognomine PORPHYROGENITI; quorum alterutri etiam ab anonymo quodam dedicati ſunt peculiari Præfatione, cujus titulus & principium: Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τοῦ Γεωπονικοῦ βιβλίου. Πολλοῖς μὲν καὶ ἄλλοις Βασιλεῦσι χρηστοῖς ἡ μεγαλόπολις αὕτη ἐκαλλωπίζετο, &c. Primus hæc *Geoponica*, & quidem ex antiquo Codice MSto Græco *Matthæi Aurogalli Bohemi*, *latinè* in lucem edidit *Janus Cornarius* Baſileæ typis Frobenianis A. 1538 in 8vo. Sequenti autem anno 1539 ediderunt idem *Geoponicorum* Opus primi omnium *græcè Joannes Alexander Braſſicanus* & *Symon Grynæus* Baſileæ typis Roberti Cheimerini ſive Winteri, & quidem ex illo ipſo Codice MSto *Cæſareo*, de quo in præſens agitur, ut Libri *ſecundi* ſuorum Comment. pag. 537, 538, 539 & 540 jam ſatis prolixè indicavit Illuſtris Lambecius, Anteceſſor meus, ubi ſimul etiam *Joannis Alexandri Braſſicani Inſignia*, quæ in principio ejuſdem Codicis exſtant, unà cum duobus adjunctis Epigrammatibus, latino altero, altero græco, fideliter exhibuit. Quamvis igitur *Janus Cornarius*, ut memoratum eſt, *collectionem* horum *Geoponicorum* adſcribat *Imp. Conſtantino Pogonato*, ſunt tamen plures alii, qui eam attribuunt *Imp. Conſtantino*, ejus nominis *Septimo*, cognomine *Porphyrogenito*. Inter eos enim eſt etiam Vir doctiſſimus *Gerardus Joannes Voſſius*, quippe qui Libri ſingularis de Philoſophiâ capite ſexto, §. 23, poſteriorem hanc opinionem approbat.

XLVII.

QVADRAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátq; foliis *quadringentis ſeptem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò,

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 8 pag. 2, *EXCERPTA quædam Medica græco-barbara de Urinis & de Pulſu ex GALENO & aliis nonnullis antiquis Autoribus*, inter quæ eſt unum, quod τοῦ σοφωτάτου Μερκουρίου, ſive, *Sapientiſſimi Mercurii*, hoc eſt, ut ego interpretor, *Hermetis Triſmegiſti*, falsò inſcribitur, atque incipit his verbis: Τὸ σῶμα τοῦ ἀνθρώπου συνέστηκεν ἐκ τεσσάρων στοιχείων &c:

Secundò, & quidem à fol. 9 pag. 1, uſque ad fol. 407 pag. 1, CONSTANTINI, cognomine *Africani* & *Rhegini*, *Viatica peregrinantis græco-barbarè*; cum ſubjuncto Libro JOANNIS MESUÆ *Damaſceni de Medicamentis purgantibus*, qui etiam in hoc Codice, perperàm S. *Joanni Damaſceno* attribuitur. Accedit inſuper ſuprà memoratus ANONYMI Autoris *Libellus græco-barbarus* περὶ τροφῶν δυνάμεων, ſive, *de Alimentorum facultatibus*; item *Antidotarium græco-barbarum*, *Catalogus alphabeticus Medicamentorum ſuccedaneorum græco-barbarus*, *Lexicon vocabulorum Medicorum Saracenicorum cum Interpretatione græco-barbarâ*, & tandem HIPPOCRATIS *Liber* περὶ ἑλκῶν, ſive, *de Ulceribus*, cujus principium: (1) Ἕλκεα ξύμπαντα οὐ χρὴ τέγγειν &c.

XLVIII.

QVADRAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt antiquus partim *membranaceus*, partim *chartaceus* in *quarto*, conſtátq; foliis *ducentis triginta ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 46 pag. 1, ROMANI *Cubuclesii Cubicularii Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ S. Sophiæ, & primarii Inſpectoris Imperatorii Hoſpitalis cognomine Myrilæi, Liber de acutis & diuturnis morbis*, cujus titulus & principium: Ῥωμανοῦ Κουβουκλησίου τῆς τοῦ Θεοῦ ἁγίας καὶ μεγάλης Ἐκκλησίας, πρωτομηνύτου τοῦ βασιλικοῦ Ξενῶνος τοῦ μυριλαίου, καὶ τῆς περιόδου.

Secundò, & quidem à fol. 46 pag. 1, uſque ad fol. 164 pag. 1, GALENI *Liber ſextus, ſeptimus* & *octavus* περὶ τῆς τῶν ἁπλῶν φαρμάκων δυνάμεων, ſive, *de ſimplicium medicamentorum facultatibus, ordine alphabetico.* Incipit autem ibi Liber *ſextus* ſine inſcriptione ac Proœmio his verbis: (2) Περὶ ἀβροτόνου. Ἀβρότονον τῆς πόας οὔτε τὴν ἰδέαν χρὴ γράφειν &c.

Tertiò, & quidem à fol. 164 pag. 2, uſque ad fol. 171 pag. 2, *ex* GALENI *Libro primo de Antidotis Fragmentum*, quo continetur ANDROMACHI τοῦ πρεσβυτέρου ſive *Senioris*, patriâ *Cretenſis*, ad *Imp. Neronem*, cujus fuit *Archiater*, *Carmen elegiacum de compoſitione Theriacæ* δι' ἐχιδνῶν ſive *per admixtionem carnium viperinarum*; cujus principium:

(3) Κλῦθι πολυθρονίου βελαρὸν σθένος ἀντιδότοιο
Καῖσαρ ἀδειμάντου δῶτορ ἐλευθερίης.
Κλῦθι Νέρων, ἱλαρήν μιν ἐπικλείουσι Γαλήνην
[illegible] Εὔδιον, &c.

Hæc igitur eſt celeberrima illa *Theriaca*, ab autore ſuo cognominata *Andromachi*, quæ *Mithridaticam Antidotum* ferè antiquavit.

Quartò, & quidem à fol. 172 pag. 1, uſq; ad fol. 187 pag. 2, & à fol. 189 pag. 1 uſq; ad fol. 196 pag. 2, HIPPOCRATIS *Aphoriſmi*, quorum principium: Ὁ βίος βραχὺς, ἡ δὲ τέχνη μακρή; ſed mutili, & ſine Comentario. Eorundem mentio occurrit ſuprà jam aliquoties.

 Quintò,

(1) Vide Operum *Hippocratis* editionem græco-latinam Genevenſem pag. 869. (2) Vide Operum *Galeni* editionem græcam Baſileenſem Tom. II. pag. 69. (3) Vide Operum *Galeni* edit. græcam Tom. II. pag. 428 & 429, & *Joan. Baptiſtæ Raſarii* editionem Venetam latinam, Claſſis Vtæ fol. 148 & 149.

Quintò, & quidem fol. 188 pag. 1 & 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Expoſitio ſynoptica de Urinis ſecundùm doctrinam Perſarum*, cujus titulus & principium: Περὶ οὔρων ἑρμηνεία. Σύνοψις ἀκριβεστέρα ἑρμηνευθεῖσα ἐκ τῆς ἰατρικῆς τέχνης τῶν Περσῶν. Δεῖ γινώσκειν, ὅτι ἐστὶν τὸ οὖρον ἐρυθρὸν &c.

Sextò, & quidem à fol. 197 pag. 1, uſque ad fol. 236 pag. 2, *PAULI ÆGINETÆ Libri duo priores cum principio tertii.* Liber *primus* incipit his verbis: Οὐχ ὡς τῶν παλαιοτέρων καὶ τὴν τέχνην παραλελοιπότων &c.

XLIX.

QUADRAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus & perelegans, in *octavo*, conſtátque foliis *triginta*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 21 pag. 1, *HIPPOCRATIS Liber Aphoriſmorum cum anonymi cujuſdam Autoris Præfatione*, quæ incipit his verbis: Οἱ πλεῖστοι τῶν παλαιοτέρων ἰατρῶν ἀπορίαν ἐξεῦρον τινὰ τῆς ἰατρικῆς, &c.

Secundò, & quidem à fol. 22 pag. 1, uſq; ad fol. 30 pag. 1, *CLAUDII PTOLEMÆI Alexandrini Centiloquium*, ſive, *Liber centum Aphoriſmorum ſeu Sententiarum ad Syrum fratrem*, ab ipſo *Ptolemæo* inſcriptus Καρπὸς, hoc eſt, *Fructus*, quia videlicet in eo indicat, *quis ſit fructus* τῆς τετραβίβλου Συντάξεως, ſive, *Quadripartitæ Compoſitionis Apoteleſmaticæ*, ad eundem *Syrum* ſcriptæ. Inſcribitur iſte Liber atque incipit in Codice hoc MSto Cæſareo his verbis: Κλαυδίου Πτολεμαίου βιβλίων ὁ Καρπός. Προεκτεθειμένοι, ὦ Σύρε, τὰς (1) ἐνεργείας τῶν ἀστέρων &c.

L.

QVINQVAGESIMUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum & octo*, & ab *Augerio Burbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 68 pag. 2, *THEOPHANIS Synopſis compendiaria totius Medicæ Artis*, *juſſu Imp. Conſtantini Porphyrogeniti*, *ex Oribaſii potiſſimum ſcriptis collecta*, *& in ſeptem Libros diviſa*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit hoc modo: Θεοφάνης πρὸς Κωνσταντῖνον Δεσπότην τὸν Πορφυρογέννητον Βασιλέα. Τὰς προσταχθείσας ἐπιτομὰς παρὰ τῆς σῆς θειότητος, ἐκ Θεοῦ Αὐτοκράτορ, περὶ τῆς τῶν ἰατρικῶν θεωρημάτων συναγωγῆς ἔσπευσα κατὰ τὸ δυνατὸν &c.

Secundò, & quidem à fol. 69 pag. 1, uſque ad fol. 84 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Libellus de curationibus morborum ordine alphabetico*, cujus titulus & principium: Ἰατρικὸν κατὰ ἀλφάβητον. Ἀρχὴ τοῦ α. (2) Ἁλάτιον σκευασθὲν τῶν ἁγίων ἐνδόξων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων, συγγραφὲν παρὰ τοῦ ἁγίου ἐνδόξου Ἀποστόλου καὶ Εὐαγγελιστοῦ Λουκᾶ, ἔχον ὠφελείας τῶν ὑποτεταγμένων κεφαλαίων. &c.

Tertiò, & quidem à fol. 85 pag. 1, uſque ad fol. 108 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Liber de Compoſitione variorum Medicamentorum*, *in Capita centum & novem diviſus*, cujus titulus & principium: Αἱ σκευασίαι σὺν Θεῷ τοῦ Ἰατρικοῦ. Ἡ ἀντίδοτ. Κηροῦ &c.

QVIN-

(1) Ita hîc omninò legendum eſt, nempe ἐνεργείας, non autem ut in *Joachimi Camerarii* editione græcâ Norimbergenſi A. 1535 in 4to perperàm legitur, ἐνεργειῶν. (2) De eodem *Halatio* ſive *Embammate falſò S. Lucæ Evangeliſtæ* vide ſuprà Cod. VIII. num. 22.

LI.

QUINQUAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *octavo*, conſtátque nunc foliis *centum ſexaginta octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo CLAUDII ÆLIANI *Hiſtoria animalium*, quæ ibi incipit à *capitis octavi Libri ſeptimi* his verbis: θειότερα νοεῖν ἢ κτ̀ τὴν θνητὴν φύσιν ἐκόμπαζεν. Ὅτι ἢ βοῦς &c. Vide ſuprà citatam Operum *Æliani* editionem græco-latinam.

LII.

QUINQUAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *octavo*, conſtátque foliis *centum & duobus*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 22 pag. 2, *THEOPHILI & STEPHANI ATHENIENSIS Libellus de Febrium differentiâ ex Hippocrate & Galeno*, cujus titulus & principium: Θεοφίλου καὶ Στεφάνου ἐκ τοῦ Ἱπποκράτους καὶ Γαληνοῦ περὶ τῆς τῶν πυρετῶν διαφορᾶς. Τίς ὁ σκοπὸς τῆς ὅλης πραγματείας; Σκοπὸν ἔχομεν ἐν τῷ παρόντι συγγράμματι περὶ τῆς τῶν πυρετῶν διαφορᾶς σύντομον ἐκθέσθαι παράδοσιν, &c.

Secundò, & quidem à fol. 23 pag. 1, uſque ad fol. 35 pag. 2, *GALENI Epiſtola de pulſibus ad Teuthranem*, cujus titulus & principium: Γαληνοῦ ἐπιστολὴ περὶ σφυγμῶν πρὸς Τεύθραντα. Ὅσα τοῖς εἰσαγομένοις, φίλτατε Τεῦθραν, χρήσιμα ἐπίστασθαι περὶ σφυγμῶν, &c.

Tertiò, & quidem fol. 36 pag. 1 & 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Synopſis accuratiſſima de Urinis, translata ex Arte Medicâ Perſarum*; cujus titulus & principium: Σύνοψις ἀκριβεστάτη περὶ οὔρων, ἑρμηνευθεῖσα ἐξ ἰατρικῆς τέχνης τῶν Περσῶν. Δεῖ γινώσκειν, ὡς, ὅτε τὸ οὖρον ἐστὶν ἐρυθρὸν καὶ θολὸν, δηλοῖ ἀπὸ αἵματος εἶναι· ἡ μὲν γὰρ ἐρυθρότης &c.

Quartò, & quidem à fol. 36 pag. 2, uſque ad fol. 38 pag. 2, *EXCERPTA quædam de Phlebotomiâ*, & quidem præcipuè *ex GALENO*.

Quintò, & quidem à fol. 39 pag. 1, uſque ad fol. 48 pag. 1, *DIOSCORIDIS ANAZARBENSIS & STEPHANI ATHENIENSIS* hactenùs ineditum *Alphabetum Medicum Empiricum*, cujus titulus & principium: Βίβλος Διοσκουρίδους. Αὕτη ἡ βίβλος περιέχει τέχνην ἐμπειρίας ἰατρικῆς περὶ ἁπλῶν τε καὶ συνθέτων φαρμάκων κατὰ ἀλφάβητον ὑποτεταγμένων. Ἀρχὴ τοῦ ἄλφα στοιχείου. Περὶ ἀβρώτων. Ἄβρωτα διατηρεῖ ἀπὸ μυῶν καὶ σκωλήκων τά τε βιβλία, ἱμάτια καὶ χαρτία ἀψίνθιον ξηρὸν &c. Vide Librum *ſecundum* Lambec. Comment. pag. 598 & 599, & ſuprà Codicem XVIII. num. 7.

Sextò, & quidem à fol. 49 pag. 1, uſque ad fol. 55 pag. 1, HIPPOCRATIS *Epiſtolæ duæ ad Ptolemæum*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Ἐγκύκλιος ἐπιστολὴ Ἱπποκράτους πρὸς Πτολεμαῖον Βασιλέα, πῶς ἐπισυνίσταται τῷ τοῦ ἀνθρώπου σώματι νόσος· ἀναφέρεται γὰρ εἰς τήρησιν τῶν εὐχρήστων τε καὶ γνῶσιν τῶν ἀχρήστων. Προοίμιον. Ἐπιμελούμενοι τῆς σῆς ὑγιείας, ὦ Βασιλεῦ, καὶ ταύτης φροντίδα, &c.

Septimò, & quidem à fol. 55 pag. 1, uſque ad fol. 60 pag. 1, *HIEROPHILI Sophiſtæ Liber de Diætâ ſecundùm duodecim menſes*, cujus titulus & principium: Ἱεροφίλου σοφιστοῦ περὶ τροφῶν δυνάμεως κύκλος καθ' ἕκαστον μῆνα, ὁποίοις δεῖ φαρμάκοις χρῆσθαι, καὶ ποίων ἀπέχεσθαι χρή. Ταύτης τῆς ἐπιτρέψεως μὴ καταφρονητέον &c. Ἰανουάριος. Μηνὶ Ἰανουαρίῳ ἁρμόζει ἀπὸ κοίτης λαμβάνειν οἶνον γλυκὺν, &c.

Octavò,

Octavò, & quidem à fol. 60 pag. 1, uſque ad fol. 102 pag. 1, EJUSDEM *Liber de facultatibus alimentorum*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Ἱεροφίλου Φιλοσόφου περὶ τροφῶν δυνάμεων. Ὅσα ἐκ τῶν παλαιῶν ἱσορειῶν ἰδίᾳ τεχνουργίᾳ πειράσας &c. Προοίμιον. Τῶν διαιτημάτων τὰς τάξεις, καὶ τὰς τούτων αἰτίας καὶ διαφορὰς πολλάκις ἡμεῖς ἀναμνήσαντες &c. Subjuncta ſunt eidem Libro FRAGMENTA quædam ARISTOTELIS (1) *Phyſica* & (2) *Ethica*; ut & (3) S. GREGORII NAZIANZENI notabilis locus ad *Evagrium Monachum*, cujus titulus & principium: Τοῦ Θεολόγου πρὸς Εὐάγριον Μοναχόν. Ὃν δὴ τρόπον ὁ προφορικὸς λόγος ἀδιαίρετος μέν ἐστι &c.

LIII.

QUINQUAGESIMUS TERTIUS Codex MStus *Medicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *octavo*, conſtátq; foliis *centum octoginta novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 8 pag. 2, uſque ad fol. 11 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Opuſculum græco-barbarum de Structurâ hominis ex* GALENO, HIPPOCRATE, & (4) MELETIO *Philoſopho collectum*, cujus titulus & principium: Διαθήκη τῶν τριῶν Ἰατρῶν, Γαληνοῦ, Ἱπποκράτους, καὶ Μελετίου τοῦ σοφοῦ περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς. Πᾶσι τοῖς θέλουσιν ἐνδιάγειν περὶ τῆς αὐτῶν ὑγείας &c.

Secundò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 8 pag. 1, & à fol. 11 pag. 1 uſque ad fol. 59 pag. 1, EJUSDEM *Anonymi Autoris Eclogæ græco-barbaræ ex Galeno, in Capita centum ſeptuaginta ſex diviſæ*, quarum titulus & principium: Ἀρχὴ τοῦ Γαληνοῦ. Κεφάλαιον α΄ περὶ πόνου κεφαλῆς. Ὅταν πονέσει τ' ἀνθρώπου ἡ κεφαλὴ, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 59 pag. 2, uſque ad fol. 128 pag. 2, EJUSDEM *anonymi Autoris Eclogæ græco-barbaræ ex Hippocrate, in Capita ducenta viginti duo diviſæ*, quarum titulus & principium: Ἀρχὴ τοῦ Ἱπποκράτους. Κεφάλαιον α΄ περὶ ἀπηγάνου εἰς χεῖον. Ἀπήγανος ἔχει ἔτως· &c.

Quartò, & quidem à fol. 129 pag. 1, uſque ad fol. 189 pag. 1, EJUSDEM *anonymi Autoris Eclogæ græco-barbaræ ex Meletij Philoſophi Iatroſophio, in Capita ducenta ſeptendecim diviſæ*, quarum titulus & principium: Ἀρχὴ τοῦ Μελετίου Ἰατροσοφίου. Κεφάλαιον α΄ περὶ ἐντέρων. Ὅταν ἐξέβουν τὰ ἔντερα τοῦ ἀνθρώπου &c.

Hucuſque igitur, quantum fieri potuit, fideliſſimè breviſſiméque recenſui, quid illis contineatur *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ quinquaginta tribus Codicibus manuſcriptis Græcis*, quos reſpectu principii appellavi MEDICOS. Reliqua autem ejuſdem *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ* Opera manuſcripta *Medica Græca* quærenda ſunt in aliis *aliarum Claſſium* Codicibus MStis, quibus ea nonnuſquam minus convenienter inſerta ſunt.

Recenſionis Codicum MStorum Græcorum MEDICORUM
Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis

FINIS.

(1) Vide ibi fol. 92. pag. 2. (2) Vide ibi fol. 98. pag. 2. (3) Vide ibi fol. 101. pag. 2. (4) Hujus *Meletii Philoſophi* Opus de Naturâ ſtructurâq; hominis, à Nicolao Petrejo Corcyræo è græcâ linguâ in latinam translatum, prodiit in lucem Venetiis ex Officinâ Gryphii A. 1552. in quarto.

[Sequitur Catalogi hujus Pars IV. Codices MStos Philoſophicos & Philologicos Græcos complectens.]

CATALOGI BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ MANUSCRIPTORUM PARS IV,

quæ complectitur

CODICES MANUSCRIPTOS

PHILOSOPHICOS

propriè dictos, &

PHILOLOGICOS

GRÆCOS.



CATALOGI AUGUSTISSIMÆ BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ VINDOBONENSIS MANUSCRIPTÆ GRÆCÆ, LINGUARUMQUE ORIENTALIUM,

PARS QVARTA,

quâ continetur

Catalogus Manuſcriptorum Codicum Græcorum PHILOSOPHICORUM *propriè dictorum*, nec non PHILOLOGICORUM, ſecundùm præſentem *collocationis* eorum ſeriem, & novum ordinem *numerorum*, quibus iidem nunc notati ſunt.

I.

PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum quinquaginta ſex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *PLATONIS Libri decem de Republicâ*, quorum *primus* incipit his verbis: Κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ &c. Adjuncta iiſdem uſque ad finem *Libri tertii* in margine eſt *Verſio latina Marſilii Ficini Florentini*, cujus principium: *Deſcenderam heri in Piræum unà cum Glaucone Ariſtonis filio, ut & Deam precarer, & celebritatem ſpectarem, quonam modo acturi eſſent, quæ tunc primùm agebant. Pulchra igitur mihi patria pompa viſa eſt*, &c. Plura de eximio illo *Platonis Interprete*, & præclaro *Philoſophiæ Platonicæ* Inſtauratore, vide, ſi placet, Lib. VII. Commentar. Lambec. pag. 15, 16 & 17.

II.

SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus* elegantiſſimus in *folio*, conſtátque foliis *centum quinquaginta*, & primùm quidem ad Illuſtriſſimum *Andream Matthæum Aquavivam*, *Ducem Adriæ*, cujus *Inſignia gentilitia* in principio exſtant, poſtea autem ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 71 pag. 2, ARISTOTELIS *Naturalis Auſcultationis*, ſive, *Phyſicorum Libri octo.*

Secundò, & quidem à fol. 72 pag. 1, uſque ad fol. 91 pag. 2, EJUSDEM *de Generatione & Corruptione Libri duo.*

Tertiò, & quidem à fol. 92 pag. 1, uſque ad fol. 122 pag. 2, EJUSDEM *Libri tres priores*, quorum *tertius* caret fine: *quartus* autem omninò deeſt.

Quartò, & quidem à fol. 123 pag. 1, uſque ad fol. 150 pag. 2, EJUSDEM *Libri tres de Animâ*, quorum *primus* incipit his verbis: Τῶν καλῶν καὶ τιμίων τὴν εἴδησιν ὑπολαμβάνοντες &c; *tertius* autem ſive ultimus deſinit: γλῶτταν δὲ, ὅπως σημαίνῃ τι ἑτέρῳ. Cæterum, quandoquidem Codicem hunc ſuprà appellavi elegantiſſimum, ſupereſt, ut porrò addam, illud non tàm intelligendum eſſe de externâ compacturâ, quæ magnifica profectò ac Regia eſt, quàm de pulcherrimis *Miniaturis inauratis*, quibus ſingulorum Librorum frontiſpicia mirificè exornata ſunt. Sic enim, ut reliqua longè plura ſpectatu digna ſilentio prætercam, folii primi paginâ primâ, præter *Imp. Auguſti Numiſma aureum inter duos Capricornos*, ſidus videlicet ipſius genethliacum, & præter Figuras duas muliebres, *Pacem cum Palmâ*, & *Sapientiam cum Libro* repræſentantes, *Imago* quoque exhibetur (1) *Naturæ*, tanquam communis Matris, toto corpore nudæ, & *mammis lacte plenis*, totum terrarum Orbem, quem gremio ſuo fovet, irrigantis atque alentis; ut ex apographo æri inciſo, è regione hujus paginæ collocato, videre eſt.

III.

TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, elegans, & optimæ notæ, in *folio majori*, conſtátque foliis *centum octoginta octo*, olim ad Virum CL. *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, pertinuit, quo continentur ISOCRATIS, *Oratoris Athenienſis* celeberrimi, (qui annos natus centum & ſex obiit anno ante Æram Chriſtianam 321, vel 330.) *Orationes.*

IV.

QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, elegantiſſimus & prorſus regiè compactus, in *folio regali*, conſtátque foliis *nonaginta*, & primùm quidem ad *Illuſtriſſimum* (2) *Andream Matthæum Aquavivam*, *Ducem Adriæ*, poſteà autem ad *Joannem Sambucum* pertinuit, & ab eodem *Maximiliano II*, nondum adhuc Imperatori, ſed tantùm *Regi Bohemiæ*, dono datus eſt, ut patet ex ſequenti inſcriptione, quæ ibidem in principio collocata eſt: MAXIMILIANO, *Regi* (3) *Bohemiæ*, *Archiduci Auſtriæ*,

(1) Vide *Cæſaris Ripæ* Peruſini Iconologiam pag. 351. (2) Vide ibi fol. 45. pag. 2. (3) *Maximilianus II.* electus quidem fuit *Rex Bohemiæ* A. C. 1548. d. 14. Februarii; ſed decimo quarto demùm pòſt anno, nempe A. C. 1562 d. 20. Septembris, primùm coronatus eſt, patre *Imp. Ferdinando I* adhuc ſuperſtite.

ſtriæ, Duci Burgundiæ, &c, Domino ſuo clementiſſimo, infimus cliens Joannes Sambucus Pannonius. Continentur eo ARISTOTELIS *Ethicorum ad Nicomachum Libri decem*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit his verbis: Ἀριστοτέλους Ἠθικῶν Νικομαχείων βιβλίον α΄. Πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος, ὁμοίως πρᾶξίς τε καὶ προαίρεσις, &c; decimus autem ſive ultimus deſinit, καὶ τίσι νόμοις καὶ ἔθεσι χρωμένη. λέγομεν οὖν ἀρξάμενοι. Cæterùm quandoquidem hunc Codicem ſuprà appellavi *elegantiſſimum*, ſupereſt, ut porrò addam, illud non tàm intelligendum eſſe de externâ compactûrâ, quæ magnifica profectò ac Regia eſt, quàm de pulcherrimis *Miniaturis inauratis*, quibus ſingulorum Librorum frontiſpicia mirificè exornata ſunt. Cernuntur enim ibi ſumptuosâ magnificentiâ depictæ *variæ* (1) *Fabulæ Poëticæ*, nec non (2) *novem Muſæ* & (3) *tres Charites* ſive *Gratiæ*, aliæque longè plures Imagines, ex quibus ſpeciminis loco *quatuor*, fideliter delineatas ærique inciſas, hîc exhibeo. Harum *primâ*, quæ pars eſt frontiſpicii *Libri primi*, repræſentatur ſub elegantiſſimo quodam arcu triumphali, *Platonis* & *Ariſtotelis* capitibus inſignito, *Anima humana*, tanquam *Fœmina capite alato & pedibus igneis*, pallio ſuo complectens *quatuor* præcipuas *Virtutes*, quas vulgò *Cardinales* vocant; nempe *Juſtitiam* cum gladio, *Prudentiam* cum ſpeculo, *Fortitudinem* cum columnâ, & *Temperantiam* cum urceolo. *Secundâ* ſuprà memoratarum quatuor Picturarum, quæ pars eſt frontiſpicii *Libri ſexti*, repræſentatur *Naturalis Cupido ſciendi*, tanquam *Fœmina, utráque manu tenens Sphingem, eámque intentè auſcultans:* quia nempè Cupido illa, animæ humanæ congenita, latentes rerum cauſas curiosâ ſcrutatione inquirit, iiſque inventis, ceſſat; nondum autem inventis ingenia macerat. *Tertiâ* ſuprà memoratarum *quatuor* Picturarum, quæ pars eſt frontiſpicii *Libri ſeptimi*, repræſentatur *Hercules*, cognomine *Muſagetes*, hoc eſt, *Dux & Protector Muſarum;* cui adſtat *Mercurius cum Caduceo*, tanquam *nuncius Pacis*. *Quartâ* denique ſuprà memoratarum *quatuor* Picturarum, quæ pars eſt frontiſpicii *Libri decimi*, repræſentatur *Urbs Athenienſis*, *Noctuis* & *Statuâ Palladis* ſive *Minervæ* inſignita, ut in apographo æri inciſo ſatis luculenter videre eſt.

V.

QUINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio majori*, conſtátque foliis *centum nonaginta & uno*, olim ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo HOMERI *Ilias* & *Odyſſea*, cum Notis ſeu Rapſodiâ *Quinti Smyrnæi*.

VI.

SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, vetuſtus & optimæ notæ, in *folio* regali, ſed in fine mutilus, conſtátque foliis *centum & octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, GEORGIUS *Corinthius* de Barbariſmo & Solœciſmo, ut & de Syntaxi, & Conſtructione Orationis.

Secundò; THEODORI *Studitæ*, Abbatis Monaſterii CPni, cognomine *Studii*, qui A. C. 826 obiit, *Epiſtola de Imaginibus*.

(1) Exempli gratiâ *de Phaetonte*, fol. 10. p. 2. *de Tantalo* fol. 27. p. 1. *de Prometheo ad Caucaſum ligato*, & *de Siſypho*, fol. 36. pag. 1. *de Polyphemo* & *Ulyſſe* fol. 45. pag. 2, &c. (2) Vide ibi fol. 62. pag. 2. (3) Vide ibi fol 72. pag. 1.

VII.

SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *folio*, conſtátque foliis *quingentis triginta octo*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Ericium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Quis autem illum manu ſuâ ſcripſerit, indicatur ibi fol. 359. pag. 2, his verbis: Ἡ βίβλος αὕτη ὑπ' ἐμοῦ (1) Κορνηλίου τοῦ Ναυπλιέως τῆς Μυρμυρέων, υἱοῦ Ἀνδρέου, μετὰ τὴν τῆς πατρίδος ὑπὸ Τούρκων ἅλωσιν Ἐνετίῃσι διατρίβοντος, ἐξεγράφη ἔτει τῷ ἀπὸ τῆς Θεογονίας ,αφξα. hoc eſt: *Liber hic à me* CORNELIO *Naupliensi Peloponneſio, filio Andreæ, poſt patriæ per Turcos expugnationem Venetiis degente, deſcriptus eſt anno à nativitate Chriſti milleſimo quingenteſimo ſexageſimo primo.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 359 pag. 2, PROCLI LYCII, *Diadochi Platonici*, *Commentariorum in Platonis Parmenidem*, ſive, *Dialogum de Ideis*, *Libri ſeptem*, hactenùs, quod ego ſciam, nec græcè nec latinè unquam in lucem editi; quorum *primus*, qui pluſquam viginti integrorum foliorum *Prolegomena*, variis *Hiſtoriæ Philoſophicæ* memorabilibus notitiis referta, continet, inſcribitur atque incipit hoc modo: Πρόκλου Πλατωνικοῦ Διαδόχου τῶν εἰς τὸν Παρμενίδην τοῦ Πλάτωνος ἐπτὰ βιβλίων τὸ πρῶτον. Εὔχομαι τοῖς Θεοῖς πᾶσι καὶ πάσαις, ποδηγῆσαι μου τὸν νοῦν εἰς τὴν προκειμένην θεωρίαν, καὶ φῶς ἐν ἐμοὶ στιλπνὸν τῆς ἀληθείας ἀνάψαντας, ἀναπλῶσαι τὴν ἐμὴν διάνοιαν ἐπ' αὐτὴν τὴν τῶν ὄντων ἐπιστήμην, ἀνοῖξαί τε τὰς τῆς ψυχῆς τῆς ἐμῆς πύλας εἰς ὑποδοχὴν τῆς ἐνθέου τοῦ Πλάτωνος ὑφηγήσεως, &c. Plura, ſi placet, vide Lib. VII. *Comment. Lambec.* pag. 43, 44, & 45.

Secundò, & quidem à fol. 360 pag. 1, uſq; ad fol. 538 pag. 1, HERMIÆ *Philoſophi, Procli* qui ſub *Syriano* fuit condiſcipulus, & *Ammonii* pater, *Scholiorum in Platonis Phædrum*, ſive, *Dialogum de Pulchro*, *Libri tres*, hactenùs, quod ego ſciam, nec *græcè* nec *latinè* unquam in lucem editi; quorum primus inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἑρμείου Φιλοσόφου τῶν εἰς τὸν Πλάτωνος Φαῖδρον Σχολίων τῶν εἰς τρία τὸ πρῶτον. Ὁ Σωκράτης ἐπὶ εὐεργεσίᾳ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους καὶ τῶν ψυχῶν τῶν νέων καταπέμφθη εἰς γένεσιν. διαφορᾶς δὲ οὔσης πολλῆς κατά τε τὰ ἤθη καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα τῶν ψυχῶν, &c. Liber autem tertius ſive ultimus deſinit his verbis: τὰ γὰρ αὐτὰ εὐχόμεθα καὶ τοῖς φίλοις, ἅπερ ἂν ἑαυτοῖς εὐξαίμεθα. Plura de hoc *Hermiâ Philoſopho*, natione *Alexandrino*, *Syriani* diſcipulo, *Procli* condiſcipulo, *Damaſcii* magiſtro, & *Ammonii* patre, vide apud *Photium* Patriarcham CPnum in recenſione Codicum Bibliothecæ ſuæ CLXXXImi & CCXLIIdi, apud *Suidam* lit. E, ſub nomine Ἑρμείας & Lib. VII. *Commentar. Lambecianorum* pag. 43, 44.

VIII.

OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis ſexaginta quatuor*, & ad celeberrimam inſtructiſſimamque *Bibliothecam* (2) *Fuggerianam*, A. C. 1656 Auguſtâ Vindelicorum in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream Vindobonenſem* translatam, olim pertinuit. Continentur eo THEODORI METOCHI-

(1) Plura de hoc *Cornelio Naupliensi*, aliiſque Codicibus Græcis, ipſius manu deſcriptis, vide Lib. VI. Lambec. Comment. pag. 192. 193. (2) Vide Lib. I. Lambec. Comment. pag. 67.

TOCHITÆ, (1) in Aulâ Imperatoriâ Conſtantinopolitanâ ſub *Imp. Andronico Palæologo Primo* ſive *Seniore Magni Logothetæ* ſive *Cancellarii*, Viri doctiſſimi, & relictis variis ingenii monumentis clariſſimi, qui ſub *Imp. Andronico Palæologo Secundo* ſive *Juniore* magnam fortunæ mutationem perpeſſus, A. C. 1332 obiit, (2) *Capita Philoſophica & Hiſtorica miſcellanea centum viginti*, hactenùs inedita; quæ cùm digniſſima profectò ſint, ut aliquando in publicam lucem proferantur, idcircò integrum eorum *Indicem græcum*, qui ita incipit: Πίναξ τοῦ παρόντος βίβλου τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου ΜΕΓΑ´ΛΟΥ ΛΟΓΟΘΕ´ΤΟΥ κυρίου ΘΕΟΔΩ´ΡΟΥ ΤΟΥ͂ ΜΕΤΟΧΙ´ΤΟΥ, in anteceſſum publicavit CL. Lambecius Lib. VII. Commentariorum ſuorum pag. 150, 151, 152, 153, 154, quem, ſi placet, conſule.

IX.

NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum octoginta octo*, & ad celeberrimam inſtructiſſimamq; (3) *Bibliothecam Fuggerianam*, quæ A. C. 1656 *Auguſtâ Vindelicorum* in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream* tranſlata eſt, olim pertinuit. Continetur eo ANONYMI cujuſdam Autoris *Paraphraſis in Ariſtotelis Ethicorum ad Nicomachum Libros decem*; cujus titulus & principium: Παράφρασις τῶν Ἀριστοτέλους Ἠθικῶν Νικομαχείων. Κεφάλαιον α΄. Ὅτι ἐστί τι ἔσχατον τέλος, πρὸς ὃ πᾶσαι τείνουσαι αἱ ἀνθρώπιναι πράξεις. Ἐν πάσῃ τέχνῃ καὶ μεθόδῳ ἀγαθόν τι ζητοῦμεν· καὶ προαιρούμεθα δὲ καὶ πράττομεν ἐκεῖνα, ὅθεν &c.

X.

DECIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis ſeptuaginta ſex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 103 pag. 2, *JOANNIS Grammatici Alexandrini, cognomine PHILOPONI, ex frequentationibus ſeu colloquiis Ammonii, filii Hermiæ, Scholicæ Annotationes in Ariſtotelis Categorias, ſive, Librum de decem Prædicamentis.* Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: Ἰωάννου Γραμματικοῦ Ἀλεξανδρέως τοῦ Φιλοπόνου ἐκ τῶν συνουσιῶν Ἀμμωνίου τοῦ Ἑρμείου σχολικαὶ ἀποσημειώσεις εἰς τὰς Ἀριστοτέλους δέκα κατηγορίας. Sequitur deinde *Vita Ariſtotelis*, ab eodem *Joanne Grammatico* conſcripta, quæ aliàs ipſi etiam *Ammonio* attribuitur; in hoc autem Codice Cæſareo inſcribitur atque incipit hoc modo: Γενεαλογία Ἀριστοτέλους. Ἀριστοτέλης τῷ μὲν γένει ἦν Μακεδὼν, πόλεως δὲ Σταγείρων, υἱὸς Νικομάχου, ἰατροῦ Ἀμύντου τοῦ Μακεδόνων βασιλέως &c; deſinit autem: ταῦτα λέγειν ἔχομεν περὶ τοῦ βίου τοῦ Ἀριστοτέλους. Edita quidem hæc Vita jam aliquoties eſt, ſed beneficio hujus Codicis manuſcripti *Cæſarei* emendari poteſt & ſuppleri. Sequitur porrò in eodem Codice *Joannis Philoponi Proœmium*, quod incipit his verbis: Ἐπεὶ δὲ λογικῆς πραγματείας ἀρχὴ τὸ προκείμενον βιβλίον, &c. Quo

(1) Plura de eodem *Theodoro Metochitâ* vide apud *Nicephorum Gregoram* Hiſtoriæ Byzantinæ lib. 7, 8, & 9, & apud alios antiquos Autores, qui commemorantur à *Ger. Joan. Voſſio* lib. 2. de Hiſtoricis Græcis cap. 29. (2) Meminit eorundem *Joannes Jacobus Friſius* in Bibliothecâ Geſnerianâ, à ſe auctâ, tanquam in *Bibliothecâ Auguſtanâ* exſtantium. Vide etiam ipſum Catalogum Græcorum Codicum jam memoratæ celeberrimæ *Bibliothecæ Auguſtanæ*, à *Davide Hæſchelio* Auguſtæ Vindelicorum A. 1595 in 4to editum, p. 52. in recenſione Codicis CIIdi. (3) Vide Lib. I. Lambec. Comment. pag. 67, 68, 69.

Quo finito, ſequuntur ipſa *Ammonii Prolegomena*, valdè ab editis diſcrepantia. Incipit deinde ipſa *Categoriarum Expoſitio*, in *Capita centum quadraginta ſeptem* diviſa, hoc modo: Ἀριστοτέλους κατηγοριῶν τῶν δέκα πρώτη. Ὁμώνυμα λέγεται, &c. Si quis jam hoc Codicis manuſcripti *Cæſarei* principium cum *Joannis Bernardi Feliciani* editione græcâ Venetâ anni 1545 in octavo contulerit, tantam inveniet diſcrepantiam, ut ad eam ſufficienter indicandam, integra protsùs novâ editione opus ſit. In jam memoratâ enim *Feliciani* editione *Annotationes Ammonii* & *Joannis Philoponi* ſine ullo diſcrimine confunduntur; in Codice autem hoc manuſcripto *Cæſareo* diſtinctè indicatur, quænam ſint *Ammonii*, quænam autem *Joannis Philoponi*, quippe qui non ſolùm *Scholia ex Ammonii ore à ſe excepta* literis mandavit, verùm etiam iiſdem addidit ἰδίας ἐπιστάσεις, ſive, *proprias ſuas Conſiderationes* ſeu *Contemplationes*. Auxit quoque *Ammonii* illa & *Joannis Philoponi* in Categorias Ariſtotelis Commentaria *Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus* ſuâ *Synopſi* earundem *Categoriarum*, quæ in eodem hoc præſtantiſſimo Codice manuſcripto Cæſareo *Ammonii* & *Joannis Philoponi* Expoſitionibus intermixta exſtat, & folii vigeſimi quinti paginâ primâ inſcribitur atque incipit his verbis: Κατηγοριῶν σύνοψις ΦΩΤΙΟΥ ἤδε. Τῶν ὄντων κατὰ τὴν πρὸς ἄλληλα σχέσιν, τὰ μέν εἰσιν ὁμώνυμα, τὰ δὲ &c. Quod quidem propterea inprimis notandum eſt, quia *Synopſeos Photii in Categorias Ariſtotelis* in R. P. *Philippi Labbei* S. J. Catalogo Græcorum Ariſtotelis Interpretum nulla fit mentio.

Secundò, & quidem à fol. 103 pag. 2, uſque ad fol. 276 pag. 2, *AMMONII*, *filii Hermiæ*, *Commentarius in Ariſtotelis Librum de Interpretatione*, *in Capita ſexaginta & unum diviſus*, cujus Proœmium inſcribitur atque incipit hoc modo: ἈΜΜΩΝΙΟΥ τοῦ Ἑρμείου Ὑπόμνημα εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας Ἀριστοτέλους. Πολὺ μὲν ἐν τοφοῖσι καὶ οὐκ ἀνώνυμον τὸ περὶ ἑρμηνείας τοῦ Ἀριστοτέλους βιβλίον, τοῦ τε πυκνότητος ἕνεκα &c. Ipſa porrò verborum *Ariſtotelis* Explanatio incipit fol. 123 pag. 2, his verbis: Κείμενον. Πρῶτον δεῖ θέσθαι, τί ὄνομα καὶ τί ῥῆμα] Πρόκειται μὲν, ὡς ἐλέγομεν, τῷ Ἀριστοτέλει παραδοῦναι ἡμῖν τὴν διδασκαλίαν τοῦ ἀποφαντικοῦ λόγου &c. Edidit quidem hunc Commentarium *græcè Aldus Manutius* Venetiis A. 1503 in folio; item *Joannes Bernardus Felicianus græcè* Venetiis typis Nicolinianis A. 1545 in octavo, & *Bartholomæus Sylvanius Salonenſis latinè* Venetiis apud Joannem Gryphium A. 1549 in octavo: ſed omnes illæ editiones beneficio hujus Codicis manuſcripti *Cæſarei* valdè poſſunt meliorari. Cæterùm quàm maximè notandum eſt, jam memorato *Ammonii* Commentario in eodem Codice manuſcripto Intermixtam eſſe *LEONIS MAGENTENI* vel (1) *Magentini*, *Metropolitæ Mitylenenſis*, *Expoſitionem in* eundem *Ariſtotelis de Interpretatione Librum*, quæ ibi fol. 108 pag. 1 inſcribitur atque incipit his verbis: Ἐξήγησις τοῦ πανιερωτάτου Μητροπολίτου Μιτυλήνης τοῦ ΜΑΓΕΝΤΗΝΟΥ εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας. Ἀρχόμενος τοῦ προκειμένου συγγράμματος, οὐκ εἰς ἀνοδίας ἑαυτὸν ἐμβάλλειν ἐχρῆν, ἀλλ' εὐθὺς αὐτὸ τὸ σπούδασμα &c. Edidit hanc quoq; *Magentini* Expoſitionem *Aldus Manutius græcè* Venetiis cum ſuprà memorato *Ammonii* Commentario, ita tamen, ut eidem non intermixta, ſed ſeparatim ſubjuncta ſit.

XI.

VNDECIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis quinquaginta ſex*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Ericium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò,

(1) Μαγεντίνου. Ita enim appellatur in *Commentario in Ariſtotelis Analytica priora*, cum *Joanne Philopono* græcè edito à *Victore Trincavello* Venetiis typis Bartholomæi Zanetti A. 1536. in folio.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 58 pag. 1, *ARISTIDIS Quintiliani Libri tres de Muſicâ ad Euſebium & Florentium, amicos ſuos & familiares*; quorum primus inſcribitur atque incipit his verbis: Ἀριστείδου τοῦ Κοϊντιλιανοῦ περὶ μουσικῆς βιβλίον πρῶτον. Ἀεὶ μὲν ἐμοὶ θαυμάζειν ἔπεισιν, ὦ τιμιώτατοί μοι ἑταῖροι Εὐσέβιε καὶ Φλωρέντιε, τὴν τῶν παλαιῶν φιλοσόφων περὶ ἅπαν μάθημα σπουδὴν, καὶ ὡς τὰ μὲν αὐτοὶ παρ' αὑτοῖς ἀνευρίσκοντες, τὰ δὲ &c.

Secundò, & quidem à fol. 59 pag. 1, uſque ad fol. 251 pag. 2, *JAMBLICHI Chalcidenſis ex Cœle-Syriâ, Philoſophi Platonici, Libri quatuor de Sectâ Pythagoricâ*, quorum titulus generalis eſt hic: Ἰαμβλίχου Χαλκιδέως λόγοι περὶ τῆς Πυθαγορικῆς αἱρέσεως· πρῶτος, περὶ τοῦ Πυθαγορικοῦ βίου· δεύτερος, προτρεπτικὸς εἰς φιλοσοφίαν· τρίτος, περὶ τῆς κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης· τέταρτος, περὶ τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς, ἥτις περιέχει καὶ περὶ ἀριθμητικῆς ἐπιστήμης, καὶ περὶ γεωμετρίας, καὶ περὶ μουσικῆς τῆς περὶ Πυθαγορείοις. Hoc eſt: *Jamblichi Chalcidenſis Libri quatuor de Pythagoricâ Sectâ: quorum primo agitur de Pythagoricâ Vitâ; ſecundo continetur Exhortatio ad Philoſophiam; tertio agitur de communi Mathematicâ ſcientiâ; quarto agitur de Nicomachi Arithmeticâ Introductione, quæ & ſcientiam Arithmeticam, & Geometriam, & Muſicam Pythagoricam complectitur.* Sequitur deinde *Index triginta quinque Capitum*, in quæ *Liber primus* diviſus eſt, eoque finito, inſcribitur atque incipit ipſe *Liber primus* hoc modo: Ἰαμβλίχου Χαλκιδέως τῆς Κοίλης Συρίας περὶ τοῦ Πυθαγορείου βίου λόγος πρῶτος. Ἐπὶ πάσης μὲν φιλοσοφίας ὁρμῇ θεὸν δήπου παρακαλεῖν ἔθος ἅπασι τοῖς γε σώφροσι· ἐπὶ δὲ τῇ τοῦ θείου Πυθαγόρου &c. Hinc porrò ſequitur *Liber ſecundus*, in *Capita viginti unum* diviſus, cujus titulus & principium: Ἰαμβλίχου Χαλκιδέως τῆς Κοίλης Συρίας Πυθαγορείων ὑπομνημάτων περιεχόντων τοὺς προτρεπτικοὺς λόγους εἰς φιλοσοφίαν λόγος δεύτερος. Περὶ μὲν Πυθαγόρου, καὶ τοῦ κατ' αὐτὸν βίου, τῶν τε Πυθαγορικῶν ἀνδρῶν, τὰ σύμμετρα ἐν τοῖς πρὸ τούτων εἰρήκαμεν. ἀρχόμεθα δὲ τὸ λοιπὸν αὐτῆς τῆς αἱρέσεως &c. Succedit deinde *Liber tertius*, in *Capita triginta quinq;* diviſus, unà cum præfixo *Indice*; quo finito inſcribitur atq; incipit ipſe *Liber tertius* hoc modo: Ἰαμβλίχου Χαλκιδέως τῆς Κοίλης Συρίας περὶ κοινῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης λόγος τρίτος. Ἡ μὲν πρόθεσις τῆς παρούσης ἐπισκέψεως τὴν κοινὴν βούλεται τῶν μαθημάτων θεωρίαν παραδεῖξαι, &c. *Quartus* deniq; *Liber* in nullâ Capita diviſus, inſcribitur atq; incipit his verbis: Ἰαμβλίχου Χαλκιδέως τῆς Κοίλης Συρίας περὶ τῆς Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς, ἥτις περιέχει τῆς ἁπλῶς μαθηματικῆς διδασκαλικοὺς τοὺς ἀρχικοὺς λόγους. Ἀρχόμενοι τοῦ ἰδίου λόγου περὶ τῶν ἐν μέρει διωρισμένων μαθημάτων, ἀπὸ τῆς ἀριθμητικῆς ἀρχόμεθα. αὕτη γὰρ φύσει πρεσβυτέραν ἔχει τὴν θεωρίαν, &c. Ex hiſce quatuor Libris *priores duos* primus græcè cum latinâ verſione ſuâ in lucem edidit *Joannes Arcerius Friſius* typis Commelinianis A. 1598 in quarto, ſed, ut ipſe in Præfatione ad Lectorem, Caſtigationibus & Notis ſuis præfixâ, ingenuè fatetur, ex unico tantùm Codice manuſcripto Eminentiſſimi Cardinalis *Antonii Perrenotti Granvellani*, ideóque multis locis mendosè & imperfectè; potéſtq; ea editio ope hujus Codicis manuſcripti Cæſarei paſſim emendari & ſuppleri, ut cuivis primo intuitu videre licet, ſi ea tantùm loca obiter inſpiciat, quæ *Theodorus Canterus* per *variantes lectiones ex Bibliothecâ Vaticanâ* deſcriptas emendavit & ſupplevit. Eædem enim etiam exſtant in hoc Codice manuſcripto *Cæſareo*. Quod porrò ad *tertium* eorundem quatuor Librorum attinet, is, quantum quidem mihi cognitum eſt, nec græcè nec latinè hactenùs unquam editus eſt. *Quartum* autem,

quo agitur de *Nicomachi Geraſeni Arithmeticâ Introductione*, primus græcè cum verſione latinâ & Notis ſuis publicavit doctiſſimus *Samuel Tennulius* Daventriæ Anno 1668 in quarto, & quidem ex quatuor diverſis Codicibus manuſcriptis, nempe Bibliothecæ *Vaticanæ*, Bibliothecæ *Regiæ* Pariſinæ, Bibliothecæ *Memmianæ* Pariſinæ, & Bibliothecæ *Claromontanæ* Pariſinæ RR. Patrum Societatis Jeſu. Idem quoque *Tennulius* in principio ſuprà memoratarum Notarum promiſit, ſe etiam *tertium Jamblichi Librum de communi Mathematicâ ſcientiâ* propediem in lucem prolaturum; ſed utrum hoc jam factum ſit, nec ne, mihi hactenùs incompertum eſt.

Tertiò, & quidem à fol. 252 pag. 1, uſque ad fol. 256 pag. 2, *ARISTOTELIS Liber de inſecabilibus lineis*; cujus titulus & principium: Ἆρ᾽ ἄγε εἰσὶν ἄτομοι γραμμαὶ, καὶ ὅλως ἐν ἅπασι &c. Plura de eodem Libro vide infrà in recenſione Codicis *ducenteſimi ſexti*, num. 2, & Codicis *ducenteſimi trigeſimi primi*, num. 8.

XII.

DUODECIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis & quadraginta*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *DIONIS Pruſæenſis*, ob Eloquentiam cognominati *Chryſoſtomi*, Sophiſtæ & Philoſophi, *Orationes* ſeu *Declamationes Rhetoricæ*.

XIII.

DECIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis quadraginta novem*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Ericium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 98 pag. 1, *Scholia in Platonis Alcibiadem primum, ſive, Dialogum de Naturâ humanâ, ex ore, ſive, ex Prælectionibus vivæ vocis, OLYMPIODORI, magni Philoſophi Alexandrini, ab* ANONYMO *aliquo ejus diſcipulo primùm excepta, deinde autem ab* (1) *alio quodam* INCOGNITO *auctore ex* Procli & *Damaſcii ſcriptis locupletata*, & *in formam juſtorum Commentariorum* ſeu Hypomnematum, proprio marte compoſitorum, *redacta*; quorum titulus & principium: Σχόλια εἰς τὸν Πλάτωνος Ἀλκιβιάδην ἀπὸ φωνῆς ὈΛΥΜΠΙΟΔΩ´ΡΟΥ τοῦ μεγάλου Φιλοσόφου. Ὁ μὲν Ἀριστοτέλης ἀρχόμενος τῆς ἑαυτοῦ θεολογίας, φησὶ &c. Diviſum autem eſt totum hoc Opus in *Capita viginti octo*, quæ Πράξεις ſive *Actiones* inſcribuntur. Harum *prima* poſt exordium *de quadruplici Platonis Enthuſiaſmo*, continet *Vitam Platonis*, cujus principium: Φέρε δὲ καὶ τὸ γένος εἴπωμεν τοῦ Φιλοσόφου, οὐ πολυχοίας χάριν, ἀλλ᾽ ὠφελείας καὶ παιδεύσεως μᾶλλον τῶν προσιόντων αὐτῷ &c. Et hæc quidem eſt illa ipſa *Platonis Vita*, ab *Olympiodoro* conſcripta, quam *Mericus Caſaubonus*, inter patris ſui *Iſaaci Caſauboni* adverſaria repertam, Notis ſuis in *Diogenem Laërtium* græcè, ſed *corruptam* & *mutilam* inſeruit. Vide pluribus *Comment. Lambec.* Lib. VII. pag. 52, & 53.

Secundò, & quidem à fol. 99 pag. 1, uſque ad fol. 213 pag. 2, *Scholia in Platonis Phædonem*, ſive, *Dialogum de Immortalitate animæ, ex ore, ſive, ex Prælectionibus vivæ vocis*,

(1) Nempe, qui *Procli Olympiodori* diſcipulo, & *Damaſcio* diſcipulorum *Procli* diſcipulo fuit junior.

vocis, OLYMPIODORI, *Philoſophi Alexandrini*, *excepta*, quorum ſex priora folia deſunt uſq; ad hæc verba: - - - οὐ μέντοι ἴσως βιάσεται αὐτόν· οὐ γὰρ φασὶ θεμιτὸν εἶναι, &c. E quorum verborum regione in margine hæc adſcripta ſunt: ΟΛΥΜΠΙΟΔΩ΄ΡΟΥ Φιλοσόφου Σχόλια εἰς τὸν Πλάτωνος Φαίδωνα. λείπει δὲ τούτοις τὰ ἐξ ἀρχῆς φύλλα ἕξ.

Tertiò, & quidem à fol. 213 pag. 2, uſque ad fol. 245 pag. 2, ANONYMI cujuſdam *Eclogæ Scholiorum in Platonis Philebum*, *ſive*, *Dialogum de Voluptate vel de Summo bono*, *ex OLYMPIODORI*, *Philoſophi Alexandrini*, *ore exceptorum*; quorum titulus & principium: Εἰς τὸν Φίληβον. Ὅτι περὶ ἡδονῆς ὁ σκοπὸς φασὶν, ὡς δηλοῖ ἥτε ἐπιγραφὴ καὶ ὁ Σωκράτης αὐτὸς, πρῶτον μὲν περὶ ἡδονῆς διαλεχθῆναι προβαλλόμενος, ἔπειτα δὲ τὰ περὶ αὐτῆς διεξιὼν, τρίτον αὐτὸ τοῦτο συμπεραινόμενος, ὡς οὐκ ἔστιν ἡ ἡδονὴ τὸ τέλος τοῦ βίου. &c.

Quartò, & quidem à fol. 246 pag. 1, uſque ad fol. 249 pag. 2, *HERMIÆ*, ut videtur, *SOZOMENI*, patriâ *Salaminii*, Scriptoris Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, *Philoſophi Chriſtiani*, *Irriſio Philoſophorum gentilium*; cujus titulus & principium: ῾ΕΡΜΕΙ΄ΟΥ Φιλοσόφου διασυρμὸς τῶν ἔξω Φιλοσόφων. Παῦλος, μακάριος ἀπόστολος, τοῖς τὴν ἑλλάδα τὴν Λακωνικὴν παροικοῦσι Κορινθίοις γράφων, &c.

XIV.

DECIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & elegans, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis viginti uno*, & unus eſt ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 8 pag. 2, *ex PROCLI LYCII*, *Diadochi Platonici*, *Hypotypoſi Aſtronomicarum Hypotheſium Capita duo*, quorum *primum de Aſtrolabii conſtructione & uſu* inſcribitur atque incipit his verbis: Περὶ ἀστρολάβου χρήσεως καὶ κατασκευῆς. Ἐπειδὴ καὶ πρὸς τὰς τῆς σελήνης τηρήσεις, καὶ πρὸς τὰς τῶν ἀπλανῶν, ὄργανον χρήσιμον ὁ ΠΤΟΛΕΜΑΙ΄ΟΣ ἐν τῷ (1) πέμπτῳ τῆς συντάξεως ἐκδέδωκε, λέγω δὲ τὸν διὰ τῶν ἑπτὰ κύκλων ἈΣΤΡΟ΄ΛΑΒΟΝ, ἐκθήσομαι &c. Vide infrà Cod. CLX. num. 2.

Secundò, & quidem à fol. 9 pag. 1, uſque ad fol. 11 pag. 1, *MICHAELIS PSELLI Libellus admirabilium Lectionum Medico-Phyſicarum*, *Michaëli Cerulario*, Patriarchæ Conſtantinopolitano, dedicatus; cujus titulus & principium: Περὶ παραδόξων ἀναγνωσμάτων, τοῦ Ψελλοῦ. Μηδὲ καινῶν ἀναγνωσμάτων εἴης ἀνήκοος. ἴσθι τοιγαροῦν, ὡς ὁ Ἐπιμενίδειος &c. Eſt certè totus hic Libellus publicâ luce digniſſimus, ut qualitercunque apparet ex ipſo ejus principio, quippe quod valdè notabile eſt propter *Epimenideos trochiſcos alimos*, ſive, *Epimenideos paſtillos contra famem*; quorum uſus olim frequentiſſimus fuit in obſidionibus urbium, ut teſtatur *Hero Tertius* in Proœmio Libri de Machinis bellicis, ſecundùm (2) latinam *Franciſci Barocii* verſionem. Cæterùm inter alia multa, quæ in *Michaëlis Pſelli admirabilium Lectionum Libello* obſervatu digna ſunt, notandum inprimis eſt, *Sextum Julium Africanum* ibi non ſolùm nominatim citari, verùm etiam ex illius *Ceſtorum Enneabiblo* varia *Arcana Medica*, *Phyſica*, & *Magica* breviter

(1) Vide *Pappi Alexandrini* Commentarium in Librum quintum Magnæ Conſtructionis *Ptolemæi*. (2) Ipſe enim *Heronis græcus contextus*, quod ego ſciam, nondum in lucem prodiit.

viter ac ſummatim recenſeri. Quem locum, ſatis prolixum, integrum tamen *græcè* exhibet Celeberrimus *Lambecius* Lib. VII. Commentar. ſuorum, pag. *222*, *223* & *224*, quem Eruditus Lector, ſi placet, conſulat.

Tertiò, & quidem à fol. 11 pag. 1, uſque ad fol. 12 pag. 2, *EJUSDEM ad eundem Patriarcham Conſtantinopolitanum Michaëlem Cerularium Libellus de Omoplatomantiâ, ſive, de Divinatione ex* (1) *oſſibus humerariis mactatarum ovium vel agnorum*, & *de Oeonoſcopiâ*, ſive, *de Divinatione ex avibus*, quæ propriè appellatur *Auſpicium*, quaſi *Aviſpicium*. Inſcribitur is atq; incipit hoc modo: Περὶ ὠμοπλατοσκοπίας καὶ οἰωνοσκοπίας. Ὁ Σωκράτης ἐκεῖνος ὁ Σωφρονίσκου, τοῖς Πλατωνικοῖς ἐντυχὼν διαλόγοις, οὗτος μὲν, φησιν, ὁ νεανίας, περὶ Πλάτωνος λέγων, ἄγει ἔνθα καὶ βούλεται. &c.

Quartò, & quidem à fol. 12 pag. 2, uſque ad fol. 14 pag. 2, *EJUSDEM ad eundem Patriarcham Conſtantinopolitanum Michaëlem Cerularium Libellus de Lapidum potentiâ ſeu virtutibus*; cujus titulus & principium: Περὶ λίθων δυνάμεως. Ἀπολογήσασθαι μέν σοι τὰς ἐν τοῖς λίθοις δυνάμεις, οὐκ ἂν τολμήσαιμι, &c.

Quintò, & quidem à fol. 15 pag. 1, uſque ad fol. 32 pag. 2, *NICEPHORI BLEMMYDÆ Oratio de Regno ſeu Imperio, in clariorem ſtylum translata à Georgio Galeſiotâ Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Diacono, & Georgio Oenæotâ.* Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: Τοῦ σοφωτάτου κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βλεμμύδου λόγος περὶ Βασιλείας, μεταφρασθεὶς πρὸς τὸ σαφέστερον παρὰ τοῦ (2) σακελλίου τῆς μεγάλης ἐκκλησίας διακόνου κυροῦ Γεωργίου τοῦ (3) Γαλησιώτου, καὶ τοῦ (4) Οἰναιώτου κυροῦ Γεωργίου, τῶν λογιωτάτων ἀνδρῶν καὶ ῥητόρων.

Sextò, & quidem à fol. 33 pag. 1, uſque ad fol. 41 pag. 1, *ex* PHOTII *Patriarchæ Conſtantinopolitani Bibliothecâ Librorum à ſe lectorum Excerpta Hiſtoriæ Memnonis de rebus Heracleæ Ponticæ*; quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν τοῦ Ἱστορικοῦ Μέμνονος. Φησὶν ὁ Ἱστορικὸς Μέμνων, Κλέαρχον ἐπιθέσθαι πρῶτον κατὰ τῆς Ποντικῆς Ἡρακλείας, παιδείας μὲν τῆς κατὰ φιλοσοφίαν οὐκ ἀγύμναστον, ἀλλὰ καὶ &c.

Septimò, & quidem à fol. 42 pag. 1, uſque ad fol. 44 pag. 1, *ex* eâdem ſuprà memoratâ *Bibliothecâ Photianâ Excerptum ex DIODORI SICULI Hiſtoriarum libro trigeſimo ſecundo de prodigioſâ mutatione cujuſdam fœminæ in virum, quæ mortem Alexandri Magni præceſſit.* Inſcribitur illud atque incipit his verbis: Ἐκ τοῦ λβ' λόγου τῶν ἱστορικῶν Διοδώρου. Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως χρηστηριαζομένου κατὰ τὴν Κιλικίαν, ἔνθα φασὶν Ἀπόλλωνος Σαρπηδονίου ἱερὸν εἶναι, &c.

Octavò, & quidem à fol. 45 pag. 1, uſque ad fol. 48 pag. 2, *NICETÆ CHONIATÆ Fragmentum Hiſtoricum*, cujus titulus & principium: Τοῦ Χωνιάτου, ἐκ τοῦ ἐννάτου τόμου. Χρέων δ' εἰδέναι, ὡς τῆς ἁγίας ταύτης συνόδου καθαιρέσει Διόσκορον ὑποβαλούσης τὸν γενόμενον Ἀντιοχείας Ἐπίσκοπον, &c.

Nonò, & quidem à fol. 49 pag. 1, uſque ad fol. 90 pag. 1, *THEONIS ALEXANDRINI*, qui ſub *Imp.* (5) *Theodoſio Magno* ſive *Seniore* floruit, *Expoſitio in Claudii Ptolemæi Alexandrini Canones Aſtronomicos expeditos*; cujus *Proœmium* inſcribitur atque incipit his

(1) Græci vocant ὠμοπλάτας. Latini autem *Scoptula operta*, ut teſtatur *Cornelius Celſus* lib. 8. cap. 1. his verbis: *Rurſus à cervice duo lata oſſa utrinque ad ſcapulas tendunt. Noſtri* SCOPTULA OPERTA; ὨΜΟΠΛΆΤΑΣ *Græci nominant.* (2) Vide *Joan. Meurſii* Gloſſarium Græco-barbarum in explicatione vocis Σακέλλιον. (3) Nempe à *Monaſterio montis Galeſii*; de quo vide Lib. V. Lambec. Commentariorum pag. 227. (4) Nempe ab *Oenæo*, Urbe circa Paphlagoniam, ut ex *Nicetâ Choniate* & *Michaële Glycâ* refert *Abrahamus Ortelius*, in Theſauro Geographico. Græcè appellatur is locus τὸ Οἰναῖον. (5) Cœpit is imperare A. C. 379. & A. 395. obiit.

his verbis: Θέωνος Ἀλεξανδρέως εἰς τοὺς προχείρους κανόνας τῆς ἀστρονομίας ἐξήγησις ἢ παράδοσις. Ἡ μὲν λογικωτέρα ἔφοδος τῆς διὰ τῶν προχείρων κανόνων ψηφοφορίας τῶν ἀστέρων, τέκνον Ἐπιφάνιε, &c. Huc etiam ibidem accedit *Appendix Aſtronomica*, alterius cujuſdam recentioris Autoris, qui, ut ipſe in fine indicat, anno Mundi 6852, ſive, anno Chriſti 1344 floruit.

Decimò, & quidem à fol. 91 pag. 1, uſque ad fol. 110 pag. 1, CLAUDII PTOLEMÆI *Explanatio*, *Ordinatio*, & *Methodus uſualis Canonum Aſtronomicorum expeditorum*; quæ inſcribitur atque incipit his verbis: Κλαυδίου Πτολεμαίου σαφήνεια καὶ διάταξις τῶν προχείρων κανόνων τῆς ἀστρονομίας, καὶ ὅπως χρηστέον αὐτῆς μέθοδος ἐναργής. Ἡ μὲν σύστασις, ὦ Σύρε, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 111 pag. 1, uſque ad fol. 169 pag. 1, HIPPARCHI BITHYNI, patriâ (1) *Nicæni*, qui ſeculo ante Chriſtum *ſecundo* ab Olympiadis CLIV. anno tertio uſque ad Olympiadis CLXIII annum primum, ſive, ab anno ante Æram Chriſtianam 162, uſque ad annum 128, floruit, & ob commorationem in Inſulâ *Rhodo* à *Claudio Ptolemæo* appellatur *Rhodius*, *Expoſitionum in Arati & Eudoxi Phænomena Libri tres*; quorum *primus* inſcribitur atque incipit his verbis: Ἱππάρχου Βιθυνοῦ τῶν Ἀράτου καὶ Εὐδόξου φαινομένων ἐξηγήσεων τὸ α΄. Ἵππαρχος Αἰσχρίωνι χαίρειν. Ἡδέως ἐπέγνων διὰ τῆς ἐπιστολῆς τὸ ἐπίμονόν σου τῆς πρὸς φιλομαθίαν οἰκειώσεως. τά τε γὰρ φυσικὰ &c. Primus hoſce tres Libros ex *Bibliothecâ Mediceâ* græcè edidit *Petrus Victorius* Florentiæ typis Juntarum A. 1567, in folio; multis autem locis eoſdem emendavit ex Codice manuſcripto *Bibliothecæ Regiæ Pariſinæ*, & latinè ſimul ac græcè edidit R. P. *Dionyſius Petavius* S. J. in *Uranologio*, ſive, Syſtemate variorum Autorum, qui de Sphærâ, ac Sideribus, eorumque Motibus græcè commentati ſunt, quod Lutetiæ Pariſiorum ſumptibus Sebaſtiani Cramoſii A. 1630 in folio impreſſum eſt. Haud infructuosè tamen etiam Codex hic *Cæſareus* ob variantes nonnullas lectiones conſuli poteſt.

Duodecimò, & quidem à fol. 170 pag. 1, uſque ad fol. 192 pag. 2, *ex* CLAUDII PTOLEMÆI *Alexandrini Magnæ Conſtructionis libro ſeptimo & octavo Expoſitio canonica Aſteriſmorum Hemiſphærii Septentrionalis & Meridionalis*; cujus *Pars prior* inſcribitur atque incipit his verbis: Ἔκθεσις τοῦ κατὰ τὸ βόρειον ἡμισφαίριον ἀστερισμῶν. Ἄρκτου μικρᾶς ἀστερισμός. Ὁ ἐπ᾽ ἄκρας τῆς οὐρᾶς &c. Vide ſuprà memoratam Magnam Conſtructionem cum *Theonis Alexandrini Commentariis*, à *Symone Grynæo* Baſileæ typis Joannis Walderi A. 1538 græcè editam in folio, à pag. 172 uſque ad pag. 201. Eandem Aſteriſmorum Expoſitionem canonicam attribuit *Petrus Victorius* perperàm *Hipparcho Bithyno*, & ſub ejus nomine illam edidit cum ſuprà memoratis tribus *Hipparchi* genuinis Libris, quia illam in Codice *Mediceo*, itidem ut in præſenti Codice *Cæſareo*, ſine ullâ *Ptolemæi* mentione Expoſitioni *Hipparchi* in Arati & Eudoxi Phœnomena ſubjunctam reperit.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 193 pag. 1, uſque ad fol. 221 pag. 1, EUTECNII *Sophiſtæ in Oppiani Cynegetica*, *ſive*, *Poëma de Venatione*, *in Libros quatuor diviſum*, *Paraphraſis proſaica*, *hactenùs inedita*, cujus *Proœmium* inſcribitur atque incipit his verbis: Παράφρασις εἰς τὰ τοῦ Ὀππιανοῦ Κυνηγετικά. Τὰς Ὀππιανοῦ κυνηγίας βίβλους ἐκ τῆς σκοτεινῆς τοῦ μέτρου δυσφωνίας εἰς πεζὸν εἶδος τοῦ λόγου μεθαρμόσας, προὔθηκά σοι, μέγιστε Καῖσαρ, &c. Plura de *Eutecnii Sophiſtæ in Oppiani Cynegetica aliáque Poëmata*,

 tùm

(1) Secundùm *Strabonem* & *Suidam*.

tùm edita, tùm inedita, *Paraphraſibus proſaicis* hactenùs ineditis vide Libri *ſecundi* Lambec. Commentar. capite ſeptimo, pag. 595 & 596.

XV.

DECIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis duodecim*, atque unus eſt ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 8 pag. 2, *RHETORII Excerpta ex Antiochi Theſauris Apoteleſmatum*; quorum titulus & principium: ῬΗΤΟΡΊΟΥ ἔκθεσις καὶ ἐπίλυσις περί τε τῶν προειρημένων δώδεκα ζωδίων, καὶ περὶ ἑτέρων διαφόρων, ἐκ τῶν ἈΝΤΙΟΧΟΥ Θησαυρῶν. Τίνος ἕνεκα, τῶν ιβ΄ ζωδίων κυκλοειδῶς τετυχηκότων, &c.

Secundò, & quidem à fol. 9 pag. 1, uſque ad fol. 48 pag. 2, *JOANNIS Itali Expoſitio Libri ſecundi, tertii & quarti Topicorum Ariſtotelis*; cujus titulus & principium: ἸΩΑΝΝΟΥ, Ὑπάτου καὶ Διδασκάλου τῶν Φιλοσόφων, τοῦ ἸΤΑΛΟΥ, ἔκδοσις εἰς τὸ β΄ τῶν Τοπικῶν. Εἷς μὲν δὴ τόπος τὸ ἐπιβλέπειν &c.

Tertiò, & quidem à fol. 49 pag. 1, uſque ad fol. 173 pag. 2, *Syntagma Expoſitionum variorum Autorum in HERMOGENIS Artem oratoriam: nempe* LONGINI, JAMBLICHI, SYRIANI & SIMPLICII, *qui fuerunt gentiles*, & JOANNIS SICULI, JOANNIS GEOMETRÆ, GREGORII *Metropolitæ Corinthi*, JOANNIS DOXOPATRÆ, & GEORGII DIÆRETÆ, *qui fuerunt Chriſtiani.* Principium iſtius Syntagmatis in Codice hoc manuſcripto *Cæſareo* eſt tale: Προλεγόμενα εἰς τὸ περὶ εὑρέσεως Ἑρμογένους τοῦ Διαιρέτου Γεωργίου. Τὰς στάσεις ὁ τεχνικὸς ποιησάμενος, &c. Præcipuum igitur in hoc Syntagmate locum obtinent ea, quæ ſunt *Georgii Diæretæ*, & ubique peculiari inſcriptione & expreſſo Autoris ſui nomine inſignita ſunt; reliquis autem diverſorum Autorum Interpretamentis miſcellaneis præfixa ſunt hæc verba: Συριανοῦ καὶ τῶν λοιπῶν, hoc eſt, *Syriani & cæterorum*.

Quartò, & quidem à fol. 174 pag. 1, uſque ad fol. 201 pag. 2, ex Scriptis *HERODIANI Grammatici*, qui ſeculo poſt Chriſtum ſecundo ſub *Imp. Commodo* claruit, *Excerpta de Verbo*, quorum titulus & principium: Παρεκβολαὶ τοῦ μεγάλου Ῥητορος. Τί ἐστι ῥῆμα; μέρος λόγου ἄπτωτον, ἐν ἰδίοις μετασχηματισμοῖς διαφόρους χρόνους δηλοῦν &c. Primus hæc Excerpta in lucem edidit *Aldus Manutius* in Syntagmate græco veterum Grammaticorum Græcorum, Venetiis A. 1496 in folio edito, fol. 189 & deinceps: ſed ibi legitur Παρεκβολαὶ τοῦ μεγάλου ῥήματος ἐκ τῶν τοῦ Ἡρωδιανοῦ.

Quintò, & quidem à fol. 202 pag. 1, uſque ad fol. 212 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Diſſertatio contra Plotinum de Præexiſtentiâ & Transmigratione animarum*; cujus titulus & principium: Ἀντιθετικὸς πρὸς Πλωτῖνον, ὅτι μήτε τῶν σωμάτων προϋπάρχουσιν αἱ ψυχαὶ, μήτε ἐξ ἑτέρων μεταχωροῦσιν εἰς ἕτερα, ἀλλ᾽ οὐδὲν &c. Ἐμοὶ τὸ παρὸν σπούδασμα πρὸς Πλωτῖνον καὶ τοὺς ἐκείνου περὶ ἀφθαρσίας ψυχῆς λόγους. καὶ γὰρ ὅτι μὲν ὁ ἐν ἡμῖν νοῦς ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος, καὶ &c.

DECI-

XVI.

DECIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, elegans, bonæque notæ, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis quinquaginta novem*, atque unus eſt ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ illius Bibliothecâ avulſos *Sebaſtianus Tengnagelius* viginti ſeptem coronatis redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo hæc:

Primò: HERMOGENIS *Tarſenſis* Ars Rhetorica.

Secundò: JOANNIS *Doxopatræ* Rhetoricæ Homiliæ in *Aphthonii* Sophiſtæ Progymnaſmata.

XVII.

DECIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis tredecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo PROCLI LYCII, *Diadochi Platonici*, *Commentaria in Platonis* (1) *Timæum*, ſive, *Dialogum de Naturâ*; quorum titulus & principium: Πρόκλου Διαδόχου εἰς τὸν Τίμαιον Πλάτωνος βιβλίον α΄. Ὅτι μὲν ἡ τοῦ Πλατωνικοῦ Τιμαίου πρόθεσις τῆς ὅλης φυσιολογίας ἀντέχεται, &c. Meminit horum *Commentariorum* cum ſingulari laude *Marinus in Vitâ Procli*, eáque à *Proclo* ſcripta eſſe refert *anno ætatis vigeſimo octavo*. Ipſa *Marini* verba vide Lib. VII. *Commentar. Lambec.* pag. 44, 45, ut & ſeqq: de tempore *nativitatis* & *obitûs* celeberrimi iſtius Philoſophi, *Procli Lycii*, Lambecianam opinionem ſatis prolixè *Hiſtoriæ Philoſophicæ* curioſis exhibitam.

XVIII.

DECIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, elegans, in *folio*, conſtátque foliis *centum quinquaginta octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò: APHTHONII *Sophiſtæ* Progymnaſmata.

Secundò: HERMOGENIS *Tarſenſis* Ars Rhetorica.

XIX.

DECIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *folio*, conſtatque foliis *triginta quatuor*, anno Chriſti 1672 Venetiis pro *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* quindecim florenis emptus, quo continentur INCERTI Autoris Erotemata quædam Grammaticalia.

VIGE-

(1) Vide R. P. *Philip. Labbei* Brevem conſpectum Græcorum Platonis Interpretum pag. 19; ubi refert, *Procli in Timæum Platonis Libros quinque græcè* in lucem prodiiſſe in folio Baſileæ apud Valderum A. 1534 cum Platonis Operibus & *Commentario in Politicen.* Conſule etiam *Joan. Jacobi Friſii* Bibliothecam Geſnerianam, à ſe auctam, lit. P, ubi de variis *Procli* ſcriptis fusè agitur, & *Libri quinque Commentariorum in Timæum* appellantur *totius veteris Philoſophiæ Theſaurus.*

XX.

VIGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum viginti duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur ULPIANI Commentaria Græca in XVIII. Orationes *Demoſthenis*.

XXI.

VIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis triginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo (1) PLATONIS *Athenienſis*, qui ſeculo ante Chriſtum *quarto* floruit, & ex *Socratis diſcipulo Princeps* evaſit *Academiæ veteris*, *Dialogi viginti duo*: nempe primò, Εὐθύφρων, ἢ, περὶ ὁσίου, hoc eſt: *Euthyphro*, ſive, *de Sancto*; vel, ut alii interpretantur, *de Sanctitate*, vel *de Religione*, vel *de Pietate*; cujus principium: Τί νεώτερον ὦ Σώκρατες γέγονεν &c; ſecundò, Σωκράτους ἀπολογία· hoc eſt: *Defenſio Socratis*; cujus principium: Ὅτι μὲν ὑμεῖς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, &c; tertiò, Κρίτων, ἢ, περὶ πρακτοῦ· hoc eſt: *Crito*, ſive, *de eo quod agendum eſt*; cujus principium: Τί τηνικάδε ἀφῖξαι ὦ Κρίτων; &c; quartò, Φαίδων, ἢ, περὶ ψυχῆς· hoc eſt: *Phædon*, ſive, *de Animâ*; cujus principium: Αὐτὸς, ὦ Φαίδων, παρεγένου Σωκράτει &c; quintò, Κρατύλος, ἢ, περὶ ὀνομάτων ὀρθότητος· hoc eſt: *Cratylus*, ſive, *de rectâ nominum ratione*; cujus principium: Βούλει οὖν καὶ Σωκράτει &c; ſextò, Θεαίτητος, ἢ, περὶ ἐπιστήμης· hoc eſt: *Theætetus*, ſive, *de Scientiâ*, cujus principium: Ἄρτι, ὦ Τερψίων, ἢ πάλαι &c; ſeptimò, Σοφιστὴς, ἢ, περὶ τοῦ ὄντος· hoc eſt: *Sophiſta*, ſive, *de ente*, vel, *de eo*, *quod eſt*; cujus principium: Κατὰ τὴν χθὲς ὁμολογίαν &c; octavò, Πολιτικὸς, ἢ, περὶ βασιλείας· hoc eſt: *Politicus*, ſive, *de Regno*; cujus principium: Ἦ πολλὴν χάριν ὀφείλω σοι &c; nonò, Παρμενίδης, ἢ, περὶ ἰδεῶν· &c; hoc eſt: *Parmenides*, ſive, *de Ideis*; cujus principium: Ἐπειδὴ Ἀθήναζε οἴκοθεν &c; decimò, Γοργίας, ἢ, περὶ ῥητορικῆς· hoc eſt: *Gorgias*, ſive, *de Rhetoricâ*; cujus principium: Πολέμου καὶ μάχης &c; undecimò, Μένων, ἢ, περὶ ἀρετῆς· hoc eſt: *Menon*, ſive, *de virtute*; cujus principium: Ἔχεις μοι εἰπεῖν &c; duodecimò, Ἱππίας μείζων, ἢ, περὶ τοῦ καλοῦ· hoc eſt: *Hippias major*, ſive, *de pulchro*; cujus principium: Ἱππίας ὁ καλός τε καὶ σοφὸς &c; decimo tertiò, Συμπόσιον, ἢ, περὶ (2) ἀγαθοῦ· hoc eſt: *Convivium*, ſive, *de bono*; cujus principium: Δοκῶ μοι περὶ ὧν πυνθάνεσθε &c; decimo quartò, Τίμαιος, ἢ, περὶ φύσεως· hoc eſt: *Timæus*, ſive, *de Naturâ*, vel, *de Univerſitate*; cujus principium: Εἷς, δύο, τρεῖς· &c; decimo quintò, Ἀλκιβιάδης πρῶτος, ἢ, περὶ φύσεως ἀνθρώπου· hoc eſt: *Alcibiades primus*, ſive, *de naturâ hominis*; cujus principium: Ὦ παῖ Κλεινίου &c; decimo

(1) Vita *Platonis* exſtat apud *Diogenem Laërtium*, integro libro tertio ampliſſimè deſcripta, cum inſertâ accuratâ Diſſertatione de illius Scriptis, eorúmque diviſione & ordine. Quâ eâdem de re conſulendi etiam ſunt *Petrus Victorius* Var. Lect. lib. 18. cap. 2. & *Samuel Petitus* Miſcell. lib. 4. cap. 2. Si quis etiam *S. Auguſtini* Judicium de *Platonis* doctrinâ & ſcriptis ſcire deſideret, is legat libri octavi de Civitate Dei caput quartum & quintum. (2) Idem Dialogus vulgò inſcribitur Συμπόσιον, ἢ, Περὶ ἔρωτος· hoc eſt: *Convivium*, *ſive*, *de Amore*. Sed præferenda eſt lectio hujus Codicis MSti Cæſarei, utpote quæ etiam apud *Laërtium* exſtat in Vitâ *Platonis*, ubi genuini Platonis Dialogi quinquaginta ſex enumerantur, & inter eos quoque recenſetur Συμπόσιον, ἢ, περὶ ἀγαθοῦ.

decimo ſextò, Ἀλκιβιάδης δεύτερος, ἢ, περὶ προσευχῆς· hoc eſt: *Alcibiades* (1) *ſecundus*, ſive, *de Precatione*; cujus principium: Ὦ Ἀλκιβιάδη, ἆρά γε πρὸς τὸν Θεὸν &c; decimo ſeptimò, Ἀξίοχος, ἢ, περὶ θανάτου· hoc eſt: (2) *Axiochus*, ſive, *de Morte*; cujus principium: Ἐξιόντι μοι ἐς Κυνόσαργες &c; decimo octavò, Περὶ δικαίου, hoc eſt: *De juſto*; cujus principium: Ἔχεις ἡμῖν εἰπεῖν ὅτι ἐστὶ τὸ δίκαιον &c; decimò nonò, περὶ ἀρετῆς, ſive, (3) *de virtute, an doceri poſſit*; cujus principium: Ἆρα διδακτόν ἐστι ἡ ἀρετὴ &c; vigeſimò, Δημόδοκος, ἢ, περὶ τοῦ ξυμβουλεύεσθαι· hoc eſt: *Demodocus*, ſive, *de conſilio dando*; cujus principium: Σὺ μὲν δὴ κελεύεις με &c; vigeſimo primò, Σίσυφος, ἢ περὶ τοῦ βουλεύεσθαι· hoc eſt: *Siſyphus*, ſive, *de conſultando*; cujus principium: Ἡμεῖς δὲ καὶ χθές τε πολὺν χρόνον ἀνεμείναμεν &c; vigeſimo ſecundò, Ἀλκυὼν, ἢ, περὶ μεταμορφώσεως· hoc eſt: *Alcyon*, ſive, *de Transformatione*; cujus principium: Τίς ἡ φωνὴ προσέβαλεν ἡμῖν, ὦ Σώκρατες, πόῤῥωθεν ἀπὸ τῶν αἰγιαλῶν καὶ τῆς ἄκρας ἐκείνης; ὡς ἡδεῖα ταῖς ἀκοαῖς· &c. Adjecta quoque jam enumeratis Dialogis ſunt ANONYMI cujuſdam *Græci Scholiaſtæ Annotationes marginales*, hactenùs ineditæ. Quamvis autem in præſtantiſſimo hoc Codice manuſcripto Cæſareo omnes illi Dialogi *Platoni* promiſcuè attribuantur, re verâ tamen *ſedecim* tantùm priores ſine ullâ controverſiâ ipſius ſunt; *quinque* autem ſequentes habentur pro nothis atque ſuppoſititiis, ut videre eſt in optimis *Operum Platonis* editionibus impreſſis græco-latinis *Henrici Stephani* Pariſiis A. 1578 in folio, interprete *Joanne Serrano* & *Guillelmi Læmarii* Lugduni A. 1590 in folio, interprete *Marſilio Ficino*, quippe ubi *quinque* iſti Dialogi ſeparatim collocati ſunt in fine poſt *Epiſtolas*. Vide etiam ibidem doctiſſimas *Henrici Stephani* Notas, in quibus de *Axiocho* ſcribit. Quod porrò ad *ultimum* ſuprà enumeratorum viginti duorum Dialogorum, nempe *Alcyonem*, attinet, is in ſuprà laudatis Operum Platonis editionibus impreſſis omninò deeſt, quia vulgari opinione perperàm tribuitur *Luciano Sophiſtæ*, ejuſque (4) Operum Tomo primo inſertus eſt. Atenimverò tùm ex pervetuſto illo Codice manuſcripto *Cæſareo*, de quo in præſens agitur, tùm ex *Vitâ Platonis* à *Diogene Laërtio* conſcriptâ, ut & ex *Athenæi* Deipnoſophiſtis certò liquet, eundem Dialogum *Platoni* olim fuiſſe attributum; minùs tamen rectè; quoniam verus ejus autor à pleriſque fuit habitus *Leo Academicus*. Plura, ſi placet, vide Lib. VII. Comment. Lambec. pag. 4 & 5. Quod ſupereſt, utiliſſimum certè fore moneo, ut cum jam memorato Dialogorum Platonicorum eximio Codice manuſcripto *Cæſareo* editiones hactenùs impreſſæ diligenter conferantur, & partim Lectionum variantium, partim Annotationum veterum græcarum marginalium beneficio emendentur atque illuſtrentur.

XXII.

VIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum* & *quatuor*; & primùm quidem ad R. P. *Zenobium Acciaiolum Florentinum* Ordinis Prædicatorum d. 14. Januarii A. C. 1497, poſteà autem ad *Joannem Sambucum* A. C. 1536, ut ipſi propriâ manu ibi teſtantur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(1) Dialogum hunc ſecundum quidam olim crediderunt eſſe *Xenophontis*, ut refert *Athenæus* Deipnoſophiſtarum lib. 11. pag. 506. (2) A *Laërtio* lib. 2. & ab *Harpocratione* atq; *Suidâ* ſub vocibus Ἀξίοχος & Αἰσχίνης tribuitur hic Dialogus *Æſchini Socratico*. (3) A *Suidâ* in voce Αἰσχίνης tribuitur hic Dialogus *Æſchini Socratico*. Reverâ autem is nihil aliud eſt, quàm *Menonis compendium*, poſitâ videlicet nudâ illius argumenti tractatione, abſque ullis digreſſionibus. (4) Vide Operum *Luciani* editionem græco-latinam Salmurienſem Joannis Benedicti A. 1619 in octavo, Tom. I. pag. 97.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 77 pag. 2, *ALEXANDRI APHRODISIENSIS difficilium Phyſicarum ſive Naturalium Quæſtionum & Solutionum Libri tres*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως Φυσικῶν (1) σκολιῶν ἀποριῶν καὶ λύσεων Λόγος α΄. Κεφάλαιον α΄. Διὰ τίνων ἄν τις συστήσαιτο πρῶτον αἴτιον κατὰ Ἀριστοτέλην. &c.

Secundò, & quidem à fol. 77 pag. 2, uſque ad fol. 104 pag. 1, *EJUSDEM difficilium Ethicarum ſive Moralium Quæſtionum & Solutionum Liber*, cujus titulus & principium: Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως σκολιῶν Ἠθικῶν ἀποριῶν καὶ λύσεων βιβλίον. Κεφάλαιον α΄· Ἀπορία πρὸς τοὺς τὸ ζῆν ἀγαθὸν εἶναι λέγοντας. Εἰ τὸ εὐπλεῖν ἀγαθὸν, τὸ δὲ κακῶς κακὸν, &c; finis autem: ὅτι μηδέ ἐστι τῇ οὐσίᾳ ἐναντίον. Prodierunt hi *quatuor Quæſtionum Naturalium & Moralium Libri græcè* in lucem Venetiis A. 1536; *latinè* autem ibidem A. 1555, *Hieronymo Bagolino Veronenſi* patre, & *Joanne Baptiſtâ* filio interpretibus, itidem in folio.

XXIII.

VIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis ſexaginta novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continetur ANONYMI cujuſdam Autoris *Dictionarium*, ſecundum literas Alphabeti digeſtum.

XXIV.

VIGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & valdè elegans, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis viginti novem*, & ad celeberrimam inſtructiſſimamque *Bibliothecam Fuggerianam*, quæ A. C. 1656. *Auguſtâ Vindelicorum* in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream Vindobonenſem*, translata eſt, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 8 pag. 1, *ATHENÆI Mechanici, qui Archimedi fuit ſynchronus, Liber de Machinis bellicis ad M. Marcellum, Syracuſarum anno ante Æram Chriſtianam ducenteſimo duodecimo expugnatorem, cum elegantiſſimis Figuris coloratis*; cujus titulus & principium: Ἀθηναίου περὶ μηχανημάτων. Ὅσον ἐφικτὸν μὲν ἀνθρώπῳ τοῦ ὑπὲρ μηχανικῆς ποιουμένῳ λόγους, ὦ σεμνότατε ΜΑΡΚΕΛΛΕ, ἐμνήσθην τοῦ Δελφικοῦ παραγγέλματος, ὡς ἐστι θεῖόν τι τὸ ὑπομιμνήσκον ἡμᾶς, χρόνου φείδεσθαι· &c.

Secundò, & quidem à fol. 8 pag. 1, uſque ad fol. 14 pag. 1, *BITONIS Liber de conſtructione Inſtrumentorum bellicorum & catapultariorum ad Attalum, primum ejus nominis Pergami Regem*; cujus principium: Λιθοβόλου ὀργάνου κατασκευὴν ἐπιβέβλημαι γράψαι, ὦ Ἄτταλε Βασιλεῦ, καὶ μὴ σκόψῃς &c.

Tertiò, & quidem à fol. 14 pag. 1, uſque ad fol. 16 pag. 1, *HERONIS Alexandrini Manuballiſtræ conſtructio & ſymmetria, cum duplici Appendice de Campeſtribus & Camario*; cujus principium: Γεγονέτωσαν κανόνες δύο &c. Plura de eâdem vide infrà in recenſione Codicis *centeſimi quadrageſimi*, num. 3.

Quartò,

(1) Pro σκολιῶν perperàm ibi legitur χωλιῶν & χωλιαῶν.

Quartò, & quidem à fol. 16 pag. 1, uſque ad fol. 26 pag. 2, HERONIS *Alexandrini Belopœetica*, quorum titulus & principium : Ἥρωνος Κτησιβίου Βελοποιϊκά. Τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ διαλείψεως &c. Plura de iiſdem vide infrà Cod. L V. num. 1. Cod. CXX. num. 1. Cod. CXL. num. 5. Cod. CCLXXII. num. 1.

Quintò, & quidem à fol. 27 pag. 2, uſque ad fol. 69 pag. 1, *APOLLODORI Architecti Poliorcetica ad Imp. Hadrianum*; quorum titulus & principium : Ἐκ τῶν Ἀπολλοδώρου πολιορκητικά. Ἀνέγνων σου, Δέσποτα, τὴν περὶ τῶν μηχανημάτων ἐπιστολὴν, καὶ μακαρίου ἐγενόμην, ὅτι με κοινωνῆσαι ταύτης σου τῆς φροντίδος ἄξιον ἔκρινας. ποιήσας οὖν ὑποδείγματά τινα πρὸς πολιορκίαν εὔχρηστα, ἔπεμψα &c.

Sextò, & quidem à fol. 69 pag. 1, uſque ad fol. 86 pag. 1, PHILONIS *Byzantii Liber de fabricâ turrium, murorum, aliarúmque munitionum, & de obſidione tùm tolerandâ, tùm faciendâ*; cujus principium : Φίλων Ἀρίστῳ χαίρειν. Πρῶτον μὲν δεῖ τοὺς οἰκοδομοῦντας πύργους &c.

Septimò, & quidem à fol. 86 pag. 2, uſque ad fol. 122 pag. 1, *ex* SEXTI JULII *Africani Ceſtorum Enneabiblo Liber de re militari*, cujus principium : Κατὰ λόγον, ἢ εἱμαρμένην, ἢ τύχην, αἱ τῶν πραγμάτων ἐκβάσεις, ἐπιγοναὶ καὶ φθοραί· &c. Κεφάλαιον α΄ περὶ ὁπλίσεως. Καλὸν δὲ ἐν πᾶσι καὶ πολέμων εἰδέναι. πολλάκις γὰρ &c. Plura de eodem Libro vide infrà in recenſione Cod. LV. num. 4.

Octavò, & quidem à fol. 122 pag. 2, uſque ad fol. 141 pag. 2, HERONIS *Tertii Excerpta de tolerandâ & repellendâ obſidione*, quæ ſine ullâ *Heronis* mentione inſcribuntur atque incipiunt hoc modo : Ὅπως χρὴ τὸν τῆς πολιορκουμένης πόλεως στρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν αὐτοῦ τάττεσθαι, καὶ οἵοις ἐπιτηδεύμασι ταύτην ἀποκρούεσθαι. Ὅτι οὐ δεῖ ἀπαγορεύειν τὸν πολιορκούμενον, κἂν χρόνον πολὺν &c. Plura vide infrâ in recenſione Codicis LV. num. 7.

Nonò, & quidem à fol. 142 pag. 1, uſque ad fol. 173 pag. 1, *EJUSDEM Excerpta Inſtructionum militarium*, quæ ſine ullâ *Heronis* mentione inſcribuntur atque incipiunt hoc modo : Παρεκβολαὶ ἐκ τῶν στρατηγικῶν παρατάξεων. Περὶ τοῦ ὁποῖον εἶναι δεῖ τὸν στρατηγόν. Ὅτι ἐπιμελητὴν, καὶ ὀξὺν, καὶ ἀνδρεῖον, καὶ ἐνεργητικὸν, &c.

Decimò, & quidem à fol. 173 pag. 2, uſque ad fol. 298 pag. 2, *Imp.* LEONIS *Philoſophi Tactica*, ſive *Liber de re militari*; cujus titulus & principium : ΛΕΟΝΤΟΣ ἐν Χριστῷ Αὐτοκράτορος τῶν ἐν πολέμοις τακτικῶν σύντομος παράδοσις. Οὐ βασιλικὴ δορυφορία καὶ ἐξουσία, οὐ τῆς ἐξουσίας δυναστεία καὶ περιουσία, &c. Plura vide infrà in recenſione Codicis CXX. num. 5. Differt autem hoc exemplar manuſcriptum non mediocriter ab editione Græco-latinâ *Meurſianâ*, cujus ibidem mentio fiet.

Undecimò, & quidem à fol. 299 pag. 1, uſque ad fol. 329 pag. 2, *Imp. NICEPHORI Liber de re militari*; cujus titulus & principium : Περὶ παραδρομῆς τοῦ κυροῦ Νικηφόρου τοῦ Βασιλέως. Τὴν τῆς παραδρομῆς μέθοδον παραδοῦναι βουλόμενοι, &c. Plura vide infrà in recenſione Codicis LV. num. 8.

XXV.

VIGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio*, conſtátq; foliis *centum quinquaginta ſex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

(C) 2 *Primò*,

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 80 pag. 1, *ARATI* (1) *Solenſis Phænomena & Dioſemeia*, ſive, *Poëma bipartitum de Siderum naturâ & motu, & de Tempeſtatum præſignificationibus, cum Theonis Alexandrini Commentario*, itidem ut illud à *Joanne Valdero*, ſeu *Waldero* Baſileæ A. 1536 in quarto editum eſt. Primò nempe exſtat *Vitâ Arati*, cujus titulus & principium: Γένος Ἀράτου. Ἄρατος πατρὸς μὲν ἦν Ἀθηνοδώρου, μητρὸς δὲ Λητοδώρας, ἐκ Σόλων τῆς Κιλικίας· ὠνόμασαι δὲ ἡ πόλις &c. Hinc ſequitur *Argumentum Poëmatis*: Ὑπόθεσις τῶν Φαινομένων Ἀράτου. Πρῶτον ἀπαγγέλλει προοίμιον εἰς τὸν Δία· δεύτερον δὲ διεξέρχεται τὴν τῶν φαινομένων ἀπλανῶν διακόσμησιν, εἰς τρία μέρη &c. Subjungitur deinde *Collocatio Sphæræ*: Πῶς δεῖ ἱστᾶν σφαῖραν. Ὁ βουλόμενος ὁμοίως τῷ κόσμῳ θεῖναι τὴν σφαῖραν, τὸν πόλον &c; & porrò *Diviſio Sphæræ*, Διαίρεσις τῆς σφαίρας. Διαιρεῖται ἡ σφαῖρα εἰς τε τὰ νότια καὶ βόρεια, &c. Quibus finitis *Prolegomenis*, incipit ipſum *Poëma*: Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα· &c; & ſimul *Theonis Alexandrini Commentarius*: Πάνυ πρεπόντως Ἄρατος τὴν τῶν ἀστέρων διεξιέναι μέλλων θέσιν, τὸν πατέρα τούτων καὶ δημιουργὸν Δία ἐν πρώτοις προσφωνεῖ· &c; Floruit *Aratus* (2) ſeculo ante Chriſtum *tertio*, & Poëma hoc compoſuit hortatu *Antigoni Gonatæ*, Regis Macedoniæ, ut ea, quæ *Eudoxus* de eodem argumento *proſâ oratione* ſcripſiſſet, tanquam metaphraſtes *verſibus* redderet. Plura de *Arato*, ejusque *Poëmatis* variis editionibus vide Lib. VII. Comment. Lambec. pag. 232.

Secundò, & quidem à fol. 81 pag. 1, uſque ad fol. 88 pag. 2, *JOANNIS Diaconi, cognomine Pediaſimi, Principis Philoſophorum, in Heſiodi Poëma*, cujus titulus *Scutum Herculis*, *Scholia paraphraſtica*, quæ inſcribuntur atque incipiunt hoc modo: Ἡσιόδου Ἀσπὶς Ἡρακλέους. Τοῦ Ὑπάτου τῶν Φιλοσόφων Ἰωάννου Διακόνου τοῦ Πεδιασίμου σχόλια παραφραστικά. Ὑπόθεσις τῆς Ἀσπίδος. &c. Exſtant quidem hæc *Scholia* in *Syntagmate Poëmatum Heſiodi, cum variorum veterum Autorum Scholiis Græcis à Daniele Heinſio* Lugduni Batavorum typis Raphelengianis A. 1603 in quarto edito, pag. 186, 187 & deinceps; ſed ita, ut beneficio hujus Codicis manuſcripti *Cæſarei* emendari poſſint ac ſuppleri.

Tertiò, & quidem à fol. 89 pag. 1, uſque ad fol. 94 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Expoſitio in Heſiodi Scutum Herculis*, quæ inſcribitur atque incipit hoc modo: Ὑπόθεσις τῆς Ἀσπίδος. Τάφιοι στρατεύσαντες ἐπὶ τὰς Ἠλεκτρύωνος βοῦς, ἀνεῖλον τοὺς τῆς Ἀλκμήνης ἀδελφοὺς, &c.

Quartò, & quidem à fol. 95 pag. 1, uſque ad fol. 107 pag. 2, *Scholia antiqua Græca in Heſiodi Theogoniam*; quorum titulus & principium: Εἰς τὴν Ἡσιόδου Θεογονίαν σχόλια, τινὰ μερικὰ παλαιά. Ἰστέον ὅτι ὁ περὶ τῆς θεογονίας λόγος φυσικὴν διήγησιν τῶν ὄντων ὑπαγορεύει. ἀπὸ Μουσῶν δὲ τὴν ἀρχὴν ποιεῖται τοῦ λέγειν, ὅτι αὗται &c. Exſtant hæc *Scholia* in ſuprà memoratâ *Poëmatum Heſiodi editione Heinſianâ* pag. 233 & deinceps.

Quintò, & quidem à fol. 108 pag. 1, uſque ad fol. 109 pag. 2, JOANNIS DIACONI, cognomine τοῦ Γαληνοῦ, ſive *Tranquilli*, qui aliàs etiam cognominatus *Pediaſimus*, *Allegoria anagogica in quatuor primos Libri quarti Iliados Homeri verſus*. Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: Ἀλληγορία ἀναγωγικὴ εἰς τὸ παρ' Ὁμήρῳ ῥηθέν· Οἱ δὲ Θεοὶ πὰρ Ζηνὶ &c, τοῦ αὐτοῦ ὡς ἔοικε τοῦ σοφωτάτου Διακόνου, κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Γαληνοῦ. Προοίμιον. &c.

Sextò, & quidem fol. 109 pag. 2, & fol. 110 pag. 1, *EJUSDEM Triplex Modus Allegoriæ Fabularum Poëticarum*, nempe *Phyſicus*, *Ethicus* & *Theologicus*, cum adjunctis Exem-

(1) Σόλοι ſive *Soli*, Urbs Ciliciæ. (2) Refertur enim ab *Euſebio Pamphili* ad Olympiadis CXXVIImæ annum primum, qui reſpondet anno ante Æram Chriſtianam ducenteſimo ſeptuageſimo ſecundo.

Exemplis. Principium ejus eſt hoc: Τρισὶ τούτοις ὁ τῆς ἀλληγορίας περιωρίσθη τρόπος· ἢ γὰρ φυσικῶς &c.

Septimò, & quidem à fol. 110 pag. 1, uſque ad fol. 114 pag. 1, MICHAELIS PSELLI *Allegoriæ variarum Fabularum Poëticarum*; quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Ἀλληγορία περὶ τοῦ Ταντάλου, τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ. Παίξωμεν καὶ ἡμεῖς εἰ δοκεῖ περὶ τὸν ἐκ Διὸς φύντα Τάνταλον, καὶ θεασώμεθα τοῦτον τῷ λόγῳ, ὅπως &c. Adjuncta his *Pſelli Allegoriis* in fine eſt alia quædam *Sylloge* ſive *Collectio* ejuſdem generis *Fabularum Poëticarum*, cujus titulus & principium: Ἔν τινι ταῦτα εὑρέθη παλαιῷ βιβλίῳ. Ταϋγέτη καὶ Ἠλέκτρα Ἄτλαντος ἐγένοντο θυγατέρες· ταύταις ὁ Ζεὺς συγγενόμενος &c.

Octavò, & quidem à fol. 115 pag. 1, uſque ad fol. 121 pag. 1, *Scholia antiqua in Heſiodi Theogoniam*, inter quæ etiam nonnulla *DEMETRII TRICLINII* ſunt. Inſcribuntur ea atque incipiunt his verbis: Σχόλια παλαιὰ εἰς τὴν Ἡσιόδου Θεογονίαν, ἐν οἷς εἰσὶ καὶ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΤΟΥ ΤΡΙΚΛΙΝΙΟΥ μερικά. &c.

Nonò, & quidem à fol. 122 pag. 1, uſque ad fol. 148 pag. 1, *JOANNIS DIACONI*, cognomine τοῦ Γαληνοῦ, ſive *Tranquilli*, qui aliàs etiam fuit cognominatus Πεδιάσιμος, quaſi (1) *Æquanimus*, *Allegoriæ in Heſiodi Theogoniam*, quarum titulus & principium: Εἰς τὴν τοῦ Ἡσιόδου Θεογονίαν ἀλληγορίαι τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Γαληνοῦ. Κεραμεία τὸν πίθον, ἡ παροιμία φησί. ταῦτ' ἄρα καὶ σοῦ ἤδη πρώτως εἰς τὴν ἀληθῆ καὶ μόνην ἐμβιβάζεσθαι μέλλοντας νέους εὐσέβειαν, οὐκ εὔλογον εἶναί μοι δοκεῖ, &c. Exſtant etiam hæ *Allegoriæ* in ſuprà memorato *Poëmatum Heſiodi Syntagmate Heinſiano* pag. 228 & deinceps.

Decimò, & quidem à fol. 148 pag. 2, uſque ad fol. 153 pag. 1, *JOANNIS Protoſpatharii Expoſitio Phyſica in Heſiodi Poëma, inſcriptum* Ἡμέραι, ſive *Dies*: cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου κυρίου Ἰωάννου τοῦ Πρωτοσπαθαρίου Ἐξήγησις φυσικὴ τῶν Ἡμερῶν Ἡσιόδου. Εἰ καὶ μὴ μέχρι τοῦ νῦν ῥητῶν τινων ἐπεβαλόμην ἐξήγησιν, ἀλλά γε νῦν διά σε, ὦ τέκνον, ἐπιβλητέον τῷ πράγματι, &c. Exſtat etiam hæc Exegeſis in ſuprà memorato *Poëmatum Heſiodi Syntagmate Heinſiano* pag. 181 & deinceps.

Undecimò, & quidem à fol. 153 pag. 2, uſque ad fol. 156 pag. 1, MANUELIS MOSCHOPULI *Expoſitio in Heſiodi* Ἡμέρας, ſive *Dies*, cujus titulus & principium: Ἐξήγησις τῶν Ἡμερῶν Ἡσιόδου Μανουὴλ τοῦ Μοσχοπούλου ἀνεψιοῦ τοῦ Κρήτης. Ἤματα δ' ἐκ Διόθεν πεφυλαγμένος] Ποιητικῶς λέγεται τὸ ἐκ Διόθεν, &c. Exſtat etiam hæc Expoſitio in ſuprà memorato *Poëmatum Heſiodi Syntagmate Heinſiano* pag. 166 & deinceps.

Duodecimò, & quidem fol. 157, pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Hiſtorica Annotatio de Vitâ & Obitu* (2) *Arſenii*, *Monembaſiæ in Peloponneſo Metropolitæ ſive Archiepiſcopi*, qui orthodoxam Religionem Catholicam contra *Græcos ſchiſmaticos* ſtrenuè defendit, ideóque à S. *Sede Apoſtolicâ* ope *Venetorum*, ad quos *Monembaſia* tunc pertinebat, ad eam dignitatem promoveri meruit, contrà autem eandem ob cauſam à *Pachomio*, decimo ſeptimo poſt Urbis Conſtantinopolitanæ per Turcas expugnationem Patriarchâ Conſtantinopolitano, excommunicatus eſt; ut prolixè refert *Emanuel Malaxus Peloponneſius* in Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ Conſtantinopolitanâ, vulgari ſermone græco-barbaro conſcriptâ, & à *Martino Cruſio*, Tybingenſis Academiæ Profeſſore, *Turco-Graciæ* Libro ſecundo

(1) Nempe metaphorâ deſumptâ à *planitie campeſtri*, quam Græci πεδίον nuncupant. Sic enim etiam apud *Dioſcoridem* lib. 1. cap. 77. *Myrrha campeſtris* vocatur σμύρνα πεδιάσιμος. (2) De eodem *Arſenio* vide Lib. I. Lambec, Comment. pag. 150 Lib, II. pag. 48 & 200; & Lib, III. pag. 205. & 225.

cundo cum verſione latinâ editâ, pag. *146*, *147*, *148*, *149*, *150* & *151*: cui narrationi etiam ipſum *Patriarchæ Pachomii Diploma exaugurationis & excommunicationis Arſenii* integrum inſertum eſt. Plura de hoc *Arſenio*, ab *Emanuele Malaxo* & *Patriarchâ Pachomio* iniquiſſimè, velut improbo & contumace Eccleſiæ Orientalis turbatore, accuſato, deque ejus vitâ, moribus, & obitu honorificentiſſimum teſtimonium in hoc *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* antiquo Codice manuſcripto adſervatum, nec non in *Martini Cruſii* Annotationibus in *Emanuelis Malaxi* Hiſtoriam Eccleſiaſticam CPnam, ſuæ *Turco-Græciæ* lib. 2. pag. 199. inſertam, vide prolixius Lib. VII. Commentariorum Lambecianorum pag. *236*, *237*, & *238*.

XXVI.

VIGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, bonæque notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis quatuordecim*. Continentur eo hæc:

Primò: JOANNIS Philoſophi *Siceliotæ*, aliorumque exegeſes in *Hermogenis* Rhetoris Idæas, nec non in Ejuſdem de Inventione Fragmentum.

Secundò, MAXIMUS *Planudes* de Statibus.

XXVII.

VIGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *centum triginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo ARISTOTELIS *Naturalis Auſcultationis* ſive *Phyſicorum Libri octo*, *de Cœlo Libri quatuor*, & *de Generatione atque Corruptione Libri duo*.

XXVIII.

VIGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* bonæque notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *trecentis octoginta quinque*, quo continentur NONNI *Panopolitæ* Dionyſiacorum, ſeu de rebus geſtis Bacchi Libri XLVIII.

XXIX.

VIGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, optimæ notæ in *folio*, elegantiſſimiſque picturis inauratis exornatus, conſtátque nunc foliis *nonaginta tribus*, & primùm quidem ad celeberrimam Bibliothecam *Budenſem*, Sereniſſimi Regis Hungariæ *Matthiæ Corvini*, poſteà autem ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, pertinuit. Continentur eo ARISTOTELIS *Stagiritæ* de Arte Rhetoricâ Libri tres.

XXX.

TRIGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis duodecim*, & primùm quidem ad (1) *Michaëlem Sophianum*, poſteà autem ad *Joannem Sambucum* pertinuit, eſtque unus ex illis libris, quos à reliquâ *Sambuci* Biblio-

(1) Vide ibi fol. 155. pag. 2.

Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 123 pag. 2, *SOPHONIÆ Monachi Paraphraſis in Ariſtotelis Libros tres de Animâ*, in *totidem Libros* diviſa, & hactenùs, quod ego ſciam, nondum edita; quorum *primus* in *Capita ſeptendecim* diviſus, inſcribitur atque incipit hoc modo: Παράφρασις εἰς τὸ περὶ ψυχῆς τοῦ σοφωτάτου κυρίου ΣΟΦΟΝΙΟΥ. Κεφάλαιον α΄. Τὸ πρῶτον Προοίμιον καὶ κοινόν. Τοῖς τῶν Ἀριστοτελικῶν συνταγμάτων ἐξηγηταῖς, ἄλλοις ἄλλως ἐπῆλθε περαίνειν τὰ τῆς ὑποθέσεως. Ἐπεὶ μὲν γὰρ &c.

Secundò, & quidem à fol. 124 pag. 1, uſque ad fol. 141 pag. 2, *GEORGII GEMISTI Plethonis ex Diodori Siculi Bibliothecæ Hiſtoricæ libro ſecundo Excerptum de Aſſyriorum & Medorum Regno*; cujus titulus & principium: Πλήθωνος ἐκ τῶν Διοδώρου τοῦ Σικελιώτου ἱστοριῶν περὶ τῆς Ἀσσυρίων καὶ Μήδων βασιλείας. (1) Τὸ παλαιὸν κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπῆρχον ἐγχώριοι βασιλεῖς, ὧν οὔτε πρᾶξις ἐπίσημος, οὔτε ὄνομα μνημονεύεται· πρῶτος δὲ &c.

Tertiò, & quidem à fol. 142 pag. 1, uſque ad fol. 155 pag. 2, *EJUSDEM ex Appiani Alexandrini Hiſtoriarum Romanarum Libro de Bellis Syriacis Excerptum de Macedonicis Syriæ Regibus*; cujus titulus & principium: Πλήθωνος ἐκ τῶν Ἀππιανοῦ ἱστοριῶν περὶ τῶν κατὰ Συρίαν Μακεδονικῶν βασιλέων. Ἀλέξανδρος μὲν βασιλεὺς ἦν ἐπὶ Πέρσαις (2) καὶ Σύρων, ὁ καὶ πάντων βασιλεὺς, ὁπόσων εἶδεν. &c. Vide *Appiani Alexandrini* editionem græcam Pariſinam Caroli Stephani typis Regiis A. 1551 in folio pag. 84, & Librum *primum* Lambec. Comment. pag. 134.

Quartò, & quidem à fol. 156 pag. 1, uſque ad fol. 163 pag. 1, *S. NILI, ex Præfecto Urbis Conſtantinopolitanæ Monachi & Abbatis*, qui circa annum Chriſti 440 obiit, *Capita octo de octo Spiritibus malitiæ*, quorum titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Νείλου περὶ τῶν ὀκτὼ τῆς πονηρίας πνευμάτων. Κεφάλαιον α΄ περὶ γαστριμαργίας. Ἀρχὴ καρποφορίας ἄνθος, καὶ ἀρχὴ πρακτικῆς ἐγκράτεια. ὁ κρατῶν γαστρὸς &c. Plura de his *octo Capitibus* vide Libri *quinti* Lambec. Comment. pag. *68, 88, 349 & 350.*

Quintò, & quidem à fol. 164 pag. 1, uſque ad fol. 200 pag. 1, *EJUSDEM Liber de Chriſtianâ Philoſophiâ*, cujus titulus & principium: Περὶ τῆς κατὰ Χριστὸν Φιλοσοφίας, καὶ ὅπως δεῖ εἶναι σὺν ταύτῃ προσεχομένους, καὶ ὅτι πρὸ τῆς τελείας ἐν τῇ ἀρετῇ ἕξεως ἐπικίνδυνον τὴν ἑτέρων ἀναδέχεσθαι προστασίαν. &c.

Sextò, & quidem à fol. 201 pag. 1, uſque ad fol. 212 pag. 1, *EJUSDEM Capita centum quinquaginta tria de Oratione*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ περὶ προσευχῆς κεφάλαια ρνγ΄. Προοίμιον. Πυρέττοντά με τῷ φλογμῷ τῶν ἀκαθάρτων παθῶν, συνήθως &c. Κεφάλαιον α΄. Εἴ τις βούλοιτο εὐῶδες θυμίαμα σκευάσαι, &c. Vide Librum *quintum* Lambec. Comment. pag. 68, 80 & 87.

XXXI.

TRIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt (3) *membranaceus*, antiquiſſimus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis nonaginta duobus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc: *Primò*,

(1) Vide Bibliothecæ *Theodori Siculi* editionem græco-lat. Laurentii Rhodomani Hanoviæ typis Wechelianis A. 1604 in fol. pag. 90. (2) In editione græcâ Pariſinâ perperàm deeſt particula καὶ. (3) Exceptâ poſteriori parte à folio 243 uſq; ad fol. 292, ſive ultimum, quæ pervetuſta quidem eſt, ſed *chartacea*.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 254 pag. 1, *EUCLIDIS Elementorum Geometricorum Libri quindecim, cum elegantiſſimis Diagrammatibus, & Anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholiis Græcis marginalibus. Primus* eorum Librorum inſcribitur atque incipit his verbis: Εὐκλείδου ἐκ τῆς Θέωνος ἐκδόσεως στοιχείων πρῶτον. Σημεῖον ἐστιν, οὗ μέρος οὐθέν· γραμμὴ δὲ &c; *decimus quintus* autem ſive ultimus definit his verbis: ὡς ἐν τοῖς στοιχείοις συναποδέδοται τοῦτο. Digniſſimum profectò multas ob cauſas eſt hoc exemplar manuſcriptum, ut eorundem Elementorum *editio* (1) *græca Simonis Grynæi*, Baſileæ apud Joannem Hervagium A. 1533 in folio impreſſa, accuratiſſimè digniſſiméque cum eo conferatur.

Secundò, & quidem à fol. 254 pag. 2, uſque ad fol. 271 pag. 2, *EJUSDEM Optica, in Theoremata ſeptuaginta unum diviſa, & neceſſariis Diagrammatibus, atque anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholiis græcis marginalibus illuſtrata*; quorum titulus & principium: Εὐκλείδου Ὀπτικοὶ ὅροι. Ὑποκείσθω τὰς ἀπὸ τοῦ ὄμματος ἐξαγομένας εὐθείας φέρεσθαι διάστημα μεγεθῶν μεγάλων, καὶ τὸ μὲν ὑπὸ τῶν ὄψεων περιεχόμενον σχῆμα εἶναι κῶνον, &c; finis autem: ὁμοίως γὰρ δείξομεν συμβαίνοντα καθάπερ καὶ ἐν τοῖς κύκλοις. Edidit hæc *Euclidis Optica Joannes Pena* Pariſiis typis Dionyſii Duvallii A. 1604 in quarto, ſed tantùm *latinè*; poteſtque ea editio beneficio hujus vetuſtiſſimi ac præſtantiſſimi Codicis MSti Cæſarei non mediocriter meliorari.

Tertiò, & quidem à fol. 271 pag. 2, uſque ad fol. 282 pag. 2, *EJUSDEM Phænomena cum Diagrammatibus eo pertinentibus, & anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholiis græcis marginalibus*; quorum titulus & principium: Εὐκλείδου Φαινόμενα. Ἐπειδὴ ὁρᾶται τὰ ἀπλανῆ ἄστρα ἀεὶ ἐκ τοῦ αὐτοῦ τόπου ἀνατέλλοντα, καὶ εἰς τὸν αὐτὸν τόπον δυόμενα, &c.

Quartò, & quidem à fol. 283 pag. 1, uſque ad fol. 292 pag. 2, *EJUSDEM Lemmata varia*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Λῆμμα, ὅπερ λείπει τὸ ιβ′ θεώρημα. Πρῶτον τόδε ἔστω τρίγωνον ἰσόπλευρον τὸ αβγ· &c.

XXXII.

TRIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *quadringentis octodecim*, quo continetur JOANNIS *Zonaræ* Lexicon ordine alphabetico.

XXXIII.

TRIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ in *folio*, conſtátque foliis *undecim*, quo continetur ARISTIDIS Athenienſis Panathenaicus.

XXXIV.

TRIGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum & quinque*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 36 pag. 1, *ALEXANDRI Aphrodiſienſis Annotationes in Ariſtotelis Librum de Sophiſticis Elenchis*; quarum

(1) Exſtant in Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindob. *Euclidis Elementorum Geometricorum Libri tredecim priores*, ex traditione doctiſſimi Naſiridini Tuſini, etiam *Arabicè* impreſſi Romæ in Typogr. Mediceâ A. 1594 in fol.

rum titulus & principium : Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως ἀποσημειώσεις εἰς τοὺς σοφιστικοὺς ἐλέγχους. Διδάξας περὶ τοῦ ἀποδεικτικοῦ καὶ διδασκαλικοῦ συλλογισμοῦ ὁ Ἀριστοτέλης, νῦν ἥκει διδάξων &c.

Secundò, & quidem à fol. 37 pag. 1, uſque ad fol. 105 pag. 2, *NEMESII*, vel, ut vulgò creditur, *Emeſæ in Phœniciâ*, vel, ut in Codice hoc manuſcripto *Cæſareo* traditur, (1) *Cyreneæ, Urbis Inſulæ Cypri, Epiſcopi, Liber de Naturâ hominis in Capita triginta octo* diviſus; cujus titulus & principium : ΝΕΜΕΣΙΟΥ, Ἐπισκόπου, ὥς τινες φασὶ, ΚΥΡΗΝΕΙΑΣ, περὶ φύσεως ἀνθρώπου κεφαλαιώδης λόγος α. Τὸν ἄνθρωπον ἐκ ψυχῆς νοερᾶς καὶ σώματος ἄριστα κατεσκευασμένον, &c; finis autem: διὰ γὰρ πλεονεξίαν, οὐχὶ διὰ τὸ συμφέρειν ἐκείνοις ἀφείλοντο. Plura de hoc *Nemeſii* Opuſculo vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 182.

XXXV.

TRIGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ſexaginta novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo (2) *JOANNIS PHILOPONI Expoſitio in Nicomachi Geraſeni Libros duos Introductionis Arithmeticæ*; quæ quatenus ad Librum *primum* pertinet, ſine ullo Autoris nomine, inſcribitur atque incipit his verbis : Ἐξήγησις τοῦ Νικομάχου ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς τῶν εἰς δύο τὸ πρῶτον. Ἐπεὶ ἡ ψυχὴ διττὰς ἔχει τὰς ἐνεργείας, τὰς μὲν ζωτικὰς καὶ ὀρεκτικὰς, τὰς δὲ νοερὰς, &c; quatenus autem ad ſecundum : Ἀρχὴ τῆς ἐξηγήσεως τοῦ δευτέρου. Ἐνταῦθα μέλλει δεῖξαι, ὅτι ἡ ἰσότης &c.

XXXVI.

TRIGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum ſexaginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *PLUTARCHI Chæronenſis Opera varia*, & præcipuè quidem *Philoſophica* : nempe 1, *Liber de Exilio*; 2, *Vita Imp. Galbæ*; 3, *Vita Imp. Othonis*; 4, *Fragmentum Libri, Bellóne an Philoſophiâ clariores fuerint Athenienſes*; 5, *Libellus de Virtute & Vitio*; 6, *Quòd maximè cum Principibus Philoſopho diſputandum ſit*; 7, *Sanitatis tuendæ Præcepta*; 8, *De Liberis educandis*; 9, *An ſeni gerenda ſit Reſpublica*; 10, *Septem Sapientum Convivium*; 11, *Quomodo poſſit adulator ab amico internoſci*; qui Liber in hoc Codice etiam inſcribitur Περὶ διαφορᾶς φίλου καὶ κόλακος, hoc eſt, *De differentiâ inter amicum & adulatorem*; 12, *Quâ quis ratione ſeipſum citra invidiam laudare poſſit*: 13, *De cohibendâ Irâ*; 14, *De Curioſitate*; 15, *De tranquillitate animi*; 16, *De vitioſo pudore*; 17, *De fraterno amore*; 18, *De garrulitate*; 19, *De auditione*; 20, *De multitudine amicorum*; 21, *De cupiditate divitiarum*. De quibus omnibus jam enumeratis *Plutarchi* Libris vide plura in Codicibus XLVI, & CXXIX.

(1) Vide *Abrahami Ortelii* Theſaurum Geographicum ſub voce *Cyrena*. (2) Vide R. P. *Philippi Labbei* S. J. Novam Bibliothecam Manuſcriptorum Librorum pag. 118.

XXXVII.

TRIGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis nonaginta*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 163 pag. 1, *XENOPHONTIS Athenienſis*, Philoſophi, Hiſtorici, & Imperatoris clariſſimi, *Opera Philoſophica varia*: nempe primò, Ἱππαρχικός, ſive, *Hipparchicus*, hoc eſt, *Liber de Magiſterio Equitum*, cujus principium: Πρῶτον μὲν θύοντα &c; ſecundò, Ἱέρων ἢ Τυραννικὸς, hoc eſt, *Hiero*, ſive, *Liber de Regno*, cujus principium: Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς &c; tertiò, περὶ Ἱππικῆς, ſive, *Liber de Re equeſtri*, cujus principium: Ἐπειδὴ διὰ τὸ συμβῆναι &c; quartò, Λακεδαιμονίων πολιτεία, ſive, *Lacedæmoniorum Reſpublica*, cujus principium: Ἀλλ᾽ ἐγὼ ἐννοήσας ποτέ, &c; quintò, Ἀπομνημονευμάτων, ſive, *Memorabilium Socratis Libri quatuor priores*, quorum primus incipit: Πολλάκις ἐθαύμασα, &c; ſextò, *Memorabilium Socratis Liber quintus*, nempe Οἰκονομικὸς, ſive, *de adminiſtratione domeſticâ*, cujus principium: Ἤκουσα δέ ποτε αὐτοῦ καὶ περὶ οἰκονομίας &c; ſeptimò, Συμπόσιον, ſive, *Convivium*, cujus principium: Ἀλλ᾽ ἐμοὶ δοκεῖ τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔργα &c; octavò, Κυνηγετικὰ, ſive, *Liber de Venatione*, cujus principium: Πρῶτον εὕρημα Θεῶν Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος &c; nonò, περὶ Ἱππικῆς, ſive, *Liber de Re equeſtri*, ſecundâ vice, cujus principium, ut ſuprà; decimò, Συμπόσιον, ſive, *Convivium*, ſecundâ vice ut ſuprà. Vide *Operum Xenophontis editionem græco-latinam Joannis Leunclavii* Francofurti typis Wechelianis A. 1596 in folio.

Secundò, & quidem à fol. 165 pag. 1, uſque ad fol. 170 pag. 2, *EPICTETI* Philoſophi *Stoici* celeberrimi, patriâ *Hieropolitani* ex *Phrygiâ*, conditione quidem *ſervi*, quippe qui *Romæ Epaphrodito*, *Imp. Neroni à Libellis*, ſervivit, ſed tantæ integritatis vitæ, tantæque apud omnes exiſtimationis & famæ, ut lucerna ejus fictilis tribus drachmarum millibus divendita olim fuiſſe feratur, *Enchiridion*, cujus principium: Τῶν ὄντων τὰ μὲν ἐστιν ἐφ᾽ ἡμῖν, &c. Plura de Libello hoc verè aureo, imò pluſquam aureo, addere ſuperſedeo, quia omnibus vel mediocriter doctis notiſſimus eſt.

Tertiò, & quidem à fol. 171 pag. 1, uſque ad fol. 244 pag. 2, *SIMPLICII Commentarius in Epicteti Enchiridion*; cujus titulus & principium: Σιμπλικίου ἐξήγησις εἰς τὸ τοῦ Ἐπικτήτου ἐγχειρίδιον. Περὶ μὲν τοῦ βίου τοῦ Ἐπικτήτου καὶ τῆς αὐτοῦ τελευτῆς Ἀρριανὸς ἔγραψεν, &c. Vide præ cæteris hujus *Commentarii* editionibus impreſſis *græco-latinam* illam cum Animadverſionibus & Notis *Claudii Salmaſii* Lugduni Batavorum typis Joannis Maire, A. 1640. in quarto.

Quartò, & quidem à fol. 245 pag. 1, uſque ad fol. 290 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Collectoris* (1) *Capita Aſtrologiæ Judiciariæ centum triginta quinque*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit his verbis: Κεφάλαιον α´ περὶ διαθέματος. Τῆς οὐρανίας διαθέσεως καὶ τόδε ἐγχαραχθέμενον σχῆμα &c. Eorundem Capitum *centeſimo vigeſimo ſeptimo* continetur CLAUDII PTOLEMÆI (2) *Centiloquium*, ſive, *Liber centum Aphoriſmorum ad Syrum fratrem*, incipiens: Προεκθέμενοι, ὦ Σύρε, τὰς ἐνεργείας τῶν ἀστέρων &c. Capite porrò ſeq. *centeſimo vigeſimo octavo* continetur PETOSIRIS, *Philoſophi Ægyptii*, *Epiſtola*

(1) In fine Indicis Græci illorum Capitum exſtat ibi fol. 246. pag. 1. Κατασκευὴ τῆς χρυσογραφίας, ſive, *Artificium ſcribendi auro.* (2) Plura de hoc *Ptolemæi* Libro vide *Libro ſexto* Lambec. Comm. Parte II, pag. 89.

ſtola Aſtrologica ad Nechepſum Regem Ægypti, cum ſubjunctis Diagrammatibus ad eandem pertinentibus; cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ Πετοσίρεως Φιλοσόφου πρὸς Νεχεψὼ Βασιλέα περὶ τῶν κατακλινομένων ἐν ἀῤῥωστίαις, εἰ ζήσονται, ἤ τε τεθνήξονται, καὶ περὶ τῶν νικώντων ἐν μονομαχίαις καὶ πράγμασιν· ἔτι γε μὴν, καὶ τῶν ἀποδιδρασκόντων, καὶ λοιπῶν τῶν τούτοις ὁμοίων. Περὶ ἑνὸς ἑκάστου τῶν ὑπ' ἐμοῦ εὑρημένων εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον ἐξακριβωσάμενος, διαπέμψασθαί σοι οὐκ ὤκνησα. ὑπέταξα δέ σοι ὄργανον κανονικὸν, ὅπερ &c. Plura de hâc *Epiſtolá* vide Libri *ſexti* Lambec. Comment. Parte ſecundâ, pag. 94, 95, 105 & 106.

XXXVIII.

TRIGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *quadringentis quatuor*, & ad V. Cl. *Sebaſtianum Ericium*, doctiſſimum celeberrimumq; Senatorem Venetum, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 267 pag. 1, *PROCLI LYCII*, Philoſophi Platonici celeberrimi, per excellentiam Διαδόχου Πλατωνικοῦ ſive (1) *Succeſſoris Platonici* cognominati, *Libri ſex de Theologiâ Platonicâ*, anonymi cujuſdam *Græci Scholiaſtæ Annotationibus marginalibus* illuſtrati; quorum *primus* poſt *Indicem Capitum* inſcribitur atque incipit his verbis: Πρόκλου, μεγάλου Φιλοσόφου καὶ Πλατωνικοῦ διαδόχου, περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα Θεολογίας βιβλίον α΄. Πᾶσαν μὲν τὴν Πλάτωνος φιλοσοφίαν, ὦ φίλων ἐμοὶ φίλτατε Περίκλεις, &c. Prodierunt hi ſex Procli Diadochi Libri primùm in lucem Hamburgi ex *Gottorpianá* Sereniſſimi Ducis Holſatiæ Bibliothecâ cum *verſione latiná Æmilii Porti* A. 1618. in folio.

Secundò, & quidem à fol. 268 pag. 1, uſque ad fol. 318 pag. 1, *EJUSDEM Inſtitutio Theologiæ Platonicæ, in Capita ducenta undecim diviſa*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Πρόκλου, μεγάλου Φιλοσόφου καὶ Πλατωνικοῦ διαδόχου στοιχείωσις θεολογική· Κεφάλαια σια΄. Κεφάλαιον α΄. Πᾶν πλῆθος μετέχει πῃ τοῦ ἑνός· εἰ γὰρ μηδαμῇ &c; *ultimum* autem deſinit, κἀκεῖνα τέλεια ποιεῖν· πᾶσα ἄρα ψυχὴ κάτεισι. Primus hanc *Procli Inſtitutionem Theologicam Platonicam* latinè vertit *Guilielmus de Morbectâ* vel *Morbetâ*, Monachus Dominicanus & *Papæ Clementis IV. Pœnitentiarius*, eamque abſolvit *Viterbii* XV. Kal. Junii, ſive d. 18. Maji, A. C. 1268. Quæ translatio *latina* exſtat *manuſcripta* in *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* antiquo Codice membranaceo Theologico Latino manuſcripto in folio. Eadem Στοιχείωσις ſive *Inſtitutio Theologiæ Platonicæ* exſtat *græcè* cum aliâ novâ verſione *latiná* in fine ſuprà memoratorum ſex Librorum *Procli* de Theologiâ Platonicâ, ab *Æmilio Porto* ex Bibliothecâ Gottorpianâ primùm græcè & latinè editorum Hamburgi apud Michaëlem Heringium A. 1618 in folio. Plura hâc de re vide Libri *primi* Lambec. Comment. paginâ 148, & Libri *tertii* paginâ 326; ubi ſimul etiam *Libri de Arte Geomantiæ*, à ſuprà memorato *Guilielmo de Morbectâ* compoſiti, & hactenùs, quod ſciam, nondum editi, fit mentio.

Tertiò, & quidem à fol. 319 pag. 1, uſque ad fol. 330 pag. 2, *PLOTINI Diſſertationes duæ*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Πλωτίνου περὶ τοῦ πῶς

(1) Reverà fuit *Proclus* diſcipulus *Syriani*, eique ſucceſſit in Scholâ Platonicâ, uti *Proclo* poſteà ſucceſſit *Marinus*, qui Magiſtri ſui conſcripſit Vitam; quæ etiamnunc exſtat, & Libris ejus ſex de Theologiâ Platonicâ, Hamburgi editis, græcè & latinè præfixa eſt,

δρᾷ ἡ οὐρανία διάθεσις εἰς τὸν περίγειον κόσμον. Ἐπειδὴ πεπίστευται, ὡς διὰ τῶν ἄστρων πολλὰ τελεῖται, &c.

Quartò, & quidem à fol. 331 pag. 1, uſque ad fol. 337 pag. 1, *ex EUSEBII PAMPHILI Opere de Præparatione Evangelicá Excerpta varia :* nempe Libri *15* Caput *10* & *11* de Immortalitate animæ, *ex Plotino* & *Porphyrio*; Libri *11* Caput *13*, Quod unus ac ſolus ſit Deus; Libri *11* Caput *14* de ſecundo *Hebræorum Platoniſque* principio; Libri *11* Caput *15*, *16* & *18* de ſecundo Principio, ex *Philone*, *Platone* & *Numenio :* Libri *11* Caput *20* de tribus Subſtantiis Principii vim habentibus; Libri *11* Caput *17* de ſecundo Principio, ex *Plotino :* Libri *11* Caput *9* de Ente ex *Moyſis Platoniſque* doctrinâ; Libri *11* Caput *10* de Ente, ex *Numenio ;* Libri *11* Caput *11*, ex *Plutarchi* Opuſculo de ſyllabâ Ἔι, Delphico Templo inſcriptâ. Plura de his *Excerptis* vide infrà in recenſione Cod. CII. num. 6.

Quintò, & quidem à fol. 338 pag. 1, uſque ad fol. 404 pag. 2, SYNESII, Philoſophi & Rhetoris Alexandrini, qui A. C. 410 ſub *Imp. Theodoſio Juniore* & *Theophilo* Patriarchâ Alexandrino *Epiſcopus Cyrenæus* ordinatus eſt, *Dion, ſive de Vitæ ipſius inſtituto Liber*, cujus titulus & principium: Συνεσίου Κυρηναίου Φιλοσόφου καὶ Ῥήτορος ΔΙΩΝ, ἢ περὶ τῆς κατ' αὐτὸν διαγωγῆς. *Φιλόστρατος μὲν ὁ Λήμνιος ἀναγράφων τοὺς βίους τῶν μέχρις αὐτοῦ σοφιστῶν*, &c; deſinit autem: *παραβομβεῖ κινουμένῳ μέλει*. Secundò, *Ægyptii, ſive, De Providentiâ Libri duo*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit hoc modo: Αἰγύπτιοι, ἤ, περὶ προνοίας· λόγος ά. Προθεωρία. *Γέγραπται μὲν ἐπὶ τοῖς Ταύρου παισὶ* &c. Ὁ λόγος. *Ὁ μῦθος Αἰγύπτιος· περιττοὶ σοφίαν Αἰγύπτιοι* &c; *ſecundus* autem: Αἰγύπτιοι, ἤ, περὶ προνοίας λόγος δεύτερος. *Ἄρχεται δὲ ὑποσημαίνειν* &c. Tertiò, *Liber de Regno ad Imp. Arcadium*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ λόγος περὶ βασιλείας. *Ἆρα εἰ μή τις ἐκ πόλεως ἥκοι μεγάλης* &c. Vide *Syneſii* Opera, à R. P. *Dionyſio Petavio* S. J. Lutetiæ Pariſiorum A. 1612 græcè & latinè in folio edita, pag. 35, 88.

XXXIX.

TRIGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, vetuſtus bonæque notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ſexcentis ſeptuaginta quinque*, quo continetur HOMERI Ilias, variis interlinearibus & marginalibus notis illuſtrata.

XL.

QUADRAGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis viginti*. Continentur eo *PROCLI Diadochi Platonici de Theologiâ Platonicâ Liber primus*, *quartus*, *quintus* & *ſextus*. Vide pluribus Librum VII. Comment. Lambec. pag. 40.

XLI.

QUADRAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus in *folio*, conſtátque foliis *trecentis quadraginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò,

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 22 pag. 1, *ARISTOTELIS Liber* περὶ ἑρμηνείας, ſive, *de Interpretatione cum anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholiis græcis marginalibus & interlinearibus.*

Secundò, & quidem à fol. 23 pag. 1, uſque ad fol. 176 pag. 2, *EJUSDEM Liber primus Analyticorum priorum:* Περὶ γενέσεως συλλογισμῶν Ἀριστοτέλους Ἀναλυτικῶν προτέρων τμῆμα πρῶτον. Πρῶτον εἰπεῖν περὶ τί, καὶ τίνος ἡ σκέψις· &c; *cum Commentario Joannis Philoponi*, cujus principium: Πρῶτον εἰπεῖν] Κατὰ τὸ Ἀττικὸν ἔθος τὸ χρὴ παρέλειψε· τὸ γὰρ χρὴ καὶ δεῖ πρὸς τὰ ἀπαρέμφατα συντάσσομένα &c. Plura de hoc *Commentario* vide infrà in recenſione Codicis CXXXIX, num. 5, ubi is exſtat cum *Proœmio*, quod in præſenti Codice XLI. deeſt.

Tertiò, & quidem à fol. 177 pag. 1, uſque ad fol. 224 pag. 1, *EJUSDEM Libri duo Analyticorum poſteriorum*, quorum *primus* incipit: Πᾶσα διδασκαλία &c; *ſecundus* autem: Τὰ ζητούμενά ἐστιν ἴσα, &c.

Quartò, & quidem à fol. 224 pag. 1, uſque ad fol. 266 pag. 1, *EJUSDEM Topicorum Libri ſex priores*, quorum *primus* incipit: Ἡ μὲν πρόθεσις τῆς πραγματείας &c.

Quintò, & quidem à fol. 267 pag. 1, uſque ad fol. 294 pag. 2, *EJUSDEM Analyticorum priorum Liber ſecundus*; Ἀναλυτικῶν πρώτων βιβλίον δεύτερον. Ἐν πόσοις μὲν οὖν σχήμασι &c; *cum Anonymi cujuſdam Annotationibus græcis marginalibus & interlinearibus.*

Sextò, & quidem à fol. 295 pag. 1, uſque ad fol. 317 pag. 1, *JOANNIS Philoponi Scholia in Ariſtotelis Analyticorum priorum Librum ſecundum*, quorum titulus & principium: Ἰωάννου Σχολαστικοῦ Ἀλεξανδρέως Σχόλια εἰς τὸ δεύτερον τῶν προτέρων ἀναλυτικῶν Ἀριστοτέλους. Ἐν πόσοις μὲν οὖν σχήμασι] Σκοπὸς τῆς προκειμένης πραγματείας κατὰ μὲν Ἀλέξανδρον οὗτος, εἰπεῖν τὰ ὑπόλοιπα τοῦ πρώτου λόγου· ποῖα δὲ &c. Edidit hæc *Scholia græcè Victor Trincavellus* Venetiis An. 1536. typis Bartholomæi Zannetti in folio.

Septimò, & quidem à fol. 318 pag. 1, uſque ad fol. 341 pag. 1, *THEMISTII Paraphraſis duorum Librorum Analyticorum poſteriorum Ariſtotelis, in duas Partes diviſa*; quarum *prima* in Librum primum inſcribitur atque incipit hoc modo: Θεμιστίου παράφρασις Ἀναλυτικῶν ὑστέρων. Ἐμοὶ συντάττεσθαι μὲν ἐξηγήσεις τῶν Ἀριστοτελικῶν βιβλίων μετὰ τοσαύτας τε καὶ τοιαύτας, &c.

XLII.

QUADRAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt partim *membranaceus* antiquus, partim *chartaceus* mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque nunc in univerſum foliis *centum quinquaginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, A. C. 1577 pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 2, uſque ad fol. 2 pag. 2, *INDEX græcus eorum, quæ continentur toto hoc Codice.*

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 1, uſq; ad fol. 40 pag. 1, *Imp. MANUELIS Palæologi Capita centum Parænetica ad filium ſuum Joannem Palæologum, cum præfixâ Epiſtolâ proœmiali*, itidem, ut in Cod. XCVIII. num. 2.

Tertiò, & quidem à fol. 41 pag. 1, uſque ad fol. 138 pag. 2, EJUSDEM *Orationes ſeptem ethico-politicæ ad eundem filium ſuum Joannem*, cum ſubjuncto communi *Epilogo Epiſtolari*, itidem ut in Cod. XCVIII. num. 3.

Quartò, & quidem à fol. 139 pag. 1 & 2, EJUSDEM *Oratiuncula parænetica ad benevolos ſuos ſubditos*, itidem ut in Cod. XCVIII. num. 4.

Quintò, & quidem à fol. 140 pag. 1, uſque ad fol. 146 pag. 2, EJUSDEM *Oratio glorificatoria ad Deum cum Confeſſione & gratiarum actione*, itidem ut in Cod. XCVIII. num. 5.

Sextò, & quidem à fol. 146 pag. 2, & fol. 147 pag. 1, EJUSDEM *Carmen catanycticum ſive compunctorium in ſex præcepta Chriſti*; cujus titulus & principium: Κεφάλαια κατανυκτικὰ εἰς τὰς ἐξ ἐντολὰς τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ διὰ στίχων ἀνακρεοντείων. Διὰ τὸ μὴ εἶναί με Ἄξιον σοῦ μετασχεῖν, Νῦν ὁρᾷς &c. Vide etiam Cod. XCVIII. num. 7.

Septimò, & quidem à fol. 147 pag. 2, uſque ad fol. 150 pag. 1, EJUSDEM *Canon paracleticus ad Beatiſſimam Virginem Deiparam de ſuorum temporum calamitatibus*; cujus principium: Πᾶσα τάξις καὶ ἡλικία πιστῶν &c. Vide etiam Cod. XCVIII. num. 7.

Octavò, & quidem à fol. 150 pag. 2, uſque ad fol. 151 pag. 2, EJUSDEM *Deſcriptio Imaginis Veris*; cujus principium: Ἦρος ὥρα, καὶ δηλοῖ τὰ ἄνθη, καὶ λευκὸς οὗτος ἀὴρ &c. Vide etiam Cod. XCVIII. num. 7.

Nonò, & quidem à fol. 152 pag. 1 & 2, EJUSDEM *Meditamentum Rhetoricum, quibus verbis Temires ſive Tamberlanes, Perſarum & Scytharum Imperator, Bajazetem Turcarum Imperatorem, à ſe victum, alloqui potuerit*; cujus principium: Ὡς ἔοικε τὸ πόῤῥωθεν ἐχθρὸν καὶ ἐξ ἀρχῆς πολεμεῖν, φύσει πολέμιόν ἐστι, &c. Vide etiam Cod. XCVIII. num. 7.

Decimò, & quidem fol. 152 pag. 2, & fol. 153 pag. 1, EJUSDEM *Gratiarum actio ad Deum inſtar Pſalmi ob interitum Bajazetis*; cujus principium: Ὕψιστος ὁ Κύριος ἐν ἀρχῇ, ὁ Θεὸς ἡμῶν εἰς αἰῶνα αἰῶνος, ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν, &c. Vide etiam Cod. XCVIII. num. 7.

Undecimò, & quidem fol. 153 pag. 2, ANONYMI cujuſdam *Excerpta politica de Imperatore & adminiſtratione Imperii, deſumpta ex Imperatorum Baſilii, Conſtantini & Leonis Libro primo Prochiri Juris, ſive Manualis Legum*; quorum titulus & principium: Ἀπὸ τοῦ νομίμου βιβλίου Βασιλείου, Κωνσταντίνου καὶ Λέοντος, ἀπὸ τοῦ α΄ τίτλου, κεφ. δ΄. Βασιλεύς ἐστιν ἔννομος ἐπιστασία, κοινὸν ἀγαθὸν πᾶσι τοῖς ὑπηκόοις, &c. Plura de hoc *Manuali Juris* vide Libri *quinti* Lambecianorum Commentariorum pag. 162 & 163, & Libri *ſexti* pag. 19.

XLIII.

QUADRAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *centum ſexaginta*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continetur ISAACI TZETZIS Commentarius in Lycophronis Caſſandram.

XLIV.

QVADRAGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *centum triginta ſex*, olimque ad V. CL. *Sebaſtianum Ericium* pertinuit, poſtea antem Venetiis A. C. 1672, pro uſibus *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* triginta florenis emptus eſt, quo continetur JULII POLLUCIS Onomaſticon.

XLV.

QUADRAGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *centum octoginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, qui eum Tarenti emit, olim pertinuit, quo continentur NONNI *Panopolitæ* Dionyſiaca. Eſtque hoc ipſum autographum exemplar, quo olim ex conceſſione *Sambuci Joannes Falkenburgius* Noviomagus uſus eſt, cum *Nonni* Dionyſiaca primùm in lucem ederet.

XLVI.

QUADRAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *quadringentis octoginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo PLUTARCHI *Charonenſis Opera varia*, & præcipuè quidem *Philoſophica*: nempe 1, Παραμυθικὸς πρὸς Ἀπολλώνιον, ſive, *Oratio conſolatoria ad Apollonium ob mortem filii*; cujus principium: Καὶ πάλαι σοι συνήλγησα &c; 2, Παραμυθικὸς πρὸς τὴν γυναῖκα, ſive, *Epiſtola conſolatoria ad Uxorem ſuam ob obitum filiolæ*; cujus principium: Πλούταρχος τῇ γυναικὶ εὖ πράττειν. Ὃν ἔπεμψας ἐπαγγελοῦντα περὶ τοῦ παιδίου τελευτῆς &c; 3, Liber περὶ φυγῆς, ſive, *de exilio*; cujus principium: Τῶν λόγων ἀρίστους καὶ βεβαιοτάτους &c; 4, Γάλβας, ſive, *Vita Imp. Galbæ*; cujus principium: Ὁ μὲν Ἀθηναῖος Ἰφικράτης &c; 5, Ὄθων, ſive, *Vitâ Imp. Othonis*; cujus principium: Ὁ δὲ νεώτερος Αὐτοκράτωρ &c; 6, Ἐκ τοῦ λόγου τοῦ, Ἀθηναῖοι πότερον κατὰ πόλεμον ἢ κατὰ (1) φιλοσοφίαν ἐνδοξότεροι, ſive, *Fragmentum Libri, Bellóne an Philoſophiâ clariores fuerint Athenienſes*; cujus principium: Ταῦτα ὀρθῶς μὲν ἐκεῖνος εἶπε &c; 7, Libellus περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας, ſive, *de Virtute & vitio*; cujus principium: Τὰ ἱμάτια δοκεῖ θερμαίνειν τὸν ἄνθρωπον, &c; 8, Libellus περὶ τοῦ, ὅτι μάλιστα τοῖς ἡγεμόσι δεῖ τὸν φιλόσοφον διαλέγεσθαι, ſive, *Quod maximè cum Principibus Philoſopho diſputandum ſit*; cujus principium: Σωρανὸν ἐγκολπίσασθαι &c; 9, Ὑγιεινὰ παραγγέλματα, ſive, *Sanitatis tuendæ Præcepta*; quorum principium: Σὺ δὴ Γλαῦκον χθὲς &c; 10, Liber Εἰ πρεσβυτέρῳ πολιτευτέον, ſive, *An ſeni gerenda ſit Reſpublica*; cujus principium: Ὅτι μὲν οὖν, ὦ Εὔφανες, ἐπαινέτης ὢν Πινδάρου, &c; 11, Ἑπτὰ σοφῶν συμπόσιον, ſive, *Septem ſapientum Convivium*; cujus principium: Ἦπου περιιὼν ὁ χρόνος, ὦ Νίκαρχε, &c; 12, περὶ Ἴσιδος καὶ (2) Σαράπιδος ἱερὸς λόγος, ſive, *de Iſide*

(1) Vulgò ibi legitur σοφίαν (2) Vulgò hic Liber inſcribitur *de Iſide & Oſiride.*

Iſide & Sarapide Sermo ſacer; cujus principium: Πάντα μὲν, ὦ Κλέα, δεῖ τἀγαθὰ &c; 13, Γυναικῶν ἀρεταὶ, ſive, *Liber de Mulierum Virtutibus*; cujus principium: περὶ ἀρετῆς, ὦ Κλέα, γυναικῶν &c; 14, περὶ τοῦ, πότερον ὕδωρ ἢ πῦρ (1) χρησιμώτατον, ſive, *de eo, Aquáne an Ignis ſit utilior*; cujus principium: Ἄριστον μὲν ὕδωρ &c; 15, Γαμικὰ παραγγέλματα, ſive, *Conjugalia Præcepta*, quorum principium: Πλούταρχος Πολλιανῷ καὶ Εὐρυδίκῃ εὖ πράττειν. Μετὰ τὸν πάτριον θεσμὸν &c; 16, Τῶν ἠθικῶν Πλουτάρχου, πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ' ἀρετῇ, ſive, *Ex Ethicis Plutarchi, Quomodo quis ſuos in virtute parandâ ſentire poſſit profectus*; cujus principium: Τίς τῶν λόγων, ὦ Σόσσιε Σενεκίων, &c; 17, *De his, qui ſerò à Numine puniuntur*; 18, *De utilitate ex hoſtibus capiendâ*; 19, *Quomodo adoleſcens Poëtas audire debeat*; 20, *Quomodo poſſit adulator ab amico internoſci*; 21, *Quâ quis ratione ſeipſum citra invidiam laudare poſſit*; 22, *De cohibendâ irâ*; 23, *De curioſitate*; 24, *De tranquillitate animi*; 25, *De vitioſo pudore*; 26, *De fraterno amore*; 27, *De garrulitate*; 28, *De auditione*; 29, *De multitudine amicorum*; 30, *De cupiditate divitiarum*; 31, *De Fortunâ*; 32, *Animíne an corporis affectiones ſint pejores*; 33, *De ſuperſtitione*; 34, Πότερον τὰ Ῥωμαίων πράγματα τύχῃ ἢ ἀρετῇ, ſive, (2) *Utrum Romanorum res geſtæ fortunæ an virtuti attribuendæ ſint*; cujus principium: Αἱ πολλοὺς πολλάκις ἠγωνισμέναι, &c; 35, Oratio prima, περὶ τῆς Ἀλεξάνδρου τύχης ἢ ἀρετῆς, ſive, *de Alexandri Magni Fortunâ vel Virtute*; cujus principium: Οὗτος ὁ τῆς τύχης λόγος &c; 36, *Præcepta gerendæ Reipublicæ*, quæ hîc inſcribuntur & incipiunt his verbis: (3) περὶ τοῦ, πῶς χρὴ τὸν φιλόσοφον πολιτεύεσθαι. Εἰ πρὸς ἄλλο τι χρήσασθαι καλῶς ἐστιν ἔχον, ὦ Μενέμαχε, &c; 37, Ἀποφθέγματα Βασιλέων καὶ Στρατηγῶν, ſive, *Apophthegmata Regum & Ducum militiæ*; quorum principium: Ἀρταξέρξης ὁ Περσῶν Βασιλεὺς &c; 38, Ἀποφθέγματα Λακωνικὰ, ſive, *Apophthegmata Laconica*; quorum principium: Ἀγασικλῆς ὁ Λακεδαιμονίων Βασιλεὺς &c; 39, Συναγωγὴ ἱστοριῶν παραλλήλων Ῥωμαϊκῶν καὶ Ἑλληνικῶν, ſive, (4) *Collectio Hiſtoriarum parallelarum Romanarum & Græcarum*; cujus principium: Τὰς ἀρχαίας ἱστορίας διὰ τὰ παράδοξα τῆς πράξεως &c; 40, Oratio prima περὶ σαρκοφαγίας, ſive, *de Eſu carnium*; cujus principium: Ἀλλὰ σὺ μὲν ἐρωτᾷς, τίνι λόγῳ Πυθαγόρας &c; 41, Πρὸς ἡγεμόνα ἀπαίδευτον, ſive, Liber *ad Principem ineruditum*; cujus principium: Πλάτωνα Κυρηναῖοι παρεκάλουν &c; 42, Περὶ τοῦ μὴ δεῖν δανείζεσθαι, ſive, Liber *de vitando ære alieno*; cujus principium: Ὁ Πλάτων ἐν τοῖς νόμοις οὐκ ἐᾷ &c; 43, Προβλήματα Ῥωμαϊκὰ, ſive, (5) *Quæſtiones Romanæ*; quarum principium: Διατί τὴν γαμουμένην ἅπτεσθαι πυρὸς καὶ ὕδατος κελεύουσι; πότερον τούτων, ὡς ἐν στοιχείοις &c; 44, Προβλήματα Ἑλληνικὰ, ſive, *Quæſtiones Græcæ*; quarum principium: Τίνες οἱ ἐν Ἐπιδαύρῳ Κονίποδες καὶ Ἄρτυνοι; Οἱ μὲν τὸ πολίτευμα &c; 45, περὶ Στοϊκῶν (6) ἐναντιωμένων, ſive, Liber *de Stoicis repugnantiis*; cujus principium: Πρῶτον ἀξιῶ τὴν τῶν δογμάτων ὁμολογίαν ἐν τοῖς βίοις θεωρεῖσθαι &c; finis autem ibi deeſt inde ab his verbis:

(1) Ita ibi legitur pro χρησιμώτερον. (2) Liber hic vulgò ſimpliciter inſcribitur Περὶ τῆς Ῥωμαίων τύχης, ſive, *De Fortunâ Romanorum*. (3) Ea vulgò ſimpliciter inſcribuntur Πολιτικὰ παραγγέλματα. (4) Liber hic vulgò inſcribitur Περὶ παραλλήλων Ἑλληνικῶν καὶ Ῥωμαϊκῶν. (5) Hæ *Quæſtiones Romanæ*, ut & ſequentes *Quæſtiones Græcæ*, perperàm & abſurdè in Operum Plutarchi editione græco-latinâ Francofurtenſi inſcribuntur: Κεφαλαίων καταγραφή· *Capitulorum Deſcriptio, hoc eſt, Quæſtionum ſolutio, ſive Problematum.* Ex hoc enim Codice MSto *Cæſareo* manifeſtè apparet, per Κεφαλαίων καταγραφὴν nihil aliud ſignificari, quàm *Indicem Capitum*, ſive *Quæſtionum*, qui ipſi Problematum Libro ſeperatim præfixus eſt. (6) In citatâ editione legitur ἐναντιωμάτων.

bis: (1) ὦ γὰρ δύστηνοι λόγοι. ἀλλ' ὅγε Χρύσιππος, ἐν οἷς - - - -; 46, Liber περὶ τῶν ἐκλελοιπότων χρηστηρίων, ſive, *De defectu Oraculorum*, ſed principio carens uſque ad hæc verba: - - - (2) τοῦ χρηστηρίου διαλεγομένης. τῶν δὲ ξένων &c; ut & fine inde ab his verbis: (3) ὅγε εὐηθές ἐστι τὸ μιᾷ γυναικὶ - - -; quos omnes jam enumeratos *Plutarchi* Libros vide *Tomo ſecundo* ſuprà citatæ *Operum Plutarchi* editionis græco-latinæ Francofurtenſis *Guilielmi Xylandri* typis Wechelianis A. 1620 in folio, exceptis *duabus Vitis Impp. Galbæ & Othonis*, quæ exſtant Tomo *primo* inter *Vitas Parallelas*.

XLVII.

QVADRAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, elegans, antiquus, & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ſexcentis nonaginta uno*, quo continetur PHOTII, *Patriarchæ CPni*, Bibliotheca.

XLVIII.

QVADRAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *folio*, conſtátque foliis *centum & ſedecim*, & ad *Joannem Sambucum*, poſteà ad *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ipſi ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtantur, olim pertinuit, quo continentur DEMOSTHENIS, *Oratoris Athenienſis*, Orationes, cum notis interlinearibus & marginalibus.

XLIX.

QVADRAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *folio*, ſed in fine mutilus, conſtátque foliis *octoginta*, quo continetur HOMERI Ilias, variis Scholiis interlinearibus & marginalibus illuſtrata.

L.

QVINQVAGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus bonæque notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis & novendecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur HOMERI Ilias & Odyſſea.

LI.

QVINQVAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *centum nonaginta uno*, quo continetur NONNI *Panopolitæ* Dionyſiacorum Tomus alter.

LII.

QVINQVAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus bonæq; notæ, in *folio*, conſtátq; foliis *trecentis viginti duobus*, deſcriptus propriâ manu *Georgii Wurffel*, ex inſtructiſſimâ Bibliothecâ *Joh. Jacobi Fuggeri* Auguſtæ Vindelicorum A. C. 1561, quo continentur NONNI *Panopolitæ* Dionyſiaca.

(1) Vide jam citatam editionem pag. 1052. (2) Vide ibidem pag. 412. (3) Vide ibidem pag. 435.

LIII.

QVINQVAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *folio*, conſtátque foliis *viginti quinque*, quo continentur INCERTI varia paradigmata Conjugationum Verborum græcorum.

LIV.

QVINQVAGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *folio*, ſed in fine mutilus, conſtátque nunc foliis *decem*, quo continentur:

Primò: INDEX brevis in *Ariſtidis* Orationes.

Secundò: AMMONIUS, *filius Hermiæ*, & *diſcipulus Procli*, Diadochi Platonici, in *Porphyrii* Librum de quinque vocibus.

Tertiò: PROCLI *Lycii*, Diadochi Platonici, Prolegomena in *Euclidem*.

LV.

QVINQVAGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis ſeptuaginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 17 pag. 2, HERONIS *Alexandrini* Βελοποιητικὰ ſive *Teliſfactiva cum Figuris*; quorum principium: Τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβῆς τὸ μέγιστον καὶ ἀναγκαιότατον μέρος ὑπάρχει τὸ περὶ ἀταραξίας &c.

Secundò, & quidem à fol. 18 pag. 2, uſque ad fol. 81 pag. 1, APOLLODORI *Poliorcetica cum Figuris Machinarum obſidionalium*; quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν Ἀπολλοδώρου Πολιορκητικά. Ἀνέγνων σου, Δέσποτα, τὴν περὶ τῶν μηχανημάτων ἐπιστολὴν, καὶ μακάριος ἐγενόμην, ὅτι &c.

Tertiò, & quidem à fol. 81 pag. 1, uſque ad fol. 104 pag. 2, *PHILONIS Byzantii*, qui ſeculo ante Chriſtum quarto *Demetrio Phalereo*, *Athenarum Præfecto*, fuit ſynchronus, *Liber de fabrica turrium*, *murorum*, *aliarúmque munitionum*, & *de obſidione tùm tolerandâ*, *tùm faciendâ*, cujus principium: Φίλων Ἀρίστωνι χαίρειν. Πρῶτον μὲν δεῖ τοὺς οἰκοδομοῦντας πύργους; ὀρύξαντας μέχρι πέτρας, ἢ ὕδατος, ἢ τινος ἐδάφους, ἀσφαλῶς τοῦτον ἀποστερεώσαντας τὸν τόπον, &c.

Quartò, & quidem à fol. 105 pag. 1, uſque ad fol. 167 pag. 2, ex SEXTI JULII *Africani* magno multiplicis argumenti & variæ eruditionis Opere Enneabiblo, ſeu in *novem Libros* diviſo, quod ob lectu jucundam diverſarum materiarum contexturam, metaphorâ *à variegato Veneris cingulo* deſumptâ, Κεστὸς ſive *Ceſtos* inſcripſerat, *Liber de Re militari*; cujus titulus generalis eſt: Ἰουλίου Ἀφρικανοῦ Κεστοί. Sequitur deinde *Index Capitum ſexaginta octo*, in quæ totus Liber ibi diviſus eſt. Eorum primum eſt περὶ ὁπλίσεως, ſive, *de Armaturâ*; ultimum autem περὶ φυλακῶν, ſive, *de Cuſtodibus*. Finito Indice, incipit Proœmium his verbis: Κατὰ λόγον, ἢ εἱμαρμένην, ἢ τύχην αἱ τῶν πραγμάτων ἐκβάσεις, ἐπιγοναὶ, καὶ φθοραί. &c; & Proœmio ſubjungitur *Caput primum* hoc modo: Περὶ ὁπλίσεως. Καλὸν δὲ ἐν πᾶσι καὶ πολέμων εἰδέναι. πολλάκις γὰρ καὶ ἐθαύ-

μασα

μασα τὴν αἰτίαν τῆ διαφόρȣ τῶν ἐνοπλίων ἀγώνων ῥοπῆς, κ̀ ἐκ τȣ́των μὲν ὑπὸ Ῥωμαίων Ἕλληνας, ὑπὸ Ἑλλήνων δὲ τὰς Πέρσας, μηδέπω δὲ ὑπὸ Ῥωμαίων Πέρσας νενικῆσϑ, ἀλλ' &c. Ex ſolo igitur primi hujus Capitis principio ſatis apparet, Librum hunc *Polemicum* ſive *Militarem* eſſe Partem aliquam magni cujuſdam Operis, in quo jam anteà de aliis diverſis materiis actum fuerit. Plura de hoc Autore, ſi placet, vide Lib. VII. *Comment. Lambec.* pag. 198, 199 & 200.

Quintò, & quidem à fol. 168 pag. 1, uſque ad fol. 195 pag. 2, *Imp.* CONSTANTINI PORPHYROGENITI *Liber Tacticus, terrâ mariqúe pugnantium ordinationem continens*; cujus titulus & principium: Κωνϛαντίνȣ Βασιλέως Κωνϛαντινȣπόλεως βιβλίον ταχτικὸν, τάξιν περιέχον τῶν κατὰ θάλατταν καὶ γῆν μαχομένων. Ὑπολαμβάνω χρήσιμον εἶναι τὸ μνημονεῦσαι εἰς ὀλίγον περὶ τῆς ἀρχαίας ἐξοπλίσεως τῶν πεζῶν κ̀ τῶν καβαλλαρίων, καθὼς Αἰλιανὸς &c; finis autem: ἐποίησε τȣ̃το ȣ̃τω, κ̀ λαμπρὰ πολλὰ, κ̀ - - -. Sequitur deinde *Sambuci* manu hæc ſubſcriptio: *Deſunt paucula, nec uſpiam reperiri potuere diligenter perqvirenti.* Hoc igitur eſt illud ipſum Exemplar manuſcriptum, ex quo *Joannes Meurſius* inter *Imp. Conſtantini Porphyrogeniti* Opera, Lugduni Batavorum typis Elzevirianis A. 1617. græcè & latinè in octavo edita, *Librum* hunc *Tacticum* primus edidit, ſed tantùm *græcè*, & ſimiliter in fine *imperfectè*. Quamvis enim ibi in titulo Libri latino *Joannes Meurſius* ſcribat, ſe illum è *Codice Bibliothecæ Palatinæ* edere, in fine tamen ejuſdem Libri ipſa rei veritas eundem cogit fateri, gloriam hanc potiùs deberi *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ*, utpote ex cujus Codice *Codex Palatinus* deſcriptus fuerit. Ipſa *Meurſii* verba ſunt hæc: *Hic deſinebat Codex Palatinus, qui deſcriptus erat ex altero è Bibliothecâ Viennenſi Cæſaris.* Hæc ibi ipſe *Meurſius*.

Sextò, & quidem à fol. 196 pag. 1, uſque ad fol. 250 pag. 1, *HERONIS Tertii*, qui ſub *Imp. Heraclio* floruit, *Excerpta Inſtructionum militarium*; quorum titulus & principium: Ἥρωνος παρεκβολαὶ ἐκ τῶν ϛρατηγικῶν παρατάξεων, περὶ τȣ̃ ὁποῖον εἶναι δεῖ τὸν ϛρατηγόν. Ὅτι ἐπιμελητὴν, κ̀ ὀξὺν, κ̀ ἀνδρεῖον, κ̀ ἐνεργητικὸν, κ̀ πρὸς τȣ̀ς κινδύνȣς μὴ ὀκνȣ̃ντα μηδὲ καταπίπτοντα, καὶ σπȣδάζοντα ἐπιμελῶς τὸν Θεὸν θεραπεύειν διά τε δικαιοσύνης κ̀ τῶν ἀγαθῶν πράξεων· ἀλλὰ καὶ τὰς ἡδονὰς ἐπέχοντα, καὶ &c. Meminit quidem horum *Excerptorum*, tanquam hactenùs ineditorum, V. CL. *Nicolaus Rigaltius* in Gloſſario Tactico græco-barbaro, ſed attribuit is ea perperàm *Julio Africano*, de cujus *Ceſtorum* Libris ſuprà actum eſt num. 4.

Septimò, & quidem à fol. 251 pag. 1, uſque ad fol. 286 pag. 2, *EJUSDEM Excerpta de tolerandâ & repellendâ obſidione*; quorum titulus & principium: Τοῦ αὐτȣ̃, ὅπως χρὴ τὸν τῆς πολιορκȣμένης πόλεως ϛρατηγὸν πρὸς τὴν πολιορκίαν ἀπαντᾶν, κ̀ οἵοις ἐπιτηδεύμασι ταῦτα ἀποκρȣ́εσϑ. &c.

Octavò, & quidem à fol. 287 pag. 1, uſque ad fol. 371 pag. 1, NICEPHORI *Imperatoris Conſtantinopolitani*, *Liber de Re militari*, *in Capita quinquaginta quinque diviſus*; cujus *Proœmium* inſcribitur atque incipit his verbis: Περὶ παραδρομῆς πολέμȣ, τȣ̃ κυρȣ̃ Νικηφόρȣ τȣ̃ Βασιλέως. &c. *Primi* autem *Capitis* titulus cum principio eſt talis: Περὶ βίγλης, καὶ πόσον διάϛημα ὀφείλȣσιν ἀπ' ἀλλήλων μία ἑκάϛη διϊϛᾶσϑ. Τȣ̀ς τῶν μεγάλων ἀκριτικῶν θεμάτων τὴν πρόνοιαν ἀναδεχομένȣς, &c. Citatur quidem hic Liber, tanquam hactenus ineditus, ſæpiſſimè à *Joanne Meurſio* in Gloſſario Græco-barbaro, & ibidem quoque *Imperatori Nicephoro* attribuitur; ſed, ut verùm fatear, mihi de eo nondum ſatis liquet.

LVI.

QVINQVAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *centum ſexaginta novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continetur *HOMERI* Odyſſea, variis notis marginalibus & interlinearibus illuſtrata.

LVII.

QVINQVAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum viginti ſeptem*. Continentur eo *ALEXANDRI Aphrodiſienſis Commentaria in Ariſtotelis Libros quatuor Meteorologicorum*, quorum titulus & principium: Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως τῶν Ἀριστοτέλους μετεωρολογικῶν ὑπόμνημα πρῶτον. Περὶ μὲν τῶν πρώτων αἰτίων τῆς φύσεως καὶ περὶ πάσης κινήσεως φυσικῆς] Ἀρχόμενος τῶν μετεωρολογικῶν, πρῶτον ἡμᾶς ὑπομιμνήσκει τῶν εἰρημένων ἤδη περὶ τῶν ἐν τῇ φυσικῇ πραγματείᾳ, ἅμα καὶ τὴν τάξιν ἡμῖν προϋπογράφει πάσης τῆς φυσικῆς θεωρίας, &c. Prodierunt hæc *Commentaria græcè* in lucem Venetiis A. 1527 in folio; nec non *latinè* ibidem A. 1556 in folio, *Joanne Baptiſtâ Camotio* interprete.

LVIII.

QVINQVAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, bonæque notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ſeptuaginta novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur *PINDARI Thebani* Opera, cum Scholiis interlinearibus.

LIX.

QVINQVAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis quinquaginta quatuor*, quo continentur:

Primò: *LYSIÆ*, Cephali Syracuſani filii, Oratoris Athenienſis, Orationes.

Secundò: *APOLLONIUS* contra Æſchinem & reliquos.

Tertiò: *ÆSCHINIS*, Diſcipuli *Socratis*, Epiſtolæ.

Quartò: *THEANI* de Liberorum educatione Epiſtola.

Quintò: *DEMOCRATI* Epiſtolæ.

Sextò; *POLYBII* Hiſtoria.

Septimò: *HERODIANI* Hiſtoria.

LX.

SEXAGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis quadraginta novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò,

Primò : DIONYSII *Halicarnaſſei* Ars Rhetorica, ſeu Rhetoricæ præceptiones Panegyricarum Orationum, nec non de figurata Oratione ſeu περὶ ἐσχηματισμένων. *Idem* de Idiomate ſeu charactere Thucydidis. *Idem* de compoſitione nominum, ſeu περὶ συνθέσεως ὀνομάτων.

Secundò : DEMETRIUS *Phalereus* περὶ ἑρμηνείας, ſive de Elocutione.

Tertiò : ALEXANDER *Aphrodiſæus* de Verborum & Sententiarum Schematibus.

Quartò : MENANDER Rhetor & Sophiſta περὶ τῶν ἐπιδεικτικῶν.

Quintò : ARISTIDES *Adrianeus* Sophiſta de Civili Oratione.

Sextò : APSINIS *Gadarei* Sophiſtæ Ars Rhetorica.

Septimò : MINUTIANUS περὶ ἐπιχειρημάτων.

LXI.

SEXAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt partim *chartaceus*, partim *membranaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *quinquaginta octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur HOMERI Iliados Libri duo, cum Scholiis marginalibus & interlinearibus.

LXII.

SEXAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc :

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 49 pag. 2, NICOMACHI GERASENI, *Philoſophi Pythagorei*, *Introductio Arithmetica*, quæ ſine ullâ Inſcriptione incipit his verbis : Οἱ παλαιοὶ καὶ πρῶτοι μεθοδεύσαντες ἐπιστήμην, κατάρξαντος Πυθαγόρου, &c.

Secundò, & quidem à fol. 50 pag. 1, uſque ad fol. 203 pag. 2, EUCLIDIS *Elementorum Geometricorum Libri decem priores*.

LXIII.

SEXAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis & quatuordecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continetur HOMERI Ilias cum *Iſaacii Tzetzis* Commentario.

LXIV.

SEXAGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, elegans & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *quadringentis nonaginta quatuor*, & primùm quidem ad *Eſaiam Hieromonachum* & (1) *Pneumaticum Cyprium*, poſteà autem ad *Joannem*

(1) Πνευματικὸς, ſubaudito πατὴρ, hoc eſt, *Spiritualis Pater*, à Græcis recentioribus appellatur, qui vulgò latinè dicitur *Confeſſarius*. Quâ de re vide plura apud *Joannem Meurſium* in Gloſſario Græco-barbaro.

nem Sambucum olim pertinuit, à quo, ut ipſe propriâ manu teſtatur, A. C. 1555 Venetiis emptus eſt. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 78 pag. 2, *ARISTOTELIS Naturalis Auſcultationis*, ſive, *Phyſicorum Libri octo, cum anonymi cujuſdam Autoris antiqui Scholiis græcis marginalibus.* Præfixus eſt hiſce octo Phyſicorum Libris *antiquus Græcus Catalogus* omnium toto illo Codice contentorum Tractatuum. Exſtat præterea in fine ejuſdem *Catalogi*, nempe folii ſecundi, quod quidem membranaceum eſt, paginâ ſecundâ, *Imago Ariſtotelis, Phyſicorum Libros ſcribentis*, ita ut ea fideliter delineata, æri inciſa, & è regione hujus paginæ collocata cernitur.

Secundò, & quidem à fol. 79 pag. 1, uſque ad fol. 132 pag. 2, *EJUSDEM Libri quatuor de Cœlo.*

Tertiò, & quidem à fol. 133 pag. 1, uſque ad fol. 155 pag. 1, *EJUSDEM Libri duo de Generatione & Corruptione.*

Quartò, & quidem à fol. 155 pag. 1, uſque ad fol. 166 pag. 2, *EJUSDEM Liber* περὶ αἰσθήσεως καὶ αἰσθητῶν, ſive, *de Senſu & ſenſibilibus*; cujus principium: Ἐπεὶ δὲ περὶ ψυχῆς καθ' αὑτὴν διώρισαι πρότερον, &c.

Quintò, & quidem à fol. 166 pag. 2, uſque ad fol. 174 pag. 2, *EJUSDEM Liber de Memoriâ & Reminiſcentiâ.*

Sextò, & quidem à fol. 174 pag. 2, & fol. 178 pag. 2, *EJUSDEM Liber* περὶ ἐνυπνίων, ſive, *de Inſomniis*, cujus principium: Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ ἐνυπνίων ζητητέον &c.

Septimò, & quidem à fol. 178 pag. 2, uſque ad fol. 180 pag. 2, *EJUSDEM Liber* περὶ τῆς καθ' ὕπνου μαντικῆς, ſive, *de Divinatione per ſomnum*; cujus principium: Περὶ δὲ τῆς μαντικῆς τῆς ἐν τοῖς ὕπνοις γινομένης &c.

Octavò, & quidem à fol. 180 pag. 2, uſque ad fol. 186 pag. 2, *EJUSDEM Liber* περὶ ζώων κινήσεως, ſive, *de Animalium motione*; cujus principium: Περὶ δὲ κινήσεως τῆς τῶν ζώων &c.

Nonò, & quidem à fol. 187 pag. 1, uſque ad fol. 189 pag. 2, *EJUSDEM Liber de Longitudine & brevitate vitæ*; cujus jam ſuprà mentio facta eſt.

Decimò, & quidem à fol. 189 pag. 2, uſque ad fol. 201 pag. 2, *EJUSDEM Liber* περὶ νεότητος καὶ γήρως, καὶ ζωῆς καὶ θανάτου, καὶ περὶ ἀναπνοῆς, ſive, *de Juventute & Senectute, Vitâ & Morte, & de Reſpiratione*; cujus titulus & principium: Περὶ δὲ νεότητος καὶ γήρως, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 202 pag. 1, uſque ad fol. 210 pag. 2, *EJUSDEM Liber* περὶ χρωμάτων, ſive, *de Coloribus*; cujus principium: Ἁπλᾶ τῶν χρωμάτων ἐστὶν, ὅσα, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 211, pag. 1, uſque ad fol. 276 pag. 2, *EJUSDEM Meteorologicorum Libri quatuor cum Anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholiis græcis marginalibus.*

Decimo tertiò, & quidem à fol. 277 pag. 1, uſque ad fol. 334 pag. 2, *EJUSDEM Libri quatuor* περὶ ζώων μορίων, ſive, *de Partibus Animalium*; quorum *primus* incipit: Περὶ πᾶσαν θεωρίαν τε καὶ μέθοδον &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 335 pag. 1, uſque ad fol. 440 pag. 1, *EJUSDEM Metaphyſicorum Libri quatuordecim*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit his verbis: Ἀριστοτέλους τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ ἢ περὶ θεολογίας βιβλίον πρῶτον, ἤτοι ἄλφα μεῖζον.

Πάντες

coniſmus hic Imaginem ARISTOTELIS *Phyſicorum* Libros ſcribentis, pertinet ad Codicem *Philoſophicum* & *Philologicum* manuſcriptum *Græcum ſexageſimum quartum*, Auguſtiſſimæ *Bibliothecæ* Vindobonenſis pag. 38.



Πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει &c. Sequitur deinde: Ἀριστοτέλους τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ ἄλφα ἔλαττον. Ἡ περὶ τῆς ἀληθείας θεωρία &c. Plura de his *Metaphyſicorum* Libris vide infrà in recenſione Codicis C. num. 6.

Decimo quintò, & quidem à fol. 441 pag. 1, uſque ad fol. 487 pag. 2, MANUELIS BRYENNII *Harmonica*, ſeu, *Muſices Ptolemæi Libri tres cum Expoſitione Bryennii*, & *elegantiſſimis Diagrammatibus muſicis*. Ipſa tituli græci verba ſunt hæc: Μανουὴλ (1) Βρυεννίου Ἁρμονική. Βιβλίον πρῶτον. Μουσικὴ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ μετὰ καὶ τῆς ἐξηγήσεως (2) ΒΡΥΕΝΝΙΟΥ. Ἐπειδήπερ ὁ χρόνος καὶ τὴν ἁρμονικὴν ἐπιστήμην, καὶ καθ' οὕτω φύσει καλὴν καὶ τιμίαν ὑπάρχουσαν, &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 488 pag. 2, uſque ad fol. 494 pag. 1, TIMÆI LOCRI, Philoſophi Pythagorei celeberrimi, *Liber de Animâ Mundi & Naturâ*; de quo vide plura infrà in Recenſione Cod. CIX. num. 3.

LXV.

SEXAGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & elegans, in *folio*, conſtátq; foliis *centum quinquaginta novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo à folii 15 pag. 1, uſque ad fol. 126 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Arithmetica*, *diviſa in Capita ducenta quadraginta duo*, quorum *primum*, quod eſt Proœmium, inſcribitur atque incipit his verbis: Προοίμιον α΄. Ἡ τῆς ἀριθμητικῆς μεθοδός τε καὶ μεταχείρισις δύο κανόνας περιεκτικοὺς ἔχει, &c. Cæterùm præter memorata *Capita ducenta quadraginta duo*, exſtant in eodem Codice tùm in principio à fol. 1 pag. 2 uſque ad fol. 14 pag. 1, tùm in fine à fol. 143 pag. 2, uſque ad fol. 159 pag. 2, etiam alia quædam ejuſdem ſcripturæ ac ſtyli *Capita Arithmetices varia*, ſed nullis numeris notata; quorum *primum* inſcribitur atque incipit his verbis: Περὶ τοῦ πῶς ἔστι εἰδέναι τὸν κατὰ τὸν Νικόμαχον τελείους ὄντας ἀριθμούς. Κατὰ τὸν Νικόμαχον τέλειος ἀριθμός ὃ τὰ μόρια ληφθέντα, καὶ αὖθις συντεθέντα, ἀπογεννῶσι τὸν αὐτόν, ὡς ὁ ϛ καὶ ὁ κη &c. His inſuper à fol. 126 pag. 2, uſque ad fol. 140 pag. 1, intermixtæ ſunt aliæ aliquot *Obſervationes Arithmeticæ miſcellaneæ*.

LXVI.

SEXAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum quadraginta octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo ARISTOTELIS *Metaphyſicorum Libri quatuordecim*, quorum *primus* incipit: Πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι φύσει ὀρέγονται· &c; *ultimus* autem deſinit: μήδε ταύτας εἶναι τὰς ἀρχάς. Plura de his *Metaphyſicorum* Libris vide infrà in Recenſione Codicis C. num. 6.

SEXA-

(1) Perperàm ibi ſcriptum eſt Βελαννίου pro Βρυεννίου, ut rectè legitur paulò pòſt. (2) Ita ibi rectè ſcriptum eſt, nempe Βρυεννίου, non autem, ut ſuprà perperàm Βελαννίου.

LXVII.

SEXAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt (1) *membranaceus* pervetuſtus, in *folio*, (2) *nongentorum viginti quinque circiter annorum*, ſed principio mutilus, conſtátq; nunc foliis *centum nonaginta ſex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriâ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 195 pag. 2, JOANNIS STOBÆI *Florilegium Sententiarum*, ex præſtantiſſimis antiquis Autoribus Græcis circiter ducentis & quinquaginta collectarum, & in *Locos communes* digeſtarum: quorum *duo priores* omninò deſunt; *tertius* autem, περὶ σωφροσύνης, ſive, *de Temperantiâ* inſcriptus, caret principio uſque ad hæc verba: - - - μὴ ζήτει μετὰ πολυτελείας ἐπαινεῖσθαι. Μέτρον ἔστω σοι παντὸς σίτου καὶ πότου &c; finis denique ultimi Loci communis, & ſimul totius Florilegii eſt: Τῆς εὐσεβείας ἡδ' ἐν ὀφθαλμοῖς χάρις Ἀπόλωλ', ὅταν τις ἐκ δόμων ἔλθῃ. Hinc igitur ſatis clarè apparet, antiquiſſimum hoc exemplar manuſcriptum *Cæſareum* eſſe ſimillimum *primæ* iſti *Florilegii Stobæi editioni græcæ*, quam celeberrimus Medicus ac Philoſophus *Victor Trincavellus* A. C. 1536. Venetiis typis Bartholomæi Zanetti in quarto publicavit, & doctiſſimo *Petro Bembo*, tunc quidem Sereniſſimæ Reipublicæ Venetæ Bibliothecario digniſſimo, poſteà autem S. R. E. Cardinali verè eminentiſſimo, peculiari præfatione inſcripſit; contrà autem valdè diſcrepare à *Conradi Geſneri* editionibus græco-latinis, Tiguri apud Chriſtophorum Froſchoverum A. 1559 in folio, & Francofurti typis Andreæ Wecheli A. 1581, itidem in folio; quarum poſterior *Monachorum Antonii & Maximi intermixtis Additamentis* adeò interpolata eſt, ut ipſe *Stobæus*, ſi nunc reviviſceret, proprium Opus ſuum vix ampliùs agnoſceret. Quod porrò ad jam memorati *Joannis Stobæi ætatem* attinet, ea prorsùs incerta eſt; nec ulla, quod quidem ego ſciam, apud antiquos Autores mentio fit *Stobæi*, niſi apud *Suidam*, qui in Lexico ſuo ipſius meminit his verbis: ΙΩΑΝΝΗΣ ὁ ἐπονομαζόμενος ΣΤΟΒΑΙΟΣ ἔγραψε Ἀνθολόγιον, περιέχον τὰς παρὰ πᾶσι (3) Φιλοσόφων δόξας ἐν βιβλίοις δ'. ἐνάρετα πάνυ, καὶ γέμοντα πάσης παιδεύσεως. γράφει δὲ ταῦτα πρὸς Ἐπίμιον υἱὸν αὐτοῦ. Hoc eſt: *Joannes cognomine Stobæus ſcripſit Anthologium, continens omnium Philoſophorum Opiniones Libris quatuor, qui prorsùs excellentes, & omnigenâ doctrinâ referti ſunt. Scribit autem eos ad filium Epimium.* Hæc *Suidas*. Ubi inprimis notandum eſt, verbis iſtis propriè ſignificari *Joannis Stobæi Eclogas Phyſicas & Ethicas*, in *duos Libros* diviſas; quas ex Bibliothecâ *Joannis Sambuci* primus græcè & latinè edidit *Gulielmus Canterus* Antverpiæ typis Chriſtophori Plantini A. 1575 in folio.

Secundò, & quidem fol. 196 pag. 1, THEOCTISTI *Sententiæ parænetice ordine alphabetico*, quarum titulus & principium: Γνῶμαι Θεοκτίστου πρὸς τοὺς μαλακῶς καὶ ῥᾳθυμοτέρως διακειμένους, μάλιστα τὴν ὠφέλειαν παρέχουσαι. Ἀνιαρὸν μὲν &c. Eædem Sententiæ editionibus, *Venetâ* & *Tigurinâ*, Anthologio Stobæi ſubjunctæ ſunt.

Tertiò, & quidem fol. 196, pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Annotatio hiſtorica de Nonis, Idibus, Calendis, & Indictione*; cujus titulus & principium: Περὶ νόνων, εἰδῶν

(1) Exceptis *quinque* prioribus foliis *chartaceis*, quæ manu recentiori ſcripta, & in deperditorum foliorum membranaceorum locum ſubſtituta ſunt. (2) Quantum enim ex ſimilitudine ſcripturæ colligi poteſt, verisimilimum videtur, Codicem hunc ſcriptum eſſe ab eodem illo *Joanne Grammatico*, qui ſuâ manu exaravit Codicem Philoſophicum Græcum LXXVIImum; de quo vide plura ſuprà pag. 132, 133. (3) Ita hîc re verâ legendum eſt; nempe φιλοσόφων, non autem, ut vulgò perperàm legitur, πολλῶν.

δῶν ϰ̀ καλάνδων, ϰ̀ ἰνδικτιῶνος. Διτλῆ φέρεται διήγησις ἀπὸ ἱςορίας ϰ̀ σημασίας· καὶ ἀπὸ τῆς ἱςορίας ὅτως. κτ̀ τὸν καιρὸν &c.

LXVIII.

SEXAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *quindecim*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo *PROCLI LYCII*, Philoſophi Platonici celeberrimi, per excellentiam Διαδόχȣ Πλατωνικȣ̃ ſive *Succeſſoris Platonici* cognominati, *Commentariorum in primum Elementorum Euclidis Librum Liber tertius*, qui ſine ullâ inſcriptione incipit his verbis: Τῶν γεωμετρικῶν ἀρχῶν τριχῆ διῃρημένων ἔις τε ὑποθέσεις, καὶ αἰτήματα, ϰ̀ ἀξιώματα, τὴν μὲν πρὸς ἄλληλα τȣ́των διαφορὰν &c.

LXIX.

SEXAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *viginti quinque*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem fol. 1 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Expoſitio Proœmii Iſagoges Porphyrii de quinque Vocibus*; cujus principium abſque ullo titulo eſt tale: Ὄντος ἀναγκαίȣ Χρυσαόριε] Ἐπειδὴ μετὰ τὰ προτελεῖα, καὶ τῆς τελειότητος καιρὸς, ϰ̀ προτελȣ̃σι μὲν τὰ ἡμέτερα, τελȣ̃σι δὲ αἱ τȣ̃ Φιλοσόφȣ φωναὶ, φέρε τῶν μὲν ἡμετέρων ἅλις. ἐπ' αὐτῶν δὲ λοιπὸν ἀγῶνας ἀποδυσώμεθα τὴν ἐξήγησιν τῆς λέξεως. τὸ τοίνυν προοίμιον αὐτὸ &c.

Secundò, & quidem à fol. 2 pag. 1, uſque ad fol. 19 pag. 1, AMMONII, *filii Hermiæ*, *Expoſitio Iſagoges Porphyrii de quinque Vocibus*; cujus titulus & principium: Ἀμμώνιος ἐις τὰς πέντε φωνὰς τȣ̃ Πορφυρίȣ. Ὄντος ἀναγκαίȣ Χρυσαόριε] Διατί τὸ ὂν προέταξε τȣ̃ ἀναγκαίȣ; καὶ λέγομεν, ὅτι ὡς καθολικώτερον· τὸ γὰρ ὂν &c. Sed, ut ex ipſo hoc principio ſatis clarè apparet, omninò diverſa eſt hæc Expoſitio ab alterâ illa *Joannis Philoponi*, quæ aliàs ipſi etiam *Ammonio* ſolet attribui.

Tertiò, & quidem à fol. 20 pag. 1, uſque ad fol. 25 pag. 2, ALEXANDRI APHRODISIENSIS *Commentaria in Ariſtotelis Librum de Sophiſticis Elenchis*, quæ abſque ullo titulo incipiunt his verbis: Διδάξας περὶ τȣ̃ ἀποδεικτικȣ̃ καὶ διαλεκτικȣ̃ συλλογισμȣ̃ ὁ Ἀριςοτέλης, νῦν ἥκει διδάξων ἡμᾶς καὶ περὶ τῶν σοφιστικῶν ἐλέγχων, ȣ̓χ ὥςε τȣ́τοις χρῆσθαι ἡμᾶς, &c; ſed deeſt ibi eorum pars maxima poſterior. Prodierunt autem integra in lucem Venetiis A. 1520 græcè in folio, & Florentiæ in quarto cum Commentariis in Analytica Priora; nec deſunt eadem integra manuſcripta etiam in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ*, ut ſuo loco accuratiùs indicabitur.

LXX.

SEPTUAGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis triginta novem*, quo continentur,

Primò: *DEMOSTHENIS*, Oratoris Athenienſis, variæ Orationes.

Secundò: *JOSEPHI Rhacondytæ* Synopſis vel Epitome Rhetorices.

LXXI.

SEPTUAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *folio*, ſcriptus manu (1) *Andreæ Darmarii Epidauriotæ* A. C. 1565 in folio, conſtátque foliis *ducentis ſeptem.* Continetur eo PROCLI DIADOCHI *Platonici de Theologiâ Platonicâ Liber primus, quartus* & *quintus*; ubi tamen notandum eſt, *Librum quartum*, cujus principium eſt, Ὁ μὲν δὴ περὶ τῶν νοητῶν λόγος &c, in hoc Codice inſcribi Βιβλίον δεύτερον ſive *Librum ſecundum*, & ſimiliter *Librum quintum*, cujus principium eſt, Τὸ δὴ μετὰ τοῦτο τρίτην ἄλλην διακόσμησιν Θεῶν &c, inſcribi Βιβλίον τρίτον ſive *Librum tertium*; reclamante non ſolùm ſuprà memoratâ editione impreſſâ Hamburgenſi, verùm etiam ipſo illo præſtantiſſimo Codice manuſcripto *Cæſareo*, qui ſuprà eſt *trigeſimus octavus*.

LXXII.

SEPTUAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis ſedecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò: LIBANII *Sophiſtæ* Epiſtolæ variæ, numero CCLXXXVIII. hactenùs, quod ſciam, in lucem nondum editæ.

Secundò: HOMERI *Iliados* Liber XIII, & XIV, cum *Euſtathii* Commentariis.

Tertiò: MISCELLANEA quædam Medica, de Hiſtoriâ Arborum & Plantarum, ſed initio & fine mutila.

LXXIII.

SEPTUAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis octoginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo JOANNIS *Doxopatræ* Commentarii in Librum *Hermogenis* περὶ εὑρέσεως, ſive de Inventione.

LXXIV.

SEPTUAGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio*, ſed à diverſis diverſo tempore ſcriptus, & ſine diverſitatis materiarum reſpectu nimiùm confusè coagmentatus, conſtátque foliis *ducentis viginti*, atque unus eſt ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo hæc:

Primò,

(1) Vide Lib. III. Lambecianorum Commentariorum pag. 110; Lib. IV. pag. 180 & 218; & Lib. V. pag. 21.

Iconiſmus hiç pertinet ad *Septuageſimum quartum* Codicem MStum *Philoſophicum* & *Philologicum* Græcum, *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis*, pag. 43.

ICONES GRÆCORVM DOCTRINA ILLVSTRIVM, QVI GRÆCAS LITERAS SECVLO ÆRÆ CHRISTIANÆ DECIMO QVINTO, QVO CONSTANTINOPOLIS A TVRCIS CAPTA EST, IN ITALIAM TRANSQVE ALPES PRIMI INVEXERVNT.



BESSARION CARD. NICÆNVS, PATR. CONSTANT. I.
Græcia me genuit; fovet Italis ora; galero
Roma colit: vitâ ſum Numa, et arte Plato.



EMANVEL CHRYSOLORAS, GRAMM. GRAECVS. II.
Patria Roma Noua eſt; Vetus altera patria Roma:
In Latium per me Græcia docta venit.



DEMETRIVS CHALCONDYLES, GRAMATICVS. III.
Attica mella mihi ſi non dat Muſa Latina,
Scit Ligurum florens ludus et, Arne, tuus.



THEODORVS GAZA, RHET. ET GRAMMAT. IIII.
Altrix Roma, parens cui Græcia, Græcia Magna
Fit tumulus: linguæ Gaza utriuſq; vocor.



IOANNES ARGYROPYLVS, PHILOSOPHVS. V.
Magnus Ariſtoteles loquitur quòd in orbe Latino,
Poſt Gazam, meritum debet id omne mihi.



GEORGIVS TRAPEZVNTIVS, RHET. ET PHILOS. VI.
Rhetor eram, clarusq; Sophus: non vile Platonis
Me, ſed Ariſtotelis nobile dogma capit.



MARCVS MVSVRVS, PHILOLOGVS. VII.
Roma tuus doctor, tuus et Patavina, ſed inde
Præſul purpureo dignus honore cado.



MICHAEL MARVLLVS, POETA. IIX.
Me ſtudiis ſimul erudiit Dea Pallas et Armis,
Carminibusq; favet Muſa Charisq; meis.



IOANNES LASCARIS PHILOLOGVS IX.
Tot Latio reparo dum Græca volumina Turcis
Rapta, colit civem me benè Roma ſuum.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſq; ad fol. 27 pag. 2, *GEORGII GEMISTI PLETHONIS Reſponſio ad Georgii Scholarii*, (1) qui poſt Patriarchatûs Conſtantinopolitani adeptionem *Gennadius* appellatus eſt, *pro Ariſtotele contra Platonem objectiones*; cujus titulus & principium: Γεωργίου Γεμιστοῦ τοῦ Πλήθωνος πρὸς τὰς Σχολαρίου ὑπὲρ Ἀριστοτέλους ἀντιλήψεις. (2) Σχολάριος. Ἐπεὶ τὸ βιβλίον τὸ κατ᾽ Ἀριστοτέλους βλασφημιῶν καὶ ἐς ἡμᾶς ὀψὲ περιῆλθεν. Πλήθων. &c. Plura de hâc *Plethonis Reſponſione*, ut & de totâ illâ controverſiâ, & de obtrectationum, calumniarum & opprobriorum plauſtris, quibus ea ab utroque tractata eſt, vide apud doctiſſimum *Leonem Allatium* in Diatribâ de *Georgiis* & eorum Scriptis pag. 387.

Secundò, & quidem à fol. 28 pag. 1, uſque ad fol. 29 pag. 2, *BESSARIONIS Cardinalis Epiſtola ad Georgium Gemiſtum Plethonem, continens Philoſophiæ Platonicæ Quæſtiones quatuor*, nempe περὶ τοῦ ἀνυποστάτου, περὶ τοῦ μεθεκτοῦ καὶ ἀμεθέκτου, περὶ τῆς τῶν ὄντων συνωνυμίας ἢ ὁμωνυμίας, & περὶ τῆς εἱμαρμένης, quæ inſcribitur atque incipit hoc modo: ΒΗΣΣΑΡΙΩΝ ΚΑΡΔΙΝΑΛΗΣ τῷ σοφῷ καὶ διδασκάλῳ Γεωργίῳ τῷ Γεμιστῷ εὖ πράττειν. Κοινῆς πᾶσιν ἐνεσπαρμένης ἐννοίας, καὶ ταύτης ἀληθεστάτης, &c. Cum non tantùm hic BESSARION, patriâ *Trapezuntinus*, ex *Monacho Ordinis S. Baſilij Archiepiſcopus Nicænus*, (qui A. C. 1439. d. 18. Decembris à Papâ *Eugenio IV.* Florentiæ in Concilio Generali S. R. E. *Presbyter Cardinalis Baſilicæ SS. Duodecim Apoſtolorum*, & poſtea ab eodem *Epiſcopus Cardinalis Tuſculanus* creatus, à *Pio* autem *Secundo*, poſt captam à Turcis *Conſtantinopolim*, inſuper etiam *Patriarchæ Conſtantinoplitani* titulo ornatus eſt,) digniſſimus ſit ſempiternâ gloriâ, ſed & alii illi doctiſſimi Græci recentiores, qui ſeculo Æræ Chriſtianæ *decimo quinto*, quo *Conſtantinopolis* à *Turcis* capta eſt, *literas Græcas* primi invexerunt in *Italiam*, earumque trans Alpes ad ultimos uſque Occidentis & Septentrionis fines propagandarum occaſionem præbuerunt, exhibeo hîc è regione veras illorum *Imagines*, ex *Pauli Jovii Novocomenſis*, Epiſcopi Nucerini, Muſéo deſumptas, æriq; inciſas, quemadmodum eas excellentisſimus Sculptor *Theodorus Gallæus*, cum adjunctis ſingulis *Diſtichis*, compendiosè in unam redegit Tabulam. Plura, ſi placet, vide Lib. VI. Comment. Lambec. pag. 274. &c.

Tertiò, & quidem à fol. 29 pag. 2, uſq; ad fol. 34 pag. 1, *GEORGII GEMISTI PLETHONIS ad ſuperiorem Cardinalis Beſſarionis Epiſtolam Epiſtolæ duæ reſponſoriæ*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Ἀπόκρισις Γεμιστοῦ πρὸς Βησσαρίωνα. Οὐ πάντα οἴεσθαι χρὴ, σὺ ἄνδρας τούτους, οὓς καταλέγεις, ἀλλήλοις συμφωνεῖν, ἀλλὰ τὰ μὲν μείζω καὶ κυριώτερα ἀλλήλοις συνᾴδειν, ἔστι μὲν τὰ περὶ ἃ καὶ διαφωνεῖν. αὐτίκα οὖν Πλάτων &c.

Quartò, & quidem à fol. 35 pag. 1, uſque ad fol. 36 pag. 1, *EJUSDEM ad Imp. Manuelem Palæologum Epiſtola de rebus Peloponneſiacis, & præcipuè quidem de Iſthmo*, cujus titulus & principium: Τοῦ Γεμιστοῦ πρὸς τὸν Βασιλέα. Θειότατε Αὐτοκράτορ, τὰ μὲν καθ᾽ ἕκαστα, περὶ ὧν ἄν σε ἐβουλόμην μαθεῖν, Ῥαοὺλ ὁ καλός τε κἀγαθὸς ἀπαγγελεῖ, ἃ δ᾽ ὥσπερ κεφάλαια τῶν ὑπ᾽ ἐμοῦ τοι δηλουμένων, τῇδε δὴ μάλιστα δίειμι. πρῶτον μὲν, ὡς οὐχ οἷόν τε ἐκ τῶν καθεστώτων τὸν Ἰσθμὸν φρουρεῖσθαι, οὔτε Πελοπόννησον ὅλως σῶν ἔστι ὑμῖν εἶναι, ἣν ἡ βάρβαροι οἰκοῦσι· τούτου δ᾽ ἐν τοῖς μάλιστα αἰτίαν τὴν κακοπολιτείαν εἶναι, δι᾽ ἣν &c. Diverſa autem eſt hæc *Epiſtola* ab ejuſdem *Plethonis* ad eundem *Imp. Manuelem Oratione de rebus Peloponneſiacis*, quam ex *Bibliothecâ Joannis Sambuci*,

 cum

(1) Plura de eodem vide Lib. V. Lambec. Comment. pag. 325 & 326. (2) Similiter in totâ hâc Reſponſione verba *Scholarii* verbis *Plethonis* intermixta ſunt.

cum *Joannis Stobæi Eclogis Phyſicis & Ethicis*, græcè & latinè edidit *Guilielmus Canterus* Antverpiæ typis Chriſtophori Plantini A. 1575. in folio.

Quintò, & quidem à fol. 36 pag. 2, uſque ad fol. 38 pag. 1, *Cardinalis* BESSARIONIS *ad Theodorum Gazam de Georgii*, in *Cretá* quidem nati, ſed ob paternam originem vulgò cognominati *Trapezuntii*, *Libro pro Ariſtotele contra Platonem Epiſtola*, quæ inſcribitur atque incipit his verbis: Βησαρίων Καρδινάλης Θεοδώρῳ εὖ πράττειν. Ὀυκ ἐθαύμαζον μόνον, ἀλλὰ καὶ ἠχθόμην, ὅτι μὴ ἀφίκου, ὡς ἐπήγγειλας, &c. Meminit ejuſdem *Comparationis Platonis & Ariſtotelis*, à *Georgio Trapezuntio* compoſitæ, *Leo Allatius* in Diatribâ de *Georgiis* pag. 378. Vide etiam Libri *quinti* Lambecianorum Commentariorum Appendicem pag. 278.

Sextò, & quidem à fol. 39 pag. 1, uſque ad fol. 41 pag. 2, GEORGII GEMISTI PLETHONIS *Collectio ſummaria Zoroaſtreorum & Platonicorum Dogmatum* hactenùs inedita; cujus titulus & principium: Ζωροαστρείων τε καὶ Πλατωνικῶν Δογμάτων συγκεφαλαίωσις τοῦ Πλήθωνος. Ἐκεῖνα μάλιστ' ἂν δέοι κεφάλαια εἰδέναι, τόνγε δὴ φρόνιμον ἐσόμενον. πρῶτον μὲν ἐκεῖνο περὶ Θεῶν, ὡς εἰσίν· εἷς μὲν αὐτῶν, Ζεὺς ὁ Βασιλεύς, μέγιστός τε, καὶ ἐς ὅσόνγε ἐνῆν ἄριστος, &c. Ex ſolo igitur hoc principio ſatis clarè apparet, *Collectionem* hanc *Zoroaſtreorum & Platonicorum Dogmatum* omninò diverſam eſſe ab ejuſdem *Plethonis Expoſitione Oraculorum Magicorum Zoroaſtris*, quæ cum *Sibyllinis Oraculis* à *Joanne Opſopoeo græcè* & *latinè* edita eſt Pariſiis A. 1599. in octavo.

Septimò, & quidem à fol. 42 pag. 1, uſque ad fol. 51 pag. 1, *EJUSDEM Chorographia Theſſaliæ*, hactenùs inedita; cujus titulus & principium: Τοῦ Πλήθωνος Θεσαλίας Χωρογραφία. Ἡ χώρα πλὴν ὅσα ποταμόκλυστός ἐστιν· ὁ γὰρ Πηνειὸς διὰ μέσης ῥέων, καὶ πολλοὺς δεχόμενος ποταμοὺς, ὑπερχεῖται πολλάκις. τὸ δὲ παλαιὸν καὶ ἐλιμνάζετο &c. Meminit ejuſdem Opuſculi etiam Leo Allatius in Diatribâ de Georgiis pag. 386.

Octavò, & quidem à fol. 52 pag. 1, uſque ad fol. 107 pag. 2, THEOPHILI PROTOSPATHARII *Scholia in Hippocratis Aphoriſmos*; quorum titulus & principium: Ἀφορισμοὶ τοῦ Ἱπποκράτους, γραφέντες παρὰ Θεοφίλου Πρωτοσπαθαρίου, καὶ ἐπὶ τοῦ χρόνου τρίτου, μετὰ τῶν σχολίων αὐτῶν. Ἀφορισμός ἐστι λόγος σύντομος, αὐτοτελῆ διάνοιαν ἀπαρτίζων, ἢ &c. Eadem *Scholia* exſtant in ejuſdem *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* (1) Codice manuſcripto Medico Græco XXXIVto, num. 1, & XVIto, num. 7; ſed in eorum priori attribuuntur *Stephano Athenienſi*, *Theophili diſcipulo*, quòd is ea, ut plura alia Opuſcula Medica, (2) ἀπὸ φωνῆς Θεοφίλου, ſive, *ex ore Magiſtri ſui Theophili* exceperit.

Nonò, & quidem à fol. 108 pag. 1, uſque ad fol. 109 pag. 1, *Juris navalis RHODIORUM*, *ex Libro decimo quarto Digeſtorum excerpti*, *Capita poſteriora tredecim*; nempe à Capite *trigeſimo nono*, cujus principium: Ἐὰν πλοῖον μεστὸν σίτου ἢ οἴνου &c, uſque ad Caput quinquageſimum primum, cujus finis, εἰς βαρύτερον ἔργον τοῦ φίσκου ὁμοίως ἐκπέμπονται. Plura de eodem *Jure navali Rhodiorum* vide Libri *ſexti* Lambecian. Comment. Parte primâ, pag. 11, 12, 13 & 31.

Decimò, & quidem à fol. 109 pag. 1, uſque ad fol. 122 pag. 2, *JOANNIS* cognomine Νηστευτοῦ, ſive, *Jejunatoris*, *Patriarchæ Conſtantinopolitani*, *Canones Pœnitentiales*, quorum titulus & principium: Κανονάριον, διαγορεῦον περὶ πάντων λεπτομερῶς τῶν παθῶν,

καὶ

(1) Vide Libri VIti Lambecianorum Commentariorum Partem ſecundam pag. 88 & 147. (2) Vide ibidem pag. 88, 124, 212 & 213.

καὶ τῶν τούτοις προσφόρων ἐπιτιμίων, περί τε τῆς ἁγίας κοινωνίας βρωμάτων τε καὶ πομάτων, καὶ εὐχῶν, λίαν συμπαθέσατον, τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Νηστευτοῦ, Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. &c. Plura de eodem Opere *Pœnitentiali* vide Libri *quarti* Lambecianorum Commentariorum pag. 196 & 197, & Libri *quinti* pag. 236.

Undecimò, & quidem à fol. 122 pag. 2, uſque ad fol. 132 pag. 1, S. *ATHANASII Archiepiſcopi Alexandrini Epiſtola de S. Dionyſio Epiſcopo Alexandrino; quòd idem cum Nicænâ Synodo contra Arianam hæreſin ſenſerit, quódque Ariani falsò ac fruſtrà eum calumnientur tanquam hæreſeos ſuæ adſtipulatorem*; quæ ſine ullâ *S. Athanaſii* mentione inſcribitur atque incipit hoc modo: Περὶ Διονυσίου Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ὅτι καὶ αὐτὸς κατὰ τῆς Ἀρειανῆς αἱρέσεως ὡς ἡ ἐν Νικαίᾳ σύνοδος, καὶ μάτην αὐτὸν συκοφαντοῦσιν οἱ Ἀρειομανῖται, ὡς ὁμόδοξον ἑαυτῶν. Βραδέως ἐδήλωσας περὶ τῆς νῦν διαλέξεως τῆς γινομένης &c. Plura de eâdem Epiſtolâ vide Libri *tertii* Lambec. Comment. pag. 86.

Duodecimò, & quidem à fol. 132, pag. 1, uſque ad fol. 142 pag. 1, *EJUSDEM Epiſtola circularis ad Epiſcopos Ægypti & Libyæ contra Arianos*; quæ in præſenti Codice, ſine ullâ S. *Athanaſii* mentione, inſcribitur atque incipit hoc modo: Περὶ τῆς πανουργίας καὶ ὑποκρίσεως τῶν Ἀρειομανιτῶν, καὶ πῶς μετασχηματιζόμενοι, πλανεῖν ἐπιχειροῦσι τοὺς ἀγνοοῦντας αὐτούς. Πάντα μὲν ὅσα ὁ Κύριος καὶ σωτὴρ ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὡς ἔγραψεν ὁ Λουκᾶς, πεποίηκέ τε καὶ ἐδίδαξεν, εἰς τὴν ἡμετέραν &c. Plura de hâc *Epiſtolâ* vide Libri *tertii* Lambec. Comment. pag. 78.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 142 pag. 1, uſque ad fol. 158 pag. 1, ANONYMI cujuſdam *Collectio miſcella de Theodori Mopſueſtiæ in Ciliciâ Epiſcopi, & Neſtorii atque Eutychis hæreſibus*, ut & *de differentiâ inter Eſſentiam atque Naturam, & inter Subſtantiam atque Perſonam*.

Decimo quartò, & quidem à fol. 158 pag. 1, uſque ad fol. 162 pag. 2, S. ANASTASII *Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni*, Primi, ſive Senioris, qui A. C. 599 obiit, *Definitiones Theologicæ centum ſexaginta duæ*, quarum titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀναστασίου, Ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας τῆς Συρίας κεφάλαια ἐμφιλόσοφα, ἅπινα, ἐν τοῖς θείοις δόγμασι διάπαντος ἐμφέρεται. Ἐπειδήπερ χωρὶς ὀρθοδόξου πίστεως πᾶς ὁ τῶν ἀρετῶν χορὸς ἀνόητος, &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 162 pag. 2, uſque ad fol. 203 pag. 2, *EJUSDEM Orationes quinque de Orthodoxâ fide*; quarum prima *de Sanctâ Trinitate* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἀναστασίου Ἐπισκόπου Ἀντιοχείας περὶ τῶν καθ' ἡμᾶς ὀρθῶν τῆς ἀληθείας δογμάτων λόγος πρῶτος. Τὸν περὶ τῆς ὑγιοῦς ἡμῶν πίστεως καὶ τῶν ἀληθῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων ἀπεριφνῆ καὶ ἀκίβδηλον λόγον &c. Earundem *quinque Orationum verſio latina* per R. P. *Franciſcum Turrianum* S. J. exſtat in *Petri Stevartii* Auctario Antiquarum Lectionum *Henrici Caniſii*, Ingolſtadii typis Ederianis A. 1616. editio in quarto, à pag. 460, uſque ad pag. 516.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 203 pag. 2, uſque ad fol. 206 pag. 2, *EJUSDEM Oratio ad Antiochenos, cùm poſt triginta trium annorum exilium, in quod ab Imp. Juſtino Juniore injuſtè pulſus fuerat, ad Thronum Patriarchalem reverteretur, habita die vigeſimo quinto Martii, feriâ quartâ Sanctæ hebdomadis, Indictione undecimâ, currente anno Imperij Imp. Mauricij undecimo à die decimo quarto Auguſti anni præcedentis.* Inſcribitur ea atque incipit his verbis: Τοῦ αὐτοῦ Ἀναστασίου, Πατριάρχου Ἀντιοχείας, λόγος ὁπηνίκα ἐπανῆλθεν

ἦλθεν ἐπὶ τὸν θρόνον διὰ τελῶν καὶ εἴκοσι χρόνων· ἐλέχθη δὲ ἐν τῇ ἁγίᾳ ἑβδομάδι, μηνὸς Μαρτίου εἰκάδι πέμπτῃ, ἡμέρᾳ τετάρτῃ, ἰνδικτιῶνος ιά, βασιλεύοντος Μαυρικίου τοῦ εὐσεβεστάτου, ἡμῶν βασιλέως. Εἰρήνην, καὶ πάλιν εἰρήνην, καὶ τρίτον εἰρήνην, τιμῇ τῆς Τριάδος εἰρήνην, τὸ πάντων ἥδιον καὶ τερπνότατον ὄνομα, καὶ τοῖς εὐφρονοῦσι ἅπασι ἐπέραστον. αὕτη μοι σύνθημα πρὸς ἡμᾶς &c. Hæc igitur eſt illa ipſa S. *Anaſtaſii Sinaitæ Senioris Oratio*, hactenùs inedita, quam *Nicephorus Calliſti* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 18 cap. 44, tanquam à ſe lectam, expreſsè quidem laudat, ſed S. *Anaſtaſio Sinaitæ Secundo* ſive *Juniori*, qui priori in Throno Patriarchali Antiocheno proximè ſucceſſit, & tandem à Judæis crudeliſſimè occiſus eſt, perperàm attribuit. Plura huc pertinentia vide Lib. VII. *Comment. Lambec.* pag. 169, 170.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 206 pag. 2, uſque ad fol. 209 pag. 2, S. BASILII *Magni, Cæſareæ Cappadociæ Archiepiſcopi, Homilia de Fide*; cujus principium: Θεοῦ μεμνῆσθαι μὲν διηνεκῶς &c. Plura de ea vide Libri *tertii* Lambecianorum Commentariorum pag. 130.

Decimo octavò, & quidem à fol. 209 pag. 2, uſque ad fol. 210 pag. 2, S. *ATHANASII Archiepiſcopi Alexandrini Confeſſio de Incarnatione Dei Verbi*; cujus titulus & principium: Ἔκθεσις Ἀθανασίου Ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας περὶ τῆς θείας σαρκώσεως τοῦ Λόγου συμφωνοῦσα τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῇ ἐν Νικαίᾳ. Ὁμολογοῦμεν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν πρὸ αἰώνων αἰδίως ἐκ Πατρὸς γεννηθέντα, Θεὸν ἀληθινὸν, &c. Plura de eâ vide Libri *tertii* Lambec. Comment. pag. 95.

Decimo nonò, & quidem à fol. 211 pag. 1, uſque ad fol. 217 pag. 2, S. BASILII *Magni Homilia contra Sabellianos, Arianos, & Anomæos*; cujus principium: Μάχεται μὲν Ἰουδαισμὸς Ἑλληνισμῷ, καὶ ἀμφότεροι Χριστιανισμῷ, ὥσπερ &c. Plura de eâ vide Libri *tertii* Lambec. Comment. pag. 130.

Vigeſimò, & quidem à fol. 217 pag. 2, uſque ad fol. 220 pag. 2, *EJUSDEM Homilia contra eos, qui nos calumniantur, quòd tres Deos colamus*; cujus principium: Μεγάλη ψυχαῖς παράκλησις &c. Plura de eâ vide Libri *tertii* Lambecianorum Commentariorum pag. 130.

LXXV.

SEPTUAGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, elegans & bonæ notæ, in *folio*, literis aureis paſſim exornatus, conſtátque foliis *ducentis viginti novem*, & primum quidem ad *Guarinum Veronenſem*, poſtea autem ad *Joannem Sambucum*, ut ambo propriæ manûs inſcriptione teſtantur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 82 pag. 1, ARISTOTELIS *Naturalis Auſcultationis*, ſive, *Phyſicorum Libri octo*, cum præfixâ anonymi cujuſdam antiqui Autoris *Tabulâ Diviſionum Phyſicarum*, quæ inſcribitur, Διαίρεσις τῶν φυσικῶν πραγμάτων, & *Præfatione de variis Philoſophorum veterum Græcorum Opinionibus Phyſicis*, cujus titulus & principium: Δόξαι παλαιῶν. Τῶν Φυσικῶν οἱ μὲν μίαν ἀρχὴν λέγουσιν, οἱ δὲ πλείους· καὶ τῶν μίαν λεγόντων, οἱ μὲν &c. Prætereà etiam ab eodem vel alio quodam anonymo Autore in margine *antiqua Scholia græca* adjecta ſunt; quibus inſuper accedunt *Guarini Veronenſis Annotationes* itidem *marginales*, partim *græcæ*, partim *latinæ*, propriâ

propriâ ipſius manu ſcriptæ; ut etiam deinceps in reliquo toto Codice ſingulis paginis videre eſt.

Secundò, & quidem à fol. 83 pag. 1, uſque ad fol. 111 pag. 1, *EJUSDEM Libri tres de Animâ*, ut infrà in Codice CXLI. num. 4. atque inſuper *cum Annotationibus marginalibus Guarini Veronenſis.*

Tertiò, & quidem à fol. 112 pag. 1, uſque ad fol. 153 pag. 2, *EJUSDEM de Cælo Libri quatuor, cum Annotationibus marginalibus Guarini Veronenſis.*

Quartò, & quidem à fol. 154 pag. 1, uſque ad fol. 176 pag. 1, *EJUSDEM de Generatione & Corruptione Libri duo; cum Annotationibus marginalibus Guarini Veronenſis.*

Quintò, & quidem à fol. 177 pag. 1, uſque ad fol. 323 pag. 1, *EJUSDEM Meteorologicorum Libri quatuor, cum Annotationibus marginalibus Guarini Veronenſis*; ibidemque in fine ſubſcriptum eſt, Codicem hunc exaratum eſſe A. C. 1446 à quodam *Demetrio Cycandylâ.* Ipſa ſubſcriptionis verba græca ſunt hæc: Δημήτριος ὁ Κυκανδύλης ἔγραψε.

Sextò, & quidem à fol. 224 pag. 1, uſque ad fol. 227 pag. 1, *EJUSDEM Liber* περὶ μνήμης καὶ ἀναμνήσεως, ſive, *de Memoriâ & Reminiſcentiâ*, cujus principium: Τῶν δὲ λοιπῶν πρῶτον σκεπτέον περὶ μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν, τί ἐστι καὶ διὰ τίνας αἰτίας γίνεται, καὶ &c.

Septimò, & quidem à fol. 227 pag. 2, uſque ad fol. 229 pag. 2, *EJUSDEM Liber* περὶ μακροβιότητος καὶ βραχυβιότητος, ſive, *de Longitudine & Brevitate vitæ*, cujus principium: Περὶ δὲ τοῦ τὰ μὲν εἶναι μακρόβια τῶν ζώων, τὰ δὲ βραχύβια, &c.

Cæterùm, ſi quis de doctiſſimo celeberrimóque Viro, *Guarino Veronenſi*, primo præſtantiſſimi hujus Codicis manuſcripti *Cæſarei* poſſeſſore, qui A. C. 1460. d. 4. Decembris Ferrariæ obiit, plura ſcire deſideret, is conſulat *Pauli Jovii* Elogia doctorum Virorum, publicatis ingenii monumentis illuſtrium, & *Gerardi Joannis Voſſii* Opus de Hiſtoricis Latinis lib. 3. cap. 7.

LXXVI.

SEPTUAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *quadringentis quinquaginta novem*, & ad celeberrimam inſtructiſſimámque *Bibliothecam Fuggerianam*, quæ A. C. 1656 Auguſtâ Vindelicorum in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream Vindobonenſem* translata eſt, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 238 pag. 1, *MANUELIS BRYENNII Harmonicorum Libri tres*; quorum *primus*, in Τμήματα, ſive Sectiones novem diviſus, inſcribitur atque incipit his verbis: Μανουὴλ Βρυεννίου ἁρμονικῶν βιβλίον α΄. Τμῆμα πρῶτον. Ἐπειδήπερ ὁ χρόνος καὶ τὴν ἁρμονικὴν ἐπιστήμην, ταῦθ᾽ οὕτω φύσει καλὴν καὶ τιμίαν ὑπάρχουσαν, &c.

Secundò, & quidem à fol. 239 pag. 1, uſque ad fol. 459 pag. 1, PORPHYRII *Expoſitio in Harmonicorum Ptolemæi Librum primum & ſecundum*, itidem ut infrà in Codice LXXXVIII.

SEPTUA-

LXXVII.

SEPTUAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *folio*, ſed in fine mutilus, conſtátque foliis *quinquaginta quatuor*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continetur INCERTI Lexicon Atticum.

LXXVIII.

SEPTUAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *folio*, conſtátque foliis *quindecim*, quo continentur Variæ Sententiæ Morales diverſorum Philoſophorum, veluti *CLEANDRI, ÆSCHYLIS, EURIPIDIS, MENANDRI, SOPHOCLIS*, aliorúmque.

LXXIX.

SEPTUAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, bonæque notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *centum octoginta duobus*, & ad CL. Virum *Sebaſtianum Tengnagelium* olim pertinuit, quo continentur *DIONYSII Thracis* Erotemata, ſive Interrogationes Grammaticæ & Rhetoricæ.

LXXX.

OCTOGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *centum ſexaginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *PLATONIS Dialogi decem*: nempe primò, *Euthyphro*; ſecundò, *Apologia Socratis*; tertiò, *Crito*; quartò, *Phædo*; quintò, *Cratylus*; ſextò, *Theætetus*; ſeptimò, *Sophiſta*; octavò, *Politicus*; nonò, *Phædrus*, ſive, de Pulchro; decimò, *Parmenides*. Adjunctæ etiam his Dialogis paſſim ſunt *anonymi* cujuſdam *Scholiaſtæ Annotationes græcæ marginales* hactenùs ineditæ. Qui verò ante *Sambucum* Codicis hujus manuſcripti poſſeſſores fuerint, indicatur ibidem folii primi paginâ primâ his verbis: *Franciſco Aleardo, Viro doctiſſimo & nobiliſſimo, Thadæus Quirinus, Patricius Venetus, hos Platonis Libros amoris & benevolentiæ optumum teſtimonium, ex numeroſá Bibliothecá delectos, dono liberaliter dedit, faventibus Muſis.*

LXXXI.

OCTOGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ in *folio*, conſtátque foliis *ſeptuaginta novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur ANONYMI Scholia in *Apollonii Rhodii* Argonautica.

OCTO-

LXXXII.

OCTOGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *folio*, ſed aquâ marinâ hinc inde fœdatus, conſtátque foliis *ducentis & duodecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur,

Primò : PHILOSTRATI *Lemnii* Sophiſtæ Icones.

Secundò : LIBANII *Sophiſtæ* Declamationes.

Tertiò ; ÆSCHINIS, HIPPOCRATIS, PLATONIS, EURIPIDIS, HERACLITI, & DIOGENIS Epiſtolæ variæ.

LXXXIII.

OCTOGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *octoginta quinque*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur ARISTIDIS, Adrianei Sophiſtæ, Orationes aliquot.

LXXXIV.

OCTOGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, elegans, bonæque notæ, in *folio*, conſtátque foliis *centum ſeptuaginta octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continetur *SOPATRI* Διαίρεσις Ζητημάτων.

LXXXV.

OCTOGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* in *folio*, conſtátque foliis *quinquaginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 10 pag. 1, *MICHAELIS APOSTOLII Byzantini Liber de Ariſtotelicâ Subſtantiâ pro Georgio Gemiſto Plethone contra* (1) *Theodorum Gazam*; cujus titulus & principium: Μιχαήλου Ἀποστόλου τοῦ Βυζαντίου πρὸς τὰς ὑπὲρ Ἀριστοτέλους περὶ οὐσίας κατὰ Πλήθωνος Θεοδώρου τοῦ Γαζῆ ἀντιλήψεις. Ἔδει Πλήθωνα, εἴπερ αὐτῷ Ἀριστοτέλης λέγων οὐκ ὀρθῶς ἐδόκει περὶ οὐσίας, ἐλέγχειν τὰ λεγόμενα φαύλως πειρᾶσθαι, ἀλλὰ μὴ λοιδορεῖσθαι τ' ἀνδρί, οὐχ ὅπως &c. Meminit hujus, non ſolùm Libri, verùm etiam ipſius Codicis manuſcripti Sambuciani, *Joannes Jacobus Friſius*, *Tigurinus*, in Bibliothecâ Geſnerianâ, à ſe auctâ, his verbis: *Michaëlis Apoſtoli contra Gazæ defenſionem de Ente Ariſtotelis pro Planude reſponſio ad Beſſarionem exſtat in Bibliothecâ Joannis Sambuci*. Hæc *Friſius*. Sed ibi ſine ullâ controverſiâ pro *Apoſtoli* ſcribendum eſt *Apo-*

(1) *Joannes Sambucus* ibidem ſuâ manu in margine adſcripſit hæc verba: *Libellum Gazæ περὶ οὐσίας dedi Henrico Stephano*. Plura de eodem *Theodoro Gaza* vide in Appendice Libri *ſexti* Lambecianorum Commentariorum pag. 278.

eſt *Apoſtolii*, & paulò pòſt pro *Planude* legendum eſt *Plethone*; quia *Maximus Planudes*, cum *Georgio Gemiſto Plethone* perperàm confunditur. Plura, ſi placet, vide Lib. VII. *Comment. Lambec.* pag. 113 & 114.

Secundò, & quidem à fol. 11 pag. 1, uſque ad fol. 15 pag. 2, *EJUSDEM Menexenus*, ſive, *Dialogus de Sanctiſſimâ Trinitate*; nempe *utrum Judæi & Turcæ rectiùs ſimpliciter unum credant Deum, an Chriſtiani Deum Triunum.* Ipſa tituli græci verba cum principio Dialogi ſunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ Μενέξενος, ἢ, περὶ Τριάδος. Τὰ τοῦ Διαλόγου πρόσωπα· Μενέξενος Κυδωνιάτης, Διοφάνης Γορτύνιος, Λαόνικος Βυζάντιος. Προλογίζει Διοφάνης. Δ. Ποῖ δὴ καὶ πόθεν ὦ φίλε Μενέξενε; Μ. Ἐκ Κυδωνίας ἐς Γορτύνην Διόφανες. Δ. Τί ποιήσων &c. Inſpice, ſi placet, Lib. VII. *Commentar. Lambecianorum*, pag. 114, & 115.

Tertiò, & quidem à fol. 16 pag. 1, uſque ad fol. 18 pag. 2, *EJUSDEM Oratio conſultoria ad ſocerum ſibi iraſcentem, cum ad ſecundas tranſiret nuptias*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ λόγος συμβουλευτικὸς πρὸς τὸν αὐτοῦ κηδεστὴν, μηνιθέντα, ὅτε εἰς δευτέρους ἀφίκετο γάμους. Ἐν ἄλλοις τῶν ἀναγκαίων ἤδη χολάζοντα, οἷς οὐδὲ τροφῆς ἔξεστί μοι δαψιλοῦς ἀπογεύσασθαι, ὁ περὶ ἡμᾶς σου θυμὸς, οὐ μέτρῳ χρώμενος οὐδὲ λόγῳ, &c.

Quartò, & quidem à fol. 19 pag. 1, uſque ad fol. 21 pag. 1, *EJUSDEM Appellatio ad ultimum Imperatorem Conſtantinopolitanum Conſtantinum Palæologum, quâ continetur ſuſpectæ religionis ipſius Confeſſio.* Ipſa tituli græci verba cum principio Appellationis ſunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ προσφώνημα εἰς τὸν Αὐτοκράτορα Κωνσταντῖνον τὸν Παλαιολόγον· ἐν τῷ αὐτῷ δὲ καὶ ὁμολογία τῆς αὐτοῦ πίστεως ὑποπτευομένης. Πολλῶν ὄντων, θειότατε Βασιλεῦ, ἃ τὸ χρῆμα τοῦτο τὴν βασιλείαν κοσμεῖ, ἕν τι, κἀκεῖνο μάλιστα, ἡ σοφία, ἢ φύσει προσοῦσα ταύτην ἡνιοχοῦν, ἢ &c. Notandum verò inprimis eſt, eum hâc in Appellatione ſuâ expreſsè confiteri *Proceſſionem Spiritûs Sancti ex ſolo Patre, non autem etiam ex Filio*, his verbis: Τὸ δ᾽ αὖ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκπορευόμενον ἐκ Πατρὸς, οὐ μὴν οὖν ἐξ Υἱοῦ, κατὰ τὸν λόγον τῆς ἀληθείας, ὃς τοῖς σοφωτέροις θεολογικώτερος ἔδοξε. ῥητέον τ᾽ ἀληθῆ, ἐπειδὴ πρός σε ταῦτα λέγειν ἐπηγγειλάμην μὴ ψεύδεσθαι γαληνότατε. ἔτι &c. Hinc igitur patet, cur idem *Apoſtolius contra Latinos* etiam peculiarem *Librum de Proceſſione Spiritûs Sancti* ſcribere atque edere coactus fuerit; nempè ut hoc ipſo publicè ſe demonſtraret *ſchiſmaticum*, & ſuſpicionem *Latinæ* ſive *orthodoxæ Fidei* à ſe amoliretur.

Quintò, & quidem à fol. 21 pag. 2, uſque ad fol. 23 pag. 2, *EJUSDEM Oratio ad Magiſtrum ſuum Joannem Argyropulum, cùm ipſe Conſtantinopoli publicè docere inciperet, ſuperſtite adhuc ultimo Imperatore Conſtantinopolitano Conſtantino Palæologo.* Ipſa tituli græci verba cum principio Allocutionis ſunt hæc: Τοῦ αὐτοῦ Προσφώνημα εἰς τὸν αὐτοῦ διδάσκαλον Ἰωάννην τὸν Ἀργυρόπουλον, ὅτε ἤρξατο διδάσκειν ἐν τῷ ξενῶνος μουσείῳ. Τοῖς εὐγνώμοσι τῶν ἀνθρώπων τοὺς σφῶν αὐτῶν εὐεργέτας θαυμάζειν, μὴ ὅτι οἶμαι χρεὼν, ἀλλ᾽, εἴπερ ἄλλό τι, καὶ τοῦτο τῶν ἀναγκαίων. πολλοῖς τε ἄλλοις σοφία, &c.

Sextò, & quidem à fol. 24 pag. 1, uſque ad fol. 51 pag. 2, *EJUSDEM Epiſtolæ quadraginta quinque*, quarum *prima ad Georgium Gemiſtum Plethonem* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ Μιχαήλου Ἀποστόλη τοῦ Βυζαντίου Ἐπιστολαί. Ἐπιστολὴ α΄. Γεωργίῳ τῷ Πλήθωνι. Ἔτι με καὶ πρότερον ἄλλο καὶ τὸ καλῶς μὴ γράφειν εἰδέναι, τὸ μὴ γράφειν ἠνάγκαζεν, οὐκ ὀλίγην ἐμοὶ ἀτιμίαν ἔχον νομίζοντα, δοκεῖν μὲν εἰδότα τοῖς πλείστοις, αὐτῷ δὲ τὸ τοὐναντίον &c. Sequuntur deinde reliquæ *quadraginta quatuor Epiſtolæ ad Manue-*

Manuelem Chryſoloram, *Laonicum Chalcocondylam*, *Joannem Argyropulum*, *Marcum Muſurum*, *Michaëlem Marullum*, *Joannem Chryſoloram*, *Cardinalem Beſſarionem*, *Petrum Calliergen*, alioſque plures eâdem ætate florentes Viros doctos; quas omnes publicâ luce digniſſimas exiſtimo, quia Hiſtoriæ illorum temporum illuſtrandæ valdè poſſunt inſervire.

LXXXVI.

OCTOGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *quadraginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo ARISTOTELIS *Ethicorum ad Nicomachum Libri quinque priores*, quorum *primus* incipit: Πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος &c; *quintus* autem: Περὶ δὲ δικαιοσύνης καὶ ἀδικίας &c.

LXXXVII.

OCTOGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *folio*, ſed principio & fine mutilus, totúſque ruinoſus, & aquâ marinâ valdè inquinatus, conſtátque foliis *quadringentis ſeptem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo GEORGII CHRYSOCOCCÆ *Tabulæ Aſtronomicæ, Geographicæ & Chronologicæ*, vide infrà Cod. CXC.

LXXXVIII.

OCTOGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum ſeptuaginta ſex*. Continetur eo PORPHYRII *Expoſitio in Harmonicorum Ptolemæi Librum primum & ſecundum*; quæ quatenus ad *Librum primum* pertinet, inſcribitur atque incipit his verbis: Ἐξήγησις Πορφυρίου εἰς τὰ ἁρμονικὰ Πτολεμαίου. Ὑπόμνημα πρῶτον· Πολλῶν αἱρέσεων οὐσῶν ἐν Μουσικῇ περὶ τοῦ ἡρμοσμένου, ὦ Εὐδόξιε, δύο πρωτεύειν ἄν τις ὑπολάβοι, τήν τε Πυθαγόρειον καὶ τὴν Ἀριστοξένιον· &c. Vide ſuprà Cod. LXIV. num. 15. & infrà Cod. CCXX. num. 4.

LXXXIX.

OCTOGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis ſeptendecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 122 pag. 2, PLATONIS *Dialogi octo*, quorum primus, *Euthyphro*, ſive *De ſancto*; ſecundus, *Socratis Apologia*; tertius, *Crito*, ſive *De eo, quod agendum eſt*; qui in hoc Codice prætereà etiam inſcribitur:

Περὶ δόξης ἀληθοῦς καὶ δικαιοσύνης, hoc eſt, *De gloriâ verâ & Juſtitiâ*; quartus, *Phædo* ſive *De Animâ*; quintus, *Cratylus* ſive *De rectâ nominum ratione*; ſextus, *Theætetus* ſive *De ſcientiâ*; ſeptimus, *Phædrus* ſive *De pulchro*; octavus, Μενέξενος ἢ Ἐπιτάφιος, hoc eſt, *Menexenus*, ſive, *Funebris oratio*, quæ continet exhortationem ad patriam amandam & defendendam, & his incipit verbis: Ἐξ ἀγορᾶς ἢ πόθεν &c.

Secundò, & quidem à fol. 122 pag. 2, uſque ad fol. 179 pag. 2, *EJUSDEM* Πολιτειῶν ἢ περὶ δικαίου, hoc eſt, *De Republicâ, ſive de Juſto Libri quinque priores*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit hoc modo: Πλάτωνος πολιτεία ἢ περὶ δικαίου ά. Κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ &c.

Tertiò, & quidem à fol. 180 pag. 1, uſque ad fol. 217 pag. 2, *GEMINI RHODII*, antiqui ac celebris Mathematici Græci, qui ſæculo ante Chriſtum primo *L. Cornelii Syllæ*, *Cn. Pompeji Magni* & *M. Tullii Ciceronis* temporibus claruit, *Introductio in Phænomena*, ſive, *Elementa Aſtronomiæ*; quorum titulus & principium: Γεμίνου εἰσαγωγὴ εἰς τὰ φαινόμενα. Ὁ τῶν ζωδίων κύκλος διαιρεῖται εἰς μέρη δεκαδύο, &c; finis autem: καὶ φιλεῖ ἐπισημαίνειν ἐπ' αὐτοῦ. Exſtat hoc Opus *græcè* & *latinè* in R. P. *Dionyſii Petavii*, Societatis Jeſu Presbyteri, *Vranologio*, ſive, Syſtemate variorum Autorum, qui de Sphærâ ac ſideribus, eorúmque motibus græcè commentati ſunt, Pariſiis apud Sebaſtianum Cramoſium A. 1630 in folio edito.

XC.

NONAGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, elegans, antiquus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *centum quadraginta*, & ad CL. Virum *Sebaſtianum Tengnagelium* olim pertinuit, quo continentur, *LIBANII*, *Sophiſtæ Antiocheni*, Epiſtolæ.

XCI.

NONAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *centum quinquaginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur *QUINTI Calabri* Paralipomena *Homeri*, ſeu derelictorum ab Homero Libri XIV.

XCII.

NONAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, elegans & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *centum quinquaginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur *MANUELIS Moſchopuli* Erotemata Grammaticalia.

NONA-

XCIII.

NONAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, rarus, variis notis marginalibus illuſtratus, optimæque notæ, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis & decem*, olim ad *Theodorum Gazam*, poſteà ad *Joannem Aurelium Augurellum*, deinde autem ad *Joannem Sambucum* pertinuit, quo continentur,

Primò: LIBANII, *Sophiſtæ Antiocheni*, Orationes XLIII. quarum pleræque ſunt ineditæ.

Secundò: ARISTIDIS Rhetoris λόγος Ροδιακός.

Tertiò: PLUTARCHI *Charonenſis* περὶ τῆς ἀρετῆς καὶ κακίας λόγος.

XCIV.

NONAGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis triginta*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Quis autem ante illum ejuſdem Codicis fuerit poſſeſſor, indicatur ibidem his verbis: Θεοδοσίου Κόμητος τοῦ Κορινθίου· hoc eſt: *Theodoſii Comitis Corinthii.* Continetur eo ARISTOTELIS *Stagiritæ*, Præceptoris *Alexandri Magni*, & Principis Philoſophiæ Peripateticæ, qui ſeculo ante Chriſtum *quarto* floruit, & anno *trecenteſimo vigeſimo ſecundo* ante Æram Chriſtianam communem obiit, nempe anno ætatis ſexageſimo tertio, Olympiadis autem centeſimæ decimæ quartæ anno tertio, (1) *Organum Logicum*, quo comprehenduntur: *De Categoriis ſive Prædicamentis decem Liber unus*, cujus titulus & principium: Ἀριστοτέλους κατηγορίαι δέκα. Ὁμώνυμα λέγεται &c; *De Interpretatione Liber unus*, cujus titulus & principium: Ἀριστοτέλους περὶ ἑρμηνείας. Πρῶτον δεῖ θέσθαι, τί ὄνομα καὶ τί ῥῆμα· &c; *Analyticorum priorum Libri duo*, quorum primus inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἀριστοτέλους Ἀναλυτικῶν προτέρων τὸ πρῶτον. Πρῶτον εἰπεῖν περὶ τί &c; *Analyticorum poſteriorum Libri duo*, quorum primus inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἀριστοτέλους Ἀναλυτικῶν ὑστέρων τὸ πρῶτον. Πᾶσα διδασκαλία καὶ πᾶσα μάθησις διανοητικὴ &c; *Topicorum Libri octo*, quorum primus inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἀριστοτέλους Τοπικῶν τὸ πρῶτον. Ἡ μὲν πρόθεσις τῆς πραγματείας &c; *De Sophiſticis Elenchis* (2) *Liber unus*, cujus titulus & principium: Ἀριστοτέλους περὶ τῶν σοφιστικῶν ἐλέγχων. Περὶ δὲ τῶν σοφιστικῶν ἐλέγχων, καὶ τῶν φαινομένων ἐλέγχων, &c. Plura de *Ariſtotelis* Vitâ, Scriptis, Interpretibus & Explanatoribus vide Lib. VII. Comment. Lambecian. pag. 58.

XCV.

NONAGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, elegans & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis ſeptuaginta tribus*. Continentur eo THEODORI METOCHITÆ, Magni Logothetæ, ſive Cancellarii Imp. *Andronici Primi* ſive *Senioris*, Orationes XVIII. de variis materiis Philoſophicis, ſed præcipuè ad Hiſto-

(1) Inter varias à reliquis Operibus ſeparatas, editiones *Organi Ariſtotelis*, ſive, omnium ejus Librorum ad Logicam pertinentium, vide inprimis gr. lat. illam *Julii Pacii*, quæ Francofurti typis Wechelianis A. 1592 impreſſa eſt in 8vo. (2) Ex *uno* hoc Sophiſticorum Elenchorum Libro nonnulli perperàm faciunt *duos*.

Hiſtoriam de Vitis Sanctorum, & ad Hiſtoriam Coſtantinopolitanam pertinentibus, hactenùs, quod ſciam, ineditæ, & ipſius *Metochitæ* ævo in membranâ pereleganter exaratæ.

XCVI.

NONAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto* majori, ſed miſerè lacerus & ruinoſus, conſtátque foliis *ducentis viginti & uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *ARISTIDIS*, *Adrianenſis* Sophiſtæ, Orationes.

XCVII.

NONAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, conſtátque foliis *centum triginta novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *SIMPLICII Commentaria in Ariſtotelis Libros tres de Animâ*; quorum *primum* principio mutilum, deſinit hoc modo: εἴη ἂν καὶ αὐτοτελὲς τὸ εἶδος ψυχικόν. Τέλος σὺν Θεῷ τοῦ ΣΙΜΠΛΙΚΙΟΥ εἰς τὸ πρῶτον Ἀριστοτέλους περὶ ψυχῆς. *Secundum* autem inſcribitur atque incipit his verbis: ΣΙΜΠΛΙΚΙΟΥ Ἐξήγησις εἰς τὸ περὶ ψυχῆς δεύτερον Ἀριστοτέλους. Ἐν τῷ πρώτῳ ἱστορήσας τε ἅμα τὰς τῶν παλαιοτέρων δόξας &c. Edidit hæc *Simplicii Commentaria græcè Andreas Aſulanus* typis Aldinis Venetiis A. 1527 in folio; *latinè* autem eadem vertit *Evangeliſta Lungus Aſulanus*, atque itidem Venetiis edidit An. 1554 apud Hieronymum Scotum in folio. Principium Commentarii primi, excepto *Prooemio*, in jam memoratis editionibus impreſſis *græcè* eſt tale: Τὸ προοίμιον τὸν σκοπόν τε ἅμα τῆς προκειμένης πραγματείας δείξει, καὶ &c; *latinè* autem: *Præſens Prooemium propoſitæ facultatis intentionem deſignat, ſimul &* &c. *Eclogas* ſive *Excerpta* ex iiſdem *Simplicii Commentariis*, ſub titulo Βραχείας ἐξηγήσεως, ſive, *Brevis Expoſitionis*, edidit *græcè Jacobus Schegkius* Baſileæ typis Joannis Hervagii A. 1544 in octavo.

XCVIII.

NONAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, elegantiſſimus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *centum ſeptuaginta quinque*, & pertinuit olim ad doctiſſimum celeberrimúmque (1) *Beſſarionem*, *Archiepiſcopum Nicænum*, patriâ *Trapezuntinum*, qui A. C. 1439. à Papâ *Eugenio IV. Florentiæ* in Concilio Generali S. R. E. *Cardinalis* creatus eſt, & A. 1472 obiit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem fol. 1 & 2, antiquus *INDEX græcus* omnium Opuſculorum, toto hoc Codice contentorum; cujus titulus ſive inſcriptio: Πίναξ ἀκριβὴς τῆσδε τῆς βίβλου.

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 1, uſque ad fol. 30 pag. 1, MANUELIS PALÆOLOGI, antepenultimi Imperatoris Conſtantinopolitani, qui patri ſuo *Joanni* in Imperio (2) ſucces-

(1) Vide Lib. IV. Lambec. Comment. pag. 84 & 139, Lib. V. pag. 47, 173, 214, & Libri VI. Appendicem pag. 274, 275, 276. (2) A patre enim adhuc ſuperſtite Imperator deſignatus fuit A. C. 1373. Quâ de re vide plura in *Iſmaëlis Bullialdi* Notis ad *Ducæ* Hiſtoriam Byzantinam cap. 12, pag. 226.

ſucceſſit A. C. 1391, & A. 1425 obiit, (1) *Capita centum Parænetica ſive Commonitoria ad filium ſuum Joannem Palæologum, cum præfixâ Epiſtolâ proœmiali*, cujus titulus & principium: Τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου Βασιλέως Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου ἐπιστολὴ προοιμιακὴ τῶν ἐφεξῆς κεφαλαίων. Ἐν Πελοποννήσῳ σε λιπὼν, ἐξ Ἰταλίας ἐρχόμενος, &c. Quâ finitâ *Epiſtolâ*, ſequuntur ipſa *centum Capita* hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ Κεφάλαια ἑκατὸν πρὸς τὸν αὐτοῦ υἱὸν καὶ Βασιλέα, κύριον Ἰωάννην τὸν Παλαιολόγον, ὧν ἡ ἀκροστιχίς.

Tertiò, & quidem à fol. 31 pag. 1, uſque ad fol. 106 pag. 1, EJUSDEM *Orationes ſeptem ethico-politicæ ad eundem filium Joannem*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν αὐτὸν λόγος πρῶτος προτρεπτικὸς εἰς λόγους, καὶ περὶ ἀρετῆς, καὶ ἀγαθοῦ ἄρχοντος. Τοῦ καλῶς ἐπίσασθαι λέγειν, οὐδὲν ἂν γένοιτο μεῖζον ἄρχουσιν ἐθέλουσιν ἀγαθοῖς εἶναι, &c. Reliquarum Inſcriptiones & Principia vide, ſi placet, Lib. VII. *Comment. Lambec.* pag. 156.

Quartò, & quidem fol. 106 pag. 1, & fol. 107 pag. 1, EJUSDEM *Oratiuncula parænetica ad benevolos ſuos ſubditos*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ ὡς ἐξ εὐμενοῦς ἄρχοντος πρὸς εὔνους ὑπηκόους τῶν ἐν ἀκμῇ. Τὸ ὑμῖν συνοίσον εὐχόμενός τε διαλεγ... λῶν, καὶ ζητῶν ἅπασι τρόποις, δεῖν ᾠήθην διὰ βραχέων, ὥσπερ τι δῶρον ταυτασὶ τὰς παραινέσεις εἰπεῖν. ἐπειδὴ τοίνυν &c.

Quintò, & quidem à fol. 107 pag. 1, uſque ad fol. 111 pag. 2, EJUSDEM *Oratio glorificatoria ad Deum cum Confeſſione & Gratiarum actione*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Εὐχὴ, δοξολογίαν ἔχουσα πρὸς Θεὸν, σὺν ὁμολογίᾳ τῆς εὐσεβείας, εἶτα δέησιν συγκεκραμένην εὐχαριστίᾳ καὶ ἐξομολογήσει, συνάγουσα δὲ πρὸς τῷ τέλει τὰ εἰρημένα, λέγει εἰς πίστιν. &c.

Sextò, & quidem à fol. 112 pag. 1, uſque ad fol. 125 pag. 2, EJUSDEM *Dialogus cum Matre ſuâ de Nuptiis*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Διάλογος πρὸς τὴν κυρίαν αὐτοῦ Δέσποιναν καὶ μητέρα, ὁ περὶ γάμου. Βασιλεύς. Ὦ μῆτερ, εἴ ποτε ἄλλως εἶχον δόξης περὶ τοῦ πράγματος, &c.

Septimò, & quidem à fol. 126 pag. 1, uſque ad fol. 175 pag. 2, EJUSDEM *Oratio funebris*, valdè prolixa, & tota fere hiſtorica, *in fratrem ſuum natu minorem* (2) *Theodorum Deſpotam* ſive *Principem* τῆς Λακεδαιμονίας ſive *Laconiæ*, *Provinciæ Peloponneſi*, cum præfixâ *Georgii Gemiſti Plethonis Protheoriâ*, & *Joaſaphi Hieromonachi Judicio de Charactere ejuſdem Orationis*. *Plethonis Protheoria* inſcribitur atque incipit his verbis: Κυροῦ Γεωργίου τοῦ Γεμιστοῦ προθεωρία τοῦ παρόντος λόγου. Πειραθεὶς μὲν τὸ προοίμιον, καὶ οἷον γένοιτ᾽ ἂν, ἀδελφῷ πρέπον, &c. Quâ *Protheoriâ* finitâ, ſequitur *Joaſaphi Hieromonachi Judicium de Charactere ejuſdem Orationis* hoc modo: Τοῦ Ἱερομονάχου κυροῦ Ἰωασὰφ περὶ τοῦ χαρακτῆρος τοῦ λόγου. Ὅσα μὲν ὡς ἐκ προθεωρίας λόγου τοῦ παρόντος εἰπεῖν ἔδει, &c. Hinc porrò ſequitur ipſius *Imperatoris Manuelis Præfatiuncula*, quâ fratri ſuo defuncto eandem Orationem dedicat his verbis: Τοῦ Βασιλέως. Ἥκω πενθήσων, καὶ σε μὲν, παν-

(1) Vide etiam Lib. IV. Lambec. Comment. pag. 207. (2) Plura de eodem *Theodoro* vide apud *Ducam* Hiſtoriæ Byzantinæ cap. 12. Præterea quoque de eodem *Theodoro* conſulendum eſt *Georgii Phranzæ Protoveſtiarii* Chronicon lib. 1. cap. 15, 19 & 20. Omnium autem maximè huc pertinent *Georgii Gemiſti Plethonis Orationes duæ de rebus Peloponneſiacis*, ex Bibliothecâ *Joannis Sambuci* à *Gulielmo Cantero* Antverpiæ typis Chriſtophori Plantini A. 1575. cum *Joannis Stobæi Eclogis Phyſicis & Ethicis*, græcè & latinè in folio editæ; quarum prima ad *Imp. Manuelem Palæologum*, altera autem ad ipſum *Deſpotam Laconiæ Theodorum*, ejus fratrem, ſcripta eſt.

πάντων ἄριστε, εἰ καὶ πρὸς Θεὸν ἐκδεδήμηκας &c. Inſcribitur deinde atque incipit ipſa *Oratio* hoc modo: Τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου Βασιλέως Μανουὴλ τοῦ Παλαιολόγου λόγος ἐπιτάφιος εἰς τὸν αὐταδελφὸν αὐτοῦ Δεσπότην τὸν Πορφυρογέννητον, κύριον ΘΕΟΔΩΡΟΝ τὸν Παλαιολόγον, ῥηθεὶς, ἐπιδημήσαντος εἰς Πελοπόννησον τοῦ Βασιλέως. &c. Corollarii demùm loco accedunt jam memoratæ Orationi *Matthæi Chryſocephali* & (1) *Demetrii Magiſtri Epigrammata duo funebria in eundem Deſpotam Theodorum*, quæ prorsùs ejuſdem argumenti ſunt, atque ipſa illa *Imp. Manuelis* ſupra exhibita *Præfatiuncula dedicatoria*, quæ Orationi præfixa eſt. Eorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Κυροῦ Ματθαίου τοῦ Χρυσοκεφάλου. Ἥκω σε πάντ' ἄριστε πενθήσων ὅμως, Εἰ καὶ πρὸς αὐτὸν &c. Hactenùs igitur fideliſſimè recenſui, quænam præſtantiſſimo hoc Codice manuſcripto etiamnunc re ipsâ contineantur. Cæterùm, quandoquidem ex ſuprà memorato *antiquo Indice Græco*, qui in principio hujus Codicis exſtat, manifeſtè liquet, etiam plura Opuſcula, quàm quæ ſuprà enumerata ſunt, ad eundem Codicem manuſcriptum olim pertinuiſſe, & vel Bibliopegi, vel alterius cujuſpiam culpâ, ab iis Opuſculis, quæ nunc ibi ſuperſunt, avulſa eſſe, idcirco poſteriorem eò pertinentem Indicis iſtius partem bonâ fide hîc exhibeo, ut inde perſpiciatur, quænam Opuſcula ibidem deſint. Nempe primò: EJUSDEM *Imp. Manuelis Palæologi Deſcriptio Imaginis Veris in velo textili purpureo.* Secundò: EJUSDEM *Meditamentum Rhethoricum, quibus verbis Temires ſive Tamberlanes, Perſarum & Scytharum Imperator, Bajazetem Turcarum Imperatorem, à ſe victum, alloqui potuerit.* Tertiò: EJUSDEM *Gratiarum actio ad Deum inſtar Pſalmi ob interitum Bajazetis, Turcarum Imperatoris.* Quartò: DEMETRII CHRYSOLORÆ *ad Antonium Diaſculin Diſſertatio, cùm melius ſit eſſe quàm non eſſe, cur Chriſtus* (2) *de Judâ proditore dixerit, quòd bonum eſſet illi, ſi non fuiſſet natus.* Quintò: ANTONII DIASCULIS *de eâdem re Contradictio ad Demetrium Chryſoloram.* Sextò: *Imp.* MANUELIS PALÆOLOGI *Declaratio utriusque opinionis cum propriâ aſſertione.* Septimò: EJUSDEM *Imperatoris Capita catanyctica ſive compunctoria in ſex præcepta Chriſti.* Octavò: EJUSDEM *Canon paracleticus ad Sanctiſſimam Virginem Deiparam de ſuorum temporum calamitatibus.* Hucuſque *antiquus Index Græcus illorum octo Opuſculorum*, quæ in præſtantiſſimo iſto Codice nunc ampliùs non reperiuntur. Exſtant tamen eorum *primum, ſecundum, tertium, ſeptimum* & *octavum* in ſuprà exhibito Codice manuſcripto *Philoſophico* & *Philologico* græco quadrageſimo ſecundo.

XCIX.

NONAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis duobus*, & ad *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 71 pag. 2; NICEPHORI *Blemmidæ Logica*, cujus principium: Ἐπειδήπερ ἡ λογικὴ ἐπιστήμη πρὸς τὴν ἱερὰν γραφὴν &c. Vide etiam infrà Cod. CCCXXV.

Secundò, & quidem à fol. 72 pag. 1, uſque ad fol. 73 pag. 2, GEORGII *Pachymeris Procemium in Ariſtotelis Libros octo Naturalis Auſcultationis ſive Phyſicorum*; cujus titulus

(1) Videtur hic eſſe *Demetrius* ille *Chryſoloras*, cujus in ejuſdem Codicis *antiquo Indice Græco* fit mentio. Vide etiam Libri *ſexti* Lambecianorum Commentariorum Appendicem pag. 276. (2) Apud S. Matthæum cap. 26, verſ. 24.

tulus & principium: Γεωργίου τοῦ Παχυμέρους, τίς ὁ σκοπὸς τοῦ παρόντος βιβλίου. Ὁ σκοπὸς τοῦ παρόντος βιβλίου ἐστὶ &c. Vide etiam infrà Codicem CX. num. 1, & Codicem CLXXXVIII. num. 2.

Tertiò, & quidem à fol. 74 pag. 1, uſque ad fol. 95 pag. 1, & à fol. 107 pag. 1, uſque ad fol. 154 pag. 2, *NICEPHORI Blemmidæ Phyſica*, cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου Νικηφόρου, Μοναχοῦ καὶ Πρεσβυτέρου, τοῦ Βλεμμύδους, ἔκδοσις ἀκριβὴς περὶ φυσικῆς θεωρίας καὶ σκέψεως. Περὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν καὶ αἰτίων, κεφάλαιον α΄. Vide etiam infrà Codicem CCCXXXII.

Quartò, & quidem à fol. 96 pag. 1, uſque ad fol. 106 pag. 1, *ARSENII, Monembaſiæ in Peloponneſo Archiepiſcopi, Syntagma Logicum, Nicolao Rodulpho Florentino*, (1) qui ab Avunculo ſuo *Papá Leone Decimo* A. C. 1517, Calendis Julii, S. R. E. Cardinalis creatus eſt, & A. 1550 Calendis Februarii obiit, peculiari *Præfatione* dedicatum, quo continentur *Michaëlis Pſelli, Nicephori Blemmidæ, & Georgii Pachymeris Opuſcula varia ad Logicam pertinentia. Epiſtola dedicatoria* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τῷ αἰδεσιμωτάτῳ καὶ θειοτάτῳ Καρδηνάλει τῷ Ῥοδόλφῳ τῷ Μουσῶν καὶ Χαρίτων τροφίμῳ, Ἀρσένιος, ὁ Μονεμβασίας Ἀρχιεπίσκοπος, ἐν Κυρίῳ χαίρειν πάντοτε. Ἔναγχος τὰ τοῦ Ψελλοῦ Μαθηματικὰ ἐντυπώσαντες, ἐκπεπόμφαμεν τῇ ὑμετέρᾳ μεγίστῃ αἰδεσιμότητι, &c. Quà finitâ Epiſtolâ dedicatoriâ, ſequitur primò MICHAELIS PSELLI Ἐπίλυσις εἰς τοὺς ἓξ τῆς φιλοσοφίας τρόπους, ſive, *Introductio in ſex Philoſophiæ modos*; cujus principium: Οἱ φιλοσοφίας λόγων ἐρῶντες &c; ſecundò, EJUSDEM Σύνοψις τῶν πέντε φωνῶν καὶ τῶν δέκα κατηγοριῶν τῆς φιλοσοφίας, ſive, *Compendium quinque Vocum & decem Prædicamentorum Philoſophiæ*; cujus principium: Οἱ παλαιοὶ ἰδόντες τὰ ἄτομα, ὅτι &c; tertiò, NICEPHORI *Blemmidæ Libellus* Περὶ τῶν πέντε φωνῶν, διατὶ εἰσὶ μόναι, καὶ οὐ πλείους ἢ ἐλάττους, ſive, *De quinque Vocibus, cur ſint hæ ſolum, neque plures aut pauciores*; cujus principium: Ἡ φωνὴ, ἢ ἔναρθρός ἐστιν ἢ ἄναρθρος &c; quartò, GEORGII *Pachymerii Libellus* περὶ τῶν ἓξ τῆς φιλοσοφίας ὁρισμῶν, ſive, *de ſex Philoſophiæ definitionibus*; cujus principium: Φιλοσοφία ἐστὶ κατὰ μὲν τὸν Πυθαγόραν φιλία σοφίας· οὗτος γὰρ &c; quintò, EJUSDEM Διαίρεσις τῆς φιλοσοφίας, ſive, *Diviſio Philoſophiæ*; cujus principium: Τῆς γοῦν φιλοσοφίας, τὸ μέν ἐστι θεωρητικὸν, τὸ δὲ &c; ſextò, EJUSDEM *Libellus* περὶ τῶν πέντε φωνῶν, ſive, *de quinque Vocibus*; cujus principium: Φωναὶ δὲ εἰσὶ πέντε &c; ſeptimò, EJUSDEM *Libellus* περὶ τῶν δέκα κατηγοριῶν, ſive, *De decem Prædicamentis*; cujus principium: Δέκα δὲ καὶ αἱ κατηγορίαι οὖσαι &c. Hæc igitur ea ſunt, quæ continentur toto illo *Arſenii Syntagmate Logico*, quod prorsùs eodem modo, unà cum ſuprà memoratâ *Epiſtolâ dedicatoriâ*, *græcè* impreſſum eſt Pariſiis A. 1540 in duodecimo, & ſimiliter ibidem *latinè*, *Jacobo Foſcareno* interprete, A. 1541, itidem in duodecimo. Plura de *Arſenio* illo, *Monembaſiæ Archiepiſcopo*, vide Libri *primi* Lambec. Comment. pag. 150, Libri *tertii* pag. 48 & 200, & Libri *quarti* pag. 205 & 225.

Quintò, & quidem à fol. 158 pag. 1, uſque ad fol. 173 pag. 2, *Compendioſum Organi Philoſophiæ Syntagma*, quod in hoc Codice manuſcripto ſine ullo titulo incipit his verbis: Ὥσπερ οἱ ἀναγινώσκοντες πρῶτον μὲν τὰ στοιχεῖα μανθάνουσι, ἀπὸ δὲ τῶν στοιχείων &c; & à nonnullis perperàm *Nicephoro Blemmidæ*, ab aliis autem rectè *Gregorio*

 cuidam

(1) Vide *Onuphrii Panvinii* Epitomen Hiſtoriæ Summorum Pontificum Romanorum & S. R. E. Cardinalium pag. 378, 381, & 421, & *Alphonſi Ciaconii* Opus ejuſdem argumenti pag. 1074, 1081 & 1136.

cuidam *Monacho anepônymo* attribuitur. Quâ de re vide plura infrà in recenſione Codicis CLXXIV, num. 3, & in recenſione Codicis CCCXXV.

Sextò, & quidem à fol. 174 pag. 1, uſque ad fol. 197 pag. 2, S. *JOANNIS Damaſceni Logica*, cujus *Præfatio ad Coſmam Epiſcopum Majumæ* inſcribitur atque incipit his verbis: Τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ θεοτιμήτῳ πατρὶ Κοσμᾷ, τῷ ἁγιωτάτῳ Ἐπισκόπῳ τοῦ Μαϊουμᾶ, Ἰωάννης ὁ ταπεινός. Τὸ μὲν στενὸν τῆς διανοίας, καὶ τὸ ἄπορον τῆς γλώσσης &c. Plura de hâc S. *Joannis Damaſceni Logicâ*, ut & de *Coſmâ Epiſcopo Majumæ*, Portûs & Emporii Palæſtinæ, vide Libri *quarti* Lambecianorum Commentariorum pag. 116 & 117, & Libri *quinti* pag. 2, 3, 4, & aliàs ſæpiùs.

Septimò, & quidem à fol. 198 pag. 2, uſque ad fol. 202 pag. 2, *antiquus INDEX Græcus Materiarum hoc Codice comprehenſarum, ſed imperfectus.*

C.

CENTESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis & uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 55 pag. 2, *ARISTOTELIS* φυσικῆς ἀκροάσεως, ἢ, περὶ φυσικῶν ἀρχῶν, hoc eſt: *Naturalis auſcultationis, ſeu, de Naturalibus principiis, Libri octo*, quorum *primus* incipit his verbis: Ἐπειδὴ τὸ εἰδέναι καὶ τὸ ἐπίστασθαι συμβαίνει &c.

Secundò, & quidem à fol. 56 pag. 1, uſque ad fol. 86 pag. 1, *EJUSDEM* περὶ Οὐρανοῦ, ſive, *de Cœlo Libri quatuor*, quorum *primus* incipit his verbis: Ἡ περὶ φύσεως ἐπιστήμη &c.

Tertiò, & quidem à fol. 86 pag. 2, uſque ad fol. 102 pag. 1, *EJUSDEM* περὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς, ſive, *de Generatione & Corruptione Libri duo*, quorum *primus* incipit his verbis: Περὶ δὲ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῶν φύσει γιγνομένων καὶ φθειρομένων &c.

Quartò, & quidem à fol. 102 pag. 2, & fol. 134 pag. 1, *EJUSDEM* Μετεωρολογικῶν ſive *Meteorologicorum Libri quatuor*, quorum *primus* incipit: Περὶ μὲν οὖν τῶν πρώτων αἰτίων τῆς φύσεως &c.

Quintò, & quidem à fol. 134 pag. 2, uſque ad fol. 137 pag. 2, *THEOPHRASTI Ereſii*, (1) *diſcipuli & ſucceſſoris Ariſtotelis*, *Metaphyſica*, quorum titulus & principium: Θεοφράστου (2) τὰ μετὰ τὰ φυσικά. (3) Πῶς ἀφορίσαι δεῖ, καὶ ποίοις τὴν ὑπὲρ τῶν πρώτων θεωρίαν &c. Exſtant hæc *Theophraſti Metaphyſica græcè* in *Friderici Sylburgii* editione græcâ Operum *Ariſtotelis* Francofurtenſi Wechelianâ A. 1587. in quarto, & quidem Tomo antepenultimo à pag. *252* uſque ad pag. *262*.

Sextò, & quidem à fol. 138 pag. 1, uſque ad fol. 201 pag. 2, ARISTOTELIS *Metaphyſicorum Libri quatuordecim*, quorum *primus*, literâ A notatus, incipit his verbis: Ἡ περὶ τῆς ἀληθείας θεωρία &c; *decimus quartus* autem ſive *ultimus*, notatus literâ N, deſinit: μηδὲ ταύτας εἶναι τὰς ἀρχάς. Vide ſuprà citatam Operum *Ariſtotelis* editionem græcam

(1) Vide Vitam illius apud *Diogenem Laërtium* libro quinto. (2) In *Sylburgianâ* editione legitur, τῶν μετὰ τὰ φυσικά, ita ut ſubintelligatur βιβλίον ſive *Liber*, ſeu potiùs ἀπόσπασμα ſive *Fragmentum*. (3) In Sylburgianâ editione legitur Πῶς.

græcam *Sylburgianam* Tomo antepenultimo, ut & editionem græco-latinam Iſaaci Caſauboni, ubi iidem Metaphyſicorum Libri eodem exſtant ordine, & iiſdem literis græcis loco numerorum notati; in editione autem græco-latinâ *Guillelmi Du-Vallii* ordo *poſteriorum quatuor* Librorum immutatus eſt; ita nempe, ut ex *decimo tertio* factus ſit *undecimus*, ex *decimo quarto duodecimus*, ex *undecimo decimus tertius*, & ex *duodecimo decimus quartus*; de cujus mutationis rationibus ipſe *Du-Vallius* conſulendus eſt in *Synopſi Analyticâ Doctrinæ Peripateticæ*.

CI.

CENTESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *folio* oblongo, conſtátque nunc foliis *trecentis quinquaginta octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur *DEMOSTHENIS*, *Oratoris Athenienſis*, Orationes.

CII.

CENTESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis ſexaginta ſex*, & primùm quidem ad (1) *Marcum Mamunam Cretenſem*, deinde autem ad (2) *Georgium Comitem Corinthium* pertinuit, tandem verò pervenit hic Codex in poteſtatem *Joannis Sambuci*, emptus, ut ipſe propriæ manus inſcriptione teſtatur, octodecim aureis Pannonicis, atque unus eſt ex illis libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 177 pag. 1, *PLOTINI*, Philoſophi Platonici celeberrimi, qui ſeculo poſt Chriſtum *tertio* floruit, (3) *Diſſertationes Philoſophicæ quinquaginta quatuor, in ſex Enneades diviſæ*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit hoc modo: Πλωτίνου φιλοσόφου ἐννεὰς α' λόγος α', περὶ τοῦ τί τὸ ζῶον καὶ τίς ὁ ἄνθρωπος. Ἡδοναὶ καὶ λῦπαι &c; ultima autem deſinit his verbis: φυγὴ μόνου πρὸς μόνον. Primus has *Enneades* græcè edidit, cum *Marſilii Ficini* latinâ verſione & ampliſſimo doctiſſimóque Commentario, *Petrus Perna*, Typographus Baſileenſis, Baſileæ A. 1580 in folio, ibidémque in Præfatione ad Senatum Norimbergenſem Codicis hujus manuſcripti *Cæſarei*, qui *Joannis Sambuci* olim fuit, expreſſim facit mentionem: Hæc *Perna*; nec deeſt teſtimonium ipſius *Sambuci*, quippe qui manu ſuâ in eodem Codice fol. 3. pag. 1. annotavit, ſe illum à prælo *Pernæ* recepiſſe A. C. 1581, d. 15. Aprilis.

Secundò, & quidem à fol. 177 pag. 1, uſque ad fol. 187 pag. 2, *EJUSDEM Diſſertationes duæ Philoſophicæ extraordinariæ*; quarum *prima* inſcribitur atque incipit hoc modo: Πλωτίνου περὶ τοῦ πῶς δρᾷ ἡ οὐρανία διάθεσις εἰς τὸν περίγειον κόσμον. Ἐπειδὴ πεπίστευται, ὡς διὰ τῶν ἄστρων πολλὰ τελεῖται, &c; *ſecunda* autem: Πλωτίνου περὶ τῆς πρώτης ἀρχῆς τῶν πάντων ἤτοι περὶ τοῦ ἑνός. Ἐπειδὴ πᾶς δεῖ εἶναι τὸ ἐπέκεινα τοῦ νοός, &c. Quid autem de his *duabus* Diſſertationibus *Sambucus* olim cenſuerit, indicat ipſe in eodem hoc Codice fol. 3. pag. 1. his verbis: *Duo Libelli in extremo Plotini quoque videntur, eruditi & rari, ſtylo*

(1) Vide Lib. III. Lambec. Comment. pag. 122, 134, & 190; Lib. IV. pag. 67; & Lib. V. pag. 6, 51, 183, & 417. (2) Vide Lib. III. Lambec. Comment. pag. 134. (3) Vide etiam Lib. IV. Lambec. Comment. pag. 182.

non diſſimili, & genio, licet Porphyrius eorum non meminerit. Item fol. 177 pag. 1 in margine: *Hoc ſcriptum* (nempe jam memoratarum Diſſertationum prima) *differt à Ficini editione; ſed eſt terſius & magis* γνήσιον *Plotini.*

Tertiò, & quidem à fol. 188 pag. 1, uſque ad fol. 213 pag. 1, *HERMETIS Triſmegiſti* ſive *Mercurii Termaximi* (1) Λόγοι ſive *Sermones Philoſophici quindecim*; quorum *primus*, (2) Ποιμάνδρης ſive *Pœmander* inſcriptus, incipit his verbis: Ἐννοίας μοί ποτε γενομένης περὶ τῶν ὄντων &c; *ſecundus*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου πρὸς Τὰτ λόγος καθολικός· hoc eſt: *Hermetis Triſmegiſti ad Tat Sermo univerſalis.* Ὁ Θεὸς τὸ θεῖον· λέγω νῦν οὐ τὸ γεννητὸν, ἀλλὰ τὸ ἀγέννητον· ἐὰν μὲν οὖν &c; (3) *tertius* Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου λόγος ἱερός· hoc eſt: *Hermetis Triſmegiſti Sermo ſacer.* Δόξα πάντων ὁ Θεὸς &c; (4) *quartus*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου πρὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Τὰτ λόγος, ὁ Κρατὴρ ἢ μονάς· hoc eſt: *Hermetis Triſmegiſti ad filium ſuum Tat ſermo, inſcriptus Crater ſive Monas.* Ἐπειδὴ τὸν πάντα κόσμον ἐποίησεν ὁ δημιουργὸς, οὐ χερσὶν, ἀλλὰ λόγῳ, &c; (5) *quintus*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου πρὸς τὸν ἑαυτοῦ υἱὸν Τὰτ, ὅτι ἀφανὴς Θεὸς, φανερώτατός ἐστιν· hoc eſt: *Hermetis Triſmegiſti ad filium ſuum Tat, quod immanifeſtus Deus, manifeſtiſſimus eſt;* Καὶ τὸν δέ σοι τὸν λόγον ὦ Τὰτ διεξελεύσομαι &c; (6) *ſextus*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου, ὅτι ἐν μόνῳ τῷ Θεῷ τὸ ἀγαθόν ἐστιν, ἀλλαχόθι δὲ οὐδαμοῦ· hoc eſt: *Hermetis Triſmegiſti, quod in ſolo Deo bonum eſt, alibi autem nuſquam.* Τὸ ἀγαθὸν ὦ Ἀσκληπιὲ, ἐν οὐδενὶ ἐστιν, εἰ μὴ ἐν μόνῳ τῷ Θεῷ· &c; (7) *ſeptimus*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου, ὅτι μέγιστον κακῶν ἐν τοῖς ἀνθρώποις, ἡ περὶ τοῦ Θεοῦ ἄγνοια· hoc eſt: *Hermetis Triſmegiſti, quod maximum malorum in hominibus eſt ignoratio Dei.* Ποῖ φέρεσθε ὦ ἄνθρωποι μεθύοντες &c; (8) *octavus*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου, ὅτι οὐδὲν τῶν ὄντων ἀπόλλυται, ἀλλὰ τὰς μεταβολὰς ἀπωλείας καὶ θανάτους πλανώμενοι λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι· hoc eſt: *Hermetis Triſmegiſti, quod nullum entium pereat, ſed quòd mutationes ab hominibus per errorem appellantur interitus & mortes.* Περὶ ψυχῆς καὶ σώματος ὦ παῖ νῦν λεκτέον· τρόπῳ μὲν ποίῳ &c; (9) *nonus*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου περὶ (10) κινήσεως καὶ αἰσθήσεως, καὶ ὅτι ἐν μόνῳ τῷ Θεῷ τὸ καλὸν καὶ ἀγαθόν ἐστιν, ἀλλαχόθι δὲ οὐδαμοῦ· hoc eſt: *Hermetis Triſmegiſti de motu & ſenſu, & quòd in ſolo Deo pulchrum eſt, alibi autem nuſquam.* Χθὲς, ὦ Ἀσκληπιὲ, τὸν τέλειον ἀποδέδωκα λόγον· νῦν δὲ &c; (11) *decimus*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου Κλείς· hoc eſt: *Hermetis Triſmegiſti Clavis.* Τὸν χθὲς λόγον, ὦ Ἀσκληπιέ, σοι ἀνέθηκα· τὸν δὲ σήμερον &c; (12) *undecimus*, Νοῦς πρὸς Ἑρμῆν· hoc eſt: *Sermo Mentis ad Hermetem.* Κατάσχες οὖν τοῦ λόγου, ὦ Τρισμέγιστε Ἑρμῆ, καὶ &c; (13) *duodecimus*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου περὶ νοῦ κοινοῦ πρὸς Τάτ· hoc eſt: *Hermetis Triſmegiſti de mente communi ad Tat.* Ὁ νοῦς, ὦ Τὰτ, ἐξ αὐτῆς τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας ἐστίν· εἴγε τις &c; (14) *decimus tertius*, Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου πρὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ Τὰτ ἐν ὄρει λόγος ἀπόκρυφος περὶ παλιγγενεσίας καὶ σιγῆς ἐπαγγελίας· hoc eſt: *Hermetis Triſmegiſti ad filium ſuum Tat in monte Sermo occultus*

(1) Vide ibi antiquum totius iſtius Codicis Indicem græcum fol. 1 & 2. (2) Vide *Franciſci Patricii* Novæ de Univerſis Philoſophiæ editionem ſecundam, Venetiis A. 1593. typis Roberti Mejetti in folio impreſſam, ubi hic Hermetis Sermo ſeu Libellus ordine eſt *ſecundus*. (3) Hic apud Patricium quoque eſt Liber *tertius*. (4) Hic apud Patricium eſt Liber *duodecimus*. Sed ibi in principio deeſt particula Ἐπειδή. (5) Hic apud Patricium quoque eſt Liber *quintus*. (6) Hic apud Patricium quoque eſt Liber *ſextus*. (7) Hic apud Patricium eſt Liber *octavus*. (8) Hic apud Patricium eſt Liber *decimus octavus*. (9) Hic apud Patricium eſt Liber *decimus quintus*. (10) In *Franciſci Patricii* editione legitur περὶ αἰσθήσεως καὶ νοήσεως, quod ille vertit, *De intellectione & ſenſu*. (11) Hic apud Patricium eſt Liber *quartus*. (12) Hic apud Patricium eſt Liber *decimus*. (13) Hic apud Patricium eſt Liber *undecimus*. (14) Hic ap. Patricium eſt Liber *ſeptimus*.

occultus de Regeneratione & ſilentii profeſſione. Ἐν τοῖς γενικοῖς, ὦ Πάτερ, αἰνιγματωδῶς &c; (1) *decimus quartus*, Ὑμνῳδία κρυπτή· hoc eſt: *Cantio arcana.* Πᾶσα φύσις κόσμου &c; (2) *decimus quintus*, *Hermetis Triſmegiſti ad Aſclepium Epiſtola*, cujus inſcriptio & principium: Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου. Ἀσκληπιῷ εὖ φρονεῖν. Ἐπεὶ ὁ υἱός μου Τὰτ, ἀπόντος σου τὴν τῶν ὄντων ἠθέλησε φύσιν μαθεῖν, &c. Cæterùm quod jam enumerata *Hermetis Triſmegiſti* Opuſcula ſint ſuppoſititia, verúſque eorum ſemi-Platonicus & ſemi-Chriſtianus Autor, non ſeculo ante Chriſtum XVIto, quo *Moyſes* natus eſt, ſed *ſecundo* circiter poſt Chriſtum ſeculo floruerit, indicavit in (3) *Prodromo Hiſtoriæ Literariæ* lib. 2. cap. 1. §. 6. Illuſtris Dnus. *Lambecius*, Anteceſſor meus, utpote ubi de *Hermetis Triſmegiſti ætate*, & de ejuſdem *Scriptis*, quæ ipſi vel antiquitus fuerunt tributa, vel etiam nunc tribuuntur, ex profeſſo ſatis prolixè diſſeruit, quem benevolus Lector, ſi placet, conſulere poterit. Ipſa verò *Hermetis* Opuſcula *Theologico-Philoſophica* edita quidem ſunt græcè & latinè à *Franciſco Fluſſate Candallâ* Burdigalæ A. C. 1574, ſed ibi comprehenduntur unico generali titulo *Poëmandri*, in *Capita ſedecim* diviſi. Quod porrò ad *Theologico-Scholaſticam* eorundem Hermeticorum Sermonum explicationem attinet, ea valdè prolixè conſcripta eſt à Fratre *Hannibale Roſſelio Calabro*, Ordinis Minorum Regularis obſervantiæ, Theologiæ & Philoſophiæ ad S. Bernardinum Cracoviæ Profeſſoris, in ampliſſimo *Commentario ad Mercurii Triſmegiſti Poëmandrum*, in *quatuor* diviſo *Libros*, quorum primus *de SS. Trinitate*, ſecundus *de Spiritu Sancto & Angelis*, tertius *de Ente, materiá, formá & rebus metaphyſicis*, quartus *de Cœlo* inſcribitur. Prodierunt hi quatuor Libri Cracoviæ A. 1584, 1585 & 1586 in folio, &, ſi bini conjunctim compingantur, duobus ſatis craſſis conſtant Voluminibus.

Quartò, & quidem à fol. 213 pag. 1, uſque ad fol. 217 pag. 1, ASCLEPII ſive ÆSCULAPII, *Hermetis* ſcilicet *Triſmegiſti diſcipuli, ad Ammonem Regem Sermones Philoſophici tres* ſuppoſititii, & *ſecundo* circiter poſt Chriſtum ſeculo ab homine ſemi-Platonicò & ſemi-Chriſtiano compoſiti, quorum primus inſcribitur atque incipit hoc modo: Ὅροι τοῦ Ἀσκληπιοῦ πρὸς Ἄμμωνα βασιλέα· Περὶ Θεοῦ, περὶ ὕλης, &c. De his *tribus Æſculapii Sermonibus*, ſeu, *Libellis* vide *Franciſci Patritii* ſecundam editionem *Venetam* (in primâ enim *Ferrarienſi* non exſtant) Novæ ſuæ de Univerſis Philoſophiæ.

Quintò, & quidem à fol. 218 pag. 1, uſque ad fol. 228 pag. 1, (4) PHILONIS *Judæi Liber ſuppoſititius de Mundo, ſive, Quòd Mundus ſit incorruptibilis*; cujus titulus & principium: ΦΙΛΩΝΟΣ περὶ κόσμου. Οὐδὲν τῶν ὄντων ἰσότιμον ὑφέστηκε τῷ Θεῷ, ἀλλ' &c; finis autem: εἴρηται κατὰ δύναμιν. Exſtat hic Liber inter *Philonis* Opera, græcè & latinè Lutetiæ Pariſiorum A. 1640 in folio edita, à pag. 1150 uſque ad pag. 1172.

Sextò, & quidem à fol. 228 pag. 1, uſque ad fol. 240 pag. 2, *ex* EUSEBII *Pamphili Opere de Præparatione Evangelicâ Excerpta varia*: nempe *Libri decimi quinti caput vigeſimum ſecundum* adverſus Stoicos, Animam corpoream eſſe non poſſe, ex Libro *Plotini* de Animâ. Εἰ δέ ἐστιν ἀθάνατος ἕκαστος ἡμῶν, &c. Reliqua Excerpta vide Lib. VII. *Commentar. Lambec.* pag. 35 & 36.

Septimò, & quidem à fol. 240 pag. 2, uſque ad fol. 266 pag. 2, XENOPHONTIS *de memorabilibus dictis & factis Socratis Libri duo priores*; quorum *primus* incipit his verbis:

(1) Hic apud Patricium eſt Appendix Libri *ſeptimi.* (2) Hic apud Patricium eſt Liber *decimus nonus.* In primâ autem Patricii Novæ de univerſi Philoſophiæ editione, Ferrariæ A. 1591. typis Benedicti Mammarelli impreſsâ, is deeſt. (3) Prodiit is in lucem Hamburgi typis Michaelis Piperi A. 1659. in folio. (4) Vide Lib. III. Lambec. Comment. pag. 258, & Lib. IV. pag. 250.

bis : Πολλάκις ἐθαύμασα &c ; *alter* autem : Ἐδόκει δέ μοι καὶ τοιαῦτα λέγων &c. Vide Operum *Xenophontis* editionem græco-latinam Leunclavianam Francofurt. typis Wechel. A. 1596 in folio, pag. 708 & 733.

CIII.

CENTESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *folio*, ſed in fine mutilus, conſtátque foliis *centum ſeptuaginta ſeptem*, quo continentur MICHAELIS *Glycæ* nonnulla capita Philoſophica, imprimis autem Epiſtolæ Theologicæ, de variis Sacræ Scripturæ controverſiis. Vide Lib. IV. *Comment. Lambec.* pag. 152, 153, 154, & ſeqq.

CIV.

CENTESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, bonæque notæ, in *folio*, ſed lacerus, & in principio ac fine mutilus, conſtátque nunc foliis *centum triginta ſeptem*, quo continentur APOLLONII *Rhodii* Argonautica.

CV.

CENTESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *centum ſeptuaginta quinque*, olim ab *Augerio de Busbecke* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur

Primò : DEMOSTHENIS, *Oratoris Athenienſis*, Orationes quædam, notis marginalibus hinc inde illuſtratæ.

Secundò : THEODORI *Prodromi* Grammaticalia quædam.

CVI.

CENTESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *folio*, conſtátque foliis *quindecim*, quo continentur HIMERII *Sophiſtæ* Orationes tres, hactenus, quod ſciam, ineditæ, quas M. *Elias Ebingerus*, Bibliothecarius quondam Auguſtanus ex eâdem Bibliothecâ ſuâ manu deſcripſit, donoque miſit ad CL. Virum Sebaſtianum Tengnagelium A. C. 1629.

CVII.

CENTESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ſedecim*, quo continentur NICOLAI *Meſaritæ* Epiſtolæ duæ, ſcriptæ d. 20. Julii A. C. 1203, ad *Theodorum Laſcarim* Imperatorem & Archiepiſcopum Præconneſi.

CVIII.

CENTESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis ſeptuaginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 23 pag. 2, *ZANATÆ*, *Philoſophi Perſæ*, *Geomantia*, *ab Arſenio Monacho ex Perſicâ in Græcam linguam verſibus politicis translata*, in præſenti Codice mutila, de quâ vide plura infrà in recenſione Codicis CLXXVIIIni, num. 1.

Secundò, & quidem à fol. 24 pag. 1, uſque ad fol. 356 pag. 2, *ANONYMI cujuſdam Autoris Syntagma Aſtrologicum*, *in Capita ducenta diviſum*, cui, præter varias diverſorum anonymorum Autorum Inſtitutiones & Obſervationes Aſtrologicas, inſertæ etiam ſunt *Georgii Chryſococcæ Tabulæ Aſtronomicæ, Geographicæ & Chronologicæ*; item *Sethi Patriarchæ Aſtronomia*, *ab Angelo ipſi tradita*, *Petoſiris Organum Aſtrologicum ad Nechepſum Regem Ægypti*; *Ammonii*, *filii Hermiæ*, *Joannis Camateri*, & *Joannis Philoponi Libelli tres de uſu Aſtrolabii*; & *Claudii Ptolemæi*, *Theophili*, *Dorothei Sidonii*, *Petoſiris Ægyptii*, *Antigoni Nicæni*, *Joannis Camateri*, *Valentis Antiocheni*, *Hephæſtionis Thebani*, *Stephani Alexandrini*, *Porphyrii*, *Antiochi*, *Apollinarii*, *atque Critodemi Apoteleſmatica*.

Tertiò, & quidem fol. 29 pag. 1 & 2, & à fol. 357 pag. 1, uſque ad fol. 371 pag. 2, *MISCELLANEA quædam Cabaliſtica & Magica cum eo pertinentibus characteribus & figuris*.

CIX.

CENTESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis viginti duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 117 pag. 2, *PLATONIS Dialogi octò*: nempe *Socratis Apologia*, *Crito*, *Phædo*, *Axiochus*, *Alcyon*, *Menexenus*, *Phædrus* & *Gorgias*; ex quibus, *primus*, *ſecundus*, *tertius*, *ſextus*, *ſeptimus* & *octavus* genuini, *quartus* autem & *quintus* ſuppoſititii ſunt.

Secundò, & quidem à fol. 117 pag. 2, uſque ad fol. 212 pag. 1, *EJUSDEM Libri decem de Republicâ*, quorum *primus* incipit: Κατέβην χθὲς εἰς Πειραιᾶ &c.

Tertiò, & quidem à fol. 212 pag. 2, uſque ad fol. 218 pag. 1, *TIMÆI Locri*, Philoſophi Pythagorei celeberrimi, qui ſeculis ante Chriſtum, partim *quinto*, partim *quarto*, floruit, *Liber de Animâ Mundi & Naturâ*, Dialecto *Doricâ* conſcriptus, cujus titulus & principium: Τιμαίω Λοκρῶ περὶ ψυχᾶς κόσμω καὶ φύσιος. Τίμαιος ὁ Λοκρὸς τάδ' ἔφα· δύο αἰτίας εἶμεν τῶν συμπάντων &c. Exſtat hic *Timæi* Liber inter Opera *Platonis*, quia *Plato* illum Dialogo ſuo, quem eâ de causâ *Timæum* inſcripſit, Commentarii vice dilucidiùs explicavit.

Quartò, & quidem à fol. 219 pag. 1, uſque ad fol. 229 pag. 2, *XENOPHONTIS Athenienſis*, Philoſophi, Hiſtorici, Oratoris & Imperatoris clariſſimi, qui *Socratis* fuit diſcipulus,

ſcipulus, & ſeculo ante Chriſtum *quarto* præcipuè floruit, Συμπόσιον ſive *Convivium*, cujus titulus & principium: (1) Ξενοφῶντος, Ῥήτορος καὶ φιλοσόφου Συμπόσιον. Ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ τῶν καλῶν καὶ ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔργα, &c.

Quintò, & quidem à fol. 230 pag. 1, uſque ad fol. 246 pag. 1, *PLATONIS Epiſtolæ decem*: quarum *prima* ad *Dionyſium Juniorem*, Syracuſanorum Tyrannum, inſcribitur atque incipit hoc modo: Πλάτωνος Ἐπιστολαί. (2) Πλάτων Διονυσίῳ εὖ πράττειν. Διατρίψας ἐγὼ παρ' ὑμῖν χρόνον τοσοῦτον &c.; *ſecunda* ad *Dionyſium*, Ἤκουσα Ἀρχεδήμου &c; *tertia* ad *Dionyſium*, Ἐπιστείλας, ἆρ' ὀρθῶς &c; *quarta* ad *Dionem Syracuſanum*, Οἶμαι μὲν, φανερὰν εἶναι &c; *quinta* ad *Perdiccam*, Εὐφραίῳ μὲν συνεβούλευσα &c; *ſexta* ad *Hermiam*, *Eraſtum* & *Coriſcum*, Ἐμοὶ φαίνεται Θεῶν τις &c; *ſeptima ad Dionis Syracuſani propinquos & familiares*, Ἐπεστείλατέ μοι νομίζειν &c; (3) *octava* ad *Archytam Tarentinum*, Ἀφίκοντο πρὸς ἡμᾶς &c; (4) *nona* ad *Ariſtodorum*, Ἀκούω Δίωνος ἐν τοῖς μάλιστα &c; (5) *decima* ad *Dionyſium Juniorem*, Syracuſanorum Tyrannum, Ἀρχή σοι τῆς ἐπιστολῆς ἔστω &c. Deſunt ergò hîc *Epiſtolæ tres*; quia *Diogenes Laërtius* expreſſè refert, ſuâ ætate *tredecim Platonis Epiſtolas* exſtitiſſe; & re verâ totidem etiamnunc exſtant in ſuprà citatis Operum *Platonis* editionibus impreſſis: de quibus quid cenſeat *Photius* Patriarcha Conſtantinopolitanus, vide in *Epiſtolâ* ipſius *ducenteſimâ ſeptimâ* ad *Amphilochium* Metropolitanum Cyzicenum.

Sextò, & quidem à fol. 246 pag. 2, uſque ad fol. 247 pag. 2, *PLATONIS Definitiones*, quarum titulus & principium: Πλάτωνος ὅροι. Ἀΐδιον, τὸ κατὰ πάντα χρόνον καὶ πρότερον ὂν, καὶ &c. Quamvis autem harum *Definitionum* nulla à *Laërtio* in *Vitâ Platonis* fiat mentio, eas tamen ut genuinas defendit *Iſaacus Caſaubonus* in Annotationibus ad caput tertium Characterum ethicorum *Theophraſti*, cum tamen re verâ *Speuſippi* ſint, *Potonæ*, *Sororis Platonis filii*, ejuſque diſcipuli, & in Scholâ ſucceſſoris.

Septimò, & quidem à fol. 247 pag. 2, uſque ad fol. 251 pag. 2, ANONYMI cujuſdam eclogarii *Excerpta ex Diogenis Laertii Libris decem de Vitis*, *Dogmatibus & Apophthegmatibus illuſtrium veterum Philoſophorum Græcorum*; quorum titulus & principium: Λαερτίου Διογένους ἐκ τῶν εἰς δέκα γνωμῶν φιλοσόφους ἕλληνας λόγων. Ὅτι φασί τινες, τὸ τῆς φιλοσοφίας ἔργον ἀπὸ βαρβάρων ἄρξαι· γεγενῆσθαι γὰρ &c.

Octavò, & quidem fol. 251 pag. 1 & 2, *LYSIDIS Pythagorei Epiſtola ad Hipparchum*, cujus titulus & principium: Λύσιδος τοῦ Πυθαγορείου ἐπιστολὴ πρὸς Ἵππαρχον. Μετὰ τὸ Πυθαγόραν ἐξ ἀνθρώπων γενέσθαι, &c. Exſtat ea in Appendice editionis græcolatinæ *Diogenis Laërtii* Pariſiis typis Henrici Stephani A. 1594 in octavo, pag. 875.

Nonò, & quidem à fol. 252 pag. 1, uſque ad fol. 319 pag. 1, *DIONIS Pruſæenſis*, ob eloquentiam cognominati *Chryſoſtomi* (6) qui ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub *Imp. Trajano* potiſſimùm floruit, *Orationes*, ſeu, *Declamationes rhetoricæ ſeptendecim*; quarum prima *de Gloriâ* inſcribitur atque incipit hoc modo: Δίωνος τοῦ παρ' ἕλλησι Χρυσοστόμου ῥητορικαὶ μελέται. Περὶ δόξης λόγος α΄. Εἰσί τινες οἳ τὸν μὲν φιλαργύρους &c; ſecunda *de Gloriâ*:

(1) Vide Operum *Xenophontis* editionem græco-latinam Sylburgianam pag. 872. (2) In ſuprà citatis Operum *Platonis* editionibus impreſſis attribuitur hæc Epiſtola non *Platoni*, ſed *Dioni Syracuſano*, & inſcribitur Δίων Διονυσίῳ εὖ πράττειν. (3) Hæc in editionibus impreſſis eſt *nona*. (4) Hæc in editionibus impreſſis eſt *decima*. (5) Hæc in editionibus impreſſis eſt Epiſtola *decima tertia*, atque ibi habetur pro nothâ ſive ſuppoſititiâ. (6) De *Dionis Chryſoſtomi* Vitâ & ſcriptis conſulendi præcipuè ſunt *Philoſtratus* Libro primo de Vitis Sophiſtarum, *Syneſius* in Oratione, quæ inſcribitur *Dion*, *Photius* Patriarcha Conſtantinopolitanus in recenſione Codicis Bibliothecæ ſuæ ducenteſimi noni, & *Suidas* ſub nomine Δίων.

riâ: περὶ δόξης δεύτερος. Τίνι γὰρ δοκεῖ σοι μάλιστα διαφέρειν ὁ σώφρων &c; tertia, quæ eſt de Fortunâ prima: περὶ τύχης λόγος α΄. Οἱ ἄνθρωποι ἐοίκασι πρὸς τὴν τύχην διακεῖσθαι &c; quarta, quæ eſt de Fortunâ ſecunda: περὶ τύχης, δεύτερος. Τὰ γινόμενα περὶ τῶν ἀνθρώπων &c; quinta, quæ eſt de Fortunâ tertia: περὶ τύχης τρίτος. Οἱ σφόδρα τῇ τύχῃ πεπιστευκότες &c; ſexta, ſive, Achilles: Ἀχιλλεύς. Ὁ Ἀχιλλεὺς τὸν Χείρωνα ἤρετο· &c; ſeptima, nempe *Olympica*, *ſeu*, *de primâ DEI cognitione*: Ὀλυμπικὸς, ἢ, περὶ τῆς πρώτης τοῦ Θεοῦ ἐννοίας. Ἀλλ᾽ ἦ τὸ λεγόμενον, ὦ ἄνδρες, &c; octava, nempe *Neſſus*, *ſeu Dejanira*: Νέσσος ἢ Δηϊάνειρα. Ἔχεις μοι λῦσαι ταύτην τὴν ἀπορίαν &c; nona, quæ eſt *de Regno prima*: περὶ βασιλείας λόγος πρῶτος. Φασί ποτε Ἀλεξάνδρῳ τῷ βασιλεῖ τὸν αὐλητὴν Τιμόθεον &c; decima, quæ eſt *de Regno ſecunda*: περὶ βασιλείας λόγος β΄. Λέγεταί ποτε Ἀλέξανδρον τῷ πατρὶ Φιλίππῳ &c; undecima, quæ eſt *de Regno tertia*: περὶ βασιλείας λόγος τρίτος. Σωκράτης Ἀθήνησι πρεσβύτης ἀνὴρ καὶ πένης &c; duodecima, quæ eſt *de Regno quarta*: περὶ βασιλείας λόγος δ΄. Φασί ποτε Ἀλέξανδρον Διογένει συμβαλεῖν, οὐ πάνυ τι σχολάζοντα, &c; decima tertia, nempe *Fabula Libyca*: Μῦθος Λιβυκός. Μῦθον Λιβυκὸν ἐκπονεῖν, καὶ περὶ τὰ τοιαῦτα &c; decima quarta, nempe *Trojana de Ilio non capto*: Τρωικὸς ὑπὲρ τοῦ Ἴλιον μὴ ἁλῶναι. Οἶδα μὲν ἔγωγε σχεδὸν, ὅτι διδάσκειν μὲν ἀνθρώπους &c; decima quinta, nempe *de Homero*: περὶ Ὁμήρου. Ὁ μὲν Δημόκριτος περὶ Ὁμήρου φησὶν οὕτως· &c; decima ſexta, nempe *de Socrate*: περὶ Σωκράτους, Ἐπεὶ φαίνη καὶ τἆλλα Σωκράτους ἐπαινέτης &c; decima ſeptima, nempe *de Avaritiâ*: περὶ πλεονεξίας. Οἱ μὲν πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ὑπὲρ τούτων οἴονται λέγειν, &c. Operæ pretium, ut opinor, fuerit, Orationes haſce manuſcriptas conferri cum impreſsâ *Orationum Dionis Chryſoſtomi* editione græco-latinâ Pariſinâ *Federici Morelli* A. 1604 in folio.

Decimò, & quidem à fol. 319 pag. 1, uſque ad fol. 320 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Eclogarii *Excerpta ex reliquis Dionis Chryſoſtomi Scriptis*; quorum titulus & principium: Ἐκλογαὶ ἐκ τῶν λοιπῶν τοῦ Δίωνος συγγραμμάτων. Δεῖν ἔλεγε τὸν φρόνιμον ἄνδρα ὥσπερ τὸν ἀγαθὸν ἰατρὸν &c.

Undecimò, & quidem fol. 321 pag. 1 & 2, *DIONIS Chryſoſtomi Oratio de Regno & Tyrannide*; cujus titulus & principium: Περὶ βασιλείας καὶ τυραννίδος. Καὶ μὴν εἴ τις ἑνὸς ἀνδρὸς οὐχ οἷός τε ἐστὶν ἄρχειν, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 321, pag. 2, uſque ad fol. 322 pag. 2, *EJUSDEM Chryſoſtomi Oratio*, inſcripta *Philoctetes*, cujus principium: Φοβοῦμαι, μήποτε μάτην κατ᾽ ἐμοῦ φανῶσιν. &c.

CX.

CENTESIMUS DECIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, ſed bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *quingentis quadraginta quatuor*, & primùm quidem pertinuit ad *Mathuſalam*, *Monachum Sancti Montis Sinai*, qui illum totum ſuâ manu ad proprium uſum ſcripſit; poſteà autem ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, comparatus eſt *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 2 pag. 1, *GEORGII Pachymeris Prolegomena in Ariſtotelis Libros octo Naturalis Auſcultationis* ſive *Phyſicorum*. Ipſa tituli græci verba cum principio ſunt hæc : Γεωργίου τοῦ Παχυμέρους, τίς ὁ σκοπὸς τοῦ παρόντος βιβλίου. Σκοπὸς τοῦ παρόντος βιβλίου ἐστὶ, ζητῆσαι περὶ τῶν ἀρχῶν τῶν ὄντων. &c.

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 1, uſque ad fol. 11 pag. 1, *SIMPLICII Prolegomena in Ariſtotelis Libros octo Naturalis Auſcultationis* ſive *Phyſicorum*; quorum titulus & principium : Θεμιστίου Προλεγόμενα εἰς τὴν φυσικὴν Ἀριστοτέλους ἀκρόασιν. Τὸν σκοπὸν τῆς Ἀριστοτέλους φυσικῆς ἀκροάσεως μαθεῖν ἐστὶ ῥαδίως, εἰ τῆς κατ' αὐτὸν διαιρέσεως τοῦ φυσικοῦ μέρους τῆς φιλοσοφίας ἐπιμνησθείημεν· &c. Vide *Commentariorum Simplicij in Ariſtotelis octo Phyſicorum Libros* editionem *græcam* Aldinam A. 1526 in folio, & eorundem editionem *latinam* Joannis Vincentii à Collibus Venetiis typis Hieronymi Scoti An. 1587. itidem in folio.

Tertiò, & quidem fol. 11 pag. 2, *Mathuſalæ*, cognomine *MACHIRIS*, *Monachi Sancti Montis Sinai, Obſervationes duæ Phyſicæ de Principiis naturalibus*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit hoc modo : Σημείωσαι καὶ ταῦτα τῷ φιλομαθεστάτῳ ἐγὼ Μαθουσάλας μονάζων. ὁ Μαχείρ. Αἱ διαφοραὶ τῶν ἀρχῶν τοῦ Δημοκρίτου· θέσις, σχῆμα, &c.

Quartò, & quidem à fol. 12 pag. 1, uſque ad fol. 27 pag. 2, *THEMISTII Paraphraſis in Ariſtotelis Librum primum Analyticorum poſteriorum*; cujus titulus & principium : Θεμιστίου Παράφρασις εἰς τὸ πρῶτον τῆς ἀποδεικτικῆς Ἀριστοτέλους. Ἐμοὶ συντάττεσθαι μὲν ἐξηγήσεις τῶν Ἀριστοτελικῶν βιβλίων μετὰ τοσούτους τε καὶ τοιούτους, οὐ δοκεῖ &c. Plura de hâc *Themiſtii Paraphraſi* vide ſuprà in recenſione Codicis XLImi, num. 7.

Quintò, & quidem à fol. 28 pag. 1, uſque ad fol. 243 pag. 2, *EJUSDEM Paraphraſis in Libros octo Naturalis Auſcultationis* ſive *Phyſicorum Ariſtotelis*, cujus titulus & principium : Πρόκειται τῇδε τῇ συγγραφῇ, ἐπιστήμην τινὰ ποιήσασθαι τῆς τε φύσεως καὶ &c. Notandum autem eſt *Themiſtianæ* illi *Paraphraſi in Librum primum, quartum, ſextum, ſeptimum* & *octavum*, adſcripta ibidem eſſe in margine etiam *Simplicii Scholia* in eoſdem Phyſicorum Libros, ex ſuprà memoratis integris ejus & ampliſſimis Commentariis à *Mathuſalâ Monacho* excerpta. Huc inſuper accedunt *MICHAELIS PSELLI Argumenta & propriæ quædam Conſiderationes in Librum ſextum & ſeptimum* ſub hoc titulo : Ἀριστοτέλους φυσικῆς ἀκροάσεως ς', μετ' ἐπιστάσεων Μιχαὴλ ὑπερτίμου τοῦ Ψελλοῦ.

Sextò, & quidem à fol. 244 pag. 1, uſque ad fol. 249 pag. 2, *MATHUSALÆ, Monachi Sancti Montis Sinai, Excerpta quædam de Fato ex Alexandri Aphrodiſienſis Libro ſecundo de Animâ*; item *de Sanctiſſimâ Trinitate ex Hermete Triſmegiſto, Platone, Ariſtotele*, & *Eunomio*.

Septimò, & quidem à fol. 250 pag. 1, uſque ad fol. 368 pag. 2, *THEMISTII Paraphraſis in Ariſtotelis Libros tres de Animâ*; quæ incipit : Περὶ ψυχῆς, ὅσα δυνατὸν σὺν ἐπιστήμῃ λαβεῖν, ἀκολουθοῦντας Ἀριστοτέλει, &c. Plura de hâc *Themiſtii Paraphraſi* vide infrà in recenſione Codicis CXXXIXni, num. 6. Notandum porrò eſt, *Themiſtianæ* illi *Paraphraſi* in poſteriori hoc Codice manuſcripto adſcripta eſſe in margine etiam *Alexandri Aphrodiſienſis Scholia*, ex Libris ejus *duobus de Animâ* à *Mathuſalâ Monacho* excerpta, unà *cum propriis quibuſdam ejuſdem Mathuſalæ Annotationibus*.

Octavò, & quidem à fol. 369 pag. 1, uſque ad fol. 375 pag. 1, *EJUSDEM Paraphraſis in Ariſtotelis Librum de Memoriâ*, & *Reminiſcentiâ*, quæ incipit his verbis :

Περὶ

Περὶ δὲ μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν λεκτέον τί ἐστι, καὶ &c. Vide Operum Themiſtii editionem græcam Venetam Aldinam A. 1534. fol. 96 pag. 1.

Nonò, & quidem à fol. 376 pag. 1, uſque ad fol. 415 pag. 1, *ARISTOTELIS Liber de Senſu & ſenſilibus*, *Liber de Memoriâ & Reminiſcentiâ*, *Liber de Somno & Vigiliâ*, *Liber de Inſomniis*, & *Liber de Divinatione per ſomnum*, cum *Mathuſalæ*, *Monachi Sancti Montis Sinai*, *Annotationibus græcis* ſparſim adjectis.

Decimò, & quidem à fol. 415 pag. 2, uſque ad fol. 416 pag. 1, *MATHUSALÆ*, *Monachi Sancti Montis Sinai*, *Annotatio Medico-Phyſica*, *cur ſeptimeſtres & novimeſtres partus vitales ſint, octimeſtres autem minimè*; cujus principium: Διὰ τί τὰ ἑπταμηνιαῖα καὶ ἐννεαμηνιαῖα ζωογονεῖται, τὰ δὲ ὀκταμηνιαῖα &c. Φυσικὴ αἰτία εἰς τὸ αὐτό. Ἐὰν πληρωθῇ ἡ μήτρα &c. Vide etiam de eâdem quæſtione *Hippocratem* peculiaribus duobus Libris de Septimeſtri & Octomeſtri partu, Ariſtotelem libr. 7. Hiſtor. Animal. cap. 4. *Alexandrum Aphrodiſienſem* Problemate quadrageſimo ſeptimo Libri ſecundi, pag. 313. editionis græcæ Sylburgianæ Operum Ariſtotelis Tomo VII. & *Aulum Gellium* Noctium Atticarum lib. 3. cap. 16.

Undecimò, & quidem à fol. 416 pag. 1, uſque ad fol. 421 pag. 1, *MICHAELIS PSELLI fragmenta quædam de Mente, de Animâ, de Platonicâ Pſychogoniâ, & de Ideis*; quorum primum inſcribitur atque incipit his verbis: Μιχαὴλ ὑπερτίμου τοῦ Ψελλοῦ περὶ νοῦ καί. Ὁ πᾶς νοῦς μετέχεται ὑπὸ πάσης ψυχῆς· ὁ δὲ πρῶτος νοῦς οὐδεμίας ψυχῆς μεθεκτός ἐστιν. ὁ γὰρ &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 421, pag. 1, uſque ad fol. 433 pag. 1, S. *MAXIMI* τοῦ Ὁμολογητοῦ ſive *Confeſſoris*, qui (1) aliàs etiam *Monachus*, *Abbas*, & *Martyr* ſolet appellari, & A. C. 662. obiit, *Fragmenta quædam de Animâ*; quorum primum inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ ὁσιωτάτου ΜΑΞΙΜΟΥ τοῦ Ὁμολογητοῦ, μερικόν. Εἰ γὰρ ἀνθρώπου μέρη, καθὼς παραποδέδοται, τὸ σῶμα καὶ ἡ ψυχὴ τυγχάνουσι. τὰ δὲ μέρη &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 434 pag. 1, uſque ad fol. 456 pag. 1, Excerpta quædam ex S. *GREGORII*, *Epiſcopi Nyſſeni*, *Hexaëmero*, quorum primum inſcribitur: Ὅτι διὰ τῶν αἰσθήσεων ὁ νοῦς ἐνεργεῖ. Plura hâc de re vide Libri primi Lambec. Comment. pag. 99.

Decimo quartò, & quidem à fol. 457 pag. 1 & 2, *ex JOANNIS Metropolitæ Naupacti Epiſtolâ Excerptum de Aëre*; cujus titulus & principium: Ἐξ ἐπιστολῆς ταῦτα Ἰωάννου Μητροπολίτου Ναυπάκτου. Ἀὴρ δὲ φύσει θερμὸς &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 458 pag. 1, uſque ad fol. 484 pag. 2, *NEMESII Epiſcopi Opuſcula tria*; quorum *primum de Junctione Animæ & Corporis* inſcribitur atque incipit hoc modo: Νεμεσίου Ἐπισκόπου τοῦ Ἀδαμαντίνου περὶ ἑνώσεως ψυχῆς καὶ σώματος ζητητέον δὲ, πῶς ψυχῆς καὶ σώματος ἀψύχου γίνεται ἕνωσις· ἄπορον γὰρ &c; *ſecundum de Elementis*: Περὶ στοιχείων. Τὸ στοιχεῖον τὸ κοσμικὸν &c; *tertium de quinque Senſibus*: Περὶ τοῦ φανταστικοῦ. Φανταστικὸν μὲν ἐν ἐστι δύναμις τῆς ἀλόγου ψυχῆς διὰ τῶν αἰσθητηρίων &c. Vide R. P. *Philippi Labbæi* S. J. Diſſertationem de Scriptoribus Eccleſiaſticis Tom. II. pag. 100.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 484 pag. 2, uſque ad fol. 488 pag. 1, *GEORGII GEMISTI Plethonis*, qui ſeculo poſt Chriſtum *decimo quinto* cum *Cardinale Beſſarione* floruit,

(1) Vide Lib. III. Lambecianorum Commentariorum pag. 252.

ruit, *Fragmentum de Fato*; cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου Γεωργίου τοῦ Γεμιστοῦ περὶ Εἱμαρμένης θαυμάσιον· οἶμαι δὲ τοῦτον εἶναι καὶ Πληθώνα καὶ Πλήθωνα· εἰς ἃ καὶ Γεώργιον τὸν Σχολάριον ἀπηντημένον εὕρημεν σοφῶς ἄγαν καὶ θαυμασίως. Πότερα δὲ ὥρισταί τε καὶ εἵμαρται ἅπαντα τὰ μέλλοντα &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 488 pag. 1, uſque ad fol. 489 pag. 2, *MICHAELIS Pſelli Fragmentum de Neceſſitate*, cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου καὶ ὑπερτίμου Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ περὶ ἀνάγκης. Ἀνάγκην ὀνομάζουσιν οἱ φιλόσοφοι &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 490 pag. 1, uſque ad fol. 510 pag. 2, *Excerpta ex GEORGIO PACHYMERE de Cœlo, Sole, Eclipſi Solari, Diebus & Noctibus, & de quatuor Anni Temporibus*; quorum titulus & principium: Γεωργίου τοῦ Παχυμέρους περὶ Οὐρανοῦ. Τὸ διῆκον ἀπὸ τῆς κυρτῆς ἐπιφανείας τοῦ στερεώματος ἕως τοῦ κοίλου τῆς σεληνιακῆς σφαίρας &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 510 pag. 2, uſque ad fol. 515 pag. 1, *NICEPHORI Blemmydæ Fragmentum Geographicum*, cujus titulus & principium: Περὶ οἰκήσεων τοῦ Βλεμμύδους. Οἰκουμένης καθ' ὑπόθεσιν ὅλης τῆς γῆς, τῶν οἰκήσεων αἱ μὲν, περίσκιοι λέγονται, αἱ δ' ἀμφίσκιοι, δ' ἑτερόσκιοι· περίσκιοι μὲν &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 515 pag. 2, uſque ad fol. 528 pag. 1, *MATHUSALÆ Monachi Sancti Montis Sinai*, Excerpta varia; inter quæ ſunt *Philoſophica* quædam *ex Suidæ Lexico*.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 528 pag. 1, uſque ad fol. 531 pag. 1, *MICHAELIS Pſelli Allegoriæ quarundam Fabularum Poëticarum*, quarum titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ ἀναγωγαί. Ἀναγωγὴ εἰς τὸν Τάνταλον. Πάλιν &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 531 pag. 2, uſque ad fol. 532 pag. 1, *ex SUIDÆ Lexico Excerptum de Motu*; cujus titulus & principium: Ἐκ τοῦ Σουίδα Βίβλου. Κίνησις. Τῆς κατὰ τόπον κινήσεως &c. Vide Lexici Suidæ editionem græco-latinam Æmilii Porti pag. 1460.

Vigeſimo tertiò, & quidem fol. 532 pag. 2, *ANONYMI* cujuſdam Autoris *Epigrammata quædam in Hortum*, quorum *primum* incipit: Ὁρᾷς θεατὰ φυτῶν τὴν χάριν, &c.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 533 pag. 1, uſque ad fol. 538 pag. 1, *THEODORI Prodromi*, qui principio ſeculi poſt Chriſtum duodecimi ſub *Imp. Alexio Commeno* floruit, *Poëma Aſtronomicum verſibus politicis ad Sebaſtocratoriſſam Irenen*; cujus titulus & principium: Στίχοι συντεθέντες παρὰ τοῦ μακαριωτάτου Φιλοσόφου, κυροῦ Θεοδώρου τοῦ Προδρόμου τῇ Σεβαστοκρατορίσσῃ, Κυρίᾳ Εἰρήνῃ. Εἶγε ψυχὴ Βασίλισσα μεγαλοπρεπεστάτη &c.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 539 pag. 1, uſque ad fol. 543 pag. 2, *ex THEODORETI, Epiſcopi Cyrenſis, Opere Therapeutices ſive Curationis ethnicarum affectionum Excerpta de Materiâ Mundi, de Generatione, de Naturâ hominis, & de Animâ*; quorum *primum* inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ μακαρίου Θεοδωρήτου περὶ ὕλης κόσμου. (1) Ξενοφάνης μὲν οὖν ὁ Ὀρθομένους, ὁ Κολοφώνιος, ὁ τῆς Ἐλεατικῆς αἱρέσεως ἡγησάμενος, &c.

Vigeſimo

(1) Vide editionem ejus Operis græco-latinam Sylburgianam Commelinianam, Serm. IV. pag. 57; ſed ibi legitur περὶ ὕλης καὶ κόσμου.

Vigeſimo ſextò, & quidem fol. 544 pag. 1 & 2, *ex* PLATONIS *Epiſtolâ* (1) *ſeptimâ ad Dionis Syracuſani propinquos & familiares Excerptum*, cujus titulus & principium: Πλάτων ὁ ἐξ ἐπιςολῆς πρὸς τοὺς ἑταίρους τοῦ Δίωνος. Ἔστι τῶν ὄντων ἑκάςῳ, δι᾽ ὧν τὴν ἐπιςήμην ἀνάγκη παραγίνεσθαι, τρία· &c.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem fol. 545 pag. 1, *ex* SUIDÆ *Lexico Excerptum de Phyſicâ*; cujus titulus & principium: Ταῦτα ἐκ τοῦ Σουΐδα βίβλου. Φυσικὸς λόγος. Παρὰ φιλοσόφοις μετὰ τὸν ἠθικὸν διεξέρχονται περὶ τοῦ φυσικοῦ, τουτέςι, περὶ σωμάτων, περὶ ἀρχῶν καὶ ςοιχείων, &c. Vide ſuprà citatam editionem græco-latinam pag. 1100.

CXI.

CENTESIMUS UNDECIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus, in *folio*, conſtátque foliis *quadraginta duobus*. Continetur eo *Achmetis*, filii (2) *Sereim*, qui (3) *Mamunis*, vel Mammunis (4) *Caliphæ Babylonii*, (eruditiſſimi, diſciplinisque *Mathematicis*, tum præcipuè *Geometriæ* & *Aſtronomiæ* deditiſſimi) *Oneirocrites*, ſive *Somniorum Interpres* fuit, *Oneirocriticon*, ſive, *Opus de Interpretatione Somniorum ſecundum Indorum, Perſarum & Ægyptiorum doctrinam*, in *Capita trecenta quatuor diviſum*, cujus *Inſcriptio generalis* eſt hæc: Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, Βιβλίον ὀνειροκριτικὸν, ὅπερ συνῆξε καὶ συνέταξεν ἈΧΜΕΤ υἱὸς ΣΗΡΕΪΜ, ὁ ὀνειροκρίτης τοῦ (5) Πρώτου Συμβούλου ΜΑΜΟΥΝ. Primum autem Caput, quod Præfationem continet, eſt tale: Πρόλογος τῶν ὀνειράτων· κεφάλαιον α΄. Πολλὰ κοπιάσας εἰς τὸ ἀνευρεῖν τῷ (6) Δεσπότῃ μου τὴν ἀκριβῆ ἑρμηνείαν τῶν ὀνειράτων, &c. Primus hoc *Oneirocriticon* ex *Joannis Sambuci* antiquo Codice manuſcripto Græco *latinè* vertit, & tantùm *latinè* edidit *Joannes Leunclavius* Francofurti typis Andreæ Wecheli A. 1577 in octavo: ſed adeò imperfectè ac mutilè, ut ſtatim in principio integra ferè *quatuor*, & ibidem aliàs plura etiam deſint *Capita*; nec ſub vero *Achmetis* nomine, ſed ſub falſo *Apomaſaris*. Edidit deinde idem *Oneirocriticon* ſub *Achmetis filii Seirim* nomine *græcè* & *latinè* V. CL. *Nicolaus Rigaltius*, cum *Artemidori Oneirocritico*, Lutetiæ Pariſiorum typis Claudii Morelli A. 1603 in quarto, & quidem *ex duobus antiquis Bibliothecæ Regiæ Pariſinæ Codicibus manuſcriptis*, ſed principio mutilis; ideóque etiam in eâ editione, non ſolùm *Inſcriptio Operis*, ſed & totum *Caput primum*, ſive, *Proœmium* deeſt, exceptis paucis hiſce ultimus verbis - - - τοῦ τῆς παρούσης σοφίας, δι᾽ ἧς ἡ τοῦ μέλλοντος ἔκβασις προγινώσκεται. Cæterùm *Achmetem*, *filium Sereim*, profeſſione Ὀνειροκρίτην ſive *Somniorum Interpretem* perperàm confundi cum *Achmete Syro*, *filio Abramii*, *nepote Chaletis*, profeſſione *Medico*, ipſumque *Achmetem*, *filium Sereim*, ſub eruditiſſimo & diſciplinis *Mathematicis* deditiſſimo Principe *Mamune* ſeu *Mamone*, vel

(I) 3 *Maimo-*

(1) Vide Operum Platonis editionem græco-latinam Lugdunenſem pag. 719. (2) Ita in hoc Codice MSto legitur, nempe Σηρεὶμ ſive *Sereim*, non autem Σειρὴμ ſive *Seirem*, vel Σειρεὶμ ſive *Seireim*, ut in aliis nonnullis antiquis Codicibus promiſcuè ſcriptum reperitur. (3) Nomen hoc variè ſcriptum occurrit, nempe *Mamun*, *Mammun*, *Mamon* & *Mammon*. (4) *Calipha* ſeu potius *Chalifa*, appellatur ſucceſſor Pſeudo-Prophetæ Muhammedis in Religione & Imperio Muhammedanorum; quâ de re vide plura apud *Valentinum Schindlerum* in Lexico Pentaglotto. (5) Notabile eſt, *Mamunem* non ſolùm in hâc Inſcriptione, verùm etiam in ipſo Oneirocritico cap. 18, 19, 36, 45, 143, 154 & 193, honoris causâ appellari Πρῶτον Σύμβουλον, vel unicâ voce Πρωτοσύμβουλον, hoc eſt, *Primum Conſiliarium*, nempe *Pſeudo-Prophetæ Muhammedis*; cumque titulum Græcum uſurpari pro Arabico titulo *Calipha*, quòd *Mamun*, tanquam unus ex Succeſſoribus Muhammedis, de Religione Muhammedanâ præcipuè conſulendus fuerit. (6) Per Deſpotam ſive Dominum intelligitur hîc ipſe *Mamun*.

Maimone, *Calyphâ Babylonio*, qui A. C. 813 cœpit imperare, & A. C. 833 obiit, floruiſſe religioneque fuiſſe *Chriſtianum*, origine *Græcum*, & *Oneirocriticon* ſuum græcè ſcripſiſſe, prolixiùs docet CL. Lambecius Lib. VII. Comment. pag. 265 & ſeqq.

CXII.

CENTESIMUS DUODCIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, pervetuſtus & bonæ notæ, in *folio*, ſed principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *viginti quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 8 pag. 2, & à fol. 10 pag. 1, uſque ad fol. 22 pag. 2, *Imp. CONSTANTINI Porphyrogeniti Geoponica ſive Commentaria de Agriculturâ*, de quibus Libri *ſecundi* Lambecianorum Commentariorum pag. 537, 538, 539 & 540, & Libri *ſexti* pag. 163, 164 & 165 in recenſione Codicis manuſcripti (1) Medici Græci XLIXni, jam ſatis prolixa mentio facta eſt. Quamvis autem præſens hoc eorum exemplar manuſcriptum injuriâ temporis admodum imperfectum, & culpâ imperiti Bibliopegi, qui verum foliorum ordinem prorsùs invertit, valdè confuſum ſit, magna tamen ejus habenda eſt ratio, quoniam à *duobus* iſtis Codicibus manuſcriptis, ex quibus prima editio impreſſa, tùm latina, tùm græca, in lucem prodiit, diverſum eſt, & ab iiſdem variis modis non mediocriter diſcrepat.

Secundò, & quidem fol. 9 pag. 1 & 2, & à fol. 23 pag. 1, uſque ad fol. 24 pag. 2, *ex FLAVII JOSEPHI Libris ſeptem de Bello Judaico & Excidio Urbis Hieroſolymitanæ per Titum Imp. Veſpaſiani filium Fragmenta quædam*, quorum ultimum inſcribitur hoc modo: Τέλος τῆς Ἱεροσολύμων πολιορκίας. Φλαβίου Ἰωσήπου κεφάλαια τοῦ ἑβδόμου λόγου τῆς Ἰουδαικῆς ἁλώσεως.

CXIII.

CENTESIMUS DECIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *centum* & *tredecim*, olim ab *Augerio de Busbecke* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur *ARISTIDIS Adrianenſis* Orationes, paſſim annotationibus marginalibus illuſtratæ.

CXIV.

CENTESIMUS DECIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, & bonæ notæ, in *quarto majori*, ſed in principio & fine mutilus lacerusque, conſtátque nunc foliis *ducentis viginti ſex*, & ad CL. Virum *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur *LUCIANI Samoſatenſis* varia Opuſcula.

CXV.

CENTESIMUS DECIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *quarto majori*, pervetuſtus, principio & fine mutilus, conſtátque foliis *ducentis viginti ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc: *Primò*

(1) Poſſunt enim *Geoponica* hæc, diverſo reſpectu, & ad *Medicam* Claſſem referri, & ad *Philoſophicam*.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 160 pag. 2, *ANONYMI cujuſdam Autoris Syntagma Aſtrologicum, diviſum in Capita centum triginta ſeptem*, quorum *ſextum*, quod nunc primum eſt, incipit folii decimi paginâ primâ his verbis: Περὶ χρωμάτων ἐκλείψεων καὶ κομητῶν καὶ τῶν τοιούτων. Τηρητέον δὲ πρὸς τὰς καθόλου περιστάσεις καὶ τὰ περὶ τὰς ἐκλείψεις χρώματα ἤτοι τῶν φώτων &c. Inſerta etiam huic Syntagmati ſunt *Fragmenta quædam Aſtrologica* (1) *Hephæſtionis Thebani, Juliani Laodicenſis, & Pſeudo-Hermetis Triſmegiſti*, ut capite 27, 58 & 71 videre eſt.

Secundò, & quidem fol. 161 pag. 1, uſque ad fol. 226 pag. 2, *HELIODORI Commentarius in Pauli Alexandrini Doctrinam Aſtrologicam, diviſus in Capita quinquaginta tria*, quorum *primum* inſcribitur: Ἡλιοδώρου εἰς τὴν Παύλου διδασκαλίαν. Κεφάλαιον α´ περὶ ποιότητος τῶν σχημάτων καὶ εἰς τί συμβάλλονται.

CXVI.

CENTESIMUS DECIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ, in *quarto majori*, conſtátque foliis *trecentis undecim*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 201 pag. 2, *PLATONIS Dialogi novem*, cum nonnullis *Annotationibus græcis marginalibus*: nempe *Euthyphro, Socratis Apologia, Crito, Phædo, Cratylus, Theætetus, Parmenides, Sophiſta*, & *Gorgias*: quorum omnium ſuprà in recenſione XXI, LXXX & LXXXIX Codicum uberiùs jam eſt facta mentio.

Secundò, & quidem à fol. 202 pag. 1, uſque ad fol. 259 pag. 2, *ARISTIDIS* (2) *Adrianenſis*, Rhetoris clariſſimi, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub *Imp. Marco Antonino Philoſopho* potiſſimùm floruit, *Oratio contra Platonem pro Quatuorviris Pericle, Cimone, Miltiade & Themiſtocle*, cujus titulus & principium: Ἀριστείδου πρὸς Πλάτωνα, ὑπὲρ τῶν τεσσάρων. Παραιτεῖσθαι μὲν οὐκ οἶδα ὅτι δεῖ περὶ τῶν αὐτῶν πολλάκις &c. Præfixa huic Orationi eſt *Vita Ariſtidis*, à (3) *SOPATRO Apamenſi*, Sophiſtâ celeberrimo, qui juſſu *Imp. Conſtantini Magni*, cui familiariſſimus fuerat, tandem ſecuri percuſſus eſt, conſcripta, cujus titulus & principium: Ἀριστείδου βίος. (4) Τρεῖς φοραὶ ῥητόρων γεγόνασιν· ὧν ἡ μὲν πρώτη ἀγράφως ἔλεγεν· &c. Sequuntur deinde ejuſdem *Sopatri Prolegomena de Charactere Orationum Ariſtidis*, quorum principium: Περὶ δὲ τοῦ χαρακτῆρος καὶ τῆς ἐν τοῖς λόγοις Ἀριστείδου φύσεως· τοῦτο γὰρ παρήκαμεν ἐν τοῖς ἄνω εἰπεῖν· ἤδη μὲν Λογγῖνος καὶ πάντες οἱ κριτικοὶ πολλὰ προειρήκασιν, ὡς γόνιμος, &c. His porrò ſubjungitur Orationis *Hypotheſis* ſive *Argumentum*, ab eodem *Sopatro* conſcriptum, cujus principium: (5) Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος, ἐπισημότατος ἐν φιλοσοφίᾳ γενόμενος, &c. Poſt hanc *Hypotheſin* ſequitur demùm ipſa *Ariſtidis* Oratio, reſpectu *Periclis, Cimonis, Miltiadis* & *Themiſtoclis* in *quatuor Tmemata* ſive *Sectiones* diviſa, quarum *tertia*, quæ ad *Miltiadem*

(1) Hujus *Apoteleſmatica* quædam edidit *Joachimus Camerarius* Norimbergæ apud Joannem Petrejum A. 1532. græcè & latinè in quarto. Vide etiam *Ger. Joan. Voſſium* de Scientiis Mathematicis cap. 37. §. 11. (2) Ἀδριανεύς; à patriâ videlicet, quæ apud *Philoſtratum* in ipſius Vitâ, & apud *Suidam* ſub nomine Σώπατρος, vocatur Ἀδριανοί, πόλις Μυσίας, hoc eſt, *Adriani, Urbs Myſiæ*. In vitâ autem ejuſdem à *Sopatro Apamenſi* conſcriptâ, quæ in hoc Codice manuſcripto Cæſareo Orationibus ipſius præfixa eſt, appellatur patria illius *Adrianopolis Joniæ*. (3) Vide de eo *Eunapium* in Vitâ *Jamblichi*, cujus fuit diſcipulus, & in Vitâ *Ædeſii*. Conſule etiam *Suidam* ſub nomine Σώπατρος. (4) Epitome hujus Vitæ, ſed valdè mutila & interpolata exſtat in Orationum *Ariſtidis* editione græcâ Florentinâ Philippi Juntæ A. 1517. in folio. (5) Exſtat quidem hæc *Hypotheſis* in ſuprà memoratâ Orationum *Ariſtidis* antiquâ editione græcâ Florentinâ fol. 127. pag. 1, ſed valdè mutila & interpolata.

tiadem pertinet, peculiarem ſuam habet *Hypotheſin*, cujus principium: (1) Ἡρόδοτος ἐν τῇ ϛ' ἱκανῶς ἐξείργασαι τὰ περὶ Μιλτιάδην, &c. *Quinta* autem ſive reliqua tota ejuſdem Orationis Pars poſt verba προσεῖναι προσήκει, quibus *Sectio quarta de Themiſtocle* clauditur, omninò deeſt. Ea verò in Orationum *Ariſtidis* editione græcâ *Florentinâ* Philippi Juntæ anni 1517 in folio exſtat à fol. 144 pag. 2, uſque ad fol. 159 pag. 2.

Tertiò, & quidem à fol. 260 pag. 1, uſque ad fol. 311 pag. 1, *EJUSDEM contra Platonem pro Rhetoricâ Orationes duæ*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Ἀριστείδου πρὸς Πλάτωνα ὑπὲρ Ῥητορικῆς λόγος ά. (2) Οἶμαι δεῖν, ὅς τις μέλλει τὰ δέοντα ἐρεῖν, &c. Similiter etiam exſtant hæ *duæ Ariſtidis Orationes* in ſuprà citatâ antiquâ græcâ editione *Florentinâ*. In *Gulielmi* autem *Canteri* Ultrajectini Orationum Ariſtidis editione latinâ Baſileenſi A. 1556 in folio, ut & in editione græco-latinâ *Pauli Stephani* A. 1604 in octavo, ſunt jam memoratæ duæ Orationes *una atque eadem Oratio*, cui opinioni etiam ipſe aſſentior. Nec aliter judicavit *Sopater Apamenſis*, utpote qui duabus illis Orationibus *unicam* præfixit *Hypotheſin*, quæ in præſenti Codice manuſcripto *Cæſareo* inſcribitur atque incipit his verbis: Ὑπόθεσις τοῦ ὑπὲρ ῥητορικῆς. Ἀριστείδης ὁ σοφιστὴς ἐντυχὼν Γοργίᾳ τοῦ Πλάτωνος, καὶ σὺν τῷ Ἀθηναίων ῥήτορας διαβαλλομένους &c. Eadem *Hypotheſis* exſtat quoque in ſuprà memoratâ antiquâ græcâ editione *Florentinâ* à fol. 103 pag. 2, uſque ad fol. 104 pag. 2.

CXVII.

CENTESIMUS DECIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & optimæ notæ, in *quarto majori*, conſtátque nunc foliis *ducentis quinquaginta & uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur *HOMERI* Opera, cum Scholiis marginalibus & interlinearibus.

CXVIII.

CENTESIMUS DECIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto majori*, conſtátque nunc foliis *ducentis viginti octo*, olim ab *Augerio de Busbecke*, comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur JOANNIS TZETZIS Allegoriæ Homericæ.

CXIX.

CENTESIMUS DECIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto majori*, conſtátque nunc foliis *quinquaginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur *EURIPIDIS* Hecuba, Oreſtes, & Phœniſſæ, cum Scholiis interlinearibus & marginalibus.

CENTE-

(1) Vide ſuprà citatam editionem græcam Florentinam fol. 134. pag. 2. (2) Vide ſuprà citatam editionem græcam Florent. fol. 111. pag. 1.

CXX.

CENTESIMUS VIGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, & bonæ notæ, in *quarto majori*, conſtátque foliis *quadraginta ſeptem*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 3 pag. 1, uſque ad fol. 16 pag. 1, *HERONIS Alexandrini Belopœetica*, quorum principium: Τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβῆς τὸ μέγιστον καὶ ἀναγκαιότατον μέρος &c; *cum Appendice de Manuballiſtræ Constructione, & Fragmentis duobus de Campeſtribus & Camario:* Illud autem ſpeciatim ac ſingulariter notandum eſt, quòd in præſenti Codice in fine jam memoratorum Opuſculorum, nempe fol. 16 pag. 1, hæc legitur æquè antiquâ manu exarata ſubſcriptio: Τέλος τῶν ἈΡΧΙΜΗ'ΔΟΥΣ Βελοποιικῶν, τῶν ἐξηγηθέντων παρὰ ἩΡΩΝΟΣ ΚΤΗΣΙΒΙ'ΟΥ. Hoc eſt: *Finis ARCHIMEDIS Belopœicorum, expoſitorum ab HERONE CTESIBII.* Hinc nimirùm apparet, *Heronis Alexandrini Belopœetica* ſeu *Belopœica* ipſi etiam *Archimedi Syracuſano* olim fuiſſe attributa, & *Heronem Alexandrinum* eorundem *Explanatorem* potiùs fuiſſe habitum, quàm *Autorem*. Præterea quoque hinc patet, *Heronem Alexandrinum* fuiſſe cognominatum *Cteſibii*, ſubaudito videlicet *diſcipulum*; quia nempe diſcipulus fuit iſtius *Cteſibii Alexandrini*, Machinarum pneumaticarum & Organorum hydraulicorum inventoris, ſub Rege Ægypti *Ptolemæo Euergete II* florentis, cujus *Vitruvius* lib. 9 cap. 9, *Plinius* lib. 7 cap. 37, *Athenæus Deipnoſophiſta* lib. 4. mentionem faciunt. Conſule etiam *Heronis Vitam*, conſcriptam à *Bernardino Baldo Urbinate*, qui eadem *Belopœica*, Auguſtæ Vindelicorum græcè & latinè edidit, & quidem ſub eodem titulo, Ἥρωνος Κτησιβίου: Errant igitur, qui *Heronem* illum appellant *Heronem Cteſibium*, cum reverà appellandus ſit *Hero Cteſibii*; ſimiliter nempe ac Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Scriptor *Euſebius* non eſt vocandus *Euſebius Pamphilus*, ſed *Euſebius Pamphili*, ob ſingularem videlicet amicitiam cum S. *Pamphilo*, Eccleſiæ Cæſarienſis Presbytero & Martyre.

Secundò, & quidem à fol. 17 pag. 1, uſque ad fol. 26 pag. 2, ut & fol. 1 & 2, & à fol. 34 pag. 1, uſque ad fol. 39 pag. 1, *EJUSDEM Pneumatica*; quorum titulus & principium: Ἀρχὴ τῶν πνευματικῶν τοῦ Ἥρωνος. Τῆς πνευματικῆς πραγματείας σπουδῆς ἠξιωμένης πρὸς τῶν παλαιῶν φιλοσόφων τε καὶ μηχανικῶν, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 28 pag. 1, uſque ad fol. 30 pag. 1, *ATHENÆI*, Mechanici celeberrimi, qui *Archimedi Syracuſano* fuit ſynchronus, *Liber de Machinis bellicis ad Marcum Marcellum*, Syracuſanæ Urbis expugnatorem, *cum Figuris*, ſed principio ac fine mutilus. De ſuppoſititio autem & interpolato ipſius *principio* vide prolixius Lib. VII. *Comment. Lambec.* pag. 205, & 206.

Quartò, & quidem à fol. 30 pag. 2, uſque ad fol. 33 pag. 2, *BITONIS Liber de conſtructione Inſtrumentorum bellicorum & catapultariorum cum Figuris*; cujus titulus & principium: Βίτωνος καταϲκευαὶ πολεμικῶν ὀργάνων καὶ καταπαλτικῶν. Λιθοβόλου ὀργάνου καταϲκευὴν ἐπιβέβλημαι γράψαι ὦ πάλαι Βασιλεῦ, καὶ μὴ σκόψῃς &c Meminit hujus Libri *Gerardus Joannes Voſſius* in Libro de Scientiis Mathematicis, cap. 48, §. 22. Plura vide Libro VII. *Comment. Lambec.* pag. 206, & ſeqq.

Quintò, & quidem à fol. 40 pag. 1, uſque ad fol. 47 pag. 2, *Imp.* LEONIS *Philoſophi ſeu Sapientis Tactica*, ſive, *Liber, de re militari*; qui abſque *Proœmio* incipit his verbis:

Τακτικὴ ἐςιν ἐπιςήμη πολεμικῶν κινήσεων· κινήσεις δὲ πολεμικαὶ δύο· &c. Poſterior autem Libri pars pluſquam dimidia deeſt. Vide *Joannis Meurſii* editionem græco-latinam Lugduno-Batavam anni 1612 in quarto, & Libri *ſexti* Lambecianorum Commentariorum Partem ſecundam pag. 120 & 121.

CXXI.

CENTESIMUS VIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *quarto majori*, conſtátq; foliis *ducentis octoginta quatuor*, atque unus eſt ex illis *Joannis Sambuci* Libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continetur eo GEORGII PACHYMERIS, *Conſtantinopoli* quidem oriundi, ſed *Nicææ* nati, *Protecdici* Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ & *Dicæophylacis* Aulæ Conſtantinopolitanæ, qui circa annum Chriſti 1340. obiit, *Epitome univerſæ Ariſtotelis Philoſophiæ*, diviſa in *Libros duodecim*, *Titulos quadraginta ſeptem*, & *Capita ducenta triginta octo*: quæ primùm quidem à *Philippo Bechio*, Philoſopho, Medico, atque Academiæ Baſileenſis Profeſſore Dialectico, ex aliis duobus Codicibus manuſcriptis, & iis quidem, ut ipſe teſtatur, valdè lacunoſis, mendoſis & corruptis, in latinum ſermonem translâta, & A. 1560 Baſileæ typis Frobenianis in folio *latinè* tantùm edita eſt; beneficio autem tertii hujus Codicis manuſcripti *Cæſarei græcè* ſimul & *latinè* longè meliùs & accuratiùs denuò edi poterit. Indicat hoc ibidem ipſe *Sambucus* hâc propriæ manûs inſcriptione: *Philippus Bechius, Medicus Baſileenſis convertit Baſileæ, & excudit Epiſcopius cum Frobenio A. 1560. Verùm hic Codex longè duobus, quibus uti Interpreti tunc licuit, integrior & probior eſt. Bechius ſæpè nec verba apprehendit, nec ſenſus reddidit. Sambucus hunc emit octo coronatis, miſſum ex Italiâ A. 1583.* Hæc de *Bechio* & de ſeipſo ipſe *Sambucus*. Cæterùm valdè dolendum eſt, primum præſtantiſſimi hujus Codicis folium, quod *Præfationem* Autoris uſque ad Indicem Operis continuit, culpâ neſcio cujus periiſſe. Sequitur deinde *Index totius Operis*, & quidem non ab alio quodam, ut V. C L. (1) *Leo Allatius* perperàm exiſtimat, ſed ab ipſo *Georgio Pachymere* compoſitus, ut ex connexione cum Præfatione manifeſtè apparet. Finito *Indice Operis*, ſequitur porrò ejuſdem *Pachymeris Carmen dedicatorium ad Eumorum*; cujus titulus & principium: Στίχοι ἡρωικοὶ τοῦ Παχυμέρους. Δέχνυσο ἡμετέροιο πόνου ἐελδόμενον ὕφος, ΕΥΜΟΡ' ἐμῶν περιπόλων πόλεων κηδέστατε πασῶν, &c. Poſt hoc *Carmen* incipit denique ipſa *Epitome* hoc modo: Φιλοσοφία. Πόνημα Γεωργίου Διακόνου, Πρωτεκδίκου καὶ Δικαιοφύλακος, τοῦ Παχυμέρους. βιβλίον α΄· τίτλος α΄. κεφάλαιον α΄. Προοίμιον εἰς Φιλοσοφίαν. &c.

CXXII.

CENTESIMUS VIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto majori*, conſtátque nunc foliis *ducentis viginti quinque*, quo continetur ARSENII *cujuſdam* Lexicon Græcum, ſeu, Explicationes Vocabulorum Græcorum, eorumque derivationes & Etymologiæ juxta ſeriem Alphabeti.

CENTE-

(1) In Diatribâ de Georgiis pag. 367.

CXXIII.

CENTESIMUS VIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *quarto*, ſed principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *centum* & *ſexaginta*, quo continentur LUCIANI *Samoſatenſis* nonnulli Dialogi.

CXXIV.

CENTESIMUS VIGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *quindecim*, quo continetur

Primò: INCERTI *Collectio* quarumdam vocum ſive dictionum, quæ non ſunt propriè Græcæ, ſed ex Latio deſumptæ, quibus deinde voces propriè Græcæ, ſecundum literarum Græcarum ordinem, ſubjunguntur.

Secundò: ANONYMI *Collectio Chronologica* compendiaria Regum Aſſyriorum, Chaldæorum, aliorumq; Imperatorum.

Tertiò: LYCOPHRONIS Fragmentum obſcuri illius Poëmatis Alexandræ, cum notis interlinearibus.

CXXV.

CENTESIMUS VIGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, recente manu ſcriptus, in *quarto*, conſtátq; nunc foliis *nonaginta ſeptem*, quo continentur INCERTI Collectanea quædam & Obſervationes in Linguam Græcam.

CXXVI.

CENTESIMUS VIGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus & elegans in *quarto*, atque aureis literis paſſim exornatus, conſtátque foliis *ſeptuaginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo PLATONIS *Dialogi tres:* quorum primus, *Crito*, ſive, *De eo quod agendum eſt*; ſecundus, Συμπόσιον ἢ περὶ ἔρωτος, hoc eſt, *Convivium*, *ſive*, *De amore*; tertius, *Phædrus*, *ſive*, *De pulchro.* Subjuncta iis hîc in fine ſunt *Septem Græciæ Sapientum Symbola*, quorum *primum*, nempe *Solonis*, Μηδὲν ἄγαν, ſive, Ne quid nimis.

CXXVII.

CENTESIMUS VIGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum* & *uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur:

Primò: INCERTI Præcepta Grammaticalia.

Secundò: MANUELIS *Moſchopuli* Libellus de Dialecto Jonicâ.

Tertiò: THEOCRITI Syracuſani Idyllia quædam.

CXXVIII.

CENTESIMUS VIGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *undecim*, quo continetur *Fragmentum* aliquod de ortu & progenie Deorum ex *GEORGIO GEMISTO PLETHONE* deſumptum.

CXXIX.

CENTESIMUS VIGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus* antiquiſſimus, in *quarto*, ſed vetuſtate paſſim mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis quinquaginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *PLUTARCHI Chæronenſis Opera Philoſophica varia*: nempè 1, Liber Περὶ παίδων ἀγωγῆς, ſive, *de Liberis educandis*; qui hîc quidem principio caret, vulgò autem his incipit verbis: Τί τις ἂν ἔχοι εἰπεῖν &c; 2, Liber *ad Soſſium Senecionem* πῶς ἄν τις αἴσθοιτο ἑαυτοῦ προκόπτοντος ἐπ᾽ ἀρετῇ, ſive, *Quomodo quis ſuos in virtute parandâ ſentire poſſit profectus*, cujus principium: Τίς τῶν λόγων, ὦ Σόσσιε Σενεκίων, &c; 3, Liber περὶ τῶν ὑπὸ τοῦ Θείου βραδέως τιμωρουμένων, ſive, *de his, qui ſerò à Numine puniuntur*; cujus principium: Τοιαῦτα μὲν ὁ Ἐπίκουρος. εἰπὼν &c; 4, Liber πῶς δεῖ τὸν νέον ποιημάτων ἀκούειν, ſive, *Quomodo adoleſcens Poetas audire debeat*; cujus principium: Ἐι μὲν, ὡς Φιλόξενος ὁ ποιητὴς ἔλεγεν, &c; 5, Liber περὶ ἀοργησίας, ſive, *de cohibendâ Irâ*; cujus principium: Καλῶς μοι δοκοῦσιν, ὦ Φουνδᾶνε, ποιεῖν οἱ ζωγράφοι, &c; 6, Liber περὶ πολυπραγμοσύνης, ſive, *de curioſitate*; cujus principium: Ἄπνουν, ἢ σκοτεινὴν, ἢ δυσχείμερον οἰκίαν &c; 7, Liber πῶς ἄν τις ὑπ᾽ ἐχθρῶν ὠφέλοιτο, ſive, *de utilitate ex hoſtibus capiendâ*; cujus principium: Ὁρῶ μὲν ὅτι τὸν πρᾳότατον, ὦ Κορνήλιε Πούλχερ, &c; 8, Liber πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου, ſive, *quomodo poſſit adulator ab amico internoſci*; cujus principium: Τῷ σφόδρα φιλεῖν ἑαυτὸν &c; 9nò, Liber περὶ τοῦ ἑαυτὸν ἐπαινεῖν ἀνεπιφθόνως, ſive, *Quâ quis ratione ſeipſum citra invidiam laudare poſſit*; cujus principium: Τὸ περὶ ἑαυτοῦ λέγειν &c; 10, *Epiſtola ad Paccium* περὶ εὐθυμίας, ſive, *de Tranquillitate animi*; quæ hîc quidem principio caret, vulgò autem incipit his verbis: Πλούταρχος Πακκίῳ εὖ πράττειν. Ὀψέ σου τὴν ἐπιστολὴν ἐκομισάμην &c; 11, Liber περὶ δυσωπίας, ſive, *de vitioſo pudore*; cujus principium: Ἔνια τῶν ἐκ γῆς φυομένων &c; 12, Liber περὶ ἀδολεσχίας, ſive, *de Garrulitate*; cujus principium: Δύσκολον μὲν ἀναλαμβάνει θεράπευμα &c; 13, Liber περὶ φιλοπλουτίας, ſive, *de cupiditate divitiarum*; cujus principium: Ἱππόμαχος ὁ ἀλείπτης &c; 14, Liber περὶ τύχης, ſive, *de Fortunâ*; cujus principium: Τύχη τὰ θνητῶν πράγματ᾽, οὐκ εὐβουλία. πότερον &c; 15, Liber πότερον τὰ τῆς ψυχῆς ἢ τὰ τοῦ σώματος πάθη χείρονα, ſive, *Animine an corporis affectiones ſint pejores*; cujus principium: Ὅμηρος μὲν ἐπιβλέψας τὰ θνητῶν τῶν ζώων γένη &c; 16, Liber περὶ τοῦ ἀκούειν, ſive, *de auditione*, qui hîc quidem principio caret, vulgò autem incipit his verbis: Τὴν γενομένην μοι σχολὴν &c; 17, Liber περὶ τοῦ πότερον ὕδωρ ἢ πῦρ χρησιμώτερον, ſive, *Aquáne an Ignis ſit utilior*; cujus principium:

Ἄριστον

Ἄριστον μὲν ὕδωρ, ὁ δὲ χρυσὸς αἰθόμενον πῦρ, &c; 18, Liber περὶ δεισιδαιμονίας, ſive, *de ſuperſtitione*; cujus principium : Τῆς περὶ Θεῶν ἀμαθίας &c; 19, Liber περὶ πολυφιλίας, ſive, *de multitudine amicorum*, cujus principium : Μένωνα τὸν Θετταλὸν &c; 20, Liber περὶ φιλαδελφίας, ſive, *de amore fraterno*; cujus principium : Τὰ παλαιὰ τῶν Διοσκούρων ἀφιδρύματα &c; quos omnes jam enumeratos *Plutarchi* Libros vide *Tomo ſecundo Operum Plutarchi editionis græco-latinæ Guilielmi Xylandri* Francofurti typis Wechelianis A. 1620 duobus Tomis in folio. Exſtant prætereà in eodem Codice manuſcripto, recentiori quidem manu, ſed itidem in membranâ, ANONYMI *cujuſdam Eclogæ* ſive *Excerpta ex* ejuſdem *Plutarchi Libro*, qui inſcribitur : Πολιτικὰ παραγγέλματα, ſive, *Præcepta gerendæ Reipublicæ*, & vulgò incipit his verbis : Εἰ πρὸς ἄλλό τι χρήσασθαι καλῶς ἐστιν ἔχον, ὦ Μενέμαχε, &c.

CXXX.

CENTESIMUS TRIGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, ſed à tineis blattiſque miſerè corroſus, conſtátque nunc foliis *centum ſeptuaginta*, & ad CL. Virum *Sebaſtianum Ericium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur JOANNIS *Doxipatræ* Scholia in Aphthonii Progymnaſmata, & Hermogenem de Statibus.

CXXXI.

CENTESIMUS TRIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, ſed lacerus, mutilusque, conſtátque nunc foliis *centum ſeptuaginta & uno*, & ad *Sebaſtianum Tengnagelium* olim pertinuit, quo continetur SIMEONIS *Grammatici* Etymologicum ordine Alphabetico.

CXXXII.

CENTESIMUS TRIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum quadraginta*, quo continetur EUDEMII *Rhetoris* Lexicon.

CXXXIII.

CENTESIMUS TRIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, ſed paſſim mutilus, lacerus, à blattis tineiſque miſerè fædatus, conſtátque nunc foliis *centum quadraginta ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, comparatus *Conſtantinopoli*: Continetur eo Fragmentum Scholiorum in *Homeri* Odyſſeam.

CXXXIV.

C*ENTESIMUS TRIGESIMUS QUARTUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & elegans, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *ARISTOTELIS de Animâ Libri tres; de Senſu & ſenſilibus Liber unus; de Memoriâ & Reminiſcentiâ Liber unus; de Somnio & Vigiliâ Liber unus; de Inſomniis Liber unus; de Divinatione per ſomnum Liber unus; de Animalium motione Liber unus; de Longitudine & Brevitate vitæ Liber unus; de Juventute & Senectute, Vitâ & Morte, & de Reſpiratione Liber unus*; & denique *de Coloribus Liber unus*; quorum omnium Librorum ſuprà jam aliquoties mentio facta eſt.

CXXXV:

C*ENTESIMUS TRIGESIMUS QUINTUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, elegans, optimæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum nonaginta ſeptem*, olimque ad *Johannem Wilhelmum Baronem à Schenkirchen*, poſteà ad *Johannem Alexandrum Braſſicanum*, *JCtum*, tandem ad *Sebaſtianum Tengnagelium* pertinuit, quo continentur OPPIANI Cilicis Halieutica & Cynegetica cum Scholiis marginalibus & interlinearibus.

CXXXVI.

C*ENTESIMUS TRIGESIMUS SEXTUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *octoginta ſex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *Aurea Carmina PYTHAGORICA cum Commentario Hieroclis.* Ipſa *Carmina aurea* inſcribuntur ibi atque incipiunt hoc modo: Πυθαγορικὰ ἔπη, τὰ οὕτως ἐπικαλούμενα χρυσᾶ, στοιχείωσιν περιέχοντα τῆς τελειοτάτης τῶν Πυθαγορείων φιλοσοφίας. Ἀθανάτους μὲν πρῶτα Θεοὺς &c; *Hieroclis* autem *Commentarius*: Ἱεροκλέους φιλοσόφου ὑπόμνημα. Ἡ φιλοσοφία ἐστὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις καὶ τελειότης· κάθαρσις μὲν ἀπὸ τῆς ὑλικῆς ἀλογίας καὶ τοῦ θνητοειδοῦς σώματος· τελειότης δὲ &c. Plura de hoc *Commentario* vide infrà in recenſione duorum Codicum CCXXV, num. 1, & CCCXIV, num. 5.

CXXXVII.

C*ENTESIMUS TRIGESIMUS SEPTIMUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum ſexaginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur,

Primò: DEMOSTHENIS, *Oratoris Athenienſis*, Oratio περὶ στεφάνου.

Secundò: OPPIANI *Cilicis* Opera.

CENTE-

CXXXVIII.

CENTESIMUS TRIGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum* & *undecim*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continetur APOLLONIUS *Alexandrinus*, cognomento *Difficilis*; de Conſtructione.

CXXXIX.

CENTESIMUS TRIGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* pervetuſtus, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis nonaginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 42 pag. 2, *PORPHYRII Iſagoge* ſive *Inſtitutio de quinque Vocibus*; cujus principium: Ὄντος ἀναγκαίου, Χρυσαόριε, καὶ εἰς τὴν τῶν παρὰ Ἀριστοτέλει κατηγοριῶν διδασκαλίαν &c; cum (1) *Joannis Grammatici, cognomine Philoponi Scholiis, ex ore Ammonii, filii Hermiæ, exceptis*, quæ inſcribuntur atque incipiunt hoc modo: Ἰωάννου Γραμματικοῦ τοῦ Φιλοπόνου Παραλεγόμενα εἰς τὴν Πορφυρίου εἰσαγωγὴν ἀπὸ φωνῆς Ἀμμωνίου τοῦ Ἑρμείου. Μέλλοντας ἡμᾶς ἄρχεσθαι φιλοσόφων λόγων, ἀναγκαῖον ἐστὶ &c. Edidit hæc Scholia *græcè Joannes Bernardus Felicianus* Venetiis typis Joan. Antonii & Petri fratrum de Nicolinis de Sabio A. 1545 in octavo; *latinè* autem eadem vertit atque edidit *Joannes Baptiſta Raſarius* Venetiis typis Joannis Gryphii A. 1549 in octavo; ſed in utrâq; editione attribuuntur ea ipſi *Ammonio*.

Secundò, & quidem à fol. 43 pag. 1, uſque ad fol. 106 pag. 2, *ARISTOTELIS Categoriæ*, quarum principium: Ὁμώνυμα λέγεται &c; cum *Anonymi* cujuſdam antiqui Autoris *Scholiis græcis marginalibus*.

Tertiò, & quidem à fol. 107 pag. 1, uſque ad fol. 148 pag. 1, *EJUSDEM Liber* περὶ ἑρμηνείας ſive *De Interpretatione*, cujus principium: Πρῶτον δεῖ θέσθαι, τί ὄνομα &c; cum *Paraphraſi Michaëlis Pſelli*, quæ inſcribitur atque incipit hoc modo: Παράφρασις τοῦ ΨΕΛΛΟΥ εἰς τὸ περὶ ἑρμηνείας. Περὶ τῆς ἀκριβοῦς ἐκθέσεως τῶν προτάσεων &c. Edidit hanc *Paraphraſin græcè* Aldus Manutius Venetiis A. 1503 in folio, cum *Ammonii*, & *Magentem* ſeu *Magentini*, *Epiſcopi Mitylenæ*, in eundem Ariſtotelis Librum Commentariis.

Quartò, & quidem à fol. 148 pag. 2, uſque ad fol. 150 pag. 1, *ALEXANDRI Aphrodiſienſis*, qui ſeculo poſt Chriſtum *tertio* ſub *Impp. L. Septimio Severo* & *Antonino Caracallâ* floruit, & tanquam omnium veterum *Ariſtotelis Interpretum Græcorum* optimus ac præſtantiſſimus, per excellentiam Ἐξηγητὴς ſive *Interpres* ſolet appellari, *Commentarius in Ariſtotelis Analyticorum priorum Librum primum*, incipiens hoc modo: Ἀλεξάνδρου Ἀφροδισιέως ὑπόμνημα εἰς τὰ πρῶτα ἀναλυτικά. Ἡ λογική τε καὶ συλλογιστικὴ πραγματεία, ἡ νῦν ἡμῖν προκειμένη, &c; ſed maxima ejus pars poſterior ibi deeſt. Edidit hunc Commentarium *græcè* Aldus Manutius Venetiis A. 1520 in folio.

Quintò,

(1) Floruit is ſeculo poſt Chriſtum *ſexto*. ſub *Imp. Juſtiniano I* ſive *Magno*, & fuit diſcipulus *Ammonii*, qui filius fuit *Hermiæ*, diſcipulus autem *Procli*.

Quintò, & quidem à fol. 150 pag. 2, uſque ad fol. 196 pag. 2, JOANNIS *Grammatici, cognomine Philoponi, Scholia in Ariſtotelis Analytica priora, excepta ex ore Ammonij, filii Hermiæ*, quorum titulus & principium: Ἰωάννου Γραμματικοῦ εἰς τὸ πρῶτον τῶν Ἀναλυτικῶν Σχόλια καὶ ἀποσημειώσεις ἐκ τῶν συνουσιῶν Ἀμμωνίου τοῦ Ἑρμείου· τῶν εἰς τὰ γ΄ τὸ πρῶτον. Ἤδη μὲν ἐκ τοῖς προλαβοῦσιν εἴρηται συγγράμμασιν &c. Edidit hæc Scholia *græcè Victor Trincavellus* Venetiis A. 1536. typis Bartholomæi Zanotti in folio.

Sextò, & quidem à fol. 197 pag. 1, uſque ad fol. 249 pag. 2, *THEMISTII*, cognomine *Euphradæ* ſive *Eloquentis*, qui ſub *Imp.* (1) *Theodoſio Magno* ſive *Seniore* floruit, *Paraphraſis in Ariſtotelis de Animâ Libros tres*, *in ſeptem* Λόγους ſive *Diſſertationes* diviſa, quarum *prima* inſcribitur atque incipit hoc modo: Θεμιστίου παράφρασις τῶν περὶ ψυχῆς Ἀριστοτέλους. Λόγος α΄. (2) Περὶ ψυχῆς ὅσα δυνατὸν σὺν ἐπιστήμῃ λαβεῖν &c. Edidit quidem hanc *Themiſtii Paraphraſin græcè* Medicus celeberrimus *Victor Trincavellus* Venetiis A. 1534 typis hæredum Aldi Manutii in folio; ſed diviſa ea ibi eſt in *Libros tres*; eandemque diviſionem retinuit etiam *Hermolaus Barbarus*, Patricius Venetus doctiſſimus, in latinâ ſuâ ejuſdem Paraphraſeos tranſlatione, quæ Venetiis apud Hieronymum Scotum A. 1570 in folio impreſſa eſt.

Septimò, & quidem à fol. 250 pag. 1, uſque ad fol. 297 pag. 2, EUCLIDIS *Elementorum Libri ſex priores ſecundùm editionem Theonis Alexandrini*, qui ſeculo poſt Chriſtum *quarto* ſub *Imp. Theodoſio Seniore* floruit, & Euclidea non ſolùm meliùs digeſſit, verùm etiam aliquot locis auxit; quorum primus inſcribitur atque incipit his verbis: Εὐκλείδου Στοιχείων τῆς Θέωνος ἐκδόσεως τὸ πρῶτον. Σημεῖόν ἐστιν, οὗ μέρος οὐδέν. γραμμὴ δὲ &c. Præfixa his libris ibidem ſunt *ANONYMI* cujuſdam antiqui Autoris *Prolegomena* de origine *Geometriæ* apud *Ægyptios*, & de translatione ejus in Græciam per *Thaletem Mileſium*, ut & de ſequentibus claris Mathematicis uſque ad *Euclidem*, tùm de ætate & ſcriptis *Euclidis*, nec non de aliis variis rebus partim generaliter ad univerſam Matheſin, partim ſpecialiter ad Geometriam pertinentibus; quæ inſcribuntur Ἐπίγραμμα εἰς τὴν Εὐκλείδου γεωμετρίαν, ſive, *Epigramma in Euclidis Geometriam*, & incipiunt his verbis: Εὐκλείδης νόον ὀξὺν ἀειζώοις γράμμασιν &c. Sequitur deinde de origine *Geometriæ* & claris Mathematicis ante *Euclidem*: (3) Εὕρηται ἡ γεωμετρία πρῶτον ἐκ τῶν Αἰγυπτίων· ἤγαγε δὲ εἰς τοὺς Ἕλληνας Θαλῆς. μετὰ δὲ &c. Et porrò de ipſo *Euclide*: Οὐ πολὺ δὲ τούτων νεώτερός ἐστιν ὁ Εὐκλείδης, ὁ τὰ στοιχεῖα συναγαγών. γέγονε δὲ οὗτος ἐπὶ τοῦ πρώτου Πτολεμαίου· νεώτερος μὲν τοῦ Πλάτωνος, ἀρχαιότερος δὲ τοῦ Ἐρατοσθένους καὶ Ἀρχιμήδους· &c. Subjungitur deinceps de nomine *Matheſeos* & *Mathematum*: (4) Τὸ δὲ ὄνομα τῆς μαθηματικῆς καὶ τῶν μαθημάτων &c. Quæ omnia *ex Procli Diadochi Platonici Libro primo & ſecundo Commentariorum in Euclidis Elementorum Librum primum* compendiosè deſumpta ſunt.

CXL.

CENTESIMUS QUADRAGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *nonaginta ſex*, & primùm quidem ad (5) *Joannem Alexandrum Braſſicanum*, poſteà autem ad *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ambo ſolitis propriarum manuum inſcriptionibus teſtantur, olim pertinuit. Continentur eo hæc: *Primò*,

(1) Vide Lib. V. Lamb. Comm. p. 14, 15. (2) Vide edit. gr. Aldin. fol. 64, pag. 1. (3) Vide *Procli* Comm in Lib. 1. Euclidis edit. gr. Baſil. Hervagianæ lib. 2. p. 19 & 20. (4) Vide ibid. lib. 1. p. 13. (5) Vide Lib. II. Lamb. Comm. c. 7. p. 539 & 540, ubi eadem illa exhibentur *Inſignia gentilitia*, quæ etiam in præſenti hoc exſtant Codice.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 30 pag. 1, *HERONIS Alexandrini*, qui ſeculo ante Chriſtum ſecundo ſub *Ptolemæo Evergete II* floruit, *Spiritalium Machinarum Libri duo cum elegantiſſimis Figuris*, quorum *primus*, in *viginti quatuor Theoremata* diviſus, inſcribitur atque incipit his verbis: Τύχῃ ἀγαθῇ. Ἥρων𐅃 Ἀλεξανδρέως Πνευματικῶν πρῶτον. Τῆς πνευματικῆς πραγματείας σπουδῆς ἠξιωμένης πρὸς τῶν παλαιῶν φιλοσόφων τε καὶ μηχανικῶν, &c. Vide *Spiritalium Heronis Verſionem latinam Federici Commandini Urbinatis*, unico Libro, in Theoremata ſeptuaginta ſex diviſo, comprehenſam, & primùm à *Valerio Spaciolo* publicatam Urbini anno 1575 in quarto; ut & *Verſionem* eorundem *Spiritalium Italicam Joannis Baptiſtæ Aleotti de Argenta*, editam Ferrariæ typis Victorii Baldini anno 1589 in quarto; nec non alteram *Verſionem Italicam Alexandri Giorgi Urbinatis cum Annotationibus*, impreſſam Urbini apud Bartholomæum & Simonem Raguſios fratres anno 1592 in quarto.

Secundò, & quidem à fol. 31 pag. 1, uſque ad fol. 59 pag. 1, *EJUSDEM Dioptrica*; cujus titulus & principium: Ἥρων𐅃 Ἀλεξανδρέως περὶ Διόπτρας. Τῆς διοπτρικῆς πραγματείας πολλὰς καὶ ἀναγκαίας παρεχομένης χρείας, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 59 pag. 1, uſque ad fol. 61 pag. 2, *EJUSDEM Manuballiſtræ conſtructio & ſymmetria*; cujus titulus & principium: Ἥρων𐅃 Ἀλεξανδρέως Χειροβαλλίστρας κατασκευὴ καὶ συμμετρία. Γεγονέτωσαν κανόνες δύο πελεκινωτοὶ &c. Edidit hoc *Heronis* Fragmentum *Bernardinus Baldus Urbinas* cum ſuprà memoratis ejuſdem *Heronis Belopœeticis* pag. 64, 65, 66; ſed tantùm græcè.

Quartò, & quidem à fol. 61 pag. 2, uſque ad fol. 63 pag. 1, *EJUSDEM Fragmenta duo de Campeſtribus & Camario*, Machinis bellicis ita dictis; quorum *primum* incipit his verbis: Κατασκευάσθωσαν δὲ καὶ τὰ καλύμματα Καμβέσεια τρόπῳ τοιῷδε. &c. Edidit quidem etiam hæc *Heronis* Fragmenta *græcè Bernardinus Baldus* cum ſuprà memoratis *Belopœeticis*, ſed non mediocriter diverſè.

Quintò, & quidem à fol. 64 pag. 1, uſque ad fol. 77 pag. 1, *EJUSDEM Belopœetica ſive Teliſactiva*; quorum titulus & principium: Ἥρων𐅃 Ἀλεξανδρέως Βελοποιητικά. Τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβῆς τὸ μέγιστον καὶ ἀναγκαιότατον &c. Edidit quidem hunc *Heronis* Librum *græcè* & *latinè* cum ſubjunctis *Scholiis* ſuis ſuprà memoratus *Bernardinus Baldus Urbinas*, ſed ita, ut ea editio beneficio hujus, & aliorum *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Codicum MStorum, valdè poſſit meliorari.

Sextò, & quidem à fol. 78 pag. 1, uſque ad fol. 94 pag. 2, *GEORGII Gemiſti Plethonis Methodus Aſtronomica, cum ſubjunctis Canonibus eò pertinentibus, & introductione in Genethliologiam, ſive, Artem Aſtrologicam erigendi Themata genethliaca. Methodus* illa *Aſtronomica* inſcribitur atque incipit his verbis: Γεωργίου Φιλοσόφου τοῦ Γεμιστοῦ μέθοδ𐅃 εὑρέσεως ἡλίου καὶ σελήνης, καὶ τῶν ἀστέρων ἐποχῆς ἀπὸ κανόνων, οὓς αὐτὸς συνεστήσατο. &c.

Septimò, & quidem fol. 95 & 96, *EJUSDEM Canon Chronologicus à Nabonaſſaro, uſque ad ſuam ætatem.* Eſt autem is ibi imperfectus, & pertingit tantùm uſque ad *Imp. Michaëlem Palæologum Imum* ſive *Seniorem*, qui cœpit imperare Calendis Januarii An. 1260, & A. 1282 d. 11 Decembris obiit.

CXLI.

CENTESIMUS QUADRAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, elegans, & bonæ notæ, in *quarto*, aureis literis paſſim exornatus, conſtátque foliis *centum viginti*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo ARISTOTELIS *Naturalis Auſcultationis*, ſive, *Phyſicorum Libri octo*: quorum ſuprà jam aliquoties mentio facta eſt.

CXLII.

CENTESIMUS QUADRAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum quadraginta tribus*, olim à *Joanne Sambuco* Capuæ emptus, quo continentur:

Primò: JOANNIS TZETZÆ Grammatici Allegoriæ in Homerum.
Secundò: ARATUS *Solenſis* cum Scholiis Hipparchi.

CXLIII.

CENTESIMUS QUADRAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum* & *ſeptem*, quo continentur EURIPIDIS Tragœdiæ Hecuba & Oreſtes.

CXLIV.

CENTESIMUS QUADRAGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, elegans, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *quadraginta quatuor*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur PINDARI, Poëtæ *Thebani*, Olympia.

CXLV.

CENTESIMUS QUADRAGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis quadraginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continetur JOANNIS DOXOPATRÆ Commentarius in Ideas Hermogenis.

CXLVI.

CENTESIMUS QUADRAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum triginta tribus*, quo continetur INCERTI Epitome Rhetorica ex Hermogene & Aphthonio.

CENTE-

CXLVII.

CENTESIMUS QVADRAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, elegans, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum quinquaginta uno*, & olim ad *Joannem Sambucum* pertinuit, quo continentur SOPHOCLIS Ajax, Electra & Oedipus.

CXLVIII.

CENTESIMUS QVADRAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquiſſimus, elegantiſſimus, & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis quinquaginta novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolita propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *PLUTARCHI Chæronenſis*, Philoſophi & Hiſtorici celeberrimi, qui ſub *Imp. Domitiano* cœpit inclareſcere, & ſub *Impp. Nervá* atque *Trajano* præcipuè floruit, *Sympoſiacorum* ſive *Convivalium Diſputationum Libri novem*, quorum titulus & principium: Πλουτάρχου Συμποσιακῶν βιβλία θʹ. Βιβλίον αʹ. Α. (1) Εἰ δεῖ φιλοσοφεῖν παρὰ πότον. Τὸ, μισέω μνάμονα συμπόταν, ὦ (2) Σόσσιε Σενεκίων, ἔνιοι πρὸς τὸν ἐπιστάθμους εἰρῆσθαι λέγουσι, &c. Digniſſimus profectò eſt hìc Codex, ut editiones impreſſæ cum eo accuratè conferantur. In fine autem præ nimiâ vetuſtate unum folium periit.

CXLIX.

CENTESIMUS QVADRAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, variis notis marginalibus illuſtratus, optimæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis quinquaginta*, olim ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur.

Primò: POEMA, vel verſus Jambici de Animalibus, Avibus, Plantis, Herbis, fortè GEORGII PISIDÆ vel PSELLI, ſed principio mutili.

Secundò: CONSTANTINI *Manaſſis* Chronicon, verſibus politicis conſcriptum ad Sebaſtocratoriſſam *Irenen*, incipiens ab orbe condito & deſinens in imperio Nicephori Botoniatæ.

Tertiò: EJUSDEM Monodia in Aſtroglenum Amicum, imò potiùs Paſſerem ſuum.

Quartò: EJUSDEM Opuſculum verſibus de Aſtris, Planetis, & Zodiaco Circulo conſcriptum.

Quintò: PROCLI LYCII, Philoſophi Platonici, Epiſtolici Characteres.

Sextò: S. GREGORII NAZIANZENI Epiſtolæ quædam breviores, quas inter multæ ſunt ἀνεπίγραφοι.

(L) 2 *Septimò*,

(1) Hoc eſt: *Libri primi Problema primum, An philoſophandum ſit inter pocula.* (2) *Soſſius Senecio*, cui *Plutarchus* hos Libros novem dedicavit, ille ipſe eſt, qui ſub *Impp. Nervá & Trajano quater* fuit *Conſul.* Quin etiam ipſe Plutarchus ab *Imp. Trajano dignitate Conſulari* ornatus eſt, ut teſtatur *Suidas*. Vide etiam *Ger. Joan. Voſſ.* de Hiſtoricis Græcis lib. 2. cap. 10.

Septimò : EJUSDEM ἀπαυθίσματα ἐκ τῶν ἐπῶν αὐτοῦ, ſive verſus Jambici & alii.

Octavò : OPINIONES aliquot Schiſmaticæ Hæreticorum, quas inter prima *Arii*, cum convenientiâ & diſcrimine eorundem.

Nonò : MICHAELIS PSELLI Philoſophia Græcorum ad *Michaëlem* Ducam Imperatorem Conſtantinopolitanum.

Decimò : EJUSDEM Solutiones dubiorum naturalium ad Eundem Ducam.

Undecimò : CAPITULA quædam excerpta Theologica de Orthodoxâ fide ex *Damaſceno*, *Nyſſeno*, *Amphilochio*, *Nazianzeno*, *Cyrillo*, *Maximo*, aliiſque SS. Patribus, in fine mutila.

Duodecimò : S. JOANNIS Monachi, Damaſceni, Libellus, continens Profeſſionem fidei, ſcriptus & miſſus Hieroſolymis ad Patriarcham Conſtantinopolitanum, ἀτέλεστος.

Decimo tertiò : S. HIEROTHEI fragmentum unius paginæ de DEO & SS. Trinitate, ex Theologicis ejus Inſtitutionibus.

Decimo quartò : Ex S. BASILII ad Eubulum Epiſtolâ fragmentum de Deo.

Decimo quintò : JOANNIS Metropolitæ Ruſſiæ Epiſtolæ ad Clementem Pontificem Romanum, de *Jejunio Sabbathi*, *Cœlibatu Sacerdotum*, *Azymis*, & *proceſſione Spiritûs Sancti.*

Decimo ſextò : S. PETRI *Apoſtoli* & SIMONIS *Magi* colloquium, ſeu potiùs Diſputatio, ubi Simonis variæ præſtigiæ, dum Fauſto diſcipulo S. Petri formam attribuit.

Decimo ſeptimò : Varii RITUS Eccleſiaſtici, ſeu potiùs excerpta nonnulla, de Generatione hominis, & cur tertium, nonum, trigeſimum defunctorum diem agamus. Item de Sororibus Beatiſſimæ Mariæ Virginis fragmentum.

Decimo octavò : Fragmentum ex S. JOANNE DAMASCENO de Corpore & Sanguine Domini.

Decimo nonò : NICEPHORI, Conſtantinopolitani Patriarchæ, de differentiâ Imaginis Chriſti & S. Crucis, Decem Propoſitiones.

Vigeſimò : Miſcellanea EXCERPTA Theologica & Moralia ex SS. Patribus *Chryſoſtomo*, *Anaſtaſio Sinaitâ*, *Theodoreto*, *Macario*, *Iſidoro*, *Barſanuphio*, *Gregorio Nyſſeno*, *Baſilio Magno*, *Dionyſio Areopagitâ*, *Cyrillo*, *Michaële Glycâ* &c. Quæ inter hæc potioris ſunt momenti : *Cur poſt XXX. annos Chriſtus Baptizatus : Ut anteacta peccata pietatis operibus bonis è contrario diluamus & reſarciamus : Quantum valeant Orationes, Oblationes & Sacrificia pro defunctis celebrata : Ut in divinâ Myſtagia fiat memoria defunctorum : Eleemoſynæ & Oblationes faciendæ pro Defunctis : Utrum nos mutuò in futurâ Reſurrectione cognoſcemus : Ne immoderatè defleamus defunctos.*

Vigeſimo primò : ANONYMI Oratio de Creatione Hominis.

Vigeſimo ſecundò : NICEPHORI BLEMMYDÆ Oratio de Sacroſanctâ Trinitate.

Vigeſimo tertiò : PERDICÆ Protonotarii Epheſini Deſcriptio SS. Locorum in Jeruſalem.

Vigeſimo

Vigeſimo quartò : GREGORII *Cyprii* Archiepiſcopi Conſtantinopolitani quædam Epiſtolæ.

Vigeſimo quintò : S. ISIDORI *Peluſiotæ* Epiſtolæ quædam.

CL.

C*ENTESIMUS QVINQVAGESIMUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis duodecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *GEORGII PACHYMERIS*, *Protecdici Magnæ Eccleſiæ & Dicæophylacis Aulæ Conſtantinopolitanæ*, qui ſub *Imp. Michaële Palæologo*, ejuſque filio *Imp. Andronico Seniore* ac pronepote *Imp. Andronico Juniore* floruit, & circa annum Chriſti 1340 obiit, *Expoſitio totius Organi Ariſtotelis*, ſive, *omnium ejus Librorum ad Logicam pertinentium :* nempe *in Iſagogen Porphyrii de quinque Vocibus*, & in ipſius *Ariſtotelis Categorias*, *Librum de Interpretatione*, *Analytica priora & poſteriora*, *Topica*, & *Sophiſticos Elenchos*. Ipſa tituli græci verba ſunt hæc : Τοῦ σοφωτάτου Πρωτεκδίκου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας, καὶ Δικαιοφύλακος ΓΕΩΡΓΙΟΥ ΤΟΥ ΠΑΧΥΜΕΡΟΥΣ Ἐξήγησις λίαν λαμπρὰ εἰς ὅλον τὸ Ὄργανον. &c. Diverſum autem eſt hoc Opus ab ejuſdem *Pachymeris Epitome univerſæ Philoſophiæ Ariſtotelis ;* cujus principium : Γεννᾶται παρ' Ἡσιόδῳ καὶ Ἶρις τῷ Θαύμαντι. &c ; ut jam in recenſione Codicis CXXI. ſuprà indicatum eſt.

Cæterùm ſi quis de *Georgii Pachymeris* Vitâ & Scriptis plura ſcire deſideret, is conſulat *Leonis Allatii* Diatribam de Georgiis, & R. P. *Petri Poſſini* S. J. Notas in Hiſtoriam Pachymerianam Imperii Michaëlis Palæologi. Ut inſuper quoque appareat, qualis non ſolùm (1) *Protecdici Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*, verùm etiam *ultimorum Imperatorum Conſtantinopolitanorum ex Familiâ Palæologâ* olim fuerit habitus, exhibeo hîc æri inciſam veram ipſius *Georgii Pachymeris Imaginem*, unà cum *duabus Imaginibus Imperatorum Michaëlis Palæologi Senioris*, & (2) *Andronici Palæologi Senioris*, ſub quibus ille floruit.

(L) 3 Imago

(1) *Protecdicus* ſecundùm *Joannem Meurſium* in Gloſſario Græco-barbaro, ſuſcipiebat captivos de Clero in cauſis criminalibus, & de iis judicabat, providebátque, ne quis iis injuriam faceret. Plura de eodem vide apud R. P. *Jacobum Greiſerum* S. J. & R. P. *Jacobum Goar* in Obſervationibus & Notis ad *Georgii Codini* Librum de Officiis Magnæ Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ. (2) *Hieronymus Wolfius* in græco-latinâ ſuâ Hiſtoriæ Byzantinæ *Nicephori Gregoræ* editione, Baſileæ typis Joan. Oporini An. 1562 in folio impreſsâ, ubi eaſdem tres Imagines exhibet, veriſimilimè conjectat, *Imp. Andronici Palæologi Senioris Imagini unam* tantùm appictam eſſe *Aquilam*, quòd *Aſiæ* Imperium totum amiſerit, ipsâ *Conſtantinopoli* vix defensâ ; quam tandem nepos, *Imp. Andronicus Secundus* ſive *Junior*, ei eripuit, & miſerum ſenem monachum fieri coegit.

Imago GEORGII PACHYMERIS, Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ *Protecdici*.



Imago Imperatoris Conſtantinopolitani MICHAELIS PALÆOLOGI I. ſive *Senioris*.



Imago Imperatoris Conſtantinopolitani ANDRONICI PALÆO-
LOGI I. ſive *Senioris*.



CENTE

NAPOLI

CLI.

CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *quarto*, conſtátque foliis *centum octoginta*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Ericium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 174 pag. 2, ARISTOTELIS *Ethicorum ad Nicomachum Libri decem, cum anonymi cujuſdam Autoris Scholiis græcis marginalibus.*

Secundò, & quidem à fol. 175 pag. 1, uſque ad fol. 180 pag. 1, *EJUSDEM Liber* περὶ ἀρετῶν καὶ κακιῶν, ſive, *de Virtutibus & Vitiis*, cujus principium: Ἐπαινετὰ μέν ἐστι τὰ καλὰ, ψεκτὰ δὲ τὰ αἰσχρά· καὶ τῶν μὲν κακῶν &c; finis autem: τῶν ψεγομένων ἐστί. Sequitur deinde ibidem ſubſcriptio quædam græca, quâ indicatur, Codicem hunc ſcriptum eſſe à quodam *Ariâ Ferdinandi filio* A. C. 1427. Ipſa verba ſunt hæc: Καὶ ἐγὼ Ἀρείας ὁ Φερδινάνδου υἱὸς ταῦτα ἔγραψα. 1427.

CLII.

CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto majori*, conſtátque foliis *centum duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo ARISTOTELIS *Ethicorum ad Nicomachum Libri decem*, quorum *primus* incipit: Πᾶσα τέχνη καὶ πᾶσα μέθοδος &c; *decimus* autem ſive ultimus deſinit: λέγομεν οὖν ἀρξάμενοι.

CLIII.

CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *triginta*, & ad *Joannis Sambuci* Bibliothecam olim pertinuit, quo continentur ORPHEI *Thracis*, unius ex Argonautis, Argonautica.

CLIV.

CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *trecentis octoginta duobus*, atque unus eſt ex illis *Joannis Sambuci* Libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit, quo continetur *Lexicon*, quod JOANNI ZONARÆ attribuitur.

CLV.

CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis ſeptuaginta uno*, & primùm quidem pertinuit ad *Mathuſalam, Monachum Sancti Montis Sinai*, qui illum ſuâ manu ſcripſit, poſteà autem ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 43 pag. 1, ARISTOTELIS *Libri duo Analyticorum poſteriorum, cum Anonymi cujuſdam Annotationibus græcis marginalibus & interlinearibus.*

Secundò, & quidem à fol. 44 pag. 1, uſque ad fol. 88 pag. 1, THEMISTII *Paraphraſis duorum Librorum Analyticorum poſteriorum Ariſtotelis.*

Tertiò, & quidem à fol. 89 pag. 1, uſque ad fol. 271 pag. 1, JOANNIS *Philoponi in Ariſtotelis Libros duos Analyticorum poſteriorum* (1) *Scholicæ Annotationes ex frequentationibus ſeu colloquiis Ammonii, filii Hermiæ, cum quibuſdam propriis conſiderationibus.* Ipſa tituli græci verba cum principio *Annotationum* ſunt hæc: Ἰωάννου Φιλοπόνου τοῦ Ἀλεξανδρέως σχολικαὶ ἀποσημειώσεις ἐκ τῶν συνουσιῶν Ἀμμωνίου τοῦ Ἑρμείου μετά τινων ἰδίων ἐπιστάσεων εἰς τὸ πρῶτον τῶν ὑστέρων ἀναλυτικῶν Ἀριστοτέλους. Πᾶσα διδασκαλία] Τοῦτο τὸ βιβλίον, λέγω δὴ ὁ περὶ ἀποδείξεως λόγος, ἔστι τέλος τῆς λογικῆς πραγματείας. τὰ γὰρ ἄλλα &c. Edidit has Annotationes *græcè* Aldus Manutius Venetiis A. 1534 in folio.

CLVI.

CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *viginti quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo PLATONIS *Phædrus*, ſive, *Dialogus de Pulchro*; cujus ſuprà jam aliquoties mentio facta eſt.

CLVII.

CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum nonaginta tribus*, & primùm quidem ad *Marcum Mamunam Cretenſem*, & *Georgium Comitem Corinthium ex Monembaſiâ*, poſteà autem ad *Joannem Sambucum*, ut ipſi propriæ manûs inſcriptionibus teſtantur, olim pertinuit. Continentur eo ARISTOTELIS *de Animâ Libri tres; de Senſu & ſenſilibus Liber unus; de Memoriâ & Reminiſcentiâ Liber unus; de Somno & Vigiliâ Liber unus; de Inſomniis Liber unus; de Divinatione per ſomnum Liber unus; de Animalium motione Liber unus; de Longitudine & brevitate vitæ Liber unus; de Juventute & Senectute, Vitâ & Morte, & de Reſpiratione Liber unus*; ac demùm *de Partibus Animalium Libri quatuor.*

CLVIII.

CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *quarto*, ſed in fine mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis triginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continetur ANONYMI Lexicon.

CENTE-

(1) Sic apud *Aulum Gellium* Noct. Atticas, lib. 4. cap. 1. legitur *Scholica nugalia.*

CLIX.

CENTESIMUS QUINQUAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, ſed principio & fine mutilus, ac miſerè lacerus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum octoginta tribus*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur ANONYMI nonnullæ Declamationes Rhetoricæ.

CLX.

CENTESIMUS SEXAGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum ſexaginta quinque*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 6 pag. 1, *CLAUDII PTOLEMÆI Libellus de Hypotheſibus errantium*; cujus titulus & principium: Κλαυδίου Πτολεμαίου περὶ ὑποθέσεων τῶν πλανωμένων. Τὰς ὑποθέσεις, ὦ Σύρε, τῶν οὐρανίων φορῶν ἐν μὲν τοῖς τῆς μαθηματικῆς &c.

Secundò, & quidem à fol. 6 pag. 2, uſque ad fol. 45 pag. 1, *PROCLI LYCII Diadochi Platonici, Hypotypoſis Aſtronomicarum Hypotheſium*; cujus titulus & principium: Πρόκλου, Διαδόχου Πλατωνικοῦ, ὑποτύπωσις τῶν ἀστρονομικῶν ὑποθέσεων. Πλάτων μὲν ὁ μέγας, ὦ ἑταῖρε, τόν γε ὡς ἀληθῶς φιλόσοφον ἀξιοῖ, τὰς αἰσθήσεις χαίρειν ἀφέντα, καὶ &c. Inter cœtera præſtantiſſimi hujus, & hactenùs, quod ego ſciam, nondum editi Libri *Capita* ſunt etiam illa *duo*, Περὶ τοῦ ἀστρολαβικοῦ ὀργάνου & Ἐπανάληψις τῆς καθόλης πραγματείας inſcripta, quæ exſtant ſuprà in Codice XIV, num. 1, ſed *abſq; nomine Autoris*.

Tertiò, & quidem à fol. 45 pag. 2, uſque ad fol. 54 pag. 2, *ISAACI Monachi*, cognomine *Argyri*, *Tractatus Aſtronomicus* hactenùs ineditus, cujus titulus & principium: Ἰσαὰκ μοναχοῦ τοῦ Ἀργυροῦ πραγματεία νέων κανονίων, συνοδικῶν τε καὶ πανσεληνιακῶν, μεταποιηθέντων ἀπὸ τῶν ἐν τῇ συντάξει, καὶ συστάντων πρός τε τὰ Ῥωμαϊκὰ καὶ πρὸς τὸν διὰ Βυζαντίου μεσημβρινὸν, ἔτι δὲ καὶ χρονικὴν ἀρχὴν ἐχόντων τὸ (1) ϛωοϛ´ ἔτος ἀπὸ τῆς τοῦ κόσμου γενέσεως. &c. Diverſus autem eſt hic tractatus ab ejuſdem *Iſaaci Computo*, (2) anno Mundi 6881, Chriſti autem 1373 compoſito, quem primus omnium ex *Bibliothecâ Palatinâ græcè* & *latinè* edidit *Jacobus Chriſtmannus*, Academiæ Heidelbergenſis Profeſſor, An. 1611 in 4to; deinde verò R. P. *Dionyſius Petavius* S. J. *Uranologio* ſuo, A. 1630 Lutetiæ Pariſiorum in folio edito, inſeruit cum novâ verſione *latinâ*, & cum *ſecundo* ejuſdem *Iſaaci Computo*, ex *Bibliothecâ Regiâ Pariſinâ* depromptо, atque itidem *græcè* & *latinè* edito.

Quartò, & quidem à fol. 55 pag. 1, uſque ad fol. 165 pag. 2, *THEONIS Alexandrini in manuales ſive expeditos Canones Aſtronomicos Expoſitio*, cujus titulus & principium: Θέωνος Ἀλεξανδρέως εἰς τοὺς προχείρους κανόνας τῆς ἀστρονομίας παράδοσις. Ἡ μὲν λογικωτέρα ἔφοδος τῆς διὰ τῶν προχείρων κανόνων ψηφοφορίας τῶν ἀστέρων, τέκνον Ἐπιφάνιε, γέγονεν ἡμῖν δι' ἀκριβείας ἐν ε´ βιβλίοις ἐν ἑτέρῳ συντάγματι. ἐν τούτῳ δὲ &c;

 cum

(1) Huic anno Mundi 6876 reſpondet annus Æræ Chriſtianæ 1368 à Calendis Januariis uſq; ad Calendas Septembres, eóq; ipſo anno hoc opuſculum *Iſaacus* compoſuit. (2) Compleverat is tunc jam annum ætatis *quinquageſimum*.

cum antiquis Scholiis Græcis marginalibus, & *cum ampliſſimâ Appendice*, *varios Canones Aſtronomicos continente*, *qui itidem antiquis Scholiis Græcis marginalibus illuſtrati ſunt*. Vide etiam ſuprà Codicem XIVtum, num. 9; ſed ibi, tùm *Scholia* illa *antiqua Græca*, tùm *Canones* iſti *Aſtronomici*, ſive, *Tabulæ Aſtronomicæ*, deſunt.

CLXI.

CENTESIMUS SEXAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *trecentis quadraginta*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur EURIPIDIS & SOPHOCLIS Poëtarum nonnullæ Tragœdiæ cum Scholiis interlinearibus & marginalibus.

CLXII.

CENTESIMUS SEXAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus Græcus* eſt *chartaceus* pervetuſtus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum octoginta ſeptem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 160 pag. 1, ACHMETIS, *filii Sereim*, qui ſeculo poſt Chriſtum *nono* ſub *Mamune Caliphâ Babylonio* floruit, *Oneirocriticon*, ſive, *Opus de Interpretatione Somniorum ſecundùm Indorum*, *Perſarum* & *Ægyptiorum doctrinam*, *in Capita trecenta quatuor diviſum*, cujus *Proœmium* inſcribitur atque incipit his verbis: Βιβλίον ὀνειροκριτικὸν, ὅπερ συνῆξε καὶ συνέταξεν Ἀχμετ, ὁ υἱὸς Σειρὴμ, ὀνειροκρίτης τοῦ Πρώτου Συμβούλου Μαμοῦν. Πρόλογος τῶν ὀνείρων σὺν Θεῷ ἁγίῳ. Πολλὰ κοπιάσας εἰς τὸ ἀνευρεῖν τῷ Δεσπότῃ μου τὴν ἀκριβῆ ἑρμηνείαν τῶν ὀνειροκριτῶν, &c. Plura de hoc *Oneirocritico*, ut & de ipſo *Achmete* & *Mamune*, vide ſuprà in recenſione Codicis CXI.

Secundò, & quidem à fol. 160 pag. 1, uſque ad fol. 167 pag. 1, *ANONYMI* cujuſdam Autoris *Prophetia*, principio mutila, cujus reſidua pars poſterior incipit his verbis: - - - τοῦ σιδήρου ποταμοῦ καὶ ἐκ τῶν ὀρέων ταρασίου, καὶ τοῦ ἀκεντίνου &c. Eſt autem *Prophetia* hæc diverſa à ſuppoſititiis illis S. *Methodii Martyris Revelationibus*, quarum ſuprà mentio facta eſt.

Tertiò, & quidem à fol. 167 pag. 2, uſque ad fol. 179 pag. 2, *ANONYMI* cujuſdam Autoris *Expoſitio verborum S. Pauli Apoſtoli Epiſtolæ primæ ad Timotheum cap. 2 verſ. 12*: Γυναικὶ δὲ διδάσκειν οὐκ ἐπιτρέπω, hoc eſt: *Docere autem mulieri non permitto*. Incipit ea hòc modo: Διατί λέγει ὁ Ἀπόστολος Παῦλος, ὅτι γυναικὶ οὐκ ἐπιτρέπω διδάσκειν; Διότι ἐδίδαξεν ἀπ᾽ ἀρχῆς κακῶς τὸν Ἀδάμ. &c. Sequuntur deinde ibidem varia *Teſtimonia ſacra* & *profana de malis Mulieribus*; inter quæ etiam eſt *Secundi Athenienſis Philoſophi* illud: Σεκοῦνδος ὁ σοφὸς ἐρωτηθεὶς τί ἐστι γυνὴ, εἶπεν· (1) ἀνδρὸς ναυάγιον, &c. Item JOANNIS *Pediaſimi*, *Chartophylacis Bulgariæ*, *Poematia duo de Muliere malá* & *de Muliere boná*, quorum primum incipit: Γυνὴ πονηρὰ ναυάγιον ἀρρένων, &c; alterum autem: Ἀνδρεία γυνὴ πλοῦς ἀκύμων συζύγῳ, &c. Edidit ea *Lucas Holſtenius*

(1) Locus hic ab editione impreſſâ Holſtenianâ aliquantum diſcrepat.

nus c[illegible] *Secundi Philoſophi Sententiis*, græcè & latinè apud Maſcardum Romæ impreſſis A. 1638 in duodecimo.

Quartò, & quidem à fol. 180 pag. 1, uſque ad fol. 187 pag. 2, *THOMÆ Iſraelitæ Liber de Infantiâ Chriſti*, mutilus ac lacerus, cujus titulus & principium: Παιδικὰ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἅπασιν τοῖς ἐξ ἐθνῶν γνωρίσαι ἀδελφοῖς τὰ παιδικὰ, ὅσα ἐποίησεν ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀναγκαῖον ἡγησάμην ἐγὼ Θωμᾶς ὁ Ἰσραηλίτης &c. Qui Liber ſive ſub *Thomæ Iſraëlitæ*, ſive ſub nomine S. (1) *Matthæi Apoſtoli*, ſive ſub quocunque alio ſpecioſo titulo *Liber de Infantiâ Chriſti* ſe venditet, certò tamen conſtat, eum, tanquam fabuloſum & ſuppoſititium, omniqúe autoritate, & fide carentem, à S. Eccleſiâ Catholicâ jam olim meritò improbatum & rejectum eſſe, ut teſtatur S. *Gelaſius I. Papa* in Decreto Gratiani Diſtinct. XV. C. Sancta Romana. Vide plura, ſi placet, Lib. VII. *Comment. Lambec.* pag. 271 & ſeqq.

CLXIII.

CENTESIMUS SEXAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, ſed lacerus, corroſus, mutiluſque, conſtátque foliis *trecentis quadraginta octo*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur *ARISTOPHANIS & EURIPIDIS* Fragmenta Tragœdiarum cum Scholiis.

CLXIV.

CENTESIMUS SEXAGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum quinquaginta novem*, quo continentur *SOPHOCLIS* Ajax, Electra, Oedipus, Tyrannus, notis hinc inde interlinearibus & marginalibus illuſtrati.

CLXV.

CENTESIMUS SEXAGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, ſed miſerè lacerus mutiluſque, conſtátque nunc foliis *centum & undecim*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur *LUCIANI Samoſatenſis* Fragmenta quædam.

CLXVI.

CENTESIMUS SEXAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, elegans, antiquus & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis viginti ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur:

Primò: *MACARII Hieromonachi* Paraphraſis imaginis cujuſdam in Monaſterio τῆς νέας περιβλέπτου.

Secundò: *SIMEONIS SETHI* Collectanea varia de naturâ Animalium.

(1) Vide *Sixti Senenſis* Bibliothecam Sanctam Libri ſecundi literâ M, ubi agitur de S. *Matthæo Evangeliſtâ*.

Tertiò : MACARII *Hieromonachi* Nomina Herbarum ordine alphabetico explicata vulgari Græco Idiomate.

Quartò : ANONYMI Synopſis de Urinis.

Quintò : ANONYMI Narratio de Conſtantino Imperatore, de conſtructione ſeu reſtauratione Byzantii, ſeu novæ Romæ, ut & Templi S. Sophiæ.

Sextò : GEORGIUS *Zigabenus* de ſeptem Vocalibus, & reliquis literis conſonantibus, ut aſpirentur & tenuentur verſibus politicis.

Septimò : S. HIPPOLYTUS de Conſummatione Mundi, Anti-Chriſto, & ſecundo Chriſti adventu.

Octavò : ANONYMUS de Menſibus Ægyptiorum, Hebræorum, Tyriorum, Atticorum, Romanorum.

Nonò : SIMONIS *Sethi* Narrationes fabuloſæ Indicæ, ex Arabicis traductæ.

CLXVII.

CENTESIMUS SEXAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum ſeptuaginta ſeptem*, quo continentur

Primò : ARISTOPHANIS, Poetæ Comici, Dramata duo, *Plutus* & *Nubes* inſcripta, cum antiquis græcis Scholiis.

Secundò : AGAPETI, Diaconi Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ad Imp. *Juſtinianum Magnum* de Imperio benè adminiſtrando Oratio, cum antiquis græcis Scholiis.

Tertiò : S. GREGORII *Nazianzeni* Sententiæ parænetícæ.

Quartò : MENANDRI *Comici* Sententiæ monoſtichæ ordine Alphabetico.

Quintò : PHOCYLIDIS Poëma parænetícum.

Sextò : CEBETIS *Thebani*, Philoſophi Platonici, Tabula, Vitæ humanæ prudenter inſtituendæ rationem continens.

Septimò : HERODIANI *Grammatici* Obſervatio de Notis numerorum apud Græcos uſitatis. Vide infrà Cod. CLXXVIII. num. 4.

CLXVIII.

CENTESIMUS SEXAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, ſed miſerè lacerus, aquâque marinâ fœdatus, conſtátque nunc foliis *centum ſexaginta novem*, & ad *Joannem Sambucum* Pannonium olim pertinuit, quo continentur

Primò : DIONIS *Pruſaenſis*, Sophiſtæ & Philoſophi, ob eloquentiam cognominati *Chryſoſtomi* Orationes duæ priores de Regno.

Secundò : LIBANII, Sophiſtæ Antiocheni, Reſponſio Achillis ad Ulyſſem.

Tertiò : EJUSDEM Legatio ad Antiochenos.

Quartò : DEMOSTHENIS Olynthiaca prima & ſecunda.

Quinto : ARISTIDIS Pericles cum Scholiis.

Sexto : SYNESII Encomium Calvitii.

Septimò : IDEM de Inſomniis.

Octavò : EJUSDEM ut & LIBANII diverſæ quædam Epiſtolæ.

CENTE-

CLXIX.

CENTESIMUS SEXAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis quadraginta novem*, olim ab *Augerio de Busbecke* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur ANONYMI Lexicon, & nonnulla miſcellanea Grammaticalia.

CLXX.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *viginti ſex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo MICHAELIS *Pſelli Liber quadripartitus de quatuor Mathematicis Scientiis, Arithmeticâ, Muſicâ, Geometriâ & Aſtronomia*; cujus *Pars prima de Arithmeticâ* abſque nomine Autoris inſcribitur atque incipit hoc modo: Σύνοψις τῆς ἀριθμητικῆς. Μέλλοντί μοι περὶ τῶν τεσσάρων μαθηματικῶν ἐπιστημῶν ἐν ἐπιτόμῳ τῷ λόγῳ διαλαβεῖν, &c. Exſtant præterea in fine ejuſdem Codicis etiam *Fragmenta aliquot ex Joannis Philoponi Commentariis in Ariſtotelis quatuor priores Libros Naturalis Auſcultationis ſive Phyſicorum.*

CLXXI.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *trecentis nonaginta quatuor*, quo continetur ANONYMI Lexicon.

CLXXII.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis ſexaginta*, quo continentur

Primò: ANONYMI Certamina & labores Herculis.

Secundò: MANUELIS *Moſchopuli* Ars Grammatica.

Tertiò: Ex THEOCRITO *Syracuſano* Artis metricæ expoſitio, dilucidaque explanatio.

Quartò: ANONYMI Præcepta Orthographica.

Quintò: Methodus ex HERODIANO *Grammatico* deſumpta de derivativis & impropriis dictionibus.

Sextò: CONSTANTINI *Laſcaris*, *Byzantini*, tractatus de Legibus Dialecticis.

Septimò: Synopſis de brevibus & longis Syllabis ex HERODIANO *Grammatico* deſumpta.

Octavò: ANONYMI Collectanea de variis Carminum ſpeciebus, & de præcipuis Dialectis Græcorum.

CENTE-

CLXXIII.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis quadraginta tribus*, quo continentur.

Primò : ANONYMI Miſcellanea quædam Philoſophica.

Secundò : CONSTANTINI *Manaſſis* Chronicon.

Tertiò : Variæ Sententiæ & Carmina S. GREGORII *Theologi.*

CLXXIV.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum quadraginta novem.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 12 pag. 2, PORPHYRII *Iſagoge in Ariſtotelis Organum*, ſive, *Liber de quinque Vocibus*, cujus principium: Ὄντος ἀναγκαίου, Χρυσαόριε, &c.

Secundò, & quidem à fol. 13 pag. 1, uſque ad fol. 46 pag. 1, ARISTOTELIS *Categoriæ*, & *Liber de Interpretatione.*

Tertiò, & quidem à fol. 47 pag. 1, uſque ad fol. 71 pag. 1, NICEPHORI *Blemmydæ*, vel ſecundùm alios, *Gregorii Aneponymi*, *Compendioſum Philoſophiæ Syntagma*, cujus titulus & principium: Συνοπτικὸν σύνταγμα φιλοσοφίας. Ὥσπερ οἱ ἀναγινώσκοντες πρῶτον μὲν τὰ στοιχεῖα μανθάνουσι, ἀπὸ δὲ τῶν στοιχείων ἐπὶ τὰς συλλαβὰς μεταβαίνουσιν, ἀπὸ δὲ τῶν συλλαβῶν &c; finis autem: ἐπιστήμην πᾶσαν καὶ τέχνην ἰχνηλατεῖν. Prodiit hic Liber ſub *Nicephori Blemmydæ* nomine *latinè*, *Georgio Vallâ Placentino* interprete, Baſileæ A. 1542 in octavo; ſub *Gregorii* autem *Aneponymi* nomine edidit eundem Librum *græcè* & *latinè* ex Codice Græco manuſcripto Bibliothecæ Auguſtanæ *Joannes Wegelinus Auguſtanus* Auguſtæ Vindelicorum typis Michaëlis Mangeri A. 1600 in octavo, unà cum ampliſſimis ſuis doctiſſimisq; Scholiis.

Quartò, & quidem à fol. 71 pag. 2, uſq; ad fol. 103 pag. 1, MICHAELIS PSELLI *Liber quadripartitus de quatuor Mathematicis Scientiis Arithmeticâ*, *Muſicâ*, *Geometriâ & Aſtronomiâ*; cujus *Pars prima de Arithmeticâ* abſque nomine Autoris inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἐνταῦθ' ἀριθμῶν συντομωτέρα φράσις. Μέλλοντί μοι καὶ περὶ τῶν τεσσάρων μαθηματικῶν ἐν ἐπιτόμῳ τῷ λόγῳ διαλαβεῖν &c. Integrum hunc *Pſelli* Librum, omnibus quatuor Partibus conſtantem, prímus *græcè* & *latinè* in lucem edidit *Guilelmus Xylander Auguſtanus* Baſileæ typis Joannis Oporini A. 1556 in octavo cum doctiſſimis *Annotationibus.*

Quintò, & quidem à fol. 103 pag. 1, uſque ad fol. 121 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Eclogæ ſive Excerpta de Animâ*, quorum titulus & principium: Δόξαι περὶ ψυχῆς. Ὅτι τῶν ψυχικῶν δυνάμεων, αἱ μὲν εἰσὶ ἄλογοι, αἱ δὲ λογικαί· τῶν δὲ λογικῶν, αἱ μὲν ζωτικαὶ καὶ ὀρεκτικαὶ, αἱ δὲ γνωστικαί· ὁμοίως δὲ &c.

Sextò, & quidem à fol. 121 pag. 2, uſque ad fol. 125 pag. 1, Excerpta quædam ex (1) LEONTII *Byzantini*, Lauræ S. Sabæ prope Urbem Hieroſolymitanam Monachi, *Scholiis ex ore Theodori Abbatis & Philoſophi de diverſis contra S. Trinitatem hæreſibus*; quorum

(1) Vide Lib. III. Lambec. Comment. pag. 63, 250, & Lib. V. pag. 76, 77, 145, 340.

quorum titulus & principium: Ἀπὸ τῆς Λεοντίων. Ὅτι ἡ ταυτὸν ὑπόςασις καὶ ἀσυνπόςατον, &c.

Septimò, & quidem à fol. 125 pag. 1, uſque ad fol. 132 pag. 1, THEODORI *Abucaræ, Epiſcopi Cariæ, Opuſcula quædam contra hæreticos & infideles*; de quibus vide plura in recenſione Codicis manuſcripti Theologici Græci CLXXIIItii, num. 7.

Octavò, & quidem à fol. 133 pag. 1, uſque ad fol. 145 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Excerpta Arithmetica*, quorum principium abſque ullo titulo eſt tale: Ἰςέον ὅτι ὁ ἐπιδιμερὴς καὶ ὁ ἐπιδίτριτος ὁ αὐτός ἐςι καὶ ὁ ἐπιτριμερὴς καὶ ἐπιτέταρτος, &c.

Nonò, & quidem à fol. 146 pag. 1, uſque ad fol. 149 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Fragmenta* quædam *Philoſophica* ad *Logicam* præcipuè pertinentia.

CLXXV.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis-ſeptem*, atque unus eſt ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo PROCLI *Diadochi Platonici, de Platonicâ Theologiâ Libri tres*; nempe *primus, ſecundus* & *quartus*: quorum *primus* inſcribitur atque incipit hoc modo: Πρόκλου Διαδόχου Πλατωνικοῦ τῆς εἰς τὴν Πλάτωνος θεολογίαν τὸ πρῶτον. Προοίμιον. Ἅπασαν μὲν τὴν Πλάτωνος φιλοσοφίαν, ὦ φίλων ἐμοὶ φίλτατε Περίκλεις, &c. Plura de hoc *Procli* Opere videſis ſuprà in recenſione Codicis *trigeſimi octavi*.

CLXXVI.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *centum & novem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 81 pag. 1, PORPHYRII *Expoſitio in Harmonica Ptolemæi*; cujus titulus & principium: Πορφυρίου εἰς τὰ ἁρμονικὰ Πτολεμαίου ὑπόμνημα. Πολλῶν αἱρέσεων οὐσῶν ἐν μουσικῇ περὶ τοῦ ἡρμοσμένου, ὦ Εὐδόξιε, &c. Plura vide in recenſione Codicis *octogeſimi octavi*.

Secundò, & quidem fol. 81 pag. 1, uſque ad fol. 109 pag. 2, PLUTARCHI *Liber de Muſicâ*, cujus titulus & principium: Πλουτάρχου περὶ μουσικῆς. Ἡ μὲν Φωκίωνος τοῦ χρηστοῦ γυνὴ κόσμον αὑτῆς ἔλεγεν εἶναι τὰ Φωκίωνος στρατηγήματα· ἐγὼ δὲ &c. Vide *Operum Plutarchi* editionem græco-latinam Francofurtenſem Wechelianam anni 1620 in folio Tom. II. pag. 1131.

CLXXVII.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis quindecim*, & ab *Augerio Buſbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

 Primò,

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſq; ad fol. 211 pag. 2, *ZANATÆ*, *Philoſophi Perſæ*, *Geomantia*, *ex Perſicâ linguâ in Græcam verſibus politicis translata ab Arſenio Monacho anno Mundi 6774*, *ſive*, *anno Chriſti 1266*; cujus *Prolegomena* incipiunt his verbis: Ποιῆμα Πέρσου Φιλοσόφου τοὔνομα ΖΑΝΑΤΗ. &c. Ipſa *Geomantia* incipit hoc modo:

Εἴπερ οὖ ποθεῖμεν ποθῶν τὸ προγινώσκειν,

Καὶ τῶν μελλόντων ἀκριβῶς εἰδέναι τὰς ἐκβάσεις, &c.

Secundò, & quidem à fol. 112 pag. 1, uſque ad fol. 215 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Hieracoſophium*, ſive, *Liber de Accipitrum curatione*, *in Capita quindecim diviſus*; cujus titulus & principium: Ἱερακοσόφιον εἰς ἰατρείαν ὀρνέων, καὶ εἰς κοπὰς καὶ χῶμα, ἤγουν ζαγάνων, φαλκονίων, πετριτῶν, ἱερακίων, τζουρακίων, καὶ ὀξυπτερύγων. Εἰς βλάβην ὀρνέων, κεφάλαιον ά. &c.

CLXXVIII.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *trecentis quadraginta octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 19 pag. 1, *MISCELLANEA quædam Aſtronomica*, inter quæ præcipuum locum obtinet JOANNIS *Caloidæ Canon Paſchalis ab anno Mundi 6938*, *ſive anno Chriſti 1430 uſque ad annum Mundi 7000*, *ſive annum Chriſti 1492*. Quamvis autem is Canon uſque ad jam memoratum tempus pertingat, ipſe tamen Autor in fine ejus propriâ manu teſtatur, ſe illum compoſuiſſe & abſolviſſe anno Mundi 6937, ſive anno Chriſti 1429.

Secundò, & quidem à fol. 19 pag. 2, uſque ad fol. 22 pag. 2, S. JOANNIS *Chryſoſtomi Oratio in Annunciationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, cujus titulus & principium: Μαρτίῳ κέ. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Ἀδελφοὶ, βασιλικῶν μυστηρίων ἑορτὴν ἑορτάζομεν σήμερον, εἰς ἣν &c. Plura de hâc Oratione vide in recenſione Codicis MSti Theologici Græci Vti, num. 27.

Tertiò, & quidem fol. 22 pag. 2, *MAXIMI Planudis*, *Monachi Conſtantinopolitani*, *Epiſtola*, cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ κυροῦ Μαξίμου τοῦ Πλανούδη. Ἐρήμην ποτὲ καταδικασθεὶς &c. Plura de ipſo *Maximo Planude* ejuſque *Epiſtolis* vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 56 & 57.

Quartò, & quidem fol. 23 pag. 1 & 2, HERODIANI *Grammatici*, qui *Apollonii Dyſcoli* fuit filius, & ſeculo poſt Chriſtum ſecundo ſub *Imp. Commodo* claruit, *Obſervatio de vetuſtiſſimis Numerorum Notis, apud Græcos uſitatis*; cujus titulus & principium: Ἡρωδιανοῦ. Ἔτι τῶν σημείων &c. Vide *Ger. Joan. Voſſium* de Scientiis Mathematicis cap. 8. §. 3; atque inſuper conſule *Matthæi Hoſti* doctiſſimum Libellum de Numeratione emendatâ, veteribus Latinis & Græcis uſitatâ, editum Antverpiæ typis Chriſtophori Plantini A. 1582 in octavo.

Quintò, & quidem fol. 24 pag. 1 & 2, *Nomina duodecim Menſium apud Athenienſes*, *Ægyptios*, *Macedones*, *Cappadoces*, & *Aſianos ſive Bithynos olim uſitata*; ut & *duodecim Verſus Heroici de totidem Menſibus Ægyptiacis*.

Sextò,

Sextò, & quidem fol. 24 pag. 2, & fol. 25 pag. 1 & 2, ex *PAULI Æginetæ Operè de Re Medicâ Caput ultimum Libri ultimi de Ponderibus & Menſuris*, quod inſcribitur atque incipit his verbis: Περὶ σαθμῶν καὶ μέτρων. Ὁ σαθμὸς βάρει μετρούμενος &c. Vide Libri *ſexti* Lambecianorum Commentariorum Partem ſecundam pag. 93, 104, 210 & 211.

Septimò, & quidem fol. 25 pag. 2, ex *GALENI Operibus Excerptum* περὶ οὔρων, ſive, *de Urinis*.

Octavò, & quidem à fol. 26 pag. 1, uſque ad fol. 27 pag. 1, *Carmen alphabeticum de Extremo Judicio, verſibus politicis*; cujus principium: Ἄνθρωπε κάμνεις καὶ θαῤῥεῖς &c.

Nonò, & quidem à fol. 27 pag. 2, uſque ad fol. 29 pag. 2, ANONYMI cujuſdam *Obſervationes quædam Chronologicæ*, quarum principium: Ὁ ἐνιαυτὸς ἔχει μῆνας ιβ´, &c.

Decimò, & quidem à fol. 29 pag. 2, uſque ad fol. 30 pag. 2, S. *TRYPHONIS Martyris Exorciſmus, ſed ſuppoſititius, Inſectorum aliorumque animalium, quæ hortis, vineis & agris noxam ac perniciem inferunt*; cujus titulus & principium: Εὐχὴ τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος Τρύφωνος. Ἐν ὀνόματι τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἐγὼ ὁ δοῦλος τοῦ Θεοῦ Τρύφων, βόσκοντος μου ποτὲ χῆνας, &c. Exſtat quidem hic *Exorciſmus* iiſdem ferè verbis etiam in *Euchologio* ſive *Rituali Græcorum*, Lutetiæ Pariſiorum à R. P. *Jacobo Goar* O. P. A. 1647 græcè & latinè in folio edito, pag. 697 & 698; ſed rectè ibidem jam memoratus R. P. Goar monet, illum eſſe ſuppoſititium. Si quis porrò integram S. *Tryphonis Martyris Vitam*, à *Simeone Metaphraſte* græcè conſcriptam, legere deſideret, is eam inveniet in R. P. *Laurentii Surii* Carthuſiani Tomo primo de probatis Sanctorum Hiſtoriis die primo Februarii, à pag. 789 uſq; ad pag. 794, ſed tantùm *latinè*.

Undecimò, & quidem fol. 30 pag. 2, *Precatio* quædam *ſuperſtitioſa*, ſeu potiùs *magica*, cujuſdam *MARIÆ*; cujus principium: Ὁ Θεὸς τοῦ Ἀβραὰμ, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσαὰκ, ὁ Θεὸς τοῦ Ἰακὼβ, διαφύλαξον τὴν δούλην σου Μαρίαν· &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 31 pag. 2, uſque ad fol. 35 pag. 1, alia quædam ejuſdem ſuprà memoratæ *MARIÆ* Precatio contra infirmitates corporis, aliaque varia mala; cujus principium: Δέσποτα Κύριε, ὁ ἰατρὸς τῶν σωμάτων, καὶ Θεὸς πάσης παρακλήσεως, ὁ μὴ βουλόμενος εἶναι τὸν ἄνθρωπον νοσερὸν ἢ κατώδυνον, ἀλλὰ ἱλαρὸν καὶ ὑγιῆ ὁλοτελῆ αὐτὸς καὶ τὴν δούλην σου Μαρίαν, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 35 pag. 1, uſque ad fol. 36 pag. 1, ASCLEPIADIS & DIOSCORIDIS *Præcepta ſalutaria Medica*, quorum titulus & principium: Ὑγιεινὰ παραγγέλματα σύντομα Ἀσκληπιάδους καὶ Διοσκορίδους &c. Εὐεξίας τράπεζαν εἰ θέλεις &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 36 pag. 2, & fol. 37 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Annotamentum *de origine Alphabeti Græcorum*; cujus principium: Πρῶτον μὲν τῶν παρ' Ἕλλησι στοιχείων τὴν ἐξαγωγὴν συστῆναι φασὶν ἀπὸ τοῦ ἄλεφ ἑβραϊκοῦ στοιχείου, ὁ ἑρμηνεύεται μάθησις, &c. Exſtat illud in *Varini Phavorini Camertis*, Epiſcopi Nucerini, Lexicò Græco editionis Baſileenſis A. 1538 in fol. col. 345 in fine literæ A.

Decimo quintò, & quidem à fol. 37 pag. 2, uſque ad fol. 45 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Poëma parænetICUM*, cujus principium: Εἰ μὲν γηπονίας ἐθέλεις &c; item *Sententiæ Septem Sapientum*, & *Pythagoræ Symbola*, & ANONYMI cujuſdam *Epigramma in Vanitatem Vitæ humanæ*: nec non Excerpta quædam miſcellanea ex *Hippocratis* & *Theophraſti Ereſii* Operibus; & ANONYMI cujuſdam Recenſio præcipuorum Spectaculorum totius terrarum Orbis, inter quæ primum locum ibi obtinet *Capitolium Urbis Romæ*,

ultimum autem *Imp. Juſtiniani Templum Conſtantinopolitanum S. Sophiæ*; ac demùm breve ſimul atque elegans Judicium de *S. Gregorio Nazianzeno*, *S. Baſilio Magno*, *S. Joanne Chryſoſtomo*, *S. Cyrillo Alexandrino*, *S. Athanaſio*, & *S. Joanne Eleemoſynario.*

Decimo ſextò, & quidem à fol. 45 pag. 2, uſque ad fol. 46 pag. 2, *GEORGII Codini Curopalatæ Catalogus Officiorum Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ S. Sophiæ*; cujus titulus & principium: Τὰ ἐκκλησιαστικὰ ὀφφίκια ἔχουσιν οὕτως. Ἡ πρώτη (1) ἑξάς. Ὁ μέγας Οἰκονόμος, κρατῶν πάντα τὰ κτήματα τῆς ἐκκλησίας, &c. Operæ pretium fuerit, Catalogum hunc manuſcriptum conferri cum editione impreſsâ græco-latinâ Pariſinâ R. P. *Jacobi Goar* in Corpore Hiſtoriæ Byzantinæ.

Decimo ſeptimò, & quidem fol. 46 pag. 2, *Septem Græciæ SAPIENTUM Præcepta*, quorum titulus & principium: Τὰ τῶν ἑπτὰ Φιλοσόφων παραγγέλματα. Θεὸν σέβου· γονεῖς αἰδοῦ· φίλοις βοήθει· &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 47 pag. 1, uſque ad fol. 254 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Lexicon Græcum*: cujus prima litera, nempe τὸ Ἄλφα, deeſt, ſecunda autem, nempe τὸ Βῆτα, incipit hoc modo: Ἀρχὴ τοῦ Βῆτα μετὰ τοῦ Ἄλφα. Βαβύλας, ὁ πηλὸς, καὶ ὄνομα κύριον. Βάθρον, βῆμα, καὶ ὄνομα κύριον. Βάβαξ, λάλος, φλύαρος, παρὰ τὸ βάζω, βάξω. Βαβάκτης, ὀρχηστὴς, &c. Haud inutilis profectò fuerit labor, ſi *Heſychii*, *Suidæ*, & *Phavorini* Lexica Græca, ut & *Magnum Etymologicum Græcum*, cum hoc Lexico manuſcripto diligenter conferantur.

Decimo nonò, & quidem à fol. 255 pag. 1, uſque ad fol. 269 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Lexicon Biblicum Græcum*, continens Ἑρμηνείαν σύντομον τῶν δυσνοήτων λέξεων τῆς παλαιᾶς καὶ τῆς καινῆς Διαθήκης, ſive, *Interpretationem ſuccinctam obſcurorum Vocabulorum, quæ exſtant in Verſione Græcâ Sacrorum Bibliorum Veteris Teſtamenti, ſimul etiam in Teſtamento Novo.*

Vigeſimò, & quidem à fol. 269 pag. 2, uſque ad fol. 278 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Interpretatio Hebraicorum Nominum & Vocabulorum, in Sacris Scripturis occurrentium, ordine alphabetico.* Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Ἑρμηνεία ὀνομάτων καὶ λέξεων Ἑβραϊκῶν, τῶν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς ἐμφερομένων, κατὰ στοιχεῖον. Ἀββᾶ, ὁ πατήρ· &c.

Vigeſimo primò, & quidem fol. 278 pag. 2, *Alphabetum Hebræorum cum Explicatione Græca*: Ἀλφάβητον Ἑβραίων. Ἄλεφ, ματαίωσις, τελείωσις· Βὴθ, &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 278 pag. 2, uſque ad fol. 280 pag. 1, *S. EPIPHANII, Conſtantiæ ſive Salaminis in Cypro Inſulâ Archiepiſcopi*, qui A. C. 403 valdè ſenex obiit, *Libellus de Menſuris & Ponderibus Sacræ Scripturæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἐπιφανίου περὶ τῶν ἐν τῇ θείᾳ γραφῇ μέτρων καὶ σταθμῶν. Ἀλάβαστρον &c. Vide Operum S. *Epiphanii* editionem græco-latinam Pariſinam Tom. II. pag. 177, & Librum *quintum* Lambec. Comment. pag. *229* & *232*.

Vigeſimo tertiò, & quidem fol. 280 pag. 1, *Nomina duodecim Apoſtolorum & quatuor Archangelorum cum Explicatione.*

Vigeſimo quartò, & quidem fol. 280 pag. 2, Inſcriptio græca, quâ *Joannes* ille, cognomine ὁ Καλοειδὴς, cujus ſuprà quoque jam eſt facta mentio, indicat, ſe hunc Codicem ſcripſiſſe anno Mundi 6939, ſive anno Chriſti 1431, Indictione nonâ.

Vigeſimo

(1) Ita in hoc Codice manuſcripto Cæſareo rectè legitur, nempe ἑξὰς ſive *Senarius*, non autem, ut vulgò perperam legitur, πεντὰς ſive *Quinarius*. Ipſe enim numerus Officiorum, quæ primâ hâc Claſſe continentur, manifeſtè reclamat.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 281 pag. 1, uſque ad fol. 293 pag. 1, S. *JOANNIS Chryſoſtomi Epiſtolæ quatuordecim ad diverſos*, & ejuſdem *Oratio in proditionem Chriſti & lotionem pedum*; cujus principium: Ἐβουλόμην μὲν εἰς τέλος διανύσαι &c. Plura de hâc Oratione vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 129.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 293 pag. 1, uſque ad fol. 294 pag. 2, Annotamenta quædam miſcellanea: inter quæ ſunt *Prædictio Jatromathematica de vitâ & morte ægroti*, & aliæ nonnullæ *Prædictiones Aſtrologicæ*; item *Diviſio Vitæ humanæ in ſeptem* ἡλικίας, ſive *Ætates*, & *Ænigma aliquod Manuelis Moſchopuli*.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem fol. 295 pag. 1 & 2, & fol. 305 pag. 1 & 2, *CATONIS Diſticha parænetica*, *à Maximo Planude, Monacho Conſtantinopolitano in græcam linguam translata, & vel ab eodem, vel ab anonymo quodam Scholiaſte Annotationibus græcis marginalibus & interlinearibus illuſtrata*; quorum titulus & principium: Κάτωνος Ῥωμαίου γνῶμαι παραινετικαὶ δίστιχοι, ἃς μετήνεγκεν ἐκ τῆς Λατίνων φωνῆς εἰς τὴν Ἑλλάδα διάλεκτον κῦρις Μάξιμος ὁ Πλανούδης καὶ μοναχός. Προοίμιον. Ἀναπολήσας ἐγὼ κατὰ νοῦν, &c. Plura de his Diſtichis, eorumque Autore vide Libri *quinti* Lambec. Comment. pag. 215, 293 & 373.

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 296 pag. 1, uſque ad fol. 304 pag. 1, *ANONYMI* cujuſdam Autoris *Collectio Proverbiorum ordine alphabetico*; cujus principium: Ἀγαθώνιος αὔλησις, ἀγαθὴ καὶ μέση καὶ καλή. Ἀγάθων γὰρ &c. Ex quo principio ſatis apparet Collectionem hanc Proverbiorum à *Zenobii*, *Diogeniani*, *Suidæ*, & *Michaëlis Apoſtolii* Proverbiis aliquantùm differre, ideóq; eorum collationem fore haud inutilem.

Vigeſimo nonò, & quidem fol. 304 pag. 1, *ANONYMI* cujuſdam *Annotamentum de viginti duobus Veteris Teſtamenti Libris*; cujus principium: Δεῖ εἰδέναι, ὅτι τῆς παλαιᾶς διαθήκης βιβλία εἰσὶν κβ΄. ὧν τὸ α΄ &c.

Trigeſimò, & quidem fol. 304 pag. 2, *ANONYMI* cujuſdam Autoris *Obſervationes quædam Prognoſticæ*, quarum *prima*, quæ eſt *Methodus ſciendi*, *uter duorum Conjugum prior moriturus ſit*, conſtat his verbis: Εἰ θέλεις μαθεῖν ποῖος ἀπὸ τῶν δύο πρῶτον τελευτήσει, μάνθανε τῶν δύο τὰ ὀνόματα, καὶ ἀναβίβαζε τῶν ἀμφοτέρων τὰς συλλαβὰς οὕτως. ἔστιν ὁ ἀνὴρ Γεώργιος, καὶ εἰσὶν συλλαβαὶ δ΄, καὶ ἡ γυνὴ Μαρία· ἰδοὺ καὶ αὗται γ΄· ὁμοῦ ζ΄· καὶ ἀνάλυε οὕτως· Ἀδὰμ, Εὔα, μέχρις ἂν πληρωθῶσιν αἱ συλλαβαί. καὶ εἰ μὲν τῷ Ἀδὰμ πληρωθεῖ, θνήσκει ὁ ἀνὴρ, εἰ δὲ ἐν τῇ Εὔα, ἡ γυνή. Hinc igitur ſequeretur, ſi ex duobus Conjugum prænominibus, per additionem conjunctis, impar oriatur ſyllabarum numerus, Maritum prius eſſe moriturum; ſi autem par, Uxorem: ſed frivolum hoc eſt atque ludicrum.

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 305 pag. 2, uſque ad fol. 310 pag. 2, ANTISTHENIS *Athenienſis*, qui diſcipulus fuit *Socratis* & Autor *Sectæ Cynicæ*, *Dialogus*, *in quo ipſe cum Polycrate*, ut videtur, Sophiſtâ Athenienſe, *diſſerit de variis ſelectis Quæſtionibus Phyſicis*; quarum prima, *Cur Ruta ſerpentibus infeſta ſit eóſque fuget*, inſcribitur atque incipit his verbis: Ποίῳ λόγῳ πήγανον ὄφεσιν ἐστὶ πολέμιον. Πολυκράτης. Ὡς ἀγαθὸς κυνηγέτης ὦ φίλος, μεγίστην θηράσας τινὰ τοῦ περιπάτου κατάληψιν. νῦν ἡμᾶς μουσικοὶ περιπνέουσιν αὖραι καλῇ ὑπὸ πλατανίσῳ, &c. Plura huc pertinentia vide Lib. VII. Comment. Lambec. pag. 251, & ſeqq.

Trigeſimo ſecundò, & quidem fol. 310 pag. 2, *DIOGENIANI Heracleotæ Pontici*, *qui ſub Imp. Hadriano floruit*, *Proverbia aliquot*, quorum titulus & principium:

 Παροι-

Παροιμίαι δημώδεις ἀπὸ τῆς Διογενιανοῦ συναγωγῆς· εἰσὶ δὲ κατὰ στοιχεῖον. ἀρχὴ τοῦ α'. Ἀβυδηνὸν ἐπιφόρημα. ἐπὶ τῶν ἀηδῶν τάττεται ἡ παροιμία· τινὲς δὲ φασὶ τοὺς ἐξ αὐτῶν συκοφαντεῖσθαι τοὺς ξένους. &c. Vide R. P. *Andreæ Schotti* S. J. Syntagma Proverbiorum Græcorum, Antverpiæ typis Plantinianis A. 1612. græcè & latinè in quarto editum, pag. 169, & deinceps.

Trigeſimo tertiò, & quidem à fol. 311 pag. 1, uſque ad fol. 341 pag. 2, ÆSOPI *Fabulæ ordine alphabetico, cum præfixá ejuſdem Vitâ*, cujus titulus & principium: Αἰσώπου τοῦ λογοποιοῦ μῦθοι κατὰ στοιχεῖον. (1) Αἴσωπος ὁ λογοποιὸς, Λυδὸς μὲν ἦν τῷ γένει, ἐδούλευε δὲ ἐν Ἀθήναις &c. Prima autem Fabula literæ A incipit his verbis: Ἀετὸς καὶ ἀλώπηξ, (2) φιλίαν πρὸς ἀλλήλους ποιησάμενοι, πλησίον (3) ἑαυτῶν οἰκεῖν διέγνωσαν, βεβαίωσιν φιλίας τὴν συνήθειαν (4) ἡγούμενοι, &c. Ex ſolo igitur hoc principio ſatis ſupérque apparet, manuſcriptum hoc Fabularum Æſopicarum exemplar *Cæſareum* ab *Iſaaci Nicolai Neveleti* editione græco-latinâ impreſſâ, quæ omnium editionum impreſſarum optima eſt, valdè diſcrepare, ideóque ejus collationem ob multas notabiles variantes lectiones fore neceſſariam.

Trigeſimo quartò, & quidem à fol. 341 pag. 2, uſque ad fol. 345 pag. 1, *IGNATII* (5) *Magiſtri Tetraſticha Jambica ex Fabulis Æſopicis Babriæ*; quorum titulus & principium: Βαβρίου ἐν ἐπιτομῇ, μεταγραφὲν ὑπὸ Ἰγνατίου Μαγίστορος. Ἀνδρὸς ποσὶ πατεῖτο πέτρινος λέων, &c. Plura de iiſdem *Tetraſtichis* vide infrà in recenſione Codicis CCXXV. num. 4.

Trigeſimo quintò, & quidem à fol. 345 pag. 1, uſque ad fol. 346 pag. 1, HIPPOCRATIS *Coi Epiſtola ad Ptolemæum Regem de ſanitate tuendâ*; cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ Ἱπποκράτους πρὸς Πτολεμαῖον βασιλέα. Ἐπιμελούμενοι τῆς σῆς ὑγείας ὦ βασιλεῦ, &c. Vide etiam Libri *ſexti* Lambecianorum Commentariorum Partem ſecundam pag. 96. & 124.

Trigeſimo ſextò, & quidem à fol. 346 pag. 2, uſque ad fol. 348 pag. 2, NOÆ *Patriarchæ Methodus Geomantica prædicendi futura, ab Angelo ipſi revelata*; cujus principium: Ἡ μέθοδος αὕτη τῷ Προφήτῃ Νῶε ἀπεκαλύφθη διὰ Ἀγγέλου Κυρίου τῶν ιϛ' τούτων σχημάτων τοῦ προφητεύειν τῷ λαῷ τὰ μέλλοντα. γίνεται δὲ οὕτως. λαβὼν &c. Eſt autem Opuſculum hoc ſuppoſititium & ſuperſtitioſum.

CLXXIX.

CENTESIMUS SEPTUAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum triginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 11 pag. 2, ARISTOTELIS *Liber de Mundo ad Alexandrum Magnum*; cujus titulus & principium: Ἀριστοτέλους περὶ Κόσμου πρὸς τὸν ἐν βασιλεῦσι δοκιμώτατον Ἀλέξανδρον. Πολλάκις μὲν ἔμοιγε θεῖόν τι καὶ δαιμόνιον ὄντως χρῆμα, ὦ Ἀλέξανδρε, ἡ φιλοσοφία ἔδοξεν εἶναι· &c. Idem Liber etiam à

Joanne

(1) Vita hæc *Æſopi* prorsùs diverſa eſt ab eâ, quam ſcripſit *Maximus Planudes*. (2) In editione Neveleti pro φιλίαν πρὸς ἀλλήλους ποιησάμενοι legitur unicâ voce, φιλιωθέντες. (3) In editione Neveleti pro ἑαυτῶν legitur ἀλλήλων, & pro διέγνωσαν legitur ἔγνωσαν. (4) In editione Neveleti pro ἡγούμενοι legitur ποιούμενοι. (5) Infrà in Cod. CCXXV. num. 4. cognominatur *Diaconus*.

Joanne Langio, celeberrimo Philoſopho & Medico, A. 1606 Francofurti typis Matthæi Beckeri *latinè* in octavo editus, & ampliſſimo doctiſſimoque *Commentario* illuſtratus eſt, ibique inſcribitur *Coſmuſiſtaſia Ariſtotelica*, ſive, *Theatrum Mundi Minoris*. Exſtant præterea in eundem Librum eruditiſſimæ quoque Annotationes *Simonis Grynæi*.

Secundò, & quidem fol. 11 pag. 2, *PROCLI Diadochi Platonici Scholium Aſtronomicum de duodecim Signis Zodiaci*, cujus titulus & principium: Σχόλιον Πρόκλου ὀυρανοδρόμου. Περὶ ἀνατολῶν καὶ δύσεων εἰπεῖν ἀστρολογικῶς ὁρμημένῳ μοι, δέον κεφαλαιωδέστερως ἐκθεῖναι πάσας ἀστροθεσίας ἐν τῷ ζωδιακῷ &c.

Tertiò, & quidem fol. 12 pag. 2, *ANONYMI* cujuſdam Autoris *Diagramma ſynopticum de quatuor Scientiis Mathematicis*, *Arithmeticâ*, *Muſicâ*, *Geometriâ* & *Aſtronomiâ*.

Quartò, & quidem à fol. 13 pag. 1, uſque ad fol. 40 pag. 2, *CLAUDII Ptolemæi Peluſiotæ*, qui propter Obſervationes Aſtronomicas, *Alexandriæ* factas, vulgò cognominatur *Alexandrinus*, quique ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub *Impp. Hadriano*, *Antonino Pio* & *M. Antonino Philoſopho* floruit, Τετράβιβλος σύνταξις, hoc eſt: *Quadripartita Compoſitio*, ſive, *Opus quadripartitum de Aſtrorum judiciis ad Syrum*; (1) quod quidem aliàs rectè in *Libros quatuor* dividitur, in præſenti autem Codice imperfectum eſt, & tantùm conſtat *Capitibus viginti* & *uno*; quorum titulus & principium: Κλαυδίου Πτολεμαίου (2) Κεφάλαια τῆς Ἀστρονομικῆς τέχνης. Κεφάλαιον α. Προοίμιον (3) πρός τινα Σύρον ἑαυτοῦ φίλον. Τῶν τὸ δι' ἀστρονομίας προγνωστικὸν τέλος καταςκευαζόντων, ὦ Σύρε, δύο τῶν μεγίστων καὶ κυριωτάτων ὑπαρχόντων, &c. Adjuncta ſunt his Capitibus multa *Diagrammata Aſtrologica*, quæ in editionibus impreſſis non exſtant. Præterea præfixa ibidem eſt *Capiti primo*, ſive, *Ptolemæi Proœmio*, etiam alterius cujuſdam ANONYMI *antiqui Autoris Græci Præfatiuncula hiſtorica de Claudii Ptolemæi ætate*, & *de Aſtrologiæ Judiciariæ antiquiſſimis apud Græcos Scriptoribus*; quæ quia multas ob cauſas valdè notabilis, hactenùs tamen publicâ luce nondum donata eſt, integram eam exhibuit CL. Lambecius Lib. VII. Comment. pag. 88, quem vide.

Quintò, & quidem à fol. 41 pag. 1, uſque ad fol. 65 pag. 1, *ex ANTIOCHI Theſauris Capita quadraginta quatuor de Aſtrologiâ Judiciariâ*; quorum *primum* inſcribitur atque incipit his verbis: Ἐκ τῶν Ἀντιόχου θησαυρῶν ἐπίλυσις καὶ διήγησις πάσης ἀστρονομικῆς τέχνης. Τίνος ἕνεκεν, τῶν ιβ' ζωδίων κυκλοειδῶς τετυχηκότων, ὑπὸ κριοῦ τὴν ἀρχὴν ποιούμεθα, καὶ μὴ μᾶλλον ἀπὸ καρκίνου &c.

Sextò, & quidem à fol. 65 pag. 2, uſque ad fol. 69 pag. 1, *ex HELIODORI*, ut videtur, *Lariſſæi*, *Aſtrologicâ doctrinâ Capita octo*, quorum titulus & principium: Ἐκ τῆς ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ ἀστρονομικῆς διδασκαλίας κεφάλαια διάφορα. Κεφάλαιον α. Συνάντησις μέν ἐστι, ὅταν ἐκ τῶν ἑπομένων μοιρῶν &c.

Septimò, & quidem à fol. 69 pag. 2, uſque ad fol. 78 pag. 2, *ex PAULI Alexandrini Introductione in Aſtrologiam Judiciariam Capita decem*, quorum *primum* inſcribitur, atque incipit hoc modo: Παύλου Ἀλεξανδρέως ἐπίσκεψις ἀστρονομική. Κεφάλαιον α. Ἰστέον δὲ ὅτι τὸ ζώδιον ἔχει δεκανοὺς τρεῖς, μοίρας λ, ἡ δὲ μοῖρα λεπτὰς ξ. ἀρχὴ δὲ τοῦ ζωδιακοῦ κύκλου ὁ κριός, &c. Integram illam Pauli *Alexandrini* Ἐισαγωγὴν εἰς τὴν ἀποτε-

(1) Vide Librum VII. *Commentar. Lambec.* pag. 88 & 89. (2) Hoc eſt *Claudii Ptolemæi Capita Aſtronomicæ Artis.* (3) Hoc eſt *Proœmium ad quendam Syrum ſuum amicum.* In editione autem græcâ *Joachimi Camerarii*, Norimbergæ An. 1535 in quarto impreſſâ, legitur πρὸς Σύρον ἀδελφὸν, hoc eſt, *ad Syrum fratrem.*

ἀποτελεσματικὴν, hoc eſt, *Introductionem in Aſtrologiam Judiciariam*, ex Perilluſtris & Generoſiſſimi Domini *Henrici Ranzovii*, Equitis Holſati, & in Ducatu Slesvici, Holſatiæ, Stormariæ & Ditmarſiæ Danici olim Proregis celeberrimi, Bibliothecâ primus *græcè* & *latinè* in lucem edidit *Andreas Schato* Wittebergæ typis Zachariæ Lehmanni anno 1588 in quarto.

Octavò, & quidem à fol. 79 pag. 1, uſque ad fol. 91 pag. 2, ex *JULIANI Laodicenſis Opere de Aſtrologiâ Judiciariâ Capita novendecim*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἰουλιανοῦ Λαοδικέως ἐπίσκεψις ἀστρονομική· Κεφάλαιον α΄. Ὁ περὶ καταρχῶν λόγος, καὶ ἀναγκαῖος καὶ ὠφέλιμος εἰς τὰς βιωτικὰς πράξεις ἐστὶ, ὡς ἡ πεῖρα, &c.

Nonò, & quidem à fol. 92 pag. 1, uſque ad fol. 94 pag. 1, Excerpta nonnulla *ex* ſuprà memorati *PAULI Alexandrini Introductione in Aſtrologiam Judiciariam.*

Decimò, & quidem à fol. 94 pag. 2, uſque ad fol. 95 pag. 2, Excerpta quædam *ex CLAUDII Ptolemæi Opere quadripartito de Judiciis aſtrorum*; cujus ſuprà jam eſt facta mentio.

Undecimò, & quidem à fol. 96 pag. 1, uſque ad fol. 97 pag. 1, Excerpta quædam *ex HELIODORI Aſtrologicâ doctrinâ*, cujus ſuprà jam eſt facta mentio.

Duodecimò, & quidem à fol. 97 pag. 2, uſque ad fol. 110 pag. 2, Excerpta quædam *Aſtrologica miſcellanea*; inter quæ etiam exſtat Ψῆφος Πυθαγόρου Σοφιστοῦ, ſive, *Pythagoræ Divinatio per numeros*, quæ aliàs (1) Ἀριθμαντεία, ſeu potiùs Ἀριθμομαντεία, dicitur.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 111 pag. 1, uſque ad fol. 122 pag. 2, *HERONIS Tertii*, qui ſeculo poſt Chriſtum ſeptimo ſub *Imp. Heraclio* floruit, *Introductio in Geodæſiam*; cujus titulus & principium: Ἥρωνος εἰσαγωγὴ τῶν γεωμετρουμένων. Καθὼς ἡμᾶς ὁ παλαιὸς διδάσκει λόγος, οἱ πλεῖστοι τοῖς περὶ τὴν γῆν μέτροις &c. Accedunt huc etiam alia quædam ANONYMI cujuſdam Collectoris *Excerpta miſcellanea*; inter quæ fol. 115 pag. 2 eſt Obſervatiuncula græca *de Inventoribus diverſarum Artium*; cujus titulus & principium: Τίνες ἐφεῦρον τὰς τέχνας; Εὐκλείδης γεωμετρίαν, Δημοσθένης καὶ Ἑρμογένης ῥητορικὴν, Ἄντιλος λογχοποιίαν, &c. Item fol. 122 pag. 2, *Divinationes* quædam *ſuperſtitioſæ de vitâ & morte ægroti.*

Decimo quartò, & quidem fol. 123 pag. 1, *ANTIOCHI Prognoſticon de Calendis menſium*; cujus titulus & principium: Περὶ καλανδῶν πρόγνωσις Ἀντιόχου. Εἰ γένηται κάλανδα τῇ α΄ ἡμέρᾳ, ἔσται χειμὼν χρήσιμος &c. Hujuſmodi Libri *de ſuperſtitioſis Calendarum Obſervationibus*, quæ à gentilibus ad Græcos recentiores longâ temporum ſucceſſione pervenerunt, peculiari nomine appellantur Καλανδολόγια. Vide *Joannis Meurſii* Lexicon Græco-barbarum in explicatione vocis Καλανδολόγιον.

Decimo quintò, & quidem fol. 123 pag. 2, *HIPPOCRATIS Prognoſticon de valetudine humanâ ſecundùm temperiem quatuor anni temporum*; cujus titulus & principium: Ἱπποκράτους περὶ καιρῶν πρόγνωσις. Περὶ δὲ τῶν ὡρῶν, εἰ μὲν ὁ χειμὼν αὐχμηρὸς καὶ βόρειος γένηται, &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 124 pag. 1, uſque ad fol. 135 pag. 2, *SALOMONIS*, *Regis Hebræorum*, *Arcana quædam ſuperſtitioſa ſuppoſititia*; quorum titulus: Τῶν Σολομωνιακῶν εἴδησις.

CENTE-

(1) Vide *Caſpari Peuceri* Commentarium de præcipuis Generibus Divinationum ſub titulo *de Sortibus*, à fol. 224 uſque ad fol. 229.

CLXXX.

CENTESIMUS OCTOGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum quinquaginta quatuor*, olim ab *Augerio* de *Busbeckè* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur EURIPIDIS Hecuba, Oreſtes, & Phœniſſæ, variis notis interlinearibus & marginalibus illuſtratæ.

CLXXXI.

CENTESIMUS OCTOGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis quadraginta ſeptem*, olim ab *Augerio* de *Busbecke* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur

Primò: DEMOSTHENIS, *Oratoris Athenienſis*, Olynthiacæ.

Secundò: Varia Excerpta ex Logicis & Phyſicis NICEPHORI BLEMMYDÆ, MICHAELIS PSELLI, & GEORGII PACHYMERIS.

Tertiò: PORPHYRII *Tyrii* Iſagoge in Logicam.

Quartò: S. GREGORII Thaumaturgi Panegyricus in Origenem.

Quintò: NICEPHORUS *Blemmydas* de Interpretatione.

Sextò: NEMESII, *Epiſcopi Emeſeni*, Liber de Naturâ hominis.

Septimò: Excerpta quædam ex S. BASILIO *Magno* & S. GREGORIO *Nazianzeno* contra Latinos de Proceſſione Spiritûs Sancti.

CLXXXII.

CENTESIMUS OCTOGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátq; foliis *ducentis novendecim*, & unus eſt ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo PLOTINI *Diſſertationum Philoſophicarum Platonicarum Enneades ſex*, quarum *prima* incipit his verbis: Ἡδοναὶ καὶ λῦπαι &c. Exſtat quoq; ibidem à fol. 214 p. 2, uſq; ad fol. 217 pag. 2. EJUSDEM *Sermo de primo Principio univerſi ſive de Uno*; cujus titulus & initium: Πλωτίνου περὶ τῆς ἀρχῆς τῶν πάντων ἤτοι περὶ τοῦ ἑνός· incipiens hoc modo: Ἐπειδήπερ δεῖ εἶναι τὸ ἐπέκεινα τοῦ νοός, &c. Item à fol. 217 pag. 2 uſque ad fol. 219 pag. 1, ex EJUSDEM *Libro ſecundo de Immortalitate Animæ Fragmentum*, cujus principium:. Τὸ δὲ τῆς ἐντελεχείας, ὧδ᾽ ἄν τις ἐπισκέψαιτο &c. Exſtat autem illud, apud *Euſebium Pamphili* capite decimo Libri decimi quinti de Præparatione Evangelicâ.

CLXXXIII.

CENTESIMUS OCTOGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, ſed paſſim mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis ſeptuaginta duobus*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur ANONYMI Miſcellanea Grammaticalia.

CLXXXIV.

C*ENTESIMUS OCTOGESIMUS QVARTUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, paſſim mutilus, & miſerè depravatus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum ſexaginta ſeptem*, quo continentur ANONYMI Collectanea miſcellanea Philoſophica & Hiſtorica.

CLXXXV.

C*ENTESIMUS OCTOGESIMUS QVINTUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæq; notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ſexaginta ſeptem*, A. C. 1672 pro Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Venetiis emptus, quo continetur DIDYMI *Alexandrini*, Grammatici & Ariſtarchi celeberrimi, Epitome Parœmiarum ſive Proverbiorum.

CLXXXVI.

C*ENTESIMUS OCTOGESIMUS SEXTUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæq; notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum ſexaginta*, & ad *Joannem Sambucum* Pannonium, olim pertinuit, quo continentur MANUELIS *Moſchopuli* Erotemata Grammaticæ.

CLXXXVII.

C*ENTESIMUS OCTOGESIMUS SEPTIMUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæq; notæ, in *quarto*, ſed paſſim mutilus, conſtátque nunc foliis *centum* & *ſex*, quo continentur

Primò: SOPHOCLIS Fragmenta cum Scholiis.

Secundò: ANONYMI Scholia in *Ariſtidis* Rhetoris Panathenaicum.

CLXXXVIII.

C*ENTESIMUS OCTOGESIMUS OCTAVUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátq; foliis *centum quinquaginta quatuor*, & primùm quidem ad *Mathuſalam, Monachum Sancti Montis Sinai*, qui illum ſuâ manu ſcripſit, poſteà autem ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 7 pag. 1, SIMPLICII *in Ariſtotelis Naturalis Auſcultationis ſive Phyſicorum Libros octo Prolegomena*; quorum principium: Τὸν σκοπὸν τῆς Ἀριστοτέλους φυσικῆς ἀκροάσεως μαθεῖν ἐστι ῥᾳδίως &c. Plura de iiſdem vide ſuprà in Recenſione Codicis CXmi, num. 2.

Secundò, & quidem à fol. 7 pag. 2, uſque ad fol. 8 pag. 2, GREGORII *Pachymeris in Ariſtotelis Phyſicorum Libros octo Prolegomena*, quorum principium: Σκοπὸς τοῦ παρόντος βιβλίου &c. Plura vide ſuprà in Recenſione Codicis CXmi, num. 1.

Tertiò, & quidem à fol. 9 pag. 1, uſque ad fol. 134 pag. 2, THEMISTII *Paraphraſis in Ariſtotelis Naturalis Auſcultationis ſive Phyſicorum Libros octo*; cujus principium: Πρόκειται τῇδε τῇ συγγραφῇ &c. Plura de hâc *Themiſtii Paraphraſi* vide ſuprà in Recenſione Codicis CXmi, num. 5.

Quartò,

Quartò, & quidem à fol. 135 pag. 1, uſque ad fol. 137 pag. 2, *DEMOSTHENIS Oratio Olynthiaca ſecunda cum Libanii Sophiſtæ Hypotheſi ſive Argumento*; cujus principium: Ἐπὶ πολλῶν μὲν ἄν τις ἰδεῖν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, &c.

Quintò, & quidem à fol. 138 pag. 1, uſque ad fol. 154 pag. 2, *NICEPHORI Blemmydæ Logica*, cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου Βλεμμύδους ἡ βίβλος αὕτη. Ἐπιδὴ πᾶσ' ἡ λογικὴ ἐπιστήμη πρὸς τὴν ἱερὰν γραφὴν &c. Προοίμιον. Βασιλείας καὶ φιλοσοφίας πολὺ τὸ συγγενές τε καὶ ὁμοιότροπον &c.

CLXXXIX.

CENTESIMUS OCTOGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *quarto*, conſtátque foliis *centum octoginta octo*, & primùm quidem pertinuit ad *Mathuſalam*, *Monachum Sancti Montis Sinai*, qui illum ſuâ manu ſcripſit, poſteà autem ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, comparatus eſt *Conſtantinopoli*. Continentur eo ARISTOTELIS *Metaphyſicorum Libri quatuordecim*, *cum Eclogis ſive Excerptis ex Joannis Philoponi in eoſdem Expoſitione*, quorum titulus & principium: Ἐξήγησις τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ Ἀριστοτέλους ἀπὸ τοῦ Φιλοπόνου Ἰωάννου. Μετὰ τὰ φυσικὰ ἐπιγέγραπται ἡ πραγματεία, οὐ κατὰ τὴν ἕξιν τοῦ πράγματος, ἀλλὰ κατὰ τὴν τάξιν τῆς ἀναγνώσεως. διαλαμβάνει γὰρ &c.

CXC.

CENTESIMUS NONAGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis ſeptem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem fol. 1 pag. 2, & fol. 2 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris Σχῆμα σφαιροειδὲς τοῦ ὁρατοῦ κόσμου, ſive, *Schema Sphæricum totius Mundi viſibilis*, cum Explicatione Nominum duodecim Ventorum.

Secundò, & quidem fol. 3 pag. 1, ANONYMI cujuſdam *Obſervatio Phyſica triplex de Nubibus*, *Aquâ & Oceano*; cujus principium: Περὶ νεφελῶν ἐπίσκεψις. Αἱ νεφέλαι &c.

Tertiò, & quidem à fol. 4 pag. 1, uſque ad fol. 14 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Capita quædam Chronologica de Paſchate*; quorum titulus & principium: Περὶ τοῦ ἁγίου Πάσχα. Κεφάλαιον ζ. Εἶτα τὰς μὲν ἄλλας τῶν ὑποθέσεων, ἃς τὸ προκείμενον ἀπαιτεῖ σύνταγμα, &c.

Quartò, & quidem à fol. 15 pag. 1, uſque ad fol. 48 pag. 2, *MICHAELIS Pſelli Opus Chronologicum de Motu temporis Cyclorum Solis & Lunæ*, *Eclipſibus*, *& inventione Paſchatos*, *per Interrogationes & Reſponſiones*; cujus titulus & principium: Ποίημα τοῦ μακαριωτάτου Ψελλοῦ περὶ τῆς κινήσεως τοῦ χρόνου τῶν κύκλων καὶ τῆς σελήνης, καὶ τῆς ἐκλείψεως αὐτῶν, καὶ τοῦ Πάσχα εὑρέσεως. Ἐρώτησις. Διατί ὁ ἅπας χρόνος νυχθήμερα ἔχει τξε &c.

Quintò, & quidem à fol. 49 pag. 1, uſque ad fol. 58 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Tractatus Medico-Phyſicus de Homine & Corporis humani partibus atque accidentiis*, *per Interrogationes & Reſponſiones*; cujus principium ſine ullo titulo eſt tale:

Ἐρώτησις. Τί ἐστιν ἄνθρωπος; Ἀπόκρισις. Ζῶον λογικὸν θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικόν. Ἐρώτησις. Τί ἐστιν ἐγκέφαλος; Ἐγκέφαλός ἐστιν &c.

Sextò, & quidem à fol. 59 pag. 1, uſque ad fol. 60 pag. 1, *ANONYMI* cujuſdam Autoris *Annotamentum de Re nummariâ & de Menſuris*; quod ſine ullo titulo incipit his verbis: Τάλαντον, κατὰ μὲν τὸν λιτρισμὸν, ἔχει λιτρῶν ὑπάρχει &c.

Septimò, & quidem fol. 60 pag. 2, & fol. 61 pag. 1, NONNI *Panopolitæ Narratio hiſtorica de morte Homeri, à S. Gregorio Nazianzeno in Scriptis ſuis memoratâ*; cujus titulus & principium: Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου. Ἱστορία λγ΄, ἡ κατὰ τὸ Ἀρκαδικὸν ζήτημα· ἔστι δὲ αὕτη. Ὅμηρος ὁ ποιητὴς, περὶ τὴν Ἀρκαδίαν γεγονὼς, &c. Vide Librum *tertium* Lambec. Comment. pag. *99, 182, 183, 205, 206, 207.*

Octavò, & quidem à fol. 61 pag. 1, uſque ad fol. 65 pag. 1, ANONYMI cujuſdam *Collectio Phyſica miſcella de Terræ motu, Nubibus, Grandine, Nive, Tonitru & Fulgure*; cujus principium: Περὶ σεισμοῦ. Ὁ σεισμὸς δοκεῖ γίνεσθαι, τοῦ ἐκ τοῦ ἀποκρατοῦντος ὀνομαζομένης θερμῆς &c.

Nonò, & quidem à fol. 65 pag. 2, uſque ad fol. 73 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Collectio miſcella Aſtronomica & Aſtrologica*; cujus principium: Περὶ τοῦ οὐρανίου σώματος. Ὁ οὐρανὸς, λέγει ὁ μέγας Βασίλειος, ὅτι ἐστὶ καπνοειδής. ἄλλοι δὲ λέγουσι, ὅτι ἐστὶν κρυσταλλοειδής· ἕτεροι δὲ &c. Exſtat etiam ibidem peculiare *Caput* περὶ Ὡροσκόπου, ſive, *de Horoſcopo*; ut Ὡρολόγιον τῶν ιβ΄ μηνῶν, ſive, *Horologium duodecim Menſium*; cujus principium: Μέθοδος τοῦ γινώσκειν τὰς ὥρας τῆς ἡμέρας. Σταθεὶς ὀρθῶς ἐν ὁμαλῷ τόπῳ &c; item *Obſervatio Aſtrologica* περὶ φλεβοτομίας, ſive, *de Sanguinis miſſione*; nec non *Tabula dierum fortunatorum cujuſque menſis, quos Deus revelavit Eſdræ Sacerdoti*; cujus Inſcriptio: Ἀγαθαὶ ἡμέραι, ἃς ἔδειξεν ὁ Θεὸς τῷ Ἔσδρᾳ τῷ ἱερεῖ.

Decimò, & quidem à fol. 74 pag. 1, uſque ad fol. 85 pag. 2, *MELAMPODIS Aſtrologi Methodus Prædictionum Lunarium*; cujus titulus & principium: Ἑτέρα μέθοδος σεληνιακὴ περὶ τῆς σελήνης προγνώσεων, ΜΕΛΑΜΠΟΔΟΣ τοῦ Ἀστρολόγου. Ἐν τῷ Μαρτίῳ ἡ σελήνη κατὰ τὴν πρώτην &c. Huc accedunt etiam aliæ quædam *Obſervationes miſcellaneæ abſque nominibus Autorum.*

Undecimò, & quidem à fol. 86 pag. 1, uſque ad fol. 254 pag. 2, GEORGII *Chryſococæ*, ſeu potiùs *Chyſococcæ*, *Medici, Expoſitio in Syntaxin Aſtronomicam Perſarum ad fratrem ſuum Joannem Charſaniten, cum ſubjunctis Tabulis Aſtronomicis, Geographicis & Chronologicis.* Inſcribitur ea atque incipit his verbis: Τοῦ σοφωτάτου ἰατροῦ, κυροῦ Γεωργίου τοῦ Χρυσοκόκκη ἐξήγησις εἰς τὴν σύνταξιν τῶν Περσῶν, ἐκτεθεῖσα πρὸς τὸν αὐτοῦ ἀδελφὸν κυρὸν Ἰωάννην τὸν Χαρσανίτην. Πάλαι μὲν, καὶ αὐτὸς ὡς οἶσθα, ὦ φίλτατε Ἰωάννη, τοῦ Περσικοῦ τοῦδε προχείρου σπουδάζοντος μάθησιν, &c. Quâ finitâ *Præfatione*, in quâ præcipuè narratur, quomodo Syntaxis illa à quodam *Chioniade* ex *Perſiâ Trapezuntem* perlata, & ab eodem in linguam Græcam converſa ſit, ſequitur *Index Capitum quadraginta octo*, in quæ tota illa Expoſitio diviſa eſt; eique porrò ſubjungitur aliud *Proœmium*, quod inſcribitur atque incipit his verbis: Προοίμιον. Ἐπειδήπερ τὴν σύστασιν τῶν προκειμένων προχείρων κανόνων, τὴν περιέχουσαν τὰς τῶν ἀστέρων κινήσεις, ἀπὸ χρόνου τινὸς προσυφεστάναι ἐχρῆν, καὶ τοῦ κατ᾽ αὐτὴν τύπου τῶν ἀστέρων, &c. Quo finito *ſecundo Proœmio*, inſcribitur atque incipit *Caput primum* hoc modo: Κεφάλαιον α΄ περὶ τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης, καὶ τοῦ μηνὸς καὶ τοῦ χρόνου. Τοῦ ζῳδιακοῦ τινὸς κύκλου εἰς ιβ΄ ἴσα διῃρημένου &c. Meminit

nit hujus *Autoris* & *Operis* R. P. *Philippus Labbeus* S. J. in Novâ Bibliothecâ MStorum Librorum Græcorum pag. 124, ubi refert, *Georgii Chryſococcæ Medici Tabulas Aſtronomicas & Geographicas exſtare in Codice Regio Pariſino 1404.* Multò autem prolixiùs de eodem *Autore* & *Opere* agit *Leo Allatius* in Diatribâ de Georgiis pag. 359 & 360. Quod ſupereſt, ſpeciatim moneo, in præſtantiſſimo Codice manuſcripto *Cæſareo*, de quo hactenùs actum eſt, inprimis rationem habendam eſſe *Tabularum Geographicarum longitudinis & latitudinis præcipuarum Urbium Europæ*, *Aſiæ* & *Africæ* fol. 146, 147 & 155, quia eorum beneficio non pauca *Theſauri Geographici Abrahami Ortelii* loca poſſunt emendari & illuſtrari.

Duodecimò, & quidem à fol. 255 pag. 1, uſque ad fol. 307 pag. 2, *EJUSDEM*, ut videtur, *Georgii Chryſococcæ Editio atque Expoſitio Syntagmatis Canonum Aſtronomicorum Judaicorum*, quod Ἑξαπτέρυγον ſive *Sexalare* inſcribitur, quia ipſi illi *Canones* Πτερὰ ſive *Alæ* appellantur. Ipſa tituli verba græca cum principio Proœmii ſunt hæc: Ἔκδοσις εἰς τὸ Ἰουδαϊκὸν ἑξαπτέρυγον. Τῆς τῶν πλανωμένων ἀστέρων φορᾶς ποικίλης γε οὔσης καὶ πολυειδοῦς, &c. Huc accedunt in fine etiam aliæ quædam *Obſervationes Aſtronomicæ miſcellaneæ.*

CXCI.

CENTESIMUS NONAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, ſed aquâ marinâ aliquantulum fœdatus, conſtátque nunc foliis *ducentis ſexaginta ſex*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continetur CONSTANTINI *Laſcaris Byzantini* Grammatica, ſeu de octo partibus Orationis Liber.

CXCII.

CENTESIMUS NONAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis* & *ſeptendecim*, & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur

Primò: GENNADII *Scholarii*, Monachi Schiſmatici Græci Sermo funebris in filium.

Secundò: ÆSOPI Vita & Fabulæ.

Tertiò: CATONIS Diſticha à *Maximo Planude* verſa.

Quartò: HIEROCLIS, Philoſophi Stoici Alexandrini quædam facetiæ.

Quintò: HIPPOCRATES *Cous* de Inſomniis.

Sextò: SIMEON *Sethus* & MICHAEL *Pſellus* de Ciborum facultate.

CXCIII.

CENTESIMUS NONAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum* & *quinque*, quo continentur ARISTOPHANIS Tragœdiæ Plutus & Nebulæ variis Scholiis illuſtratæ.

CXCIV.

CENTESIMUS NONAGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtâtque foliis *quadringentis nonaginta tribus.* Continetur eo Τοῦ Μαΐστωρος κυροῦ Ἰωάννου τοῦ (1) Κουκουζέλη Τέχνη ψαλτικὴ καὶ σημάδια, ψαλτικὰ μετὰ πάσης χειρονομίας καὶ συνθέσεως, ſive, *Magiſtri* JOANNIS *Cucuzelæ Ars pſaltica cum variis Canticorum exemplis & adjunctis antiquis Notis Muſicis.* Plura de hoc *Joanne Cucuzele* vide Libri *quinti* Lambecianorum Commentariorum pag. 273.

CXCV.

CENTESIMUS NONAGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *quarto*, ſed paſſim lacerus, conſtâtque nunc foliis *ducentis ſexaginta quatuor*, olim ab *Augerio* de *Busbecke* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur.

Primò : JOANNIS *Pediaſimi*, Primæ Juſtinianeæ ac totius Bulgariæ Chartophylacis, ſive Cuſtodis Sigilli Patriarchalis, XII. Labores Herculis.

Secundò : MICHAEL *Glycas* de Syntaxi.

Tertiò : GREGORII *Cyprii*, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Fabulæ.

Quartò : SYNESII, Epiſcopi Cyrenæi, Epiſtolæ.

Quintò : Computus Græcus.

Sextò : GREGORII *Cyprii*, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Epiſtolæ.

Septimò : CLEOMEDIS Κυκλικὴ Θεωρία.

Octavò : NICEPHORI *Calliſti*, cognomine *Xanthopuli* Menæum verſibus comprehenſum, ſeu Carmen de omnium Sanctorum Feſtis.

Nonò : Triodii Synopſis ab ANONYMO verſibus conſcripta.

Decimò : NICEPHORI *Calliſti*, cognomento Xanthopuli Catalogus Chriſtianorum Imperatorum, à *Conſtantino Magno*, uſque ad Michaëlem Palæologum.

Undecimò : EJUSDEM Catalogus Patriarcharum CPnorum verſu ſcriptus.

Duodecimò : MISSA ſive Liturgia Latinorum, principio mutila.

Decimo tertiò : MARCUS, *Metropolita Epheſinus*, in Orationem Dominicam.

Decimo quartò : MATTHÆI *Camariotæ* περὶ ποιμαντικῆς ἱερέως Orationes.

Decimo quintò : QUÆSTIONES quædam paucæ in Geneſin, ex *Severiano, Theodoreto, Gennadio, Baſilio, Acacio, Chryſoſtomo, Iſidoro, Hippolyto, Philone Epiſcopo, Cyrillo, Ephremo* &c. excerptæ.

Decimo ſextò : JAMBI in aliquot S. Scripturæ loca, unà cum explicatione marginali & interlineari.

CXCVI.

CENTESIMUS NONAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtâtque nunc foliis *quadraginta quinque*, quo continetur ÆSCHINIS, Oratoris Athenienſis, Oratio de prævaricatâ ſeu falsâ Legatione.

CENTE-

(1) Ita in hoc Codice ſcriptum eſt; nempe Κουκουζέλη per ε in penultimâ ſyllabâ, non autem, ut in aliis nonnullis Codicibus, Κουκουζήλη per η.

CXCVII.

CENTESIMUS NONAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis quadraginta tribus*, olim ad *Joannem Alexandrum Braſſicanum*, poſteà ad *Sebaſtianum Tengnagelium* pertinuit, quo continentur

Primò: EURIPIDIS Hecuba, Oreſtes, & Phœniſſæ.

Secundò: ÆSCHYLI Athenienſis, Tragœdiæ tres, nempe Prometheus, VII. ad Thebas, & Perſæ.

CXCVIII.

CENTESIMUS NONAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, ſed miserè lacerus mutilusque, conſtátque nunc foliis *centum* & *uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur Fragmenta quædam HESIODI, PINDARI, DIONYSIIque de Situ Orbis, cum Scholiis interlinearibus & marginalibus.

CXCIX.

CENTESIMUS NONAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, ſed principio, medio, & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis octoginta octo*, olim ab *Augerio* de *Busbecke*, comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur

Primò: ANONYMI Lexicon.

Secundò: MATTHÆI *cujuſdam* Tractatus Theologicus de SS. Trinitate.

Tertiò: THOMÆ *Magiſtri* Lexicon Atticum.

CC.

DUCENTESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus bonæque notæ, in *quarto*, ſed fine mutilus, conſtátque nunc foliis *ſeptuaginta*, quo continentur

Primò: HESIODI Poëmata, cum variis notis interlinearibus & marginalibus.

Secundò: THEOCRITI Syracuſani nonnulla Idyllia.

CCI.

DUCENTESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, ſed aquâ marinâ aliquantulum fœdatus, conſtátque nunc foliis *centum* & *viginti ſex*, quo continetur MANUELIS *Moſchopuli* Grammatica.

CCII.

DUCENTESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ſedecim*, quo continentur

Primò: ANONYMI Proœmium ſeu Prolegomena in *Ariſtidis* Orationes.

Secundò: MAXIMI *Quæſtoris* Carmen Elegiacum de Pœnitentiâ, ad Amicum ex Urbe Moſcoviâ ſcriptum.

CCIII.

DUCENTESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis triginta duobus*, & primùm quidem ad *Joannem Scandalarium Medicum Cretenſem*, poſteà autem ad V. C L. *Sebaſtianum Ericium* Senatorem Venetum, ut ipſi propriarum manuum inſcriptionibus teſtantur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 147 pag. 1, *JOANNIS* origine & cognomine *Itali*, qui ſeculo poſt Chriſtum *undecimo*, ſub *Imp. Michaële Ducâ ejuſque fratribus Andronico & Conſtantino*, beneficio Dialecticæ & Sophiſticarum cavillationum adeò inclaruit, ut poſt *Michaëlis Pſelli*, cujus diſcipulus & æmulus fuerat, adtonſionem monaſticam & ex Urbe Conſtantinopolitanâ diſceſſum, Φιλοσοφίας ἁπάσης Διδάσκαλος καὶ Ὕπατος τῶν Φιλοσόφων, hoc eſt, *Philoſophiæ univerſæ Profeſſor & Princeps omnium Philoſophorum* publicè declaratus ſit, *Reſponſa ad nonaginta tres Quæſtiones Philoſophicas miſcellaneas*, ſibi, cùm à diverſis aliis, præcipuè ab *Imp.* (1) *Michaële Ducâ* ejuſque fratre natu majore (2) *Andronico*, propoſitas; quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: ἸΩΑΝΝΟΥ, σοφωτάτου Ὑπάτου καὶ Διδασκάλου τῶν Φιλοσόφων, τοῦ ἸΤΑΛΟΥ, ἐκδόσεις εἰς διάφορα ζητήματα, διὰ τὸ καὶ διαφόρους εἶναι ταῦτα προβαλλομένους. Α΄. Εἰς τὸ τέχνη τεχνῶν καὶ ἐπιστήμη ἐπιστημῶν. &c. Plura de hujus *Joannis Itali vitâ, eruditione* ac *ſcriptis*, & ſpeciatim quoque de ipſis illis jam memoratis *Reſponſis*, vide in Libri *quarti* Lambecianorum Commentariorum Appendice à pag. 322 uſque ad pag. 326.

Secundò, & quidem à fol. 147 pag. 2, uſque ad fol. 198 pag. 2, *EJUSDEM Expoſitio Libri ſecundi, tertii & quarti Topicorum Ariſtotelis*, cujus titulus & principium: Ἰωάννου Ὑπάτου καὶ Διδασκάλου τῶν φιλοσόφων τοῦ Ἰταλοῦ ἔκδοσις εἰς τὸ β΄ τῶν Τοπικῶν. Εἰς μὲν δὴ τόπον τὸ ἐπιβλέπειν &c. Plura de eâdem *Expoſitione* vide in Appendice Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 325.

Tertiò, & quidem à fol. 198 pag. 2, uſque ad fol. 224 pag. 1, *EJUSDEM Liber de Dialecticâ ad Andronicum Ducam, Imp. Michaëlis Ducæ fratrem natu majorem*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὸν Βασιλέα, κύριον Ἀνδρόνικον, ἐρωτήσαντα περὶ διαλεκτικῆς. Καὶ πρώην μὲν, ὦ κράτιστε Βασιλεῦ, &c.

Quartò,

(1) Vide ibi Reſponſum quinquageſimum fol. 57. pag. 1. (2) Vide ibi Reſponſum quadrageſimum tertium fol. 47. pag. 2. Quòd autem hic *Andronicus* fuerit trium Imp. Conſtantini Ducæ filiorum natu maximus, expreſsè teſtatur *Joannes Zonaras* tùm in narratione Imperii jam memorati Imperatoris, tùm in narratione Imperii Romani Diogenis; quo poſteriori loco *Andronicus* appellatur ὁ πρεσβύτερος τῶν παίδων τοῦ Καίσαρος ὁ πρόεδρος.

Quartò, & quidem à fol. 224 pag. 1, uſque ad fol. 232 pag. 1, *EJUSDEM Methodus ſynoptica Rhetoricæ*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Φιλοσόφου μέθοδος ῥητορικῆς ἐκδοθεῖσα κατὰ σύνοψιν. Ἡ ῥητορικὴ μέθοδός ἐστι ἐξ ἐνδόξων τοῦ περὶ ἕκαστον θεωρῆσαι τὸ πιθανόν· διὸ καὶ ἀντίστροφός ἐστι τῇ διαλεκτικῇ &c.

CCIV.

DUCENTESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum* & *decem*, quo continentur ARISTOPHANIS Plutus & Nubes.

CCV.

DUCENTESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, ſed principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis* & *novendecim*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continetur ANONYMI Grammatica cum Lexico.

CCVI.

DUCENTESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *quinquaginta*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 44 pag. 1, ARISTOTELIS *de Animâ Libri tres*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit his verbis: Τῶν καλῶν καὶ τιμίων τὴν εἴδησιν &c.

Secundò, & quidem à fol. 44 pag. 1, uſque ad fol. 50 pag. 1, *EJUSDEM Liber de Inſecabilibus lineis*, cujus titulus & principium: Ἄρα γε εἰσὶν ἄτομοι γραμμαὶ, καὶ ὅλως ἐν ἅπασι τοῖς ποσοῖς ἐστί τι ἀμερὲς, &c. Exſtat in hunc Librum *Paraphraſis græca Georgii Pachymeris*, quam vide in Operum *Ariſtotelis* editione græcâ Sylburgianâ Tom. VI, pag. 26.

CCVII.

DUCENTESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus & Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *quadraginta octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo GEORGII *Chryſococcæ Editio atque Expoſitio Syntagmatis Canonum Aſtronomicorum Judaicorum*, quod Ἑξαπτέρυγον ſive *Sexalare* inſcribitur; quia ipſi *Canones* Πτερὰ ſive *Alæ* nuncupantur. Ipſa *Tituli* verba græca cum principio *Præfationis* ſunt hæc: Ἔκδοσις εἰς τὸ Ἰουδαϊκὸν ἑξαπτέρυγον. Τῆς τῶν πλανομένων ἀστέρων φορᾶς ποικίλης γε οὔσης καὶ πολυειδοῦς, ποικίλας τε καὶ διαφόρους ἐφόδους, &c. Idem Opuſculum exſtat etiam in ſuprà memorato Codice CXCmo, num. 12.

CCVIII.

DUCENTESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum triginta quatuor*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 8 pag. 2, GEORGII *Gemiſti Plethonis* Λόγος περὶ ἀρετῶν, ſive, *Liber de Virtutibus*, cujus principium: Ἀρετή ἐστιν ἕξις, καθ' ἣν ἀγαθοὶ ἐσμέν. ἀγαθὸς μὲν δὴ &c. Primus hunc Librum *græcè* & *latinè* edidit *Adolphus Occo*, Medicus Auguſtanus doctiſſimus, Baſileæ typis Joannis Oporini A. 1552 in octavo; ſecundus vero eundem, ſed *græcè* tantùm, ex Bibliothecâ *Joannis Sambuci* edidit *Guilielmus Canterus* Antverpiæ typis Chriſtophori Plantini A. 1575 in folio.

Secundò, & quidem à fol. 9 pag. 2, uſque ad fol. 16 pag. 1, XENOPHONTIS *Liber de Lacedæmoniorum Republicâ*, cujus titulus & principium: Ἀλλ' ἐγὼ ἐννοήσας ποτὲ, ὡς ἡ Σπάρτη &c. Vide Opera *Xenophontis* à *Federico Sylburgio* græcè & latinè edita Francofurti typis Wechelianis A. 1596 in folio, Tom. II, pag. 675.

Tertiò, & quidem à fol. 17 pag. 1, uſque ad fol. 100 pag. 1, JOANNIS *Grammatici*, cognomine *Philoponi*, *Scholia in Ariſtotelis Analyticorum priorum Librum primum*, quorum *Proœmium* ſine ullo titulo incipit his verbis: Ἤδη μὲν ἡμῖν ἐν τοῖς προλαβοῦσιν εἴρηται συγγράμμασιν, οὐκ ἄτοπον δ' ἴσως ὑπομνῆσαι καὶ νῦν, &c. Plura de iiſdem *Scholiis* vide ſuprà in recenſione Codicis CXXXIXni, num. 5, & XLIIni, num. 2.

Quartò, & quidem à fol. 101 pag. 1, uſque ad fol. 115 pag. 1, LEONIS *Magenteni* vel *Magentini*, *Metropolitæ Mitylenenſis*, *Expoſitio in Ariſtotelis Analyticorum priorum Librum ſecundum*, quæ ſine ullo titulo incipit his verbis: Διαφόρως τῆς (1) παρούσης πραγματείας ὁ σκοπὸς ἀπεδόθη παρὰ τῶν παλαιῶν. Πρόκλος μὲν γὰρ εἶπεν, ὅτι &c. Plura de eodem *Magenteno* ſeu *Magentino* vide ſuprà in recenſione Codicis XIIIni, num. 2.

Quintò, & quidem à fol. 116 pag. 1, uſque ad fol. 120 pag. 2, LIBANII *Sophiſtæ Declamatio*, *in quâ Paraſitus*, *cœnâ fraudatus*, *ſeipſum defert*. Titulus ejus cum principio eſt talis: Παράσιτος ἐπὶ δεῖπνον κληθεὶς, βουλόμενος θᾶττον ἀπαντῆσαι, ἵππον λαβὼν τὸν ἐξ Ἱπποδρομίου, &c. Ἰσχύω μὲν, οὐδ', ἃ πέποιθα, πρὸς ὑμᾶς εἰπεῖν &c. Vide Operum *Libanii* editionem græco-latinam Pariſienſem Morellianam A. 1606 in folio Tom. I, pag. 315.

Sextò, & quidem à fol. 121 pag. 1, uſque ad fol. 122 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *Calendarium Græcum*, cujus titulus & principium: *Ratio Kalendarum Græcorum*: Νουμηνία ἱσταμένου· δευτέρα ἱσταμένου· τρίτη &c.

Septimò, & quidem à fol. 123 pag. 1, uſque ad fol. 134 pag. 1, GALENI *Commentariorum Liber primus in Hippocratis Librum de Diætâ ſive Victûs ratione in morbis acutis*; cujus titulus & principium: Γαληνοῦ ὑπόμνημα εἰς τὸ περὶ Διαίτης ὀξέων νοσημάτων· λόγος α'. Οἱ ξυγγράψαντες τὰς Κνιδίας καλεομένας γνώμας &c.

DUCEN-

(1) Perperàm in hoc Codice pro παρούσης legitur σκοπούσης.

CCIX.

D*UCENTESIMUS NONUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ſeptuaginta quinque*, quo continentur SOPHOCLIS Ajax & Electra cum Scholiis interlinearibus & marginalibus.

CCX.

D*UCENTESIMUS DECIMUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum quinquaginta quinque*, olim ad *Joannem Aurelium Augurellum* pertinuit, quo continentur ARISTOPHANIS Plutus, Nubes, & Ranæ, variis notis marginalibus & interlinearibus illuſtratæ.

CCXI.

D*UCENTESIMUS UNDECIMUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *viginti quatuor*. Continentur eo *Canones Aſtronomici Judaici* Ἑξαπτέρυγον dicti, de quibus ſuprà in recenſione Codicis CXCmi, num. 12, & Codicis CCVIIImi, num. 1, jam actum eſt.

CCXII.

D*UCENTESIMUS DUODECIMUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, fine mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis ſeptuaginta quatuor*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continetur CYRILLI, ut videtur, Lexicon.

CCXIII.

D*UCENTESIMUS DECIMUS TERTIUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *centum viginti quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo ARISTOTELIS *Phyſicorum Liber ſeptimus & octavus*, *de Senſu & ſenſilibus Liber unus*, *& de Partibus animalium Libri quatuor*, & περὶ ζώων γενέσεως, ſive, *de Generatione animalium Libri quatuor priores*, quorum *primus* incipit: Ἐπεὶ δὲ περὶ τῶν ἄλλων μορίων &c.

CCXIV.

D*UCENTESIMUS DECIMUS QVARTUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, principio & aliis quoq; nonnullis locis mutilus, conſtátq; nunc foliis *ſexaginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo ARISTOTELIS *Libri Naturalis Auſcultationis* ſive *Phyſicorum*, *Libri de Partibus animalium* & *Libri de Generatione animalium*; ſed ferè omnes mutili & imperfecti.

CCXV.

DUCENTESIMUS DECIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis undecim*, & primùm quidem pertinuit ad *Mathuſalam*, *Monachum Sancti Montis Sinai*, qui illum totum ſuâ manu ſcripſit, poſteà autem ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manus inſcriptione teſtatur, comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 96 pag. 2, ARISTOTELIS *de Partibus animalium Libri quatuor cum Michaëlis Epheſii Scholiis*, quæ à *Petro Victorio*, cum *Porphyrii Libris quatuor* Περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, hoc eſt: *De abſtinentiâ ab eſu animalium*, ſeu, ut ille vertit, *De non necandis ad epulandum animantibus*, Florentiæ A. 1548 typis Bernardi Junctæ *græcè* in folio, *latinè* autem Baſileæ typis Petri Pernæ *Dominico Montheſauro Veronenſi* interprete in octavo edita ſunt.

Secundò, & quidem à fol. 97 pag. 1, uſque ad fol. 124 pag. 1, EJUSDEM *Liber* περὶ ζώων πορείας, ſive, *de Animalium inceſſu cum Michaëlis Epheſii Scholiis*, quorum principium: Τῆς προκειμένης πραγματείας τῆς περὶ ζώων πορείας ἐπιγραφομένης τὸν σκοπὸν &c. Edidit hæc *Scholia græcè Franciſcus Aſulanus* Venetiis typis Aldinis A. 1527 in folio, cum *Simplicii Commentariis in tres Libros Ariſtotelis de Animâ*, & *Alexandri Aphrodiſienſis Commentariis in Librum de Senſu & ſenſilibus.*

Tertiò, & quidem à fol. 125 pag. 1, uſque ad fol. 211 pag. 1, EJUSDEM *de Generatione animalium Libri quinque cum Mathuſalæ, Monachi Sancti Montis Sinai, Annotationibus nonnullis græcis, ſparſim in margine adjectis.* In fine autem exſtat hæc ſubſcriptio: Κόπος καὶ οὗτος Μαχείρου, τοῦ καὶ Μαθουσάλα. ἐγράφη δὲ ἐν τῇ μονῇ τοῦ ἁγίου Σάβα εἰς τὸ σπήλαιον, καὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ πόλει Ἱερουσαλὴμ, Ἰνδικτιῶνος η΄ τοῦ ζνη΄ ἔτους, καὶ ἐλήφθη τὸ ὅλον ἀπὸ παλαιοῦ πάνυ βιβλίου. Hoc eſt: *Etiam hic eſt Labor Machiris, aliàs quoque dicti Mathuſalæ. Scriptus autem eſt hic Codex partim in Monaſterio S. Sabæ in ſpeluncâ, & partim in Sanctâ Urbe Hieruſalem, Indictione octavâ anni Mundi 7058,* (hoc eſt, anni Æræ Chriſtianæ vulgaris 1550,) &, *quicquid eo continetur, deſumptum eſt ex Libro valdè antiquo.*

CCXVI.

DUCENTESIMUS DECIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, ſed lacerus & ruinoſus, conſtátque nunc foliis *ducentis ſexaginta uno*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur:

Primò: THEODOSIUS *Grammaticus Alexandrinus*, de Proſodiâ, de pedibus & Carminum generibus, de dialectis.

Secundò: INCERTI Carmen Heroicum in Georgii Mariacis, adverſus Imp. Conſtantinum Monomachum rebellantis, cædem.

Tertiò: THEOPHYLACTI *Simocattæ* Epiſtolæ Ethicæ, Ruſticæ & Amatoriæ.

Quartò: ANONYMI Carmen in XII. Apoſtolos.

DUCEN-

CCXVII.

DUCENTESIMUS DECIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis quinque*, & primùm quidem pertinuit ad *Mathuſalam*, *Monachum Sancti Montis Sinai*, qui illum manu ſuâ ſcripſit, poſteà autem ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, comparatus eſt *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 98 pag. 2, ARISTOTELIS *Ethicorum ad Nicomachum Libri decem*; in quorum fine ſuprà memoratus *Monachus Mathuſalas* peculiari ſubſcriptione indicat, ſe illos deſcripſiſſe *in Ægypto*.

Secundò, & quidem à fol. 99 pag. 1, uſque ad fol. 156 pag. 1, EJUSDEM *Metaphyſica*: ſed imperfecta; & ejuſdem *Liber octavus Naturalis Auſcultationis*, ſive, *Phyſicorum*, cujus principium: Ἅπαν τὸ κινούμενον &c.

Tertiò, & quidem à fol. 156 pag. 2, uſque ad fol. 158 pag. 2, S. JOANNIS *Damaſceni Oratio de Incorruptibili Corpore Chriſti, quod in Sacrâ Synaxi accipimus*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Δαμασκηνοῦ περὶ τοῦ ἀχράντου σώματος τοῦ κυρίου, ὃ μεταλαμβάνομεν. Τὸ τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν σῶμα, ὃ μεταλαμβάνομεν, ἀδελφοὶ, αὐτό ἐστι τὸ σῶμα &c. Plura de hâc Oratione vide Libri *quinti* Lambec. Commentariorum pag. 116 & 117.

Quartò, & quidem à fol. 159 pag. 1, uſque ad fol. 161 pag. 2, THEOPHRASTI *Ereſii Liber* περὶ Πυρὸς, ſive, *de Igne*, ſed principio mutilus. Vide Operum *Theophraſti* editionem græco-latinam Lugduno-batavam *Danielis Heinſii* A. 1613 in folio pag. 422, ubi jam memoratus Liber incipit his verbis: Ἡ τοῦ πυρὸς φύσις ἰδιωτάτας ἔχει δυνάμεις &c.

Quintò, & quidem à fol. 162 pag. 1, uſque ad fol. 193 pag. 1, S. JUSTINI, *Philoſophi Chriſtiani & Martyris*, qui A. C. 161 vel 163 paſſus eſt, *Ariſtotelicorum quorundam Dogmatum everſio*; de quâ vide plura infrà in recenſione Codicis CCCXXXVti, num. 3; ubi ea itidem, ut in poſteriori hoc Codice, deſinit his verbis: Εἰ γεννητὸς ὁ ἐνιαυτὸς, πῶς ἀΐδια καὶ ἀγέννητα τὰ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ.

Sextò, & quidem à fol. 193 pag. 2, uſque ad fol. 205 pag. 2, ARISTOTELIS *Liber* περὶ ἑρμηνείας, ſive, *de Interpretatione*, *cum Mathuſalæ, Monachi Sancti Montis Sinai, Annotationibus marginalibus & interlinearibus*.

CCXVIII.

DUCENTESIMUS DECIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum quinquaginta ſeptem*, quo continentur

Primò: ANONYMI cujuſdam Collectanea Moralia de variis Virtutibus, adjunctis Exemplis ſacris & profanis.

Secundò: EURIPIDIS Hecuba, cum Polydori præfatione.

CCXIX.

DUCENTESIMUS DECIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis octoginta ſeptem*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur

Primò : PINDARI Olympia, cum Thomæ Magiſtri, & Manuelis Moſchopuli Scholiis marginalibus & interlinearibus.

Secundò : LIBANII *Sophiſtæ* Monodia in Julianum Imperatorem, & ruinam Nicomediæ.

Tertiò : ANONYMI Epitome temporum ab Adamo uſque ad Imp. Comnenum Alexium.

Quartò : THEODORI *Pediaſimi* Encomium in S. Joſephum Hymnographum.

Quintò : EJUSDEM Deſcriptio Eccleſiæ *σεῤῥῶν*.

Sextò : EJUSDEM Deſcriptio Martyrum Theodororum.

Septimò : JOANNIS *Zachariæ* Epiſtola ad Theodorum Modenum.

Octavò : THEODORI *Modeni* Epiſtolæ nonnullæ.

Nonò : HIPPOCRATIS *Coi*, Jusjurandum.

Decimò : MARCI *Angeli* Carmen in Amorem.

Undecimò : ANONYMI Lacrymæ vel Threnodia in Imperatoris incerti obitum.

Duodecimò : MARCI *Angeli* Carmen Encomiaſticum in incertum Imperatorem.

Decimo tertiò : ANONYMI Carmen in Natalem Regii pueri.

Decimo quartò : JOANNIS, Pontificis Romani, Epiſtolæ fragmentum ad Græcos, cum Exomologeſi ad Beatiſſimam Virginem.

Decimo quintò : ANONYMI Collectio precum pœnitentialium.

Decimo ſextò : NICEPHORI *Calliſti* filii, cognomine *Xanthopuli*, Menæum, ſeu Calendarium Sanctorum, verſibus conſcriptum.

Decimo ſeptimò : ARISTOPHANIS Plutus & Nebulæ cum Scholiis interlinearibus & marginalibus.

CCXX.

DUCENTESIMUS VIGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtatque foliis *ducentis & tribus*, & primùm quidem ad *Georgium Trapezuntium*, poſteà autem ad *Joannem Sambucum*, ut ipſi propriæ manûs inſcriptionibus teſtantur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 4 pag. 1, ARISTOTELIS *Liber primus de Animâ*; ſed imperfectus.

Secundò, & quidem à fol. 5 pag. 1, uſque ad fol. 20 pag. 2, ANONYMI cujuſdam *antiqui Autoris Præparatio in Claudii Ptolemæi Magnam Conſtructionem*, cujus titulus & principium: Παρασκευὴ εἰς τὴν μεγάλην σύνταξιν, καὶ εἰς τοὺς προχείρους κανόνας τῆς ἀστρονομίας, ἧς ἄνευ ἐπιστημικῶς ἐπ' ἐκεῖνα προχωρῆσαι ἀδύνατον. Ῥητὸς ἀριθμός ἐστιν ὁ ἐξ ὅλων μονάδων συγκείμενος· ἄῤῥητος δὲ &c.

Tertiò, & quidem à fol. 21 pag. 1, uſque ad fol. 105 pag. 2, *NICOMACHI Geraſeni, Philoſophi Pythagorei, Introductionis Arithmeticæ Libri duo cum Annotationibus nonnullis antiquis Græcis marginalibus*; quorum *primus* inſcribitur atque incipit his verbis: Νικομάχου Πυθαγορείου Ἀριθμητικῆς εἰσαγωγῆς βιβλίον α΄. Οἱ παλαιοὶ καὶ πρῶτοι, μεθοδεύσαντες ἐπιστήμην, κατάρξαντος Πυθαγόρου, ὡρίζοντο φιλοσοφίαν εἶναι φιλίαν σοφίας, ὡς καὶ αὐτὸ τὸ ὄνομα ἐμφαίνει, τῶν πρὸ Πυθαγόρου πάντων Σοφῶν καλουμένων &c. Meminit hujus *Introductionis Arithmeticæ Photius Patriarcha CPnus* in recenſione Codicis CLXXXVIImi ſuæ Bibliothecæ, ubi de aliis *duobus* ejuſdem *Nicomachi Libris*,

Ἀριθ-

Ἀριθμητικῶν θεολογουμένων, ſive, *de Arithmeticâ ad Theologiam gentilem applicatâ*, inſcriptis, fusè diſſerit. Plura tùm de ipſo *Nicomacho*, tùm de *Jamblichi Chalcidenſis in Introductionem* ejus *Arithmeticam Commentario*, vide in jam memorati Commentarii editione græco-latinâ in quarto, ſtudio & operâ *Samuelis Tennulii* A. 1668 Daventriæ typis Wilhelmi Wieri adornatâ, nec ſolùm ipſius *Tennulii* pereruditis Notis, verùm etiam *Joachimi Camerarii* doctiſſimâ Explicatione illuſtratâ.

Quartò, & quidem à fol. 107 pag. 2, uſque ad fol. 176 pag. 1, *CLAUDII Ptolemai Harmonicorum, ſive de Muſicâ, Libri tres*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit his verbis: Κλαυδίου Πτολεμαίου Ἁρμονικῶν πρῶτον. Κεφάλαιον ά περὶ τῶν ἐν ἁρμονικῇ κριτηρίων. Ἁρμονικὴ μέν ἐστι δύναμις καταληπτικὴ τῶν ἐν τοῖς ψόφοις &c. Tranſtulit hoſce *tres Ptolemæi Harmonicorum Libros*, non tamen ex hoc, ſed alio quodam Codice manuſcripto Græco, in linguam latinam *Antonius Hermannus Gogava Gravienſis*, eoſque in lucem edidit Venetiis apud Vincentium Valgriſium A. 1562 in quarto, unà cum *Ariſtoxeni*, Muſici antiquiſſimi, *Harmonicorum Libris tribus*, & cum *Ariſtotelis* de objecto Auditûs fragmento, ex *Porphyrii* Commentariis. Plura de iiſdem Libris vide apud V. CL. *Gerar. Joan. Voſſium* Libri doctiſſimi de Scientiis Mathematicis cap. 22 §. 4, ubi inter alia refert, eos græcè manuſcriptos *Oxonienſi Bibliothecæ* donatos fuiſſe ab (1) *Henrico Savilio*.

Quintò, & quidem à fol. 177 pag. 1, uſque ad fol. 180 pag. 2, ANONYMI cujuſdam antiqui Græci Autoris *Dialectica*, cujus principium ſine ullo titulo eſt tale: Τί ἐστι διαλεκτική; τέχνη συλλογιστικαῖς ἀνάγκαις τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸ ψεῦδος ἀποδεικνύουσα. Γίνωσκε, ὅτι πάντα ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς, οὐρανὸν, γῆν, θάλασσαν, &c.

Sextò, & quidem à fol. 181 pag. 1, uſque ad fol. 189 pag. 2, ANONYMI cujuſdam *Annotationes miſcellaneæ, ad Medicinam, Aſtrologiam, Magiam naturalem, aliáque nonnulla curioſa Artificia pertinentes*; inter quas ſunt Στεφάνου Ἰατροῦ Ἀθηναίου Φιλοσόφου, hoc eſt, *Stephani Athenienſis Medici & Philoſophi, Remedia quædam contra dolores dentium & capitis, aliôſque nonnullos morbos*. Exſtat quoque ibidem ſingulare quoddam *Artificium ſcribendi auro*, cujus titulus & principium: Κατασκευὴ τῆς χρυσογραφίας. Λαβὼν ἐπὶ χεῖρας σου πέπλον χρυσὸν &c.

Septimò, & quidem à fol. 190 pag. 1, uſque ad fol. 197 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Collectoris Ἐκλογαὶ ſive *Excerpta varia arcana ex diverſis antiquis ſapientiſſimis Medicis*, quorum titulus & principium: Ἐκλογαὶ ἄρισται ἐκ διαφόρων σοφωτάτων ἰατρῶν. Γυνὴ, ἣν μὴ λαμβάνειν γαστέρα &c.

Octavò, & quidem à fol. 198 pag. 1, uſque ad fol. 203 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Narratio de Daniele in captivitatem Babylonicam abducto*; cujus principium ſine ullo titulo eſt tale: Στρατευσάμενος οὖν Ναβουχοδονόσωρ ὁ βασιλεὺς κατὰ τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ πολεμήσας αὐτὴν, ᾐχμαλώτευσε πάντα τὸν λαὸν &c. Vide, præter ipſum *Librum Danielis*, *Flavii Joſephi* Antiquitatum Judaicarum librum decimum capite duodecimo.

CCXXI.

DUCENTESIMUS VIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *quarto*, conſtátq; foliis *ducentis quinque*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Ericium*, qui illum integrum manu ſuâ ſe ſcripſiſſe teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò,

(1) Vide Lib. tertii Lambecianorum Commentariorum Appendicem pag. 381 & deinceps.

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 172 pag. 2, *Scholia in Platonis Gorgiam*, ſive, *Dialogum de Rhetoricâ*, *ex ore*, ſive *ex prælectionibus vivæ vocis*, *OLYMPIODORI*, *magni Philoſophi Alexandrini*, ab ANONYMO quodam ipſius diſcipulo excepta, & in *Capita quadraginta octo*, quæ Πράξεις ſive *Actiones* appellantur, diviſa; quorum *Prolegomena* inſcribuntur atque incipiunt hoc modo: Σχόλια σὺν Θεῷ εἰς τὸν τοῦ Πλάτωνος Γοργίαν ἀπὸ φωνῆς ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΥ, τοῦ μεγάλου Φιλοσόφου. Πολέμου καὶ μάχης φασὶ χρῆναι ὦ Σώκρατες] Ἰστέον ὅτι ὁ διάλογος περιέχει διαλεγόμενα πρόσωπα, &c. Quibus finitis *Prolegomenis*, inſcribitur atque incipit *prima Praxis* his verbis: Πρᾶξις σὺν Θεῷ πρώτη. Πολέμου καὶ μάχης φασὶ χρῆναι ὦ Σώκρατες] Περὶ ἀνθρώπων διαλέγονται μὲν ποιηταὶ, διαλέγονται δὲ καὶ φιλόσοφοι· ἀλλ' ἐπειδὴ διττὸς ὁ ἄνθρωπος, ὁ μὲν κατὰ τὴν ψυχὴν ὁρώμενος, ὁ δὲ κατὰ τὸ φαινόμενον, &c. Meminit horum, ut & aliorum ſuprà memoratorum *Scholiorum in varios Platonis Dialogos*, *ex ore Olympiodori exceptorum*, R. P. *Philippus Labbeus* S. J. in Synopſi Græcorum *Platonis* Interpretum pag. 18.

Secundò, & quidem à fol. 173 pag. 1, uſque ad fol. 176 pag. 2, *JOANNIS PEDIASIMI*, *Chartophylacis Primæ Juſtinianeæ & totius Bulgariæ*, *Expoſitio in Theocriti Idyllium trigeſimum*, quod Σύριγξ τῷ Πάνι, ſive, *Fiſtula ruſtica Pani dedicata*, inſcribitur. Titulus hujus Expoſitionis cum principio eſt talis: Ἐξήγησις εἰς τὴν τοῦ Θεοκρίτου Σύριγγα, τοῦ σοφωτάτου Χαρτοφύλακος τῆς πρώτης Ἰουστινιανῆς καὶ πάσης Βουλγαρίας, κυροῦ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΠΕΔΙΑΣΙΜΟΥ. Δίκαιος ἂν εἴην, οὐχ ἁπλῶς τὰ τῇ ἀληθείᾳ δοκοῦντα· δύσληπτον γὰρ ἡ ἀλήθεια· τὰ δὲ ἐμοὶ τυγχάνειν &c. Prodiit ea *græcè* in lucem, cum *Zachariæ Calliergi Cretenſis in Theocriti Idyllia Scholiis* itidem *græcis*, curâ ac ſtudio *Guilielmi Xylandri* Auguſtani Francofurti ad Mœnum typis Petri Brubachii anno 1558, in octavo.

Tertiò, & quidem à fol. 177 pag. 1, uſque ad fol. 182 pag. 1, *CONSTANTINI* (1) *HARMENOPULI*, *Nomophylacis & Judicis Theſſalonicenſis*, qui circa An. Chr. 1345 floruit, *Lexicon polyonymum alphabeticum*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἈΡΜΕΝΟΠΟΥΛΟΥ Λεξικὸν κατὰ στοιχεῖον, περιέχον τὰ πολυώνυμα τῶν ῥημάτων. Ἀρχὴ τοῦ ἄλφα. Ἀγαπῶ, φιλῶ· &c.

Quartò, & quidem à fol. 183 pag. 1, uſque ad fol. 190 pag. 2, *LIBANII Sophiſtæ Declamatio trigeſima ſexta*; cujus Argumentum: (2) Δύσκολος ὤλισθεν· ὁ παῖς παρὼν ἐγέλασε· καὶ ἀποκηρύττει αὐτόν. Hoc eſt: *Moroſus lapſus eſt*; *filius*, *qui aderat*, *riſit*; & *pater eum abdicavit*; principium autem: Ἐπειδή ποτε ῥᾷον ἔχων ἀπὸ τοῦ πτώματος &c. Subjuncta porrò huic Declamationi ſunt ANONYMI cujuſdam antiqui Autoris *Scholia Græca*, quorum principium: Ῥᾷον ἐγένετο ἡ νόσος, καὶ ἐῤῥάησαν ἡ νόσος, ἀντὶ τοῦ, ἐλαφροτέρα γέγονεν· καὶ ῥᾷον ἔχεν ὁ δεῖνα ἀπὸ τῆς νόσου ἢ τοῦ πτώματος, ἀντὶ τοῦ, ἐλαφρότερον διετέθη, &c.

Quintò, & quidem à fol. 191 pag. 1, uſque ad fol. 205 pag. 2, *PROCLI Lycii*, *Diadochi Platonici*, *Inſtitutionis Phyſicæ Libri duo*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit hoc modo: ΠΡΟΚΛΟΥ Διαδόχου Λυκίου (3) Στοιχείωσις φυσική. Ὅροι τοῦ πρώτου.

Συνεχῆ

(1) Plura de eo vide Lib. VI. Lambec. Comment. pag. 39, 40, 64 & 75. (2) Vide Operum *Libanii* editionem græco-latinam Pariſinam Morellianam A. 1606 in folio Tom. I. pag. 792. (3) Hoc eſt ad verbum, *Elementatio*; ut etiam vertit *Guilielmus de Marbeka*.

Συνεχῆ ἐσιν, ὧν τὰ μὲν (1) πρῶτα ἕν. &c. Edidit hoſce *duos Procli Libros græcè* cum *latinâ* ſuâ verſione *Juſtus Velſius*, Haganus, Medicus & Phyſicus inſignis Argentoratenſis, Baſileæ typis Joannis Hervagii A. 1545 in octavo, ſed inſcripſit eos περὶ κινήσεως, ſive *De motu*.

In fine demùm totius hujus Codicis CCXXImi, nempe fol. 205 pag. 2, legitur hæc latina ſubſcriptio: *Hunc Librum ego* SEBASTIANUS ERICIUS *ſcripſi manu propriâ.*

CCXXII.

DUCENTESIMUS VIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *quinquaginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 5 pag. 1, *MISCELLANEA quædam Aſtronomica*, quæ præcipuè ad *Solennitatem Paſchalem* pertinent, & anno Mundi 6781, ſive, anno Chriſti 1273 ſcripta ſunt, ut folii quarti paginâ primâ & ſecundâ videre eſt.

Secundò, & quidem à fol. 5 pag. 1, uſque ad fol. 54 pag. 1, *MICHAELIS Pſelli Opus Chronologicum de Motu temporis Cyclorum Solis & Lunæ, Eclipſibus, & Inventione Paſchatis, per Interrogationes & Reſponſiones*; cujus titulus & principium: Ποίημα τοῦ μακαριωτάτου Ψελλοῦ περὶ τῆς κινήσεως τοῦ χρόνου τῶν κύκλων τοῦ ἡλίου καὶ τῆς σελήνης, καὶ τῆς ἐκλείψεως αὐτῶν, καὶ τῆς τοῦ Πάσχα εὑρέσεως. Ἐρώτησις. Διατὶ ὁ ἅπας χρόνος τυχὼν ἡμέρας ἔχει τξέ &c. Plura de eo vide ſuprà in recenſione Codicis CXCmi, num. 4.

CCXXIII.

DUCENTESIMUS VIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ſeptuaginta octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit, quo continentur:

Primò: DIONIS *Pruſæenſis*, ob eloquentiam cognominati *Chryſoſtomi*, Orationes duæ.

Secundò: LIBANII *Sophiſtæ* Declamatio quædam de Avari filio.

CCXXIV.

DUCENTESIMUS VIGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis tredecim*, & primùm quidem pertinuit ad *Mathuſalam, Monachum Sancti Montis Sinai*, qui illum manu ſuâ ſcripſit; deinde autem ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 12 pag. 2, GEORGII *Pachymeris Fragmenta nonnulla de Cælo*; quorum *primum* inſcribitur atque incipit his verbis: Γεωργίου

(1) Ita quidem ibi ſcriptum eſt; ſed in Velſianâ editione impreſſâ pro πρῶτα rectè legitur πέρατα.

γίου τοῦ Παχυμέρους περὶ οὐρανοῦ. Τὸ διῆκον ἀπὸ τῆς κυρτῆς ἐπιφανείας τοῦ στερεώματος ἕως τοῦ κοίλου τῆς σεληνιακῆς σφαίρας, &c.

Secundò, & quidem à fol. 13 pag. 1, uſque ad fol. 17 pag. 2, *ANONYMI cujuſdam Autoris Sermo de Providentiá*, cujus titulus & principium: Περὶ προνοίας λόγος τρίτος. Αἱ ἀποδείξεις ἀπὸ τῆς τοῦ ἀνθρωπείου σώματος κατασκευῆς. Οἱ μὲν εὖ μάλα πως τὸ σῶμα διακείμενοι, τῆς ἀπὸ τῶν ἰατρῶν θεραπείας οὐ δέονται &c.

Tertiò, & quidem à fol. 18 pag. 1, uſque ad fol. 54 pag. 1, *MARCI Eugenici, Metropolitæ Epheſini*, qui Concilium Florentinum, A. C. 1438 & 1439 partim *Ferrariæ*, partim *Florentiæ* celebratum, acerrimè oppugnavit, *Reſponſio ſchiſmatica ad Latinorum aſſertiones de Igne purgatorio*, Ferrariæ A. 1438 habita, cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Μάρκου Ἀρχιεπισκόπου Ἐφέσου ἀπαίτησις πρὸς τοὺς παρὰ Λατίνων λόγους περὶ τοῦ πυργατορίου ἤτοι καθαρτηρίου πυρὸς, ἐν Φερραρίᾳ τῇ πόλει ῥηθεῖσα. Ἐπειδὴ μετ' ἀγάπης ἀποκρίνασθαι πρὸς τὰ παρ' ὑμῶν εἰρημένα ὀφείλομεν, &c. Plura de eodem *Marco Metropolitâ Epheſino*, vide in *Actis* ſuprà memorati *Concilii Florentini*, & apud *Leonem Allatium* de Eccleſiæ Occidentalis & Orientalis perpetuâ conſenſione lib. III cap. 1, 2, 3; item Libri *quinti* Lambec. Comment. pag. 342.

Quartò, & quidem à fol. 54 pag. 1, uſque ad fol. 63 pag. 2, *EJUSDEM Reſponſio ſecunda ſchiſmatica ad Latinorum aſſertiones de Purgatorio*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ κεφαλαιώδης ἀπόκρισις πρὸς τοὺς παρὰ Λατίνων εἰρημένους λόγους περὶ τοῦ αὐτοῦ πυργατορίου. Ἐπειδὴ σαφέστερον ἡμᾶς ἀπαιτεῖτε καὶ καθαρώτερον ἐπὶ τοῖς ἠρωτημένοις παρ' ὑμῶν ἀποκρίνασθαι, λέγομεν ἤδη διὰ βραχέων &c. In fine autem hujus ſecundæ Reſponſionis exſtat ſubſcriptio *Mathuſalæ, Monachi Sancti Montis Sinai*, quâ indicat, ſe jam memoratas *duas Marci Metropolitæ Epheſini Reſponſiones* deſcripſiſſe & abſolviſſe *in Ægypto* d. 25 Januarii anni Mundi 7055, ſive anno Chriſti 1547; Indictione quintâ.

Quintò, & quidem à fol. 64 pag. 1, uſque ad fol. 68 pag. 1, *EJUSDEM aliæ quædam Quæſtiones Theologicæ*, quarum titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Μάρκου τῆς Ἐφέσου τοῦ ἁγιωτάτου ἕτερα θεωλογικὰ ζητήματα. Ἡ τοῦ Υἱοῦ προσηγορία δύο ταῦτα σημαίνει, τήν τε πρὸς τὸν Πατέρα σχέσιν, καθ' ἣν &c.

Sextò, & quidem à fol. 69 pag. 1, uſque ad fol. 83 pag. 2, *EJUSDEM Capita ſyllogiſtica adverſus Latinos de Proceſſione Spiritûs Sancti*, quorum titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Μάρκου Ἀρχιεπισκόπου Ἐφέσου συλλογιστικὰ κεφάλαια πρὸς Λατίνους. Τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐκ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ ἐκπορευόμενον, ἢ ὡς ἐκ δύο ὑποστάσεων πρόεισιν, ἢ &c.

Septimò, & quidem à fol. 84 pag. 1, uſque ad fol. 103 pag. 2, *ex GENNADII Scholarii*, qui ante Monachatum *Georgius Scholarius* fuit appellatus, & à *Gennadio Patriarchâ Conſtantinopolitano*, qui ante Patriarchatum itidem fuit appellatus *Georgius Scholarius*, planè diverſus eſt, *Opere ſchiſmatico adverſus Latinos de Proceſſione Spiritûs Sancti ex ſolo Patre Eclogæ ſive Excerpta Mathuſalæ, Monachi Sancti Montis Sinai*, quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν Γενναδίου τοῦ Σχολαρίου ἐκλογαὶ Μαθουσάλα τοῦ ἀσκητοῦ. Τί κρατεῖ ἡ καθολικὴ πίστις περὶ τῆς προόδου τοῦ Πνεύματος, καὶ ὅτι τῆς χρονικῆς προόδου τοῦ Πνεύματος αἴτιός ἐστιν ὁ Υἱός. Τὸ Πνεῦμα τοίνυν τὸ ἅγιον, τὸ Πνεῦμα τῆς ἀληθείας, &c. Plura de hoc *Gennadio Scholario*, & de jam memorato ejus Opere contra Latinos, vide Libri *quinti* Lambec. Comment. pag. *223* & *224*.

Octavò,

Octavò, & quidem à fol. 104 pag. 1, uſque ad fol. 114 pag. 2, *ex THEOPHANIS Metropolitæ Nicæni Libro quarto contra Judæos Eclogæ ſive Excerpta Mathuſalæ Monachi de Proceſſione Spiritûs Sancti ex ſolo Patre*; quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν Θεοφάνους τοῦ Μητροπολίτου Νικαίας δ' λόγου ἐκλογαὶ Μαθουσάλα τοῦ ἀσκητοῦ. Τοῖς προεστηκόσι καὶ ὑπεραγωνιζομένοις τῆς κατ' εὐσέβειαν ἀληθείας &c. Vide R. P. *Philippi Labbei* S. J. Novam Bibliothecam Manuſcriptorum Librorum pag. 91, ubi refert, *Theophanis Metropolitæ Nicæni contra Judæos Libros ſex exſtare in Bibliotheca Regia Pariſina Codicibus manuſcriptis 788 & 1806.*

Nonò, & quidem à fol. 115 pag. 1, uſque ad fol. 149 pag. 2, *S. MAXIMI* τοῦ Ὁμολογητοῦ ſive *Confeſſoris*, qui aliàs etiam *Monachus*, *Abbas* & *Martyr* ſolet appellari, & A. C. 662 obiit, *Expoſitio rectorum Eccleſiæ Catholicæ dogmatum ad Joannem Cubicularium, & contra Severum atque Eutychen.* Ipſa tituli verba græca cum principio ſunt hæc: Μαξίμου τοῦ Ὁμολογητοῦ πρὸς Ἰωάννην Κουβικουλάριον περὶ τῶν ὀρθῶν τῆς ἐκκλησίας δογμάτων, καὶ κατὰ Σεβήρου, καὶ περὶ τῶν δύο φύσεων κατὰ Εὐτυχοῦς καὶ τῶν ὁμοφρόνων αἱρετικῶν. Ἔκθεσις ὀρθῆς ὁμολογίας. Πρὸ μὲν πάντων καὶ ἐπὶ πασῶν νήφειν τε καὶ ἀγρυπνεῖν &c.

Decimò, & quidem à fol. 150 pag. 1, uſque ad fol. 190 pag. 2, *ex MACARII Metropolitæ Ancyrani Opere ſchiſmatico contra Latinos Eclogæ ſive Excerpta Mathuſalæ Monachi*, quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν τοῦ Μακαρίου Μητροπολίτου Ἀγκύρας ἐκλογαὶ Μαθουσάλα τοῦ ἀσκητοῦ. Α'. Τίς ἡ τοῦ ἐκπορεύεσθαι δύναμις; καὶ γράφει ὁ Χρυσορρήμων &c. Plura de hoc *Macarii* Opere ſchiſmatico vide Libri *quinti* Lambecianorum Commentariorum pag. 223.

Undecimò, & quidem à fol. 191 pag. 1, uſque ad fol. 213 pag. 2, *MATHUSALÆ*, aliàs dicti Μαχεῖρος ſive *Machiris*, *Monachi Sancti Montis Sinai*, *Collectanea varia*, inter quæ ſunt *Excerpta ex Ariſtotelis Logicis & Phyſicis*, *ex Demoſthenis Oratione contra Androtionem*, *ex Syneſii Libro de Inſomniis*, cujus principium: Εἰ δέ εἰσιν ὕπνοι προφῆται) &c, & *ex S. Maximo Confeſſore de Animâ.* Fit etiam ibidem mentio *Michaëlis Choniatæ* fol. 10 pag. 1. Prætereà quoque fol. 201 pag. 1 ipſe *Mathuſalas* indicat, ſe iſta Collectanea ſcripſiſſe anno Mundi 7056, ſive anno Chriſti 1548, & fol. 212 pag. 2, quaſdam ærumnas ſuas recenſet his verbis: Ὦ, ὤ, πολλὰ πέπονθα, καὶ πονθάνω, &c. πεντάκις ἀπέπλευσα εἰς Κύπρον, &c.

CCXXV.

DUCENTESIMUS VIGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum quinquaginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 2, uſque ad fol. 59 pag. 2, *Aurea Carmina PYTHAGORICA cum Hieroclis Philoſophi Commentario*, cujus titulus & principium: Ἱεροκλέους φιλοσόφου ὑπόμνημα εἰς τὰ Πυθαγορικὰ ἔπη. Φιλοσοφία ἐστὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις &c. Plura de hoc Commentario vide infrà in recenſione Codicis CCCXIVti, num. 5.

Secundò, & quidem à fol. 60 pag. 1, uſque ad fol. 63 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Sententiæ Pythagoricæ ordine alphabetico*; quarum titulus & principium: Γνῶμαι

τῶν Πυθαγορείων. Ἀναγκαιότερός σοι ὁ περὶ τῶν ἀγαθῶν λόγος μᾶλλον, ἢ τὰ σιτία καθ' ἡμέραν. Ἀπαιδευσία πάντων τῶν παθῶν μήτηρ· &c.

Tertiò, & quidem à fol. 64 pag. 1, uſque ad fol. 75 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Excerptoris *Collectio Apophthegmatum & Sententiarum inſigniorum ex Diogenis Laërtii Libris decem de Vitis illuſtrium veterum Philoſophorum*; cujus titulus & principium: Ἐκ τῶν Λαερτίου Διογένους βίων καὶ γνωμῶν τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ εὐδοκιμησάντων. Θάλης. Οὗτος ἐρωτηθεὶς, διὰ τί οὐ τεκνοποιεῖ; διὰ φιλοτεκνίαν, εἶπεν· καὶ τῆς μητρὸς αὐτὸν ἀναγκαζούσης γῆμαι, ἔλεγεν· οὐδὲ καιρός· εἶτα, &c.

Quartò, & quidem à fol. 75 pag. 2, uſque ad fol. 78 pag. 2, *IGNATII Diaconi Tetraſticha Jambica ex Fabulis Æſopicis Babriæ*, vulgò perperàm appellati *Gabriæ*; quorum titulus & principium: Ἰγνατίου ἐκ τῶν μύθων τοῦ Αἰσώπου τετράστιχα. Ἀνδρὸς ποσὶ πατεῖτο πέτρινος λέων, &c. Exſtant ea *græcè* & *latinè* in *Iſaaci Nicolai Neveleti Mythologiâ Æſopicâ*, Francofurti typis Nicolai Hoffmanni A. 1610 in octavo editâ, à pag. 354 uſque ad pag. 387. Conſulenda autem ibi inprimis eſt ejuſdem jam memorati *Neveleti* pereruditа Præfatio ad Lectorem, cui de *Babriâ* & *Ignatio Diacono* notabilia quædam loca ex *Suidæ* Lexico & *Gerardi Joannis Voſſii* Inſtitutionibus Oratoriis inſeruit.

Quintò, & quidem à fol. 79 pag. 1, uſque ad fol. 84 pag. 2, *GEORGII Gemiſti Plethonis Liber de Virtutibus*, cujus principium: Ἀρετή ἐστιν ἕξις, καθ' ἣν ἀγαθοί ἐσμεν. ἀγαθὸς μὲν δὴ &c.

Sextò, & quidem fol. 85 pag. 1 & 2, *ANONYMI* cujuſdam *Excerpta ex Definitionibus*, quæ vulgò quidem attribuuntur *Platoni*, re verâ autem ſunt *Speuſippi*, qui fuit *Potonæ ſororis Platonis filius*, ejuſque diſcipulus & in Scholâ ſucceſſor. Inſcribuntur ea Excerpta atque incipiunt hoc modo: Ἐκ τῶν ὅρων Πλάτωνος. Ἀΐδιον, τὸ κατὰ πάντα χρόνον καὶ πρότερον ὂν, καὶ νῦν μὴ διεφθαρμένον. Θεὸς ζῶον ἀθάνατον, &c. Plura de his *Speuſippi Definitionibus Platonicis* vide ſuprà in recenſione Codicis CIXni, num. 6; & Lib. VII. Comment. Lambec. pag. 137, 138.

Septimò, & quidem fol. 86 pag. 1 & 2, *ANONYMI* cujuſdam Autoris, qui vel *MICHAEL Pſellus*, vel *JOANNES Italus* eſſe videtur, *Interpretatio Partium Corporis humani*, cujus titulus & principium: Ἑρμηνεία τοῦ Ὑπάτου περὶ τῶν τοῦ σώματος μερῶν. Βρέγμα, τὸ λεγόμενον ἁπαλόν. Ἰνίον δὲ, ὁ ὀπισθόλακκος. Κρόταφος &c.

Octavò, & quidem à fol. 87 pag. 1, uſque ad fol. 101 pag. 1, *MICHAELIS Pſelli*, qui circa annum Chriſti 1078 obiit, *Timotheus*, ſive, *Dialogus de Dæmonibus*, qui in hoc Codice inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ κυρίου Μιχαὴλ Τιμόθεος, ἢ, περὶ Δαιμόνων. Τιμόθεος. Χρόνιος, ὦ Θρᾷξ, ἐπὶ τὸ Βυζάντιον ἀπαντᾷς; Θρᾷξ &c. Primus hunc *Pſelli Dialogum græcè* cum *latinâ Petri Morelli verſione* in lucem edidit, & eruditiſſimis *Notis* illuſtravit, *Gilbertus Gaulminus Molinenſis* Lutetiæ Pariſiorum apud Hieronymum Drovart A. 1615 in octavo. Operæ pretium tamen fuerit iſtam editionem ob variantium lectionum diverſitatem cum Codice hoc manuſcripto *Cæſareo* diligenter conferri. *Gaulminus* enim, ut ipſe in Præfatione ad Lectorem indicat, duobus tantùm Codicibus MStis uſus eſt, altero nempe *ſuo*, altero autem *Federici Morelli*.

Nonò, & quidem à fol. 102 pag. 1, uſque ad fol. 105 pag. 2, *Excerpta quædam ex S. CYRILLI, Archiepiſcopi Alexandrini*, qui A. C. 444 vel 445 obiit, *Opere contra Imp. Julianum Apoſtatam*, quorum titulus & principium: Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας ἐκ τοῦ κατὰ Ἰουλιανοῦ. Τοιγαροῦν Νῶε &c.

Decimò, & quidem à fol. 106 pag. 1, uſque ad fol. 139 pag. 2, *MICHAELIS Pſelli Solutiones & Expoſitiones Dubitationum Phyſicarum centum viginti quinque*, *ſcriptæ ad Imp. Michaëlem Ducam*, quarum titulus & principium: Ἐπιλύσεις σύντομοι καὶ ἐξηγήσεις ἀπορειῶν φυσικῶν τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ, γραφεῖσαι πρὸς τὸν Βασιλέα, κύριον Μιχαὴλ τὸν Δούκαν. Α΄. Περὶ φύσεως. Φύσις ἐστὶ δύναμις ὀφθαλμοῖς μὲν ἀθέατος, νῷ δὲ &c. Caput autem *centeſimum vigeſimum quintum*, Περὶ ὑγείας καὶ νόσου καὶ γήρως inſcriptum, quod incipit, Ὑγείας αἴτιον συνεκτικὸν &c, injuriâ temporis eſt mutilum, ac caret fine.

Undecimò, & quidem à fol. 140 pag. 1, uſque ad fol. 148 pag. 2, & fol. 155 pag. 1 & 2, *PORPHYRII*, *Philoſophi Pythagorici*, *Liber de Vitâ Pythagoræ*; qui principio mutilus eſt uſque ad hæc verba: - - - - (1) καὶ λαβεῖν· καὶ ταῦτα μὲν σχεδὸν πολλοὺς ἐπιγινώσκειν, διὰ τὸ γεγράφθαι ἐν ὑπομνήμασι. τὰ δὲ λοιπὰ &c; & ſimiliter etiam caret fine, ac pertingit tantùm uſque ad hæc verba: (2) ἐν δὲ τῇ περὶ Μεταπόντιον καὶ Πυθαγόραν αὐτὸν λέγουσι τελευτῆσαι, καταφυγόντα ἐπὶ τὸ Μουσῶν ἱερὸν, σπάνει τῶν ἀναγκαίων τεσσαράκοντα ἡμέρας διαμείναντα. - - - Primus hanc *Pythagoræ Vitam*, *à Porphyrio conſcriptam*, ſub nomine (3) *Malchi græcè* edidit *Conradus Rittershuſius* cum *Notis*, Altdorfii typis Conradi Agricolæ A. 1610 in octavo; poſteà autem *latinam* ejuſdem Vitæ verſionem publicavit *Joannes Donatus Ferrarius* Mediolani A. 1629; *græcè* denique ac latinè eandem Vitam ſub *Porphyrii* nomine, unà cum ejuſdem *Sententiis ad intelligibilia ducentibus*, & cum Libello *de Antro Nympharum*, quod in Homeri Odyſſeâ deſcribitur, nec non cum *Diſſertatione de Vitâ & Scriptis Porphyrii* & *ad Vitam Pythagoræ Obſervationibus*, edidit *Lucas Holſtenius* Romæ A. 1630 in octavo: quæ editio *græco-latina* deinde An. 1655 Cantabrigiæ in Angliâ in octavo recuſa eſt cum ejuſdem *Porphyrii Libris quatuor de abſtinentiâ ab eſu animalium*, ut & cum *Epicteti Enchiridio*, *Cebetis Thebani Tabulâ*, & *Arriani Commentariorum Libris quatuor de Epicteti Diſputationibus*. Notandum autem eſt, ſuprà memoratam Pythagoræ Vitam in omnibus jam enumeratis editionibus non ſolùm *fine*, ſed & vero ſuo carere *principio*, &, quamvis etiam exemplar hoc manuſcriptum *Cæſareum* ſimiliter imperfectum ſit, operæ pretium tamen fore, editiones hactenùs impreſſas cum eo accuratè conferri.

Duodecimò, & quidem à fol. 149 pag. 1, uſque ad fol. 151 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Epiſtolæ duæ fictæ*; quarum prima inſcribitur: Ὡς ἐκ προσώπου τῶν καλουμένων Τζύρων. Ἡμεῖς οἱ τῶν εὐγενῶν Κομάνων ἀπόγονοι, καὶ τῷ Εὐξείνῳ Πόντῳ προσπλέοντες στρατιῶται ἐλεύθεροι &c.

Decimo tertiò, & quidem fol. 151 pag. 2, & fol. 152 pag. 1, *MACARII Hieromonachi Epiſtola ad Symeonem Hieromonachum*, cujus titulus & principium: Τοῦ τιμιωτάτου ἐν Ἱερομονάχοις κυροῦ Μακαρίου τῷ ἁγιωτάτῳ, ὁσιωτάτῳ καὶ τιμιωτάτῳ ἐν Ἱερομονάχοις καὶ πνευματικοῖς πατράσι κυρῷ Συμεών. Ἰοὺ, ἰού· ὃ μόνον εἶχον βίου ῥᾳστώνην τε καὶ παραμυθίαν τῶν δυσχερῶν &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 153 pag. 1, uſque ad fol. 154 pag. 2, ANONYMI cujuſdam *Excerpta quædam Geometrica & Arithmetica*; quorum ea, quæ ad *Geometriam* pertinent, incipiunt his verbis: Αἱ ἀρχαὶ τῆς γεωμετρίας διαιροῦνται εἰς ἀξίωμα, ὑπόθεσιν,

(1) Vide editionem græco-latinam Holſtenianam Cantabrigienſem pag. 181. (2) Vide jam citatam editionem Cantabrigienſem pag. 207. (3) Vernaculâ enim Syro-Phœnicum linguâ *Porphyrius* fuit appellatus *Malchus*, quæ vox propriè *Regem* ſignificat. Plura eâ de re vide in Holſtenianâ Diſſertatione de Vitâ & Scriptis Porphyrii cap. 2.

θεσιν, αἴτημα. &c; *Arithmetica* autem hoc modo: Καβαλλάριοι διερχόμενοι εὗρον μηλέαν, καὶ ὁ μὲν πρῶτος ἁπλώσας εἰς τὴν μηλέαν, ἀνελάβετο μῆλον α', ὁ δεύτερος β', &c.

CCXXVI.

D*UCENTESIMUS VIGESIMUS SEXTUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *centum octodecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo PLOTINI *Diſſertationum Philoſophicarum Platonicarum Enneades*; quæ, licet valdè mutilæ, collatu tamen digniſſimæ ſunt, quoniam in adornandâ earundem editione græco-latinâ Baſileenſi nec *Sambucus* nec *Perna* Codice hoc manuſcripto uſus eſt.

CCXXVII.

D*UCENTESIMUS VIGESIMUS SEPTIMUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum quadraginta uno*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur ARISTOPHANIS Tragœdiarum Fragmenta quædam.

CCXXVIII.

D*UCENTESIMUS VIGESIMUS OCTAVUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum*, A. C. 1672 pro *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* Venetiis emptus, qui continet ANONYMI diverſas variationes Conjugationum Verborum Græcorum.

CCXXIX.

D*UCENTESIMUS VIGESIMUS NONUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *triginta tribus*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 23 pag. 1, *ANTHEMII Tralliani*, Mechanici celeberrimi, qui ſub *Imp. Juſtiniano Imo* ſive *Magno* floruit, *Liber de admirabilibus Machinis per Specula uſtoria*, hactenùs, quod ego ſciam, nondum editus; cujus titulus & principium: Ἀνθεμίου περὶ παραδόξων μηχανημάτων. Δεῖ ἐν τῷ δοθέντι τόπῳ κατασκευάσαι ἀκτῖνα ἡλιακὴν ἀμετακίνητον &c. Meminit hujus *Anthemii* cum ſingulari laude *Agathias* libro quinto de Imperio & rebus geſtis Juſtiniani Imperatoris, pag. *149, 150, 151* & *152* editionis Regiæ Pariſinæ græco-latinæ in Corpore Hiſtoriæ Byzantinæ in folio, utpote ubi illum non ſolùm appellat ἄριστον ἐν τοῖς τῶν μηχανοποιῶν εὑρήμασι, καὶ εἰς ἄκρον ἥκοντα τῆς μαθηματικῆς ἐπιστήμης, hoc eſt: *præſtantiſſimum in Inventionibus Mechanicis, & in Mathematicâ ſcientiâ eximium*, verùm etiam prolixè refert, quomodo is, cum maximâ inſciorum admiratione & ſummo metu ac terrore, *terræmotum*, & *fulgura* & *tonitrua* ingenioſiſſimis machinationibus ſuis exactiſſimè imitatus ſit. Idem *Anthemius* omnium Architectorum, quibus *Imp. Juſtinianus* in ædificandâ

candâ Magnâ Eccleſiâ Conſtantinopolitanâ S. *Sophiæ* uſus eſt, præcipuus fuit atque excellentiſſimus, ut teſtatur *Procopius Cæſarienſis* Libri primi de Ædificiis Juſtinianeis capite primo. Plura, ſi placet, vide Lib VIII. *Comment. Lambec.* pag. 191, 192 & ſeqq.

Secundò, & quidem à fol. 24 pag. 1, uſque ad fol. 33 pag. 1, *CLAUDII Ancantheri Verſio latina ſuprà memorati Libri Anthemii de admirabilibus Machinis, ſed imperfecta*; quam compoſuit rogatu Viri Perilluſtris, Domini *Jacobi Curtii*, S. Cæſareæ Majeſtatis Conſiliarii Intimi & Procancellarii Aulici, cui illam peculiari *Epiſtolâ*, *Pragæ* ſine anno ac die datâ, dedicavit. Fuit *Ancantherus* ille profeſſione *Medicus*, ideóque in nonnullis Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Libris, qui ad illum olim pertinuerunt, propriâ ipſius manu ſcriptum legitur: Κλαυδίου Ἀγκανθήρου τοῦ Ἰατροσοφίστου κτῆμα. Notabilis autem inter eos libros præcipuè eſt editio *Alexandræ* ſive *Caſſandræ Lycophronis* cum Commentario græco *Iſaaci Tzetzæ* & Syntagmatis græco-latini *Variarum Hiſtoriarum Joannis Tzetzæ* verſibus politicis, Baſileæ typis Joannis Oporini A. 1546 in folio impreſſa, utpote in quâ ille paſſim ad marginem multa eruditè annotavit.

CCXXX.

DUCENTESIMUS TRIGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *quinquaginta*, quo continetur *CONSTANTINI Laſcaris* Epitome Grammaticæ Græcæ.

CCXXXI.

DUCENTESIMUS TRIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *quarto*, conſtátque foliis *centum nonaginta quinque*, & ad doctiſſimum celeberrimúmq; Virum *Joannem Jovianum Pontanum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 23 pag. 2, *ARISTOTELIS* Φυσιογνωμονικὰ, ſive, *Liber de Phyſiognomoniâ*; cujus principium ſine ullo titulo eſt tale: Ὅτι (1) καὶ διάνοιαι ἕπονται τοῖς σώμασι, &c; finis autem ob defectum aliquot foliorum deeſt.

Secundò, & quidem fol. 24 pag. 1, *EJUSDEM Libellus* (2) *de Ventorum regionibus & nominibus*, cujus maxima pars prior ob defectum aliquot foliorum ibi deeſt; exigua autem pars poſterior reſidua deſinit his verbis: - - - λαμπίας· τὸ δὲ ὄνομα ἀπὸ τοῦ Πιερικοῦ Ὀλύμπου· ὀχλεῖ δὲ πυῤῥαίους. ὑπογέγραφα δέ σοι καὶ τὰς θέσεις αὐτῶν, ὡς κεῖνται καὶ πνέουσιν, ὑπογράψας τὸν τῆς γῆς κύκλον, ἵνα καὶ πρὸ ὀφθαλμῶν σοι τεθῶσιν.

Tertiò, & quidem à fol. 24 pag. 1, uſque ad fol. 71 pag. 1, *EJUSDEM Liber* περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων, ſive, *de mirabilibus Auſcultationibus*; qui ab editionibus impreſſis valdè diſcrepat, atque incipit his verbis: (3) Λέγεται περὶ τὰ Τύανα ὕδωρ εἶναι Ὁρκίου

(1) Ita ibi ſcriptum eſt; nempe καὶ pro αἱ, ut vulgò legitur. (2) Inſcribitur is vulgò, Ἀνέμων θέσεις καὶ προσηγορίαι ἐκ τῶν Ἀριστοτέλους περὶ σημείων· hoc eſt: *Ventorum Situs & nomina ex Ariſtotelis Libro de Signis.* (3) Invenit hoc principium etiam *Henricus Stephanus* in pleriſque veteribus Codicibus manuſcriptis, quibus ipſe, cùm hunc *Ariſtotelis* Librum ederet, olim uſus eſt; ut teſtantur *Fridericus Sylburgius*, *Iſaacus Caſaubonus* & *Gulielmus Du-Vallius* in fine editionum ſuarum ejuſdem Libri.

Ὀρχίυ Διός· (1) καλοῦσι δ' αὐτὸ Ἀσβαμαῖον· οὗ πηγὴ ἀναδίδοται πάνυ ψυχρά. παφλάζει δὲ &c.

Quartò, & quidem à fol. 71 pag. 2, uſque ad fol. 105 pag. 2, *EJUSDEM Liber de Mundo ad Alexandrum Magnum*; de quo vide plura ſuprà in recenſione Codicis CLXXIXni, num. 1.

Quintò, & quidem à fol. 105 pag. 2, uſque ad fol. 120 pag. 2, *EJUSDEM Liber* περὶ πνεύματος, ſive, *de Spiritu*, cujus principium: Τίς ἡ τοῦ ἐμφύτου πνεύματος διαμονὴ &c; finis autem: τῶν λόγων ὑποληπτέον.

Sextò, & quidem à fol. 121 pag. 1, uſque ad fol. 159 pag. 2, *EJUSDEM Mechanicorum Liber*, cujus principium: Θαυμάζεται τῶν μὲν κατὰ φύσιν συμβαινόντων, ὅσων ἀγνοεῖται τὸ αἴτιον· τῶν δὲ παρὰ φύσιν &c; finis autem: ἅπαντα ἀνάγκη εἰς τοῦτο δεῖ ἀθροίζεσθαι. Edidit hunc Librum græcè & latinè ſeparatim, & doctiſſimo Commentario illuſtravit *Henricus Monantholius*, Medicus & Mathematum Profeſſor Regius Pariſinus, Lugduni Batavorum typis Commelinianis A. 1600 in quarto.

Septimò, & quidem à fol. 160 pag. 1, uſque ad fol. 181 pag. 1, *EJUSDEM Liber de Xenophane, Zenone & Gorgia*, cujus principium: Ἀΐδιον εἶναί φησιν εἴ τι ἐστιν, &c.

Octavò, & quidem à fol. 181 pag. 1, uſque ad fol. 195 pag. 1, *EJUSDEM Liber* περὶ ἀτόμων γραμμῶν, ſive, *de Inſecabilibus lineis*; cujus principium: Ἆρά γέ εἰσιν ἄτομοι γραμμαὶ &c. In fine autem ejuſdem Libri exſtat ſubſcriptio græco-latina, quâ indicatur Codicem hunc ſcriptum eſſe *anno Chriſti milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo octavo*. Quod denique ad ſuprà memoratum ejuſdem Codicis primum poſſeſſorem *Joannem Jovianum Pontanum*, *Cereti* in *Umbriâ* natum, attinet, is literarum gloriâ florere cœpit circa annum Chriſti 1468, & A. 1505 obiit, cùm ageret annum ætatis ſeptuageſimum octavum. Plura de eo vide apud *Gerardum Joannem Voſſium* Libri tertii de Hiſtoricis Latinis capite octavo, pag. 607 & 608.

CCXXXII.

DUCENTESIMUS TRIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *nonaginta ſex*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur PHALARIDIS Agrigentinorum Tyranni, Epiſtolæ.

CCXXXIII.

DUCENTESIMUS TRIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, ſed principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis* & *undecim*, quo continentur

Primò: ANONYMI Lexicon.

Secundò: *INCERTI* Hiſtoriæ quædam ſive Narrationes ex Republicâ Platonis deſumptæ.

DUCEN-

(1) In jam memoratis editionibus verbum καλοῦσι deeſt, & paulò pòſt pro οὗ πηγὴ perperàm legitur ἐν πηγῇ.

CCXXXIV.

DUCENTESIMUS TRIGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis viginti ſex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo EPICTETI *Enchiridion cum Commentario Simplicii*, eodem modo, ut ſuprà in Codice XXXVIImo, eſtque hoc exemplar dignum, ut editiones impreſſæ cum eo diligenter conferantur.

CCXXXV.

DUCENTESIMUS TRIGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátq; foliis *octoginta*, & ad *Sebaſtianum Ericum* olim pertinuit, quo continentur ÆSCHYLI *Athenienſis*, duæ Tragœdiæ, notis marginalibus & interlinearibus illuſtratæ.

CCXXXVI.

DUCENTESIMUS TRIGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum quadraginta quatuor*, quo continetur MANUELIS *Moſchopuli* Schediaſma.

CCXXXVII.

DUCENTESIMUS TRIGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis* & *octodecim*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur:

Primò: APOLLONIUS *Alexandrinus*, cognomine *Difficilis*, de Syntaxi.
Secundò: MICHAEL *Syngelus* & *Presbyter* de Syntaxi.
Tertiò: DIONYSIUS Halicarnaſſæus de compoſitione Nominum.
Quartò: HARPOCRATIONIS, *Rhetoris Alexandrini*, Dictionarium Græcum.

CCXXXVIII.

DUCENTESIMUS TRIGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis octoginta novem*, & ad CL. Virum *Sebaſtianum Tengnagelium* olim pertinuit, quo continentur:

Primò: APHTHONII *Sophiſtæ* Progymnaſmata.
Secundò: HERMOGENIS *Tarſenſis* Rhetorica.

CCXXXIX.

DUCENTESIMUS TRIGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis* & *uno*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur:

Primò : ANONYMI Lexicon Ordine Alphabetico.

Secundò : LIBANII *Sophiſtæ* Epiſtolæ CCXLVIII, & nonnullæ Declamationes.

CCXL.

DUCENTESIMUS QUADRAGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis quadraginta novem*, quo continetur *JOANNIS*, Grammatici & Philoſophi Alexandrini, cognomine *Philoponi*, Liber de Orthographiâ, aliorúmque miſcellaneæ Obſervationes Grammaticæ.

CCXLI.

DUCENTESIMUS QUADRAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis octoginta ſex*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur :

Primò : *OPPIANI Cilicis* Poëtæ Halieutica, ſive de Piſcibus Libri, cum notis interlinearibus & marginalibus.

Secundò : Rapſodiæ ILIADOS Fragmentum.

CCXLII.

DUCENTESIMUS QUADRAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum triginta quatuor*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur :

Primò : EURIPIDIS Hecuba & Oreſtes.

Secundò : HESIODI Opera & Dies cum Scholiis marginalibus & interlinearibus.

CCXLIII.

DUCENTESIMUS QUADRAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *octoginta uno*, quo continentur :

Primò : OPPIANI *Cilicis* Halieuticorum, ſive de Piſcibus Fragmentum.

Secundò : Fabulæ quædam *Æſopicæ*.

Tertiò : PHOCYLIDIS Fragmentum.

Quartò : HERMOGENIS *Tarſenſis* Fragmentum.

DUCEN-

CCXLIV.

DUCENTESIMUS QUADRAGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis octoginta novem*, quo continetur *CYRILLI*, *Archiepiſcopi Alexandrini*, Lexicon.

CCXLV.

DUCENTESIMUS QUADRAGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis octoginta quatuor*, quo continentur :

Primò : DIVERSORUM Sententiæ & Proverbia.

Secundò : S. GREGORII *Nazianzeni* Homilia in Natalem Domini cum Scholiis.

Tertiò : S. HIPPOLYTI *Martyris* Oratio de Conſummatione Mundi & AntiChriſto.

Quartò : ANTIOCHI *Monachi* è Pandecte capita quædam ad Euſtachium, Ancyræ Præfectum.

Quintò : ANONYMI Vita S. *Nicolai*.

Sextò : BESSARIONIS S. R. E. *Cardinalis Nicæni* & *Patriarchæ Conſtantinopolitani*, nec non EMANUELIS CHRYSOLORÆ nonnullæ Epiſtolæ.

Septimò : THEODORI *Potacii* Monodia in Imp. Andronicum Palæologum.

CCXLVI.

DUCENTESIMUS QUADRAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *nonaginta*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur HERODIANI, *Grammatici Alexandrini*, *Ἐπιμερισμοὶ* juxta Alphabetum.

CCXLVII.

DUCENTESIMUS QUADRAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *octoginta octo*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur ISAACI *Monachi*, cognomine *Argyri*, varia Collectanea Poëtica, Logica & Aſtronomica.

CCXLVIII.

DUCENTESIMUS QUADRAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, & ob evaneſcentiam ſcripturæ multis locis vix ampliùs legibilis, conſtátque foliis *centum nonaginta quatuor*. Continentur eo hæc :

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 113 pag. 2, *GEORGII Pachymeris Expoſitio in Ariſtotelis Naturalis Auſcultationis ſive Phyſicorum Libros octo*; cujus titulus

& principium: Ἐξήγησις σύντομος καὶ σαφὴς ἀπὸ εἰς τὴν φυσικὴν ἀκρόασιν τοῦ σοφωτάτου πρεσβυτέρου τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ Δικαιοφύλακος τοῦ εὐαγοῦς βασιλικοῦ κλήρου Γεωργίου τοῦ Παχυμέρη. Τὸ παρὸν βιβλίον, οὗ σὺν Θεῷ ἀρχόμεθα, ἔστι μὲν τοῦ φυσικοῦ μέρους τῆς φιλοσοφίας, &c.

Secundò, & quidem à fol. 114 pag. 1, uſque ad fol. 194 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Collectoris *Excerpta miſcellanea ex variis Sanctorum Patrum, nempe S. Gregorii Epiſcopi Nyſſeni, S. Joannis Damaſceni*, &c, *aliorúmque Scriptorum Eccleſiaſticorum Operibus*, maximâ ex parte ad *Philoſophiam*, & præcipuè quidem *Naturalem*, pertinentia. Exſtat etiam ibidem *Photii Patriarchæ Conſtantinopolitani Fragmentum aliquod de Proceſſione Spiritûs Sancti* fol. 117 pag. 1 & 2.

CCXLIX.

DUCENTESIMUS QUADRAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum* & *duodecim*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur ARISTOPHANIS Plutus & Nebulæ.

CCL.

DUCENTESIMUS QUINQUAGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, ſed principio & fine mutilus, conſtátque foliis *ducentis* & *ſedecim*, quo continetur *ANONYMI* Grammatica.

CCLI.

DUCENTESIMUS QUINQUAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, conſtátque foliis *ducentis triginta*, atque unus eſt ex illis *Joannis Sambuci* Libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tengnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo *Anicii Manlii Severini* BOETII, qui A. C. 510 ſub *Theodorico* Oſtro-Gothorum in Italiâ Rege ſolus Conſulatum geſſit, ejuſdemque juſſu A. 524, vel ſecundùm alios 526, *Ticini* in carcere occiſus eſt, *Libri quinque de Conſolatione Philoſophiæ*, à (1) *MAXIMO PLANUDE*, Monacho Conſtantinopolitano, ex *latinâ* in *græcam* linguam tranſlati, & ab eodem non ſolùm *Prolegomenis græcis*, verùm etiam *Annotationibus græcis marginalibus* illuſtrati. Adjuncti inſuper iſti *Verſioni græcæ* ibidem è regione ſunt iidem quinque Libri etiam *latinè*, cum *Annotationibus latinis partim interlinearibus, partim marginalibus*. Primus totius Codicis titulus generalis conſtat ibi his verbis: Βίβλος (2) Ἀννίτου (3) Μαλλίου Σεβηρίνου (4) Βοηθοῦ, ἀπὸ Ὑπάτων, πρώτου τῶν Πατρικίων, ἣν μετήνεγκεν ἐκ τῆς Λατίνων φωνῆς Μάξιμος μοναχὸς ὁ Πλανούδης. Sequuntur deinde Prolegomena. His finitis incipit ipſe *Liber primus*, unaquâque paginâ in duas columnas, *latinam* videlicet & *græcam*,

(1) Plura de eo vide Lib. IV. Lambec. Comment. pag. 56, 57, 159 & 160. (2) Ἀννίτιος pro Ἀνίκιος ſive *Anicius*. (3) Μάλλιος pro Μάλιος. (4) Ita in hoc Codice promiſcuè ſcriptum legitur; nempe Βονθὸς ſive *Boethus*. & Βοήτιος ſive *Boetius*. Diverſus autem ab hoc *Boetho* ſeu *Boetio* eſt Philoſophus ille Βοηθὸς, cujus meminit *Plutarchus* lib. 3 de Placitis Philoſophorum cap. 2. Plures etiam fuerunt ejuſdem nominis; de quibus vide *Julium Martianum Rotam* in fine *Vitæ Boetii*, Operibus ipſius præfixæ.

græcam, diviſâ, & quidem cum *latinis* ac *græcis interlinearibus & marginalibus Annotationibus*. Plura de *Boetii* glorioſâ Vitâ, miſero Interitu, & variis doctiſſimis Scriptis, vide in *Julii Martiani Rotæ* Epiſtolâ nuncupatoriâ, *Operibus Boetii* ab *Henrico Lorito Glareano* Baſileæ typis Henrici Petri A. 1546 in folio editis, præfixâ; ut & in *Theodori Sitzmanni* editione ſuprà memoratorum *quinque Librorum de Conſolatione Philoſophiæ*, Hanoviæ typis Wechelianis A. 1607 in octavo impreſſâ; nec non Lib. VII. *Commentar. Lambecianor.* pag. 147.

CCLII.

DUCENTESIMUS QUINQUAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum quadraginta duobus*, quo continentur ANONYMI Inſtitutiones Rhetoricæ.

CCLIII.

DUCENTESIMUS QUINQUAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ, in *quarto*, & in fine à malitioſâ manu factus mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis quinquaginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur:

Primò: PHARNUTUS de Naturâ Deorum.
Secundò: HEPHÆSTION *Thebanus* de Metris.
Tertiò: SOPHOCLIS Oedipus, unà cum exegeſi in Ajacem.
Quartò: ANONYMI Scholia in *Heſiodi* Opera & Dies.
Quintò: *INCERTI* quædam Apophthegmata.

CCLIV.

DUCENTESIMUS QUINQUAGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, ſed principio & fine mutilus, totus lacerus & ruinoſus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum triginta novem*, & ab *Augerio Busbeckio* olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur ANONYMI cujuſdam Inſtitutiones Grammaticæ.

CCLV.

DUCENTESIMUS QUINQUAGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ſeptuaginta octo*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur *OPPIANI Cilicis* Halieutica cum Scholiis interlinearibus & marginalibus.

CCLVI.

DUCENTESIMUS QUINQUAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæq; notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ſexaginta octo*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur:

Primò : HESIODI *Aſcræi* Poëma inſcriptum Opera & Dies.

Secundò : THEOCRITI aliquot Idyllia ſive Poëmata Bucolica, cum Scholiis marginalibus & interlinearibus.

CCLVII.

DUCENTESIMUS QUINQUAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum quadraginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur:

Primò : ARISTOPHANIS Plutus & Nubes.

Secundò : LYCOPHRONIS Caſſandra cum notis marginalibus & interlinearibus.

CCLVIII.

DUCENTESIMUS QUINQUAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ſexaginta ſeptem*, quo continentur:

Primò : THEOCRITI Idyllia quædam cum Scholiis interlinearibus & marginalibus.

Secundò : S. EPHRÆM ſive EPHRAIM, cognomine *Syri*, Homiliæ aliquot.

CCLIX.

DUCENTESIMUS QUINQUAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis quadraginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 39 pag. 2, PLATONIS *Phædon*, ſive, *Dialogus de Animâ*; cujus ſuprà jam aliquoties facta eſt mentio.

Secundò, & quidem à fol. 40 pag. 1, uſque ad fol. 155 pag. 2, *PROCLI Lycii Diadochi*, Philoſophi Platonici celeberrimi & Mathematici probatiſſimi, qui circa annum Chriſti *quingenteſimum* floruit, *Commentariorum in primum Elementorum Euclidis Librum Libri tres priores*, quorum *primus* ſine ullo titulo ſive inſcriptione incipit his verbis: Τὴν μαθηματικὴν οὐσίαν, οὔτε τῶν πρωτίστων ἐν τοῖς οὖσι γενῶν, οὔτε τῶν ἐσχάτων εἶναι, &c; *tertius* autem deſinit: καὶ ἐπὶ πλειόνων ἑνός. Deeſt igitur in hoc Codice manuſcripto *Cæſareo* eorundem Commentariorum *Liber quartus* ſive *ultimus*. Quod enim *Proclus primum Elementorum Euclidis Librum quatuor Libris* explanaverit, re ipsâ apparet ex impreſſis *Elementorum Euclidis* editionibus, quibus illi in fine adjuncti ſunt, ut in editione græcâ Baſileenſi Joannis Hervagii A. 1533 in folio videre eſt. Eoſdem *quatuor Commentariorum Libros* primus *latinè* vertit, Scholiis atque Figuris illuſtravit, & abſque contextu græco ſeparatim edidit *Franciſcus Barocius*, Patricius Venetus, Patavii typis Gratioſi Perchacini A. 1560 in folio.

Tertiò, & quidem à fol. 156 pag. 1, uſque ad fol. 247 pag. 1, *LIBANII Sophiſtæ*, qui ſeculo poſt Chriſtum *quarto* floruit, *Progymnaſmata* ſive *Exercitia Oratoria*, quorum titulus & principium: Λιβανίου Προγυμνάσματα. Οἱ Λύκοι περὶ τῶν προβάτων εἰ-

ρήνην

ἐρήμλω καὶ ἡσυχίαν ἦγεν &c. Exſtant ea græcè & latinè in Operum *Libanii* editione Morellianâ Pariſienſi A. 1606 in folio, à pag. 1 Tomi primi uſque ad pag. 187.

CCLX.

DUCENTESIMUS SEXAGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum quadraginta tribus*, quo continentur MANUELIS *Moſchopuli* Schedæ miſcellaneæ.

CCLXI.

DUCENTESIMUS SEXAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis octoginta uno*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur ANONYMI Commentaria in Libros tres Rhetoricorum Ariſtotelis.

CCLXII.

DUCENTESIMUS SEXAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, principio mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis ſedecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manus inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 82 pag. 2, *Miſcellanea quædam Aſtrologica* abſque nominibus Autorum & ſine nomine Collectoris.

Secundò, & quidem à fol. 83 pag. 1, uſque ad fol. 173 pag. 2, HELIODORI *Commentarius in Pauli Alexandrini Doctrinam Apoteleſmaticam*; cujus principium: Τὸ ἑξάγωνον σχῆμα ἀγαθόν ἐστι, καὶ μάλιστα &c. Vide etiam ſuprà Codicem CXVtum, num. 2.

Tertiò, & quidem à fol. 173 pag. 2, uſque ad fol. 216 pag. 1, THEOPHILI *Philoſophi Opus Aſtrologicum de eventibus bellicis, Deucalioni cuidam Inſcriptum*; cujus titulus & principium: Θεοφίλου Φιλοσόφου πόνοι περὶ καταρχῶν πολεμικῶν. Ἡ φυσικὴ τῶν ἀστέρων ἰδιοτροπὴ, ὦ κοσμιώτατε Δευκαλίων, οὐχ ἑνιαίαν καὶ μόνην ἔχει τὴν ἐνέργειαν, ἀλλὰ ποικίλην τε καὶ διάφορον πρὸς πᾶσαν ἀποτελεσματικὴν ἐπιτηδειότητα· εἰ καὶ μάλιστα &c. Accedunt quoque alia quædam *Miſcellanea Aſtrologica*, inter quæ etiam eſt (1) *Serapionis Alexandrini Opuſculum Aſtrologicum*, quod inſcribitur atque incipit his verbis: Σεραπίωνος Ἀλεξανδρέως εἰσαγωγὴ ἐπισκοπῆς περὶ οἰκοδεσπότου καὶ περὶ ὑψωμάτων. Ὕψωμα δέ ἐστι τῷ ἀστέρι, καθ' ἣν μοῖραν τις ὑφᾶται καὶ μᾶλλον λάμπει, &c.

CCLXIII.

DUCENTESIMUS SEXAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum nonaginta duobus*, quo continentur:

Primò:

(1) Videtur hic eſſe *Serapion* ille, cujus meminit Suidas.

Primò : MANUELIS *Moſchopuli* Proſodia, & alia ad Grammaticam pertinentia.
Secundò : HERODIANUS, *Grammaticus Alexandrinus*, de Figuris.

CCLXIV.

DUCENTESIMUS SEXAGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *octoginta octo*. Continetur eo *JAMBLICHI*, Philoſophi Platonici celeberrimi, qui *Imp. Conſtantini Magni*, filiorumque ejus, atque etiam *Imp. Juliani Apoſtatæ* temporibus floruit, *Reſponſio* ſub perſonato *Abammonis* nomine *ad* Magiſtri ſui *Porphyrii Epiſtolam ad Anebonem Philoſophum Ægyptium de Myſteriis Ægyptiorum*, hanc habens inſcriptionem atque principium: Ἐπιστολὴ Ἀβάμμωνος διδασκάλου πρὸς τὴν Πορφυρίου ἐπιστολήν. Ἰστέον ὅτι φιλόσοφος ΠΡΟΚΛΟΣ, ὑπομνηματίζων τὰς τοῦ μεγάλου Πλωτίνου Ἐννεάδας, λέγει, ὅτι ὁ ἀντιγράφων πρὸς τὴν προκειμένην τοῦ ΠΟΡΦΥΡΙΟΥ ἐπιστολὴν ὁ θεσπέσιός ἐστιν ἸΑΜΒΛΙΧΟΣ, &c. Edidit hunc *Jamblichi Librum de Myſteriis Ægyptiorum* latinè doctiſſimus *Marſilius Ficinus* Venetiis apud Aldum Manutium A. 1516 in folio, ſed imperfectè & mutilè. Plura de hoc *Jamblichi* Opuſculo, & de ipsâ *Porphyrii* ad *Anebonem* Epiſtolâ, cujus argumentum S. *Auguſtinus* lib. 10 de Civitate Dei cap. 11 prolixè recenſet, vide apud *Lucam Holſtenium* capite nono accuratiſſimæ Diſſertationis *de Vitâ & Scriptis Porphyrii*, quæ editioni Librorum ipſius *de Abſtinentiâ ab eſu Animalium*, & *de Vitâ Pythagoræ*, ſubjuncta eſt.

CCLXV.

DUCENTESIMUS SEXAGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *octoginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo CLEOMEDIS, qui ſub *Imp. Theodoſio Juniore* circa annum Chriſti 427 claruiſſe creditur, *Sphæra* ſive, *Circularis Meteororum Inſpectio*, *in duos Libros diviſa*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit his verbis: Κλεομήδους κυκλικῆς θεωρίας μετεώρων α΄ περὶ κόσμου. Τοῦ κόσμου πολλαχῶς λεγομένου, ὁ νῦν ἡμῖν ἐνεστηκὼς λόγος περὶ τοῦ κατὰ τὴν διακόσμησιν ἐστὶν, ὃν ὁρίζονται οὕτως. κόσμος ἐστὶ σύστημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτῳ φύσεων. οὗτος δὲ &c. Plura de hoc *Cleomede* & jam memorati Opuſculi diverſis editionibus vide apud *Gerar. Joan. Voſſium* cap. 33 de Scientiis Mathematicis §. 24.

CCLXVI.

DUCENTESIMUS SEXAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *ſexaginta*, & ad *Georgium Comitem Corinthium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo NICEPHORI *Blemmydæ Logica*, cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου Πρεσβυτέρου καὶ Μοναχοῦ Νικηφόρου τοῦ Βλεμμύδου ἔκδοσις ἀκριβὴς περὶ λογικῆς ἐπιστήμης. Προοίμιον. Ἐπειδήπερ ἡ λογικὴ ἐπιστήμη πρὸς τὴν ἱερὰν γραφὴν &c.

Subjun-

Subjunctæ eidem in fine ſunt variæ *Tabulæ ſynopticæ græcæ*, ſimiliter *ad Logicam pertinentes*.

CCLXVII.

DUCENTESIMUS SEXAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum ſexaginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo S. MAXIMI τȣ̃ Ὁμολογητȣ̃ ſive *Confeſſoris*, qui aliàs etiam *Monachus*, *Abbas* & *Martyr* ſolet appellari, & A. C. 662. obiit, *Loci communes Sententiarum, ex variis ſacris & profanis Autoribus collecti, & in Capita ſeptuaginta unum diviſi*, quorum *primum* ſine ullâ S. *Maximi* mentione inſcribitur atque incipit his verbis: Ἐκλογαὶ διαφόρων ποιητῶν, τῶν τε ἐκκλησίας καὶ παλαιῶν φιλοσόφων. Α΄. Περὶ βίȣ ἀρετῆς καὶ κακίας. (1) Τοῦ Εὐαγγελίȣ. Στενὴ ἡ ὁδὸς ἡ ἀπάγȣσα εἰς τὴν ζωήν. Τοῦ Ἀποστόλȣ. Μὴ νικῶ ὑπὸ τȣ̃ κακȣ̃, ἀλλὰ νίκα ἐν τῷ ἀγαθῷ τὸ κακόν. Σολομῶντος. Ἀρετῆς μὲν σημεῖον ȣ̓δὲν ἔχομεν δεῖξαι, &c. Edidit hoſce Locos Communes, cum *Antonii Monachi Anthologio Sententiarum*, quod Meliſſa ſive *Apis* inſcribitur, *Conradus Geſnerus* græcè & latinè Tiguri typis Chriſtophori Froſchoveri A. 1546 in folio. Plura de iiſdem vide Libri *quarti* Lambecianorum Commentariorum pag. 213, & Libri *quinti* pag. 279.

CCLXVIII.

DUCENTESIMUS SEXAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum* & *octo*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 48 pag. 1, NICOMACHI *Geraſeni, Philoſophi Pythagorici, Enchiridion Harmonices, in duos Libros diviſum*, quorum *primus* inſcribitur atque incipit his verbis: Νικομάχȣ Γερασηνȣ̃, Πυθαγορικȣ̃, ἁρμονικῆς ἐγχειρίδιον. Βιβλίον α΄. Κεφάλαια τῶν ἐν τῷ πρώτῳ βιβλίῳ. &c. De eodem *Nicomacho* vide plura apud *Ger. Joan. Voſſium* cap. 21 de Scientiis Mathematicis §. 4.

Secundò, & quidem à fol. 49 pag. 1, uſque ad fol. 82 pag. 2, GAUDENTII *Philoſophi Introductio Harmonica*; cujus titulus & principium: Γαυδεντίȣ Φιλοσόφȣ ἁρμονικὴ εἰσαγωγή. Φθέγξομαι ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι, τῶν ἁρμονικῶν λόγων ἀπόμενος, δικαίως ἂν τις προοιμιάσαιτο. εἰσὶ μὲν γὰρ &c.

Tertiò, & quidem à fol. 87 pag. 1, uſque ad fol. 108 pag. 1, AUTOLYCI, qui *Ariſtoteli Stagiritæ* ſeculo ante Chriſtum quarto fuit ſynchronus, *Liber de Sphærâ, quæ movetur*; cujus titulus & principium: Αὐτολύκȣ περὶ κινȣμένης σφαίρας. Ὁμαλῶς λέγεται φέρεσθαι σημεῖα, ὅταν ἐν ἴσῳ χρόνῳ ἴσα τε ἢ καὶ ὅμοια μεγέθη διεξέρχεται. Ἐὰν δὲ ἐπί τινος γραμμῆς &c. Ediderunt hunc *Autolyci* Librum, *Franciſcus Maurolycus Siculus*, Abbas Meſſanenſis, Meſſanæ typis Petri Spiræ A. 1558 in folio, & *Joſephus Auria Neapolitanus* Romæ apud hæredes Antonii Bladii, impreſſores Camerales, A. 1587 in 4to; ſed uterque tantùm latinè. Plura de ætate & ſcriptis *Autolyci* vide apud *Ger. Joan. Voſſium* cap. 33 de Scientiis Mathematicis § 14; ubi tamen *Maurolycianæ* editionis nulla fit mentio.

(S) DUCEN-

(1) Priores hæ duæ Sententiæ deſunt in editione *Geſneri*.

CCLXIX.

DUCENTESIMUS SEXAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum quinquaginta quinque*, quo continentur:

Primò, MAXIMI *Planudis* Monachi Conſtantinopolitani Epiſtolæ, numero centum viginti duæ.

Secundò: EJUSDEM Comparatio Hyemis & Veris.

Tertiò: EJUSDEM Oratio Encomiaſtica in SS. Petrum & Paulum Apoſtolos.

Quartò: EJUSDEM Encomium in Magnum Martyrem Diomedem.

CCLXX.

DUCENTESIMUS SEPTUAGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum quadraginta tribus*, quo continentur SOPHOCLIS Tragœdiæ cum Scholiis interlinearibus.

CCLXXI.

DUCENTESIMUS SEPTUAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum* & *tribus*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit; quo continentur:

Primò: HERODIANI, *Alexandrini Grammatici*, Ars Grammatica.

Secundò: EJUSDEM Opuſculum de Schematibus & Figuris.

Tertiò: ANONYMI nonnulla Geomantica.

Quartò: Liber Sapientiæ JESU Siracidis.

Quintò: GREGORII Nazianzeni Epitaphia in S. Baſilium Magnum.

Sextò: THEOPHYLACTI, Archiepiſcopi Bulgariæ Prooemium in IV. Evangeliſtas.

Septimò: ANONYMI Miſcellanea nonnulla Grammaticalia, ad Proſodiam præcipuè pertinentia.

CCLXXII.

DUCENTESIMUS SEPTUAGESIMUS SECUNDUS Codex MStus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *quinquaginta*. Continentur eò hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 36 pag. 2, HERONIS *Alexandrini Belopœetica cum elegantibus Figuris coloratis*; quorum principium: Τῆς ἐν φιλοσοφίᾳ διατριβῆς τὸ μέγιστον ἀναγκαιότατον μέρος &c.

Secundò, & quidem à fol. 37 pag. 1, uſque ad fol. 50 pag. 1, MICHAELIS *Pſelli Liber de Chryſopœiá, de Arte conficiendi Auri, ad* (1) *Michaëlem Cerularium, Patriarcham Conſtantinopolitanum*; cujus titulus & principium: Τοῦ λογιωτάτου καὶ πανσόφου ὑπερτίμου κυροῦ Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ περὶ Χρυσοποιίας πρὸς τὸν Πατριάρχην κύριον Μιχαήλ. Ὁρᾷς ὁ ἐμὸς δυνάστης, ὃ μὴ ποιεῖς, ἡ τῆς ἐμῆς ψυχῆς τυραννίς. ἀπὸ τοῦ τῆς φιλοσοφίας

(1) Plura de eo vide Lib. III. Lambec. Comment. pag. 253.

φίας μεγέθους, ἐπὶ τὴν ἐμπύρειον μεταβιβάζων τέχνην, &c. Meminit hujus Opuſculi doctiſſimus *Gerardus Joannes Voſſius* in Libro ſingulari de Philoſophiâ, cap. 12, §. 36. Plura de *Chryſopœiâ*, & de variis antiquis Græcis Chryſopœiæ Scriptoribus hactenus ineditis, vide Libri *ſexti* Lambec. Comment. Parte ſecundâ in fine.

CCLXXIII.

DUCENTESIMUS SEPTUAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *octoginta quinque*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 54 pag. 2, SYNESII, *Philoſophi & Sophiſtæ Alexandrini*, qui A. C. 410 ſub *Imp. Theodoſio Juniore* à *Theophilo Patriarchâ Alexandrino Epiſcopus Cyrenæus* ordinatus eſt, *Liber* περὶ ἐνυπνίων, ſive, *de Inſomniis cum Nicephori Gregoræ Præfatione ad Magnum Logothetam, Theodorum Metochitam, & Expoſitione partim marginali, partim interlineari.* Edidit quidem hæc omnia R. P. *Dionyſius Petavius* S. J. inter Opera *Syneſii*, Lutetiæ Pariſiorum græcè & latinè impreſſa, ſed ex aliis antiquis Codicibus; ideóque operæ pretium fuerit, eam editionem cum Codice hoc *Cæſareo* accuratè conferri.

Secundò, & quidem à fol. 55 pag. 1, uſque ad fol. 56 pag. 1, *LOGARÆ*, qui in Aulâ Conſtantinopolitanâ (1) ἐπὶ ἀναμνήσεων ſive (2) *Magiſter Memoriæ* fuit, *Oratio deprecatoria ad Imperatorem pro quibuſdam ſontibus*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐπὶ τῶν ἀναμνήσεων τοῦ Λογαρᾶ πρὸς τὸν Αὐτοκράτορα. Ἔδει μὲν σε, ἔδει θεῖε Βασιλεῦ, ἀκέοιζα τὸ δίκαιον πατούμενον &c.

Tertiò, & quidem à fol. 57 pag. 1, uſque ad fol. 72 pag. 2, *ex NICETÆ Paphlagonis*, qui aliàs etiam *David Philoſophus* appellatur, *Orationibus ſeptem*: nempe εἰς τὴν νέαν κυριακὴν, ſive, *in Novam Dominicam*; εἰς τὴν μεσοπεντηκοστὴν, ſive, *in Mediam Pentecoſten*; εἰς τὴν ν', ſive, *in Pentecoſten*; εἰς τοὺς Προφήτας, ſive, *in Prophetas*; περὶ νηστείας, ſive, *de Jejunio*; εἰς τὴν β' παρουσίαν, ſive, *in ſecundum Chriſti adventum*; & εἰς τὴν ἁγίαν κυριακὴν ἡμέραν, ſive, *in ſanctam Dominicam diem Excerpta*, quorum titulus & principium: Νικήτα, τοῦ καὶ Δαβὶδ, δούλου Χριστοῦ, τοῦ Φιλοσόφου. Ἀπὸ τοῦ εἰς τὴν νέαν κυριακὴν λόγου. &c. Plura de eodem *Nicetâ*, ſive, *Davide Philoſopho*, vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 249, & Libri *quinti* pag. 347.

Quartò, & quidem à fol. 73 pag. 1, uſque ad fol. 85 pag. 2, *Diſſertatio de Numero Senario & Septenario*, cujus titulus & principium: Τοῦ Σχηπίωνος τοῦτο. Ὁ ἑξαδικὸς ἀριθμὸς στερεὸν σῶμα ἀποτελεῖται &c.

CCLXXIV.

DUCENTESIMUS SEPTUAGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis quinquaginta duobus*, quo continentur:

Primò: DEMETRII *Chalcondylæ* Grammaticæ Græcæ Inſtitutiones.

Secundò: PYTHAGORÆ Aurea Carmina.

(1) Vide *Georgii Codini* Librum de Officiis Magnæ Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ cap. 2, 4 & 5. (2) Vide *Jacobum Gotherium* de Officiis Domûs Auguſtæ lib. 3. cap. 3.

CCLXXV.

D*UCENTESIMUS SEPTUAGESIMUS QVINTUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis quadraginta novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *Imp.* LEO*NIS Philoſophi Tactica*, ſive, *Liber de re militari cum antiquis Scholiis græcis marginalibus*; nec dubium videtur, quin ipſo *Imp. Leonis* ævo præſtantiſſimus hic Codex exaratus ſit. In principio ejus unum deeſt folium, &, quod nunc primum folium eſt, incipit his *Proœmii* verbis: - - - (1) δι᾽ αὐτῆς ἡ Ῥωμαίων πάλαι πολιτεία εὐμοίρησεν, &c. In fine autem pertingit hic Codex uſque ad *paragraphi 45. Capitis vigeſimi* hæc verba: (2) καὶ γὰρ οἴδασιν ὡς ἐὰν μὴ στερρῶς ἀντι - - -. Reliqua enim injuriâ temporis perierunt. Edidit hæc *Tactica* primus græcè *Joannes Meurſius* Lugduni Batavorum A. 1612 in quarto, cum adjunctâ *Joannis Checi* è Codice Anglicano verſione latinâ, uſus ad eam editionem adornandam *tribus Codicibus*, ut ipſe in Præfatione ad Lectorem ſcribit, *imperfectis*, uno nempe *Bibliothecæ Regiæ Pariſinæ*, altero *Bibliothecæ Electoralis Palatinæ*, tertio *Bibliothecæ privatæ Joannis Piſtorii*; antiquiſſimus autem hic & eximius Codex manuſcriptus Cæſareus fuit illi prorſus incognitus, ideóque valdè neceſſarium eſt, ut tota illa editio cum eo diligentiſſimè conferatur. Vide plura lib. VII. Commentar. Lambec. pag. 214.

CCLXXVI.

D*UCENTESIMUS SEPTUAGESIMUS SEXTUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *octoginta quinque*, quo continetur ISMENIÆ ſive HYSMENIÆ Erotica, ſive Hiſtoria Amatoria.

CCLXXVII.

D*UCENTESIMUS SEPTUAGESIMUS SEPTIMUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis ſexaginta octo*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 12 pag. 1, *ex Imp.* CONSTANTINI *Porphyrogeniti Geoponicorum, ſive, Commentariorum de Agriculturâ Libro primo & ſecundo Excerpta quædam Aſtrologica ſeu Apoteleſmatica*, quorum principium: - - - δυόμενος δὲ δίχα νεφῶν καθαρὸς &c. Vide horum *Geoponicorum* editionem græcam Baſileenſem *Simonis Grynæi* A. 1539 in octavo pag. 5.

Secundò, & quidem à fol. 12 pag. 1, uſque ad fol. 368 pag. 1, *NEOPHYTI Epitome in Porphyrii quinque Voces, & in Ariſtotelis Organon, ſive, Libros pertinentes ad Logicam.* Inſcribitur illa atque incipit his verbis: Ἐπιτομὴ Νεοφύτου εἰς τὰς πέντε φωνὰς τοῦ Πορφυρίου. Τίς μὲν ἐστὶ ὁ τῆς παρούσης πραγματείας σκοπὸς, καὶ διατί φωναὶ λέγονται, &c.

DUCEN-

(1) Vide editionem græco-latinam Meurſianam pag. 7. (2) Vide citatam editionem Meurſianam pag. 364.

CCLXXVIII.

DUCENTESIMUS SEPTUAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ſeptuaginta octo*, quo continetur ARISTOTELIS Ars Rhetorica.

CCLXXIX.

DUCENTESIMUS SEPTUAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *octoginta ſex*, & ab *Augerio Busbeckio* olim comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur ÆSCHYLI Fragmenta cum notis marginalibus & interlinearibus.

CCLXXX.

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *nonaginta*, quo continetur ANONYMI alicujus breve aliquod Lexicon.

CCLXXXI.

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum quadraginta quatuor*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continetur SOPHOCLIS Ajax & Oreſtes cum Scholiis interlinearibus & marginalibus.

CCLXXXII.

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum nonaginta ſex*, quo continetur LYCOPHRONIS *Chalcidenſis* Caſſandris cum Anonymi Commentariis.

CCLXXXIII.

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ſeptem*, quo continetur JOANNIS cognomine *Philoponi*, Grammatici & Philoſophi Alexandrini, Opuſculum de Dictione.

CCLXXXIV.

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum* & *triginta*, quo continentur:

Primò: ZENOBII *Sophiſtæ* Epitome Proverbiorum.
Secundò: MUSÆI Poëma de amore Erûs & Leandri.
Tertiò: PROCLI *Lycii*, Diadochi Platonici, Inſtitutiones de Sphærâ.
Quartò: ANONYMI Breve Lexicon ſecundùm literas Alphabeti digeſtum.
Quintò: Evangelium S. Johannis.

CCLXXXV.

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ducentis* & *octodecim*, quo continentur ANONYMI Significationes & Differentiæ quarundam Diſtinctionum Atticarum & Communium.

CCLXXXVI.

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt partim *chartaceus*, partim *membranaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *octoginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur ANONYMI Collectanea quædam Grammaticalia.

CCLXXXVII.

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, mutilus & lacerus, conſtátque nunc foliis *centum nonaginta uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 137 pag. 2, ACHMETIS, *filii Sereim Oneirocriticon*, ſive, *Opus de Interpretatione Somniorum*, de quo in recenſione Codicum CXImi, & CLXIIdi jam actum eſt. Eſt autem illud in hoc Codice principio & fine mutilum, &, quantum ad ordinem Capitum, à *Rigaltianâ* editione valdè diſcrepat. Prima verba ſunt ibi hæc: - - πλεὺς, μήνυμα μέγα χαροποιὸν δέξεται ἀπροσδοκήτως &c. Vide editionis *Rigaltianæ* Caput 142, pag. 110, verſ. 5.

Secundò, & quidem à fol. 138 pag. 1, uſque ad fol. 181 pag. 1, ANONYMI cujusdam Autoris *Syntagma Aſtrologicum*, principio mutilum; in quo pag. 71 *Panchárius Aſtrologus* citatur his verbis: Πάλιν ὁ Παγχάριος ἐξηγούμενος τὸν τόπον τοῦτον, ὥσπερ εἴπομεν, φησὶν ἐπὶ τῆς λοξώσεως τοῦ ζωδιακοῦ πρὸς τὸν ἰσημερινὸν, ὅτι &c.

Tertiò, & quidem à fol. 182 pag. 1, uſq; ad fol. 191 pag. 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Liber de differentiâ & virtutibus Lapidum*, fine mutilus; cujus titulus & principium: Περὶ διαφορᾶς λίθων ἐν συντόμῳ. Λημνία σφραγὶς ἐπὶ τῶν κακῶν καὶ σηπεδόνων &c.

DUCEN-

CCLXXXVIII.

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis viginti*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur ZENOBII *Sophiſtæ* Proverbia.

CCLXXXIX.

DUCENTESIMUS OCTOGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, ſed aqua marinâ paſſim fœdè corruptus, conſtátque foliis *centum ſexaginta ſex*, & ab *Augerio Busbeckio* olim comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur ARISTOPHANIS, EURIPIDIS, HESIODI, THEOCRITI & HOMERI Fragmenta quædam.

CCXC.

DUCENTESIMUS NONAGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & elegans, in *quarto*, conſtátque foliis *quadraginta*. Continetur eo S. EPIPHANII, *Conſtantiæ ſive Salaminis in Cypro Inſulâ Epiſcopi, Phyſiologus*, ſive, *Excerpta ex Libris Ariſtotelis, Phyſiologi ſive Exploratoris Naturæ per excellentiam dicti, de Naturâ Animalium, cum Expoſitione & Applicatione Theologicâ.* Ipſa tituli græci verba cum principio Libri ſunt hæc: Ἐπιφανίου Ἀρχιεπισκόπου Κύπρου ἐκ τοῦ Φυσιολόγου, ὃς ἐλάλησε περὶ φύσεως ἑκάστου γένους θηρίων τε καὶ πετεινῶν· καὶ ὁ Φυσιολόγος ἄρξηται λέγειν περὶ τοῦ Λέοντος. Ἀρξώμεθα λαλῆσαι περὶ τοῦ λέοντος, τοῦ Βασιλέως τῶν θηρίων ἤτοι τῶν ζώων· καὶ γὰρ ὁ Ἰακὼβ εὐλογῶν &c. Adjunctæ etiam in eodem Codice ſingulis Capitibus ſunt *vetuſtæ Imagines*, cujuſque Capitis argumento convenientes, & vivis coloribus illuminatæ. Plura de eodem S. *Epiphanii* Libro vide Libri *quinti* Lambec. Comment. pag. 280, 281, & Libri *ſexti* pag. 120.

CCXCI.

DUCENTESIMUS NONAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, ſed principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *quadraginta uno*. Continetur eo PROCLI *Lycii, Diadochi Platonici, Hypotypoſis Aſtronomicarum Hypotheſium*, de quâ ſuprà in recenſione Codicis XIVti, num. 1, jam actum eſt. Eſt autem ea in præſenti Codice CCXCImo principio & fine mutila.

CCXCII.

DUCENTESIMUS NONAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *triginta & uno*, quo continentur HESIODI *Aſcræi* fragmenta quædam.

DUCEN-

CCXCIII.

DUCENTESIMUS NONAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *quadraginta quatuor*, olim ad *Joannem Sambucum* pertinuit, quo continetur HOMERI βατραχομυομαχία.

CCXCIV.

DUCENTESIMUS NONAGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, ſed principio & fine mutilus, conſtátque foliis *ſexaginta quinque*, quo continentur SERGII, Lectoris Emiſeni, THRACIS, & aliorum variæ Obſervationes Grammaticæ.

CCXCV.

DUCENTESIMUS NONAGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, ſed principio & fine mutilus, conſtátque foliis *ſeptuaginta tribus*, quo continentur MANUELIS *Moſchopuli* Schediaſmata quædam Grammaticalia.

CCXCVI.

DUCENTESIMUS NONAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ſexaginta ſex*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur hæc:

Primò: ANONYMI alicujus Exegeſis in duas Orationes *Iſocratis* ad Demonicum & Nicoclem.

Secundò: INCERTI alicujus Patriarchæ Conſtantinopolitani Epiſtola hortatoria ad Clericos ſuos, ne accedant Latinis.

Tertiò: MANUELIS *Moſchopuli* Canones Grammatici.

CCXCVII.

DUCENTESIMUS NONAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ſeptuaginta octo*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo ACHMETIS, *filii Sereim*, *Oneirocriticon*, ſive, *Opus de Interpretatione Somniorum*, ſed principio & pluribus aliis locis mutilum, & ſub falſo nomine Ἀπομάσαρος ſive *Apomaſaris*; eſtque hoc illud ipſum *Joannis Sambuci* exemplar manuſcriptum, ex quo *Joannes Leunclavius* hoc *Oneirocriticon* primus *latinè* in lucem edidit, ut ſuprà in recenſione Codicis CXImi, jam indicatum eſt. Illud tantùm nunc addo, *Apomaſari* hoc *Oneirocriticon* ibi propterea attribui, quia *Capiti ſeptimo de Reſurrectione mortuorum* ex *diſci-*

diſciplinâ Perſarum nomen (1) *Apomaſaris* expreſsè additum eſt hoc modo: Ἐκ τῶν Περσῶν περὶ ἀναστάσεως, Ἀπομάσαρος. Hinc igitur aliquis perperàm collegit, *Apomaſarem* totius *Oneirocritici* autorem eſſe, ideóque in capite primæ paginæ inſtar tituli generalis rubricatè ſcripſit ἈΠΟΜΆΣΑΡΟΣ, cùm re verâ hoc nomen non niſi ad ſolum *Caput ſeptimum* pertineat.]

CCXCVIII.

D*UCENTESIMUS NONAGESIMUS OCTAVUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum viginti uno*, quo continentur ANONYMI Scholia in Æſchylum.

CCXCIX.

D*UCENTESIMUS NONAGESIMUS NONUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ſexaginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur:

Primò: GEORGII *Chœroboſci* Libellus de Spiritibus ſeu Accentibus.

Secundò: THEODORI GAZÆ *Theſſalonicenſis* Grammatica.

CCC.

T*RECENTESIMUS* Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis quinquaginta duobus*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 63 pag. 1, ARISTOTELIS *Categoriæ cum anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholiis græcis marginalibus & interlinearibus*; ſed principio mutilæ.

Secundò, & quidem à fol. 63 pag. 1, uſque ad fol. 81 pag. 2, JOANNIS TZETZÆ *Grammatici*, qui ſeculo poſt Chriſtum *duodecimo* circa annum 1180 floruit, *Expoſitio Iſagoges Porphyrii, ſive, Libri de quinque Vocibus, verſibus politicis*; cujus titulus & principium:

Ἐμβρύ' ὁμαίμων Ἀνδρονίκῳ λοισθίῳ
Εἰς πέντε φωνὰς τόνδ' ἐγραψάμην πόνον
Ὁ γραμματικὸς ὁ ΤΖΈΤΖΗΣ ἸΩΆΝΝΗΣ· &c.

Adjuncta etiam huic Opuſculo ſunt nonnulla fragmenta ex ejuſdem *Joannis Tzetzæ Variâ Hiſtoriâ*, quam itidem *verſibus politicis* compoſuit. Plura de illius ætate & ſcriptis vide apud *Gerard. Joan. Voſſium* Lib. 2. de Hiſtoricis Græcis cap. 27. Notandum denique eſt Libellum hunc *Tzetzæ* à R. P. Philippo Labbeo S. J. in *Catalogo Græcorum Ariſtotelis Interpretum* ſilentio prætermiſſum eſſe, tanquam hactenùs, quod ego ſciam, ineditum.

Tertiò, & quidem à fol. 81 pag. 2, uſque ad fol. 111 pag. 2, *EJUSDEM Epitome Artis Rhetoricæ Hermogenis, verſibus politicis*; cujus titulus & principium: Τοῦ ΤΖΈΤΖΟΥ. Πολιτικὰ ζητήματα &c. Τῶν στάσεων βιβλίον δὲ προήκειται τῶν ἑτέρων, Εὑρέσεων καὶ ἰδεῶν, δεινότητος μεθόδου, &c. Eſt autem etiam hæc Epitome, quod quidem ego ſciam, hactenùs inedita.

(1) Deeſt tamen illud ibi tàm in *Leunclavianâ* editione latinâ, quàm in *Rigaltianâ* editione græco-latinâ; ut & in ſuprà memoratis Codicibus MStis CXImo & CLXIIdo.

Quartò, & quidem à fol. 111 pag. 2, uſque ad fol. 132 pag. 2, MICHAELIS *Pſelli Rhetorica verſibus politicis*, cujus titulus & principium: Περὶ Ῥητορικῆς τοῦ ΨΕΛΛΟΥ. Εἰ μάθοις τῆς ῥητορικῆς τὴν τέχνην Στεφηφόρε, Ἕξεις καὶ λόγου δύναμιν, ἕξεις καὶ λόγου χάριν· &c.

Quintò, & quidem à fol. 133 pag. 1, uſque ad fol. 209 pag. 2, ARISTOTELIS *Liber* περὶ ἑρμηνείας, ſive, *De Interpretatione cum Paraphraſi Michaëlis Pſelli*: Περὶ τῆς ἀκριβοῦς συνθέσεως τῶν προτάσεων &c; de quâ vide plura ſuprà in recenſione Codicis CXXXIXni, num. 3.

Sextò, & quidem à fol. 210 pag. 1, uſque ad fol. 252 pag. 2, AMMONII, *filii Hermiæ*, *Commentarius in Ariſtotelis Categorias*, ſed imperfectus.

CCCI.

TRECENTESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum quadraginta quinque*, quo continentur MANUELIS *Moſchopuli* varia ad Grammaticam pertinentia.

CCCII.

TRECENTESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, ſed lacerus & mutilus, conſtátque foliis *ducentis nonaginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur:

Primò: EURIPIDIS Hecuba & Oreſtes.

Secundò: SOPHOCLIS Ajax & Electra.

Tertiò: LUCIANI *Samoſatenſis* Dialogi quidam.

CCCIII.

TRECENTESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis ſeptuaginta novem*, quo continentur:

Primò: RUFUS *Epheſius* de partium humani corporis appellatione.

Secundò: JOANNIS *Tzetzis* Scholia in Homerum.

Tertiò: ANONYMI Sententiæ aliquot de Sanctiſſimâ Trinitate.

CCCIV.

TRECENTESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum octoginta octo*, quo continetur MANUELIS *Moſchopuli* Grammatica.

CCCV.

TRECENTESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum octoginta*, quo continentur LIBANII Sophiſtæ ſive Rhetoris Antiocheni Epiſtolæ & Declamationes. Vid. Lib. VI. Comment. Lambec. pag. 244. & ſeqq.

TRECEN-

CCCVI.

TRECENTESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *viginti uno*, quo continentur ANONYMI Gnomica ſive Sententiæ ex *Conſtantini Manaſſis* Hiſtoriâ deſumptæ, & verſibus politicis conſcriptæ.

CCCVII.

TRECENTESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *nonaginta*, quo continetur HOMERI Odyſſeæ Fragmentum aliquod.

CCCVIII.

TRECENTESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *quadraginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continetur JOANNIS *Tzetzis* Grammatici parva Ilias Homeri.

CCCIX.

TRECENTESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *octoginta*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 74 pag. 1, JOANNIS *Pediaſimi, Primæ Juſtinianæ ac totius Bulgariæ Chartophylacis, ſive, Cuſtodis Sigilli Patriarchalis, Synopſis Geometrica, ſeu potiùs Geodætica, de dimenſione & partitione terræ*; cujus titulus & principium: Γεωμετρία. Τοῦ σοφωτάτου Χαρτοφύλακος Βουλγαρίας κυροῦ Ἰωάννου τοῦ Πεδιασίμου Σύνοψις περὶ μετρήσεως καὶ μερισμοῦ γῆς. Πολλοὶ τῶν ἀμυήτων γεωμετρίαν μὲν ἀξιοῦσι καλεῖν τοῦ Εὐκλείδου τῶν θεωρημάτων στοιχείωσιν, &c.

Secundò, & quidem à fol. 75 pag. 1, uſque ad fol. 80 pag. 2, HERONIS *Tertii*, qui, (1) ut à *Joſepho Blancano* in Chronologia Mathematicorum rectè demonſtratum eſt, anno Chriſti 623 ſub *Imp. Heraclio* floruit, *Introductio in Geodæſiam*, cujus *Proœmium* inſcribitur atque incipit his verbis: Εἰσαγωγὴ Ἥρωνος. Ἡ πρώτη γεωμετρία, καθὼς ἡμᾶς ὁ παλαιὸς διδάσκει λόγος, &c. Hinc ſequitur ipſius Introductionis principium hoc modo: Περὶ εὐθυμετρικῶν. Εὐθυμετρικὸν μὲν οὖν ἐστι, πᾶν τὸ κατὰ μῆκος μόνον μετρούμενον, ὥσπερ &c. Eadem *Introductio Geodætica*, ſed aliquantùm abbreviata & interpolata, exſtat etiam ſuprà in Codice CLXXIXno, num. 13; & utrobique prorsùs diverſa eſt ab ejuſdem *Heronis Libro de Geodæſiâ*, ad uſum rei militaris accommodatâ, quem *Franciſcus Barocius*, Patricius Venetus, latinitate donavit, & Figuris ac Scholiis illuſtratum, Venetiis apud Franciſcum Franciſcium Senenſem A. 1572, ſed tantùm *latinè*, in quarto edidit, tanquam Appendicem alterius *Libri* ejusdem *Heronis Tertii de Machinis Bellicis*, qui ab antiqui *Heronis Alexandrini Belopœeticis* ſive *Teliſfactivis* planè diverſus eſt. . . . . .

(1) Vide *Voſſium* de Scientiis Mathemat. cap. 27. §. 8, & cap. 48. §. 8 & 20.

Tabulæ hæ *duæ Topographicæ* duarum Bithyniæ Urbium *Nicææ* & *Nicomediæ* pertinent ad Codicem MStum Philoſophicum & Philologicum trecenteſimum decimum *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis.*





NAPOLI

TRECEN-

CCCX.

TRECENTESIMUS DECIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ſexaginta quatuor*, quo continentur ARISTÆNETI Rhetoris, natione Bithyni, patriâ Nicæni (1) Epiſtolæ amatoriæ, in gratiam autem Benevoli Lectoris exhibeo hîc è regione ex Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ *Tabulas* duas *Topographicas*, quarum altera *Nicæam*, *Ariſtæneti* patriam, altera autem *Nicomediam*, horrendâ per terræ motum ſubverſione, & miſero *Ariſtæneti* atque *Hieroclis* interitu famoſiſſimam repræſentat, quemadmodum ambæ Urbes ſecundùm verum ſitum ab *Anonymo* quodam *pictore* Chriſtiano coram in ipſâ *Bithyniâ* depictæ ſunt.

CCCXI.

TRECENTESIMUS UNDECIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus* elegantiſſimus, in *quarto*, conſtátque foliis *ſeptuaginta ſeptem*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 6 pag. 2, ARISTOTELIS *Liber de Virtutibus & Vitiis*, cujus titulus & principium: Ἀριστοτέλους περὶ ἀρετῶν. Ἐπαινετὰ μέν ἐστι τὰ καλὰ, ψεκτὰ δὲ τὰ αἰσχρά· καὶ τῶν μὲν καλῶν &c.

Secundò, & quidem à fol. 7 pag. 1, uſque ad fol. 11 pag. 1, EJUSDEM *Definitiones Virtutum & Vitiorum ex Ethicis*, quarum titulus & principium: Ἀριστοτέλους Ὅροι ἀρετῶν καὶ κακιῶν ἀπὸ τῶν Ἠθικῶν. Ἀρετή ἐστιν ἕξις προαιρετικὴ, ἐν μεσότητι οὖσα, &c.

Tertiò, & quidem à fol. 11 pag. 1, uſque ad fol. 13 pag. 1, EJUSDEM *Definitiones Politicæ*, quarum titulus & principium: Ἀπὸ τῶν Πολιτικῶν. Ἄρχον φύσει ἐστὶ, τὸ δυνάμενον τῇ διανοίᾳ προορᾶν· δοῦλον φύσει, τὸ &c.

Quartò, & quidem à fol. 13 pag. 2, uſque ad fol. 25 pag. 2, GEORGII *Gemiſti Plethonis Liber de Virtutibus*, cujus titulus & principium: Γεωργίου τοῦ Γεμιστοῦ περὶ ἀρετῶν. Ἀρετή ἐστιν ἕξις, καθ' ἣν ἀγαθοί ἐσμεν. ἀγαθὸς μὲν δὴ τῷ ὄντι Θεός. ἄνθρωποι δὲ &c. Primus hunc Librum *græcè* & *latinè* edidit *Adolphus Occo*, Medicus Auguſtanus doctiſſimus æquè ac celeberrimus, unà cum memorato *Ariſtotelis Libello de Virtutibus & Vitiis* Baſileæ typis Joannis Oporini A. 1552 in octavo.

Quintò, & quidem à fol. 26 pag. 1, uſque ad fol. 48 pag. 2, ALEXANDRI *Aphrodiſienſis Liber de Virtutibus*, cujus titulus & principium: Ἐπιδρομὴ, πόθεν ἡ τῶν ἀρετῶν εὕρεσις καὶ σύστασις· Ἐπεὶ ἡ εὐδαιμονία τοῖς ἀνθρώποις σκοπὸς, καὶ δεῖ πάντα πράττειν, ὅπως ταύτην κτησαίμεθα, ὡς τέλος τε καὶ μέγιστον τῶν ἡμετέρων ἀγαθῶν, ἀδύνατον δὲ &c.

Sextò, & quidem à fol. 49 pag. 1, uſque ad fol. 61 pag. 2, ISOCRATIS *Oratio ad Demonicum*, cujus principium: Ἐν πολλοῖς μὲν, ὦ Δημόνικε, πολὺ διεστώσας εὑρήσομεν, τάς τε τῶν σπουδαίων γνώμας, καὶ τὰς τῶν φαύλων διανοίας· πολὺ δὲ μεγίστην &c.

Septimò, & quidem à fol. 62 pag. 1 & 2, ANONYMI cujuſdam Autoris *Obſervatio de Doricâ Dialecto*; cujus titulus & principium: Περὶ Δωρίδος διαλέκτου. Ἡ Δωρὶς διάλεκτος, ἡ ἀπὸ Δώρου τοῦ Ἕλληνος οὕτω κληθεῖσα, &c.

(1) Vide Lib. VI. Comment. Lambec. pag. 254 & ſeqq.

Octavò, & quidem à fol. 63 pag. 1, uſque ad fol. 66 pag. 1, MOSCHI *Syracuſani Idyllium*, inſcriptum *Epitaphium Dionis bubulci amatoris*, quod à nonnullis perperàm attribuitur *Theocrito*, utpote cujus in illo ipſo mentio fit. Inſcribitur illud in hoc Codice atque incipit hoc modo: Μόσχυ, ἢ Θεοκρίτυ, Σικελιώτυ, Ἐπιτάφιος Βίωνος βυκόλυ ἐρωτικῦ. Ἄιλινά μοι στοναχεῖτε νάπαι, καὶ Δώριον ὕδωρ, &c.

Nonò, & quidem à fol. 66 pag. 2, uſque ad fol. 71 pag. 1, THEOCRITI *Syracuſani Idyllium*, inſcriptum *Europa à Jove rapta*, quod in hoc Codice perperàm attribuitur *Moſcho Syracuſano*, & ibidem incipit hoc modo: Τοῦ αὐτῦ Μόσχυ Σικελιώτυ Εὐρώπη, ἡ παρὰ Διὸς ἁρπαγεῖσα. Εὐρώπῃ ποτὲ Κύπρις ἐπὶ γλυκὺν ἧκεν ὄνειρον &c.

Decimò, & quidem à fol. 71 pag. 1 & 2, MOSCHI *Syracuſani Idyllium*, inſcriptum *Amor fugitivus*; cujus titulus & principium: Ἔρως δραπέτης. Ἁ Κύπρις τὸν Ἔρωτα τὸν υἱέα μακρὸν ἐβώστρει &c.

Undecimò, & quidem fol. 72 pag. 1 & 2, *EJUSDEM Idyllium*, inſcribitur *Megara uxor Herculis*; cujus principium: Μᾶτερ ἐμὰ τίφθ' ὧδε φίλον κατὰ θυμὸν &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 73 pag. 1, uſque ad fol. 77 pag. 1, *variorum veterum Autorum Epigrammata Græca varia*, quorum *primum* ſine ullá inſcriptione incipit: Εὐδαίμων πρῶτον μὲν, ὁ μηδενὶ μηδὲν ὀφείλων, &c.

CCCXII.

TRECENTESIMUS DUODECIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, principio mutilus, conſtátq; nunc foliis *quadraginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 41 pag. 1, GEORGII *Gemiſti Plethonis Librorum trium de Legibus & Optimâ Republicâ*, *à Georgio Scholario*, qui poſt adeptionem Patriarchatûs Conſtantinopolitani *Gennadius* appellatus eſt, publicè combuſtorum, *Capita decem reſidua*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Πλήθωνος νόμων συγγραφῆς βιβλίον α'. Κεφάλαιον α'. περὶ διαφορᾶς τῶν περὶ τῶν μεγίστων ἀνθρώποις δοξῶν. Τάδε συγγέγραπται περὶ νόμων τε καὶ πολιτείας τῆς ἀρίστης &c. Reliquorum Capitum Inſcriptiones & initia, nec non plura huc pertinentia, vide Lib. VII. Comment. Lambec. pag. 171 & 172 &c.

Secundò, & quidem à fol. 41 pag. 2, uſque ad fol. 43 pag. 2, *EJUSDEM Collectio ſummaria Zoroaſtreorum & Platonicorum Dogmatum*, cujus titulus & principium: Ζωροαστρείων τε καὶ Πλατωνικῶν δογμάτων συγκεφαλαίωσις. Ἐκεῖνα μάλιστ' ἂν δέοι κεφάλαια εἰδέναι τόνγε δὴ φρόνιμον. &c. Plura de eodem Opuſculo vide ſuprà in recenſione Codicis LXXIVti, num. 6.

Tertiò, & quidem à fol. 44 pag. 1, uſque ad fol. 45 pag. 2, ANONYMI cujuſdam *Autoris Conſolatio ad Georgium Gemiſtum Plethonem de ſuprà memoratorum trium Librorum de Legibus combuſtione per Georgium Scholarium, ſive, Gennadium Patriarcham Conſtantinopolitanum*; cujus titulus & principium: Πρὸς Πλήθωνα, ἢ περὶ τῆς βίβλυ. Ὦ Πλήθων ἄριστε καὶ σοφὲ, φίλον μὲν καὶ εἰδότα κέκτησαι, συγγραφέα δὲ φίλον οὐ· καί τοι ἄξιος μάλα &c. Meminit *combuſtionis* eorundem Librorum etiam *Leo Allatius* in Diatribâ de Georgiis, pag. 391.

TRECEN-

CCCXIII.

TRECENTESIMUS DECIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *ſexaginta novem*. Continentur eo hæc :

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 2, uſque ad fol. 26 pag. 1, *Tractatus Dialecticus*, qui ſine ullo titulo incipit his verbis : *Μόνα τὰ ζῶα, ψόφων ἀκροώμενα, ἐπιστημονικά εἰσι, καὶ τοῦτό ἐστιν, ὅτι* &c.

Secundò, & quidem à fol. 27 pag. 1, uſque ad fol. 69 pag. 2, *Fragmenta quædam Logica NICEPHORI Blemmidæ*, cujus ſuprà jam aliquoties facta eſt mentio.

CCCXIV.

TRECENTESIMUS DECIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, elegans & optimæ notæ, in *quarto*, ſcriptus, *ante annos ſeptingentos ſexaginta* & *unum*, nempe *anno Chriſti nongenteſimo vigeſimo quinto*, ſed per temporis injuriam principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *centum quinquaginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc :

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 26 pag. 2, *ALCINOI Epitome Philoſophiæ Platonicæ*. In eximio hoc venerandæ antiquitatis Codice ob defectum aliquot foliorum deeſt ſuprà memoratæ Epitomes principium, incipitque nunc ea ibi mutilè his verbis : - - - (1) *σημανεῖ τὸ ὀρθὸν, οἷον ἵππον εἰ θείμεθα ἀνθρώπῳ ὄνομα. καὶ γάρ τοι τὸ λέγειν* &c. Sequuntur deinde reliqua omnia, unâ continuâ ſerie, & (2) *ſine* ullâ *diviſione in Capita*, uſque ad totius Libri finem, qui eſt talis : *Τοσαῦτα ἀπαρκεῖ πρὸς εἰσαγωγὴν εἰς τὴν Πλάτωνος δογματοποιίαν εἰρῆσθαι· ὧν ἴσως, τὰ μὲν τεταγμένως εἴρηται, τὰ δὲ, σποράδην καὶ (3) αὐτάρκως, ὥς τε μὲν τοι ἀπὸ τῶν εἰρημένων θεωρητικούς τε καὶ εὑρετικοὺς ἐξ ἀκολουθίας καὶ τῶν λοιπῶν αὐτοῦ δογμάτων γενέσθαι.* ἈΛΚΙΝΟΌΥ ἘΠΙΤΟΜῊ ΤΩ͂Ν ΠΛΆΤΩΝΟΣ ΔΟΓΜΆΤΩΝ. Unde rectè colligitur, Librum illum *Alcinoi* etiam in deperdito hujus Codicis principio olim inſcriptum fuiſſe ἈΛΚΙΝΟΌΥ ἘΠΙΤΟΜῊΝ ΤΩ͂Ν ΠΛΆΤΩΝΟΣ ΔΟΓΜΆΤΩΝ, hoc eſt, *Alcinoi Epitomen Dogmatum Platonis*. Cæterùm poteſt is beneficio variantium Lectionum præſtantiſſimi hujus Codicis Cæſarei non ſolùm quàmplurimis locis inſigniter emendari, verùm etiam valdè illuſtrari & ſuppleri *antiquis græcis Scholiis* & (4) *Schematibus* ſeu *Diagrammatibus Mathematicis*, æquè vetuſtâ manu ibidem paſſim in margine appoſitis, quorum Autor ſine dubio eſt ipſe ille *Joannes* (5) *Nicolai*, cognomine *Myſtici*, Patriarchæ Conſtantinopolitani, *Grammaticus* ſive *Notarius*, qui, ut paulò pòſt indicabitur, totum hunc Codicem A. C. 925 ſuâ manu exaravit.

Secundò,

(1) Vide Libri hujus Alcinoi optimam editionem græco-latinam Heinſianam Luduno-Batavam Capite ſexto, pag. 467. (2) Hinc manifeſtè patet, ipſum *Alcinoum* non eſſe autorem diviſionis ſui Libri in *Capita*, nec eorum *Lemmatum*, quæ nunc ſingulis Capitibus præfixa ſunt. (3) In editione Heinſianâ pro *αὐτάρκως* perperàm legitur *ἀτάκτως*. (4) Vide ibi inprimis folium octavum & nonum ; eáque confer cum editionis græco-latinæ Heinſianæ *Capite decimo tertio*, quod inſcribitur : *Περὶ διαγραμματίσεως τοῦ κόσμου, ὅτι τῶν σχημάτων ἕκαστον τῷ τε κόσμῳ καὶ τοῖς στοιχείοις ἀνάλογον·* hoc eſt : *De figuris Mundi, & earum cum Mundo & Elementis convenientiâ* (5) Secundùm Em. Card. *Baronium* Annal. Eccleſiaſt. Tom. X. fuit *Nicolaus* ille creatus Patriarcha Conſtantinopolitanus A. C. 890, & A. 930. obiit.

Secundò, & quidem à fol. 27 pag. 1, uſque ad fol. 29 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris*, quem ego jam memoratum *Joannem* eſſe arbitror, *Præannotamenta miſcellanea in Platonem*, quorum primum, *ex Olympiodori Commentario in Georgiam Platonis* excerptum, inſcribitur atque incipit hoc modo: Προτέλεια σύμμικτα εἰς τὸν Πλάτωνα. Ὅτι Ἀριστοτέλης σέβει τὸν Πλάτωνα. &c. Sequuntur deinde in iiſdem Præannotamentis miſcellaneis alia *duo Excerpta ex* eodem ſuprà memorato *Olympiodori in Georgiam Platonis Commentario* his verbis: Ὅτι ὁ Δημοσθένης γράφει πρός τινα Ἡρακλεόδωρον, ἀκροασάμενον ἐπ' ὀλίγον Πλάτωνος, εἶτα διὰ ῥαθυμίαν ἀτύχως φερόμενον, καὶ καταφρονοῦντα τῶν λόγων, ἐπιπλήττων αὐτῷ ταυτί· &c. *Integra* autem *Olympiodori in Gorgiam Platonis Scholia*, exſtant in ſuprà memorato *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* Codice manuſcripto Philoſophico Græco CCXXImo, num. 1, Ampliſſimi doctiſſimique Senatoris Veneti *Sebaſtiani Ericii* propriâ manu ſcripta. Sequuntur porrò ibidem alia quædam *de Vitâ & Scriptis Platonis Excerpta ex Diogene Laërtio*: inter quæ primo loco collocata ſunt *Epigrammata duo ſepulchralia*; quæ prolixiùs, cum aliis nonnullis, invenies Lib. VII. Comment Lambec. pag. 128, 129.

Tertiò, & quidem à fol. 29 pag. 2, uſque ad fol. 50 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris*, quem ego ſuprà memoratum OLYMPIODORUM *Philoſophum Alexandrinum* eſſe arbitror, *Prolegomena generalia in univerſam Platonis Philoſophiam, in Capita undecim diviſa*, & hactenùs, quod ego ſciam, nondum in lucem edita, quorum titulus & principium: ΠΡΟΛΕΓΌΜΕΝΑ ΤΗ͂Σ ΠΛΆΤΩΝΟΣ ΦΙΛΟΣΟΦΊΑΣ. (1) Ὁ μὲν (2) δαιμόνιος Ἀριστοτέλης θεολογικῆς αὐτοῦ φιλοσοφίας ἀρχόμενος, &c. Digniſſimum eſt hoc *Opuſculum*, ut ex vetuſtiſſimo hoc præſtantiſſimoque Codice manuſcripto *Cæſareo* cum novâ *Alcinoi Epitomes Dogmatum Platonis* editione integrum in lucem proferatur. Poſſunt enim ejus beneficio, non ſolùm *Vita Platonis apud Diogenem Laërtium*, & *Vita* ejuſdem *apud Olympiodorum in Prolegomenis Scholiorum in Alcibiadem primum*, verùm etiam ipſa *Platonis Opera* non mediocriter illuſtrari & ſuppleri.

Quartò, & quidem à fol. 51 pag. 1, uſque ad fol. 52 pag. 1, *Carmina aurea*, vulgò dicta *PYTHAGORÆ*, ſed re verâ potiùs appellanda *Pythagorica*; quorum titulus cum principio eſt ibi talis: Πυθαγορικὰ ἔπη, τὰ οὕτως ἐπικαλούμενα Χρυσᾶ, στοιχείωσιν περιέχοντα τῆς τελειοτάτης τῶν Πυθαγορείων φιλοσοφίας.

Quintò, & quidem à fol. 52 pag. 2, uſque ad fol. 110 pag. 1, HIEROCLIS, Philoſophi *Stoici* Alexandrini celeberrimi, qui ſeculo poſt Chriſtum *quinto*, ſub *Imp. Leone Thrace* potiſſimùm floruit, *Commentarius in* ſuprà memorata *Carmina aurea Pythagorica*, cujus titulus & principium: Ἱεροκλέους Φιλοσόφου Ὑπόμνημα εἰς αὐτά. Ἡ φιλοσοφία ἐστὶ ζωῆς ἀνθρωπίνης κάθαρσις καὶ τελειότης· κάθαρσις μὲν, ἀπὸ τῆς ὑλικῆς ἀλογίας καὶ τοῦ θνητοειδοῦς σώματος· τελειότης δὲ, &c. Cæterùm *Hieroclis in Aurea Carmina Commentarium* primus ex Codice manuſcripto, Venetiis à ſe empto, *latinè* vertit, & A. C. 1474 translationem illam ſuam cum Epiſtolâ dedicatoriâ ad Papam *Nicolaum V.* Patavii in quarto (3) edidit *Joannes Auriſpa Siculus*. *Græcè* deinde cum novâ verſione ſuâ *latinâ* eundem Commentarium edidit *Joannes Curterius* Pariſiis apud Nicolaum Nivellium A. 1583 in 12mo;

(1) Simili principio & iisdem ferè verbis incipiunt etiam *Prolegomena Olympiodori in Platonis Alcibiadem primum.* (2) Vide Card. *Beſſarionem* contra Calumniatorem Platonis lib. 1. cap. 3, ubi rectè monet tàm Peripateticos, quàm Platonicos Philoſophos *Platonem*, ut præſtantiorem ac digniorem appellare Θεῖον ſive *Divinum*, *Ariſtotelem* autem Δαιμόνιον ſive *Beatum*. (3) Primam hanc translationis iſtius latinæ editionem emendavit & ſecundò edidit celeberrimus Juriſconſultus *Udalricus Zaſius* Baſileæ typis Henrici Petri A. 1543 in octavo.

in 12mo; & quidem ex alio quodam Codice manuſcripto, quàm quo *Auriſpa* uſus fuerat; nempe *Gallicano* Illuſtriſſimi Abbatis *Franciſci Rupifucaldii*, variis Lectionibus ex *Bibliothecâ Vaticanâ* deſumptis multis in locis emendato. At enimverò cùm Codex ille manuſcriptus *Cæſareus*, de quo in præſens agitur, vetuſtate ac accuratâ ſcripturæ diligentiâ aliis omnibus ejusdem Commentarii Codicibus manuſcriptis, quotquot nunc exſtant, venerabilior & præſtantior ſit, & omnia jam memoratæ *editionis græco-latinæ Curterianæ* Pariſinæ corrupta & mutila loca beneficio ejus emendari poſſint ac ſuppleri, operæ pretium profectò fuerit, totam novam editionem ex eo adornari. Plura huc pertinentia, & *à quo* & *quonam tempore* præſtantiſſimus hic Codex Cæſareus ſcriptus ſit, vide Lib. VII. *Comment. Lambecian.* pag. 132, 133 &c.

Sextò, & quidem à fol. 110 pag. 2, uſque ad fol. 112 pag. 2, *SPEUSIPPI*, *Potonæ ſororis Platonis filii*, ejuſdemq; diſcipuli, & in Scholâ ſucceſſoris, *Diviſio*, hactenùs, quod ego ſciam, nondum edita, cujus titulus & principium: Ἡ Σπευσίππου Διαίρεσις. Τῶν ὀνομάτων τὰ μέν ἐστι ταυτώνυμα, τὰ δὲ ἑτερώνυμα· τῶν δὲ ταυτωνύμων τὰ μέν ἐστι ὁμώνυμα, τὰ δὲ συνώνυμα. τῶν δὲ ἑτερωνύμων &c. Hæc igitur eſt una ex illis *Diviſionibus*, quarum *Diogenes Laërtius* in Vitâ *Speuſippi* expreſsè meminit; utpote ubi ipſum inter alios quam plurimos Libros ſuos etiam Διαιρέσεις reliquiſſe commemorat.

Septimò, & quidem à fol. 113 pag. 1, uſque ad fol. 146 pag. 1, *THEODORI Abucaræ, Epiſcopi Cariæ*, qui à *Photio* Pſeudo-Patriarchâ Conſtantinopolitano, quòd ipſius partes contra S. *Ignatium*, verum Patriarcham Conſtantinopolitanum, ſequeretur, ab Epiſcopatu Cariæ ad Epiſcopatum Laodicenum translatus eſt, & pro ipſo ad *Imp. Ludovicum II.* legationem obiit, poſteà autem reſipiſcens in Concilio Oecumenico octavo, A. C. 869 & 870 contra *Photium* celebrato, commiſſi delicti veniam petiit & impetravit, *Opuſcula varia contra Saracenos, Judæos & Hæreticos*, quorum *primum*, quo in *Dialogo* quodam ratiocinatione demonſtratur, *quòd ſit Deus*, inſcribitur atque incipit hoc modo: Διάλογος Θεοδώρου τοῦ γεγονότος Ἐπισκόπου Καρῶν, τοῦ ἐπίκλην Ἀβουκαρᾶ, γενόμενος πρὸς τὸν τοῦ δρόμου Ἐμέσης, αἰτησάμενον ἀπόδειξιν ἀποδοθῆναι αὐτῷ ἀπὸ λογισμοῦ ὅτι ἐστὶ Θεός. Πρόκειται οὖν τῷ μὲν προσώπῳ τοῦ ὀρθοδόξου Α, τῷ δὲ τοῦ ἀπίστου τὸ Β. Β. Ἀπόδος ὦ οὗτος ἀπόδειξιν, ὅτι ἐστὶ Θεός. Α. Ἅπας ἀριθμὸς προσδεχόμενος προσθήκην &c. Exſtat quoque inter eadem Opuſcula THOMÆ *Patriarchæ Hieroſolymitani Epiſtola adverſus Armenios hæreticos, à Theodoro Abucarâ Arabicè dictata, & à Michaële Syncello in linguam græcam translata*, cujus principium: Χριστὸς ὁ Κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν τῷ τῶν Ἀποστόλων ἔφη κορυφαίῳ Πέτρῳ &c. Plura de his *Theodori Abucaræ* Opuſculis vide Libri *quinti* Lambecianorum Commentariorum pag. 13, 77, 78 & 358, ubi jam olim indicavit CL. Autor, ea à R. P. *Jacobo Gretſero* S. J. ex Sereniſſimi Utriuſque Bavariæ Ducis Maximiliani Bibliothecâ primùm *græcè* & *latinè* edita eſſe, cum *Anaſtaſii Sinaitæ* Ὁδηγῷ ſive *Duce Viæ adverſus Acephalos*, Ingolſtadii typis Adami Sartorii A. 1606 in quarto. Cæterùm Codex ille manuſcriptus *Cæſareus* de quo in præſens agitur, non ſolùm *Bavarico* illo R. P. *Gretſeri*, verùm etiam reliquis Codicibus *Cæſareis* multò vetuſtior & præſtantior eſt, ideòque operæ pretium foret, *Gretſerianam* editionem impreſſam cum eo diligenter conferri.

CCCXV.

TRECENTESIMUS DECIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *octavo*, conſtátque foliis *trecentis quatuor*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſq; ad fol. 220 pag. 1, ARISTOTELIS *Ethicorum ad Nicomachum Libri decem, cum anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholiis græcis marginalibus.*

Secundò, & quidem à fol. 220 pag. 2, uſque ad fol. 304 pag. 2, *EJUSDEM* Ἠθικῶν μεγάλων, ſive, *Magnorum Moralium Libri duo*, quorum *primus* incipit: Ἐπειδὴ προαιρούμεθα &c; *ſecundus* autem deſinit: ἐν τῇ ἐν ἰδίοις φίλοις φιλίᾳ.

CCCXVI.

TRECENTESIMUS DECIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, bonæque notæ, in *octavo*, conſtátque foliis *ducentis* & *decem*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur:

Primò: PHILOSTRATI *Sophiſtæ* Heroica, ſive Dialogus de Viris Illuſtribus, qui in bello Trojano pro Heroibus habiti ſunt, cum *Manuelis Moſchopuli* Scholiis marginalibus & interlinearibus.

Secundò: JOANNIS *Damaſceni* Logica.

Tertiò: *Ex* EUTHYMII *Zigabeni*, Monachi Græci, Panopliâ Dogmaticâ Orthodoxæ fidei varia adverſus diverſas Hæreſes Excerpta & Invectivæ.

Quartò: S. THOMÆ *Aquinatis* decem Capita contra Pſalten Antiochenum.

CCCXVII.

TRECENTESIMUS DECIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *octavo*, conſtátque foliis *ducentis* & *uno*, ſed principio & fine mutilus, à blattis tineisque miſerè corroſus, quo continetur HERMOGENIS Tarſenſis Ars Rhetorica.

CCCXVIII.

TRECENTESIMUS DECIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *octavo*, olim Venetiis pro *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* emptus, conſtátque foliis *centum quinquaginta octo*, quo continentur PHALARIDIS, Agrigentinorum Tyranni, Epiſtolæ.

CCCXIX.

TRECENTESIMUS DECIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, bonæq; notæ, in *octavo*, conſtátque foliis *centum* & *ſedecim*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continetur ANONYMI Lexicon.

TRECEN-

CCCXX.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, mediocriter antiquus, bonæque notæ, in *octavo*, conſtátque foliis *centum nonaginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continetur THEODORI *Gazæ* Grammatica.

CCCXXI.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *octavo*, ſed tenuiſſimis literis ſcriptus, principio & fine mutilus, miſeréq; lacerus, conſtátque foliis *trecentis* & *novendecim*, ab *Augerio Busbeckio* olim comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur:

Primò: JOANNIS *Tzetzis* Grammatici, Verſus contra Calumniatores.

Secundò: ANONYMI Variæ Epiſtolæ ad Metropolitam Cyzici, ad Alexandrum Papam Romanum, ad Cardinales Ricardum & Octavianum &c.

Tertiò: INCERTI Miſcellanea de Etymologiâ quarundam Vocum, de pedibus Carminum, & de Dialecto Doricâ.

CCCXXII.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *octavo*, conſtátque foliis *ducentis octoginta octo*, quo continentur:

Primò: JOANNIS *Zonaræ* Lexicon.

Secundò: ANONYMI Catalogus Metropolitarum & Epiſcoporum, Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubjectorum.

Tertiò: ANONYMI Lexicon Orthographicum.

CCCXXIII.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *octavo*, ſed miſerè lacerus, principio & fine mutilus, conſtátque foliis *centum quinquaginta* & *uno*, quo continentur MISCELLANEA quædam Grammaticalia.

CCCXXIV.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *octavo*, conſtátque foliis *quinquaginta uno*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Ericium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo MICHAELIS *Pſelli Eclogæ variarum Opinionum de Animâ*, quarum titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου Ψελλοῦ Δόξαι περὶ ψυχῆς. Ὅτι τῶν ψυχικῶν δυνάμεων, αἱ μὲν εἰσὶν ἄλογοι, αἱ δὲ λογικαί, τῶν δὲ λογικῶν, &c; cum ejuſdem Appendice

περὶ τ ἰδιαίτατα διαφορᾶς, ſive, *de Differentiâ ſpecificâ*, cujus principium: Ἡ ἰδιαίτατα διαφορὰ ἣ λέγεται ἤτε εἰδοποιὸς διαφορὰ, οἷον τὸ λογικὸν, &c.

CCCXXV.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, (1) & bonæ notæ, in *octavo*, ſed nonnullis locis aquâ marinâ adeò fœdatus, ut vix ampliùs ſit legibilis, conſtátque foliis *centum nonaginta*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo NICEPHORI *Blemmydæ Logica, in Capita triginta ſex diviſa*; cujus titulus & principium: Νικηφόρȣ, Μοναχȣ̃ καὶ Πρεσβυτέρȣ, τȣ̃ Βλεμμύδους, εἰσαγωγικῆς ἐπιτομῆς βιβλίον α΄. Ἐπειδήπερ ἡ λογικὴ ἐπιστήμη πρὸς τὴν ἱερὰν γραφὴν, καὶ πάντας σὺν τ ἀληθείας λόγȣς οὐκ ὀλίγον φέρει τὸ χρήσιμον &c. Edidit eam *Joannes Wegelinus Auguſtanus* ex Bibliothecâ Auguſtanâ.

CCCXXVI.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *octavo*, ſed principio & fine mutilus, conſtátque foliis *centum & quatuor*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur ARISTIDIS *Adrianenſis* Orationes quædam.

CCCXXVII.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *octavo*, & ad *Bibliothecam* (2) *Lambecianam privatam*, *Hamburgo* in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream* translatam, olim pertinuit. Continentur eo *Selecta ex Libro primo & tertio Scholiorum HERMIÆ Philoſophi in Platonis Phædrum*, ſive, *Dialogum de Pulchro*, à LUCA HOLSTENIO, Baſilicæ Vaticanæ Canonico & Bibliothecæ Vaticanæ Præfecto (3) cùm is adhuc juvenis A. C. 1622 *Angliam* inviſit, ex Codice manuſcripto *Bibliothecæ Oxonienſis* propriâ manu deſcripta; quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν τȣ̃ ἙΡΜΕΙΌΥ Φιλοσόφȣ τῶν εἰς τὸν Πλάτων☉ Φαῖδρον Σχολίων. Ὁ Σωκράτης ἐπὶ εὐεργεσίᾳ τῆ τῶν ἀνθρώπων γῆς καὶ τῶν ψυχῶν τῶν νέων κατεπέμφθη εἰς γένεσιν. &c. Plura de his *Hermiæ in Phædrum Scholiis* vide ſuprà in recenſione Codicis VIImi, num. 2. Cùm Codex hic Cæſareus olim à Celeberrimo Viro Domino LUCA HOLSTENIO, (qui CL. LAMBECII Avunculus fuit) propriâ manu ſcriptus ſit, proinde in memoriam & obſervantiam Tanti Viri è regione hîc exhibeo *Monumentum Sepulchrale* HOLSTENIANUM, ab Eminentiſſimo Principe FRANCISCO, S. R. E. Cardinale BARBERINO *Romæ in Eccleſiâ Germanorum*, appellatâ S. *Mariæ de Animâ*, in honorem Ejus magnificè erectum, cum verâ Ipſius *Effigie*, quam præſtantiſſimi Pictoris accuratiſſimâ manu Romæ

(1) Exceptis *quinque prioribus & tribus poſterioribus* foliis recentioribus, quæ in locum veterum deperditorum foliorum ſubſtituta ſunt. (2) Vide Libri tertii Lambecianorum Commentariorum Appendicem pag. 288. (3) Vide Libri ſexti Lambec. Comment. Appendicem pag. 272.


LVCAS



p. 11 p. 150

Romæ ad vivum depictam, in Museo ſuo olim Illuſtris *Lambecius* adſervavit & veneratus eſt.

CCCXXVIII.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *octavo*, conſtátque foliis *octoginta tribus*. Continetur eo *Logica* NICEPHORI *Blemmidæ pars aliqua*, quæ inſcribitur atque incipit his verbis: Νικηφόρου περὶ καταφάσεως καὶ ἀποφάσεως. Κατάφασις δὲ καὶ ἀπόφασις τοῦ αὐτοῦ καὶ ἑνὸς πράγματος &c. Vide ſuprà Codicem XCIXnum.

CCCXXIX.

TRECENTESIMUS VIGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, recentiori manu ſcriptus, in *octavo*, conſtátque foliis *centum* & *duodecim*, quo continentur ANONYMI Fragmenta quædam amatoria.

CCCXXX.

TRECENTESIMUS TRIGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *octavo*, ſed fine & principio mutilus, conſtátque foliis *centum triginta ſex*, quo continetur JOANNIS *Damaſceni* Logica.

CCCXXXI.

TRECENTESIMUS TRIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *octavo*, conſtátque foliis *centum quadraginta*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continentur:

Primò: PHILOSTRATI *Sophiſtæ* Icones.

Secundò: THEOGNIDIS Sententiæ, cum aliis miſcellaneis ejusdem argumenti.

CCCXXXII.

TRECENTESIMUS TRIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *octavo*, ſed circa finem aquâ marinâ adeò fœdatus, ut nonnullis locis vix ampliùs ſit legibilis, conſtátque foliis *ducentis quatuordecim*. Continetur eo NICEPHORI *Blemmidæ*, Monachi ac Philoſophi doctiſſimi, qui circa annum Chriſti 1272 obiit, *Epitome Phyſica*, *diviſa in Capita triginta duo*, quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Νικηφόρου τοῦ Βλεμμίδου. Περὶ τῶν φυσικῶν ἀρχῶν καὶ αἰτιῶν. Πᾶν τὸ αἴτιον, καὶ ἀρχὴ, οὐ πᾶσα δὲ ἀρχὴ, ἤδη καὶ αἴτιον· ῥητέον δὲ πρότερον περὶ τῆς ἰσαχῶς τῷ αἰτίῳ λεγομένης ἀρχῆς. λέγονται τοίνυν ἀρχὴ, τὸ ἐξ οὗ, &c. Primus hanc *Epitomen Phyſicam* ex duobus Bibliothecæ

Auguſtanæ Codicibus manuſcriptis *græcè* in lucem edidit *Joannes Wegelinus* Auguſtanus, Auguſtæ Vindelicorum typis Davidis Franci A. 1605 in octavo, ſed absque verſione latinâ; potéſtque ea editio beneficio hujus, & ſuperioris Codicis XCIXni, haud mediocriter meliorari & ſuppleri.

CCCXXXIII.

TRECENTESIMUS TRIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus* miſerè lacerus mutiluſque in *octavo*, conſtátque foliis *centum nonaginta uno*, quo continentur ANONYMI Collectanea quædam Grammaticalia, & Hiſtorico-Chronologica.

CCCXXXIV.

TRECENTESIMUS TRIGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, & bonæ notæ, in *octavo*, ſed principio mutilus, conſtátque foliis *centum quinquaginta duobus*, quo continentur ANONYMI Scholia in Æſchylum Tragicum.

CCCXXXV.

TRECENTESIMUS TRIGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *octavo*, conſtátque foliis *centum nonaginta uno*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Ericium* olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 73 pag. 1, *ALCINOI Philoſophi Platonici celeberrimi*, *Epitome Philoſophiæ Platonicæ*, cujus titulus & principium: Ἀλκινόου Διδασκαλικὸν τῶν Πλάτωνος δογμάτων. Τῶν κυριωτάτων Πλάτωνος δογμάτων τοιαύτη τις ἂν διδασκαλία γένοιτο. Φιλοσοφία ἐστὶν ὄρεξις σοφίας, ἢ &c. *Alcinoi* autem editio latina cum adjuncto *Jacobi Carpentarii* ampliſſimo Commentario prodiit in lucem *Lutetiæ Pariſiorum* ex officinâ *Jacobi* de *Puys* A. C. 1573, in *quarto*. Poſt hanc autem Carpentarianam editionem Latinam edidit porrò eundem *Alcinoi* Librum Vir CL. *Daniel Heinſius* græcè & latinè Lugduni Batavorum A. C. 1614 in *octavo*. Plures autem præter *Carpentarianam* & *Heinſianam Alcinoi* editiones vide apud R. P. *Philippum Labbæum* in brevi conſpectu Græcorum Interpretum *Platonis* Lut. Pariſ. typis Cramoſian. A. C. 1657 edito in *quarto*. De *Alcinoi* autem ætate, quæ prorſus incerta eſt, aliiſque huc ſpectantibus vide plura Lib. VII. Commentariorum Lambecianorum pag. 18 & 19.

Secundò, & quidem à fol. 74 pag. 1, uſque ad fol. 119 pag. 2, *MAXIMI Tyrii*, Philoſophi Platonici celeberrimi, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub Imperatoribus *M. Aurelio Antonino Philoſopho* & *L. Aurelio Antonino Commodo* floruit, *Diſſertationes Philoſophicæ ſex*: quarum *prima*, *ſecunda* & *tertia*, quæ in *Danielis Heinſii* editione græcolatinâ Lugduno-Batavâ A. 1614 in octavo ſunt XXXIma, XXXIIda & XXXIIItia, inſcribun-

ſcribuntur : Ὅτι ἡδονὴ εἰ καὶ ἀγαθὸν, ἀλλ' ἐ βέβαιον· hoc eſt: *Voluptatem etſi bonum, non tamen eſſe ſtabile.* Principia autem ſingularum ſunt hæc : Χαλεπὸν ἐσθλὸν ἔμμεναι, &c ; Ἐπεχείρει ἐχθρὸς λόγ& &c ; Αἰσώπῳ τῷ Φρυγὶ πεποίηνται λόγοι &c. *Quarta Maximi Tyrii Diſſertatio*, quæ in eâdem jam memoratâ editione Heinſianâ eſt XXXIVta, inſcribitur atque incipit his verbis : Τί τέλ& φιλοσοφίας, ſive, *Quis ſit Philoſophiæ finis.* Χαλεπὸν εὑρεῖν λόγον ἀληθῆ· &c ; *quinta*, quæ in ſuprà memoratâ editione eſt XXXVta : Ὅτι ἐστὶ καὶ ἐκ τῶν περιστάσεων ὠφελεῖσθαι· hoc eſt : *Ex adverſá etiam fortuná utilitatem poſſe percipi.* Δεινόν γε, εἰ ὁ μὲν Θεοὶ &c ; *ſexta*, quæ in ſuprà memoratâ editione eſt XXXVIta : Πῶς ἄν τις πρὸς φίλον παρασκευάσαιτο· hoc eſt : *Quomodo quis ad amicum ſe præparare debeat* : Ἔχεις εἰπεῖν, τίνας ποτὲ Ὅμηρ& &c. Cæterùm *omnes Maximi Tyrii Diſſertationes* in ſuprà citatâ editione Heinſianâ græco-latinâ ſunt *quadraginta & una*, earumque generalis Inſcriptio, itidem ut in Codice hoc manuſcripto Cæſareo, eſt hæc : Μαξίμε Τυρίε, Πλατωνικῦ Φιλοσόφε, ἐν τῇ Ῥώμῃ διαλέξεις τῆς πρώτης ἐπιδημίας. Cujus *Tituli* eruditiſſimam explicationem vide in *Notis Danielis Heinſii*, ubi ſimul etiam de vero eorundem Diſſertationum *ordine* doctè atque accuratè diſſerit.

Tertiò, & quidem à fol. 120 pag. 1, uſque ad fol. 171 pag. 1, S. *JUSTINI* Philoſophi Chriſtiani & Martyris, qui A. C. 161 vel 163 paſſus eſt, *Ariſtotelicorum quorundam Dogmatum everſio*, cujus titulus & principium : Ἰουστίνε τῦ θείε Φιλοσόφε ἀνατροπὴ δογμάτων τινῶν Ἀριστοτελικῶν. Τῶν κατὰ τὴν ἀνθρωπίνην σπουδὴν εἰς θεραπείαν τῦ Θεῦ &c. Exſtat hic Liber inter S. *Juſtini* Opera græcè & latinè *Federico Morello* Lutetiæ Pariſiorum A. 1615 in folio edita, à pag. 110 uſque ad pag. 159, atque ibi deſinit his verbis : ὄντων γὰρ αὐτῶν, μεταβάλλεται εἰς ἄλληλα, καὶ γίνονται ἐξ ἀλλήλων. In hoc autem Codice manuſcripto *Cæſareo* ſequuntur poſt illa verba *integræ duæ paginæ*, hactenùs, quod ſciam, nondum editæ, & totius Libri finis eſt ibi talis : Εἰ φθητὸς ὁ ἐνιαυτὸς, πῶς ἀΐδια καὶ ἀγένητα τὰ ἐν τῷ ἐνιαυτῷ. Diviſio quoque ejuſdem Libri in *Capita & paragraphos*, quæ in eodem Codice manuſcripto eſt, non parùm à ſuprà memoratâ editione impreſsâ diſcrepat ; nec dubito, quin etiam beneficio *variantium lectionum* non pauca ejuſdem editionis impreſſæ loca poſſint emendari & illuſtrari. Quamobrem conſulendæ ibidem omninò ſunt doctiſſimæ *Friderici Sylburgii Notæ* pag. 49. & deinceps.

Quartò, & quidem à fol. 172 pag. 1, uſque ad fol. 191 pag. 2, ex MICHAELIS *Pſelli Libro de quatuor Mathematicis Scientiis*, *Arithmeticâ*, *Muſicâ*, *Geometriâ & Aſtronomiâ*, *Pars prima de Arithmeticâ*, quæ abſque nomine Autoris inſcribitur atque incipit hoc modo : Ἐνταῦθ' ἀριθμῶν συντομωτέρα φράσις. Μέλλοντί μοι καὶ περὶ τῶν τεσσάρων μαθηματικῶν ἐν ἐπιτόμῳ τῷ λόγῳ διαλαβεῖν, ὁ περὶ Ἀριθμητικῆς ἡγείσθω λόγ&, ἐπείτοιγε καὶ τῶν ἄλλων &c ; deſinit autem : τὴν ἔκθεσιν παραιτέμεν&. Integrum hunc *Pſelli* Librum omnibus *quatuor* partibus conſtantem, primus *græcè* & *latinè* in lucem edidit *Guilielmus Xylander Auguſtanus* Baſileæ typis Joannis Oporini A. 1556 in octavo.

CCCXXXVI.

TRECENTESIMUS TRIGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *octavo*, conſtátque foliis *centum & quatuor.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 50 pag. 2, *Collectanea Philoſophica varia*, inter quæ primum tenent locum *PHOTII Patriarchæ Conſtantinopolitani Excerpta ex Hieroclis Philoſophi Libris ſeptem* περὶ προνοίας καὶ εἱμαρμένης, ſive, *de Providentiâ & Fato*, quæ ſine ullo titulo incipiunt his verbis: Καὶ τί σοι, φησὶ, καταλέγω τούτους, ὅπου γε καὶ τῶν Πλατωνικῶν τινες οὐκ ὀρθῶς τὴν περὶ τοῦ δημιουργοῦ Θεοῦ διασώζουσιν ἔννοιαν; οὐ γὰρ ἱκανὸν &c. Vide jam memorati *Photii* Bibliothecam librorum à ſe lectorum in recenſione Codicis CCXIVti & CCLImi. Inter eadem hujus Codicis manuſcripti Collectanea Philoſophica exſtant quoque jam memorati PHOTII *Excerpta ex Vitâ Pythagoræ ab anonymo quodam Autore conſcripta*, eáque ibi fol. 6. pag. 2. incipiunt his verbis: Ὅτι ἄνθρωπος μικρὸς κόσμος λέγεται, οὐχ ὅτι ἐκ τῶν δʹ στοιχείων σύγκειται· τοῦτο γὰρ &c. Vide ſuprà citatam Photii Bibliothecam Codice CCLXIXno, pag. 1317 editionis græco-latinæ Rothomagenſis.

Secundò, & quidem à fol. 50 pag. 2, uſque ad fol. 87 pag. 2, *GREGORII Monachi aneponymi*, vel, ſecundùm alios, *NICEPHORI Blemmydæ*, *Compendioſum Philoſophiæ Syntagma*, cujus titulus & principium: Πόνημα τόδε μοναχοῦ Γρηγορίου. Συνοπτικὸν Σύνταγμα Φιλοσοφίας. Ὥσπερ οἱ ἀναγινώσκοντες πρῶτα μὲν τὰ στοιχεῖα μανθάνουσιν, ἀπὸ δὲ τῶν στοιχείων &c. Plura de hoc Philoſophiæ Syntagmate vide ſuprà in recenſione Codicis CLXX.

Tertiò, & quidem à fol. 88 pag. 1, uſque ad fol. 104 pag. 2, *MISCELLANEA quædam Phyſica*, *Arithmetica & Geometrica*, quorum principium ſine ullo titulo eſt tale: Ἰστέον ὅτι τὸ αἴτιον ἑπταχῶς &c.

CCCXXXVII.

TRECENTESIMUS TRIGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, in *octavo*, conſtátque foliis *quinquaginta tribus.* Continetur eo PLATONIS *Timæus*, ſive, *Dialogus de Naturâ*, vel *de Univerſitate*; ſed principio carens uſque ad hæc verba: - - - ὄντα ὧν λέγομεν. τοῦ δὲ Ἑρμοκράτους αὖ περὶ φύσεως καὶ τροφῆς &c.

CCCXXXVIII.

TRECENTESIMUS TRIGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *octavo*, conſtátque foliis *octoginta ſex.* Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 45 pag. 2, NICEPHORI *Blemmidæ Logica*, cujus *Proœmium*, ut ſuprà, incipit his verbis: Ἐπειδήπερ

com Magna Eccleſia C

niſtrando ; cujus titulu

παρὰ Ἀγαπητοῦ τοῦ Δ

οἰδίκως ἔχει. Τῷ θειο

χισ Διάκονος. Τ

peti Libro vide Libri te

Libri ſexti pag. 33 ; at

tis Jacobi Brunonis A. 1

Tertiò, & quidem

riotæ Epitome Rhetorice

pium : Τοῦ σοφωτάτου

μὴ ἐκ τῶν τοῦ Ἑρμογέν

λόγου &c.

TRECEN

nuſcriptus

nu ſcriptus

tinentur A

TRECE

nuſcriptus

antiquus, i

baſtianum E

ſcriptione t

loſophi Tacticis, ſive, Lib

quorum primum ſine ullâ

μικῶν παρασκευῶν διάται

ἡμᾶς, ὅνπερ καὶ ὁ μάλισ

TRECENT

dex manuſcr

quus, in octa

Primò, &

lenſis Phænor

Σολέως Φαινόμενα. Ἐκ

Scholiis Græcis, quæ à Th

(1) Vide editionem græco-lat

δήπερ ἡ λογικὴ ἐπιστήμη πρὸς τὴν ἱερὰν γραφὴν &c. Eſt autem ea in hoc Codice maximâ parte poſteriori mutila.

Secundò, & quidem à fol. 46 pag. 1, uſque ad fol. 53 pag. 2, *AGAPETI, Diaconi Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, Liber ad Imp. Juſtinianum de Imperio benè adminiſtrando*; cujus titulus & principium: Ἔκθεσις κεφαλαίων παραινετικῶν, σχεδιασθεῖσα παρὰ Ἀγαπητοῦ τοῦ Διακόνου τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, ὧν ἡ ἀκροστιχὶς οὕτως ἔχει. Τῷ θειοτάτῳ καὶ εὐσεβεστάτῳ Βασιλεῖ ἡμῶν Ἰουστινιανῷ Ἀγαπητὸς ὁ ἐλάχιστος Διάκονος. Τιμῆς ἁπάσης ὑπέρτερον ἔχων ἀξίωμα &c. Plura de eodem *Agapeti* Libro vide Libri *tertii* Lambec. Comment. pag. 38 & 152, Libri *quinti* pag. 116 & 225, Libri *ſexti* pag. 33; atque inſuper conſule editionem græco-latinam Lipſienſem cum notis *Jacobi Brunonis* A. 1659 in octavo.

Tertiò, & quidem à fol. 54 pag. 1, uſque ad fol. 86 pag. 2, *MATTHÆI Camariotæ Epitome Rhetorices ex Scriptis Hermogenis de Arte Oratoriâ*; cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου καὶ λογιωτάτου κυροῦ Ματθαίου τοῦ Καμαριώτου ῥητορικῆς ἐπιτομὴ ἐκ τῶν τοῦ Ἑρμογένους. Ὅρος ῥητορικῆς. Ῥητορική ἐστι δύναμις τεχνικὴ πιθανοῦ λόγου &c.

CCCXXXIX.

TRECENTESIMUS TRIGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, recentiori manu ſcriptus, in *octavo*, conſtátque foliis *centum quadraginta octo*, quo continentur ANONYMI varia Collectanea Grammaticalia.

CCCXL.

TRECENTESIMUS QUADRAGESIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *octavo*, conſtátque foliis *ſeptuaginta duobus*, & ad V. CL. *Sebaſtianum Ericium*, Patricium Venetum, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *ex Imp. LEONIS Philoſophi Tacticis*, ſive, *Libro de re militari Caput decimum ſeptimum & decimum octavum*, quorum *primum* ſine ullâ Autoris mentione inſcribitur atque incipit hoc modo: Πολεμικῶν παρασκευῶν διάταξις περὶ ἐφόδων ἀδοκήτων. (1) Ἀρχαῖος που διδάσκει λόγος ἡμᾶς, ὅνπερ καὶ οἱ μάλιστα συνετώτεροι τῶν στρατηγῶν &c.

CCCXLI.

TRECENTESIMUS QUADRAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *octavo*, conſtátque foliis *quadraginta octo*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 43 pag. 1, *ARATI Solenſis Phænomena & Dioſemeia*, quorum titulus & principium: Ἀράτου Σολέως Φαινόμενα. Ἐκ Διὸς ἀρχώμεσθα &c; cum *anonymi cujuſdam antiqui Autoris Scholiis Græcis*, quæ à *Theonis Alexandrini Commentario* diverſa ſunt.

Secundò,

(1) Vide editionem græco-latinam Meurſianam pag. 246.

Secundò, & quidem à fol. 43 pag. 2, uſque ad fol. 48 pag. 2, ANONYMI cujuſdam *Collectio miſcella variarum Sententiarum Ethico-Politicarum* ex diverſis antiquis Græcis Autoribus.

CCCXLII.

TRECENTESIMUS QUADRAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *octavo*, conſtátque foliis *ducentis quatuordecim*, quo continentur DIVERSORUM Epiſtolæ miſcellaneæ.

CCCXLIII.

TRECENTESIMUS QUADRAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *octavo*, conſtátque foliis *viginti quatuor*. Continetur eo ANONYMI *cujuſdam Autoris Collectio Definitionum Philoſophicarum*, cujus titulus & principium: Περὶ ὅρων ἀνακεφαλαίωσις, Ὅρος ἐστὶ λόγος σύντομος, δηλωτικὸς τῆς φύσεως τοῦ ὑποκειμένου πράγματος. &c.

CCCXLIV.

TRECENTESIMUS QUADRAGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *octavo*, conſtátque foliis *centum octoginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo eadem *Magiſtri* JOANNIS *Cucuzelæ Ars pſaltica cum variis Canticorum exemplis & adjunctis antiquis Notis Muſicis*, quæ exſtat in Codice CXCIVto.

CCCXLV.

TRECENTESIMUS QUADRAGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *octavo*, ſed lacerus mutilusque, conſtátque foliis *centum quinquaginta*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur MANUELIS *Moſchopuli* miſcellanea quædam Grammaticalia.

CCCXLVI.

TRECENTESIMUS QUADRAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, in *octavo*, conſtátque foliis *nonaginta*. Continetur eo ANONYMI cujuſdam *Collectio miſcella variorum Apophthegmatum tùm ſacrorum tùm profanorum*, cujus titulus & principium: Τὰ Ἀποφθέγματα τῶν Φιλοσόφων. Ἀντισθένης τοῖς μέλλουσι σώζεσθαι ἔφη· φίλων δεῖ γνησίων &c. Quâ finitâ, ſequuntur *Capita* quædam *Ethica*, quorum primum ſine ullâ Autoris mentione inſcribitur atque incipit his verbis:

verbis: Περὶ ξενιτείας. Ξενιτεία ἐστὶν κατάληψις ἀνεπίστροφος συγγενῶν, χρημάτων, κτημάτων, θελημάτων, &c.

CCCXLVII.

TRECENTESIMUS QUADRAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Philoſophicus* & *Philologicus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *decimo ſexto*, conſtátque foliis *centum quinquaginta quatuor*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur DEMETRII *Chryſoloræ* Erotemata Grammaticæ.


Hucusque igitur quàm breviſſimè & fideliſſimè recenſui, quid illis contineatur *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ trecentis quadraginta ſeptem Codicibus manuſcriptis Græcis*, quos reſpectu *principii* appellavi partim PHILOSOPHICOS propriè dictos, partim autem PHILOLOGICOS. Reliqua autem ejusdem *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ* Opera manuſcripta *Philoſophica* & *Philologica Græca* quærenda ſunt in aliis *aliarum Claſſium* Codicibus manuſcriptis, quibus ea nonnusquam minus convenienter inſerta ſunt.

Recenſionis Codicum manuſcriptorum Græcorum PHILOSOPHICORUM & PHILOLOGICORUM AUGUSTISSIMÆ BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ VINDOBONENSIS

FINIS.

Sequitur Catalogi hujus Pars Vta, Codices manuſcriptos Hiſtoricos Eccleſiaſticos & Profanos Græcos complectens.

P



Duæ Mandragoræ nudæ et veſtitæ ſuppoſititiæ et magicæ.



BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI



CATALOGI BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ MANUSCRIPTORUM PARS V,

quæ complectitur

CODICES MANUSCRIPTOS

HISTORICOS ECCLESIASTICOS ET PROFANOS GRÆCOS.



CATALOGI AUGUSTISSIMÆ BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ VINDOBONENSIS MANUSCRIPTÆ GRÆCÆ, LINGUARUMQUE ORIENTALIUM,

PARS QVINTA,

quâ continetur

Catalogus Manuſcriptorum Codicum Græcorum HISTORICORUM, partim ECCLESIASTICORUM, partim PROFANORUM, ſecundùm præſentem *collocationis* eorum ſeriem, & novum ordinem *numerorum*, quibus iidem nunc notati ſunt.

I.

PRIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus, perelegans, & optimæ notæ, in *folio*, ut vocant, *ſuperregali*, conſtátque foliis *nonaginta octo*, &, quantum ex magnificentiâ ſcripturæ ac compacturæ, aliiſque variis circumſtantiis conjicere licet, ad magnum aliquem, & eruditionis Græcæ amantem Principem, olim pertinuit. Continentur eo CLAUDII PTOLEMÆI *Peluſiotæ*, *Philoſophi Alexandrini*, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub Imperatoribus *Hadriano*, *Antonino Pio*, & *M. Antonino Philoſopho* floruit, *Geographiæ Libri octo*, *cum antiquis Tabulis græcis*, *diverſitate colorum* adeò inſigniter ac mirificè *diſtinctis & illuminatis*, ut ſplendidius ac ſumptuoſius iſtius *Geographiæ* exemplar manuſcriptum in nullâ totius Europæ Bibliothecâ exſtare certò arbitrer. Inſcribitur autem ibi atque incipit *Liber primus* hoc modo: ΚΛΑΥΔΙΌΥ ΠΤΟΛΕΜΑΙΌΥ ΓΕΩΓΡΑΦΙΚΗ͂Σ ὙΦΗΓΉΣΕΩΣ ΤΆΔΕ ἘΝΕΣΤῚΝ ἘΝ ΤΩ͂ ΠΡΏΤΩ. Κεφάλαιον α΄. Τίνι διαφέρει γεωγραφία χωρογραφίας. Γεωγραφία μίμησίς ἐστι διαγραφῆς τοῦ κατειλημμένου τῆς γῆς μέρους ὅλου, μετὰ τῶν ὡς ἐπίπαν αὐτῷ συνημμένων· καὶ διαφέρει &c. Digniſſimum eſt exemplar hoc manuſcriptum *Cæſa-*

reum, ut omnes jam memoratæ Geographiæ hactenùs impreſſæ *editiones*, tàm *græcæ* quàm *latinæ*, diligenter & accuratè cum eo conferantur; & quidem præcipuè optima illa editio *græco-latina in folio*, quæ operâ ac ſtudio *Petri Bertii*, Galliarum Regis Coſmographi celeberrimi, Lugduni Batavorum typis Iſaaci Elzevirii A. 1618 adornata eſt. Notabile verò inprimis eſt, antiquas ſuprà memorati Codicis manuſcripti *Cæſarei Tabulas Græcas* exſtare in *Bertianâ* illâ editione impreſsâ *tantùm latinè*, ac *valdè interpolatè*, & quidem *ultimo loco* atque *ſeparatim* poſt finem Libri *octavi*; in Codice autem MSto *Cæſareo* obtinere eaſdem Tabulas verum locum ſuum, nempe à *Capitis quarti Libri ſeptimi clauſulâ*, uſque ad *Libri octavi finem* incluſivè. Quo finito, unà cum *Indicibus* ad Tabulas iſtas pertinentibus, ſequitur demùm *Subſcriptio Græca antiqua*, quâ indicatur, *AGATHODÆMONEM*, *Alexandrinum Mechanicum*, *eas Tabulas primùm delineâſſe*; ipſáque Subſcriptionis verba ſunt hæc: Ἐκ τῶν Κλαυδίου Πτολεμαίου Γεωγραφικῶν βιβλίων ὀκτὼ τὴν Οἰκουμένην πᾶσαν (1) ἈΓΑΘΟΣ ΔΑΙΜΩΝ, Ἀλεξανδρεὺς μηχανικὸς, ὑπετύπωσε. Prorſus demùm in fine ibidem additur, *Codicem hunc græcum fuiſſe ſcriptum & abſolutum manu cujuſdam JOANNIS anno Æræ Chriſtianæ milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo quarto*, qui expugnationi Urbis Conſtantinopolitanæ per *Muhammedum*, ſecundum ejus nominis Turcarum Imperatorem, proximè ſucceſſit; & quidem *die trigeſimo primo Octobris*. Ipſa verba græca, quibus id ibi indicatur, ſunt hæc: Ἐτελειώθη ἡ παροῦσα βίβλος εἰς τὰς λά τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς ἐν ἔτει ͵αυνδ΄. Θεοῦ τὸ δῶρον, καὶ Ἰωάννου κόπος. Utinam verò *Joannes* ille exiguo aliquo indicio etiam ſignificâſſet, *ubinam*, & *in cujus uſum*, & *ex quo antiquiori autographo* tàm eximium Codicem deſcripſiſſet, non mediocrem id *Geographiæ Ptolemæi* nunc afferre poſſet lucem. Cæterùm utcunque hoc acciderit, certò ſaltem conſtat, præſtantiſſimum hunc Codicem manuſcriptum aliquando fuiſſe adſervatum (2) *Varadini* ſeu *Waradini in Hungariâ*; ut luculenter patet ex hâc illi præfixâ Inſcriptione latinâ: *Martini Háczii Præpoſiti Minorum Waradienſium & Suorum*.

II.

SECUNDUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus & perelegans in *folio*, variis (3) *Imaginibus* aliiſque Ornamentis inauratis paſſim decoratus, conſtátque foliis *nonaginta quinque*, & initio quidem ad Illuſtriſſimum Dominum *Andream Matthæum Aquavivam*, *Ducem Adriæ*, cujus (4) *Inſignia gentilitia* in principio exſtant, poſteà autem ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit: Continentur eo XENOPHONTIS *Athenienſis*, Hiſtorici, Philoſophi, & Ducis celeberrimi, *Socratis* diſcipuli, qui Seculo ante Chriſtum *quarto* floruit, *Libri octo* Κύρου παιδείας, ſive, *de Cyri* (5) *Majoris Inſtitutione*, vel, ut *Cicero* in Bruto vertit, *de Cyri Vitâ & Diſciplinâ*. Eorum *primus* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ξενοφῶντος Κύρου παιδείας

(1) Ita ibi ſcriptum eſt disjunctim, non autem Ἀγαθοδαίμων, ut legitur conjunctim in editione *Bertianâ*. (2) Vulgò *Wardeyen*. (3) Spectatu digna ibi inprimis eſt *Imago Xenophontis cum Galeâ aureâ & Thorace aureo in pulcherrimo equo albo*: Item *Imago Cyri* ſedentis in ſolio Regio, & diverſis variarum Nationum perſonis cincti; ut & *Imago Pegaſi alati*, cum monte *Helicone* & fonte *Hippocrene*. (4) Vide Libri *Septimi* Lambec. Comment. pag. 73, 74, 102, 103 & 104. (5) Intelligitur videlicet *Cyrus* ille, *Aſtyagis* ultimi Medorum Regis ex filiâ *Mandane* nepos, qui victo *Dario Medo*, raptáque *Babylone*, fundavit *Secundam* ſive *Perſicam Monarchiam* anno ante Æram Chriſtianam, ſecundùm R. P. *Dionyſii Petavii* accuratiſſimam ſupputationem, quingenteſimo trigeſimo octavo.

θείας βιβλίον πρῶτον. Ἔννοιά ποθ᾽ ἡμῖν ἐγένετο, &c; octavus autem ſive ultimus deſinit his verbis: εὑρήσει αὐτὰ μαρτυροῦντα τοῖς ἐμοῖς λόγοις.

III.

TERTIUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus, elegans & optimæ notæ, in *folio*, ut vocant, ſuper regali, conſtátque foliis *trecentis nonaginta*, paginatim in binas columnas diviſis, & primùm quidem ad *Marcum Mamunam Cretenſem*, poſteà autem ad *Joannem Sambucum*, ut ambo propriis inſcriptionibus ſuis teſtantur, olim pertinuit. Continetur eo *Magni MENOLOGII Græcorum menſis Februarius* hoc ordine:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 6 pag. 2 colum. 2, *Vita S. Tryphonis Martyris*, in *Phrygiæ* vico *Campſado*, Civitati (1) *Apameæ* vicino, nati, & *Nicææ* in *Bithyniâ* A. C. 250 ſub Imperatore quidem *Decio*, Præfecto autem Orientis *Aquilino*, paſſi, à SYMEONE *Metaphraſte græcè* conſcripta; cujus titulus aureis olim literis ſcriptus jam adeò evanuit, ut haud ampliùs ſit legibilis; principium autem eſt tale: Τοῦ Κυρίου καὶ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μετὰ τὴν θεανδρικὴν αὐτοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιφάνειαν, καὶ τὴν ἐκ νεκρῶν τριήμερον ἔγερσιν, καὶ πρὸς τὸν Πατέρα μετὰ δόξης ἀνάληψιν, &c. Exſtat eadem Vita, itidem ut hîc, die primo Februarii, in R. P. *Laurentij Surii* Carthuſiani Tomo primo de probatis Sanctorum Hiſtoriis, à pag. 789 uſque ad pag. 794, ſed tantùm latinè.

Secundò, & quidem à fol. 6 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 12 pag. 2 col. 1, ejuſdem ſuprà memorati S. *Tryphonis Campſadenſis Vita*, ab ANONYMO quodam Autore conſcripta, & ab altera illâ præcedente longè diverſa; quæ inſcribitur atque incipit hoc modo: Βίος καὶ Θαύματα τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου Μάρτυρος τοῦ Χριστοῦ τοῦ Τρύφωνος. Ὁ βίος τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου Μάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Τρύφωνος ἀπὸ διετοῦς χρόνου μέχρι τέλους τίμιος καὶ ἐνάρετος ὑπῆρχεν· &c. Vide *Martyrologium Romanum* die decimo Novembris: ubi memoria S. *Tryphonis* celebratur.

Tertiò, & quidem à fol. 12 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 13 pag. 2 colum. 2, S. *Tryphonis Martyris exorciſmus ſuppoſititius Inſectorum aliorumque animalium, quæ vineis, agris & hortis noxam ac perniciem inferunt*; cujus titulus & principium: Προσευχὴ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Τρύφωνος ἐπὶ πᾶσαν ἄμπελον, χώραν τε καὶ κῆπον. Ὄντος μου ἐν Καμψάδου κώμῃ καὶ τὰς χῆνας ἐπιμελουμένου μου καὶ βόσκοντος, &c. Plura de ſuppoſititio hoc S. *Tryphonis Exorciſmo* vide Libri *ſeptimi* Lambecianorum Commentariorum paginâ *246* & *247*.

Quartò, & quidem à fol. 13 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 17 pag. 1 col. 1, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI *Oratio in Feſtum* τῆς Ὑπαπαντῆς *ſive Occurſûs Chriſti & Purificationis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, & in Symeonem Juſtum*; cujus principium: Οὐ μόνον φορεῖ σάρκα ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ κατὰ νόμον περιτέμνεται, &c. Vide Librum *quartum* Lambec. Comment. pag. 111.

Quintò, & quidem à fol. 17 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 26 pag. 1 col. 2, S. GREGORII, *Nyſſeni in Cappadociâ Epiſcopi*, *Oratio in Feſtum Occurſûs Chriſti & Purificationis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, & in Symeonem Juſtum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν

(1) Hinc idem *S. Tryphon* ab *Aquilino* in ſententiâ mortis contra ipſum prolatâ, impropriè vocatur Τρύφων ὁ Ἀπαμεύς, hoc eſt, *Tryphon Apamenſis*, cùm is reverâ fuerit *Campſadenſis*.

ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου, Ἐπισκόπου Νύσσης, λόγος εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ Κυρίου, καὶ εἰς τὴν Θεοτόκον, καὶ εἰς τὸν δίκαιον Συμεῶνα. Ὁ τῇ φρονήσει τῶν οὐρανίων μετέωρος, ὁ τῇ καταφρονήσει τῶν ἐπιγείων μετάρσιος, Παῦλος ὁ θεόληπτος νοῦς, ἡ χειρoκίνητος γλῶττα, &c. Vide operum S. *Gregorii Nyſſeni* editionem græco-latinam Pariſinam anni 1615 in folio Tom. II. pag. 876.

Sextò, & quidem à fol. 26 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 30 pag. 1 col. 2, AMPHILOCHII, *Iconii in Lycaoniâ Epiſcopi, Oratio in Occurſum Chriſti & Purificationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, & in Symeonem Juſtum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀμφιλοχίου Ἐπισκόπου Ἰκονίου λόγος εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὴν Θεοτόκον, καὶ εἰς τὸν Συμεῶνα. Πολλοὶ τῶν μεγάλων ἀνθρώπων τὴν παρθενίαν θαυμάζουσιν· καὶ γὰρ &c. Vide Magnam Bibliothecam Veterum Patrum græco-latinam Pariſinam anni 1654 in fol. Tom. XIII. pag. 837, & Operum *Amphilochii* editionem græco-latinam Pariſinam Combefiſianam anni 1644 in folio, pag. 23.

Septimò, & quidem à fol. 30 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 33 pag. 1 col. 2, S. CYRILLI *Archiepiſcopi Hieroſolymitani Oratio in Occurſum Chriſti & Purificationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, & in Symeonem*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου Ἀρχιεπισκόπου Ἱεροσολύμων λόγος εἰς τὴν ὑπαπαντὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὸν Συμεῶνα τὸν Θεοδόχον. Χαῖρε σφόδρα θύγατερ Σιών· &c. Vide Librum *quartum* Lambec. Comment. pag. 134.

Octavò, & quidem à fol. 33 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 37 pag. 1 col. 1, TIMOTHEI *Presbyteri Hieroſolymitani Oratio in Prophetam Symeonem Dei ſuſceptorem, & in illud, Nunc dimittis ſervum tuum Domine ſecundum verbum tuum in pace*; cujus titulus & principium: Τιμοθέου Πρεσβυτέρου Ἱεροσολύμων λόγος εἰς τὸν Προφήτην Συμεῶνα τὸν Θεοδόχον, καὶ εἰς τὸ, Νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλον. Φέρε ἀγαπητὲ τὸν τελευταῖον δίκαιον τῷ λόγῳ κατίδωμεν. &c. Vide Magnam Bibliothecam Veterum Patrum editionem græco-latinam Pariſinam anni 1654 in fol. Tom. XIII. pag. 844.

Nonò, & quidem à fol. 37 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 45 pag. 1 col. 1, *Hiſtoria Pœnitentiæ & Converſionis S. Theophili*, (1) *Oeconomi ſive Vicedomini Eccleſiæ Epiſcopalis Adanenſis in Ciliciâ Tracheâ ſive Secundâ*, [qui cùm ab Epiſcopo ſuo injuſtè abdicatus eſſet, & recuperandæ priſtinæ dignitatis causâ ex deſperatione cacodæmoni ſe addicens, abnegationem Chriſti ac Beatiſſimæ Ipſius Matris ſcripto mandatam, & cerâ obſignatam, velut ſyngrapham, illi tradidiſſet, poſteà autem veram & ſinceram tàm horrendi facinoris egiſſet pœnitentiam, & miſericordiam Beatiſſimæ Virginis Deiparæ dies noctesque cum lachrymis, jejuniis & vigiliis inſtantiſſimè imploràſſet, tandem benigniſſimè exauditus eſt, & illius ope non ſolùm à DEO admiſſi ſceleris veniam impetravit, verùm etiam à cacodæmone nefandam ſuam recepit ſyngrapham,] *conſcripta ab* EUTYCHIANO, *S. Theophili perpetuo famulo ac comite, & Eccleſiæ Adanenſis Clerico*. Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Μετάνοια καὶ ἀνάκλησις πρὸς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, γενομένη παρά τινος Οἰκονόμου ὀνόματι Θεοφίλου ἐκκλησίας τῆς ἀνατολῆς χώρας τοὔνομα Ἄδανα διὰ μεσιτείας τῆς ἁγίας ὑπερενδόξου Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. &c. Extat hæc Narratio apud R. P. *Laurentium Surium* Carthuſianum Tomo primo de probatis Sanctorum Hiſtoriis, die quarto Februarii; ſed tantùm *latinè*.

Decimò,

(1) De Officio *Oeconomi ſive Vicedomini Epiſcopalis* vide Decretum Gratiani Diſtinct. 89 c. 2, 3, 4.

Decimò, & quidem à fol. 45 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 47 pag. 2 col. 2, *Martyrium S. Iſidori Alexandrini Martyris*, cujus titulus & principium: Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Ἰσιδώρου. Κατὰ τὴν τιμίαν καὶ ἔνθεον διδασκαλίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τὴν πρὸς τοὺς ἀξίους αὐτοῦ &c. Exſtat illud apud *Laurentium Surium* Tomo primo de probatis Sanctorum Hiſtoriis, die 5 Februarii, ſed tantùm *latinè*, & attribuitur ibi *Symeoni Metaphraſtæ*. Vide etiam Em. Card. *Baronii* Notas ad Martyrologii Romani diem quintum Februarii, & RR. PP. *Bollandi* & *Henſchenii* S. J. Acta Sanctorum Menſis Februarii Tom. I. pag. 594, ubi Martyrium hoc rejiciunt in diem decimum quintum Maji.

Undecimò, & quidem à fol. 48 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 53 pag. 1 col. 2, *Martyrium S. Agathæ Virginis & Martyris autore* SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: Μαρτύριον τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου μάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Ἀγάθης. Βασιλεύοντος Δεκίου τοῦ παρανόμου Καίσαρος κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, ἡγεμονεύοντος δὲ Κυντιανοῦ τῆς Σικελῶν νήσου τῆς Ἰταλῶν ἐπαρχίας, ἐξῆλθε παρ᾽ αὐτῶν ἄδικον καὶ παράνομον πρόσταγμα, &c. Exſtat illud apud *Laurentium Surium* d. 5 Februarii, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam ſuprà laudatorum Patrum *Bollandi* & *Henſchenii* Acta Sanctorum Menſis Februarii eodem die, ubi de *S. Agathâ* eruditiſſimè accuratiſſiméq; diſſeritur.

Duodecimò, & quidem à fol. 53 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 56 pag. 2 col. 1, *Martyrium Sanctorum Martyrum Fauſtæ, Evelaſii & Maximini, autore* SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: Μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Φαύστας, Εὐηλασίου καὶ Μαξιμίνου. Κατ᾽ ἐκείνους τοὺς καιροὺς ἦν ἡ ἁγία μάρτυς τοῦ Χριστοῦ Φαύστα ἐπὶ Μαξιμιανοῦ τοῦ Βασιλέως ἐν Κυζίκῳ τῇ πόλει, &c. Exſtat illud, uti hîc, ita quoque apud *Surium* die 6 Februarii. Vide etiam Martyrologium Romanum die 20 Septembris.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 56 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 61 pag. 2 col. 2, *Martyrium S. Theodori* τοῦ Στρατηλάτου ſive *Ducis exercitûs*, *Heracleæ* ſub *Imp. Licinio* poſt multa tormenta die ſeptimo Februarii, quo etiam nunc memoria ejus colitur, capite truncati, conſcriptum juſſu ipſius *S. Theodori* ab *Augaro*, ſeu potiùs *ABGARO*, *Tachygrapho* ſive *Notario*, qui rebus geſtis interfuit. Principium ejus eſt: Ὥσπερ φαίνει ὁ ἥλιος τοῖς ὁρῶσιν, &c. Plura de hoc Martyrio vide Libri *quarti* Lambecianorum Commentariorum pag. *124*, *125* & *126*.

Decimo quartò, & quidem à fol. 62 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 69 pag. 2 col. 1, *Vita S. Parthenii, Epiſcopi Urbis Lampſaci in Aſiâ ad Helleſpontum*, qui ſub *Imp. Conſtantino Magno* floruit, conſcripta à CRISPINO *Lampſaceno*, ipſius diſcipulo; cujus titulus & principium: Μηνὶ Φευρουαρίῳ ζ. Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Παρθενίου Ἐπισκόπου Λαμψάκου. Πόθῳ καὶ ἀγάπῃ κινούμενος ἐγὼ ὁ ἁμαρτωλὸς ΚΡΙΣΠΙΝΟΣ, ἔσπευσα γράψαι τὴν θαυμασίαν τοῦ ἀνδρὸς &c. Exſtat hæc Vita apud *Surium*, ut & apud *Bollandum* atque *Henſchenium*, d. 7 Februarii, ſed utrobique tantùm *latinè*. Vide etiam Em. Card. *Baronii* Annales Eccleſiaſticos Tomo tertio in actis anni Chriſti 337, num. 38, ubi eadem *Parthenii Vita* laudatur, quòd candido & puro ſtylo conſcripta ſit.

Decimo quintò, & quidem à fol. 69 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 73 pag. 2 col. 1, *Vita Beati Eugenii & Mariæ ejus filiæ*, quæ cum patre ſuo in virili Cœnobio ſub habitu virili & ſub nomine Marini ſanctiſſimè vixit, nec niſi poſt obitum fœmina deprehenſa eſt, à

SYMEO-

SYMEONE *Metaphraſte* conſcripta; cujus titulus & principium: Μηνὶ Φευρουαρίῳ ή. Βίος καὶ πολιτεία τοῦ μακαρίου Εὐγενίου καὶ Μαρίας τῆς αὐτοῦ θυγατρός. Κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἦν τις ἀνὴρ ἐν τῇ Βιθυνίᾳ ὀνόματι Εὐγένιος. &c. Plura de hâc *Eugenii* & *Mariæ* Vitâ vide in Appendice Libri *ſexti* Lambecianorum Commentariorum pag. 305. RR. PP. *Bollandus* & *Henſchenius* memoriam eorum rejiciunt in diem decimum ſeptimum Julii, ſequentes hâc in re Martyrologium Romanum.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 73 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 76 pag. 2 col. 2, *Martyrium S. Nicephori Martyris Antiochiæ in Syriâ, à* SYMEONE *Metaphraſte conſcriptum, quod continet notabile exemplum vindictæ divinæ ob nimiam memoriæ illati mali tenacitatem.* Inſcribitur illud atque incipit ibi hoc modo: Μηνὶ Φευρουαρίῳ θ'. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Νικηφόρου, καὶ περὶ μνησικακίας. Κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἦν τις πρεσβύτερος ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ τῆς Συρίας, ὀνόματι Σαπρίκιος, &c. Exſtat idem Martyrium apud *Surium* d. 9 Februarii, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam Menæa Græcorum & Martyrologium Romanum, nec non *Bollandi* & *Henſchenii* Acta Sanctorum menſis Februarii eodem die.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 77 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 86 pag. 1 col. 2, *Martyrium S. Charalampii Presbyteri*, qui A. C. 202 ſub *Imp. Septimio Severo Antiochiæ in Piſidiâ* paſſus eſt, ab ANONYMO quodam Autore conſcriptum; cujus titulus & principium: Μηνὶ Φευρουαρίῳ ί. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου ἱερομάρτυρος Χαραλάμπους. Βασιλεύοντος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶσα δαιμονικὴ λατρεία πέπαυται, &c. Exſtat illud apud *Bollandum* & *Henſchenium* inter Acta Sanctorum d. 10 Februarii, ſed tantùm *latinè*, *Joanne Davide Henxtovio* interprete.

Decimo octavò, & quidem à fol. 86 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 91 pag. 1 col. 2, *Vita & Martyrium S. Martyris Blaſii, Epiſcopi Sebaſtiæ in Cappadociá, & ſociorum ejus, autore* SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Φευρουαρίῳ ιά. Βίος καὶ μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου ἱερομάρτυρος Βλασίου Ἐπισκόπου Σεβαστείας, καὶ τῆς συνοδίας αὐτοῦ. Ἡνίκα ὁ καιρὸς τῶν εἰδώλων ἐπεκράτει, &c. Exſtat hæc S. *Blaſii* Vita apud *Surium* d. 3 Februarii, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Bollandi* & *Henſchenii* Acta Sanctorum menſis Februarii eodem die tertio; ubi diverſa *Martyrii S. Blaſii Acta latina* exhibentur cum eruditiſſimis Annotationibus.

Decimo nonò, & quidem à fol. 91 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 95 pag. 2 col. 2, S. JOANNIS CHRYSOSTOMI, *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, Oratio in laudem S. Meletii Archiepiſcopi Antiocheni, qui A. C. 381 obiit, & in laudem ſtudii eorum, qui convenerant*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Φευρουαρίῳ ιβ'. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Μελέτιον Ἀρχιεπίσκοπον Ἀντιοχείας, καὶ εἰς τὴν σπουδὴν τῶν συνελθόντων. Πανταχοῦ τῆς ποίμνης ταύτης καὶ ἱερᾶς ταύτης ἀγέλης περιφέρων τοὺς ὀφθαλμοὺς &c. Vide *Surii*, ut & *Bollandi* atque *Henſchenii* Acta Sanctorum d. 12 Februarii.

Vigeſimò, & quidem à fol. 95 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 109 pag. 2 col. 1, NICEPHORI *Philoſophi & Rhetoris Oratio funebris ſeu Narratio encomiaſtica Vitæ S. Antonii cognomento Cauleæ, Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui A. C. 890 ſub Imp. Leone Philoſophô ſeu Sapiente obiit*; cujus titulus & principium: Νικηφόρου τοῦ μακαριωτάτου Φιλοσόφου καὶ Ῥήτορος Ἐπιτάφιος ἤτοι Βίος ἐγκωμίῳ συμπεπλεγμένος εἰς τὸν μέγαν ἐν

Ἀρχι-

Ἀρχιερεῦσιν Θεοῦ καὶ θαυμαστὸν ἐν Πατριάρχαις Ἀντώνιον. Οὐκ ἦν ἀρχὴ τῶν προλαβόντων καλῶν εἰς πίστιν &c. Exſtat eadem Oratio ſeu Vita apud *Surium*, ut & apud *Bollandum* atque *Henſchenium* in Actis Sanctorum d. 12 Februarii, ſed utrobiq; tantùm *latinè*.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 109 pag. 2 colum. 1, uſque ad fol. 121 pag. 2 col. 1, *Vita S. Martiniani Eremitæ in Palæſtinâ, qui ſeculo poſt Chriſtum quarto ſub Imp. Theodoſio Magno ejúſque filiis Arcadio & Honorio floruit, ab Autore ſynchrono conſcripta*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Φευρουαρίῳ ιγʹ. Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Μαρτινιανοῦ. Ἔγγιστα τῆς πόλεως Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης ὄρος ἐστὶν καλούμενον τόπος κιβωτοῦ. ἐν τούτῳ οὖν &c. Exſtat ea Vita apud *Surium*, ut & apud *Bollandum* & *Henſchenium* in Actis Sanctorum d. 13 Februarii, ſed utrobique tantùm *latinè*.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 121 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 145 pag. 2 col. 2, *Vita & Miracula S. Auxentii Presbyteri & Archimandritæ ſive Abbatis in Bithyniâ, qui ſub Imp. Leone Thrace circa annum Chriſti 470 obiit, ab Autore ſynchrono conſcripta*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Φευρουαρίῳ ιδʹ. Βίος καὶ πολιτεία καὶ θαύματα τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Αὐξεντίου. Τῶν ἀρχαιοτέρων πατέρων ἔργοις καὶ λόγοις διαπρεψάντων, &c. Exſtat ea Vita apud *Surium*, ut & apud *Bollandum* atque *Henſchenium* in Actis Sanctorum d. 14 Februarii, ſed utrobique tantùm *latinè*.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 145 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 150 pag. 1 colum. 2, *Martyrium S. Oneſimi Epiſcopi Epheſini, S. Apoſtoli Pauli diſcipuli, qui A. C. 109 Romæ lapidatus eſt*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Φευρουαρίῳ ιεʹ. Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Ὀνησίμου, μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Παύλου τοῦ κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων. Χαίρει καὶ γένος ἱκετικὸν ἐπ᾽ εὐσεβείας γνωριζόμενον, ὅταν &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium*, ſed tantùm *latinè*; nec die 15, ſed die 16 Februarii: eodémque die exſtat etiam apud RR. PP. *Bollandum* & *Henſchenium* inter Acta Sanctorum menſis Februarii eruditiſſimus Commentarius hiſtoricus de eodem S. *Oneſimo*.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 150 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 156 pag. 1 colum. 1, *Martyrium Sanctorum Martyrum* (1) *Pamphili, Valentis, Pauli, Seleuci, Porphyrii, Theoduli, Juliani, & ſociorum, initiò quidem,* (2) *ab Euſebio, ipſius S. Pamphili amico intimo & Cæſareæ in Palæſtinâ Epiſcopo, conſcriptum,* (3) *multis autem pòſt ſeculis à SYMEONE Metaphraſte interpolatum, & Syntagmati ſuo de Sanctorum Vitis inſertum*; cujus titulus & principium: Ἄθλησις τῶν ἁγίων μαρτύρων Παμφίλου, Οὐάλεντος, Παύλου, Σελεύκου, Πορφυρίου, Θεοδούλου, Ἰουλιανοῦ, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς. Καιρὸς δὴ καλεῖ πρὸς ἅπασι τὸ μέγα καὶ περιβόητον ἀνιστορῆσαι θέατρον Παμφίλου τοῦ ἁγίου μάρτυρος καὶ τῶν σὺν αὐτῷ τελειωθέντων θαυμασίων ἀνδρῶν, &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* die primo Junii; in quem etiam RR. PP. *Bollandus* & *Henſchenius* memoriam Paſſionis S. *Pamphili* rejiciunt; ibidémque ſe & de SS. *Valente* ac *Paulo*, S. *Pamphili* ſociis, acturos promittunt.

[B] *Vigeſimo*

(1) Hic *S. Pamphilus*, Presbyter Cæſarienſis doctiſſimus, cujus inſignem Bibliothecam *S. Hieronymus* ſæpè laudat, poſt biennii carcerem juſſu *Firmiliani* Præſidis in perſecutione *Imp. Galerii Maximiani* decollatus eſt A. C. 308. Calendis Junii. Vide Martyrologium Romanum eo die, & Notas ibi additas à Card. *Baronio*; ut & ejuſdem Annal. Eccleſiaſt. Tom. III. A. C. 308. (2) Vide Hiſtoriam ejus Eccleſiaſticam lib. 8. cap. 21. (3) Floruit enim *Symeon Metaphraſtes* ſeculo poſt Chriſtum decimo; quippe qui Syntagma ſuum de Vitis Sanctorum componere orſus eſt ſub *Imp. Conſtantino Porphyrogenito*. Vide Librum tertium Lambec. Comment. pag. 45, & RR. PP. *Bollandum* atque *Henſchenium* in Præfatione generali ad Acta Sanctorum, menſi Januario præfixâ, cap. 1. §. 3. & in Actis S. *Agathæ* d. 5 Februarii, pag. 601.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 156 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 160 pag. 2 colum. 1, *Martyrium S. Theodori cognomine Tyronis vel Tironis, qui ſub Impp. Maximiano & Maximino paſſus eſt, cujuſque memoria celebratur in Martyrologio Romano die nono Novembris, conſcripta ab* ANONYMO *quodam autore, qui, ut ipſe teſtatur, rei geſtæ* αὐτόπτης *interfuit*. Inſcribitur illud atque incipit hoc modo: Μηνὶ Φευρουαρίῳ ιζ΄. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Θεοδώρου τοῦ Τήρωνος. Μαξιμιανὸς καὶ Μαξιμῖνος οἱ Βασιλεῖς ἐξαπέστειλαν δόγμα εἰς πᾶσαν γῆν τὴν οὖσαν ὑπὸ τὴν βασιλείαν αὐτῶν, &c. Plura de his Actis Martyrii S. *Theodori Tironis* vel *Tyronis* vide Libri *quarti* Lambecianorum Commentariorum pag. 96 & 97. Vide etiam ibidem pag. 64 & 65.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 160 pag. 2 colum. 1, uſque ad fol. 166 pag. 1 colum. 1, S. GREGORII *Nyſſeni Epiſcopi Encomium in S. Martyrem Theodorum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νύσσης ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον μεγαλομάρτυρα τοῦ Χριστοῦ Θεόδωρον. Ὑμεῖς ὁ τοῦ Χριστοῦ λαός· ἡ ἁγία ποίμνη· &c. Vide Librum *quartum* Lambecianorum Commentariorum pag. *26*, & *114*.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 166 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 173 pag. 2 col. 1, NECTARII *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Narratio, quam ob cauſam in primo ſabbato ſanctorum Jejuniorum celebremus memoriam S. Theodori Martyris*, (1) *cum annexâ Admonitione de conjungendis Jejunio & Eleemoſynâ*; cujus principium: Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου Κύριε· &c. Plura de hâc *Nectarii* Diegeſi ſive Narratione vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. *97*, *124*, *125*, *126*.

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 173 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 177 pag. 1 colum. 2, *Martyrium Sanctorum Martyrum Leonis & Paregorii Pataris in Lyciâ*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Φευρουαρίῳ ιη΄. Μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Λέοντος καὶ Παρηγορίου, μαρτυρησάντων ἐν Πατάροις τῆς Λυκίας. Ποικίλαι μὲν τοῦ διαβόλου αἱ μηχαναὶ κατὰ τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium*; ut & apud RR. PP. *Bollandum* & *Henſchenium* in Actis Sanctorum d. 18 Februarii cum eruditiſſimis Annotationibus, ſed utrobique tantùm *latinè*.

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 177 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 186 pag. 1 col. 2, *Vita S. Auxibii, Epiſcopi Soliorum in Cypro*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Φευρουαρίῳ ιθ΄. Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου καὶ θαυματουργοῦ Πατρὸς ἡμῶν Αὐξιβίου Ἀρχιεπισκόπου (2) Σολίων, μαθητοῦ γεγονότος τοῦ ἁγίου καὶ πανευφήμου Ἀποστόλου καὶ Εὐαγγελιστοῦ Μάρκου. &c. Vide *Surium*, ut & RR. PP. *Bollandum* atque *Henſchenium* die 19 Februarii.

Trigeſimò, & quidem à fol. 186 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 188 pag. 2 col. 2, *Martyrium S. Sadoth Epiſcopi & centum viginti octo ejus ſociorum in Perſide ſub Rege Perſarum Sapore Juniore A. C. 344*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Φευρουαρίῳ κ΄. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Σαδὼθ Ἐπισκόπου καὶ τῶν μετ᾽ αὐτοῦ ρκη΄ μαρτυρησάντων ἐν τῷ δευτέρῳ ἔτει τοῦ διωγμοῦ. Μετὰ τὸ τελειωθῆναι τὸ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Συμεῶνος, &c. Vide *Surium*, ut & RR. PP. *Bollandum* atque *Henſchenium* d. 20 Februarii. Conſule etiam eosdem poſteriores duos doctiſſimos Viros d. 4. Februarii, ubi agitur de S. *Abramino*, qui anno quinto ejusdem perſecutionis paſſus eſt.

Trigeſimo

(1) Nempe τοῦ Στρατηλάτου non autem τοῦ Τήρωνος. (2) Ita ibi ſcriptum eſt.

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 188 pag. 2 colum. 2, uſque ad fol. 195 pag. 2 col. 2, *Martyrium S. Mauricii & ſeptuaginta cum eo militum ac diſcipulorum Apameæ in Syriâ*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Φευρουαρίῳ κα΄. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Μαυρικίου καὶ τῶν ὁ στρατιωτῶν, τῶν καὶ μαθητῶν αὐτοῦ ὄντων. Μαρτύρων μνήμη φιλοθείας καθέστηκεν ἔνδειξις, &c. Vide *Surium* die 18 Julii; ut & RR. PP. *Bollandum* atque *Henſchenium* d. 21 Februarii, ubi de iiſdem Sanctis Martyribus ex profeſſo accuratè agitur.

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 195 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 200 pag. 2 col. 2, *Martyrium Sanctorum Martyrum Eugenii & Macarii, fratrum germanorum*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Φευρουαρίῳ κβ΄. Μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Εὐγενίου καὶ Μακαρίου γνησίων αὐταδέλφων ὄντων. &c.

Trigeſimo tertiò, & quidem à fol. 200 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 205 pag. 1 colum. 2, *Smyrnenſis in Aſiâ Eccleſiæ Epiſtola encyclica de Martyrio S. Polycarpi Epiſcopi Smyrnenſis* (1) *A. C. 167*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Φευρουαρίῳ κγ΄. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου ἱερομάρτυρος Πολυκάρπου Ἐπισκόπου Σμύρνης τῆς Ἀσίας· Ἡ ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ, ἡ παροικοῦσα Σμύρναν, &c. Plura de hâc Eccleſiæ Smyrnenſis Epiſtolâ, & de Vitâ atque Martyrio S. *Polycarpi*, vide in RR. PP. *Bollandi* & *Henſchenii* Actis Sanctorum d. 26 Januarii, quo jam memorati Sancti Martyris memoria celebratur in Martyrologio Romano.

Trigeſimo quartò, & quidem à fol. 205 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 211 pag. 1 colum. 1, *Narratio traditionis de Inventione Capitis S. Joannis Baptiſtæ & Præcurſoris Domini Hieroſolymis, ejuſque Revelatione in Emeſenâ Phœniciæ Urbe*, ab aliquo ANONYMO coævo, prout ſibi eam Marcellus, Monaſterii alicujus juxta Urbem Emeſenam Archimandrita ſive Abbas, vivâ voce tradiderat, conſcripta; cujus titulus & principium: Μηνὶ Φευρουαρίῳ κδ΄. Ἐξήγησις παραδόσεως, ὅπως ἡ τιμία κεφαλὴ τοῦ ἁγίου Προδρόμου καὶ Βαπτιστοῦ Ἰωάννου εἰς τὴν Ἐμεσηνῶν ἀπεδείχθη πόλιν. Μοναχοὶ δύο ἐκ τῆς ἑώας ὁρμώμενοι, τοῦ τιμίου σταυροῦ τὸν τόπον, καὶ τοῦ διὰ τὸν περὶ ἡμᾶς οἶκτον ἐνανθρωπήσαντος, &c. Plura de Capitis S. Joannis Baptiſtæ Inventione & Revelatione Emeſenâ, quæ A. C. 453 contigit, vide Lib. VIII. Commentariorum Lambecianorum pag. 89, & ſeqq.

Trigeſimo quintò, & quidem à fol. 211 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 233 pag. 2 colum. 2, *Vita & Miracula S. Taraſii Patriarchæ Conſtantinopolitani*, qui A. C. 784 die 25 Decembris electus eſt, & A. 806 die 25 Februarii obiit, conſcripta ab ipſius diſcipulo *IGNATIO*, primùm *Monacho*, deinde autem *Diacono & Sceuophylace Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*, ac tandem *Metropolitâ Nicææ*; qui, ut ipſe ibi indicat, morienti adfuit. Ipſa tituli græci verba cum principio Procemii ſunt hæc: Μηνὶ Φευρουαρίῳ κε΄. ΙΓΝΑΤΙΟΥ Μοναχοῦ μερικὴ Ἐξήγησις εἰς τὸν βίον καὶ τὰ θαύματα τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΤΑΡΑΣΙΟΥ, Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως. Μέλλων ἀπείρῳ μεγέθει πελάγους ἀρετῶν διανήξασθαι Πατρὸς ἀοιδίμου, καὶ &c. Exſtat hæc S. *Taraſii Vita* apud *Surium* de probatis Sanctorum Hiſtoriis die 25 Februarii: ut & apud RR. PP. *Bollandum* & *Henſchenium* inter Acta Sanctorum ejuſdem diei cum eruditiſſimis Annotationibus; ſed utrobique tantùm *latinè*.

(1) Sequor hîc RR. PP. *Petavium* & *Labbeum* S. J.

Trigeſimo ſextò, & quidem à fol. 234 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 261 pag. 2 col. 1, *Vita S. Porphyrii, Epiſcopi Gazæ in Palæſtinâ*, qui ſecundùm R. P. *Godefridi Henſchenii* ſupputationem Epiſcopus factus eſt A. C. 396, & A. 421 obiit, conſcripta à *MARCO Diacono*, ipſius diſcipulo & familiari. Inſcribitur ea atque incipit his verbis: Μηνὶ Φευρουαρίῳ κϛ΄. Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Πορφυρίου Ἐπισκόπου Γάζης. Τῶν ἁγίων ἀνδρῶν τοὺς ἄθλους, καὶ τὸν θεϊκὸν αὐτῶν ζῆλόν τε καὶ πόθον, &c. Exſtat hæc *S. Porphyrii* Vita apud *Surium* de probatis Sanctorum Hiſtoriis die 26 Februarii; ut & apud RR. PP. *Bollandum* & *Henſchenium* inter Acta Sanctorum ejuſdem diei, cum conſuetis Annotationibus.

Trigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 261 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 264 pag. 2 col. 2, *Vita Sanctorum Andronici & uxoris ejus Athanaſiæ, conſcripta à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Φευρουαρίῳ κζ΄. Βίος καὶ πολιτεία τῶν ἁγίων Ἀνδρονίκου καὶ τῆς συμβίου αὐτοῦ Ἀθανασίας. Ἐν ταῖς ἡμέραις Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου Βασιλέως ἦν τις ἀργυροπράτης ἐν Ἀντιοχείᾳ τῇ μεγάλῃ νεώτερος ὀνόματι Ἀνδρόνικος. ἔλαβεν δὲ γυναῖκα &c. Exſtat hæc Vita apud *Surium* de probatis Sanctorum Hiſtoriis d. 27 Februarii, ſed tantùm *latinè*; *Bollandus* autem & *Henſchenius* promittunt ſe de iiſdem Sanctis acturos ſecundùm *Martyrologium Romanum* d. 9 Octobris.

Trigeſimo octavò, & quidem à fol. 265 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 390 pag. 2 col. 1, *Hiſtoria ſuppoſititia Vitæ & Martyrii S. Pancratii, diſcipuli S. Petri Apoſtoli, & ab eodem ordinati Epiſcopi Tauromenii in Siciliâ, conſcripta ſub nomine EVAGRII tanquam ipſius S. Pancratii diſcipuli & comitis, qui ibi paſſim de ſeipſo loquens introducitur.* Adeò verò prolixa hæc Hiſtoria eſt, ut conſtet integris centum viginti ſex foliis in folio, ut vocant, ſuperregali; inſcribiturque ea ibi, & incipit hoc modo: (1) Μηνὶ Φευρουαρίῳ κή. Βίος καὶ πολιτεία καὶ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου καὶ Ἱερομάρτυρος Παγκρατίου. Ἐγένετο μετὰ τὸ ἀναληφθῆναι τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν εἰς τοὺς οὐρανούς, &c. Plura vide Lib. VIII. Comment. Lambec. pag. 94 & ſeqq.

IV.

QUARTUS Codex MStus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus* pervetuſtus & optimæ notæ in *magno folio*, ſed in principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *centum ſexaginta*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 136 pag. 2, *ARRIANI Nicomedienſis*, Hiſtorici & Philoſophi inſignis, qui *Epicteti*, celeberrimi Philoſophi Stoici, fuit diſcipulus, & ſub Imperatoribus *Hadriano, Antonino Pio*, & *Antonino Philoſopho* floruit, *Hiſtoriarum Libri ſeptem* περὶ ἀναβάσεως Ἀλεξάνδρου, ſive, *de Expeditione Alexandri Magni*; quorum *primus* principio caret uſque ad hæc verba: - - - (2) παραγγέλλει τοῖς ὁπλίταις, ὁπότε καταφέροιντο κατὰ τοῦ ὀρθίου αἱ ἅμαξαι, &c; ſeptimus autem ſive ultimus deſinit his verbis: ἐφ᾽ ὅτῳ ὡρμήθην οὐδὲ αὐτὸς ἄνευ θεοῦ ἐς τήνδε τὴν ξυγγραφήν. Plura de hoc *Arriano* ejuſque Scriptis vide apud *Gerardum Joannem Voſſium* Lib. 2. de Hiſtoricis Græcis cap. 11; ubi rectè monet, *Arrianum* hos ſeptem Libros de Expeditione Alexandri Magni ſcripſiſſe exemplo *Xenophontis*, cujus totidem habemus Libros Κύρου ἀναβάσεως,

(1) Hoc eſt: *Die Februarii vigeſimo octavo.* At in *Menæis* Græcorum celebratur memoria S. Pancratii die nono Julii, & in *Martyrologio Romano* d. 3 Aprilis. (2) Vide *Nicolai Blancardi* editionem græco-latinam Amſtelodamenſem anni 1668 in octavo pag. 4.

βάσεως, ſive, *de Expeditione Cyri Junioris.* Profitetur autem ipſe *Arrianus* ſtatim in principio Libri primi, ſe in hâc Hiſtoriâ ſcribendâ maximè ſecutum eſſe *Ptolemæum Lagi* & *Ariſtobulum, Ariſtobuli filium*, qui ambo ſub ipſo *Alexandro* militaverant.

Secundò, & quidem à fol. 137 pag. 1, uſque ad fol. 160 pag. 2, *EJUSDEM* Ἰνδικὴ, ſive, *Hiſtoria Rerum Indicarum*, quæ vulgò perperàm habetur pro *Libro octavo de Expeditione Alexandri Magni*, cùm ea tamen re verâ *ſeorsùm* ſcripta ſit, ut teſtatur *Photius* Patriarcha Conſtantinopolitanus in recenſione Codicis *nonageſimi primi* Bibliothecæ ſuæ. Idem quoque confirmat ipſe *Arrianus* in *Libro quinto* de Expeditione Alexandri Magni, quippe ubi eam Hiſtoriam, tanquam ἰδίᾳ, ſive *ſeparatim* à ſe ſcriptam, appellat τὴν ἸΝΔΙΚῊΝ ξυγγραφήν· Quod porrò ad finem *Hiſtoriæ* iſtius *Indicæ* attinet, exigua ejus pars in ſuprà memorato Codice deeſt, nempe ab his verbis incluſivè: δοκέω δὲ, ὡς εἰπεῖν πλωτά τε ἦν καὶ βαδιστὰ τότε ὑπ' Ἀλεξάνδρου ἂν τῆς πολυπραγμοσύνης - - - -. Vide ſuprà citatam *Nicolai Blancardi* editionem græco-latinam Amſtelodamenſem, quæ omnium optima & accuratiſſima eſt, pag. 591. Obiter denique notandum eſt, in ſuprà memorato Codice manuſcripto *Cæſareo* chartaceo, exſtare folii primi, nullo numero notati, paginâ primâ vacuâ *Imaginem Alexandri Magni, inſidentis Bucephalo, tenentisque dextrâ manu haſtam & frænum, ſiniſtrâ autem accipitrem, comitante ipſum à dextro latere cane venatico.* Adjuncta etiam eſt pone caput *Alexandri* inſcriptio græca miniata minutiſſima, & vix legibilis; cujus principium: Θέσις μὲν Ἀλεξάνδρου &c.

V.

QUINTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegans & optimæ notæ in *folio*, ſed in principio & fine mutilus; conſtátque nunc foliis *trecentis viginti quatuor*, paginatim in binas columnas diviſis, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo *Magni Menologii Græcorum Menſis November* hoc ordine:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 10 pag. 1 col. 1, *Vitæ, rerumque geſtarum, ac Miraculorum Sanctorum Confeſſorum Aſianorum Anargyrorum COSMÆ & DAMIANI, filiorum Theodotes, quorum memoria in Menæis Græcorum celebratur die primo Novembris, particula extrema perexigua, octodecim tantùm verſibus ſive lineis conſtans*; quæ deſinit his verbis: Ταῦτα αὐτοὶ διὰ τὴν πίστιν αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν ἐλθόντες ἐφιλοτιμήσαντο, ἀληθῶς ἀγαθοῦ Δεσπότου διάκονοι δαψιλεῖς, τοιαῦτα χαριζόμενοι, καὶ τοσαύτας ἐπιτελοῦντες θεραπείας ἐν ὀνόματι καὶ εἰς δόξαν τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. Dolendum profectò eſt, totam præcedentem ejuſdem Vitæ & Narrationis Miraculorum partem injuriâ temporis ibi periiſſe.

Secundò, & quidem à fol. 1 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 10 pag. 1 col. 1, *Autoris cujusdam* ANONYMI *Narratio quatuor Miraculorum, à Sanctis Anargyris Coſmâ & Damiano Aſianis, quorum memoria die primo Novembris colitur, editis*; quæ inſcribitur atque incipit his verbis: Θαύματα ἕτερα τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων τοῦ Χριστοῦ Ἀναργύρων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ. (1) Εὐχαριστεῖν ὀφείλομεν τῷ Θεῷ καὶ τοῖς ἁγίοις αὐτοῦ θεράπουσι Κοσμᾷ καὶ Δαμιανῷ πάντες ἄνθρωποι, μάλιστα δὲ οἱ ἐν ἀσθενείαις προσφυγόντες καὶ τῆς ἰάσεως

τυχόντες

(1) Vide Syntagma *Wangnereckianum* de Tribus SS. Anargyrorum *Coſmæ* & *Damiani* Paribus pag. 452.

τυχόντες. μεγάλα γὰρ &c. Finito hoc *Procemio*, ſequuntur ipſa illa *Miracula* hoc modo: Θαῦμα ά, περὶ τοῦ στομαχικοῦ. (1) Ἐν πρώτοις οὖν ἀνήρ τις, λαμπρός τε καὶ περιφανὴς, τῷ Θεῷ ἀνακείμενος, καὶ τοῖς ἁγίοις (2) προσφεύγων, διηγήσατο, ὡς ἐκπαιδόθεν &c. Exſtat quidem hæc Miraculorum iſtorum Narratio in RR. PP. *Simonis Wangnereckii* & *Reinoldi Dehnii* S. J. Parte ſecundâ Syntagmatis Hiſtorici de Tribus Sanctorum Anargyrorum *Coſmæ* & *Damiani* Paribus, *Aſiano* ſcilicet, *Romano* & *Arabico*, ex Codicibus manuſcriptis Bibliothecæ *Vaticanæ* & *Allatianæ* collecto, & græcè ac latinè Vindobonæ ſive Viennæ in Auſtriâ typis Coſmerovianis A. 1660 in quarto edito; ſed valdè mutilè, confusè & interpolatè, ut ex collatione primo ſtatim intuitu apparebit. Præterea quoque attribuuntur ibi hæc Miracula SS. *Anargyris Coſmæ & Damiano ex Arabiâ*, cùm contrà in hoc Codice manuſcripto Cæſareo attribuantur SS. *Anargyris Coſmæ & Damiano ex Aſiâ*.

Tertiò, & quidem à fol. 10 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 20 pag. 2 col. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris ſynchroni* & præſentis *Martyrium Sanctorum Acindyni*, *Pegaſii*, *Anempodiſti*, *Aphthonii*, *& Elpidephori*; cujus titulus & principium: (3) Μηνὶ Νοεμβρίῳ β'. Μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Ἀκινδύνου, Πηγασίου, Ἀνεμποδίστου, Ἀφθονίου, καὶ (4) Ἐλπιδηφόρου &c. Vide *Menæa Græcorum* eodem die ſecundo Novembris; ut & *Martyrologium Romanum*, ubi hæc leguntur: *In Perſide Sanctorum Martyrum Acindyni, Pegaſii, Aphthonii, Elpidephori, & Anempodiſti, cum plurimis ſociis.*

Quartò, & quidem à fol. 20 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 32 pag. 1 col. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris ſynchroni Martyrium Sanctorum Martyrum Perſarum Acepſimæ Epiſcopi, Joſephi Presbyteri, & Aeithalæ Diaconi*; cujus titulus & principium: (5) Μηνὶ Νοεμβρίῳ γ'. Μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Ἀκεψιμᾶ Ἐπισκόπου, Ἰωσὴφ Πρεσβυτέρου, καὶ Ἀειθαλᾶ Διακόνου. Ἐν ἔτει τριακοστῷ ἑβδόμῳ τοῦ διωγμοῦ ἩΜΩ͂Ν πρόσταγμα σκληρὸν ἐξῆλθεν, καὶ ἐξουσία τοῖς ἀσεβέσιν ἀρχιμάγοις ἐδόθη κατὰ παντὸς τοῦ γένους τῶν Χριστιανῶν, ὅπως &c. Vide *Menæa Græcorum* eodem die tertio Novembris; *Martyrologium* autem *Romanum* die vigeſimo ſecundo Aprilis. Plura, ſi placet, vide Lib. VIII *Comment. Lambec.* pag. 265, & 266.

Quintò, & quidem à fol. 32 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 64 pag. 2 col. 2, *SABÆ*, *Monachi ſynchroni*, *Hiſtoria Vitæ*, *rerum geſtarum*, *& miraculorum S. Joannicii Anachoretæ & Abbatis*, *ex Bithyniæ pago Marycato ad borealem partem Paludis Apolloniadis ſito*, *oriundi*; cujus titulus & principium: (6) Μηνὶ τῷ αὐτῷ δ'. Ἐπίγραμμα ἤτοι Βίος καὶ πολιτεία καὶ θαύματα τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν ἸΩΑΝΝΙΚΙ'ΟΥ, συγγραφεὶς παρὰ (7) ΣΑ'ΒΑ Μοναχοῦ. &c. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die quarto Novembris; ut & *Martyrologium Romanum*, ubi hæc leguntur: *In Bithyniâ S. Joannicii Abbatis.* Ad quæ verba vide ibidem Card. *Baronii* annotationem; ſimul etiam conſule Annalium ejuſdem Eccleſiaſticorum Tomum nonum A. C. 782, ubi refert, S. *Joannicium* tunc egiſſe annum ætatis ſuæ quinquageſimum tertium, utpote natum A. C. 729; item Tomum decimum A. C. 846, quo refert eundem S. *Joannicium* obiiſſe, natum annos centum ac quindecim. Acta autem, à (8) *Symeone Metaphraſte* conſcripta, quæ jam citatis locis ab eodem Em. Cardinale allegantur, exſtant quidem apud *Surium* eodem die quarto Novembris,

(1) Vide idem ſuprà citatum Syntagma pag. 456. (2) Ibidem legitur προσφοιτῶν. (3) Menſis Novembris die ſecundo. (4) Malim Ἐλπιδιφόρου, ut legitur in *Menæis Græcorum*. (5) Menſis Novembris die tertio. (6) Menſis Novembris die quarto. (7) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 110, ubi ejuſdem Vitæ fit mentio. (8) Vide eandem *Allatii* Diatribam pag. 129.

vembris, ſed tantùm *latinè*; & diverſa ſunt ab Actis illis, à *Sabâ, Monacho ſynchrono* conſcriptis, de quibus in præſens ex profeſſo agitur, quæque reſpectu antiquitatis & aliarum circumſtantiarum multò probatiora ſunt.

Sextò, & quidem fol. 65 pag. 1 colum. 1, poſt magnum defectum foliorum neſcio quot, *Finis Martyrii S. SEVERIANI die nono Novembris.* Diverſum autem hoc S. *Severiani Martyrium* eſt ab altero illo S. *Severiani Martyrio*, quod exſtat infrà in Codice XXXIXno, num. *12*, & refertur ad diem nonum menſis Septembris. Memoratur etiam in *Martyrologio Romano* die octavo Novembris S. *Severianus Martyr*, qui unus eſt *Sanctorum quatuor Coronatorum*; qui ſub *Imp. Diocletiano* ictibus plumbatarum uſque ad mortem cæſi ſunt.

Septimò, & quidem à fol. 65 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 67 pag. 2 col. 1, *Martyrium Sancti ORESTIS Tyanæ in Cappadociâ ſub Imp. Diocletiano*; cujus titulus & principium: (1) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ι΄. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Ὀρέστου. Βασιλεύοντος Διοκλητιανοῦ τοῦ ἀσεβεστάτου καὶ παρανόμου ἐγένετο διωγμὸς μέγας τῶν Χριστιανῶν καθ' ὅλης τῆς οἰκουμένης. ἐξαπέστειλεν γὰρ εἰς πᾶσαν τὴν ὑποτεταγμένην αὐτῷ βασιλείαν ἄρχοντας &c. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die decimo Novembris; *Martyrologium* autem *Romanum* ejusdem menſis die nono, ubi hæc leguntur: *Tyanæ in Cappadociâ paſſio Sancti ORESTIS ſub Diocletiano Imperatore.* Exſtat quoque Martyrium hoc apud *Surium*, ſed ſimiliter die nono Novembris, & tantùm *latinè*, mutatóque nomine *Oreſtis* perperàm in nomen ARESTÆ. Attribuitur illud ibi *Simeoni Metaphraſtæ.*

Octavò, & quidem à fol. 67 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 77 pag. 2 col. 2, *Vita, Converſatio, Miracula Sancti Martini Epiſcopi Turonenſis in Galliâ, ab* (2) ANONYMO *quodam Autore incerto conſcripta*; cujus titulus & principium: (3) Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Βίος καὶ πολιτεία καὶ θαύματα τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΜΑΡΤΙΝΟΥ Ἐπισκόπου Φραγγίας. &c. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die decimo Novembris. In *Martyrologio* autem *Romano* celebratur ejuſdem S. Martini memoria die undecimo Novembris. Præterea quoque in primis legendus eſt *Sulpicii Severi elegantiſſimus Liber de Vita Sancti Martini*; quam ipſe præ cæteris omnibus optimè noſſe potuit, quia ipſius fuit diſcipulus. Conſulendæ inſuper ſunt ejusdem *Sulpicii Epiſtolæ & Dialogi*; quibus itidem multiplex ejusdem S. *Martini* mentio inſerta eſt.

Nonò, & quidem à fol. 77 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 82 pag. 1 col. 1, *Martyrium Sancti Martyris Menæ ſeu Mennæ, qui martyrium ſubiit in Urbe Phrygiæ, Regionis Aſiæ Minoris, Cotyaeio, ab* (4) ANONYMO *Autore incerto conſcriptum*; cujus titulus & principium: (5) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ια΄. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Μηνᾶ, τοῦ μαρτυρήσαντος ἐν τῷ (6) Κοτυαΐῳ &c. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die undecimo Novembris; ut & *Martyrologium Romanum.*

Decimò, & quidem à fol. 82 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 85 pag. 2 col. 2, *Martyrium Sancti Victoris & Sanctæ Stephanidis*; cujus titulus & principium: (7) Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Βίκτωρος καὶ Στεφανίδος. Ἐν

ταῖς

(1) Menſis Novembris die decimo. (2) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 122; ubi hæc Vita refertur inter eas Narrationes, quæ Autorum incertorum, non autem *Symeonis Metaphraſtæ* ſunt. (3) Nempe eodem die decimo Novembris. (4) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 121. (5) Menſis Novembris die undecimo. (6) Κοτυαΐῳ perperàm pro Κοτυαείῳ· Vide *Stephanum de Urbibus* in explicatione vocis Κοτυάειον. In Menæis autem Græcorum multò etiam corruptiùs legitur ἐν τῷ συνοτυαΐῳ· (7) Nempe die undecimo Novembris.

ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐν αἷς ἐδιώκοντο οἱ Χριστιανοὶ ὑπὸ τοῦ τότε Βασιλέως τῶν Ῥωμαίων Ἀντωνίνου, &c. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die undecimo Novembris; *Martyrologium* autem *Romanum* die decimo quarto Maji. Exſtat quoque Martyrium hoc apud *Surium*; ſed ſimiliter die decimo quarto Maji, & tantùm *latinè*; attribuiturque ibi *Symeoni Metaphraſtæ*.

Undecimò, & quidem à fol. 85 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 95 pag. 1 col. 1, *Martyrium Sancti Martyris Vincentii Archidiaconi Cæſarauguſtani*; cujus titulus & principium: (1) Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου ἱερομάρτυρος Ἰησοῦ Χριστοῦ Βικεντίου. Ἱκανὸν καὶ τοῦτο δοκιμῆς τῷ ἁγιωτάτῳ Μάρτυρι Βικεντίῳ εἰς τὴν κατὰ τοῦ ἐχθροῦ μεγίστην νίκην, &c. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die undecimo Novembris; *Martyrologium* autem *Romanum* die vigeſimo ſecundo Januarii. Exſtat quoque Martyrium hoc apud *Surium*; ſed ſimiliter die vigeſimo ſecundo Januarii, & tantùm *latinè*; attribuiturque ibi *Symeoni Metaphraſtæ*. Alia ejuſdem Martyrii Acta, & diverſas Narrationes de ejuſdem *Sancti Vincentii Reliquiis & Miraculis*, cum eruditis Annotationibus, vide apud RR. PP. *Bollandum* & *Henſchenium* Tomi ſecundi de Sanctis menſis Aprilis pag. 393, & deinceps uſque ad pag. 414.

Duodecimò, & quidem à fol. 95 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 134 pag. 2 col. 2, LEONTII, *Neapoleos in Inſulâ Cypro Epiſcopi*, *Vita S. Joannis Eleemoſynarii*, *Patriarchæ Alexandrini in Ægypto*; cujus titulus & principium: (2) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιβ΄. Λεοντίου (3) Ἀρχιεπισκόπου Νεαπόλεως τῆς Κυπρίων νήσου (4) εἰς τὰ λειπόμενα τοῦ Βίου τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν καὶ Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας Ἰωάννου τοῦ Ἐλεήμονος. &c. Tranſtulit hanc Vitam ex græco in latinum ſermonem *Anaſtaſius*, *S. Romanæ Eccleſiæ Bibliothecarius*, Abbas Romanus Ordinis S. Benedicti, & Presbyter Cardinalis Tituli S. Marcelli juſſu *Papæ Nicolai Primi*, qui A. C. 858 electus eſt, & A. 867 obiit; eáque *verſio latina*, poſt alias varias editiones impreſſas, optimè edita eſt à R. P. *Heriberto Roſweydo* S. J. in Libro primo de Vitis Patrum, & à RR. PP. *Bollando* & *Henſchenio* in Tomo ſecundo de Sanctis menſis Januarii, d. 23. Vide etiam *Menæa Græcorum* ſuprà memorato die duodecimo Novembris; *Martyrologium* autem *Romanum* die vigeſimo tertio Januarii. Multo plura huc pertinentia, cùm de ipſo (5) *S. Joanne Eleemoſynario*, tùm de *Leontio* & *Anaſtaſio*, ſuggerunt ſuprà laudati RR. PP. *Bollandus* & *Henſchenius* loco jam citato. Vide etiam Librum *quartum* Lambecianorum Commentariorum pag. 104, Librum *quintum* pag. 137, & Librum *octavum* pag. 99.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 135 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 235 pag. 1 col. 1, GEORGII *Archiepiſcopi Alexandrini*, qui ſuprà memorato S. *Joanni Eleemoſynario*, A. C. 620 d. 23 Januarii defuncto, in Archiepiſcopatu ſeu Patriarchatu ſucceſſit, *Vita S. Joannis Chryſoſtomi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani*, ex S. *Cyrilli Archiepiſcopi Alexandrini*, (6) *Palladii*

(1) Nempe die undecimo Novembris. (2) Menſis Novembris die duodecimo. (3) Ita ibi ſcriptum eſt, nempe Ἀρχιεπισκόπου, non autem Ἐπισκόπου, ut aliàs ordinariè. (4) Subaudiendum hîc eſt vocabulum Ὑπόμνημα, ita ut ſenſus integer ſit: *Commentarius in Reſidua Vitæ S. Joannis Eleemoſynarii.* Ipſe enim *Leontius* in Procœmio ſuo expreſsè indicat, *Joannem Moſchum* & *Sophronium*, Autores Prati Spiritualis, quod Syntagmatis de Vitis Patrum Liber decimus eſt, ante ſe Vitam quidem ejuſdem *S. Joannis Eleemoſynarii* conſcripſiſſe, ſed, tanquam in uberi vindemiâ, etiam nolentes, nonnulla omiſiſſe. (5) Exſtat enim ibidem etiam alia *S. Joannis Eleemoſynarii* Vita, Autore *Symeone Metaphraſte*, interprete autem *Gentiano Herveto*; quæ ibi tantùm latinè exhibetur. (6) *Palladius* hîc, *Epiſcopus Helenopolitanus*, *S. Joannis Chryſoſtomi* diſcipulus, ſcripſit, ut vulgò creditur, Vitam ejuſdem *Chryſoſtomi græcè* formâ *Dialogi* inter ſe & *Theodorum* Romanæ Eccleſiæ Diaconum. Eum primus *latinè* vertit & edidit *Ambroſius Monachus Camaldulenſis* Venetiis A. C. 1533; ſed abſque ipſo contextu *græco*, qui ab *Henrico Savilio* & R. P. *Frontone Ducæo*, Operum S. *Joannis Chryſoſtomi* editoribus, ſummoperè deſideratus, ſed fruſtrà quæſitus eſt.

ladij Epiſcopi Helenopolitani, *Socratis Scholaſtici*, *Hermiæ Sozomeni* & *Theodoreti Epiſcopi Cyri* Scriptis collecta; cujus titulus & principium: (1) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιγ'. Γεωργίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας Ἐξήγησις ἤτοι Βίος καὶ πολιτεία καὶ θαύματα τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν, καὶ οἰκουμενικοῦ Διδασκάλου, καὶ Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου. &c. Meminit hujus *Vitæ S. Joannis Chryſoſtomi Photius Patriarcha Conſtantinopolitanus* in recenſione Codicis nonageſimi ſexti ſuæ Bibliothecæ. Exſtat autem ea (2) *græcè* in *Henrici Savilii* Tomo octavo ſive ultimo Operum S. Joannis Chryſoſtomi, Etonæ in Angliâ A. 1613 in folio editorum, à pag. 157 uſque ad pag 290; & quidem deſumpta ex duobus Codicibus manuſcriptis Græcis *Bavarico* & *Palatino*; ſed inter jam memoratos duos & præſentem hunc Codicem *Cæſareum* magna aliqua eſt differentia, quia Vita illa hîc tantùm pertingit usque ad editionis Savilianæ verſum 23 paginæ 247. Vide etiam *Menæa Græcorum* die decimo tertio Novemb. quo Græci celebrant *Feſtum Revocationis S. Joannis Chryſoſtomi à primo exilio*; *Martyrologium* autem *Rom.* die vigeſimo ſeptimo Januarii.

Decimo quartò, & quidem à fol. 235 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 245 pag. 1 col. 2, *Acta & Martyrium Sancti Apoſtoli Philippi, ab Autore* (3) *INCERTO conſcripta*; cujus titulus & principium: (4) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιδ'. Πρᾶξις καὶ μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ πανευφήμου Ἀποστόλου Φιλίππου. Κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον, Τραϊανοῦ τοῦ Βασιλέως παρειληφότος τὴν τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴν, μετὰ τὸ μαρτυρῆσαι ἐν ὀγδόῳ ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ Σίμωνα τὸν τοῦ Κλωπᾶ, Ἐπίσκοπον ὄντα Ἱεροσολύμων &c. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die decimo quarto Novembris; *Martyrologium* autem *Romanum* die primo Maji.

Decimo quintò, & quidem à fol. 245 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 254 pag. 1 col. 1, *Vita, Res geſtæ & Martyrium S. Hypatii Epiſcopi Gangrenſis in Paphlagoniâ*; cujus titulus & principium: (5) Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Βίος καὶ πολιτεία καὶ ἄθλησις τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Ὑπατίου Ἐπισκόπου πόλεως Γαγγρῶν τῆς τῶν Παφλαγόνων ἐπαρχίας. Ὁ πᾶσι τοῖς πέρασι τῆς γῆς γινωσκόμενος ἐκ τῶν ἄθλων καὶ τῶν θαυμάτων γενναῖος πρόμαχος τῆς εὐσεβείας Καλλίνικος &c. Vide *Martyrologium Romanum* eodem die decimo quarto Novembris. In *Menæis* autem *Græcorum* celebratur ejusdem S. *Hypatii* memoria die trigeſimo primo Martii, & die decimo quinto Novembris.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 254 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 261 pag. 2 col. 2, *Martyrium Sanctorum Martyrum Guriæ & Samonæ*; cujus titulus & principium: (6) Μηνὶ Νοεμβρίῳ ιέ. Μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Γουρία καὶ Σαμωνᾶ. Ἔτους ἑξακοσιοστοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ τῶν Μακεδόνων, ἐννάτῳ δὲ Διοκλητιανοῦ, τοῦ τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἀσεβῶς παρελαύνοντος, &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* eodem die decimo quinto Novembris; ſed tantùm *latinè*; attribuiturque ibi (7) *Simeoni Metaphraſtæ*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die; ut & *Martyrologium Romanum*.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 261 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 265 pag. 2 col. 1, *Martyrium S. Abibi, conſcriptum à THEOPHILO quodam ſynchrono & præſente*; cujus titulus & principium: (8) Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου Ἱερομάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Ἀβίβου. Ἔτους εἰκοστοῦ ἑξακοσιοστοῦ τῆς βασιλείας Ἀλεξάνδρου τοῦ τῶν Μακε-

(1) Menſis Novembris die decimo tertio. (2) *Latinè* autem eandem Vitam à ſe verſam edidit *Godefridus Tilmannus*, Carthuſiæ Pariſienſis Monachus, Pariſiis apud Audoenum Parvum A. 1537, ut teſtatur *Leo Allatius* in Diatribâ de Georgiis pag. 316, 317 & 318, ubi de eodem *Georgio Archiepiſcopo Alexandrino* ſatis fusè agit. (3) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 122. (4) Menſis Novembris die decimo quarto. (5) Nempe menſis Novembris die decimo quarto. (6) Menſis Novembris die decimo quinto. (7) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 129. (8) Nempe die decimo quinto Novembris.

δόνων Βασιλέως, ἐν ὑπατείᾳ Λικινίȣ καὶ Κωνςαντίνȣ, &c. Vide etiam *Menæa Græcorum* & *Martyrologium Romanum* eodem die.

Decimo octavò, & quidem à fol. 265 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 274 pag. 2 col. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Oratio de magno quodam Miraculo paulò antè à Sanctis Martyribus Guriâ, Samonâ & Abibo Edeſſæ edito, & à Presbytero quodam ſynchrono & præſente, Eulogii Epiſcopi Edeſſeni juſſu, literis mandato*; cujus titulus & principium: Θαῦμα γενόμενον ἐν Ἐδέσσῃ τῇ πόλει ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων τȣ̃ Χριςȣ̃ μαρτύρων Γουρία, Σαμωνᾶ καὶ Ἀβίβȣ. Νῦν καιρὸς εὔκαιρος μετὰ τȣ̃ πνευματοφόρȣ Προφήτȣ Δαβὶδ ψάλλοντας εἰπεῖν· ἐγγὺς Κύριος τοῖς συντετριμμένοις τῇ καρδίᾳ, &c. Ejuſdem Miraculi narratio, ſed à *Symeone Metaphraſte* interpolata, exſtat etiam latinè apud *Surium* in fine ſuprà memorati Martyrii eorundem *Sanctorum Guriæ, Samonæ* & *Abibi*.

Decimo nonò, & quidem à fol. 274 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 277 pag. 2 col. 1, *Martyrium Sancti Barlaami Cæſareæ in Cappadociâ*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Νοεμβρίῳ ις΄. Μαρτύριον τȣ̃ ἁγίȣ καὶ ἐνδόξȣ Μάρτυρος τȣ̃ Χριςȣ̃ Βαρλαάμ. Κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν πολλῶν συναρπαζομένων Χριςιανῶν, καὶ ταῖς τιμωρίαις παραδιδομένων ὑπὸ τῶν ἀθέων ἑλλήνων καὶ τυράννων, &c. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die decimo ſexto Novembris; *Martyrologium* autem *Rom.* ejuſdem menſis Nov. die decimo nono.

Vigeſimò, & quidem à fol. 277 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 279 pag. 2 col. 2, S. BASILII *Magni Cæſareæ in Cappadociâ Archiepiſcopi, Oratio encomiaſtica in Sanctum Martyrem Barlaamum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείȣ, Ἀρχιεπισκόπȣ Καισαρείας Καππαδοκίας, ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Μάρτυρα τȣ̃ Χριςȣ̃ Βαρλαάμ. Πρότερον μὲν τῶν ἁγίων οἱ θάνατοι κοπετοῖς ἐκοσμȣ̃ντο καὶ δάκρυσι &c. Vide Librum *tertium* Lambec. Comment. pag. 113, 129, 134 & 140; & *Surii* Syntagma de Probatis Sanctorum Hiſtoriis die decimo nono Novembris, ubi eadem S. *Baſilii Magni Homilia* exſtat latinè.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 279 pag. 2 colum. 2, uſque ad fol. 289 pag. 2 col. 2, *Acta & Martyrium Sancti Apoſtoli & Evangeliſtæ Matthæi eodem die decimo ſexto Novembris*; cujus titulus & principium: Πράξεις καὶ μαρτύριον τȣ̃ ἁγίȣ καὶ ἐνδόξȣ Ἀποςόλȣ καὶ Εὐαγγελιςȣ̃ Ματθαίȣ. Κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν ἦν ἐν τῷ ὄρει καθαμόνας ἡσυχάζων ὁ ἅγιος Ἀπόςολος καὶ Εὐαγγελιςὴς τȣ̃ Χριςȣ̃ Ματθαῖος, καὶ εὐχόμενος ἐν τῷ χιτῶνι &c. Vide *Menæa Græcorum* eodem die decimo ſexto Novembris; *Martyrologium* autem *Romanum* die vigeſimo primo Septembris.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 289 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 315 pag. 2 col. 2, S. GREGORII *Nyſſeni Epiſcopi, Oratio de Vitâ, Rebus geſtis, & Miraculis S. Gregorij, Neocæſareæ in Ponto Epiſcopi, cognomine Thaumaturgi*; cujus titulus & principium: (2) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιζ΄. Βίος καὶ πολιτεία καὶ θαύματα τȣ̃ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν καὶ Ἀρχιεπισκόπȣ Νεοκαισαρείας Γρηγορίȣ τȣ̃ Θαυματȣργȣ̃, συγγραφεὶς παρὰ Γρηγορίȣ Ἐπισκόπȣ Νύσσης. Ὁ μὲν σκοπὸς εἷς ἐςιν, τȣ̃ τε ἡμετέρȣ λόγȣ, καὶ τȣ̃ παρόντος συλλόγȣ· Γρηγόριος γὰρ ὁ μέγας &c. Vide *Menæa Græcorum* eodem die decimo ſeptimo Novembris; ut & *Martyrologium Romanum*. Conſule etiam Librum *quartum* Lambec. Commentar. pag. 28, & ipſius S. *Gregorii Thaumaturgi Opera*, græcè & latinè à *Gerardo Voſſio*, Præpoſito Tungrenſi, Moguntiæ A. 1604 in quarto edita, à pag. 234 uſque ad pag. 327, ubi eadem exſtat Vita cum eruditiſſimis Annotationibus.

Vigeſimo

(1) Menſis Novembris die decimo ſexto. (2) Menſis Novembris die decimo ſeptimo.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 315 pag. 2 colum. 2, uſque ad fol. 323 pag. 2 col. 2, *Martyrium Sancti Martyris Platonis*, *conſcriptum à* (1) *SYMEONE Metaphraſte*, *ſed hic in fine mutilum*; cujus titulus & principium: (2) Μηνὶ Νοεμβρίῳ ιή. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου Μεγαλομάρτυρος Πλάτωνος. Οὐ ξένα Γαλατῶν ἐστιν, ἃ μέλλω λέγειν, οὐδὲ τῶν τὴν Ἄγκυραν οἰκούντων ἀλλότρια, οὐδὲ ὁμολογητοῦ καὶ Θεοῦ λόγον πεπιστευμένους ἅπαντα ἐρῶ· &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium*; ſed die vigeſimo ſecundo Julii, & tantùm *latinè*. Vide etiam *Martyrologium Romanum* eodem die vigeſimo ſecundo Julii. In *Menæis* autem *Græcorum* celebratur ejusdem Sancti Martyris Memoria eodem ſuprà memorato die decimo octavo Novembris. In fine demùm totius iſtius præſtantiſſimi Codicis manuſcripti Hiſtorici Græci exſtat hæc latina ſubſcriptio: *Nicolaus Engelhartus Argentoratenſis memoriæ ergò ſcribebat; qui omnium Græcorum Librorum ex SAMBUCI Bibliothecâ profectorum Catalogum ſummâ, quâ potuit, diligentiâ ac induſtriâ conſcripſit A. MDLXXIX. Virtute & Labore.*

VI.

SEXTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ in *folio*, & magnâ ex parte *aureis literis* magnificentiſſimè atque elegantiſſimè exaratus, conſtátque foliis *trecentis quadraginta uno*, paginatim in binas columnas diviſis; & olim quidem ad ipſam *Bibliothecam Imperatoriam Conſtantinopolitanam* pertinuit, poſteà autem ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, *Conſtantinopoli* comparatus eſt. Continetur eo *Magni* MENOLOGII *Græcorum Menſis October* hoc ordine:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 2, uſque ad fol. 3 pag. 1 col. 1, *INDEX antiquus Græcus totius menſis Octobris, cum principiis cujuſque Vitæ, vel Martyrii, vel Encomii.*

Secundò, & quidem fol. 3 pag. 2, *TABULA elegantiſſima, exhibens Imagines pictas inauratas omnium Sanctorum totius menſis Octobris*; quarum generalis inſcriptio aurea eſt hæc: ΟΙ ΑΓΙΟΙ ΤΟΥ ΟΚΤΩΒΡΙΟΥ ΟΛΟΥ ΜΗΝΟΣ. Sunt autem in univerſum *Imagines triginta ſex*; & ſingularum magnitudo patet ex *primâ* earum, quæ S. *Ananiam* repræſentat, & pro ſpecimine hîc appoſita eſt.

S. ANANIAS.



 Tertiò,

(1) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 128. (2) Menſis Novembris die decimo octavo.

Tertiò, & quidem à fol. 4 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 341 pag. 2 col. 2, menſis Octobris die Imo *SYMEONIS Metaphraſtæ Martyrium S. Ananiæ*; d. IIdo ejuſdem *Martyrium SS. Cypriani & Juſtinæ*; d. IIItio ejuſdem *Martyrium S. Dionyſii Areopagitæ*; d. Vto ejuſdem *Martyrium S. Charitines*; d. VIto ejuſdem *Commentarius in S. Apoſtolum Thomam*; d. VIImo ejuſdem *Martyrium SS. Sergii & Bacchi*; d. VIIIvo ejuſdem *Vita S. Pelagiæ Antiochenæ*; d. Xmo ejuſdem *Martyrium SS. Eulampii & Eulampiæ*; d. XIImo ejuſdem *Martyrium SSS. Probi, Tarachi, & Andronici*; d. XIIItio ejuſdem *Martyrium SS. Carpi & Papyli*; d. XIVto ejuſdem *Martyrium Sanctorum Nazarii, Gervaſii, Protaſii, & Celſi*; d. XVto ejuſdem *Martyrium S. Luciani*; d. XVIto ejuſdem *Martyrium S. Longini Centurionis*; d. XVIIIvo ejuſdem *Commentarius in S. Lucam*; d. XIXno ejuſdem *Martyrium S. Vari*; eodem die XIXno, ejuſdem *Martyrium S. Andreæ in Criſi*; d. XXmo ejuſdem *Martyrium S. Artemii*; d. XXImo ejuſdem *Vita S. Hilarionis*; d. XXIIdo ejuſdem *Vita S. Abercii*; d. XXIIItio ejuſdem *Commentarius in S. Apoſtolum Jacobum Fratrem Domini*; d. XXIVto ejuſdem *Martyrium S. Arethæ*; d. XXVto ejuſdem *Martyrium SS. Marciani & Martyrii*; d. XXVIto ejuſdem *Martyrium S. Demetrii*; d. XXVIIIvo ejuſdem *Martyrium S. Anaſtaſiæ Romanæ Senioris*; d. XXIXno ejuſdem *Vita S. Abramii*; die XXXmo ejuſdem *Martyrium SS. Zenobii & Zenobiæ*; d. XXXImo ejuſdem *Martyrium S. Epimachi*. Plura de hiſce Vitis, Martyriis & Encomiis Sanctorum menſis Octobris, à *Symeone Metaphraſte* conſcriptis, vide in recenſione aliorum Codicum.

VII.

SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus* pervetuſtus, elegans, & optimæ notæ in *folio majori*, conſtátque foliis *ducentis triginta duobus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *ACTA & CANONES variorum CONCILIORUM Generalium & Provincialium, cum adjunctis aliis variorum Autorum diverſis Scriptis, ad eandem materiam pertinentibus*, hoc ordine:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 3 pag. 1, *Conſtitutionum Apoſtolicarum S. CLEMENTIS, primi ejus Nominis Papæ Romani, Liber octavus ſive ultimus*; cujus titulus & principium: Διδασκαλία τῶν ἁγίων Ἀποστόλων περὶ Χαρισμάτων. Τοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ τὸ μέγα τῆς εὐσεβείας ἡμῖν παραδεδωκότος μυστήριον &c. Pertingit autem is ibi tantùm uſque ad finem capitis ſecundi incluſivè.

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 1, uſque ad fol. 4 pag. 2, *Conſtitutiones Sanctorum Apoſtolorum per HIPPOLYTUM*; quarum titulus & principium: Διατάξεις τῶν ἁγίων Ἀποστόλων διὰ ἹΠΠΟΛΥΤΟΥ. Ἅμα τοίνυν ὑπάρχοντες ἡμεῖς οἱ δώδεκα τοῦ Κυρίου Ἀπόστολοι τὰς δὲ τὰς θείας ὑμῖν ἐπιτελλόμεθα διατάξεις περὶ παντὸς ἐκκλησιαστικοῦ τύπου, συμπαρόντος ἡμῖν &c. Vide ſuprà memoratarum Conſtitutionum Apoſtolicarum S. *Clementis* Librum octavum cap. 4, 16, & deinceps.

Tertiò, & quidem à fol. 4 pag. 2, uſque ad fol. 7 pag. 2, *Conſtitutiones & Canones Sanctorum Apoſtolorum per S. CLEMENTEM*; quorum titulus & principium: Αἱ Διαταγαὶ αἱ διὰ Κλήμεντος, καὶ Κανόνες ἐκκλησιαστικοὶ τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. Χαίρετε υἱοὶ καὶ θυγατέρες ἐν ὀνόματι Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ. &c.

Quartò,

Quartò, & quidem à fol. 7 pag. 2, uſque ad fol. 8 pag. 1, *SIMONIS Cananæi Canones Eccleſiaſtici*; quorum titulus & principium: Περὶ Κανόνων ἐκκλησιαστικῶν Σίμωνος τοῦ Καναναίου. Κανὼν α΄. Ἐπίσκοπος εὐλογεῖ, οὐκ εὐλογεῖται· χειροτονεῖται· προσφέρει· &c. Vide Conſtitutionum Apoſtolicarum S. *Clementis* Librum octavum cap. 27, 28.

Quintò, & quidem à fol. 8 pag. 1, uſque ad fol. 12 pag. 1, *Conſtitutiones quædam Sanctorum Apoſtolorum PETRI & PAULI*; quarum prima inſcribitur atque incipit hoc modo: Κανὼν α΄. Περὶ ἐργειῶν δούλων Πέτρου καὶ Παύλου Διαταξις. Ἐγὼ Πέτρος καὶ Παῦλος διατάσσομαι ἐργάζεσθαι τοὺς δούλους πέντε ἡμέρας· τὸ σάββατον δὲ καὶ τὴν κυριακὴν &c. Vide Conſtitutionum Apoſtolicarum S. *Clementis* Librum octavum cap. 33.

Sextò, & quidem fol. 12 pag. 2, & fol. 13 pag. 1, S. *PAULI Apoſtoli Conſtitutio Eccleſiaſtica, in Canones ſeptendecim diviſa*; cujus titulus & principium: Παύλου Ἀποστόλου Διάταξις περὶ ἐκκλησιαστικῶν. Κἀγὼ Παῦλος ὁ τῶν Ἀποστόλων ἐλάχιστος τάδε διατάσσομαι ὑμῖν τοῖς Ἐπισκόποις καὶ Πρεσβυτέροις περὶ κανόνων. Κανὼν α΄, περὶ τῶν πρώτως προσερχομένων τῷ μυστηρίῳ. &c. Vide Conſtitutionum Apoſtolicarum S. *Clementis* Librum octavum cap. 32.

Septimò, & quidem fol. 13 pag. 1 & 2, *Definitio Canonica SANCTORUM APOSTOLORUM, in Canones duodecim diviſa*; cujus titulus & principium: Ὅρος κανονικὸς τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. Κανὼν α΄. Εἴ τι; τὴν ἑβδομάδα τῆς λαμπροφόρου ἀναστάσεως, ἤγουν τῆς διακαινισίμου, σμικρύνει &c.

Octavò, & quidem à fol. 13 pag. 2, uſque ad fol. 14 pag. 2, *Excerpta triginta & unum ex Capitulis Conſtitutionis de Epiſcopis*; quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν κεφαλαίων τῆς Διατάξεως περὶ Ἐπισκόπων. Α΄. Ὅτι ἔοικεν ἡ Ἐκκλησία νηΐ. ὁ μὲν κυβερνήτης ἐστὶν ὁ Χριστός· ὁ δὲ πρωρεὺς &c. Vide Conſtitutionum Apoſtolicarum S. *Clementis* Librum ſecundum cap. 58.

Nonò & quidem à fol. 14 pag. 2, uſque ad fol. 16 pag. 2, *Excerptum ex Conſtitutionibus Apoſtolicis*; cujus titulus & principium: Ἐκ τῶν Ἀποστολικῶν διαταγμάτων. Χρὴ τὸν Ἐπίσκοπον εἰδέναι, τίνων ὀφείλει δέχεσθαι καρποφορίαν, &c. Vide Conſtitutionum Apoſtolicarum S. *Clementis* Librum quartum cap. 5.

Decimò, & quidem fol. 17 pag. 1 & 2, *PHOTII Patriarchæ Conſtantinopolitani Præfatio in Syntagma Canonum, à ſe compoſitum*, quod licet Opus ſit à *Nomocanone* ſive *Procanone* diverſum, eandem tamen præfixam habet *Præfationem*, quæ in *Gulielmi Voelli* & *Henrici Juſtelli* Tomo ſecundo Bibliothecæ græco-latinæ Juris Canonici Veteris, ſecundùm Codicem manuſcriptum Bibliothecæ *Oxonienſis*, ex quo ea primùm eruta eſt, inſcribitur atque incipit hoc modo: Φωτίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως εἰς τὸν Νομοκάνονα (1) Πρόλογος. Τὰ μὲν σώματα καταλλήλως ἐκ ὕλου μεταλαμβάνοντα τροφῆς, ἀκμάζει τε καὶ θάλλει &c. In præſenti autem Codice manuſcripto *Cæſareo* ob unius folii defectum caret eadem *Præfatio* majori parte priori uſque ad hæc verba: - - - καὶ Συνόδους ἱερὰς ἐπὶ διαφόροις αἰτίαις τὴν σύστασιν λαβούσας ἀνέδειξε, τῶν μὲν παλαιῶν ἀνδρῶν τοῖς πόνοις οὐ λυμαινόμενοι, &c. Ab his enim verbis reliqua tota iſtius Præfationis

(1) Cùm ex ipſis Præfationis iſtius verbis clariſſimè appareat, eam non ſolùm ad *Nomocanonem*, verùm etiam ad *Syntagma Canonum*, ab eodem Photio compoſitum, æquè pertinere, minimè dubium videtur, quin hic poſt verba, εἰς τὸν Νομοκάνονα, addendum ſit, καὶ τὸ Σύνταγμα τῶν Κανόνων.

tionis pars poſterior ſupereſt uſque ad finem. Plura, ſi placet, vide Lib. VIII. Comment. Lambec. pag. *431*, *432*.

Undecimò, & quidem à fol. 17 pag. 2, uſque ad fol. 20 pag. 2, *Principium Syntagmatis Canonum, à PHOTIO Patriarchâ Conſtantinopolitano compoſiti, ſive, Index Materiarum, quæ continentur octoginta quinque Canonibus illis, qui dicuntur Sanctorum Apoſtolorum.* Inſcribitur is ibi atque incipit hoc modo: Κανόνες ἐκκλησιαστικοὶ ὀγδοήκοντα πέντε τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων. Κανὼν α΄. Περὶ χειροτονίας Ἐπισκόπων, καὶ πόσοι χειροτονοῦσι Ἐπίσκοπον. Plura de iisdem Canonibus vide infrà in recenſione Codicis LVIti, num. 2, ſed ibi Canones illi exſtant integri, hîc autem tantùm eorum Argumenta.

Duodecimò, & quidem à fol. 20 pag. 2, uſque ad fol. 21 pag. 2, *Canones Concilii Nicæni Oecumenici Primi*; de quibus vide plura in recenſione Codicis LVI, num. 3. Sed ibi exſtant illi integri; hîc autem tantùm eorum Argumenta.

Decimo tertiò, & quidem fol. 21 pag. 2, & fol. 22 pag. 1, *Argumenta Canonum Concilii Ancyrani.* Plura huc pertinentia vide in recenſione Codicis LVI, num. 4.

Decimo quartò, & quidem fol. 22 pag. 1 & 2, *Argumenta Canonum Concilii Neocæſareenſis.* Plura huc pertinentia vide in recenſione Codicis LVI, num. 5.

Decimo quintò, & quidem à fol. 22 pag. 2, uſque ad fol. 24 pag. 1, *Argumenta Canonum Concilii Sardicenſis.* Plura huc pertinentia vide in recenſione Codicis LVI, num. *12*.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 24 pag. 1, uſque ad fol. 25 pag. 2, *Argumenta Canonum Concilii Gangrenſis.* Plura huc pertinentia vide in recenſione Codicis LVI, num. 6.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 25 pag. 2, uſque ad fol. 26 pag. 2, *Argumenta Canonum Concilii Antiocheni primi.* Plura huc pertinentia vide in recenſione Codicis LVI, num. 7.

Decimo octavò, & quidem à fol. 26 pag. 2, uſque ad fol. 28 pag. 2, *Argumenta Canonum Concilii Laodiceni.* Plura huc pertinentia vide in recenſione Codicis LVI, num. 8.

Decimo nonò, & quidem à fol. 28 pag. 2, uſque ad fol. 29 pag. 2, *Argumenta Canonum Concilii Conſtantinopolitani primi ſive Oecumenici ſecundi.* Plura huc pertinentia vide in recenſione Codicis LVI, num. 9.

Vigeſimò, & quidem à fol. 29 pag. 2, uſque ad fol. 31 pag. 2, *Argumenta Canonum Concilii Epheſini Oecumenici tertii.* Plura huc pertinentia vide in recenſione Codicis LVI, num. 10.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 31 pag. 2, uſque ad fol. 37 pag. 1, *Argumenta Canonum Concilii Chalcedonenſis Oecumenici quarti, & alia varia Excerpta ex Actis ejuſdem Concilii.* Plura huc pertinentia vide in recenſione Codicis LVI, num. 11.

Vigeſimo ſecundò, & quidem fol. 39 pag. 2, *THEOPHILI Archiepiſcopi Alexandrini diverſa Scripta Canonica; nempe de Theophaniis, ad Ammonem, ad Aphyngium, ad Agathum, & ad Menam*; de quibus vide plura in recenſione Codicis LVI, num. 30.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 39 pag. 2, uſque ad fol. 48 pag. 2, S. *DIONYSII Archiepiſcopi Alexandrini Epiſtola ad Baſilidem de diverſis Capitibus Canonicis, & S. Petri Archiepiſcopi Alexandrini Canones quindecim*; de quibus vide plura in recenſione Codicis LVI, num. 19 & 20.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 48 pag. 2, uſque ad fol. 50 pag. 2, S. *GREGORII Epiſcopi Neocæſareenſis, cognomine Thaumaturgi, Epiſtola Canonica*; de quibus vide plura in recenſione Codicis LVI, num. *21*.

Vigeſimo

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 50 pag. 2, uſque ad fol. 53 pag. 2, S. *ATHANASII Magni, Archiepiſcopi Alexandrini, Epiſtola Canonica ad Ammun Monachum, & ex ejusdem S. Athanaſii Epiſtolâ feſtali trigeſimâ nonâ Fragmentum*; de quibus vide plura in recenſione Codicis LVI, num. 22.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 53 pag. 2, uſque ad fol. 70 pag. 2, S. *BASILII Magni, Cæſareæ in Cappadociâ Archiepiſcopi, diverſa Scripta Canonica*; de quibus vide plura in recenſione Codicis LVI, num. *23, 24, 25, 26, 27, 28* & *29*.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 70 pag. 2, uſque ad fol. 77 pag. 1, S. *GREGORII, Nyſſeni in Cappadociâ Epiſcopi, Epiſtola Canonica in Letoium*; de qua vide plura in recenſione Codicis LVI, num. 37.

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 77 pag. 1, uſque ad fol. 78 pag. 2, S. *GREGORII Nyſſeni & S. AMPHILOCHII Iconienſis Fragmenta metrica de Libris Canonicis Veteris & Novi Teſtamenti*; de quibus vide plura in recenſione Codicis LVI, num. 38 & 39.

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 78 pag. 2, uſque ad fol. 80 pag. 2, S. *CYRILLI, Archiepiſcopi Alexandrini, Epiſtolæ duæ Canonicæ ad Domnum & ad Epiſcopos in Lybiâ & Pentapoli*; de quibus vide plura in recenſione Codicis LVI, num. 34.

Trigeſimò, & quidem à fol. 80 pag. 2, uſque ad fol. 82 pag. 1, *GENNADII Patriarchæ Conſtantinopolitani, & Synodi cum ipſo congregatæ, Epiſtola circularis ad omnes Metropolitanos*; de quâ vide plura in recenſione Codicis LVI, num. 35. In hoc autem Codice Subſcriptiones omnes Synodicæ prorſùs deſunt.

Trigeſimo primò, & quidem fol. 82 pag. 1 & 2, *Epiſtola Conſtantinopoli ſcripta ad Martyrium Epiſcopum Antiochenum*; de quâ vide plura in recenſione Codicis LVI, num. 36.

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 82 pag. 2, uſque ad fol. 84 pag. 2, *TIMOTHEI Archiepiſcopi Alexandrini Reſponſa Canonica*; de quibus vide plura in recenſione Codicis LVI, num. 31.

Trigeſimo tertiò, & quidem à fol. 84 pag. 2, uſque ad fol. 86 pag. 1, *Concilii Conſtantinopolitani ſecundi, Oecumenici autem ſive Generalis quinti, A. C. 553 ſub Imp. Juſtiniano Primo ſive Magno Conſtantinopoli à centum ſexaginta quinque Patribus contra Origenem, Theodorum Epiſcopum Mopſueſtenum, Ibam Epiſcopum Edeſſenum, & Theodoretum Epiſcopum Cyrenſem celebrati, Canones quindecim adverſus* (1) *Origenis & ſectatorum ejus hæretica dogmata*; qui cùm ab Origeniſtis ſummâ induſtriâ malitiosè ſuppreſſi & pro deperditis habiti fuerint, ideòque in omnibus Actorum iſtius Concilii editionibus, ne ultimâ quidem illâ Pariſinâ Labbæanâ exceptâ, etiamnunc deſiderentur, digniſſimi profectò ſunt, ut ex præſtantiſſimo hoc Codice manuſcripto *Cæſareo* tandem aliquando iterùm in lucem proferantur. Quod ipſum olim fecit CL. Lambecius Lib. VIII. Commentar. pag. 435 & ſeqq. quò B. L. remitto.

Trigeſimo quartò, & quidem à fol. 86 pag. 1, uſque ad fol. 91 pag. 2, S. *LEONIS I Papæ Epiſtola dogmatica ad Flavianum Archiepiſcopum Conſtantinopolitanum contra Eutychen Hæreſiarcham ejuſque ſectatores*; cujus principium: Ἀναγνόντες τὰ γράμματα τῆς ἀγάπης τῆς σῆς, ἅπερ &c. Vide Librum *tertium* Lambecianorum Commentariorum pag. 159, & editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomum quartum columnâ 343 & deinceps.

Trigeſimo quintò, & quidem à fol. 91 pag. 2, uſque ad fol. 135 pag. 1, *Concilii Carthaginenſis ducentorum ſeptendecim Patrum Canones centum triginta ſeptem*; quorum titulus & prin-

(1) Vide *Nicephori Calliſti* Hiſtor. Eccles. lib. 17. pag. 27, & Card. *Baronii* Annal. Ecclesiaſt. Tom. VII. A. 553. edit. Plantin. pag. 462 & deinceps.

& principium: Κανόνες τῶν ἐν Καρθαγένῃ συνελθόντων σιζ´ μακαρίων Πατέρων ρλζ´. Μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν ἐνδοξοτάτων Βασιλέων Ὀνωρίου τὸ δωδέκατον καὶ Θεοδοσίου τὸ ὄγδοον &c. Plura de eodem Concilio iisdemque Canonibus vide in recenſione Codicis LVI, num. 13. In præſenti autem Codice *Cæſareo* eſt Concilium illud diviſum in Πράξεις ſive *Actiones ſex*, quarum prima incipit fol. 91 pag. 2; ſecunda fol. 101 pag. 2; tertia fol. 108 pag. 2; quarta fol. 111 pag. 2; quinta fol. 117 pag. 1; & tandem ſexta fol. 121 pag. 1; nec dubium eſt, quin totum hoc exemplar MStum ſit collatu digniſſimum.

Trigeſimo ſextò, & quidem à fol. 136 pag. 1, uſque ad fol. 143 pag. 2, *Concilii Carthaginenſis tertii, A. C. 256 à S. Cypriano Epiſcopo Carthaginenſi & Martyre cum Epiſcopis octoginta quatuor in Urbe Carthaginenſi contra Baptiſmum ab hæreticis collatum celebrati, ſed ab Eccleſiâ Catholicâ reprobati, Acta cum adjunctis Canonibus octoginta quatuor*; quorum titulus & principium: Τῆς γενομένης Συνόδου ἐπὶ Κυπριανοῦ τοῦ ἁγιωτάτου Ἐπισκόπου Καρχηδόνος Ἐπισκόπων πδ´ συναχθέντων εἰς αὐτὴν Καρχηδόνα, περὶ τοῦ δεῖν βαπτίζεσθαι τοὺς αἱρετικούς· ἥτις Σύνοδος πρεσβυτέρα μέν ἐστι τῆς ἐν Νικαίᾳ, δευτερεύει δὲ διὰ τὴν τῆς οἰκουμενικῆς Συνόδου αὐθεντίαν. &c. Exſtant quidem ejusdem Concilii Carthaginenſis Acta & Canones in Syntagmatibus Canonum *Joannis Zonaræ* pag. 271, ac deinceps, & *Theodori Balſamonis* pag. 587, ac deinceps; ut & in editionis Conciliorum Pariſinæ I abbæanæ Tomo primo à columnâ 761 uſque ad colum. 818; nec non in ipſis S. *Cypriani* Operibus, à *Jacobo Pamelio* & diverſis aliis aliquoties editis; ſed omnes illæ editiones impreſſæ varias ob cauſas valdè indigent, ut cum præſtantiſſimo hoc Codice manuſcripto *Cæſareo* diligenter conferantur.

Trigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 144 pag. 1, uſque ad fol. 145 pag. 1, *ex Actis Concilii Conſtantinopolitani, A. C. 394 in causâ Agapii & Bagadii, eundem Epiſcopatum Boſtrenſem ſibi vendicantium, celebrati, Excerpta nonnulla*; quorum titulus & principium: Συνόδου Κωνσταντινουπόλεως, τῆς εὑρεθείσης ἐν τοῖς πραχθεῖσιν ὑπομνήμασι περὶ Ἀγαπίου καὶ Βαγαδίου, ἑκατέρου ἀντεχομένου τῆς Ἐπισκοπῆς Βόστρης. Περὶ τοῦ ἀπὸ τριῶν Ἐπισκόπων καὶ χειροτονεῖσθαι καὶ καθαιρεῖσθαι Ἐπίσκοπον· μᾶλλον δὲ, ἐκ πάντων τῶν τῆς ἐπαρχίας· καὶ μὴ ἀπόντα, ἀλλὰ παρόντα &c. Plura de eodem Codice vide in recenſione Codicis L V I, num. 14.

Trigeſimo octavò, & quidem à fol. 145 pag. 1, uſque ad fol. 166 pag. 2, *Pſeudo-Concilii Conſtantinopolitani Oecumenici ſive Generalis ſexti, quod A. C. 692, vel ſecundum alios 707, ſub Imp. Juſtiniano II ſive Rhinotmeto, Conſtantinopoli in Trullo Imperatorii Palatii celebratum fuit, & vulgò* Σύνοδος Πενθέκτη *ſive Synodus Quini-Sexta appellatur, Canones centum & duo*; quorum titulus & principium: Σύνοδος ς´. Κανόνες τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ Τρούλλῳ τοῦ βασιλικοῦ παλατίου συνελθόντων ἁγίων ρό Πατέρων ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου ἡμῶν Βασιλέως, ρβ´. Προσφωνητικὸς τῆς αὐτῆς ἁγίας Συνόδου &c. Plura de eodem Pſeudo-Concilio vide in recenſione Codicis L V I, num. 15.

Trigeſimo nonò, & quidem à fol. 166 pag. 2, uſque ad fol. 175 pag. 1, *Concilii Nicæni ſecundi, Oecumenici autem ſeptimi, A. C. 787 ſub Imp. Conſtantino VI & matre ejus Irene Nicææ in Bithyniâ à trecentis quinquaginta Epiſcopis adverſus Iconomachorum hæreſin celebrati, Canones viginti duo*; quorum titulus & principium: Σύνοδος Οἰκουμενικὴ ζ´. Κανόνες τῶν ἐν Νικαίᾳ τν´ ἁγίων Πατέρων, συνελθόντων τὸ δεύτερον ἐν ἔτει ,ςσϛς´ τῆς

Κόσμου

Κόσμε πίστεως &c. Κανὼν α΄. Τοῖς τὴν ἱερατικὴν λαχοῦσιν ἀξίαν &c. Plura de eodem Concilio iiſdémque Canonibus vide in recenſione Codicis LVI, num. 16.

Quadrageſimò, & quidem fol. 175 pag. 1, uſque ad fol. 177 pag. 2, *TARASII Patriarchæ Conſtantinopolitani Epiſtola ad S. Hadrianum I Papam*; de quâ vide plura in recenſione Codicis LVI, num. 16.

Quadrageſimo primò, & quidem à fol. 178 pag. 1, uſque ad fol. 183 pag. 1, *Pſeudo-Concilii Conſtantinopolitani Photiani, anno Chriſti 861 in Templo Sanctorum Apoſtolorum celebrati, & in duas Actiones diviſi, ideoque vulgò Primi & Secundi appellati, Canones ſeptendecim*; ob unius folii defectum in principio mutili; de quibus vide plura in recenſione Codicis LVI, num. 17.

Quadrageſimo ſecundò, & quidem fol. 183 pag. 1 & 2, *Pſeudo-Concilii Conſtantinopolitani Photiani, A.C. 879 in Templo Sanctæ Dei Sapientiæ celebrati, Canones tres*; de quibus vide plura in recenſione Codicis LVI, num. 18.

Quadrageſimo tertiò, & quidem fol. 183 pag. 2, & fol. 184 pag. 1, S. *ATHANASII Magni, Archiepiſcopi Alexandrini Epiſtola ad Rufinianum Epiſcopum*; de quâ vide plura in recenſione Codicis LVI, num. 33.

Quadrageſimo quartò, & quidem à fol. 184 pag. 1, uſque ad fol. 187 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Notitia ſeptem Conciliorum Oecumenicorum ſive Generalium, ex variis Scriptis collecta*; cujus titulus & principium: Εἴδησις συντεθεῖσα ἐκ διαφόρων συγγραμμάτων περὶ τῶν ἑπτὰ ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν Συνόδων· τὸ πότε καὶ διατί, καὶ ἐν ποίοις τόποις συνηθροίσθησαν, καὶ τίνας ἀνεθεμάτισαν. &c.

Quadrageſimo quintò, & quidem à fol. 187 pag. 2, uſque ad fol. 193 pag. 2, *ANASTASII cujuſdam Sinaitæ, qui circa annum Chriſti 685 vixit, Narratio compendiaria de Hæreſibus ab initio Religionis Chriſtianæ, & de Conciliis adverſus eas celebratis*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἀναστασίου τοῦ Σιναΐτου Κεφάλαιον, ἐν ᾧ κατ' ἐπιτομὴν διὰ βραχέων περὶ τῶν ἐξ ἀρχῆς αἱρέσεων, καὶ τῶν Συνόδων, τῶν γενομένων κατ' αὐτῶν. Ἤδη μὲν οὖν βραχεῖς, οὐδὲ ἐξαριθμητοὶ &c. Pertingit autem hæc Narratio uſque ad *genuinum Concilium Conſtantinopolitanum tertium, ſive Oecumenicum ſextum, A. C. 680 & 681 ſub Imp. Conſtantino Pogonato contra Monothelet as celebratum*; & *deſinit ſub Imp.* (1) *Juſtiniano Rhinotmeto.*

Quadrageſimo ſextò, & quidem fol. 193 pag. 2, & fol. 194 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Recenſio compendiaria Conciliorum ab Orthodoxis & ab Hæreticis celebratorum, in duas Claſſes diſtincta, & circa annum Chriſti 652, quo ipſe vixit, deſinens*; quæ cùm hactenus nondum edita ſit, exhibuit eam integram Cl. Lambecius Lib. VIII. pag. 444.

Quadrageſimo ſeptimò, & quidem à fol. 194 pag. 1, uſque ad fol. 196 pag. 1, *alia* ANONYMI *alicujus Autoris Notitia Sanctorum Conciliorum Generalium & Provincialium uſque ad Concilium Oecumenicum ſive Generale quintum incluſive*; quæ inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἑτέρα εἴδησις περὶ τῶν ἁγίων Συνόδων Οἰκουμενικῶν τε καὶ Τοπικῶν. Ἐγένοντο Σύνοδοι πρὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ Συνόδου αὗται. Α΄. Ἐν τοῖς χρόνοις Αὐρηλιανοῦ τοῦ Ῥωμαίων Βασιλέως Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς &c.

(1) Succeſſit is defuncto patri *Conſtantino* in Imperio A. C. 685; naſo autem amputato, relegatus eſt à *Leontio* Patricio A. C. 695. Recuperavit deinde Imperium ope Bulgarorum A. C. 705, & tandem juſſu *Philippici Bardanis* cum filio interfectus eſt A. 711.

Quadrageſimo octavò, & quidem fol. 196 pag. 1 & 2, *Epitome Doctrinæ hæreticæ Neſtorii* cujus titulus & principium: Περὶ τ̃ πίστεως Νεστορίȣ, μᾶλλον ἢ κακοδοξίας. Ἡ Νεστορίȣ πίστις, μᾶλλον ἢ κακοδοξία, ταύτην ἔχει τὴν δύναμιν. &c.

Quadrageſimo nonò, & quidem fol. 196 pag. 2, & fol. 197 pag. 1, S. *CYRILLI Archiepiſcopi Alexandrini Anathematiſmi duodecim contra hæreſin Neſtorii*: de quibus vide plura in recenſione Codicis LVI, num. 40.

Quinquageſimo, & quidem à fol. 197 pag. 1, uſque ad fol. 198 pag. 1, S. *MAXIMI Abbatis & Confeſſoris Liber de duabus Chriſti Naturis, in Capita decem diviſus*: cujus titulus & principium: Τοῦ Μακαρίȣ Μαξίμȣ περὶ τῶν δύο φύσεων τȣ̃ Κυρίȣ ἡμῶν Ἰησȣ̃ Χριστȣ̃. Α'. Ὁ Ἄρειος τρεῖς ὑποστάσεις ὁμολογεῖ, ἀλλὰ τὴν Μονάδα διαιρεῖται· καὶ &c. Vide Operum S. *Maximi* editionem græco-latinam Pariſinam Tom. II. pag. 76.

Quinquageſimo primò, & quidem fol. 198 pag. 1 & 2, S. *DAMASI I*, *Papæ Profeſſio Fidei Catholicæ & Anathematiſmi duodecim adverſus Apollinaris, Arii, Sabellii, Macedonii, Eunomii, & Photini hæreſes, ab ipſo miſſi ad Paulinum Epiſcopum Antiochenum*; quorum titulus & principium: Ὁμολογία πίστεως καθολικῆς, ἥντινα ὁ μακαριώτατος Πάπας Δάμασος ἀπέστειλε πρὸς Παυλῖνον τὸν Ἀντιοχείας Ἐπίσκοπον. Μετὰ τὴν Σύνοδον τὴν ἐν Νικαίᾳ συνεκροτήθη Σύνοδος ἐν τῇ Ῥώμῃ περὶ τῶν τ̃ καθολικῆς πίστεως Ἐπισκόπων· οἳ καὶ προσέθηκαν περὶ τ̃ Πνεύματος τȣ̃ ἁγίȣ. &c. Plura de eâdem Profeſſione Fidei iiſdemque Anathematiſmis vide in editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomo ſecundo, columnâ 864, 865, & à columnâ 900 uſque ad colum. 904.

Quinquageſimo ſecundò, & quidem à fol. 198 pag. 2, uſque ad fol. 201 pag. 1, *Expoſitio, ſive Commemoratio Concilii, Conſtantinopoli in causâ unitionis Eccleſiæ circa quartas aliasque illicitas Nuptias celebrati ſub Imp. Conſtantino Porphyrogenito, ejuſque ſocero Romano Lecapeno, Dignitate & titulo* Βασιλεοπάτορος *ſive Patris Imperatoris prædito, anno Mundi ſecundùm ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ 6428, Æra autem Chriſtianæ vulgaris 920, Indictione octavâ*. Inſcribitur ea ibi atque incipit hoc modo: (1) Ἔκθεσις ἤτοι ἀνάμνησις τ̃ γενομένης Συνόδȣ τ̃ Ἐκκλησίας ἑνώσεως ἐν Κωνσταντινȣπόλει περὶ τῶν γάμων ἐπὶ Κωνσταντίνȣ καὶ Ῥωμανȣ̃ τȣ̃ μὲν, βασιλεύοντος· τȣ̃ δὲ, τὸ τηνικαῦτα καὶ τȣ̃ Βασιλεοπάτορος ἀξίωμα διαπρέποντος. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησȣ̃ς Χριστὸς καὶ Θεὸς τοῖς ἑαυτȣ̃ μαθηταῖς καὶ Ἀποστόλοις, καὶ τοῖς ὅσοι μετ' ἐκείνων ἄξιοι γεγόνασι τ̃ κληρονομίας αὐτȣ̃, &c. Exſtat quidem hæc Conſtitutio græcè & latinè in *Joannis Leunclavii* & *Marquardi Freheri* Tomo primo Juris Græco-Romani à pag. 103 uſque ad pag. 109; ſed deeſt ibi ejuſdem Epilogus, qui in præſtantiſſimo hoc Codice manuſcripto *Cæſareo* legitur, & exhibetur ab Illuſtri Lambecio Lib. VIII. Comment. pag. 447.

Quinquageſimo tertiò, & quidem fol. 201 pag. 1 & 2, *METROPHANIS Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Sanctio quædam matrimonialis*; cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίȣ Πατρὸς ἡμῶν Μητροφάνȣς, Ἀρχιεπισκόπȣ Κωνσταντινȣπόλεως περὶ ποιησάντων ἀνομίαν μετὰ μοναζȣσῶν· καὶ περὶ τ̃ διαζεύγνυσθαι τὸν συγγενικῷ προσώπῳ συναφθέντα, καὶ συνάπτεσθαι ἑτέρᾳ γυναικί. Ὥρισεν, ἵνα τὸν μὲν τοιγαμήσαντας &c.

Quinquageſimo quartò, & quidem à fol. 201 pag. 2, uſque ad fol. 204 pag. 1, *JOANNIS, Monachi Sancti Montis Sinai, Quæſtiones Eccleſiaſticæ viginti una ad Nicolaum*

(1) Vide etiam Libri ſexti Lambecianorum Commentariorum Partem primam pag. 55.

laum tertium ejus nominis Patriarcham Conſtantinopolitanum cum ejuſdem Reſponſis. Inſcribuntur illæ ibi atq; incipiunt hoc modo: Κεφάλαια ἐκκλησιαστικὰ πάνυ ἀναγκαῖα καὶ ὠφέλημα κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν ζητηθέντα παρὰ τοῦ μοναχοῦ Ἰωάννου τοῦ ἡσυχαστοῦ, τοῦ ἐν τῷ ἁγίῳ ὄρει, τῷ μακαρίῳ Πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως Κυρῷ Νικολάῳ. Πρώτη ἐρώτησις. &c.

Quinquageſimo quintò, & quidem fol. 204 pag. 1 & 2, *NICOLAI Patriarchæ Conſtantinopolitani Sanctio quædam eccleſiaſtica de Oblationibus Liturgicis*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Νικολάου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως περὶ τοῦ, πῶς ὀφείλει ποιεῖν ὁ Ἱερεὺς τὴν προσκομιδήν. Ἡ μὲν πρώτη προσφορὰ ἐστὶν ἡ Δεσποτική· καὶ ὀφείλει ποιεῖν σταυρὸν ὁ προσκομίζων διὰ τῆς λόγχης ἐπάνω τῆς προσφορᾶς, &c. Plura huc pertinentia vide apud *Joannem Meurſium* in Gloſſario Græco-barbaro, ubi agitur de voce Προσφορὰ, & apud R.P. *Jacobum Goar* Dominicanum in Notis ad Euchologium ſive Rituale Græcorum, Pariſiis A. 1647 græcè & latinè in folio editum, pag. *16* & *116*, ubi *S. Joannis Chryſoſtomi Liturgiam ſive Miſſam* pereruditè explicat, & adjunctis elegantibus figuris æri inciſis illuſtrat.

Quinquageſimo ſextò, & quidem à fol. 204 pag. 2, uſque ad fol. 207 pag. 2, *ex NICETÆ, cognomine Stethati ſive Pectorati, Monachi & Presbyteri Monaſterii Conſtantinopolitani Studitarum, qui circa annum Chriſti 1054 claruit, Centuriâ tertiâ Epiſtolarum, Epiſtolæ tres de Canonibus Eccleſiaſticis.* Earum *prima* eſt ipſius *Nicetæ ad Athanaſium quendam Abbatem*; quæ inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἀπὸ τῆς τρίτης ἑκατοντάδος τῶν ἐπιστολῶν Νικήτα τοῦ Στηθάτου. Ἀθανασίῳ Ἡγουμένῳ τῆς μονῆς τοῦ Παναγίου, περὶ κανόνων. &c: *ſecunda* eſt jam memorati *Athanaſii Reſponſio*; *tertia* iterum eſt *Nicetæ*. Plura de eodem *Niceta Stethato* vide Libri *quinti* Lambec. Comment. pag. 102.

Quinquageſimo ſeptimò, & quidem à fol. 207 pag. 2, uſque ad fol. 209 pag. 1, *S. NILI Aſcetæ, diſcipuli S. Joannis Chryſoſtomi, Epiſtola ad Characletum Presbyterum, peccantes nimis ſeverè tractantem, & ſolam confeſſionem ad pœnitentiam non ſatis eſſe aſſerentem*; cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Νείλου Ἀσκητοῦ ἐπιστολὴ πρὸς Χαράκλητον Πρεσβύτερον, ἀυστηρῶς καὶ ἀποτόμως ἐξερχόμενον τοῖς πταίουσι, καὶ φάσκοντα, μὴ ἀρκεῖν τὴν διὰ τῶν λόγων ἐξομολόγησιν πρὸς μετάνοιαν. Πάνυ μοι δοκεῖς τὴν θείαν ἠγνοηκέναι γραφήν, &c. Exſtat ea inter *Epiſtolas S. Nili, à Leone Allatio* Romæ A. 1668 typis Barberinis græcè & latinè in folio editas, & eſt *Libri tertii ducenteſima quadrageſima tertia*; ſed ibi pro Χαρακλήτῳ legitur Χαιρικλεῖ.

Quinquageſimo octavò, & quidem à fol. 209 pag. 1, uſque ad fol. 210 pag. 1, *COSMÆ cujusdam Sermo paræneticus ſive admonitorius ad peccatorem quendam contumacem*; cujus titulus & principium: Τῷ ἐκ δυστροπίας ἀποστατήσαντι ἀπόλυσις Κοσμᾶ. Ὅσα σοι πεπλημμέληται εἰς ἡμᾶς ὦ ταλαίπωρε κατὰ ὕβριν, κατ' ἐπιβουλὴν, κατ' ἐπανάστασιν, κατὰ λοιδορίαν, &c.

Quinquageſimo nonò, & quidem à fol. 210 pag. 1, uſque ad fol. 211 pag. 2, ANONYMI *cujusdam Autoris Epiſtola ad Lucam neſcio quem, quâ demonſtrare annititur, Nomocanonem illum, qui Joanni, cognomine Neſteutæ ſive Jejunatori, Patriarchæ Conſtantinopolitano, attribuitur, non eſſe ipſius, ſed cujusdam alterius.* Inſcribitur ea atque incipit hòc modo: Ἀπόδειξις, ὅτι τὸ λεγόμενον τοῦ Νηστευτοῦ Νομοκάνονον οὐκ ἔστι τοῦ Νηστευτοῦ, ἀλλὰ γέροντός τινος, γνώμενον πρὸς τὸν ἑαυτοῦ μαθητήν. Ἔγραψάς μοι πνευματικὲ ἀδελφὲ κύριε Λουκᾶ, ἵνα σοι γράψω εἴδησίν τινα περὶ τοῦ λεγομένου Νομοκανόνου τοῦ Νηστευτοῦ· &c.

Sexageſimò, & quidem fol. 211 pag. 2, *ex Opere de Vitis Patrum notabile Excerptum de ſeptem hebdomadibus Pentecoſtes*; cujus titulus & principium: Ἐκ τοῦ Γεροντικοῦ, περὶ τῶν ἑπτὰ ἑβδομάδων τῆς Πεντηκοστῆς. Εἶπέν τις τῶν Πατέρων περὶ τῆς ἁγίας Πεντηκοστῆς καὶ τῶν ἁγίων νηστειῶν· ὅτι προπύλαιόν ἐστι τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἡ πάνσεμνος αὕτη νηστεία, &c.

Sexageſimo primò, & quidem fol. 212 pag. 1, *ANASTASII Epiſcopi Cæſareæ Palæſtinæ fragmentum de ſeptem hebdomadibus Jejuniorum*; cujus titulus & principium: Ἀναστασίου Ἐπισκόπου Καισαρείας Παλαιστίνης περὶ τῶν ἑπτὰ ἑβδομάδων τῶν νηστειῶν. Ὅτε δὲ λοιπὸν ἐτελεσιουργήθη ἡ τούτων ἕνωσίς τε καὶ συνάφεια, &c.

Sexageſimo ſecundò, & quidem à fol. 212 pag. 1, uſque ad fol. 213 pag. 2, *ANONYMI cujuſdam Autoris Reſponſum epiſtolare de Jejunio in honorem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, ab initio menſis Auguſti uſque ad Feſtum Aſſumptionis Ipſius in Cœlum, legitimè ſervando*; cujus titulus & principium: Περὶ τῆς νηστείας τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου, καὶ ὅτι χρὴ ταύτην φυλάττειν, ὡς ἔνθεσμον. Ἐπείπερ ἡ εἰς ἐμὲ σου αἴτησις, πνευματικὲ ἀδελφὲ, περὶ τῆς ὑπερενδόξου Θεοτόκου ἦν, &c. Plura de eodem Jejunio vide in R. P. *Jacobi Goar* Notis ad ſuprà memoratum Euchologium ſive Rituale Græcorum pag. 207.

Sexageſimo tertiò, & quidem fol. 213 pag. 2, S. *ATHANASII Magni, Archiepiſcopi Alexandrini, fragmentum de abſtinendo à concubitu cum propriâ uxore ante ſacram Communionem*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου, Πάπα Ἀλεξανδρείας, περὶ τοῦ μὴ κοινωνεῖν ἀνεξετάστως τοῖς θείοις μυστηρίοις σὺν ταῖς ἰδίαις γυναιξὶ μιγνυμένους. Ἐπειδή τινες μετὰ τὸ συγγενέσθαι ταῖς ἰδίαις γυναιξὶν, αὐτῇ τῇ ἡμέρᾳ, &c.

Sexageſimo quartò, & quidem fol. 214 pag. 1, *ex S. ANASTASII Sinaitæ Quæſtionibus & Reſponſionibus ſacris centeſima decima quinta*; cujus titulus & principium: Ἐκ τῶν κεφαλαίων τοῦ ἁγίου Ἀναστασίου τοῦ Σιναΐτου περὶ τῆς μεταλήψεως τῶν θείων μυστηρίων. Ἐρώτησις ριέ. Ἆρα ἀπαιτεῖται Χριστιανὸς τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, &c.

Sexageſimo quintò, & quidem fol. 214 pag. 1, *ex Definitionibus S. THEODORI Studitæ Excerptum de Hebdomade, quæ à Latinis Quinquageſima, à Græcis autem ob eſum caſei ἡ Τυροφάγος appellatur.* Inſcribitur illud atque incipit hoc modo: Ἐκ τῶν ὅρων τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου καὶ Ὁμολογητοῦ, τοῦ Στουδίτου, περὶ τῆς ἑβδομάδος τῆς Τυροφάγου· ὅτι ἐν ταύτῃ οἱ μὴ μετέχοντες τυροῦ, ἀναθέματι καθυποβάλλονται. Δεῖ δὲ εἰδέναι, ὅτι εἰσί τινες τῶν μοναχῶν, οἱ οὔτε τυροῦ, οὔτε ὠοῦ, &c. Plura huc pertinentia vide apud *Leonem Allatium* in Diſſertatione de Dominicis & Hebdomadibus recentiorum Græcorum § XI, colum. 1422, & in *Joannis Meurſii* Gloſſario Græco-barbaro ſub titulo Τυροφάγος.

Sexageſimo ſextò, & quidem fol. 214 pag. 1, S. *NICEPHORI Patriarchæ Conſtantinopolitani Canon quintus de eâdem ſuprà memoratâ Hebdomade* τῇ Τυροφάγῳ; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Νικηφόρου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως περὶ τῆς τετράδος καὶ παρασκευῆς τῆς τυροφάγου· Κανὼν πέμπτος. Ὅτι δεῖ τοὺς μοναχοὺς νηστεύειν ἔν τε τῇ τετράδι καὶ τῇ παρασκευῇ τῆς τυροφάγου· &c. Vide ſuprà citatum *Leonis Allatii* locum columnâ *1423*.

Sexageſimo ſeptimò, & quidem à fol. 214 pag. 1, uſque ad fol. 215 pag. 1, *ex S. ANASTASII Sinaitæ Quæſtionibus & Reſponſionibus ſacris octogeſima quarta, centeſima, centeſima vigeſima tertia, centeſima vigeſima quarta, centeſima quadrageſima, & centeſima*

teſima quadrageſima prima. Plura de eodem Quæſtionum & Reſponſionum Syntagmate *Anaſtaſiano* vide Libri *tertii* Lambec. Comment. pag. 197.

Sexageſimo octavò, & quidem fol. 215 pag. 1 & 2, *ex S. JOANNIS Chryſoſtomi Oratione in Vitam humanam, & de mortuis non nimiùm deflendis, Excerptum de ritibus funebribus, ipſius ætate in ſepeliendis mortuis obſervari ſolitis*; cujus titulus & principium: Τοῦ Χρυσοστόμου ἐκ τοῦ Λόγου εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον καὶ περὶ ὑπομονῆς, καὶ τοῦ μὴ πικρῶς κλαίειν τοὺς τελευτῶντας, ὅτι δεῖ ἐπὶ τῶν τεθνεώτων ἐπιχέειν ἔλαιον ἐν τῷ ἐνταφιάζειν αὐτούς· καὶ διατὶ πρὸς ἀνατολὰς τὴν σορὸν σχηματίζομεν. &c.

Sexageſimo nonò, & quidem fol. 215 pag. 2, *ex* S. *DIONYSII Areopagitæ Capite ſeptimo de Cæremoniis funeralibus in exequiis piè defunctorum uſitatis Excerptum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου ἐκ τοῦ ἑβδόμου κεφαλαίου περὶ τῶν ἐπὶ τοῖς κεκοιμημένοις τελουμένων. Μυστήριον ἐπὶ τῶν ἱερῶς κεκοιμημένων. Συναγαγὼν ὁ θεῖος Ἱεράρχης ἱερὸν χορὸν, εἰ μὲν ἱερατικῆς ἐγεγόνει τάξεως ὁ κεκοιμημένος, &c.

Septuageſimò, & quidem à fol. 216 pag. 1, uſque ad fol. 230 pag. 1, *Novellarum Conſtitutionum Imp. Juſtiniani Primi ſive Magni Epitome Canonica, à THEODORO Balſamone compoſita, & in Capita octoginta ſeptem diviſa*; de quâ vide plura Libri *ſexti* Lambec. Comment. Part. I, pag. 54 & 55. Inſcribitur atque incipit ea hîc, itidem ut ibi: Ἐκ τῶν μετὰ τὸν Κώδικα θείων νεαρῶν διατάξεων τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ διάφοροι διατάξεις, συνᾴδουσαι ἐξαιρέτως τοῖς θείοις καὶ ἱεροῖς κανόσι, καὶ &c.

Septuageſimo primò, & quidem à fol. 230 pag. 1, uſque ad fol. 231 pag. 1, *Imp. JUSTINIANI I ſive Magni Novella Conſtitutio ſeptuageſima ſeptima*; quæ inſcribitur atque incipit hoc modo: Διάταξις οζ', διὰ τοὺς παρὰ τὴν φύσιν ἀσελγαίνοντας, καὶ τοὺς ὀμνύοντας κατὰ τριχός τε καὶ κεφαλῆς (1) καὶ τῶν τοιούτων· κελεύει ταῖς ἐσχάταις ὑποβάλλεσθαι τιμωρίαις. Πᾶσιν ἀνθρώποις τοῖς εὖ φρονοῦσι πρόδηλον εἶναι νομίζομεν, ὅτι &c. Vulgò autem in impreſſis editionibus inſcribitur eadem Novella græcè his verbis: Διάταξις περὶ τοῦ τοὺς ὀμνύοντας κατὰ τοῦ Θεοῦ, καὶ τοὺς βλασφημοῦντας τιμωρεῖσθαι. Latinè autem ſic: *Ut non luxurientur homines contra naturam, nec jurent per capillos Dei, aut aliquid hujuſmodi, neque blaſphementur in Deum.*

Septuageſimo ſecundò, & quidem fol. 231 pag. 1, *FORMULA ſponſionis publicæ, quam præſtare debet is, qui ordinandus eſt Epiſcopus.* Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Ἡ ἀσφάλεια καὶ τὸ ἅγιον σύμβολον, ὅπερ γράφει ὁ μέλλων χειροτονεῖσθαι Ἐπίσκοπος. Ὁ δεῖνα ἐλέῳ Θεοῦ Πρεσβύτερος καὶ ὑποψήφιος τῆς θεοσώστου πόλεως τῆσδε. &c. Vide Jus Græco-Romanum Tom. I. pag. 440.

Septuageſimo tertiò, & quidem fol. 231 pag. 1 & 2, *SYMBOLUM Fidei, compoſitum à Photio Patriarchâ Conſtantinopolitano pro iis, qui ordinandi ſunt Epiſcopi.* Inſcribitur illud atque incipit hoc modo: Ἔκδοσις Φωτίου τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως. Σύμβολον πίστεως πρὸς τοὺς μέλλοντας χειροτονεῖσθαι Ἐπισκόπους. Πιστεύω εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, &c.

Septuageſimo quartò, & quidem fol. 232 pag. 1 & 2, *Fragmenta quædam nonnullorum Canticorum Eccleſiaſticorum Græcorum cum antiquis Notis Muſicis.* Quod ultimum folium eſt tantùm adſcititium, & tegumenti loco in fine totius Codicis.

(1) Subaudiendum hîc eſt τοῦ Θεοῦ.

VIII.

OCTAVUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, perelegans, & optimæ notæ in *folio*, conſtátque nunc foliis *quadringentis nonaginta octo*, & primo quidem pertinuit ad præſtantiſſimam celeberrimámque *Bibliothecam Budenſem Regis Hungariæ Matthiæ Corvini.* (1) Ex quâ cùm furtivè ſurreptus eſſet, latuit aliquamdiu apud privatum quendam hominem, donec A. 1526, in miſerabili *Hungariæ* per milites Turcicos direptione, inter reliquam prædam *Conſtantinopolim* deportatus eſt; cúmque porrò *Conſtantinopoli* in foro ſcrutário vænalis expoſitus, à Chriſtiano quodam, & eo quidem erudito, emptus eſſet, poſtliminiò in *Hungariam* rediit; nec multò pòſt dominum nactus eſt *Georgium Logum*, natione *Sileſium*, Juriſconſultum, & Eccleſiarum S. Crucis & S. Joannis apud Vratislavienſes Præpoſitum ac Canonicum, atque inſuper Regis Romanorum, Hungariæ & Bohemiæ, Ferdinandi I. Conſiliarium; quá occaſione poſt tàm longas ambages tandem pervenit in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream.* Continentur eo (2) NICEPHORI, *Calliſti filii*, cognomine *Xanthopuli*, *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ*, Imp. (3) *Andronico Palæologo I* ſive *Seniori* dedicatæ, *Libri octodecim*, (de *quinque* enim *Libris poſterioribus* nondum conſtat, utrum omninò perierint, an fortè adhuc alicubi latitent,) à nativitate Chriſti uſque ad interitum *Phocæ* & initium Imp. *Heraclii* ſive annum Chriſti 610, ex *viginti tribus Libris*, quibus olim integrum illud Opus conſtitit, noſtrâ hâc ætate ſuperſtites. Hic videlicet eſt ille ipſe authenticus, & forſan in toto terrarum Orbe unicus *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Nicephori* Codex, ex quo juſſu & liberalitate ſuprà memorati Glorioſiſſimi *Ferdinandi I*, tunc temporis nondum Imperatoris, ſed tantùm Romanorum, Hungariæ & Bohemiæ Regis, Majeſtatis ipſius Regiæ Conſiliarius *Joannes Langus*, natione *Sileſius*, patriâ *Freiſtadienſis*, religione *Lutheranus*, eos octodecim Libros primus ex Græcâ in Latinam linguam tranſtulit, & (4) Baſileæ typis Joannis Oporini A. 1553 in lucem edidit in folio; ſed *latinè* tantùm. *Græcè* autem, cum ejuſdem *Langi* verſione latinâ recognitâ, edidit eoſdem octodecim Libros R. P. *Fronto Ducæus*, Societatis JESU Theologus, Lutetiæ Pariſiorum ſumptibus Cramoſiorum fratrum Sebaſtiani & Gabrielis A. 1630 duobus Voluminibus in folio; & quidem ex eodem illo rariſſimo ac pretioſiſſimo Codice manuſcripto *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ*, de quo in præſens ex profeſſo agitur. Is enim hanc ob cauſam A. 1614 ſub initium menſis Septembris clementiſſimâ *Imp. Matthiæ* permiſſione à V. CL. *Sebaſtiano Tengnagelio*, tunc temporis Summo Bibliothecæ Præfecto, ad Illuſtriſſimum (5) *Jacobum Auguſtum Thuanum*, Summum Parlamenti Pariſienſis Præſidem, Vindobonâ Lutetiam miſſus eſt; ubi integros ferè duodecim annos hæſit, nempe à die 29 Aprilis A. 1615 uſque ad Kalendas Februarias A. 1627; quo poſt tàm longam & litigioſam cunctationem vix tandem *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* reſtitutus eſt. Integram hujus rei narrationem, cum adjunctis jam memorati Illuſtriſſimi Præſidis *Jacobi Auguſti Thuani*, & duorum doctiſſimorum Patrum Societatis JESU *Frontonis Ducæi* & *Jacobi Sirmondi*, nec non

(1) Refert hoc *Joannes Langus* in Præfatione, Verſioni latinæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Nicephori præfixâ, cujus fragmentum præcipuè huc pertinens vide Libri *primi* Lambecianorum Commentariorum pagina 108. (2) Perperàm is à nonnullis vocatur *Nicephorus Calliſtus*, cùm re verâ appellandus ſit *Nicephorus Calliſti*, ſcilicet filius, cognomine *Xanthopulus*. (3) Cœpit is imperare anno Chriſti 1282 d. 11. Decembris; dejectus autem eſt Imperio A. 1328. à nepote ſuo *Andronico Juniore*, & demùm in Monaſterio obiit A. 1332. (4) Ipſum primæ hujus editionis exemplum dedicatorium, in merâ membranâ elegantisſimè impreſſum, & in duo Volumina diviſum, exſtat etiamnunc in Auguſtisſimâ Bibliothecâ Cæſareâ. (5) Obiit is A. 1617 d. 7 Maji. Vide *Gabriel Barthol. Gramondi* Hiſtor. Galliæ lib. 3 pag. 191, 192, & *Martini Zeileri* Recenſionem alphabeticam celebrium Hiſtoricorum Part. II. pag. 148.

non Reverendiſſimi eruditiſſimique Viri *Roberti Scheilderi*, Canonici Atrebatenſis & Cameracenſis, ad *Sebaſtianum Tengnagelium* literis, eâ de causâ ſcriptis, vide Libri *primi* Lambec. Comment. pag. 62, 63, 108, 109, 152 & deinceps uſque ad pag. 165, & Libr. VIII. pag. 55, 56. Quod denique ad *Joannem Langum* attinet, ſilentio haud prætereundum eſt, Vitam ejus, ſatis eleganter conſcriptam, exſtare inter *Vitas Germanorum Jureconſultorum & Politicorum*, à *Melchiore Adamo* Heidelbergæ A. 1620 in octavo editas, pag. 78 & deinceps usque ad pag. 82; eáque omnia, quæ in jam memorato *Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Nicephori* Codice manuſcripto Græco in margine *latinè* annotata ſunt, propriâ ipſius *Langi* manu ſcripta eſſe.

IX.

NONUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio majori*, in principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis triginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 80 pag. 1, *Apophthegmata & Acta* SANCTORUM PATRUM *ordine alphabetico ſecundum ipſorum nomina ab* A *uſque ad* Ω; Litera autem A titulo & principio caret uſque ad hæc verba: - - - . Ἀδελφὸς ἀποταξάμενος τῷ κόσμῳ, καὶ διαδοὺς τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ πτωχοῖς, &c. Similiter etiam litera Ω caret fine, & pertingit tantùm uſque ad hæc verba inclusivè: ἕως ἀπήνεγκεν αὐτὸν εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ. - - - . Plura huc pertinentia vide infrà in recenſione Codicis XLIV.

Secundò, & quidem à fol. 80 pag. 1, uſque ad fol. 163 pag. 1, APPENDIX *ſuprà memorati Alphabeti Apophthegmatum & Actorum Sanctorum Patrum abſque ordine alphabetico.* Quòd autem hæc *Appendix* ſit æquè antiqua, quàm ipſa præcedens *Narratio alphabetica*, manifeſtè patet ex Præfatione græcâ, quæ editioni *Coteleriana* pag. 338 & 339 præfixa eſt.

Tertiò, & quidem à fol. 163 pag. 1, uſque ad fol. 230 pag. 2, PALLADII, *natione Galatæ, Helenopolitani in Cappadociâ Epiſcopi*, *Hiſtoria de Vitis Sanctorum Patrum ad Lauſum, Præpoſitum Sacri Cubiculi Imp. Theodoſii Junioris; unde & vocatur, Lauſiaca.* Præfatio ejus ſive Epiſtola dedicatoria inſcribitur atque incipit his verbis: Ἀντίγραφον ἐπιστολῆς γραφείσης ΛΑΥΣΩ Πραιποσίτῳ παρὰ ΠΑΛΛΑΔΙΟΥ Ἐπισκόπου. Μακαρίζω σου τὴν προαίρεσιν, ὅτι πάντων εἰς τὰ μάταια κεχηνότων, ἐξ ὧν οὐδὲν ὠφεληθήσονται, αὐτὸς λόγους ΟΙΚΟΔΟΜΗΣ διδαχθῆναι θέλεις. ὁ διδακτὸς γὰρ μόνος &c. Plura de eâdem *Hiſtoriâ Lauſiacâ*, ejuſque editionibus impreſſis, ut & de ipſo *Palladio*, ejuſque *Origenianiſmo* & *Pelagianiſmo*, vide infrà in recenſione Codicis LXXXIVti.

Quartò, & quidem à fol. 230 pag. 2, uſque ad fol. 232 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Oratio aſcetica*, cujus principium: Ἀκούσατε ἀδελφοί μου εὐλογημένοι τοῦ Κυρίου λέγοντος· ὅτις ἀφῆκε πατέρα καὶ μητέρα &c.

DECI-

X.

DECIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus, in *folio*, ſed diverſis locis pravâ foliorum tranſpoſitione laborans, & in fine atque paſſim alibi mutilus, conſtátque nunc foliis *triginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo *Vita S. Joannnis Chryſoſtomi*, *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani*; quæ *Palladio*, *Epiſcopo Helenopolitano*, vulgò perperàm attribuitur, ſed verus iſtius anepigraphæ Vitæ autor eſt SYMEON *Metaphraſtes*; utpote cui ea expreſsè attribuitur in *duobus Codicibus manuſcriptis Bibliothecæ Regiæ Pariſinæ*, ex quibus illam *Henricus Savilius* edidit in Tomo octavo Operum S. *Joannis Chryſoſtomi* à pag. 373 uſque ad pag. 428, ſed tantùm *græcè*, cujus titulus & principium: (1) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιγʹ. Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ Χρυσοστόμου. Καὶ πάντων μὲν τῶν κατὰ Θεὸν πολιτευσαμένων ὁ βίος τοῖς εὐσεβέσιν ὠφελιμώτατος, &c. Plura huc pertinentia vide Lib. VIII. *Commentariorum Lambecianorum* pag. 297, 298.

XI.

UNDECIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ in *folio*, ſed in principio & fine injuriâ temporis mutilus, conſtátque nunc foliis *centum nonaginta duobus*, paginatim in binas columnas diviſis, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 8 pag. 1 colum. 2, *Pars poſterior Orationis* ANONYMI *cujuſdam Autoris de magno quodam Miraculo*, *paulò ante à Sanctis Martyribus Guriâ*, *Samonâ*, *& Abibo Edeſſæ edito*, incipiens ab his verbis: - - - φόβον τῆς ἰδίας ἐξεώσας διανοίας, ἐπανίσταται σὺν ὠμότητι πολλῇ καὶ ἀπανθρωπίᾳ τῇ κόρῃ, &c. Plura de eadem Oratione vide in recenſione Codicis Vti, num. 18.

Secundò, & quidem à fol. 8 pag. 1 colum. 2, uſque ad fol. 13 pag. 2 colum. 2, S. JOANNIS *Chryſoſtomi Commentarius in Sanctum Apoſtolum & Evangeliſtam Matthæum*; cujus titulus & principium: (2) Μηνὶ Νοεμβρίῳ ιϛʹ. Ἔδει μὲν ἡμᾶς μηδὲ δεῖσθαι τῆς ἀπὸ τῶν γραμμάτων βοηθείας, ἀλλ' οὕτω βίον παρέχεσθαι καθαρὸν, ὡς &c. Plura de eodem Commentario, qui ex (3) S. Joannis Chryſoſtomi Homiliis ſive Orationibus nonaginta in Evangelium S. Matthæi prima eſt, vide Libri *quarti* Lambecianorum Commentariorum pag. 77 & 78.

Tertiò, & quidem à fol. 13 pag. 2 colum. 2, uſque ad fol. 42 pag. 2 colum. 1, S. GREGORII *Nyſſeni Oratio de Vitâ & Miraculis S. Gregorii Thaumaturgi*, pertinens ad diem decimum ſeptimum Novembris atque incipiens his verbis: Ὁ μὲν σκοπὸς εἷς ἐστιν, &c. Plura de eâdem Oratione vide in recenſione Codicis Vti, num. 22.

Quartò, & quidem à fol. 42 pag. 2 colum. 1, uſque ad fol. 48 pag. 2 colum. 2, *Martyrium Sancti Martyris Platonis*, *conſcriptum à* SYMEONE *Metaphraſte*, quod pertinet

(1) Nempe menſis Novembris die decimo tertio, quo Græci celebrant *Feſtum Reductionis S. Joannis Chryſoſtomi è primo exilio*. (2) Menſis Novembris die decimo ſexto. (3) Illius tamen inſcriptione hujus Homiliæ nulla hîc fit mentio.

tinet ad diem decimum octavum Novembris, atque ibi incipit his verbis : Ὀυ ξένα Γαλατῶν τὰ παρόντα, ὐδὲ ὁμολογητὰ τῆς ἀληθείας ἀλλότρια. Γαλάται μὲν ἔπρατ]ον ἀνοήτως, ἃ σωήθεις πράτ]ειν αὐτοῖς, &c. Plura de eodem Martyrio vide in Codice Vto, num. 23.

Quintò, & quidem à fol. 49 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 70 pag. 2 colum. 1, *Vita & Res geſtæ Sancti Gregorii Epiſcopi Agrigentini in Siciliâ ;* cujus titulus & principium : Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου Ἐπισκόπου Ἀκραγαντίνων. Οὗτος ὁ μακάριος καὶ μέγας Γρηγόριος, ὁ τῆς Ἀκραγαντίνων Ἐκκλησίας Ἐπίσκοπος, &c. Vide *Menæa Græcorum* die vigeſimo tertio Novembris. Conſule etiam *Martyrologium Romanum* eodem die, ubi hæc pauca leguntur : *Agrigenti depoſitio Sancti Gregorii Epiſcopi.* Ad quæ verba vide Card. *Baronii* annotationem. Exſtat etiam apud *Surium* eodem die vigeſimo tertio Novembris *Vita S. Gregorii Epiſcopi Agrigentini latinè*, quæ attribuitur *Symeoni Metaphraſtæ*.

Sextò, & quidem à fol. 70 pag. 2 colum. 1, uſque ad fol. 81 pag. 2 colum. 2, *Martyrium S. Catharinæ Virginis & Martyris, conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte*, quod pertinet ſecundùm *Menæa Græcorum* & *Martyrologium Romanum*, ad diem vigeſimum (1) quintum Novembris, & incipit his verbis : Βασιλεύοντος τοῦ ἀσεβεστάτου Μαξεντίου, πᾶσα ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ τῆς βδελυρᾶς τῶν δαιμόνων ἀντεποιεῖτο θρησκείας· οὗτος γὰρ &c. Plura de eodem Martyrio vide infrà in recenſione Codicis XXXIXni, num. 14.

Septimò, & quidem à fol. 81 pag. 2 colum. 2, uſque ad fol. 125 pag. 2 colum. 1, S. CLEMENTIS, *primi ejus nominis Pontificis Romani*, qui A. C. 100 Martyr obiit, *Epitome ſuppoſititia de Geſtis & Peregrinationibus Sancti Petri, Apoſtolorum Principis, ad S. Jacobum Epiſcopum Hieroſolymorum; quâ ſimul etiam ipſius S. Clementis Vita comprehenditur.* Inſcribitur ibi ea *Epitome* atque incipit hoc modo : (2) Μηνὶ τῷ αὐτῷ κέ. Κλήμεντος Ἐπισκόπου Ῥώμης Ἰακώβῳ Ἐπισκόπῳ Ἱεροσολύμων περὶ τῶν πράξεων καὶ περιόδων τοῦ ἁγίου καὶ κορυφαίου τῶν Ἀποστόλων Πέτρου· &c. Exſtat *Clementina* hæc *de Geſtis S. Petri Epitome* inter Sanctorum Patrum *Barnabæ, Hermæ, Clementis, Ignatii*, & *Polycarpi* Opera, à *Joanne Baptiſtâ Cotelerio*, Inclytæ Societatis Sorbonicæ Theologo doctiſſimo, Lutetiæ Pariſiorum A. 1672 græcè & latinè pereleganter in folio edita, & eruditiſſimis Annotationibus illuſtrata, à pag. 749 uſque ad pag. 814 ℣. 8.

Octavò, & quidem à fol. 125 pag. 2 colum. 2, uſque ad fol. 137 pag. 1 colum. 1, *Vita Sancti Alypii Stylitæ ſive Cionitæ, conſcripta à* (3) *SYMEONE Metaphraſte ;* cujus titulus & principium : (4) Μηνὶ τῷ αὐτῷ κς'. Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀλυπίου τοῦ Στυλίτου. Καλοὶ μὲν καὶ οἱ τῶν Μαρτύρων ἆθλοι, καὶ πολλὴν δυνάμενοι τοῖς φιλαρέτοις ἐμποιεῖν τὴν ὠφέλειαν, &c. Vide *Menæa Græcorum* eodem die vigeſimo ſexto Novembris, item *Martyrologium Romanum* eodem die, ubi perperàm vocatur *Sanctus Stylianus*. Exſtat quidem etiam apud *Surium* eodem die vigeſimo ſexto Novembris *Vita* ejuſdem S *Alypii Stylitæ ſive Cionitæ*, ex Græco in Latinum translata, ſed ea ab ipſius S. *Alypii diſcipulo ſynchrono* conſcripta eſt, ut liquet ex ejus fine.

(1) In hoc tamen Codice refertur idem Martyrium ad diem *vigeſimum quartum*. (2) Hoc eſt, Menſis Novembris die vigeſimo quinto. In *Menæis* autem *Græcorum* celebratur memoria *S. Clementis* die vigeſimo quarto ejusdem menſis Novembris ; & in *Martyrologio Romano* die vigeſimo tertio. (3) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 127. (4) Menſis Novembris die vigeſimo ſexto.

Nonò, & quidem à fol. 137 pag. 1 colum. 2, uſque ad fol. 144 pag. 2 colum. 1, *Martyrium Sancti Jacobi Perſæ*, *conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (1) Μηνὶ τῷ αὐτῷ κζʹ. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μάρτυρος Ἰακώβου τοῦ Πέρσου. Ἀρκαδίου τὰ Ῥωμαίων διέποντος σκῆπτρα, ᾧ πατὴρ μὲν ἦν Θεοδόσιος ὁ ἐξ Ἰσπανίας, ἀδελφὸς δὲ Ὀνώριος· Ἰσδιγέρδου δὲ τότε τὴν τῶν Περσῶν ἀρχὴν διιθύνοντος, &c. Vide *Menæa Græcorum* eodem die vigeſimo ſeptimo Novembris; ut & *Martyrologium Romanum*.

Decimò, & quidem à fol. 144 pag. 2 colum. 1, uſque ad fol. 182 pag. 2 col. 1, *Vita & Martyrium Sancti Stephani Junioris*, *conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte*, quod pertinet ad diem vigeſimum octavum Novembris, & incipit his verbis: Θεῖον τι χρῆμα ἡ ἀρετὴ &c. Plura de eodem Martyrio vide ſuprà in recenſione Codicis LVIImi, num. 14.

Undecimò, & quidem à fol. 182 pag. 2 colum. 2, uſque ad fol. 192 pag. 1 colum. 2, (2) *SYMEONIS Metaphraſtæ Commentarius in Sanctum Apoſtolum Andream*; cujus titulus & principium: (3) Μηνὶ τῷ αὐτῷ λʹ. Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον τοῦ Χριστοῦ Ἀνδρέαν τὸν Ἀπόστολον καὶ πρωτόκλητον. Ἄρτι τοῦ παιδὸς Ζαχαρίου, Ἰωάννου φημὶ τοῦ πάνυ, τὰς ἐρήμους ἀπολιπόντος, καὶ &c. Vide *Menæa Græcorum* eodem die trigeſimo Novembris; ut & *Martyrologium Romanum*.

XII.

DUODECIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, pervetuſtus, præſtantiſſimus, collatione digniſſimus, & optimæ notæ, in *folio*, ſed injuriâ temporis ruinoſus, & in principio ac fine mutilus, conſtatq; foliis *ducentis octoginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 8 pag. 1, *PHOTII Patriarchæ Conſtantinopolitani Nomocanon; ſed abſque Scholiis Theodori Balſamonis.*

Secundò, & quidem à fol. 9 pag. 1, uſque ad fol. 282 pag. 2, *SYNTAGMA ſacrorum Canonum*, *cum Expoſitione græcâ Joannis Zonaræ*; cui præfixus eſt *Index antiquus græcus*.

XIII.

DECIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *folio*, ſed in principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis - - - - - - - - - - - - - - olim ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, comparatus *Conſtantinopoli*, quo continetur ANONYMI Fragmentum Hiſtoriæ Conſtantinopolitanæ.

DECI-

(1) Menſis Novembris die vigeſimo ſeptimo. (2) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 125. (3) Menſis Novembris die trigeſimo.

XIV.

DECIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, *centum octoginta annorum*, ac bonæ notæ, in *folio*, ſed unico folio in principio mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis quinquaginta quatuor*, & ad *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *ACTA Concilii Ferrarienſis & Florentini*, quibus finitis ſequitur *Deſcriptio ſolennitatis, quæ celebratur Florentiæ in Feſto S. Joannis Baptiſtæ*: item *GEORGII Scholarii Epiſtola ad Græcos Patres Concilii Florentini, & tres ejuſdem Orationes ad totum Concilium Florentinum*; & tandem *Cardinalis* BESSARIONIS *Epiſtola exhortatoria ad Græcos*, principio mutila.

XV.

DECIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegans, & optimæ notæ in *folio*, ſed in fine uno aut duobus foliis mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis quinquaginta ſeptem*, paginatim in binas columnas diviſis, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo *Magni MENOLOGII Græcorum menſis October* hoc ordine:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 3 pag. 2 colum. 2, SYMEONIS *Metaphraſtæ Martyrium Sancti Apoſtoli Ananiæ die primo Octobris*; incipiens his verbis: Λουκιανοῦ τοῦ δυσσεβοῦς κατὰ τὰ τῆς ἑῴας μέρη &c.

Secundò, & quidem à fol. 4 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 17 pag. 2 col. 1, *EJUSDEM Martyrium* SS. *Cypriani & Juſtinæ die ſecundo Octobris*; incipiens his verbis: Πολλὰ καὶ μεγάλα μετὰ τὴν Ἀντιόχου &c.

Tertiò, & quidem à fol. 17 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 25 pag. 2 col. 2, *EJUSDEM Martyrium S. Dionyſii Areopagitæ die tertio Octobris*; incipiens his verbis: Πάλαι μὲν ἐν τύποις &c.

Quartò, & quidem à fol. 26 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 28 pag. 2 col. 2, *EJUSDEM Martyrium Sanctæ Charitines die vigeſimo quinto Octobris*; incipiens his verbis: Ἐκράτει ποτὲ τὰ τῆς ἀσεβείας &c.

Quintò, & quidem à fol. 29 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 35 pag. 1 col. 1, *EJUSDEM Commentarius in S. Apoſtolum Thomam die ſexto Octobris*; incipiens his verbis: Πάλαι μὲν τὰς κατὰ γῆν διατριβὰς &c.

Sextò, & quidem à fol. 35 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 47 pag. 2 col. 1, *EJUSDEM Martyrium* SS. *Sergii & Bacchi die ſeptimo Octobris*; incipiens his verbis: Μαξιμιανοῦ βασιλεύοντος τοῦ τυράννου, &c.

Septimò, & quidem à fol. 47 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 53 pag. 1 col. 2; *EJUSDEM Vita S. Pelagiæ Antiochenæ die octavo Octobris*; incipiens his verbis: Γυναικείαν ἀρετὴν &c.

Octavò, & quidem à fol. 53 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 59 pag. 2 col. 1, *EJUSDEM Martyrium* SS. *Eulampii & Eulampiæ die decimo Octobris*; incipiens his verbis: Ἄρτι τῆς θεογνωσίας &c.

Nonò, & quidem à fol. 59 pag. 2 colum. 2, uſque ad fol. 66 pag. 1 colum. 2, *EJUSDEM Martyrium SSS. Probi, Tarachi, & Andronici die duodecimo Octobris*; incipiens his verbis: Διοκλητιανὸς τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίοις διέπων ἀρχὴν, &c.

Decimò, & quidem à fol. 66 pag. 2 colum. 1, uſque ad fol. 77 pag. 1 col. 1, *EJUSDEM Martyrium Sanctorum Carpi, Papyli, & ſociorum, die decimo tertio Octobris*, incipiens his verbis: Μεμνῆσθαι τῶν ὑπὲρ Χριςοῦ παθόντων &c.

Undecimò, & quidem à fol. 77 pag. 1 colum. 2, uſque ad fol. 82 pag. 1 colum. 2, *EJUSDEM Martyrium Sanctorum Nazarii, Gervaſii, Protaſii, & Celſi, die decimo quarto Octobris*; incipiens his verbis: Νέρωνος ἄρτι τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα διέποντος, &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 82 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 91 pag. 1 col. 2, *EJUSDEM Martyrium Sancti Luciani die decimo quinto Octobris*; incipiens his verbis: Σαμόσατα πόλις τῆς Συρίας ἐςίν· &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 91 pag. 1 colum. 2, uſque ad fol. 97 pag. 1 colum. 2, *EJUSDEM Martyrium S. Longini Centurionis die decimo ſexto Octobris*; incipiens his verbis: Τοῦ Θεοῦ Λόγου διὰ τὴν ἐκ τῆς παρθενικῆς &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 97 pag. 2 colum. 1, uſque ad fol. 103 pag. 1 colum. 1, *EJUSDEM Commentarius in Sanctum Apoſtolum & Evangeliſtam Lucam die decimo octavo Octobris*; incipiens his verbis: Εἰ καὶ δικαίου μνήμην &c.

Decimo quintò, & quidem à fol. 103 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 112 pag. 2 col. 1, *EJUSDEM Martyrium S. Vari & ſociorum die decimo nono Octobris*; incipiens his verbis: Μαξιμιανοῦ τοῦ τυράννου τὸ δυσσεβὲς &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 112 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 120 pag. 2 col. 1, *EJUSDEM Martyrium Sancti Andreæ in Criſi eodem die decimo nono Octobris*; incipiens his verbis: Πολλὴ μὲν τῶν τοῦ Χριςοῦ μαρτύρων &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 120 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 147 pag. 2 col. 2, *EJUSDEM Martyrium S. Artemii die vigeſimo Octobris*; incipiens his verbis: Μετὰ τὴν τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 147 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 170 pag. 1 col. 2, *EJUSDEM Vita S. Hilarionis die vigeſimo primo Octobris*; incipiens his verbis: Ἐν Παλαιςίνῃ πόλις ἐςὶ, οὐκ ἔλαττον ἢ &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 170 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 189 pag. 1 colum. 2, *EJUSDEM Vita S. Abercii, Hierapoleos in Phrygiâ Epiſcopi, die vigeſimo ſecundo Octobris*; incipiens his verbis: Μάρκου Ἀντωνίνου καὶ Λουκίου Βήρου &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 189 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 197 pag. 1 col. 2, *EJUSDEM Commentarius in S. Apoſtolum Jacobum, cognominatum Fratrem Domini, die vigeſimo tertio Octobris*; incipiens his verbis: Οὐχ οὕτως ἡδύ τι τῷ φιλαρέτῳ &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 197 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 217 pag. 1 col. 2, *EJUSDEM Martyrium Sancti Arethæ & ſociorum, die vigeſimo quarto Octobris*; incipiens his verbis: Ἔτος μὲν ἤδη πέμπτον &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 217 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 219 pag. 1 col. 2, *EJUSDEM Martyrium Sanctorum Marciani & Martyrii Notariorum, die vigeſimo quinto Octobris*; incipiens his verbis: Ἐπεχωρίαζε μὲν καὶ πρότερον &c.

Vigeſimo

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 219 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 226 pag. 1 col. 1, *EJUSDEM Martyrium S. Demetrii, die vigeſimo ſexto Octobris*; incipiens his verbis: Εἶχε μὲν τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα Μαξιμιανὸς &c.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 226 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 233 pag. 2 col. 1, *EJUSDEM Martyrium S. Anaſtaſiæ Romanæ Senioris, die vigeſimo octavo Octobris*; incipiens his verbis: Ἄξιος ἡμῖν ὁ λόγος Ἀναςασίας &c.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 233 pag. 2 colum. 2, uſque ad fol. 252 pag. 1 colum. 1, *EJUSDEM Vita S. Abramii Eremitæ, die vigeſimo nono Octobris*; incipiens his verbis: Ἀνδρῶν φιλαρέτων βίος &c.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 252 pag. 1 columnâ primâ, uſque ad fol. 257 pag. 1 colum. prim. *EJUSDEM Martyrium Sanctorum Zenobii & Zenobiæ, die trigeſimo Octobris*; incipiens his verbis: Αἰγαὶ πόλις ἐςὶν, ἐπὶ κόλπῳ μὲν τῷ Ἰονίῳ &c.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem fol. 257 pag. 2 columnâ ſecundâ, *Fragmentum Martyrii S. Epimachi, à SYMEONE Metaphraſte conſcripti, & principio atque fine mutili*; quod exſtat integrum in Codice XXXIXno, num. 56. Incipit autem illud Fragmentum in hoc Codice his verbis: - - - αν πάσῃ δὲ λοιπὸν &c; pertingit autem ibidem uſque ad hæc verba: τότε τοίνυν οὐκ ἦν ἔτι ἀνεκτὸν Ἐπιμάχῳ ἡ ἐρημία - - - &c. Plura de hiſce Martyriis Sanctorum vide infrà in Codice XXXIXno.

XVI.

DECIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, & optimæ notæ in folio, conſtátque foliis *quadringentis ſeptuaginta octo*, olim ad Reverendiſſimum Dominum *Joannem Fabrum*, Epiſcopum Wiennenſem pertinuit, quo continetur *JOANNIS* Zonaræ Hiſtoria.

XVII.

DECIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ in *folio*, conſtátque foliis *ducentis viginti ſex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Eundem autem Codicem ante illum poſſedit *Arſenius, Metropolita Monembaſiæ in Peloponneſo*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 169 pag. 1, *ACTA Concilii Ferrarienſis & Florentini, Anno Chriſti 1438 & 1439 concordiæ inter Eccleſiam Occidentalem & Orientalem conſtituendæ causâ celebrati, præſente Eugenio IV Papâ, unà cum Imperatore Conſtantinopolitano Joanne Palæologo & Patriarchâ Conſtantinopolitano Joſepho, aliiſque circiter centum quadraginta uno Occidentis & Orientis Epiſcopis.* Inſcribuntur ea ibi atque incipiunt hoc modo: Πρακτικὰ τῆς ἁγίας καὶ οἰκουμενικῆς ἐν Φλωρεντίᾳ γενομένης Συνόδου. Τὴν μὲν ἀπὸ Κωνςαντινουπόλεως εἰς Ἰταλίαν περίοδον, ὡς περιττὴν οὖσαν, &c. Vide editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomum decimum tertium à colum. 5 uſque ad colum. 528: item antiquam græcam eorundem Actorum

editionem Romanam anni 1577, typis Franciſci Zaneti in folio, & recentiorem Romanam editionem græco-latinam typis Stephani Paulini duobus Tomis in quarto. Conſule inſuper (1) Acta ejuſdem Concilii, ab *Horatio Juſtiniano*, Bibliothecæ Vaticanæ Cuſtode primario collecta, & Romæ A. 1638 latinè in folio edita: quibus inter alia continentur *Diſputationes* ſeu Collationes inter Latinos & Græcos in eodem Concilio habitæ, & ab *Andreá de S. Cruce*, Patricio Romano, & Apoſtolici Conſiſtorii Advocato, in modum Dialogi cum *Ludovico Pontano* conſcriptæ; quibus, quod maximè notandum eſt, pag. *70*, *322*, & *382* inſertæ ſunt *ſex Figuræ æri inciſæ*, deſumptæ *ex valvis æneis*, juſſu *Eugenii IV Papæ* in majori portâ Baſilicæ Vaticanæ S. Petri collocatis, quibus repræſentantur *ſex diverſi actus, ad jam memorati Concilii Hiſtoriam pertinentes, & veſtitum, aliáſque varias illorum temporum circumſtantias, accuratè exhibentes*: nempe

I. Imperatoris Conſtantinopolitani *Joannis Palæologi* profectio *Conſtantinopoli Venetias*, & inde *Ferrariam* ad Concilium Oecumenicum, A. C. 1438.

II. Acceſſus ejusdem Imperatoris Conſtantinopolitani *Ferrariæ* A. 1438, die 4. Martii ad Summum Pontificem *Eugenium IV*, quem genu flexo veneratur;

III. Seſſio publica, præſentibus eodem Papâ & eodem Imperatore, *Florentiæ* habita A. 1439 d. 6 Julii, in quâ â *Juliano* Cardinale Presbytero Tituli *S. Sabinæ*, & à *Beſſarione* Archiepiſcopo Nicæno, legitur latinè & græcè Decretum Fidei ſynodicum;

IV. Diſceſſus ejusdem Imperatoris *Florentiâ Venetias*; ubi triremem ingreditur, reverſurus *Conſtantinopolim*;

V. Ingreſſus *Legatorum Æthiopicorum* in Vrbem *Romam* A. C. 1441 d. 10. Octobris; quorum primarius fuit *Andreas Abbas S. Antonii in Ægypto*;

VI. Traditio Decreti Fidei per *Eugenium IV* Papam *Romæ* in Baſilicâ *S. Joannis Lateranâ* iisdem ſuprà memoratis *Legatis Æthiopicis* Anno Chriſti 1442.

Quoniam autem Imaginum illarum exemplaria rarò inveniuntur, curavi eas diligenter delineari, & æri inciſas hic quoque inſeri. Notandus verò ibi inprimis eſt *Pileus Imperatoris Conſtantinopolitani cornutus*. Nam ejus generis, vel omninò, vel ferè, fuiſſe videtur PILEVS CORNVTVS JVDÆORVM, *Vindobonæ* ſive *Wiennæ Auſtriæ* ad differentiam *Chriſtianorum* per ludibrium uſitatus; cujus mentio exſtat Libri *ſecundi* Lambecianorum Commentariorum paginâ 66 in *Conſtitutionibus Concilii Provincialis Vindobonenſis ſive Wiennenſis* anno Chriſti 1267.

Hæ Ima-

(1) Exſtant præterea etiam *Acta ejusdem Concilii hæretica*, ſub nomine *Sylveſtri Sguropuli Magni Eccleſiarchæ*, à *Roberto Creyghtono Anglo* Hagæ Comitis in Hollandiâ græcè & latinè in folio edita. Conſule etiam de iis *R. P. Philippum Labbæum* S. J. in Synopſi Hiſtoricâ omnium Conciliorum, Pariſiis A. 1661 in quarto editâ, pag. 248, 249 & 250.

Hæ Imagines pertinent ad Codicem manuſcriptum Hiſtoricum Græcum *decimum ſeptimum*, Auguſtiſſimæ *Bibliothecæ Cæſareæ* Vindobonenſis.



Imperatoris Conſtantinopolitani IOANNIS PALÆOLOGI *profectio Conſtantinopoli Venetias, et inde Ferrariam ad Concilium Oecumenicum A.C.1438.* *Nicolaus Haidt ſculp.*



Imperatoris Conſtantinopolitani IOANNIS PALÆOLOGI *acceſſus ad Summum Pontificem* EVGENIVM IV, *quem genuflexo veneratur; Ferrariæ A.1438 d.4 Martij.* *Nicolaus Haidt ſculp.*



... publica Concilij Oecumenici, præſentibus Sum. Pontif. EVGENIO IV et Imp. Conſtantinop. IOANNE PALÆOLOGO Flor... ... Ao. 1439 à 6 Iulij; in quâ à Iuliano Card. Presb. Tit. S. Sabinæ et à Beſſarione Archiep. Nicæno Decretum Fidei ... ... et græcè lectum eſt.

Nicolaus Haudt ſculp.



Diſceſſus Imperatoris Conſtantinopolitani IOANNIS PALÆOLOGI Florentiâ Venetias; ubi triremem ingreditur, ... Conſtantinopolim.

Nicolaus Haudt ſculp.



Ingreſsus Legatorum Æthiopicorum in Vrbem Romam A.C.1441 d.10 Octobris; quorum primarius fuit Andreas Abbas S. Antonij in Ægypto.

Nicolaus Hautt ſculp.



Traditio Decreti Fidei per EVGENIVM *IV Papam Romæ in Baſilicâ S. Ioannis Lateranenſi iiſdem ſuprà memoratis Legatis Æthiopicis A.C.1442.*

Nicolaus Hautt ſculp.

Secundò, & quidem fol. 169 pag. 2, *APPENDIX prima ſuprà memoratorum Actorum Concilii Florentini*; quâ continetur *Deſcriptio ſolennitatis, quæ celebratur Florentiæ in Feſto S. Joannis Baptiſtæ*. Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Περὶ τῆς ἑορτῆς τοῦ Προδρόμου, πῶς τελεῖται παρὰ τῶν Φλωρεντίνων. Τῇ κγʹ Ἰουνίου μηνὸς ποιοῦσι λιτανείαν καὶ πάνδημον ἑορτὴν, καὶ &c.

Tertiò, & quidem à fol. 170 pag. 1, uſque ad fol. 176 pag. 2, *GEORGII Scholarii Epiſtola ad Græcos Patres Concilii Florentini de Pace, deque ferendo Patriæ auxilio*; cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου Γεωργίου τοῦ Σχολαρίου ὑπὲρ εἰρήνης καὶ βοηθείας τῇ πατρίδι παράκλησις ἐν Φλωρεντίᾳ. Τῇ θείᾳ καὶ ἱερᾷ Συνόδῳ τῆς καθ' ἡμᾶς ἁγίας Ἐκκλησίας, ἀρίστοις καὶ τιμιωτάτοις Πατράσιν, Γεώργιος ὁ Σχολάριος τὴν ὀφειλομένην εὐλάβειαν. &c. Vide editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomum XIII à colum. 543 uſque ad colum. 564.

Quartò, & quidem à fol. 176 pag. 2, uſque ad fol. 216 pag. 1, *EJUSDEM Orationes tres ad totum Concilium Florentinum*; quarum *prima, quâ demonſtrat, quòd facienda ſit unitio ſive concordia dogmatica, & non pax, quæ præſenti tantùm rerum ſtatui ſit profutura, & quænam ea ſit*, inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τὴν οἰκουμενικὴν Σύνοδον ὑπὲρ εἰρήνης, ὅτι δογματικὴν ἕνωσιν δεῖ ποιεῖν, οὐκ εἰρήνην οἰκονομικὴν, ὥς τινες βούλονται, καὶ τίς ἐστιν αὕτη. Παρακαλεῖν μὲν ἐπὶ τὴν εἰρήνην ὑμᾶς &c; *ſecundâ* agitur *de tollendis talis pacis impedimentis: tertiâ de modo talis pacis conficiendæ*. Vide ſuprà citatum editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomum decimum tertium à colum. 563 uſque ad col. 676.

Quintò, & quidem à fol. 216 pag. 1, uſque ad fol. 219 pag. 2, *NICOLAI V Papæ Epiſtola ad Conſtantinum Palæologum, ultimum Imperatorem Conſtantinopolitanum, data A. C. 1451 die 26 Septembris, & à Theodoro Gazâ ex latino in græcum ſermonem translata*; cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ Νικολάου πέμπτου Ῥώμης Ἀρχιερέως μεγίστου πρὸς Κωνσταντῖνον Βασιλέα Ῥωμαίων, ἐκ τῆς λατίνης μεθερμηνευθεῖσα φωνῆς ὑπὸ Θεοδώρου τοῦ Γαζῆ. Νικόλαος Ἐπίσκοπος, δοῦλος τῶν δούλων τοῦ Θεοῦ, τῷ προσφιλεστάτῳ ἐν Χριστῷ υἱῷ Κωνσταντίνῳ, Παλαιολόγῳ, Αὐτοκράτορι ἐπιφανεστάτῳ Ῥωμαίων, χαίρειν, καὶ ἀποστολικῆς ἀπολαύειν εὐλογίας. &c. Exſtat hæc *Epiſtola* græcè & latinè inter *Opuſcula aurea Theologica*, quorundam clariſſimorum Autorum Græcorum poſteriorum circa Proceſſionem Spiritûs Sancti, collecta, translata & edita à *Petro Arcudio Corcyræo*. Romæ typis Sacræ Congregationis de Propagandâ Fide A. 1670 in quarto, pag. 685 & deinceps. Quod porrò ad argumentum hujus Epiſtolæ attinet, adhortatur *Papa Nicolaus V Imp. Conſtantinum* piiſſimo ferventiſſimoque zelo, ut Decretum Unitionis ſive Concordiæ, in Concilio Ferrarienſi & Florentino ſub fratre ipſius *Imp. Joanne Palæologo* factum, tandem aliquando absque longiori tergiverſatione *Conſtantinopoli* & in reliquâ totâ *Græciâ* bonâ fide publicetur, & in perpetuum conſtanter obſervetur; ſi autem id non fiat, ſed ſchiſma obſtinatè continuetur, prophetico ſpiritu eidem prædicit futurum proximo biennio vel triennio Imperii Conſtantinopolitani interitum; qui etiam re verâ contigit A. C. 1453 d. 29 Maji, quo Conſtantinopolis à Muhammede II Turcarum Imperatore capta eſt.

Sextò, & quidem à fol. 220 pag. 1, uſque ad fol. 226 pag. 1, BESSARIONIS (1) *Trapezuntini*, S. R. E. *Cardinalis Epiſcopi Tuſculani, & poſt captam Conſtantinopolim à Pio II Papâ*

(1) Plura de eo vide in Appendice Libri *ſexti* Lambec. Comment. pag. 274, 275 & 276.

Papá Patriarchæ Conſtantinopolitani titulo ornati, Epiſtola exhortatoria generalis ad omnes Græcos, tàm Eccleſiaſticos quàm ſeculares, de præſtandá obedientiâ Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & de ſuſceptione Synodi Florentinæ, & de electione ſuá in Patriarcham Conſtantinopolitanum, data Viterbii ſexto Calendas Junias A. C. 1463; cujus titulus & principium: Ἐτέρα ἐπιστολὴ καθολικὴ πρὸς Γραικοὺς τοῦ σοφωτάτου κυροῦ Βησσαρίωνος, Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, Καρδιναλίου Ῥωμαίων, τοῦ κοινῶς λεγομένου Νικαίας. Βησσαρίων ἐλέῳ Θεοῦ τῆς ἱερᾶς Ῥωμαίων Ἐκκλησίας Καρδινάλης, καὶ Κωνσταντινουπόλεως νέας Ῥώμης Πατριάρχης, τοῖς τῷ Πατριαρχικῷ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως θρόνῳ ὁτῳδήποτε ὑποκειμένοις Ἀρχιερεῦσιν, Ἱερομονάχοις, Ἱερεῦσι, Μοναχοῖς τε καὶ λαϊκοῖς, ἠγαπημένοις ἐν πνεύματι ἀδελφοῖς καὶ υἱοῖς, χαίρειν, εἰρήνην καὶ εὐλογίαν ἀπὸ Θεοῦ παντοκράτορος &c. Edidit etiam hanc Epiſtolam *Petrus Arcudius Corcyræus* inter ſuprà memorata *Opuſcula Aurea Theologica* à pag. 327 uſque ad pag. 371; & quidem cum *duplici Verſione latiná*, nempe *ſuá*, & alterâ ipſiusmet *Beſſarionis*, quàm demùm poſt translationem ſuam reperit. Adjecit quoque eidem Epiſtolæ eruditas Notas à pag. 372 uſque ad pag. 398.

XVIII.

DECIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ in *folio*, principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *centum viginti ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo FLAVII *Joſephi Hiſtoria Belli Judaici à decimi tertii capitis Libri primi his verbis* περιόμβρος ἀπαντας διώκει, *uſque ad capitis ſeptimi Libri ſeptimi hæc verba*, τῷ Καίσαρι θαυμασιώτερον, οὔτε τις. Vide Operum *Flavii Joſephi* editionem græco-latinam Genevenſem Roverianam pag. 739 & 947.

XIX.

DECIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus quidem, ſed valdè mendoſus, in *folio*, conſtátque nunc foliis *centum ſexaginta quatuor*, paginatim in binas columnas diviſis, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 33 pag. 2, (1) LEONTII *Neapoleos*, ſive, ut in hoc Codice MSto Cæſareo legitur, *Hagiapoleos in Inſulá Cypro Epiſcopi*, qui circa (2) annum Chriſti 620 vel potiùs 630, obiit, *Hiſtoria Vitæ S. Symeonis Abbatis*, cognomine *Sali*, hoc eſt, *Stulti*; qui, ut in *Martyrologio Romano* die primo Julii de eo légitur, *ſtultus propter Chriſtum factus eſt: ſed altam ejus ſapientiam Deus magnis miraculis declaravit.* Inſcribitur atque incipit ea Hiſtoria in præſenti Codice manuſcripto Cæſareo his verbis: Βίος καὶ πολιτεία τοῦ Ἀββᾶ Συμεὼν τοῦ διὰ Χριστὸν ἐπονομασθέντος Σαλοῦ, συγγραφεὶς ὑπὸ Λεοντίου τοῦ μακαριωτάτου καὶ ὁσιωτάτου Ἐπισκόπου τῆς ἉΓΙΑΣ ΠΟΛΕΩΣ. Οἱ τὸ διδασκαλικὸν πρὸς ἀλλήλους σπεύδοντες μεταδιώκειν ἀξίωμα, &c.

(1) Vide R. P. *Philippum Labbeum* S. J. de Scriptoribus Eccleſiaſticis lit. L. (2) Vide RR. PP. *Bollandum* & *Henſchenium* S. J. Tomo II. Sanctorum menſis Januarii pag. 496, d. 23 Januarii in Prolegomenis ad Vitam *S. Joannis Eleemoſynarii*, Patriarchæ Alexandrini in Ægypto, ab eodem *Leontio* conſcriptam; ubi de illo multa obſervatu digniſſima invenies.

Exſtat hæc Vita apud R. P. *Laurentium Surium* Tomo quarto de probatis Sanctorum Hiſtoriis d. 1 Julii; ſed tantùm *latinè*.

Secundò, & quidem à fol. 34 pag. 1, uſque ad fol. 164 pag. 2, *Hiſtoria Martyrii trium puerorum ac fratrum Alphei, Philadelphi & Quirini*; qui primò martyrium ſuſtinuerunt *Romæ*, deinde autem *Puteolis*; ac tandem ad *Tertullum* miſſi in *Siciliam*, *Leontii* illud conſummârunt ſub *Imp. Valeriano*. Ipſa illa verba græca, quibus ea Martyrii Hiſtoria in hoc Codice manuſcripto Cæſareo inſcribitur atque incipit, ſunt hæc: Μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων τριῶν παίδων, Ἀλφείου, Φιλαδέλφου, καὶ Κυρίνου, μαρτυρησάντων πρῶτον μὲν ἐν Ῥώμῃ, δεύτερον δὲ ἀνακομισθέντων ἐν Ποτιόλοις, τὸ δὲ τρίτον πεμφθέντων πρὸς Τέρτυλον ἐν τῇ Λεοντίνων (1) μεσοπόλει τῆς Σικελῶν ἐπαρχίας, ὑπὸ τοῦ ἀθέου καὶ αἱμοβόρου Οὐαλεριανοῦ, κἀκεῖσε τελειωθέντων ὑπ᾽ αὐτοῦ. &c. Celebratur eorundem Sanctorum Martyrum memoria, ut in *Menæis Græcorum*, ita etiam in *Martyrologio Romano* d. 10 Maji.

XX.

VIGESIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ in *folio*, conſtàtque foliis *trecentis triginta ſex*, & eſt unus ex illis *Joannis Sambuci* libris, quos à reliquâ ipſius Bibliothecâ avulſos, *Sebaſtianus Tegnagelius* redemit, & *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ* legavit. Continentur eo celeberrimi Hiſtorici *FLAVII Joſephi Judæi*, *Hieroſolymitani Sacerdotis*, *ſectâ Phariſæi*, qui (2) anno primo *Imp. Caji Caligulæ*, ſive anno Æræ Chriſtianæ vulgaris 37 vel 38 natus, ſexageſimo autem octavo jam memoratæ Æræ Chriſtianæ anno à Romanis in Bello Judaico in Caſtro *Jotapatâ* captus, cùmque *Veſpaſiano* mortem *Imp. Neronis* atque Imperium prædixiſſet, Romam ductus, ibique perbenignè ac perhonorificè habitus eſt,) *Antiquitatum Judaicarum, viginti Libris comprehenſarum*, quas (3) decimo tertio Imperii *Domitiani* anno, ſive anno Æræ Chriſtianæ vulgaris nonageſimo tertio vel nonageſimo quarto, abſolvit, *Libri decem priores, cum Periochis Capitum cujuſque Libri, & accuratâ ſupputatione temporis.* Principium ejus Codicis ita ſe habet: ΤΑ'ΔΕ ἘΝΕΣΤΙΝ ἘΝ ΤΗ͂Ι ΠΡΩ'ΤΗΙ ΤΩ͂Ν ἸΩΣΗ'ΠΟΥ ἹΣΤΟΡΙΩ͂Ν ΤΗ͂Σ ἸΟΥΔΑΪΚΗ͂Σ ἈΡΧΑΙΟΛΟΓΙ'ΑΣ. ΠΡΟΟΙ'ΜΙΟΝ ΠΕΡΙ' ΤΗ͂Σ ὍΛΗΣ ΠΡΑΓΜΑΤΕΙ'ΑΣ. Α'. Ἡ τοῦ κόσμου σύστασις καὶ διάταξις τῶν στοιχείων. Β'. Περὶ τοῦ γένους Ἀδάμου, &c. Finito *Indice Capitum*, novus ſequitur hic titulus: ἸΩΣΗ'ΠΟΥ ἸΟΥΔΑΙΚΗ͂Σ ἈΡΧΑΙΟΛΟΓΙ'ΑΣ ΒΙΒΛΙ'ΟΝ ΠΡΩ͂ΤΟΝ. ΠΡΟΟΙ'ΜΙΟΝ ΠΕΡΙ' ΤΗ͂Σ ὍΛΗΣ ΠΡΑΓΜΑΤΕΙ'ΑΣ. Τοῖς τὰς ἱστορίας συγγράφειν βουλομένοις, &c. *Primus* hic Liber *novendecim* conſtat Capitibus, ita ut *Proœmium* non habeatur pro *primo Capite*. Suffragatur ergò hâc in re Codex hic manuſcriptus editioni latinæ Baſileenſi anni 1548. Nam in græcâ editione anni 1544, & in editione græco-latinâ Genevenſi Petri de la Roviere anni 1611, Proœmium eſt Caput primum; uti & in editione latinâ Baſileenſi anni 1567. Notatu quoque dignum eſt, Indicem Capitum, uti in impreſſis editionibus, ita etiam

(1) Ita ibi perperàm ſcriptum eſt pro μητροπόλει. (2) Vide ipſum *Joſephum* in principio Libri de Vitâ ſuâ. Cœpit autem *Cajus Caligula* imperare anno Æræ Chriſtianæ vulgaris 37 d. 16 Martii. (3) Vide *Photii* Patriarchæ CPni Bibliothecam Librorum à ſe lectorum in fine Recenſionis Codicis LXXVIti, & ipſum *Joſephum* in fine Libri vigeſimi Antiquitatum Judaicarum. Cœpit autem *Imp. Domitianus* imperare anno Æræ Chriſtianæ vulgaris 81 d. 13 Septembris.

etiam in hoc Codice manuſcripto cuique Libro præmitti; in ipſo autem contextu nullum diviſionis Librorum in Capita exſtare indicium. Hinc enim elucet, diviſionis iſtius autorem non eſſe ipſum *Flavium Joſephum*, ſed ſingulos Libros continenti ſcripturâ initio comprehenſos fuiſſe. Pertinuit olim præſtantiſſimus hic Codex, priuſquam eum Joannes Sambucus emeret, primùm quidem ad *Monaſterium Conſtantinopolitanum S. Georgii Martyris* in *Manganis*, (1) loco Urbis Conſtantinopolitanæ, qui inſtrumentis bellicis, & materiis mechanicis aſſervandis inſerviit: deinde autem venit in manus cujuſdam *Dionyſii Zacynthii*, cujus pater illum ſibi comparaverat *Conſtantinopoli* anno Chriſti *1581*, die 11 Maji.

XXI.

VIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, & bonæ notæ in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis quadraginta*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 94 pag. 2, S. CLEMENTIS, Primi ejus nominis Pontificis Romani, ſuppoſititia *Epitome de Geſtis S. Petri, Apoſtolorum Principis, cum insertâ Vitâ ipſius S. Clementis, & ſubjunctâ ejuſdem Vitæ Continuatione*. Inſcribitur atque incipit ea ibi his verbis: Βίος τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Κλήμεντος Ἐπισκόπου Ῥώμης, μαθητοῦ τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου Πέτρου. Κλήμης Ἰακώβῳ τῷ Κυρίῳ καὶ Ἐπισκόπῳ καὶ Ἐπισκόπων Ἐπισκόπῳ, διέποντι δὲ τὴν ἐν Ἱερουσαλὴμ ἁγίαν τῶν Χριστιανῶν ἐκκλησίαν, καὶ τὰς πανταχῆ &c. Plura de eâdem *Clementinâ Epitome* vide ſuprà in recenſione Codicis XImi, num. 7.

Secundò, & quidem à fol. 50 pag. 1, uſque ad fol. 67 pag. 2, *Martyrium S. Irenæ*; cujus titulus & principium: (2) Μηνὶ Μαΐῳ ε. Μαρτύριον τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου Μάρτυρος Εἰρήνης. Κατὰ τοὺς περιλαβόντας χρόνους ὑπῆρχεν Βασιλεὺς ὀνόματι Λικίνιος, &c. Vide *Menæa Græcorum* eodem die quinto Maji.

Tertiò, & quidem à fol. 67 pag. 2, uſque ad fol. 81 pag. 2, *Martyrium Sanctæ Febroniæ Virginis & Martyris, conſcriptum à* (3) *THOMAIDE, Virgine Sanctimoniale, ſynchronâ & præſente*: cujus titulus & principium: (4) Μηνὶ Ἰουνίῳ κε. Μαρτύριον τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου Μάρτυρος Φεβρωνίας. Ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Διοκλητιανοῦ τοῦ Βασιλέως Ἄνθιμος ὁ Ἔπαρχος ἀῤῥωστίᾳ κατακείμενος, &c. In fine autem eſt illud ibi unico folio mutilum. Exſtat idem S. *Februniæ* Martyrium apud *Surium*, ſed tantùm *latinè*, & refertur perperàm ad diem (5) *decimum quintum* Junii.

Quartò, & quidem à fol. 83 pag. 1, uſque ad fol. 88 pag. 1, SYMEONIS *Metaphraſtæ Narratio Miraculi, à S. Michaële Archangelo Chonis ſive Coloſſis in Phrygiâ editi*, pertinens ad diem ſextum Septembris, atque incipiens his verbis: Καὶ τὸ περὶ τῶν ἄλλων ἁγίων διεξιέναι, καὶ διὰ μνήμης τὰ ἐκείνων ποιεῖν, &c. Plura de eâdem Narratione vide infrà in recenſione Codicis XXXIXni, num. 7.

Quintò, & quidem à fol. 88 pag. 1, uſque ad fol. 94 pag. 2, ANDREÆ *Archiepiſcopi Cretenſis Oratio in Nativitatem Sanctiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus titulus &

(1) Vide *Georgii Codini* Librum de Ædificiis Conſtantinopolitanis pag. 38, & *Petri Gyllii* Topographiam Conſtantinopoleos lib. 2, cap. 6. (2) Menſis Maji die quinto. (3) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 86. (4) Menſis Junii die vigeſimo quinto. Vide etiam *Menæa Græcorum* & *Martyrologium Romanum* eodem die. (5) Corrigendum ergo etiam eſt *Ger. Joan. Voſſii* Opus de Hiſtoricis Græcis lib. 3. pag. 419, ubi idem *Surii* error repetitur.

principium : (1) Μηνὶ τῷ αὐτῷ η'. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀνδρέου Ἀρχιεπισκόπου Κρήτης, τοῦ Ἱεροσολυμίτου, εἰς τὸ Γενέσιον τῆς ἁγίας ὑπερενδόξου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας. Ἀρχὴ μὲν ἡμῖν ἑορτῶν ἡ παροῦσα πανήγυρις· πρώτη δὲ &c. Vide Operum ejus editionem græco-latinam Pariſinam Combefiſianam A. 1644 in folio, pag. 1 & deinceps.

Sextò, & quidem à fol. 94 pag. 2, uſque ad fol. 103 pag. 2, *EJUSDEM Archiepiſcopi Cretenſis Oratio in Exaltationem Sanctæ Crucis*; cujus titulus & principium : (2) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιδ'. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀνδρέου Ἀρχιεπισκόπου Κρήτης, τοῦ Ἱεροσολυμίτου, εἰς τὴν παγκόσμιον Ὕψωσιν τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ Σταυροῦ. &c. Exſtat hæc Oratio græcè & latinè in ſuprà citatâ Operum *Andreæ Cretenſis* editione Pariſinâ Combefiſianâ à pag. 96 uſque ad pag. 114; ſed ibi ea perperàm diviſa eſt in *duas Orationes*. Non ſolùm enim ex præſtantiſſimo hoc Codice manuſcripto *Cæſareo*, verùm etiam ex ipſo verborum ſenſu ſatis clarè patet, *unam* illam atque eandem Orationem eſſe.

Septimò, & quidem à fol. 104 pag. 1, uſque ad fol. 116 pag. 2, SYMEONIS *Metaphraſtæ Narratio Vitæ, Rerum geſtarum & Miraculorum S. Nicolai, Myrenſis in Lyciâ Epiſcopi*, pertinens ad diem ſextum Decembris, atque incipiens his verbis : Σοφὸν τι χρῆμα ζωγράφων χεὶρ, &c. Plura de eâdem S. *Nicolai* Vitâ vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 122.

Octavò, & quidem à fol. 117 pag. 1, uſque ad fol. 120 pag. 1, *EJUSDEM Martyrium S. Nicetæ Gotthi*, pertinens ad diem decimum quintum Septembris, atque incipiens his verbis : Νικητικοὺς ἀγῶνας τοῦ μάρτυρος Νικήτα πανηγυρίζομεν σήμερον· &c. Plura de hoc Martyrio vide infrà in recenſione Codicis LVIImi, num. 17.

Nonò, & quidem à fol. 121 pag. 1, uſque ad fol. 130 pag. 2, *EJUSDEM Martyrium S. Euphemiæ Virginis*, pertinens ad diem decimum ſextum Septembris, atque incipiens his verbis : Διοκλητιανοῦ τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα διέποντος, Πρίσκου τε περὶ τὴν Ἀσίαν ἀνθυπατεύοντος &c. Plura de eodem Martyrio vide infrà in recenſione Codicis LVIImi, num. 18.

Decimò, & quidem à fol. 131 pag. 1, uſque ad fol. 240 pag. 2, *Hiſtoria de Sanctis Barlaamo Eremitâ & (3) Joaſapho Rege Indiæ*, qui vulgò perperàm *Joſaphat* appellatur, conſcripta & *Hieroſolymam* allata à JOANNE *Damaſceno*. Inſcribitur ibi ea Hiſtoria atque incipit hoc modo : Ο᾽ ΒΑΡΛΑΑ΄Μ. Ἱστορία ψυχωφελὴς ἐκ τῆς ἐνδοτέρας τῶν Αἰθιόπων χώρας, τῆς Ἰνδῶν λεγομένης, πρὸς τὴν ἁγίαν πόλιν μετενεχθεῖσα διὰ Ἰωάννου Μοναχοῦ, ἀνδρὸς τιμίου καὶ ἐναρέτου μονῆς τοῦ ἁγίου Σάβα· ἐν ᾗ ὁ βίος Βαρλαὰμ καὶ Ἰωάσαφ τῶν ἀοιδίμων καὶ μακαρίων Πατέρων. &c. Exſtat quidem hæc *Hiſtoria* inter Opera S. *Joannis Damaſceni* à *Jacobo Billio* Pariſiis A. C. 1619 in folio edita, pag. 828 uſque ad pag. 911, ſed tantùm *latinè*. Plura de *Autore* & *Veritate* hujus Hiſtoriæ vide Lib. VIII. *Comment. Lambec.* pag. 290 & ſeqq.

VIGESI-

(1) Nempe Menſis Septembris die octavo. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die. (2) Nempe menſis Septembris die decimo quarto. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die. (3) Sic enim is, nempe Ἰωάσαφ, conſtanter appellatur in omnibus iſtius Hiſtoriæ antiquis Codicibus manuſcriptis Græcis, qui adſervantur in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ*; ut & in *Menæis Græcorum* die vigeſimo ſexto Auguſti.

XXII.

VIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *folio*, principio mutilus, & in fine partim à blattis ac tineis eroſus, partim aquâ marinâ adeò perfuſus, ut minùs ſit legibilis, conſtátque nunc foliis *trecentis ſeptendecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo FLAVII JOSEPHI *Antiquitatum Judaicarum Libri viginti*, ob magnam *variantium lectionum* diverſitatem collatu & conſideratu digniſſimi, incipiuntque ibi ab his *Capitis decimi quarti Libri primi* verbis : - - - (1) Μώριον ὄρος ἀναγαγόντα ὁλοκαυτῆσαι. οὕτως μὲν &c. Libro *decimo octavo* earundem Antiquitatum, & quidem folio hujus Codicis ducenteſimo quinquageſimo quarto, exſtat celeberrimum illud, & omnibus in Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ vel mediocriter verſatis notiſſimum, *Joſephi Teſtimonium de Chriſto* his verbis : Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ΙΗΣΟΥΣ, σοφὸς ἀνὴρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή· ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής· διδάσκαλος ἀνθρώπων, τῶν σὺν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων· καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ τοῦ ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο. ὁ ΧΡΙΣΤΟΣ οὗτος ἦν. &c. Hoc eſt, *Sigiſmundo Gelenio* interprete : *Eodem tempore fuit JESUS, Vir ſapiens, ſi tamen Virum eum fas eſt dicere. Erat enim mirabilium operum patrator, & doctor eorum, qui libenter vera ſuſcipiunt; plurimosque tàm de Judæis, quàm de Gentibus ſectatores habuit. CHRISTUS hic erat.* &c. Genuinitatem hujus Teſtimonii manifeſtiſſimè demonſtrant *omnes antiqui Codices manuſcripti Græci incorrupti*, qui ubique terrarum etiamnunc exſtant, & ſine ullo dubio ſucceſſivâ deſcriptione promanârunt ex vetuſtiſſimis illis Codicibus manuſcriptis, quibus olim *Euſebius Pamphili*, *S. Hieronymus*, *Iſidorus Peluſiota*, *Hermias Sozomenus*, *Anonymus antiquus Antiquitatum Judaicarum Interpres latinus*, & *Suidas* uſi ſunt. Et quamvis Teſtimonium illud de CHRISTO malignâ & malitioſâ affectione Judaicâ ſcriptum ſit, ſummo tamen jure in *Joſephi* Operibus pro pretioſiſſimâ & vix æſtimabili gemmâ id habendum eſt, quia per illud Sacrorum Bibliorum Novi Teſtamenti veritas ac genuitas etiam hoſtili atteſtatione confirmatur. Prolixam de hoc *Joſephi* Teſtimonio Diſſertationem vide Lib. VIII. Comment. Lambec. pag. 5, 6, & ſeqq.

XXIII.

VIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis triginta ſex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo PAUSANIÆ *Cappadocis Cæſareenſis*, qui ſub Imperatoribus *Hadriano*, *Antonino Pio*, & *Antonino Philoſopho* vixit ac floruit, Περιήγησις Ἑλλάδος, ſive, *Deſcriptio Græciæ*, *diviſa in Libros decem*; quorum primus, cujus titulus & principium : Παυσανίου Ἑλλάδος Περιήγησις. Τῆς ἠπείρου τῆς Ἑλληνικῆς κατὰ νήσους τὰς Κυκλάδας καὶ πέλαγος τὸ Αἰγαῖον ἄκρα Σούνιον πρόκειται γῆς τῆς Ἀττικῆς, &c, continet Ἀττικὰ, ſive *Deſcriptionem Regionis Atticæ*; ſecundus Κορινθιακὰ, ſive *Deſcriptionem Regionis Corinthiacæ*; tertius Λακωνικὰ, ſive *Deſcriptionem Regionis Laconicæ*; quartus Μεσσηνιακὰ, ſive *Deſcriptionem Meſſeniæ*; quintus

(1) Vide Operum *Flavii Joſephi* editionem græco-latinam Genevenſem Petri de la Roviere pag. 22.

quintus & ſextus Ἠλιακῶν α΄ καὶ β΄, ſive, *Deſcriptionis Elidis*, ſeu *Regionis Eliacæ*, *Librum primum & ſecundum*; ſeptimus Ἀχαϊκά, ſive, *Deſcriptionem Achaïæ ſeu Regionis Achæorum*; octavus Ἀρκαδικά, ſive, *Deſcriptionem Arcadiæ*; nonus Βοιωτικά, ſive, *Deſcriptionem Bœotiæ*; decimus Φωκικὰ καὶ χώραν Λοκρῶν τῶν Ὀζολῶν, ſive, *Deſcriptionem Phocidis ſeu Regionis Phocenſium, & Deſcriptionem Ozolidis, ſeu Regionis Locrorum Ozolarum*. Optima jam memorati Operis ejus editio impreſſa eſt *græco-latina* illa Hanovienſis Wecheliana anni 1613 in folio cum doctiſſimâ verſione *Romuli Amaſæi*, & eruditiſſimis Annotationibus *Guilielmi Xylandri Auguſtani* & *Friderici Sylburgii Veterenſis*.

XXIV.

VIGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ in *folio*, conſtátque foliis *ſeptingentis quinquaginta octo*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 11 pag. 1, *Expoſitio nova, quomodo Patriarcha Conſtantinopolitanus ſcribat ad Papam & reliquos Patriarchas, Archiepiſcopos & Metropolitas, nec non ad Reges & alios ſecularibus Dignitatibus præditos; & quomodo iidem viciſſim ſcribant ad Patriarcham Conſtantinopolitanum & alios: ſimul etiam quem ordinem ſive locum teneant Metropoles, quæ Patriarchali Throno Conſtantinopolitano ſubjectæ ſunt; conſcripta anno Mundi ſecundùm Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſupputationem ſexies milleſimo octingenteſimo nonageſimo quinto, ſive anno Chriſti milleſimo trecenteſimo octogeſimo ſeptimo, die primo Septembris, ineunte Indictione decimâ; cùm jam Conſtantinopoli, poſt Imp. Joannis Cantacuzeni* (1) *depoſitionem, imperaret Joannes Palæologus, vulgò Calo-Joannes dictus, Romæ autem Pontificatum obtineret Urbanus VI, qui ſedit à d. 7. vel 8 Aprilis A. 1378 uſque ad d. 15. Octobris A. 1389, quo obiit.* Expoſitionis iſtius titulus græcus cum principio eſt talis: Ἔκθεσις νέα, ὅπως γράφει νῦν ὁ Κωνσταντινουπόλεως Πατριάρχης τῷ Πάπᾳ καὶ τοῖς λοιποῖς Πατριάρχαις καὶ Ἀρχιεπισκόποις, ναὶ μὴν καὶ τοῖς Μητροπολίταις, καὶ Βασιλεῦσι, καὶ τοῖς κοσμικὰς ἀρχὰς διϊθύνουσι· ὅπως τε νῦν ἔχουσι τάξεως οἱ ὑποκείμενοι Θρόνοι τῷ Πατριάρχῃ Κωνσταντινουπόλεως· καὶ ποῖαι Ἀρχιεπισκοπαὶ καὶ Ἐπισκοπαὶ ἐτιμήθησαν εἰς Μητροπόλεις· &c. Exſtat quidem eadem literarum ſcribendarum *Expoſitio græcè & latinè* in R. P. *Jacobi Goar* Ord. Prædicat. Appendice ad *Georgii Codini Curopalatæ* Librum de Officiis & Officialibus Aulæ & Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ in Magno Corpore Hiſtoriæ Byzantinæ Pariſino in folio, à pag. 410 uſque ad pag. 419; diſcrepat tamen ea editio impreſſa multipliciter & non mediocriter à præſenti Codice manuſcripto *Cæſareo*, ut aliquatenùs ex ipſo jam exhibito titulo & principio videre eſt.

Secundò, & quidem à fol. 11 pag. 1, uſque ad fol. 13 pag. 2, *Expoſitio Imp.* ANDRONICI PALÆOLOGI *Senioris, quem ordinem ſive locum tunc tenuerint Metropoles, Patriarchali Throno Conſtantinopolitano ſubjectæ.* Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Ἔκθεσις νεωτέρα ἐπὶ τῆς βασιλείας τυπωθεῖσα τοῦ Βασιλέως Κυροῦ Ἀνδρονίκου Παλαιολόγου τοῦ Γέροντος, ὅπως νῦν ἔχουσι τάξεως αἱ ὑποκείμεναι Μητροπόλεις τῷ Πατριαρχικῷ Θρόνῳ τῆς Κωνσταντινουπόλεως. Α΄, Ὁ Καισαρείας· β΄, Ὁ Ἐφέσου· γ΄, Ὁ Ἡρακλείας· δ΄, Ὁ Ἀγκύρας· ε΄, Ὁ Κυζίκου· ς΄, Ὁ Σάρδεων· ζ΄, Ὁ Νικομηδείας· η΄, Ὁ Νικαίας· &c. Exſtat quidem etiam hæc *Expoſitio græcè & latinè* in ſuprà memoratâ R. P.

Goar

(1) Contigit ea depoſitio A. C. 1355.

Goar Appendice ad *Georgii Codini* Librum de Officiis Aulæ & Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ à pag. 400 uſque ad pag. 405; ſed valdè diſcrepanter, ut ſatis apparet ex ſolo jam exhibito titulo & principio.

Tertiò, & quidem fol. 13 pag. 2, & fol. 14 pag. 1, *Recenſio Chronologica Regum Hebræorum, ſimul & Prophetarum, qui ſub iis floruerunt.* Incipit ea his verbis: Α', Σαοὺλ, φυλῆς Βενιαμὶν, ἔτη μ'. β', Δαβὶδ, φυλῆς Ἰούδα, &c.

Quartò, & quidem à fol. 14 pag. 1, uſque ad fol. 22 pag. 2, *Ecloge Legis, à Deo per Moyſen Iſraelitis datæ, diviſa in Capita quinquaginta*; cujus titulus & principium: Ἐκλογὴ τοῦ παρὰ Θεοῦ διὰ Μωσέως δοθέντος νόμου τοῖς Ἰσραηλίταις, ἐν κεφαλαίοις πεντήκοντα. Περὶ κρίματος καὶ δικαιοσύνης, κεφάλαιον α'. Τῆς Ἐξόδου καὶ τοῦ Δευτερονομίου κεφ. ξγ'. Οὐ παραλήψῃ ἀκοὴν ματαίαν· &c. Eandem *Eclogen* edidit primus *græcè & latinè* cum eruditis notis doctiſſimus *Joannes Baptiſta Cotelerius* ex Còdice quodam manuſcripto *Bibliothecæ Regiæ Pariſinæ* in Tomo primo Monumentorum Eccleſiæ Græcæ à pag. 1 uſque ad pag. 27, & à col. 713 uſque ad col. 717,

Quintò, & quidem à fol. 23 pag. 1, uſque ad fol. 27 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Recenſio Chronologica Regum Aſſyriorum, Perſarum, & Ægyptiorum; ſimul etiam Imperatorum Romanorum ethnicorum & Chriſtianorum uſque ad Imp. Conſtantinopolitanum Joannem Palæologum, vulgò dictum Calo-Joannem, qui A. C. 1391 obiit: item Patriarcharum Conſtantinopolitanorum, Summorum Pontificum Romanorum, Patriarcharum Alexandrinorum, Patriarcharum Antiochenorum, & Patriarcharum Hieroſolymitanorum.*

Sextò, & quidem à fol. 27 pag. 2, uſque ad fol. 30 pag. 1, *MATTHÆI Hieromonachi Carmina duo verſibus politicis de Officiis Magnæ Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ.* Utrumque illud Carmen edidit quidem *græcè & latinè* ex Codice quodam manuſcripto Bibliothecæ Eminentiſſimi Cardinalis *Mazarini* R. P. *Jacobus Goar* Ord. Præd. in Notis ſuis ad *Georgii Codini* Librum de Officiis Magnæ Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ pag, 8, & pag. 38, 39, 40; ſed culpâ Codicis, quo ipſe uſus eſt, mendosè ac mutilè. Plura vide Lib. VIII. Comment. Lambec. pag. 469, 470.

Septimò, & quidem à fol. 30 pag. 2, uſque ad fol. 33 pag. 2, *ex* ANONYMI *cujuſdam Chronographi Opere Hiſtorico Excerpta à creatione Mundi uſque ad mortem Joſuæ*; quorum titulus & principium: Ἐκ τοῦ Χρονογράφου. Ὅτι ἐν τῷ Μαρτίῳ μηνὶ ἤως ἐν τῷ ἔαρι ἔκτισεν τὸ πᾶν τόδε ὑπὸ τοῦ Δημιουργοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ, καὶ μᾶλλον ἐν τῇ κε' τούτου τοῦ μηνὸς ἐδημιουργήθη τὸ κοσμικὸν φῶς. &c. Huc ſeparatim in fine accedit *Recenſio miraculorum, quæ excidium Urbis Hieroſolymitanæ per Titum Imp. Veſpaſiani filium anteceſſerunt.*

Octavò, & quidem à fol. 33 pag. 2, uſque ad fol. 42 pag. 1, JOANNIS ZONARÆ *Monachi, qui anteà Magnus Drungarius Vigiliæ & Protoſecretarius fuerat, Oratio ad eos, qui naturalem ſeminis fluxum immunditiem eſſe exiſtimant, & eos, qui illud patiuntur, non ſolum ſacrâ Divinorum Myſteriorum participatione frui prohibent, verùm etiam ob eandem cauſam ne ſacras quidem Imagines attingere permittunt.* Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Ἰωάννου Μοναχοῦ τοῦ Ζωναρᾶ, τοῦ γεγονότος Μεγάλου Δρουγγαρίου τῆς Βίγλης καὶ Πρωτοασηκρῆτις, Λόγος πρὸς τοὺς τὴν φυσικὴν τῆς γονῆς ἐκροὴν μίασμα ἡγουμένους, καὶ κωλύονται τοὺς παθόντας σπέρματος ἔκκρισιν, οὐ μόνον τῆς ἁγίας τῶν θείων μυστηρίων με-

τέχειν μεταλήψεως, ἀλλὰ μηδὲ τῶν θείων θίγειν εἰκόνων διὰ τὴν αὐτὴν αἰτίαν. &c. Vide *Joan. Leunclavii* & *Marquardi Freheri* Jus Græco-Romanum, ubi eadem *Zonaræ* Oratio exſtat græcè & latinè Tom. I pag. 351 & deinceps.

Nonò, & quidem à fol. 42 pag. 1, uſque ad fol. 44 pag. 1, ANASTASII *Patriarchæ Antiocheni*, & CYRILLI *Patriarchæ Alexandrini Expoſitio compendiaria Fidei orthodoxæ*; cujus titulus & principium: Ἀναςασίου Πατριάρχου Θεουπόλεως καὶ Κυρίλλου Ἀλεξανδρείας Ἔκθεσις σύντομος τῆς ὀρθοδόξου πίστεως. Ποίας θρησκείας εἶ ἄνθρωπε; Χριστιανός εἰμι· &c.

Decimò, & quidem à fol. 45 pag. 1, uſque ad fol. 264 pag. 1, *MATTHÆI Blaſtaris Hieromonachi Syntagma Juris Canonici, ſive omnium Argumentorum ſeu Materiarum, ſacris Canonibus comprehenſarum, compoſitum ordine alphabetico, & inſignitum hoc titulo:* Σύνταγμα κατὰ στοιχεῖον τῶν ἐμπεριειλημμένων ἁπασῶν ὑποθέσεων τοῖς ἱεροῖς καὶ θείοις κανόσι, πονηθέν τε ἅμα καὶ συνταχθὲν τῷ ἐν Ἱερομονάχοις κυρῷ ΜΑΤΘΑΙΏ. Incipit deinde Protheoria ſive Præfatio, quâ finitâ ſequitur *Hiſtoria ſuccincta omnium Conciliorum, aliarúmque nonnullarum Notitiarum, ad Jus Canonicum pertinentium*, &c. Huic *Hiſtoriæ Synodali* ſubjungitur porrò *Index omnium Capitum totius Syntagmatis Canonici alphabetici*. Plura de eodem Syntagmate vide in R. P. *Philippi Labbæi* S. J. Novâ Bibliothecâ Manuſcriptorum Librorum, Pariſiis apud Joannem Hænault A. 1653 in 4to editâ, pag. 130, & nonnullis aliis locis, pag. 481 in Indice notatis.

Undecimò, & quidem à fol. 265 pag. 1, uſque ad fol. 270 pag. 1, *EJUSDEM Synopſis Nomocanonis S. Joannis Neſteutæ ſive Jejunatoris, Patriarchæ Conſtantinopolitani*; quæ inſcribitur atque incipit hoc modo: Κανονικὸν τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Νηστευτοῦ. Ἥμαψε πρὸς Σύνοψιν ΜΑΤΘΑΙΟΣ ταῦτα. Πρόλογος. Ἀλλὰ γὰρ κατὰ τὸν Νηστευτὴν θεῖον Ἰωάννην, &c.

Duodecimò, & quidem fol. 270 pag. 1 & 2, *NICETÆ Metropolitæ Heracleæ Reſponſiones ad Interrogationes cujuſdam Epiſcopi Conſtantini*; quorum titulus & principium: Τοῦ μακαριωτάτου Μητροπολίτου Ἡρακλείας Νικήτα ἀποκρίσεις πρός τινα Κωνσταντῖνον Ἐπίσκοπον περὶ ὧν ἠρωτήθη, κεφάλαια θ'. Κεφάλαιον ά περὶ διγάμων. Ἡ μὲν ἀκρίβεια τοῦ διγάμους οὐκ εἴωθε στεφανοῦν· ἡ δὲ &c. Vide Jus Græco-Romanum, à *Joanne Leunclavio* & *Marquardo Frebero* editum, Tom. I. pag. 310.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 271 pag. 1, uſque ad fol. 272 pag. 2, S. *NICEPHORI, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Canones triginta ſex, ex Eccleſiaſticis ipſius Conſtitutionibus deſumpti*; quorum titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Νικηφόρου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ Ὁμολογητοῦ, Κανόνες ἐκ τῶν ἐκκλησιαστικῶν αὐτοῦ συντάξεων, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἁγίων Πατέρων. Κανὼν ά· Ἐὰν κατὰ ἄγνοιαν πλυθῇ ἀντιμίνσιον, &c. Vide *Joannis Meurſii* Gloſſarium Græco-barbarum in explicatione vocis Ἀντιμίνσιον.

Decimo quartò, & quidem à fol. 272 pag. 2, uſque ad fol. 278 pag. 1, ex *JOANNIS Epiſcopi Citri Reſponſis Canonicis ad Epiſcopum Dyrrachii Conſtantinum Cabaſilam Capita triginta duo, collecta & diſpoſita à Matthæo Hieromonacho*; quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν ἀποκρίσεων Ἰωάννου τοῦ ἱερωτάτου Ἐπισκόπου (1) Κίτρους πρὸς τὸν ἱερώτατον Ἐπίσκοπον Δυρραχίου τὸν Καβάσιλαν κεφάλαια λβ'. ΜΑΤΘΑΙΟΣ ἔγνω ταυτὶ συντεταχέναι. Κεφάλαιον ά. Τὰ ἀντιμίνσια τῆς ἁγιαστικῆς μετάχοντα δυνάμεως &c.

Decimo

(1) Ita ibi conſtanter ſcriptum eſt; nempe Κίτρους, non autem Κίτρου, ut in Jure Græco-Romano.

Decimo quintò, & quidem à fol. 278 pag. 1, uſque ad fol. 288 pag. 2, *Interrogationes quorundam Monachorum, extra urbem ſpiritualiter ſe exercentium, & Reſponſiones iis datæ à Sanctâ Conſtantinopolitanâ Synodo tempore Sanctiſſimi Patriarchæ Nicolai, ſub Imp. Alexio Comneno*; quorum titulus & principium: Ἐρωτήσεις τινῶν Μοναχῶν ἔξω τῆς πόλεως ἀσκουμένων, καὶ ἀποκρίσεις ἐπ᾽ αὐταῖς γινόμεναι παρὰ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἁγίας Συνόδου, ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τοῦ ἁγιωτάτου κυροῦ Νικολάου, βασιλεύοντος τοῦ ἀοιδίμου Βασιλέως κυροῦ Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ. Ἐρώτησις ά. Εἰ χρὴ μοναχὸν εἰσιέναι εἰς τὸ ἅγιον θυσιαστήριον· κωλύει γὰρ τοῦτο &c. Vide *Theodori Balſamonis, Patriarchæ Antiocheni*, Syntagma Canonum, cum ipſius Commentariis Lutetiæ Pariſiorum typis Regiis A. 1620 græcè & latinè in folio editum, à pag. *227* uſque ad pag. *232*; ubi eædem exſtant Interrogationes & Reſponſiones; ſed beneficio hujus Codicis manuſcripti circa finem ſupplendæ. Conſule etiam Libri *ſexti* Lambec. Comment. Partem primam pag. 52.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 289 pag. 1, uſque ad fol. 310 pag. 2, *MARCI Patriarchæ Alexandrini Quæſtiones Canonicæ ſexaginta ſex cum Reſponſis Patriarchæ Antiocheni, Theodori Balſamonis, A. C. 1203, Indictione 13 propoſitæ*, quarum titulus & principium: Ἐρωτήσεις τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Ἀλεξανδρείας κυροῦ Μάρκου, καὶ ἀποκρίσεις ἐπ᾽ αὐταῖς τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου κυροῦ Θεοδώρου. Προοίμιον. Ὁ μὲν θεόπτης Μωσῆς καὶ Προφήτης; Ἐρώτησον, φησὶ, τὸν πατέρα σου, καὶ ἀναγγελεῖ σοι &c. Plura de iiſdem Quæſtionibus & Reſponſis vide Libri *ſexti* Lambec. Comment. Part. I. pag. 48 & 49.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 311 pag. 1, uſque ad fol. 312 pag. 1, *THEODORI Balſamonis, Patriarchæ Antiocheni Meditatum ſive Commentatio de convocatione ad ſacras Monaſteriorum Ædes per tria ſigna, & de uſu campanarum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Ἀντιοχείας κυροῦ Θεοδώρου μελέτη χάριν τῆς εἰς τοὺς θείους ναοὺς τῶν μοναστηρίων γινομένης μετακλήσεως διὰ σημαντήρων τριῶν. Βλέπων ἀπειροκάλους τινὰς, &c. Vide Jus Græco-Romanum Tom. I pag. 476 & deinceps.

Decimo octavò, & quidem à fol. 312 pag. 1, uſque ad fol. 314 pag. 2, S. *NICEPHORI, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Obſervationes & Conſtitutiones Canonicæ de variis argumentis*; quarum titulus & principium: Περὶ διαφόρων ὑποθέσεων τοῦ ἐν ἁγίοις Νικηφόρου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Ὁμολογητοῦ. Περὶ τοῦ ἁγιασμοῦ. Ἰστέον ὅτι παρελάβομεν ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ θεοφόρων Πατέρων ἡμῶν, &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 314 pag. 2, uſque ad fol. 315 pag. 1, S. *CYRILLI Archiepiſcopi Alexandrini Anathematiſmi duodecim contra Neſtorium hæreſiarcham*; quorum jam aliquoties eſt facta mentio.

Vigeſimò, & quidem à fol. 316 pag. 1, uſque ad fol. 317 pag. 1, *ex Libro tertio Inſtitutionum Juſtinianearum Excerptum de Gradibus Cognationis*; quod inſcribitur atque incipit hoc modo: Περὶ τῶν τῆς συγγενείας βαθμῶν ἐκ τοῦ τρίτου βιβλίου τῶν Ἰνστιτούτων ἤτοι τῶν Περισσαμένων. Ἡ συγγένεια γενικόν ἐστι ὄνομα· διαιρεῖται δὲ εἰς τάξεις τρεῖς· εἰς ἀνιόντας &c; deſinit autem his verbis: κατὰ τὸ παρὸν τῆς γραφῆς σχῆμα. Sequitur deinde ibi ipſum illud (1) *Schema Graduum Cognationis græcum*, ſine dubio ex vetuſtioribus Inſtitutionum exemplaribus manuſcriptis deſcriptum; quod fideliſſimè delineatum, & æri inciſum, hîc exhibeo; & quidem eo lubentiùs, quo certiùs creditur, verum & genuinum Schema, ab ipſo *Imp. Juſtiniano* compoſitum, & Inſtitutionibus olim inſertum, injuriâ temporum periiſſe.

(1) Vide etiam Libri *ſexti* Lambec. Comment. Partem primam pag. 32 & 47.

Tabula hæc exhibens Antiquum *Græcum Schema Graduum Cognationis*, pertinet ad Codicem manuſcriptum Hiſtoricum Græcum XXIVtum, *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis.*



Vigeſimo primò, & quidem à fol. 318 pag. 1, uſque ad fol. 321 pag. 1, *Obſervationes & Sanctiones matrimoniales decem*: quarum *prima* inſcribitur atque incipit hoc modo: Περὶ τῶ ἐξ αἵματος βαθμῶ. Ἐπὶ τῶν ἡμερῶν τῶ ἁγιωτάτε ἐκείνε Πατειάρχε κυρῶ Ἀλεξίε γέγονεν ἀμφιβολία χάειν τῶ ἑβδόμε βαθμῶ τῶ ἐξ αἵματος. τινὲς μὲν γὸ &c. Vide ſuprà citati Juris Græco-Romani Tomum primum: & quidem in primis libro octavo; quippe quo continentur *Matthæi Hieromonachi* Quæſtiones & cauſæ matrimoniales.

Vigeſimo ſecundò, & quidem fol. 321 pag. 2, & fol. 322 pag. 1, *Imp.* LEONIS *Sapientis Reſcriptum de iis, qui Sacerdotio malè funguntur*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἀοιδίμε Βασιλέως κυρῶ Λέοντος τῶ Σοφῶ. Περὶ τῶν ἀναξίως ἱερατευόντων. Ἠρώτησάς με καὶ πρότερον ἐν τῇ Λήμνῳ, &c.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 321 pag. 2, uſque ad fol. 322 pag. 2, *Canones quidam miſcellanei cum Expoſitione græcâ Joannis Zonaræ*; qui ibi appellatur Μοναχὸς τῆς μονῆς τῆς ἁγίας Γλυκερίας.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 323 pag. 1, uſque ad fol. 360 pag. 1, CONSTANTINI *Harmenopuli, Nomophylacis & Judicis Theſſalonicenſis Epitome ſacrorum & divinorum Canonum*; cujus titulus & principium: Ἐπιτομὴ τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων. γέγονε δὲ παρὰ τῶ πανσεβάστε Νομοφύλακος καὶ Κριτῶ Θεσσαλονίκης Κωνσαντίνε τῶ Ἀρμενοπέλε. Προθεωρία. Τῶν κανόνων, οἱ μὲν εἰσι τῶν Ἀποσόλων, οἱ δὲ, &c. Plura huc pertinentia vide Libri *quinti* Lambecianorum Commentariorum pag. 160, & Partis primæ Libri *ſexti* pag. 35.

Vigeſimo quintò, & quidem fol. 360 pag. 2, & fol. 361 pag. 1, EJUSDEM *Expoſitio Fidei orthodoxæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ περὶ πίστεως ὀρθοδόξε. Πιςεύειν δεῖ τὸν ὄντως χριστιανὸν, &c. Vide Librum *quintum* Lambec. Comment. pag. 158, & Libri *ſexti* Partem primam pag. 35.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 361 pag. 1, uſque ad fol. 364 pag. 2, EJUSDEM *Liber* περὶ Αἱρέσεων *ſive de Sectis*; cujus principium: Οἱ περὶ τὸν Ἄρειον, κτίσμα τὸν Υἱὸν τῶ Θεῶ λέγοντες, &c. Vide Librum *quintum* Lambec. Comment. pag. 158 & 159, & Libri *ſexti* Partem primam pag. 36.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem fol. 364 pag. 2 & fol. 365 pag. 1, *Imp.* LEONIS *Sapientis Ordo Thronorum Eccleſiaſticorum, Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubjectorum*; de quo vide plura partis primæ Libri *ſexti* Lambec. Comment. pag. 36.

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 365 pag. 1, uſque ad fol. 366 pag. 1, CONSTANTINI *Harmenopuli Catalogi duo Officiorum Magnæ Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ*; de quibus vide plura Partis primæ Libri *ſexti* Lambec. Comment. pag. 36.

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 366 pag. 2, uſque ad fol. 368 pag. 1, TIMOTHEI *Archiepiſcopi Alexandrini Reſponſa Canonica.*

Trigeſimò, & quidem à fol. 368 pag. 1, uſque ad fol. 369 pag. 2, THEOPHILI *Archiepiſcopi Alexandrini Scripta quædam Canonica.*

Trigeſimo primò, & quidem fol. 370 pag. 1 & 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Gloſſæ Juridicæ Latino-Græcæ*; quarum titulus & principium: Λατινικαὶ λέξεις. Ἀδνέμιον, κατ' ὄνομα διέρχεσθαι. Ἀκύιλιος, ἀγωγὴ ἔχεσα καταδίκην. Βέβηλον, ἰδιωτικόν. Βία, ὁδός. Βικάριος, &c. Vide *Joannis Meurſii* Gloſſarium Græco-barbarum in expli-

 catione

catione vocis Ἀδνέμιον, atque Partem primam Libri *ſexti* Lambec. Comment. pag. *15, 25, 32, 46, & 62.*

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 371 pag. 1, uſque ad fol. 372 pag. 2, *Conſtitutiones & Sanctiones quædam Canonicæ miſcellaneæ*; quarum *prima* inſcribitur atque incipit hoc modo: Χρυσόβουλλον τοῦ ἀοιδίμου Βασιλέως κυροῦ Ἰσαακίου τοῦ Ἀγγέλου περὶ τῶν γυναικῶν, τῶν μελλόντων γίνεσθαι Ἐπισκόπων. Ἡ Βασιλεία μου παρ' αὐτῷ διωρίσατο &c.

Trigeſimo tertiò, & quidem à fol. 373 pag. 1, uſque ad fol. 378 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Tractatus matrimonialis de Cognatione, autoritate Hieremiæ Patriarchæ Conſtantinopolitani compoſitus, editus, atque Diagrammatibus variis illuſtratus*; cujus titulus & principium: Ἔκθεσις ἁπλουστέρα τε καὶ συντομωτέρα, συντεθεῖσα παρ' ἡμῶν ἀρτίως καὶ ἐκδοθεῖσα ὁρισμῷ τοῦ παναγιωτάτου ἡμῶν Δεσπότου καὶ Αὐθέντου, τοῦ Οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου κυροῦ Ἱερεμίου. &c. *Hieremias* ſive *Jeremias* iſte ex *Metropolitâ Sophiæ in Bulgariâ* electus fuit *Patriarcha Conſtantinopolitanus* poſt *Theoleptum* A. C. 1520, uſque ad A. C. 1544, quo *Tornobi* ſeu *Ternobi* in *Bulgariâ* obiit. Videatur *Emanuel Malaxus Peloponneſius* in Hiſtoriâ Patriarchicâ ſeu Eccleſiaſticâ poſt Conſtantinopolin à Turcis expugnatam; quam *Martinus Cruſius*, in Academiâ Tybingenſi Græcæ & Latinæ Linguæ Profeſſor, Turco-Græciæ ſuæ, Baſileæ typis Sebaſtiani Henricpetri A. 1584 in folio impreſſæ, Libro ſecundo græcè & latinè inſeruit à pag. 153 uſque ad pag. 164.

Trigeſimo quartò, & quidem à fol. 379 pag. 1, uſque ad fol. 758 pag. 2, *JOANNIS ZONARÆ, ex Aulæ Imperatoriæ Conſtantinopolitanæ Magno Drungario Vigiliæ & Proto-Secretario Aſcetæ ſive Monachi, Syntagma Sacrorum Canonum cum Expoſitione ipſius græcâ*; quod inſcribitur & incipit hoc modo: Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων, τῶν τε ἁγίων καὶ σεπτῶν Ἀποστόλων, καὶ τῶν ἱερῶν οἰκουμενικῶν Συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν τοπικῶν ἤτοι μερικῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων Πατέρων, πονηθεῖσα Ἰωάννῃ ἀσκητῇ τῷ Ζωναρᾷ, τῷ γεγονότι Μεγάλῳ Δρουγγαρίῳ τῆς Βίγλας καὶ Πρωτασηκρῆτις. Ἡ δήλωσις τῶν λόγων σου φωτιεῖ καὶ συνετιεῖ νηπίους, &c.

XXV.

VIGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum ſexaginta quinque*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo ex *POLYBII*, *Arcadis Megalopolitani*, (*qui ſeculo ante Chriſtum ſecundo P. Cornelio Scipioni Æmiliano Africano Minori*, à quo, captâ atque everſâ *Carthagine in Africâ* per *Bellum Punicum tertium* anno ante Æram Chriſtianam *centeſimo quadrageſimo ſexto* abſolutum eſt, ſynchronus, & adeò familiaris fuit, ut is pleraque pro conſilio ejus ageret,) *Libris Hiſtoriarum deperditis*, ſeu potiùs ab *Imp.* (1) *Conſtantino Porphyrogenito* damnosâ abbreviatione mutilatis, *Excerpta à Libro ſeptimo uſque ad Librum decimum nonum.* Quæ quidem *Libri ſeptimi Excerpta* inſcribuntur, & incipiunt ibi hoc modo: Πολυβίου ἐκ τῶν Ἱστοριῶν τοῦ ἑβδόμου λόγου κατ' ἐπιτομήν. Ἡ γὰρ τῶν Λεοντίνων πόλις &c. *Libri* autem *decimi ſeptimi Excerpta* deſinunt, ut in impreſſis (2) editionibus *Iſaaci Caſauboni & Jacobi Gronovii, his verbis*: οὐκ ὀκνήσομεν διασαφεῖν τὰ παρακολουθήσαντα ταῖς ἐξουσίαις αὐτῶν ἀπρεπῆ. Hinc porrò ibidem ſequun-

(1) Cœpit is imperare A. C. 912, & A. 959 obiit. (2) Francofurti ad Mœnum typis Wechelianis A. 1609 græcè & latinè in folio, & Amſtelodami typis Janſſonianis A. 1670 græcè & latinè duobus Tomis in 8vo.

ſequuntur, quæ in jam memoratis editionibus deſunt, *Excerpta Libri decimi octavi* ſub hoc titulo & principio: Πολυβίου ἐκ τοῦ ιη' λόγου. Ἐγὼ δὲ κατὰ τὴν ἕκτην βίβλον ἐν ἐπαγγελίᾳ καταλιπὼν, ὅτι λαβὼν τὸν ἁρμόζοντα καιρὸν σύγκρισιν ποιήσωμαι τοῦ καθοπλισμοῦ Ῥωμαίων καὶ Μακεδόνων· ὁμοίως δὲ καὶ &c. Item *Excerpta Libri decimi noni* hoc modo: Πολυβίου ἐκ τοῦ ιθ' λόγου περὶ τῆς Σκιπίωνος τοῦ Ἀφρικανοῦ ἡγεμονικῆς ἐμπειρίας. Κατὰ δὲ τὸν καιρὸν τοῦτον νεανίσκοι τινὲς τῶν Ῥωμαίων ἐπιτυχόντες παρθένῳ κατὰ τὴν ἀκμὴν, καὶ κατὰ τὸ κάλλος διαφερούσῃ τῶν ἄλλων γυναικῶν, &c. Iisdemque Excerptis ſtatim ſubjungitur aliud *Excerptum* περὶ Μηδίας ſive *de Mediâ*; cujus principium: Ἔστι τοίνυν ἡ Μηδία κατά τε τὸ μέγεθος τῆς χώρας ἀξιοχρέως, &c.

XXVI.

VIGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & optimæ notæ in *folio*, conſtátque foliis *quinquaginta ſeptem*, olimque ad *Joannem Sambucum*, poſteà ad *Sebaſtianum Tengnagelium* pertinuit, quo continetur MICHAELIS Choniatæ Hiſtoriarum Fragmentum.

XXVII.

VIGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, vetuſtiſſimus, & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis nonaginta duobus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *Acta Concilii Chalcedonenſis, Oecumenici ſive Generalis quarti*, digniſſima profectò, quæ cum editionibus impreſſis à capite ad calcem diligentiſſimè accuratiſſiméque conferantur. Incipiunt Acta illa Synodica fol. 1 pag. 1, hoc modo: Πρακτικὸν τῆς τετάρτης Συνόδου. Ἴσον σάκρας ἀποσταλείσης παρὰ τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου Βασιλέως Μαρκιανοῦ πρὸς τοὺς ἁπανταχοῦ θεοφιλεστάτους Ἐπισκόπους περὶ τοῦ συνελθεῖν ἅπαντας εἰς τὴν Νικαέων. &c. Vide editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomum quartum colum. 65, 66, 67, 68, & 73, 74. Ultimum denique locum in Actis illis & toto iſto Codice tenet *Exemplar Epiſtolæ Imperatricis PULCHERIÆ ad Baſſam Præfectam monaſterii in Æliâ ſive Urbe Hieroſolymitanâ*; quod ibi fol. 391 pag. 2 inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἀντίτυπον βασιλικοῦ γράμματος, γραφέντος Βάσσῃ Ἡγουμένῃ ἀσκητρίου ἐν Αἰλίᾳ παρὰ τῆς εὐσεβεστάτης καὶ φιλοχρίστου Αὐγούστης Πουλχερίας. &c. Vide ſuprà citatum editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomum quartum à columnâ 871 uſque ad colum. 874; atque inſuper conſule Card. *Baronii* Annalium Eccleſiaſticorum Tomum ſextum A. C. 453, ubi agitur de eâdem *Imp. Pulcheriæ* Epiſtolâ.

XXVIII.

VIGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, elegans, optimæque notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *quingentis quadraginta ſex*, quo continentur:

Primò: MICHAELIS Glycæ Chronicon mundi Synopticum tàm cœli, quàm terræ; ſive Annales ab Orbe Condito usque ad obitum Imp. Alexii Com-

neni,

neni, ſive A. C. 1118 ſcripti. Poſſet ex præſtantiſſimo hoc Codice Cæſareo non contemnendo certè Specilegio Editio Pariſienſis *Michaëlis Glycæ* in Corpore Hiſtoriæ Byzantinæ augeri ſuppleriq́ue.

Secundò: EJUSDEM Epiſtolæ numero XXII.

Tertiò: NICEPHORI *Blemmidæ* Logica & Tractatus de Categoriis.

XXIX.

VIGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ in *folio*, conſtátque foliis *ducentis quinquaginta novem*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparâtus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *Acta Concilii Nicæni ſecundi, Oecumenici autem ſive Generalis ſeptimi, A. C. 787 ſub Imp. Conſtantino VI & matre ejus Irene Nicææ in Bithyniâ à trecentis quinquaginta Epiſcopis adverſus Iconomachorum hæreſin celebrati*: quorum *Actio prima* ibi inſcribitur atque incipit hoc modo:

IC	XC
NI	KA

ΤΑ' ΠΡΑΚΤΙΚΑ' ΤΗ͂Σ 'ΕΒΔΟ'ΜΗΣ ΣΥΝΟ'ΔΟΥ.

'Απολογητικὸς πρὸς τὸν λαὸν ἀσχεδιάςως λεχθεὶς ἐν τῇ ἡμέρᾳ, &c.

Vide editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomum ſeptimum à colum. 1 uſque ad colum. 963; ſed præcipuè col. 33 & 593. Cæterùm digniſſimus profectò eſt hic Codex manuſcriptus *Cæſareus*, ut editio illa impreſſa cum eo à capite ad calcem diligentiſſimè conferatur.

XXX.

TRIGESIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus in *folio*, conſtátque foliis *centum quinquaginta quatuor*, & ad V. CL. (1) *Sebaſtianum Ericium* ſeu *Erizzum* olim pertinuit. Continentur eo eadem *Excerpta ex* POLYBII *Megalopolitani Libris deperditis à Libro ſeptimo uſque ad Librum decimum nonum*, quorum in præcedentis Codicis vigeſimi quinti Recenſione jam eſt facta mentio.

XXXI.

TRIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *centum ſeptuaginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 17 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris* (2) *ſynchroni Vita Sancti Antonii, cognomine Junioris, primùm quidem Monachi Monaſte-*

(1) Plura de eodem Clariſſimo Viro, huc pertinentia, vide *Libri* quinti Lambecianorum Commentariorum pag. 295, & in Appendice ejuſdem Libri pag. 413, 414, ac deinceps. (2) Vide ibi fol. 15. pag. 2.

Monaſterii S. Sabæ, poſteà autem Eremitæ; cujus titulus & principium: Ἀντώνιος ὁ μέγας, ὁ τῆς ἐρήμου &c.

Secundò, & quidem à fol. 17 pag. 1, uſque ad fol. 20 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam* (1) *incerti Autoris Martyrium S. Barbaræ, Virginis & Martyris*; cujus titulus & principium: (2) Μηνὶ τῷ αὐτῷ δ΄. Μαρτύριον τῆς ἁγίας Βαρβάρας. Κατ᾽ ἐκείνους τοὺς καιροὺς βασιλεύοντος Μαξιμιανοῦ τοῦ παρανόμου καὶ ἀσεβεστάτου, ἡγεμονεύοντος δὲ Μαρκιανοῦ, &c. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die quarto Decembris; *Martyrologium* autem *Romanum* die tertio ejuſdem menſis.

Tertiò, & quidem à fol. 20 pag. 2, uſque ad fol. 74 pag. 2, *Vita Sancti Sabæ, celeberrimi in Palæſtinâ Abbatis*, qui A. C. 531 die quinto Decembris obiit, à CYRILLO *Monacho*, qui adhuc puer, uno circiter anno ante S. *Sabæ* mortem, ipſius cœpit eſſe diſcipulus, ſtudioſiſſime conſcripta, diviſaque in *Capita nonaginta*, & *Georgio Abbati Lauræ Novæ* dedicata. Inſcribitur atque incipit ea ibi hoc modo: (3) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ε΄. Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν ΣΑ΄ΒΑ. Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὁ διεγείρας τὴν ὑμετέραν ἐπ᾽ ἀρετῇ τελειότητα ἐπιτάξαι τῇ ἐμῇ οὐθενίᾳ, ἀναγράπτους αὐτῇ ἀποστεῖλαι τὰς θεαρέστους τῶν προοδευκότων ἁγίων Πατέρων ἡμῶν ΕΥΘΥΜΙ΄ΟΥ καὶ ΣΑ΄ΒΑ ἀναστροφάς. &c. Plura de *Cyrillo Monacho*, cui ad conſcribendas Sanctorum *Euthymii* & *Sabæ* Vitas miraculoſo quodam Divino auxilio per illos ipſos jam memoratos Sanctos gutta ſermonis aperto ori ſuo fuit inſtillata, quodque *Vita* illa S. *Sabæ ſecundus Liber* ſit *magnæ* iſtius HISTORIÆ EUTHYMIACÆ, à *Cyrillo Monacho* conſcriptæ, quodque *Georgius Præpoſitus Lauræ Novæ*, cui *Cyrillus Monachus* Vitam illam S. *Sabæ* dedicavit, prorſus diverſus ſit, ab altero illo *Georgio*, ejusdem *Lauræ Præpoſito*, qui ab *Origeniſtis* in Thronum S. *Sabæ* per vim intruſus, & poſt ſeptem menſium Præpoſituram propter libidinem turpiter inde expulſus eſt, vide Lib. VIII. Comment. Lambec. pag. 305 & ſeqq.

Quartò, & quidem à fol. 74 pag. 2, uſque ad fol. 79 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Narratio Miraculi, à S. Nicolao, Myrenſi in Lyciâ Epiſcopo, editi, quo Imp. Conſtantini Magni tres innocentes Stratopedarchæ, Nepotianus, Urſus, & Erpylio ſeu Erpelio, ab injuſto ſupplicio liberati ſunt.* Inſcribitur ea ibi atque incipit hoc modo: (4) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ς΄. Πράξεις ἤτοι θαύματα τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Νικολάου Ἀρχιεπισκόπου γενομένου Μύρων τῆς Λυκίας. &c. Plura de hâc Narratione vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 122.

Quintò, & quidem à fol. 79 pag. 2, uſque ad fol. 83 pag. 1, *ANDREÆ Archiepiſcopi Cretenſis Encomium in S. Nicolaum, Myrenſem in Lyciâ Epiſcopum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀνδρέου Ἀρχιεπισκόπου Κρήτης, τοῦ Ἱεροσολυμίτου, ἐγκώμιον εἰς τὸν ὅσιον Πατέρα ἡμῶν καὶ θαυματουργὸν Νικόλαον. Ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ καὶ πιστὲ θεράπον, &c. Exſtat hæc Oratio encomiaſtica inter Opera *Andreæ Archiepiſcopi Cretenſis*, cum *Amphilochio* & *Methodio* græcè & latinè Pariſiis A. 1644 in folio edita, pag. 188 & deinceps.

(1) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 122. (2) Nempe menſis Decembris die quarto. (3) Nempe menſis Decembris die quinto. Vide etiam Surianum Syntagma de Probatis Sanctorum Hiſtoriis Tom. VI, eodem die; ubi exſtat eadem *S. Sabæ Vita*, à *Symeone Metaphraſte* mutilata & interpolata; ſed tantùm latinè. (4) Menſis Decembris die ſexto.

Sextò, & quidem à fol. 83 pag. 2, uſque ad fol. 93 pag. 1, MICHAELIS *Archimandritæ Narratio Vitæ, Converſationis, & Miraculorum S. Nicolai, Myrenſis in Lyciâ Epiſcopi*; cujus titulus & principium: Βίος καὶ πολιτεία, καὶ μερικὴ θαυμάτων ἐξήγησις τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν καὶ Ἀρχιεπισκόπου γενομένου Μύρων τῆς Λυκίας. &c. Meminit hujus *Vitæ S. Nicolai* etiam *Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 103, ibique attribuit eam *Michaeli Archimandritæ*.

Septimò, & quidem à fol. 93 pag. 1, uſque ad fol. 100 pag. 2, *Vita S. Ambroſii Epiſcopi Mediolanenſis*, à SYMEONE *Metaphraſte conſcripta*, cujus titulus & principium: (1) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ή. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀμβροσίου, Ἐπισκόπου Μεδιολάνων. &c.

Octavò, & quidem à fol. 100 pag. 2, uſque ad fol. 105 pag. 2, *Martyrium Sanctorum Martyrum Menæ ſeu Mennæ, Hermogenis & Eugraphi*, cujus titulus & principium: (2) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ί. Μαρτύριον τῶν ἁγίων Μηνᾶ, Ἑρμογένους, καὶ Εὐγράφου. Τῆς τοῦ Χριστοῦ χάριτος αὐξανομένης, καὶ τῆς ἐκκλησίας πληθυνομένης, τοῦτε θανάτου καταργηθέντος, καὶ τῆς ἀναστάσεως φανερωθείσης, ⓓ τῆς ἀληθείας μάρτυρες &c. Aliam ejuſdem Martyrii eorundem Sanctorum Martyrum Narrationem à *Symeone Metaphraſte* conſcriptam, vide infrà in recenſione Codicis LVIImi, num. 17.

Nonò, & quidem à fol. 105 pag. 2, uſque ad fol. 136 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris ſynchroni Vita Sancti Danielis Stylitæ*; cujus titulus & principium: (3) Πρόγε πάντων, ἀγαπητοὶ, δίκαιόν ἐστιν ἡμᾶς δοξάζειν τὸν δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν καὶ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ οἰκονομικῶς διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν πάντα ὑπομείναντα· &c. Vide etiam *Menæa Græcorum* & *Martyrologium Romanum* eodem die undecimo Decembris.

Decimò, & quidem à fol. 136 pag. 2, uſque ad fol. 161 pag. 2, *Vita S. Spyridonis Epiſcopi Urbis Trimithuntis in Inſulâ Cypro, conſcripta à* THEODORO *Epiſcopo Urbis Paphi*; cujus titulus & principium: Βίος τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν καὶ θαυματουργοῦ Σπυρίδωνος, Ἐπισκόπου γενομένου πόλεως Τριμιθοῦντος, συναχθεὶς ὑπὸ Θεοδώρου Ἐπισκόπου πόλεως Πάφου. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, φησὶν Ἰωάννης ὁ Εὐαγγελιστὴς &c. Meminit hujus Vitæ etiam Leo Allatius in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 89. Vide quoque *Menæa Græcorum* die duodecimo Decembris; *Martyrologium* autem *Romanum* die decimo quarto ejuſdem menſis. Plura huc pertinentia vide, ſi placet, Lib. VIII. Comment. Lambec. pag. 310 & ſeqq.

Undecimò, & quidem à fol. 161 pag. 2, uſque ad fol. 174 pag. 2, SYMEONIS *Metaphraſtæ Martyrium Sanctorum Martyrum Euſtratii, Auxentii, Eugenii, Oreſtis, & Mardarii*, pertinens ad diem decimum tertium Decembris, atque incipiens his verbis: Βασιλεύοντος Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ πᾶσα ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ τῆς ἀθέου τῶν εἰδώλων ἐπεπλήρωτο λατρείας, &c. Plura de eodem Martyrio vide infrà in recenſione Codicis quinquageſimi ſeptimi, num. 18.

TRIGE-

(1) Ejusdem Menſis Decembris die ſeptimo. (2) Ejuſdem menſis Decembris die decimo. (3) Pertinet hæc Vita ad diem undecimum Decembris, & eſt diverſa ab alterâ illâ ejuſdem *S. Danielis Stylitæ* Vitâ, à *Symeone Metaphraſte* conſcriptâ, quæ exſtat latinè apud *Surium* eodem die undecimo Decembris.

XXXII.

T*RIGESIMUS SECUNDUS* Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis triginta quatuor*, & olim pertinuit ad *Joannem Sambucum*, qui cum, ut ipſe ibi propriæ manûs inſcriptione teſtatur, *ex Epidauro ſive Monembaſiâ*, Peloponneſi urbe, vulgò *Malvaſiâ* dictâ, ad ſe miſſum, A. C. 1563 viginti duobus aureis ſibi comparavit. Continentur eo *Acta Concilii Conſtantinopolitani tertii, Oecumenici autem ſive Generalis ſexti, A. C. 680 & 681 ſub Agathone Papâ & Imp. Conſtantino Pogonato ejúſque filiis contra Monotheletarum hæreſin celebrati; collecta, diſpoſita & edita ab AGATHONE Archi-Diacono & Chartophylace Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, qui rebus geſtis interfuit; ſimul etiam inſignita & ornata* (1) *ANDREÆ Archiepiſcopi Cretenſis Carmine Jambico centum viginti octo verſuum, quod iis, á ſe recognitis, præfigere dignatus eſt.* Ipſa ejuſdem Concilii Generalis ſexti Acta integra, in octodecim Actiones diviſa, inſcribuntur atque incipiunt hoc modo: Σύνοδος ἕκτη ἈΓΑΘΩΝΟΣ Διακόνου καὶ Χαρτοφύλακος τῆς Μεγάλης τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας. Πεπραγμένα τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει γινομένης ἕκτης ἁγίας Συνόδου κατὰ τῶν δυσσεβῶς διδαξάντων ἓν θέλημα καὶ μίαν ἐνέργειαν ἐπὶ τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ ἡμῶν, τοῦ ἑνὸς τῆς ἁγίας καὶ ὁμουσίου Τριάδος, &c. Vide editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomum ſextum à colum. 605 uſque ad colum. 1122, & Lib. VIII. Comment. Lambec. pag. 501, 502.

XXXIII.

T*RIGESIMUS TERTIUS* Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *centum viginti tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, qui folii primi paginâ primâ, ſe illum *Hydrunti* à quodam *Coſmâ Liparenſi* emiſſe, ſolitâ inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo THUCYDIDIS *Athenienſis, Herodoto*, cujus æmulator fuit, ſynchroni, *Hiſtoriæ* (2) *Belli Peloponneſiorum cum Athenienſibus anni viginti priores Libris octo*; anonymi cujuſdam antiqui *Scholiaſtæ Græci Annotationibus marginalibus* illuſtrati; quorum *primus* incipit hoc modo: Θουκυδίδης Ἀθηναῖος ξυνέγραψε τὸν πόλεμον τῶν Πελοποννησίων καὶ Ἀθηναίων &c; deſinit autem Liber *ſextus* his verbis: ἀποίκους ὕστερον πεντακοσίους πέμψαντες. Hinc ſequitur Liber *ſeptimus*: τοῦ δὲ αὐτοῦ χειμῶνος &c; pertingit autem is tantùm uſque ad hæc verba: (3) τῆς δὲ πόλεως βουλευσαμένης ἰατρὸς ἂν γενέσθαι, καὶ τὸ - - -. Plura de *Thucydidis* Vitâ, Scriptis, Stylo & Fide vide in optimâ Operum ipſius editione græco-latinâ *Æmilii Porti*, Francofurti ad Mœnum apud hæredes Andreæ Wechelii A. 1594 in folio.

(1) Vide Opera hujus *Andreæ*, Pariſiis A. 1644 græcè & latinè in folio edita, pag. 287; ubi in Synaxario, Iſtic inſerto, expreſsè memoratur, eum adhuc Monachum à Patriarchâ Hieroſolymitano *Theodoro* Conſtantinopolim ad *Sextam Synodum* ſubſidio fuiſſe miſſum, &, cùm ibi adverſus *Monotheletas* fortiter decertâſſet, *Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Clero* adſcriptum, & in eâ *Diaconum* atque *Orphanotrophum* ſive *Curatorem pupillorum* conſtitutum; nec multo pòſt *Archiepiſcopum Cretenſem* ordinatum eſſe. (2) Celeberrimum hoc *Bellum Peloponneſiacum*, annos 27 & menſes 6 durans, cujus cauſa fuit nimia *Athenienſium* potentia *Lacedæmoniis* ſuſpecta, occaſio autem, quòd *Pericles*, qui ſepties mille talentorum rationem reddere metuens, in Republicâ Athenienſi omnia permiſceret, cœpit anno ante Æram Chriſtianam vulgarem 431; deſiit autem anno ante eandem Æram 404, quo *Athenæ* a *Lyſandro* Lacedæmonio poſt ſex menſium obſidionem expugnatæ & captæ ſunt, ineunte anno ejuſdem Belli vigeſimo octavo. (3) Editionis *Æmilii Porti* græco-latinæ paginâ 421.

XXXIV.

TRIGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *trecentis nonaginta duobus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 164 pag. 1, *MATTHÆI Hieromonachi Syntagma Juris Canonici, ſive omnium Materiarum ſacris Canonibus comprehenſarum, ordine alphabetico.*

Secundò, & quidem fol. 164 pag. 1 & 2, *Catalogus Officiorum Magnæ Eccleſiæ Conſtatinopolitanæ.*

Tertiò, & quidem à fol. 164 pag. 2, uſque ad fol. 167 pag. 1, *MATTHÆI Hieromonachi Synopſis Nomocanonis S. Joannis Neſteutæ ſive Jejunatoris.*

Quartò, & quidem fol. 167 pag. 1 & 2, *NICETÆ Metropolitæ Heracleæ Reſponſiones ad Interrogationes cujuſdam Epiſcopi Conſtantini.*

Quintò, & quidem à fol. 167 pag. 2, uſque ad fol. 168 pag. 2, *S. NICEPHORI Patriarchæ Conſtantinopolitani Canones Eccleſiaſtici triginta ſex.*

Sextò, & quidem à fol. 168 pag. 2, uſque ad fol. 172 pag. 2, *ex JOANNIS Epiſcopi Citri Reſponſis Canonicis ad Epiſcopum Dyrrachii Conſtantinum Cabaſilam Capita viginti quatuor, collecta & diſpoſita à Matthæo Hieromonacho.*

Septimò, & quidem fol. 172 pag. 2, & fol. 173 pag. 1, *Imp. LEONIS Sapientis Ordo Thronorum Eccleſiaſticorum, Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubjectorum.*

Octavò, & quidem fol. 173 pag. 1, *Gloſſæ Juridicæ Latino-Græcæ.*

Nonò, & quidem fol. 173 pag. 2, *MATTHÆI Hieromonachi Explicatio Catalogi Officiorum Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*; cujus titulus & principium: Τὰ Ὀφφίκια τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας, καὶ αἱ ἐνέργειαι αὗται. Ὁ Μέγας Οἰκονόμος κρατεῖ τῶν κτημάτων τῆς ἐκκλησίας. Ὁ Μέγας Σακελλάριος &c.

Decimò, & quidem fol. 174 pag. 1 & 2, *Annotatio quædam Canonica, quod ipſi Imperatori non liceat mutare Thronos Eccleſiaſticos*; cujus titulus & principium: Ὅτι ὁ Βασιλεὺς οὐκ ἔχει ἐξουσίαν ἀμείβειν τοὺς Θρόνους. Τοῦ Μητροπολίτου ἐκείνου τῆς Μητροπόλεως Ἀθηνῶν κυροῦ Νικολάου &c.

Undecimò, & quidem à fol. 174 pag. 2, uſque ad fol. 176 pag. 1, *Obſervationes quædam Canonicæ de Privilegiis Imperatoris in rebus Eccleſiaſticis, & de Solutione matrimonii.*

Duodecimò, & quidem à fol. 177 pag. 1, uſque ad fol. 310 pag. 1, *CONSTANTINI Harmenopuli, Nomophylacis & Judicis Theſſalonicenſis, Prochiron Legum, ſive, Promptuarium Juris Civilis, in Libros ſex diviſum, ideoque vulgò appellatum* Ἑξάβιβλος, de quo vide plura Partis primæ Libri *ſexti* Lambecianorum Commentariorum pag. 34 & 35.

Decimo tertiò, & quidem fol. 310 pag. 2, *EJUSDEM Epitome Decretorum Imppp. Conſtantini Porphyrogeniti, Manuelis Comneni, & Michaëlis Palæologi contra deficientes, & affectatâ tyrannide, inſidias vel mortem Imperatoribus molientes*; quæ ſine ullâ Inſcriptione incipit his verbis: Ἐπὶ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου Τόμος ἐξεφωνήθη,

φωνήθη, συμπεράξαντος καὶ τοῦ τότε Πατριάρχου Ἀλεξίου καὶ τῆς Συνόδου, ἀναθεματίζων τοὺς ἐπιχειροῦντας ἀποστασίαν ἢ τυραννίδα κατὰ Βασιλέων ποιῆσαι, &c. Vide Jus Græco-Romanum Tom. I, pag. 118; & Partem primam Libri *ſexti* Lambec. Comment. pag. 35.

Decimo quartò, & quidem à fol. 310 pag. 2, uſque ad fol. 311 pag. 2, *PHILOTHEI Patriarchæ Conſtantinopolitani Commonitio de Anathematiſmis ad Conſtantinum Harmenopulum, quâ probat, Decreta illa de Tyrannis & inſidias Imperatoris ſtruentibus excommunicandis eſſe abolita.* Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Τοῦ Πατριάρχου κυροῦ Φιλοθέου περὶ ἀναθεματισμῶν. Ὁ περὶ τὰ τοιαῦτα σοφὸς σέβαστε Νομοφύλαξ καὶ καθολικὲ Κριτὰ ἈΡΜΕΝΌΠΟΥΛΕ, πῶς οὐ κἀκεῖνο τοῖς ἀναγεγραμμένοις προσέθηκας, ὅτι &c. Cæterùm quod ad jam memoratum *Philotheum* attinet, is, ſecundùm *Marquardi Freheri* Chronologiam, Juri Græco-Romano præfixam, electus fuit Patriarcha Conſtantinopolitanus A. C. 1362, & ſedit annos tredecim cum ſex menſibus.

Decimo quintò, & quidem à fol. 311 pag. 2, uſque ad fol. 313 pag. 2, *Imp. CONSTANTINI Porphyrogeniti Argumentum Tomi Unitionis Eccleſiæ in cauſâ quartarum nuptiarum; ſimul & Narratio, quomodo Imp. Leo Sapiens quartas nuptias contrahere auſus fuerit, & quâ ratione per Tomum Unitionis eæ abolitæ ſint.* Incipit illud Argumentum his verbis: Λέων ὁ σοφώτατος εἶχε μὲν πρώτην γαμετὴν τὴν ἁγίαν Θεοφανώ· μεθ' ἧς &c. Sequitur deinde ipſe Tomus Unitionis; cujus principium: Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ Θεὸς τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς καὶ Ἀποστόλοις &c. Vide Juris Græco-Romani Tomum primum à pag. 103 uſque ad pag. 108.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 313 pag. 2, uſque ad fol. 317 pag. 1, *Imp. ANDRONICI Palæologi Senioris Expoſitio Ordinis Metropolium, Patriarchali Throno Conſtantinopolitano ſubjectarum, ſimul & Thronorum Epiſcopalium, qui unicuique Metropoli ſubjecti ſunt.*

Decimo ſeptimò, & quidem fol. 317 pag. 1 & 2, *Catalogi duo Officiorum Magnæ Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ*; quorum jam ſuprà aliquoties eſt facta mentio.

Decimo octavò, & quidem à fol. 318 pag. 1, uſque ad fol. 320 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Gloſſæ Juridicæ Latino-Græcæ*, quarum titulus & principium: Λέξεων Ῥωμαϊκῶν Συναγωγὴ κατὰ ἀλφάβητον, Ἀνναλίων, λεγάτων ἐτησίων. Ἄκτος, πρᾶξις. Ἀρεδάτος, ὁ μὴ κληρονομῶν. &c. Plura huc pertinentia vide Partis primæ Libri *ſexti* Lambec. Comment. pag. 25.

Decimo nonò, & quidem à fol. 320 pag. 2, uſque ad fol. 322 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Recenſio virtutum, iis, qui aliis præſunt, convenientium*; quæ incipit his verbis: Προηγουμένως τὸ συμπαθητικόν· &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 322 pag. 1, uſque ad fol. 345 pag. 2, *CONSTANTINI Harmenopuli Epitome ſanctorum & divinorum Canonum*; quæ incipit his verbis: Τῶν κανόνων, οἱ μὲν εἰσι τῶν ἁγίων Ἀποστόλων, οἱ δὲ, &c.

Vigeſimo primò, & quidem fol. 345 pag. 2, & fol. 346 pag. 1, *PETRI Chartophylacis & Diaconi Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Solutiones diverſarum Quæſtionum Canonicarum*; quæ incipiunt his verbis: Εἰς πόσον καιρὸν ὀφείλει βαπτίζεσθαι τὸ παιδίον; Ἀπόκρισις. Ἐὰν νοσῇ, ὅρον οὐκ ἔχει, ἀλλὰ &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 346 pag. 1, uſque ad fol. 359 pag. 2, *SISINNII, ſecundi ejus nominis Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui A. C. 995 electus fuit, & A. 999 obiit,*

obiit, Tomus ſynodalis, anno Mundi 6505, ſive anno Chriſti 997 promulgatus, quo ſancitur, ne duo fratres ducant duas conſobrinas. Inſcribitur is atque incipit hoc modo: Σισίνιος ἐλέῳ Θεοῦ Ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντινουπόλεως Νέας Ῥώμης εἰς τὴν ἐπ' ὀλέθρῳ τοῦ γάμου ἐπεισφρήσασαν ἤδη τῇ Χριστοῦ ποίμνῃ ἀθεμιτογαμίαν, &c. Eadem Sanctio ſynodalis exſtat quidem in Juris Græco-Romani Tomo primo græcè & latinè à pag. 197 uſque ad pag. 203; ſed ex ſolo jam exhibito titulo & principio notabilis apparet differentia.

Vigeſimo tertiò, & quidem fol. 349 pag. 2, & fol. 350 pag. 1, *THEODORI Balſamonis Explicatio Canonis decimi ſexti Synodi Antiochenæ ſecundæ de Epiſcopis & Eccleſiis vacantibus*; incipiens his verbis: Πολλάκις συνεζητήθη συνοδικῶς, τίς ἐστιν ὁ σχολάζων, καὶ ποία ἐστὶν ἡ σχολάζουσα; καὶ περὶ μὲν τῆς σχολαζούσης οὐδεμία γέγονεν ἀμφιβολία· περὶ δὲ &c. Vide ipſius Syntagma Canonum, Pariſiis græcè & latinè editum, pag. 824, 825 & 1125; ſed ibi Explicatio iſta exſtat tantùm *latinè* inter Supplementa illa, quorum textus græcus in nullis Codicibus manuſcriptis reperiri potuit. Conſule etiam *Joannis Zonaræ* Syntagma Canonum pag. 332, ubi agitur de eodem Canone.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 350 pag. 1, uſque ad fol. 353 pag. 1, *NICETÆ Metropolitæ Heracleæ Solutiones Quæſtionum quarundam Canonicarum*; quarum titulus & principium: Τοῦ Μητροπολίτου Ἡρακλείας Νικήτα. Ἐάν τις γυνὴ τεκοῦσα παιδίον, διαβάλλῃ τὸν Ἱερέα, ὡς ἐξ αὐτοῦ τεκοῦσα τοῦτο, &c.

Vigeſimo quintò; & quidem à fol. 353 pag. 1, uſque ad fol. 357 pag. 2, *Expoſitio nova, quomodo Patriarcha Conſtantinopolitanus ſcribat ad Papam & reliquos Patriarchas, Archiepiſcopos & Metropolitas, nec non ad Reges & alios ſecularibus Dignitatibus præditos; & quomodo iidem viciſſim ſcribant ad Patriarcham Conſtantinopolitanum & alios.* Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Ἔκθεσις νέα, ὅπως γράφει νῦν ὁ Κωνσταντινουπόλεως Πατριάρχης τῷ Πάπᾳ καὶ τοῖς λοιποῖς Πατριάρχαις καὶ Ἀρχιεπισκόποις· ναὶ μὴν καὶ τοῖς Μητροπολίταις, (1) καὶ τοῖς κοσμικὰς ἀρχὰς διιθύνουσι. Ὅπως γράφει τῷ Πάπᾳ. &c. Plura huc pertinentia vide ſuprà in recenſione Codicis XXIVti, num. 1.

Vigeſimo ſextò, & quidem fol. 357 pag. 2, & fol. 358 pag. 1, S. *ATHANASII Archiepiſcopi Alexandrini Epiſtola ad Rufinianum*, incipiens his verbis: Σὺ μὲν, ὦ υἱῷ ἠγαπημένῳ πρέποντα &c.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem fol. 358 pag. 1, *ex PHOTII Patriarchæ Conſtantinopolitani Quæſtionibus Eccleſiaſticis neceſſariis Interrogatio & Reſponſio: Quibus Antiſtitibus propter hæreſin damnatis, illi, qui ab iis ordinati fuerant, nullum damnum paſſi ſint.* Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Φωτίου Πατριάρχου τοῦ ἁγιωτάτου ἐκ τῶν ἀναγκαίων ἐκκλησιαστικῶν ζητημάτων. Ἐρώτησις. &c.

Vigeſimo octavò, & quidem fol. 358 pag. 2, *Epiſtolæ S. THEODORI Studitæ ad Stephanum Lectorem Fragmentum de Ordinatione*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου, ἐκ τῆς πρὸς τὸν Στέφανον τὸν Ἀναγνώστην, καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ, ἐπιστολῆς αὐτοῦ. Ἐκζητήσωμεν τοίνυν καὶ πολυπραγμονήσωμεν, παρ' οὗ ὀφείλομεν κοινωνῆσαι, &c.

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 358 pag. 2, uſque ad fol. 359 pag. 2, *Imp. JULIANI Apoſtatæ Epiſtola ad S. Baſilium Magnum*; cujus titulus & principium: Ἰουλιανοῦ τοῦ Παραβάτου Ἐπιστολὴ πρὸς τὸν μέγαν Βασίλειον. Τὸ ἔμφυλόν μοι ἐκ παιδὸς γαληνὸν καὶ φιλάνθρωπον, μέχρι τοῦ παρόντος πᾶσιν ἀνθρώποις ἐπιδεικνύμενος, &c; ſimul etiam

(1) Deeſt hic καὶ βασιλεῦσι.

etiam S. *BASILII Magni Reſcriptum*; quod inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ μεγάλου Βασιλείου Ἐπιστολὴ πρὸς Ἰουλιανὸν τὸν Παραβάτην, τὸν ἀδικώτατον πάντων ἀνθρώπων. &c. Plura huc pertinentia vide Libri *quinti* Lambec. Comment. pag. 245, 246 & 248, & Libri *octavi* pag. 486.

Trigeſimò, & quidem à fol. 359 pag. 2, uſque ad fol. 361 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Narratio brevis de Septem Conciliis Oecumenicis: ſimul etiam de Pſeudo-Concilio Oecumenico Octavo, Conſtantinopoli ſub Imp. Baſilio Macedone & Photio Patriarchâ habito; & de Pſeudo-Concilio Conſtantinopolitano contra* (2) *Barlaamum & Acindynum ſub Impp. Andronico & Joanne Palæologis A. C. 1341 celebrato*; cujus in editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomo undecimo à columnâ 1872 uſque ad colum. 1873 accurata fit mentio, cum neceſſariâ annotatione de *Gregorii Palamæ*, Monachi primùm ac deinde Epiſcopi Theſſalonicenſis, erroribus, qui in eodem Pſeudo-Concilio perperàm approbati ſunt.

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 361 pag. 2, uſque ad fol. 371 pag. 1, *Canones ſive Cántica duo ſacra in Sancta Theophania cum Paraphraſi græcâ proſaicâ marginali*; quorum primum incipit his verbis: Εὐεπίης μελέεσσιν ἐφύμνια ταῦτα λιγαίνει, &c; alterum autem: Σήμερον ἀχράντοιο βαλὼν θεοφεγγέϊ πυρσῷ &c. Quibus accedit *tertius Canon ſive tertium Canticum in Sanctam Pentecoſten, itidem paraphraſticè explanatum*; cujus initium: Θεογγενὲς Λόγε, Πνεῦμα παράκλητον πάλιν ἄλλον &c.

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 371 pag. 1, uſque ad fol. 372 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Canon Paſchalis, ſive Calendarium Eccleſiaſticum Græcum* ab anno Mundi 6938, ſive anno Chriſti 1430 uſque ad annum Mundi 6981, ſive annum Chriſti 1473.

Trigeſimo tertiò, & quidem à fol. 372 pag. 2, uſque ad fol. 374 pag. 1, *Imp. CONSTANTINI Magni Donatio, facta S. Silveſtro Papæ*; cujus titulus & principium: Τὸ πρὸς τὸν ἅγιον Σίλβεστρον Πάπαν Ῥώμης Θέσπισμα τοῦ μεγάλου Βασιλέως καὶ ἰσαποστόλου Κωνσταντίνου. Δέον ἐκρίναμεν μετὰ πάντων τῶν Σατραπῶν ἡμῶν καὶ πάσης τῆς Συγκλήτου, καὶ &c. Plura huc pertinentia vide Libri *quinti* Lambec. Comment. pag. 237 & 244; atque Partis primæ Libi *ſexti* pag. 35.

Trigeſimo quartò, & quidem à fol. 374 pag. 1, uſque ad fol. 375 pag. 1, *JOANNIS Phurnæ, Aſcetæ ſive Monachi, ad Monachum Gregorium Antigonitam Epiſtola, cur neque in Quadrageſimâ, neque à Paſchate uſque ad Pentecoſten, exceptis certis Sabbatis, defunctorum & Sanctorum memoriæ celebrentur.* Ipſa tituli græci verba cum principio ſunt hæc: Ἐπιστολὴ τοῦ τιμιωτάτου Ἀσκητοῦ Ἰωάννου τοῦ Φουρνῆ πρὸς τὸν τιμιώτατον Μοναχὸν κυρὸν Γρηγόριον τὸν Ἀντιγονίτην περὶ τοῦ, διατὶ ἐν τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ τεσσαρακοστῇ, καὶ τῇ μετ' αὐτὴν πεντηκοστῇ, ἄνευ τῶν ἀφορισμένων σαββάτων, μνημόσυνα νεκρῶν οὐ γίνονται, οὔτε μνῆμαι Ἁγίων ἐπιτελοῦνται· καὶ περὶ τῆς προηγιασμένης. &c.

Trigeſimo quintò, & quidem fol. 375, *Expoſitio Ordinis Thronorum Metropolitanorum, Throno Patriarchali Conſtantinopolitano ſubjectorum, ſub Imp. Andronico Palæologo Seniore*; cujus ſuprà jam aliquoties facta eſt mentio.

Trigeſimo ſextò, & quidem à fol. 375 pag. 1, uſque ad fol. 376 pag. 2, *NICOLAI Cabaſilæ Theſſalonicenſis Explicatio duplex ſacrarum Veſtium in divinâ Liturgiâ uſitatarum, & eorum, quæ in S. Liturgiâ aguntur.* Earum prima inſcribitur atque incipit hoc modo:

Τοῦ σο-

(2) Vide Libri *quarti* Lambecianorum Commentariorum Appendicem pag. 326, 327, & Librum *quintum* pag. 202 ac deinceps.

τῦ σοφωτάτυ κυρῦ Νικολάυ τῦ Καβάσιλα εἰς τὴν ἱερὰν ςολήν. Ἡ μὲν τῦ &c. Plura huc pertinentia vide Libri *quinti* Lambecianorum Commentariorum pag. *211, 216, 347, 348, & 349.*

Trigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 377 pag. 1, uſque ad fol. 387 pag. 2, *Ecloge Novellarum Conſtitutionum Imp.* LEONIS *Sapientis, diviſa in Capita quinquaginta quinque;* quorum primum inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἐκλογὴ τῶν Νεαρῶν Λέοντος τῦ εὐσεβῦς Βασιλέως, Α'. Θεσπίζομεν ἀπὸ τῦ νῦν καὶ εἰς τὸν ἅπαντα χρόνον ἅπασιν, εἰς οὓς ἀνήρτηται τὰ τῆς δίκης ζυγά· &c.

Trigeſimo octavò, & quidem à fol. 388 pag. 1, uſque ad fol. 390 pag. 2, *Obſervationes quædam Aſtronomicæ de Planetis;* quarum titulus: Σημεῖα, καὶ ὀνόματα, καὶ τάξεις τῶν ἑπτὰ πλανητῶν.

Trigeſimo nonò, & quidem fol. 391 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Oratio ad Deum pro ſalute & proſperitate Imperatorum Conſtantinopolitanorum;* cujus principium: Δέσποτα Κύριε Ὁ Θεὸς ἡμῶν, ἡ πάσης ἀρχῆς καὶ βασιλείας ἄναρχος Βασιλεία καὶ Ἀρχὴ, δι' ὃ Βασιλεῖς καὶ Ἄρχοντες ἄρχυσι καὶ βασιλεύυσι, &c.

Quadrageſimò, & quidem fol. 391 pag. 1 & 2, ANONYMI *cujuſdam Diploma ſacrum, datum anno Mundi 6937, ſive anno Chriſti 1429*, cujus principium: Ἡ μετριότης ἡμῶν διὰ τῦ παρόντος αὐτῆς γράμματος ἀνατίθησι τῷ εὐλαβεςάτῳ ἐν Ἱερομονάχοις &c.

Quadrageſimo primò, & quidem fol. 392 pag. 1, *Excerptum ex Jure Juſtinianeo de his, qui ad Eccleſias confugiunt;* cujus titulus & principium: Ἐκ τῆς νομοθεσίας τῦ τῆς θείας λήξεως Ἰυςινιανῦ τῆς ἐκτεθείσης ὑπὸ τῶν προσφυγων τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας καὶ τῶν ἁπανταχῦ τῆς οἰκυμένης θείων Ἐκκλησιῶν. Εἴ τις τῶν ἐκ Θεῦ τετιμημένων τῇ μεγάλῃ τῆς ἀρχιερωσύνης τιμῇ προσθῶ τινα τῶν προσφυγόντων τῇ κατ' αὐτὸν Ἐκκλησίᾳ, &c. Vide Libri *primi* Codicis Juſtinianei Titulum duodecimum *De his, qui ad Eccleſiam confugiunt.*

XXXV.

TRIGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegans, & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli.* Continentur eo hæc:

Primò: JOANNIS *Scylitzæ Curopalatæ* Sylloge ſeu Synopſis Chronologica à Creatione Mundi, uſque ad initium Imperii Alexii Comneni, qui A. C. 1081 abdicato Nicephoro Botoniatæ ſucceſſit, pertingens; cujus adminiculo Chronographia S. Nicephori, Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui A. C. 828 in exilio obiit, & antiqua ejusdem verſio latina, quæ exſtat in Anaſtaſii Bibliothecarii Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ, multis locis emendari poſſunt & ſuppleri.

Secundò: INCERTI Recenſio Epiſcoporum Romanorum, Conſtantinopolitanorum, Alexandrinorum, Antiochenorum & Hieroſolymitanorum.

Tertiò: SYLLABUS Librorum Canonicorum & Apocryphorum.

Quartò: GENEALOGIA Imperatoris Valentiniani.

TRIGE-

XXXVI.

TRIGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus in *folio*, conſtátque nunc foliis *undecim*, quo continentur

Primò: S. NILI, Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Oratio in incurſione Barbarorum.

Secundò: MANUELIS, Magni Rhetoris Conſtantinopolitani, Diſputatio cum P. Franciſco, Ordinis Prædicatorum.

Tertiò: Nomina quarundam Civitatum Græcè & vulgariter.

XXXVII.

TRIGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, ſed lacerus, mutilus, & aquâ marinâ miſerè fœdatus, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis* & *decem*, quo continentur INCERTI Antiquitates ad Hiſtoriam Conſtantinopolitanam pertinentes.

XXXVIII.

TRIGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *quadringentis quinquaginta quinque*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 11 pag. 2, *SYMEONIS Metaphraſtæ Vita S. Theodoræ Alexandrinæ, pertinens ad diem undecimum Septembris*; cujus titulus & principium: Ἐκ τοῦ Μεταφραστοῦ, Βίος τῆς ὁσίας μητρὸς ἡμῶν Θεοδώρας, τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ, ἐν τῇ ιά τοῦ Σεπτεμβρίου μηνός. Ζήνων μὲν ἤδη τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίοις διεῖπεν ἀρχήν. Γρηγόριος δὲ &c.

Secundò, & quidem à fol. 12 pag. 1, uſque ad fol. 34 pag. 2, *Vita S. Silveſtri, primi ejus nominis Papæ Romani*, qui electus eſt Kalendis Februariis A. C. 314, & die ultimo Decembris anni 335 obiit, ab ANONYMO quodam (1) *incerto Autore* conſcripta; cujus Titulus cum Prooemio & principio eſt talis: Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Σιλβέστρου Πάπα Ῥώμης· (2) Ἰανουαρίῳ β΄. Ὁ (3) ἡμέτερος ἱστοριογράφος ΕΥΣΕΒΙΟΣ, ἡνίκα τὴν Ἐκκλησιαστικὴν ἔγραφεν Ἱστορίαν, &c. Secundùm igitur Narrationis iſtius ſuprà exhibitum *Proœmium*, ſcripſit *primus græcè S. Silveſtri Papæ Vitam Euſebius Pamphili*, Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopus, in Magno aliquo *Opere viginti Librorum* de omnium ferè Provinciarum Martyribus, Epiſcopis, Confeſſoribus, & ſanctis Mulieribus atque Virginibus, eamque Vitam poſteà incertus aliquis anonymus interpres in *Latinam Linguam* transtulit; & porrò ex antiquâ iſtâ *Latinâ Verſione* prodiit denuò hæc ejuſdem Vitæ *nova editio Græca*, ut ex collatione utriuſque Procemii luculenter apparet. Vid. Lib. VIII. Comment. Lambec. pag. 322 &c.

(1) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 122. (2) Hoc eſt: *Menſis Januarii die ſecundo.* Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die; *Martyrologium* autem *Romanum* die 31 Decembris. Conſule quoque Librum *quintum* Lambecianorum Commentariorum pag. 275. (3) Hoc eſt, *Noſter*; nempe ut *Chriſtianus*.

Tertiò, & quidem à fol. 35 pag. 1, uſque ad fol. 41 pag. 2, S. BASILII *Magni, Cæſareæ in Cappadociâ Archiepiſcopi, Oratio Encomiaſtica in S. Gordium Martyrem*, pertinens ad diem tertium Januarii, atque incipiens his verbis: Νόμος ἐστὶ φύσεως ταῖς μελίσσαις &c. Plura de eâdem Oratione vide Libri *tertii* Lambecianorum Commentariorum paginâ 113.

Quartò, & quidem à fol. 41 pag. 2, uſque ad fol. 49 pag. 2, *EJUSDEM Oratio exhortatoria ad Baptiſmum*, incipiens his verbis: Ὁ μὲν σοφὸς Σολομὼν &c. Plura de eadem Oratione vide Libri *tertii* Lambec. Comment. pag. 113.

Quintò, & quidem à fol. 50 pag. 1, uſque ad fol. 62 pag. 2, S. *JOANNIS Chryſoſtomi Homilia quarta in Lazarum & Divitem*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου Λόγος εἰς τὸν πλούσιον καὶ εἰς τὸν Λάζαρον τέταρτος καὶ τίνος ἕνεκεν οὐκ εἶπεν ἔλαβες τὰ ἀγαθά σου, ἀλλ᾽ ἀπέλαβες· καὶ διατὶ οἱ μὲν δίκαιοι κινδύνοις περιπίπτουσι πολλάκις, καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ τούτους διαφεύγουσιν. Οὐ τὰ τυχόντα ὑμᾶς ὤνησεν ἡ κατὰ τὸν Λάζαρον παραβολὴ &c. Plura de eâdem Homiliâ vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 121: ſed ibi ea numeratur ejus argumenti *tertia*, non autem *quarta*.

Sextò, & quidem à fol. 62 pag. 2, uſque ad fol. 71 pag. 2, *EJUSDEM Oratio quinta in Lazarum & Divitem*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Λόγος εἰς τὴν κατὰ τὸν πλούσιον καὶ τὸν Λάζαρον παραβολήν· καὶ ὅτι τὸ συνειδὸς εἴωθεν ἡμᾶς ἀναμιμνήσκειν παλαιὰ ἁμαρτήματα· καὶ εἰς τὸν Ἰωσήφ. Λόγος ε΄. Τῆς τοῦ Λαζάρου παραβολῆς τὸ τέλος &c. Plura de eadem Oratione vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 121; ſed ibi ea numeratur ejus argumenti *quarta*, non autem *quinta*.

Septimò, & quidem à fol. 72 pag. 1, uſque ad fol. 78 pag. 1, *EJUSDEM Expoſitio Orationis Dominicæ*; cujus principium: Πάσης μὲν θεοπνεύστου γραφῆς ἡ ἀνάγνωσις &c. Vide Operum S. Chryſoſtomi editionem græcam Savil. Tomi Vti pag. 183.

Octavò, & quidem à fol. 78 pag. 1, uſque ad fol. 89 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in Inſcriptionem Pſalmi quinquageſimi*; cujus principium: Οἱ ζωγράφοι μιμοῦνται τῇ τε τέχνῃ τὴν φύσιν, καὶ &c. Plura de eâdem Oratione vide ſuprà Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 101.

Nonò, & quidem à fol. 89 pag. 2, uſque ad fol. 92 pag. 2, *EJUSDEM Oratio de Pœnitentiâ*; cujus principium: Διαγράψωμεν, ἀγαπητοί, τὰ τῆς μετανοίας φάρμακα, &c. Vide Operum S. Chryſoſtomi editionem græcam Savilianam Tomi ſexti pag. 924.

Decimò, & quidem à fol. 92 pag. 2, uſque ad fol. 104 pag. 1, *EJUSDEM Oratio ſecunda in Pſalmum quinquageſimum*; quæ incipit his verbis: Τὰ λείψανα τῆς χθεσινῆς τραπέζης &c. Plura de eâdem Oratione vide Libri *quarti* Lambecian. Commentar. paginâ *101*.

Undecimò, & quidem à fol. 104 pag. 2, uſque ad fol. 107 pag. 2, *EJUSDEM Oratio de Vanitate vitæ & in Mortuos*; cujus principium: Ὄντως τὰ τοῦ βίου μάταια &c. Vide Librum *quartum* Lambec. Comment. pag. 94.

Duodecimò, & quidem à fol. 108 pag. 1, uſque ad fol. 111 pag. 2, *Hiſtoria Miraculi*, quod A. C. 765 ſub *Imp. Conſtantino Copronymo*, cùm quæſtio de ſacrarum Imaginum cultu quàm maximè agitaretur, opportuniſſimè contigit *Beryti per Imaginem Chriſti*, quæ cùm

cùm à Judæis ad imitationem Paſſionis Dominicæ per ludibrium crucifixa eſſet, verum ex latere ſuo emiſit ſanguinem & aquam. Attribuitur quidem ea in hoc Codice S. *Athanaſio Archiepiſcopo Alexandrino*, ſed perperàm; verúſque Hiſtoriæ iſtius autor eſt *ATHANASIUS* aliquis, *Magno illo Athanaſio integris ferè quadringentis annis junior*, utpote qui ipſe expreſsè indicat, ſe eodem tempore vixiſſe, quo Miraculum illud contigit. Inſcribitur ibi ea Hiſtoria atque incipit hoc modo: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας διήγησις περὶ τοῦ γεγονότος θαύματος ἐν Βηρυτῷ παρὰ τῆς ἁγίας εἰκόνος τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Εἰκαὶ τῇ παιδείᾳ ἄμοιρος καὶ ἀμέτοχος ὁ τάλας ἐγὼ, &c. Plura de hâc Miraculi iſtius Berytienſis Narratione græcâ, ejusq; antiquiſſimâ *verſione latinâ*, vide Libri *primi* Lambec. Comment. paginâ 123 & deinceps uſque ad pag. 132; item Libri *quarti* pag. *67*, *68*, *100*, *101* & *201*. Conſule inſuper Operum S. *Athanaſii Magni* editionem græco-latinam Pariſinam anni 1627 in folio Tomi ſecundi pag. 627.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 111 pag. 2, uſque ad fol. 126 pag. 2, ANONYMI *alicujus incerti Autoris Commentarius hiſtoricus de Imagine Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, quam S.* (1) *Germanus Patriarcha Conſtantinopolitanus in ſacro ſuo Itinere Hieroſolymitano ex ejusdem Sanctiſſimæ Virginis archetypâ Imagine non-manufactâ, columnæ Templi, à Sanctis Apoſtolis Petro & Joanne Lyddæ ſive Dioſpoli in Palæſtinâ in honorem Ipſius adhuc ſuperſtitis exſtructi, vivis coloribus* (2) *divinitùs impreſſâ, curavit in tabulâ quâdam depingi: quæque circa finem Imperii Leonis Iſaurici, cùm à ſuprà laudato S. Germano, jam morti vicino, ob perſecutionem Iconomachicam alto mari impoſita eſſet, miraculo prorsùs ſtupendo Conſtantinopoli Romam transnatans, pervenit ad Papam* (3) *Gregorium Tertium; & ſimiliter poſt integros* (4) *centum annos, cùm ſuprà memorata perſecutio ceſſâſſet, ſub Imperatrice Theodorâ, Imp. Theophili viduâ, eodem miraculoſo transnatationis modo ultrò ac ſponte ſuâ remigravit Româ Conſtantinopolim; ideóque ibi in celeberrimo Beatiſſimæ Dei-Genitricis Templo Chalcopratiano collocata, &* ῬΩΜΑΙ͂Α *ſive ROMANA cognominata, ſummam venerationem & ſolennem memoriæ reditûs ſui celebrationem quotannis die octavo Septembris promeruit.* Titulus iſtius Commentarii cum initio Procemii eſt talis: Ὑπόμνημα εἰς τὴν ἐπωνυμίαν τῆς ἀχράντου καὶ προσκυνητῆς εἰκόνος τῆς παναμώμου Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου καὶ ἀειπαρθένου Μαρίας τῆς ῬΩΜΑΙ͂ΑΣ. Καὶ πάντα μὲν ὁ χρόνος, ὅσα ὑπὸ χρόνον κατὰ γενεὰν καὶ γενεὰν γινόμενα, ῥέων ἀεὶ καὶ φθειρόμενος δαπανᾷν οἶδε καὶ φθείρειν, καὶ πολλὰ τούτων καὶ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλύειν· &c. Quo finito *Proœmio*, incipit ipſa Narratio; & primò quidem refertur, quod Beatiſſima Virgo Deipara poſt Aſcenſionem Chriſti in Cœlum præcipuè commorata ſit apud Sanctos duos Apoſtolos *Petrum* & *Joannem*: apud illum videlicet, tanquam FUNDAMENTUM ECCLESIÆ FILII SUI CHRISTI; apud hunc autem, tanquam FILIUM SUUM SECUNDUM GRATIAM, & cui ſpecialiter à Chriſto moribundo commendata eſſet.

[I] 2 Deindè

(1) Translatus is eſt ab Epiſcopatu Cyziceno ad Patriarchatum Conſtantinopolitanum A. C. 714; anno autem 730 propter defenſionem cultûs ſacrarum Imaginum partim ſpontè abdicavit, partim ab impio Imperatore *Leone Iſaurico* ignominiosè depoſitus eſt, & circa annum 740 obiit. Vide Card. *Baronii* Annal. Eccleſiaſt. Tom. IX. annis ſuprà memoratis, & R. P. *Philippi Labbæi* Tom. I. de Scriptoribus Eccleſiaſticis. (2) Hinc ea ibi fol. 113. pag. 2. appellatur Εἰκὼν οὐ χειρόγραφος, ἀλλὰ θεόγραφος· hoc eſt, Imago non manu, ſed à Deo picta. (3) Electus is eſt die 16 Februarii A. C. 731; obiit autem d. 28 Novembris A. 741. (4) Nempe ab A. 740, circa quem ſuprà memoratus *S. Germanus* obiit, uſque ad annum 842, quo *Imp. Theophilus* die 20 vel 30 Januarii obiit, & *Imp. Michael*, cognomine *Methyſta* ſive *Potor*, patri ſucceſſit ſub tutelâ matris *Theodoræ*, quæ cum *Methodio* Patriarchâ Conſtantinopolitano, in locum *Joannis* Patriarchæ hæretici ſubſtituto, cultum ſacrarum Imaginum Conſtantinopoli feliciter ac conſtanter reſtituit.

Deindè autem narratur, quòd non multo poſt S. *Lucas Evangeliſta* pinxerit in tabulâ Imaginem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, quodque Ipſa eidem Imagini, à S. *Lucâ* ſibi oſtenſæ, ſingularem impertiverit gratiam his verbis: Ἡ ΧΑΡΙΣ ΜΟΥ ΜΕΤ' ΑΥΤΗ͂Σ· hoc eſt: GRATIA MEA CUM IPSA. Hæc videlicet eſt illa Beatiſſimæ Virginis Deiparæ à S. *Lucâ* picta Imago, cujus *in trium Patriarcharum, Jobi Alexandrini, Chriſtophori Antiocheni, & Baſilii Hieroſolymitani, Epiſtolâ Synodali ad Imp. Theophilum Iconomachum pro cultu ſacrarum Imaginum* fit mentio. Nec alia, quàm hæc, intelligenda eſt Imago Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, à S. *Lucâ* picta, cujus mentio fit apud *Nicephorum Calliſti* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Lib. 15 cap. 14; ubi refert, eam ab Imperatrice *Pulcheriâ* fuiſſe collocatam *Conſtantinopoli* in Templo Mariano, ab ipsâ exſtructo, & τῶν Ὁδηγῶν ſive *Viæ Ducum* nuncupato. Plura de *primâ Imagine Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, â S. *Lucâ* pictâ, nec non de aliâ quadam ejusdem Sanctiſſimæ Dei-Genitricis *Imagine Non-manufactâ*, quæ uni ex columnis Templi, à Sanctis Apoſtolis Petro & Joanne Lyddæ ſive Dioſpoli in Palæſtinâ in honorem ipſius exſtructi, divinitùs fuit impreſſa, quamque Imperator *Julianus Apoſtata* fruſtrà tentavit eradere & abolere, vide pluribus Lib VIII. Comment. Lambec. pag. 332, & ſeqq.

Decimo quartò, & quidem à fol. 127 pag. 1, uſque ad fol. 135 pag. 2, S. *JOANNIS Chryſoſtomi Homilia Catechetica in illud Evangelii S. Matthæi cap. 20: Simile eſt Regnum Cælorum homini patrifamilias, qui manè exiit ad conducendum operarios in vineam ſuam*, &c; cujus principium: Ὁρῶ τῇ ποίμνῃ τῶν εὐσεβῶν μεμιγμένα παρέβαλε ξένα· &c. Vide Operum S. *Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tomi quinti pag. 708; ſed ibi ea refertur inter λόγους ἀμφιβαλλομένους ſive Orationes dubiæ fidei.

Decimo quintò, & quidem à fol. 336 pag. 1, uſque ad fol. 165 pag. 2, *Vita S. Joannis Eleemoſynarii Patriarchæ Alexandrini in Ægypto, à SYMEONE Metaphraſte conſcripta*; cujus titulus & principium: Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, τοῦ Ἐλεήμονος. Τὰς τῶν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἀναγράπτους πιθανὰς πράξεις, &c. Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 129.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 166 pag. 1, uſque ad fol. 171 pag. 2, *SYMEONIS Metaphraſtæ Hiſtoria Martyrij S. Polyeucti Militis & Martyris*, qui ſecundùm Card. *Baronium* in Annalibus Eccleſiaſticis anno *Imp. Decii* ſecundo, ſive anno Chriſti 254, at ſecundùm RR. PP. *Bollandum & Henſchenium A. C. 254* ſub *Impp. Valeriano & Gallieno*, *Melitenæ* in *Armeniâ* paſſus eſt; cujúſque memoria in *Martyrologio Romano* celebratur die 13 Februarii, in *Menologio* autem & *Menæis Græcorum* die 9 Januarii. Inſcribitur atque incipit illud Martyrium in præſenti Codice hoc modo: Ἐν τῇ ἐννάτῃ τοῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Πολυεύκτου. Εἴπερ τις ἄλλη καλλίστη τῶν διηγήσεων, &c. Plura de eodem Martyrio vide Libri *quarti* Lambecianorum Comment. pag. 62, & apud ſuprà laudatos RR. PP. *Bollandum & Henſchenium* Tomo ſecundo de Actis Sanctorum menſis Februarii pag. 650 & deinceps.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 171 pag. 2, uſque ad fol. 181 pag. 2, *Martyrium S. Neophyti ſub Impp. Diocletiano & Maximiano Nicææ in Bithyniâ*; qui, ut in Martyrologio Romano die vigeſimo Januarii legitur, *quintum decimum annum ætatis agens, flagris cæſus, in fornacem immiſſus, feris objectus, cùm permaneret illæſus, & Chriſti fidem conſtanter profiteretur, gladio tandem occiſus eſt.* Refertur illud Martyrium tàm in his Actis, quàm in Menæis Græcorum, non ad diem *vigeſimum* Januarii, ut Card. *Baronius* in Notis ad Mar-

ad Martyrologium & RR. PP. *Bollandus & Henſchenius* Tomo ſecundo de Actis Sanctorum menſis Januarii pag. 297 aſſerunt, ſed ad ejuſdem menſis diem *vigeſimum primum*, inſcribiturque & incipit hoc modo : Ἐν τῇ κά τοῦ Ἰανουαρίου μηνός. Ἀναγεγραμμένη βίος καὶ θαύματα καὶ μαρτύριον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Νεοφύτου. Κατὰ τοὺς καιροὺς τῆς παρανόμου αὐτοκρατορείας τῶν τυραννικῶν βασιλέων Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ τῆς εἰδωλολατρείας ἐπικρατούσης, &c. Subjungitur deinde ibidem, eos, qui Acta hujus Martyrii initio conſcripſerunt, ipſis rebus geſtis præſentes interfuiſſe, & ipſius S. *Neophyti* exhortationibus ab Ethniciſmo ad Chriſtianiſmum fuiſſe converſos. Meminit eorundem veterum Actorum ſynchronorum etiam *Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 100. Cæterùm neque ſilentio hîc prætereundum eſt, celebrari in *Menæis Græcorum* etiam *alium S. Nicephorum Martyrem, in mare præcipitatum* die ſeptimo Decembris.

Decimo octavò, & quidem à fol. 182 pag. 1, uſque ad fol. 192 pag. 2, S. *ANASTASII Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni, Homilia in Pſalmum ſextum, & in ingreſſum Jejuniorum*; cujus titulus & principium : Ἀναστασίου, μοναχοῦ τοῦ Σινᾶ ὄρους, ὁμιλία ῥηθεῖσα εἰς τὸν ἕκτον Ψαλμὸν, καὶ εἰς τὴν εἴσβασιν τῶν νηστειῶν. Πρέπουσαν τῆς τῶν νηστειῶν ἀρχῆς εἰλικρινοῦς μετανοίας ὑπόθεσιν τῇ ἐκκλησίᾳ περιέχει ἐν τῷ ἕκτῳ Ψαλμῷ ἡ τοῦ Πνεύματος τοῦ ἁγίου παραίνεσις. ἐν γὰρ τούτῳ τῷ Ψαλμῷ &c. Plura de eâdem Pſalmi ſexti Expoſitione vide Libri *quarti* Lambecianorum Commentariorum pag. 96 & 124, atque Libri *quinti* pag. 142.

Decimo nonò, & quidem à fol. 192 pag. 2, uſque ad fol. 203 pag. 1, *JOANNIS, Monachi & Presbyteri Damaſceni, Oratio de in fide mortuis, quomodo juventur Miſſis & Eleemoſynis vivorum*; cujus titulus & principium : Ἰωάννου, Μοναχοῦ καὶ Πρεσβυτέρου τοῦ Δαμασκηνοῦ, περὶ τῶν ἐν πίστει κεκοιμημένων, ὅπως αἱ ὑπὲρ αὐτῶν γινόμεναι λειτουργίαι καὶ ἐλεημοσύναι τούτους ὀνίνησιν. Τὰ τῶν βρωμάτων ἡδέα καὶ τίμια περιτιθέμενα πολλάκις &c. Plura de eâdem Oratione vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 103 & 137, atque Libri *quinti* pag. 276.

Vigeſimò, & quidem à fol. 203 pag. 1, uſque ad fol. 226 pag. 1, *Vita S. Athanaſii Magni, Archiepiſcopi Alexandrini, ab Autore INCERTO conſcripta*, quæ pertinet ad diem ſecundum Maji, & inſcribitur atque incipit his verbis : Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀθανασίου, Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας. Ἄλλοι μὲν ἄλλα τῶν μακαρίων ἀνδρῶν ὑπομνήματα πρὸς ἀρετῆς ὑπόδειγμα &c. Exſtat hæc Vita *græcè* & *latinè* in Appendice Tomi ſecundi Operum S. *Athanaſii*, Pariſiis A. 1627 in folio editorum, pag. 26 [illegible] deinceps.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 227 pag. 1, uſque ad fol. 237 pag. 1, *Martyrium S. Catharinæ Virginis & Martyris, conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte*, quod pertinet ad diem vigeſimum quintum Novembris, & incipit his verbis : Βασιλεύοντος τοῦ ἀσεβεστάτου Μαξεντίου, πᾶσα ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ τῆς βδελυρᾶς τῶν δαιμόνων ἀντεποιεῖτο θρησκείας· οὗτος γὰρ &c.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 237 pag. 2, uſque ad fol. 247 pag. 1, *Vita & Converſatio S. Pauli Thebæi, primi Eremitæ in Ægypto*; cujus titulus & principium : Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Παύλου τοῦ Θηβαίου. Καὶ ζωγράφοις τῶν ἀρχετύπων ἐκεῖνα &c. Plura de hoc S. *Paulo Thebæo* vide apud RR. PP. *Bollandum* & *Henſchenium* in Actis Sanctorum diei decimæ menſis Januarii. Nec non de *græcâ* hâc S. *Pauli Thebæi*

Vita & alterâ illâ *latinâ*, à S. *Hieronymo* conſcriptâ, vide pluribus Lib. VIII. Comment. Lambec. pag. 341, & ſeqq.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 248 pag. 1, uſque ad fol. 455 pag. 1, S. *EPHRÆM* ſive *Ephraim*, cognomine *Syri*, *Niſibi* in *Meſopotamiâ* nati, *Edeſſæ* autem, quæ ejuſdem Regionis Urbs eſt, *Diaconi*, qui A. C. 378 obiit, *Opuſcula varia triginta quatuor*, quorum ſpecialem recenſionem vide Lib. VIII. Commentariorum Lambecianorum pag. 345, & ſeqq.

XXXIX.

TRIGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *quadringentis & uno*, paginatim in binas columnas diviſis, & olim quidem pertinuit ad *Georgium Rhaulem*, poſteà autem ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, comparatus eſt *Conſtantinopoli*. Continentur eo *Magni MENOLOGII Græcorum Menſes duo*, *September & October*, hoc ordine:

Primò, & quidem fol. 1 pag. 1 & 2, *INDEX antiquus Græcus totius Menſis Septembris, cum principiis cujuſque Vitæ, vel Martyrii, vel Encomii.*

Secundò, & quidem à fol. 13 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 32 pag. 2 colum. 1, *Vita S. Symeonis Stylitæ Primi ſive Senioris*, qui anno Chriſti quadringenteſimo ſexageſimo, currente anno Imperii *Leonis Magni* quarto, centenario major obiit, *conſcripta à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (1) Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ α΄. Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Συμεὼν τοῦ ἐν τῇ (2) μάνδρᾳ. Συμεώνην τὸν πάνυ, τὸ μέγα θαῦμα τῆς οἰκουμένης, &c. Ediderunt hanc Vitam primi omnium in lucem RR. PP. *Joannes Bollandus* & *Godefridus Henſchenius* S. J. ex Codice manuſcripto Græco Bibliothecæ Regiæ Pariſinæ, Tomo primo de Actis Sanctorum menſis Januarii, die videlicet quinto iſtius menſis, à pag. 274 uſque ad pag. 285; ſed tantùm *latinè*, interprete R. P. *Guilielmo Gratio* Brugenſi S. J. Quod denique ad *Stylitas* ſeu *Cionitas* in genere attinet, de iis vide ſingulares quaſdam lectu digniſſimas obſervationes capite primo Libri primi Rerum Variarum, quas ex Adverſariis R. P. *Jacobi Gretſeri* R. P. *Georgius Stengelius* ſelegit, & Ingolſtadii A. 1628 in octavo edidit.

Tertiò, & quidem à fol. 32 pag. 2 colum. 1, uſque ad fol. 39 pag. 1 colum. 1, *Certamen* S. *Martyris Mamantis*, *conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (3) Μηνὶ τῷ αὐτῷ β΄. Ἄθλησις τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου Μάρτυρος Μάμαντος. Μάμας ὁ μέγας οὗτος τοῦ Χριστοῦ μάρτυς, καὶ περιβόητος, πατρίδα μὲν ἔσχε Παφλαγονίαν, &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Aloyſium Lipomanum* Tomo ſexto de Vitis Sanctorum, eodem die ſecundo Septembris: apud *Surium* autem Tomo quarto, die decimo ſeptimo Auguſti. Meminit quoque hujus Martyrii, tanquam à *Symeone Metaphraſte* indubitatè conſcripti, *Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 127. Cæterùm diverſa eſt ab hâc Martyrii S. Mamantis Narratione Narratio illa altera, quæ exſtat infrà in Codice LVII, num. 2.

Quartò,

(1) Menſis Septembris die primo. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die; *Martyrologium* autem *Romanum* die quinto Januarii. (2) Μάνδρα vocabulum græco-barbarum eſt, ſignificans *Monaſterium*. Vide *Joannis Meurſii* Gloſſarium Græco-barbarum in explicatione hujus vocis. (3) Menſis Septembris die ſecundo. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die. In *Martyrologio* autem *Romano* celebratur ejusdem S. Martyris memoria die decimo ſeptimo Auguſti.

Quartò, & quidem à fol. 39 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 43 pag. 2 col. 2, *Certamen S. Martyris Anthimi, Epiſcopi Nicomediæ, qui A. C. 302 paſſus eſt, conſcriptum à* (1) SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: Μηνὶ τῷ αὐτῷ γ΄. Ἄθλησις τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν καὶ Ἱερομάρτυρος Ἀνθίμου, Ἐπισκόπου Νικομηδείας. Τίς οὐκ οἶδε τὴν Νικομήδους· ὅπως μὲν θέσεώς τε καὶ μεγέθους, ὅπως δὲ λαμπρότητος καὶ ὡρῶν ἔχει, καὶ ὡς τῆς Βιθυνῶν πάσης πόλεως ἀκρόπολίς ἐστιν αὕτη; &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Lipomanum* Tomo ſexto de Vitis Sanctorum eodem die tertio Septembris; apud *Surium* autem Tomo ſecundo die vigeſimo ſeptimo Aprilis, ut in Martyrologio Romano; ſed utrobique tantùm *latinè*. Plura de S. *Anthimo* vide apud RR. PP. *Godefridum Henſchenium* & *Danielem Papebrochium* S. J. Tomo tertio Sanctorum menſis Aprilis, die vigeſimo ſeptimo, pag. 483, ubi exſtat eadem jam memorata Martyrii *verſio latina*, & in appendice ejuſdem Tomi pag. LX, ubi exhibetur ipſe ejuſdem Martyrii *Contextus Græcus* ex Codice manuſcripto Bibliothecæ Regiæ Pariſinæ.

Quintò, & quidem à fol. 44 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 49 pag. 1 colum. 1, *Martyrium S. Babylæ Epiſcopi Antiocheni, conſcriptum, ut Leo Allatius in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 127 aſſirmat, à* SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (2) Μηνὶ τῷ αὐτῷ δ΄. Ἄθλησις τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βαβύλα, Ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας. Νουμεριανοῦ τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα παρὰ πατέρων ἐκδεξαμένου, κληρονόμου δὲ καὶ τῆς ἐκείνων ἀσεβείας γεγενημένου, &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Lipomanum*, Tomo ſexto de Vitis Sanctorum eodem die quarto Septembris, ſed tantùm latinè: item apud RR. PP. *Bollandum* & *Henſchenium* in Magno Syntagmate de Vitis Sanctorum; ſed Tomo ſecundo menſis Januarii, die videlicet vigeſimo quarto iſtius menſis, ut in Martyrologio Romano. Cæterùm de variis arduis, & iis quidem antiquis, ad Martyrium S. *Babylæ* pertinentibus controverſiis, vide in utramque partem differentes Em. Card. *Baronium* in Notis ad Martyrologii Romani diem vigeſimum quartum Januarii, & ſuprà memoratos RR. PP. *Bollandum* atque *Henſchenium* in Commentario peculiari, qui eodem die diverſis S. Babylæ Actis præfixus eſt.

Sextò, & quidem à fol. 9 pag. 2 colum. 1, uſque ad fol. 12 pag. 2 colum. 2, *Oratio Encomiaſtica in magnum Prophetam Zachariam, patrem S. Joannis Baptiſtæ*; cujus titulus & principium: (3) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ε΄. Ἐγκώμιον εἰς τὸν μέγαν Προφήτην Ζαχαρίαν. Ὡς χρυσοῦν θυμιατήριον ἡμῖν ὁ περὶ τοῦ ἁγίου Προφήτου καὶ Ἀρχιερέως Ζαχαρίου &c. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die quinto Septembris; *Martyrologium* autem *Romanum* die ſexto Novembris, atque ibidem Notas Em. Card. *Baronii*.

Septimò, & quidem à fol. 2 pag. 1 colum 1, uſque ad fol. 6 pag. 2 colum. 1, *Narratio Miraculi, à S. Michaële Archangelo Chonis ſive Coloſſis in Phrygiâ editi, conſcripta à* (4) SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (5) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ς΄. Διήγησις μερικὴ περὶ τοῦ γενομένου θαύματος παρὰ τοῦ πανενδόξου Μιχαὴλ τοῦ Ἀρχιστρατήγου, ἐν ταῖς Χώναις. &c. Exſtat hæc Narratio apud *Lipomanum* Tomo ſexto de Sanctorum Vitis, ſed perperàm die quinto Septembris; nec niſi *latinè*. Aliam de eodem Miraculo Narra-

(1) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 128 (2) Menſis Septembris die quarto. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die; ſed ibi de *duobus* agitur *Sanctis Babylis* nempe de *S. Babylâ Epiſcopo Antiocheno*, qui ſub *Imp. Numeriano* cum tribus pueris decollatus eſſe dicitur; & de *S. Babylâ Antiocheno ludimagiſtro*, qui traditur ſub *Imp. Maximiano* Nicomediæ decollatus eſſe cum octoginta quatuor pueris, quos literis & ſimul religione Chriſtianâ inſtituerat. (3) Menſis Septembris die quinto. (4) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 127. (5) Menſis Septembris die ſexto. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die.

Narrationem *Archippi Eremitæ & Paramonarii* vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 129.

Octavò, & quidem à fol. 6 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 8 pag. 1 col. 1, *Encomium Sanctorum Angelorum & Archangelorum*; cujus titulus & principium: (1) Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ καὶ αὖθις εἰς τὴν σύναξιν τῶν ἀσωμάτων καὶ ἁγίων Ἀγγέλων καὶ Ἀρχαγγέλων. &c. Exſtat hæc Oratio inter Opera S. *Joannis Chryſoſtomi* editionis græcè Savilianæ Tomo quinto pag. 997 & 998.

Nonò, & quidem à fol. 8 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 9 pag. 1 colum. 2, *Commentarius alius in Sanctos Angelos*; cujus titulus & principium: Ἕτερον ὑπόμνημα εἰς τοὺς ἀσωμάτους. Οὐκ εἰκῆ τοῖς Ἀγγέλοις πανηγυρίζομεν, γέρας αὐτοῖς καὶ μισθὸν τῶν εἰς ἡμᾶς ἀγαθοεργειῶν καταβαλλόμενοι· οὐ διαλιμπάνουσι γὰρ &c.

Decimò, & quidem à fol. 49 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 54 pag. 1 colum. 1, *Martyrium Sanctorum Eudoxii, Romuli, Zenonis & Macarii, conſcriptum à* (2) SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (3) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ζ'. Μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων τοῦ Χριστοῦ μαρτύρων Εὐδοξίου, Ῥωμύλου, Ζήνωνος, καὶ Μακαρίου. Τραϊανοῦ τοῦ δυσσεβοῦς Βασιλέως πολλὴν μὲν προνοιαν καὶ σπουδὴν &c. Exſtat hoc Martyrium Tomo quinto Syntagmatis Suriani de Probatis Sanctorum Hiſtoriis, ſed *die quinto Septembris*, & tantùm *latinè*; &c. Eodem die quinto Septembris agitur de iiſdem Sanctis Martyribus etiam in *Martyrologio Romano*. In *Menæis* autem *Græcorum* celebratur eorundem Sanctorum Martyrum memoria die *ſexto* Septembris.

Undecimò, & quidem à fol. 54 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 56 pag. 1 col. 1, *Martyrium S. Sozontis, conſcriptum à* SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (4) Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Ἄθλησις τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου Μάρτυρος Σώζοντος, ἀποθανόντος ἐν Κιλικίᾳ. Μαξιμιανοῦ τῆς Κιλικίας ἡγεμονεύοντος, &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* eodem die ſeptimo Septembris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die; ut & *Martyrologium Romanum*. Meminit quoque ejuſdem Martyrii *Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 127 inter eas Vitas, quæ ſine dubio ab ipſo *Symeone Metaphraſte* conſcriptæ ſint.

Duodecimò, & quidem à fol. 56 pag. 1 colum. 2, uſque ad fol. 61 pag. 1 col. 1, *Martyrium S. Severiani, conſcriptum à* SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (5) Μηνὶ τῷ αὐτῷ θ'. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Σευηριανοῦ. Λικινίου τοῦ δυσσεβοῦς βασιλεύοντος, Λυσίας τὸ τηνικαῦτα Δοὺξ ὤν, ἐκ Καισαρείας ἀπιέναι κατὰ τὴν Σεβάστειαν ἔσπευδεν· ἐκάλει γὰρ αὐτὸν &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* eodem die nono Septembris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die; ut & *Martyrologium Romanum*. Conſule quoque *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 127.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 61 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 65 pag. 2 colum. 1, *Martyrium ſanctarum Martyrum Menodoræ, Metrodoræ & Nymphodoræ, conſcriptum à* SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (6) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ι'. Μαρτύριον τῶν ἁγίων γυναικῶν, Μηνοδώρας, Μητροδώρας, καὶ Νυμφοδώρας. Οὐδὲ γυναιξὶν, οὐδὲ κόραις τὸ τῆς μαρτυρίας ἀποκέκλεισται στάδιον· ἀλλὰ καὶ αὗται θανάτου καταφρονοῦσι,

(1) Nempe ejusdem menſis Septembris die ſexto. (2) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 129. (3) Menſis Septembris die ſeptimo. (4) Nempe die ſeptimo Septembris. (5) Menſis Septembris die nono. (6) Menſis Septembris die decimo.

φθεγγῶσι, καὶ &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* eodem die decimo Septembris; ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die; ut & *Martyrologium Romanum*. Conſule quoque *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 130.

Decimo quartò, & quidem à fol. 65 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 75 pag. 1 col. 2, *Vita S. Theodoræ Alexandrinæ, conſcripta à* SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (1) Μηνὶ τῷ αὐτῷ εἰς τὴν ια. Βίος καὶ πολιτεία τῆς ὁσίας Θεοδώρας, τῆς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. Ζήνων μὲν ἤδη τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίοις διεῖπεν ἀρχήν. Γενγόμενος δὲ &c. Exſtat hæc Vita apud *Surium* eodem die undecimo Septembris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die; ut & *Martyrologium Romanum*. Conſule quoque *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 126.

Decimo quintò, & quidem à fol. 75 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 78 pag. 1 col. 1, *Martyrium S. Autonomi Epiſcopi & Martyris, conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (2) Τῷ αὐτῷ μηνὶ ιβ´. Ἄθλησις τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Αὐτονόμου. Τῆς ἴσης ἀτοπίας εἶναι νομίζω, τό, τε φθέγγεσθαι τὰ μὴ δέοντα, καὶ τὸ τὰ καλὰ διδόναι σιγῇ· καὶ γὰρ &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* eodem die duodecimo Septembris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die; ut & *Martyrologium Romanum*. Conſule quoque *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 129.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 78 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 84 pag. 2 colum. 1, *Res geſtæ S. Cornelii Centurionis, conſcriptæ à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (3) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιγ´. Πράξεις καὶ τελείωσις τοῦ ἁγίου Κορνηλίου τοῦ Ἑκατοντάρχου. Μετὰ τὴν σωτήριον ἐπὶ γῆς τοῦ Λόγου ἐπιδημίαν, τὸν ἑκούσιόν τε σταυρὸν, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον, καὶ &c. Exſtant hæc Acta apud *Surium* eodem die decimo tertio Septembris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die; ut & *Martyrologium Romanum*. Conſule quoque *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 127. Cæterùm nusquam de eodem hoc S. *Cornelio* accuratiùs agitur, quàm à RR. PP. *Bollando* & *Henſchenio* Tomi primi de Actis Sanctorum menſis Februarii die ſecundo, pag. 279 & deinceps, ubi eadem ſuprà memorata Acta itidem *latinè* exhibentur; ſimul etiam Commentario prævio, & intermixtis Notis illuſtrantur.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 84 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 87 pag. 2 col. 1, *Martyrium S. Nicetæ Gotthi, qui ab Athanarico Rege ob Catholicam fidem igne combuſtus eſt, conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (4) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιε´. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Νικήτα. Νικητικοὺς ἀγῶνας τοῦ μάρτυρος Νικήτα πανηγυρίζομεν σήμερον· οὐχ ὃν, ὁ τῶν Ἀποστόλων κορυφαῖος Πέτρος ἐπαιδαγώγησε, καὶ Κλήμης &c. Conſule *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 127.

Decimo octavò, & quidem à fol. 87 pag. 2 colum. 1, uſque ad fol. 95 pag. 1 colum. 2, *Martyrium S. Euphemiæ, conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (5) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιϛ´. Μαρτύριον τῆς ἁγίας καὶ πανευφήμου Μάρτυρος Εὐφημίας. Διοκλητιανοῦ τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα διέποντος, Πρίσκου τε περὶ τὴν Ἀσίαν ἀνθυπατεύοντος, ὁ κατὰ Χριστιανῶν διωγμὸς δεινὸν ἔπνει, &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* eodem die decimo ſexto Septembris, ſed tantùm *latinè*. Vide *Menæa Græcorum* eodem die; ut &

(1) Menſis Septembris die undecimo. (2) Menſis Septembris die duodecimo. (3) Menſis Septembris die decimo tertio. (4) Menſis Septembris die decimo quinto. (5) Menſis Septemb. die decimo ſexto.

ut & *Martyrologium Romanum.* Conſule quoque *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 125.

Decimo nonò, & quidem à fol. 95 pag. 1 colum. 2, uſque ad fol. 101 pag. 2 colum. 1, *Martyrium S. Sophiæ & filiarum ejus Piſteos, Elpidis & Agapes, hoc eſt, Fidei, Spei, & Charitatis, conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (1) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιζ΄. Μαρτύριον τῶν ἁγίων γυναικῶν, Σοφίας, καὶ τῶν θυγατέρων αὐτῆς, Πίστεως, Ἐλπίδος, καὶ Ἀγάπης. Μετὰ τὸ διαγγελθῆναι πανταχοῦ τὸ σωτήριον κήρυγμα, πληρωθῆναί τε τὰ πάντα τοῦ γνῶναι τὸν Κύριον, &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium*; ſed ſecundùm Martyrologium Romanum, die primo Auguſti, & tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die decimo ſeptimo Septembris, & *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. *127*.

Vigeſimò, & quidem à fol. 101 pag. 2 colum. 1, uſque ad fol. 108 pag. 1 col. 1, *Martyrium Sanctorum Martyrum Trophimi, Sabbatii, & Dorymedontis, conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (2) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιη΄. Μαρτύριον τῶν ἁγίων μαρτύρων Τροφίμου, Σαββατίου, καὶ Δορυμέδοντος. Πρόβου τοῦ δυσσεβοῦς τὸ βασίλειον σκῆπτρον Ῥωμαίοις διέποντος, τὴν τῶν Βικαρείων ἀρχὴν κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν Ἀττικὸς ἤνυσεν· ὃν &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium*; ſed, ſecundùm *Menæa Græcorum* & *Martyrologium Romanum*, die decimo nono Septembris, & tantùm *latinè*. Vide quoque *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. *128*.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 108 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 123 pag. 2 col. 1, *Martyrium S. Euſtathii, & uxoris ejus Theopiſtes, & duorum filiorum Agapii & Theopiſti, conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (3) Μηνὶ τῷ αὐτῷ κ΄. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου μεγαλομάρτυρος τοῦ Χριστοῦ ΕΥΣΤΑΘΙΟΥ, καὶ Θεοπίστης, καὶ τῶν δύο τέκνων αὐτῶν Ἀγαπίου καὶ Θεοπίστου. &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium*; ſed die ſecundo Novembris, & tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die vigeſimo Septembris; ut & *Martyrologium Romanum*.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 123 pag. 2 colum. 1, uſque ad fol. 126 pag. 2 col. 2, *S. Aſterii Epiſcopi Amaſeni Oratio encomiaſtica in Sanctum Martyrem Phocam*; cujus titulus & principium: (4) Μηνὶ τῷ αὐτῷ κβ΄. Ἀστερίου Ἐπισκόπου Ἀμασείας ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον καὶ ἔνδοξον ἱερομάρτυρα τοῦ Χριστοῦ Φωκᾶν. Ἱερὸς μὲν καὶ θεσπέσιος ἅπας ὁ τῶν γενναίων Μαρτύρων κατάλογος, πάθει &c. Exſtat hæc Oratio *græcè* & *latinè* in Magnæ Bibliothecæ Sanctorum Patrum græco-latinæ Pariſinæ Auctario Novo Combefiſiano Tomo primo columnâ 169 & deinceps; ſed ibi ea in principio eſt aliquanto auctior. Vide etiam RR. PP. *Godefridi Henſchenii* & *Danielis Papebrochii* S. J. Acta Sanctorum menſis Martii die quinto, pag. 366 & 367, ubi de diverſis Sanctis *Phocis* faciunt mentionem, & pleniorem de iis diſſertationem in diem decimum quartum Julii & diem vigeſimum ſecundum Septembris rejiciunt.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 126 pag. 2 colum. 2, uſque ad fol. 136 pag. 2 colum. 1, *Martyrium S. Theclæ Virginis & Martyris, conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (5) Μηνὶ τῷ αὐτῷ κδ΄. Ἄθλησις τῆς ἁγίας ἐνδόξου καὶ καλλινίκου πρωτομάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Θέκλης. Ἄρτι τοῦ μεγάλου τῆς ἀληθείας εὐαγγελιστοῦ τε καὶ κήρυκος, Παύλου φημὶ, τῆς πολυφθόγγου τοῦ Χριστοῦ σάλπιγγος, ἀπὸ Ἀντιοχείας τῆς ἐν

(1) Menſis Septembris die decimo ſeptimo. (2) Menſis Septembris die decimo octavo. (3) Menſis Septembris die vigeſimo. (4) Menſis Septembris die vigeſimo ſecundo. (5) Menſis Septembris die vigeſimo quarto.

τῆς ἐν Συρίᾳ ἐπὶ τὸ Ἰκόνιον ἀφικομένου, καὶ &c. Vide *Menæa Græcorum* eodem die vigeſimo quarto Septembris; *Martyrologium* autem *Romanum* die vigeſimo tertio Septembris. Conſule quoque *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 130.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 136 pag. 2 colum. 1, uſque ad fol. 143 pag. 1 col. 1, *Vita S. Euphroſynæ Virginis Alexandrinæ, conſcripta à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (1) Μηνὶ τῷ αὐτῷ κέ. Βίος καὶ πολιτεία καὶ ἀγῶνες τῆς ἁγίας μητρὸς ἡμῶν Εὐφροσύνης, τῆς ἐν Ἀλεξανδρείας. Ἄρτι τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα Θεοδοσίου τοῦ παιδὸς Ἀρκαδίου εὐσεβῶς διϊθύνοντος, ἀνήρ τις Παφνούτιος ὄνομα &c. Exſtat hæc Vita apud *Surium*; ſed die primo Januarii, & tantùm *latinè*. Vide *Menæa Græcorum* die vigeſimo quinto Septembris; *Martyrologium* autem *Romanum* die primo Januarii. Conſule etiam *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 125. Præ cæteris autem omnibus de eâdem hâc S. *Euphroſynâ* accuratè agunt RR. PP. *Bollandus* & *Henſchenius* in Actis Sanctorum menſis Februarii, Tomi ſecundi pag. 535 & deinceps, ubi quoque ſuprà memoratam ejus Vitam, à *Symeone Metaphraſte* conſcriptam, itidem *latinè* tantùm exhibent.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 143 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 151 pag. 1 col. 2, *SYMEONIS Metaphraſtæ Commentarius in S. Joannem Apoſtolum & Evangeliſtam*; cujus titulus & principium: (2) Μηνὶ τῷ αὐτῷ κς΄. Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον καὶ ἔνδοξον Ἀπόστολον τοῦ Χριστοῦ καὶ Εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην τὸν Θεολόγον. Ὅτι μὴ πολὺ τῶν Ἀγγέλων ἀφέστηκεν ἄνθρωπος, καὶ ὅτι δυνατὸν αὐτῷ &c. Exſtat hic Commentarius apud *Surium*; ſed die vigeſimo ſeptimo Decembris, & tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die vigeſimo ſexto Septembris; *Martyrologium* autem *Romanum* die vigeſimo ſeptimo Decembris. Conſule quoque *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 128.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 151 pag. 1 colum. 2, uſque ad fol. 157 pag. 2 col. 2, *Martyrium S. Calliſtrati & ſociorum, à SYMEONE Metaphraſte conſcriptum*; cujus titulus & principium: (3) Τῷ αὐτῷ μηνὶ κζ΄. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Καλλιστράτου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἀθλησάντων. Τὴν τοῦ Χριστοῦ ποίμνην, ὅσαι ἡμέραι πληθυνομένην, ὁ δυσμενὴς καθορῶν, πολλῇ κατ' αὐτῆς ὥρμησε τῇ μανίᾳ, &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* eodem die vigeſimo ſeptimo Septembris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die vigeſimo ſeptimo Septembris. *Martyrologium* autem *Romanum* ejusdem menſis die vigeſimo ſexto. Conſule quoque *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 129.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 157 pag. 2 colum. 2, uſque ad fol. 165 pag. 2 col. 1, *Vita S. Charitonis Confeſſoris, conſcripta à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (4) Μηνὶ τῷ αὐτῷ κή. Βίος καὶ πολιτεία καὶ ἀγῶνες τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Χαρίτωνος. Πολλοὶ τῆς διδασκαλίας τῶν εὖ καὶ ὡς Θεῷ φίλον βεβιωκότων &c. Exſtat hæc Vita apud *Surium* eodem die vigeſimo octavo Septembris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die, & *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 128.

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 165 pag. 2 colum. 1, uſque ad fol. 173 pag. 2 col. 2, *Vita S. Cyriaci Anachoretæ, conſcripta à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & princi-

(1) Menſis Septembris die vigeſimo quinto. (2) Menſis Septembris die vigeſimo ſexto. (3) Menſis Septembris die vigeſimo ſeptimo. (4) Menſis Septembris die vigeſimo octavo.

principium : (1) Μηνὶ τῷ αὐτῷ κθ΄. Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Κυριακοῦ τοῦ ἀναχωρητοῦ. Τοὺς εὐλογοῦντάς σε, φησὶ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ ὁ Θεὸς, εὐλογήσω· καὶ τὰ ἑξῆς &c. Exſtat hæc Vita apud *Surium* eodem die vigeſimo nono Septembris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die; ut & *Martyrologium Romanum*. Conſule *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 129.

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 173 pag. 2 colum. 2, uſque ad fol. 195 pag. 1 colum. 2, *Vita & Martyrium S. Gregorii, Epiſcopi Magnæ Armeniæ, conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium : (2) Μηνὶ τῷ αὐτῷ λ΄. Βίος καὶ πολιτεία καὶ μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Γρηγορίου τῆς μεγάλης Ἀρμενίας. Τῆς τῶν Περσῶν ἀρχῆς εἰς Πάρθους διαλυθείσης, καὶ τῆς τῶν Πάρθων ἐπικρατείας εἰς τοῦτο δυνάμεως ἀφιγμένης, ὡς &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* eodem die trigeſimo Septembris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die trigeſimo Septembris; ut & *Martyrologium Romanum*. Conſule quoque *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 129.

Trigeſimò, & quidem à fol. 195 pag. 1 colum. 2, uſque ad fol. 197 pag. 2 colum. 2, *Martyrium S. Apoſtoli & Martyris Ananiæ, conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium : (3) Μηνὶ Ὀκτωβρίῳ α΄. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου Ἀποστόλου καὶ Μάρτυρος Ἀνανίου. Λουκιανοῦ τοῦ δυσσεβοῦς κατὰ τὰ τῆς ἑώας μέρη (4) ἐν Βηθαγαβρῇ τῆς Ἐλευθεροπόλεως παρὰ τῶν τηνικαῦτα τῆς εἰδωλικῆς μανίας οὐδὲν ἧττον ἢ τῶν σκήπτρων ἐπειλημμένων ἀπεσταλμένου &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* eodem die primo Octobris, ſed tantùm *latinè*; ut & in RR. PP. *Bollandi & Henſchenii* Actis Sanctorum, ſed die vigeſimo quinto Januarii. Conſule *Menæa Græcorum* die primo Septembris: & *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 127.

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 197 pag. 2 colum. 2, uſque ad fol. 209 pag. 2 col. 2, *Vita & Martyrium Sanctorum Martyrum Cypriani & Juſtinæ Virginis, conſcriptum à* (5) *SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium : (6) Μηνὶ τῷ αὐτῷ β΄. Βίος καὶ πολιτεία καὶ μαρτύριον τῶν ἁγίων Κυπριανοῦ καὶ Ἰουστίνης. Πολλὰ καὶ μεγάλα μετὰ τὴν Ἀντιόχου θαυμάζειν παρακαλοῦσιν· ὅτι τε τῆς οἰκουμένης ἐπιφανέστερον &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium*; ſed, ſecundum Martyrologium Romanum, die vigeſimo ſexto Septembris, & tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die ſecundo Octobris; *Martyrologium* autem *Romanum* ſuprà memorato die vigeſimo ſexto Septembris.

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 210 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 216 pag. 2 col. 2, SYMEONIS *Metaphraſtæ Martyrium S. Dionyſii Areopagitæ die tertio Octobris*; incipiens his verbis : Πάλαι μὲν ἐν τύποις &c. Plura de eodem Martyrio vide infrà in recenſione Codicis *quinquageſimi ſeptimi*, num. 6.

Trigeſimo tertiò, & quidem à fol. 217 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 219 pag. 1 col. 2, SYMEONIS *Metaphraſtæ Martyrium S. Charitines Virginis & Martyris die* (7) *quarto Octobris*; incipiens his verbis : Ἐκράτει ποτὲ τὰ τῆς ἀσεβείας &c. Plura de eodem Martyrio vide in recenſione Codicis LVIImi, num. 7.

Trigeſimo quartò, & quidem à fol. 219 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 224 pag. 1 col. 2, (8) SYMEONIS *Metaphraſtæ Commentarius in Sanctum Apoſtolum Thomam*; cujus titulus

(1) Menſis Septembris die vigeſimo nono. (2) Menſis Septembris die trigeſimo. (3) Menſis Octobris die primo. (4) Hoc eſt: *In Betbagabre Eleutheropoleos.* (5) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 130. (6) Menſis Octobris die ſecundo. (7) Imò *die quinto*; ut legitur in Codice LVII. num. 7. (8) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 128.

titulus & principium : (1) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ϛ′. Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον καὶ ἔνδοξον Ἀπόστολον τοῦ Χριστοῦ Θωμᾶν. Πάλαι μὲν τὰς κατὰ γῆν διατριβὰς ἀνύοντες οἱ Ἀπόστολοι, &c. Exſtat hic Commentarius apud *Surium* ; ſed, ſecundùm Martyrologium Romanum, die vigeſimo primo Decembris, & tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die ſexto Octobris ; *Martyrologium* autem *Romanum* die vigeſimo primo Decembris.

Trigeſimo quintò, & quidem à fol. 224 pag. 1 colum. 2, uſque ad fol. 234 pag. 1 col. 2, *Martyrium Sanctorum Martyrum Sergii & Bacchi, conſcriptum à* (2) *SYMEONE Metaphraſte* ; cujus titulus & principium : (3) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ζ′. Μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων Μαρτύρων τοῦ Χριστοῦ Σεργίου καὶ Βάκχου. Μαξιμιανοῦ βασιλεύοντος τοῦ τυράννου, καὶ τῆς οἰκουμένης σχεδὸν ἁπάσης ὑπὸ βάθει σκότῳ τῆς ἀσεβείας χειμαζομένης, &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* eodem die ſeptimo Octobris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die ; ut & *Martyrologium Romanum*.

Trigeſimo ſextò, & quidem à fol. 234 pag. 1 colum. 2, uſque ad fol. 238 pag. 2 col. 1, *SYMEONIS Metaphraſtæ Vita S. Pelagiæ Antiochenæ die octavo Octobris* ; incipiens his verbis : Γυναικείαν ἀρετὴν τῆς τῶν ἀνδρῶν οὐδὲν ἀπολειφθεῖσαν &c. Plura de eâdem Vitâ vide in recenſione Codicis LVIImi, num. 8.

Trigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 238 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 243 pag. 2 col. 1, *SYMEONIS Metaphraſtæ Martyrium* SS. *Eulampii & Eulampiæ die decimo Octobris* ; incipiens his verbis : Ἄρτι τῆς θεογνωσίας &c. Plura de eodem Martyrio vide in recenſione Codicis LVIImi, num. 9.

Trigeſimo octavò, & quidem à fol. 243 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 248 pag. 2 col. 2, *Martyrium Sanctorum Martyrum Probi, Tarachi, & Andronici, conſcriptum à* (4) *SYMEONE Metaphraſte* ; cujus titulus & principium : (5) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιβ′. Μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων τοῦ Χριστοῦ Μαρτύρων Πρόβου, Ταράχου, καὶ Ἀνδρονίκου. Διοκλητιανὸς τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίοις διέπων ἀρχὴν, ἀνὴρ σφόδρα περὶ τὴν δεισιδαίμονα πλάνην ἐπτοημένος, &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* eodem die duodecimo Octobris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die ; *Martyrologium* autem *Romanum* ejuſdem menſis Octobris die undecimo.

Trigeſimo nonò, & quidem à fol. 349 pag. 1 col. 1, uſq; ad fol. 357 pag. 2 col. 1, *Martyrium Sanctorum Martyrum Carpi Epiſcopi Thyatirenſis, Papyli Diaconi, & ſociorum, conſcriptum à* (6) SYMEONE *Metaphraſte* ; cujus titulus & principium : (7) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιγ′. Μαρτύριον τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων τοῦ Χριστοῦ Μαρτύρων Κάρπου καὶ Παπύλου, καὶ τῶν σὺν αὐτοῖς. Μεμνῆσθαι τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ παθόντων, εἴπερ ἄλλό τι λυσιτελὲς καὶ ὠφέλιμον. ἱκανὴ γὰρ καὶ μόνη Μαρτύρων μνήμη πρὸς Θεοῦ ἔρωτα ψυχὴν διαγεῖραι, καὶ &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* ; ſed, ſecundùm Martyrologium Romanum, die decimo tertio Aprilis, & tantùm *latinè*. Vide etiam RR. PP. *Henſchenii* & *Papebrochii* Acta Sanctorum ejuſdem decimi tertii diei menſis Aprilis à pag. 120 uſque ad pag. 125 ; ubi non ſolùm eadem ſuprà memorata *Symeonis Metaphraſtæ* Narratio exhibetur latinè ; verùm etiam ipſe ejuſdem Narrationis *contextus græcus* publicatur à pag. 968 uſque ad pag. 973. Conſulenda quoque ſunt de iiſdem Sanctis *Menæa Græcorum* die decimo tertio Octobris ; *Martyrologium* autem *Romanum* die decimo tertio Aprilis.

[K] 3 *Quadra-*

(1) Menſis Octobris die ſexto. (2) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 127. (3) Menſis Octobris die ſeptimo. (4) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 125. (5) Menſis Octobris die duodecimo. (6) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 127. (7) Menſis Octobris die decimo tertio.

Quadrageſimò, & quidem à fol. 257 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 262 pag. 2 col. 1, *Vita & certamen Sanctorum Martyrum Nazarii, Gervaſii, Protaſii & Celſi, conſcriptum à* (1) SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (2) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιδ'. Πολιτεία καὶ ἄθλησις τῶν ἁγίων καὶ ἐνδόξων τοῦ Χριστοῦ Μαρτύρων Ναζαρίου, Γερβασίου, Προτασίου, καὶ Κελσίου. &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium*; ſed die decimo nono Junii, & tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* die decimo nono Junii.

Quadrageſimo primò, & quidem à fol. 262 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 269 pag. 2 col. 1, *SYMEONIS Metaphraſtæ Vita & Martyrium S. Luciani die decimo quinto Octobris*; incipiens his verbis: Σαμόσατα πόλις τῆς Συρίας ἐστίν· &c. Plura de eodem Martyrio vide in recenſione Codicis LVIImi, num. 13.

Quadrageſimo ſecundò, & quidem à fol. 269 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 274 pag. 1 colum. 2, SYMEONIS *Metaphraſtæ Martyrium S. Longini Centurionis die decimo ſexto Octobris*; incipiens his verbis: Τοῦ Θεοῦ Λόγου διὰ τὴν ἐκ τῆς παρθενικῆς &c. Plura de eodem Martyrio vide in recenſione Codicis LVIImi, num. 10.

Quadrageſimo tertiò, & quidem à fol. 274 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 280 pag. 2 col. 2, *Martyrium S. Andreæ in Criſi, conſcriptum à* (3) SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (4) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιζ'. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Ἀνδρέου τοῦ ἐν τῇ (5) Κρίσει. Πολλὴ κατὰ τῶν τοῦ Χριστοῦ Μαρτύρων τοῦ διαβόλου ἡ κακουργία καὶ μάλιστα &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* eodem die decimo ſeptimo Octobris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die; ut & *Martyrologium Romanum*.

Quadrageſimo quartò, & quidem à fol. 280 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 285 pag. 1 col. 1, *SYMEONIS Metaphraſtæ Commentarius in Sanctum Apoſtolum & Evangeliſtam Lucam die decimo octavo Octobris*; incipiens his verbis: Εἰ καὶ δικαίου μνήμην μετ' ἐγκωμίων τελεῖσθαι &c. Plura de eodem Commentario vide in recenſione Codicis LVIImi, num. 11.

Quadrageſimo quintò, & quidem à fol. 285 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 292 pag. 1 col. 2, *Martyrium Sancti Vari & ſociorum, conſcriptum à* (6) *SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (7) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ιθ'. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Μάρτυρος Οὐάρου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ. Μαξιμιανοῦ τοῦ τυράννου τὸ δυσσεβὲς ἀνὰ πᾶσαν σχεδὸν τὴν οἰκουμένην ἐκδόντος διάταγμα· πέμψαντος δὲ καὶ &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* eodem die decimo nono Octobris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die; ut & *Martyrologium Romanum*.

Quadrageſimo ſextò, & quidem à fol. 292 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 312 pag. 2 col. 2, *Martyrium Sancti Artemii, conſcriptum à* (8) SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (9) Μηνὶ τῷ αὐτῷ κ'. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Ἀρτεμίου. Μετὰ τὴν τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν, τῶν αὐτοῦ μαθητῶν &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* eodem die vigeſimo Octobris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die; ut & *Martyrologium Romanum*.

Quadra-

(1) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 130; ſed ibi ſtatim in principio pro Νίκων ... perperàm legitur Νίκων αὖθις. (2) Menſis Octobris die decimo quarto. (3) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 128. (4) Menſis Octobris die decimo ſeptimo. (5) *Criſis* eſt hîc nomen loci ſacri Urbis Conſtantinopolitanæ, ubi corpus iſtius ſancti Martyris, poſtquam à duodecim dæmoniacis viris miraculosè fuit inventum, debito honore ſacroſanctè depoſitum eſt. (6) Vide *Leonis Allatii* Diatr. de Sym. Scriptis p. 127. (7) Menſis Octobris die decimo nono. (8) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis p. 127. (9) Menſis Octobris die vigeſimo.

Quadrageſimo ſeptimò, & quidem à fol. 312 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 330 pag. 2 col. 1, *Vita & Converſatio Sancti Hilarionis*, *conſcripta à* (1) SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (2) Μηνὶ τῷ αὐτῷ κα´. Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἱλαρίωνος. Ἐν Παλαιστίνῃ πόλις ἐστὶν, οὐκ ἔλαττον ἢ πέντε καὶ τεσσαράκοντα σταδίους ἀπέχουσα Γάζης· αὕτη &c. Exſtat hæc Vita apud *Aloyſium Lipomanum* eodem die vigeſimo primo Octobris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die; ut & *Martyrologium Romanum*.

Quadrageſimo octavò, & quidem à fol. 330 pag. 2 colum. 1, uſque ad fol. 344 pag. 2 col. 2, *Vita S. Abercii*, *Epiſcopi Hierapoleos in Phrygiâ*, *conſcripta à* (3) SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (4) Τῷ αὐτῷ μηνὶ κβ´. Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀβερκίου Ἐπισκόπου Ἱεραπόλεως. Μάρκου Ἀντωνίνου καὶ Λουκίου Βήρου τὴν αὐτοκράτορα Ῥωμαίοις διεπόντων ἀρχὴν, δόγμα ἐπὶ πᾶσαν ἐφοίτα τὴν γῆν, &c. Exſtat hæc Vita apud *Surium* eodem die vigeſimo ſecundo Octobris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* & *Martyrologium Romanum* eodem die; atque inſuper conſule Librum hunc *octavum* Comment. Lambec. pag. 63 & 64.

Quadrageſimo nonò, & quidem à fol. 344 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 351 pag. 1 col. 1, (5) SYMEONIS *Metaphraſtæ Commentarius in Sanctum Apoſtolum Jacobum*, *cognominatum Fratrem Domini*; cujus titulus & principium: (6) Μηνὶ τῷ αὐτῷ κγ´. Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον Ἰάκωβον τὸν Ἀπόστολον καὶ Ἀδελφόθεον. Οὐχ οὕτως ἡδὺ πλῷ φιλαρέτῳ, καὶ κόρον μηδενὶ λυμαινόμενον, ὡς μνήμη δικαίου, &c. Exſtat hic Commentarius apud *Surium*; ſed die primo menſis Maji, & tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* die vigeſimo tertio Octobris; *Martyrologium* autem *Romanum* ſuprà memorato die primo Maji.

Quinquageſimò, & quidem à fol. 351 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 367 pag. 1 col. 1, *Martyrium Sancti Arethæ & ſociorum*, *conſcriptum à* (7) SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (8) Μηνὶ τῷ αὐτῷ κδ´. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος Ἀρέθα καὶ τῶν σὺν αὐτῷ ἀθλησάντων ἁγίων Μαρτύρων· καὶ ἱστορία τῶν κατὰ χώρας τότε πραχθέντων. &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* eodem die vigeſimo quarto Octobris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die; ut & *Martyrologium Romanum*.

Quinquageſimo primò, & quidem à fol. 367 pag. 1 colum. 2, uſque ad fol. 368 pag. 2 col. 1, *Martyrium SS. Marciani & Martyrii Notariorum*, *conſcriptum à* (9) *SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (10) Μηνὶ τῷ αὐτῷ κε´. Μαρτύριον τῶν ἁγίων μαρτύρων Μαρκιανοῦ καὶ Μαρτυρίου τῶν (11) Νοταρίων. Ἐπεχωρίαζε μὲν καὶ πρότερον ἤδη τὸ τῶν Ἀρειανῶν δόγμα τῇ Ῥωμαίων ἐπικρατείᾳ, &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* eodem die vigeſimo quinto Octobris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die; ut & *Martyrologium Romanum*.

Quinquageſimo ſecundò, & quidem à fol. 368 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 374 pag. 2 col. 2, *SYMEONIS Metaphraſtæ Hiſtoria Martyrii Sancti Martyris Demetrii die vigeſimo*

(1) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 126. (2) Menſis Octobris die vigeſimo primo. (3) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis p. 130. (4) Menſis Octob. d. vigeſimo ſecundo. (5) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis p. 128. (6) Menſis Octobr. die vigeſimo tertio. (7) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis p. 126. (8) Menſis Octobris die vigeſimo quarto. (9) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis p. 126. (10) Menſis Octobris die vigeſimo quinto. (11) Nempe Notariorum Patriarchalium Conſtantinopolitanorum; de quibus vide plura Libri ſeptimi Lambec. Comment. pag. 132 & 133.

geſimo ſexto Octobris: incipiens his verbis: Εἶχε μὲν τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα Μαξιμιανὸς &c. Plura de hoc Martyrio vide in recenſione Codicis LVIImi, num. 12.

Quinquageſimo tertiò, & quidem à fol. 374 pag. 2 colum. 2, uſque ad fol. 380 pag. 2 col. 1, *Vita & Martyrium Sanctæ Martyris Anaſtaſiæ Romanæ*, *conſcriptum à* (1) SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (2) Μηνὶ τῷ αὐτῷ κη΄. Βίος καὶ πολιτεία καὶ μαρτύριον τῆς ἁγίας ὁσιομάρτυρος Ἀναστασίας τῆς Ῥωμαίας. Διττὰς ἡμῖν ὁ λόγος Ἀναστασίας οἶδε γνωρίζειν· ἐπιφανεῖς μὲν ἄμφω τὸ κατὰ σάρκα γένος, ἐπιφανεστέρας δὲ πολλῷ τὴν ὁμολογίαν τῆς πίστεως· καὶ &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* eodem die vigeſimo octavo Octobris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum*; ſed die vigeſimo nono Octobris; *Martyrologium* autem *Romanum* eodem ſuprà memorato die vigeſimo octavo Octobris.

Quinquageſimo quartò, & quidem à fol. 380 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 393 pag. 2 col. 2, *Vita Sancti Abramii Eremitæ*, *& Sanctæ Mariæ neptis ejus*, *conſcripta à* (3) SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (4) Μηνὶ τῷ αὐτῷ κθ΄. Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀβραμίου. Ἀνδρῶν φιλαρέτων βίος, καὶ ἡ τῆς αὐτῶν πολιτείας διήγησις, &c. Exſtat hæc Vita apud *Lipomanum* eodem die vigeſimo nono Octobris; apud *Surium* autem, ſecundùm *Martyrologium Romanum*, die decimo ſexto Martii; ſed utrobique tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* die vigeſimo nono Octobris; *Martyrologium* autem *Romanum* die decimo ſexto Martii. Conſule quoque RR. PP. *Henſchenii* & *Papebrochii* Acta Sanctorum eodem die decimo ſexto Martii; ubi, præter eruditiſſimum Commentarium prævium, exſtant Acta ejuſdem S. *Abramii*, autore S. *Ephræmo* ſynchrono: & quidem *latinè*, Tomi ſecundi menſis Martii pag. 436 atque deinceps; *græcè* autem ex Codice manuſcripto Bibliothecæ Vaticanæ ibidem pag. 741 ac deinceps.

Quinquageſimo quintò, & quidem à fol. 394 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 397 pag. 2 col. 1, *Martyrium SS. Zenobii & ſororis ejus Zenobiæ*, *conſcriptum à* (5) SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (6) Μηνὶ τῷ αὐτῷ λ΄. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου ἱερομάρτυρος Ζηνοβίου καὶ Ζηνοβίας τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ. &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* eodem die vigeſimo Octobris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die; ut & *Martyrologium Romanum*.

Quinquageſimo ſextò, & quidem à fol. 397 pag. 2 colum. 2, uſque ad fol. 400 pag. 1 col. 2, *Martyrium Sancti Epimachi*, *conſcriptum à* (7) SYMEONE *Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (8) Μηνὶ τῷ αὐτῷ λα΄. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἐπιμάχου. Ἄρτι μὲν ἡ τῆς ἀσεβείας ἀχλὺς ἀνὰ πᾶσαν διεχεῖτο τὴν οἰκουμένην, &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Surium* eodem die trigeſimo primo Octobris, ſed tantùm *latinè*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die; *Martyrologium* autem *Romanum* die duodecimo Decembris.

Quinquageſimo ſeptimò, & quidem fol. 400 pag. 1 col. 2, *Subſcriptio Græca*, *quâ indicatur*, Codicem hunc ſcriptum eſſe à GEORGIO Tachygrapho ſive Notario & Sacerdote, Anno Æræ Chriſtianæ vulgaris *milleſimo trecenteſimo nonageſimo nono*.

Quinqua-

(1) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 125. (2) Menſis Octobris die vigeſimo octavo. (3) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 124. (4) Menſis Octobris die vigeſimo nono. (5) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 124. (6) Menſis Octobris die trigeſimo. (7) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 124. (8) Menſis Octobris die trigeſimo primo.

Quinquageſimo octavò, & quidem à fol. 400 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 401 pag. 1 col. 2, *INDEX antiquus græcus Vitarum, Martyriorum, & Encomiorum totius menſis Octobris*, ut ea ſuprà enumerata ſunt.

XL.

QUADRAGESIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt partim *chartaceus*, partim *membranaceus*, antiquus, optimiq; commatis, in *folio*, conſtátque nunc foliis *trecentis viginti ſex*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continetur GEORGII *Monachi*, Taraſii Patriarchæ Syncelli, (qui etiam Ἁμαρτωλὸς ſive peccator dicitur,) Hiſtoria, ſeu potius Excerpta Chronographica.

XLI.

QUADRAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, bonæque notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *nonaginta & uno*, quo continetur CONSTANTINI *Manaſſis* Chronicon Verſibus politicis.

XLII.

QUADRAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus* pervetuſtus & optimæ notæ, in *folio*, ſed in principio & fine mutilus, conſtátque foliis *centum quinquaginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 124 pag. 2, *SYNTAGMA collatitium de Vitis & Apophthegmatibus Sanctorum Patrum aſcetarum, à variis collectum, & ſecundùm diverſitatem materiarum in Capita ſeu Locos communes diviſum.* Inſcribitur illud atque incipit primo folio chartaceo recentiori, loco membranacei pervetuſti ſubſtituto, his verbis: Ἔρανος, καὶ Σύνταγμα, καὶ Βίοι τῶν ἁγίων Γερόντων τῶν ἐν ἀσκήσει ἀσκησάντων, καὶ Ἀποφθέγματα πρὸς μοναχοὺς, συναθροισθέντα ὑπὸ διαφόρων. Α'. Ἐρωτήθη ὁ Πατὴρ ἡμῶν ἅγιος Ἀθανάσιος ὁ Ἐπίσκοπος Ἀλεξανδρείας· πῶς ἴσος ὁ Υἱὸς τῷ Πατρί; &c.

Secundò, & quidem à fol. 124 pag. 2, uſque ad fol. 152 pag. 2, *JOANNIS Moſchi, Presbyteri & Monachi*, qui, ſecundùm Em. Cardinalem *Bellarminum* in Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis, circa annum Chriſti 630 floruit, *Opus de Vitis & Apophthegmatibus Sanctorum Patrum*, quod *Novus Paradiſus*, nec non *Limonarium* ſive *Pratum ſpirituale* appellatur; cujúſque prima Præfatio, *ipſius Joannis Moſchi Vitam, ab anonymo quodam Autore conſcriptam*, continens, inſcribitur atque incipit hoc modo: Πρόλογος τῆς Βίβλου τοῦ ΝΕΟΥ ΠΑΡΑΔΕΙΣΟΥ, τῆς ἐπονομαζομένης τὸ ΛΕΙΜΟΝΑΡΙΟΝ. Συνεγράφη ἡ Βίβλος αὕτη τοῦ ΛΕΙΜΩΝΟΣ, ἤτοι αἱ Πολιτεῖαι &c. Plura de eodem *Limonario* ſive *Prato ſpirituali*, ejúſque Autore *Joanne Moſcho*, vide apud *Photium* Patriarcham Conſtantinopolitanum in recenſione Codicis centeſimi nonageſimi noni ſuæ Bibliothecæ, & apud R. P. *Heribertum Roſweydum* S. J. in Vitis Patrum, ab ipſo Antverpiæ typis Plantinianis A. 1628 *latinè* in folio editis, & eruditis Annotationibus illu-

ſtratis, Capite duodecimo Prolegomenon & toto Libro Xmo: item in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum Græco-latinâ Pariſinâ anni 1654 in folio, Tomi XIII p. 1053 & deinceps, ubi idem *Limonarium* exſtat *græcè* & *latinè* cum *Aloyſii Lipomani* Epiſcopi Veronenſis Præfatione & Notis ad finem ſingulorum Capitum; nec non in R. P. *Philippi Labbæi* S. J. Diſſertatione Hiſtoricâ de Scriptoribus Eccleſiaſticis Tom. I. p. 594 & 595.

XLIII.

QUADRAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis triginta ſeptem*, quo continetur ZONARÆ Hiſtoria Romana ab Auguſto uſque ad Comnenum Imperatorem.

XLIV.

QUADRAGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, in *folio*, conſtátque nunc foliis *centum quinquaginta octo*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 141 pag. 2, *APOPHTHEGMATA & ACTA Sanctorum Patrum ordine alphabetico ſecundum ipſorum nomina ab* A *uſque ad* Ω, *ita videlicet, ut primò agatur de Abbate Antonio, ultimo autem de Abbate Or.* Inſcriptio hujus Operis eſt ibi duplex; nempe recentior in folio chartaceo, membranaceis præfixo, his verbis: Βίβλος περιέχουσα Ἀποφθέγματα καὶ Πράξεις ἁγίων Πατέρων, συναθροισθεῖσα ὑπὸ διαφόρων ἁγίων καὶ σοφῶν ἀνδρῶν· & antiqua, primi folii membranacei paginâ primâ, hoc modo: Βίβλος περιέχουσα Ἀποφθέγματα καὶ Πράξεις ἁγίων Πατέρων. Στοιχεῖον Α΄ Περὶ τοῦ Ἀββᾶ Ἀντωνίου. Edidit quidem hoc Opus Vir doctiſſimus *Joannes Baptiſta Cotelerius*, Societatis Sorbonicæ Pariſinæ Theologus, *græcè* ex Codice manuſcripto *Bibliothecæ Regiæ Pariſinæ*, cum tranſlatione ſuâ latinâ & ſubjunctis eruditis notis, in Tomo primo Monumentorum Eccleſiæ Græcæ, Lutetiæ Pariſiorum græcè & latinè typis Franciſci Muguet A. 1677 edito in quarto; ſed operæ pretium tamen fuerit, eam editionem cùm præſenti Codice manuſcripto *Cæſareo*, ut & nono, diligenter conferri, cum propter multas notabiles lectiones variantes, tùm propter Additiones non exiguas, quibus eadem beneficio jam memoratorum Codicum poteſt augeri.

Secundò, & quidem à fol. 141 pag. 2, uſque ad fol. 158 pag. 1, *Appendix ſuprà memorati Alphabeti Apophthegmatum & Actorum Sanctorum Patrum*; incipiens hoc modo: Διήγησις ἐκ τοῦ βίου τοῦ Ἀββᾶ Δανιήλ. Ἦν τις γέρων ἐν τῇ Σκήτῃ ὀνόματι Δανιήλ, καὶ εἶχεν μαθητὴν &c.

XLV.

QUADRAGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegans & optimæ notæ, in *folio*, ſed injuriâ temporis aliquot foliis in fine mutilus; conſtátque nunc foliis *trecentis tredecim*, paginatim in binas columnas diviſis, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continetur eo MAGNI MENOLOGII *Græcorum menſis Auguſtus* hoc ordine:

Primò,

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 5 pag. 2 col. 1, S. *JOANNIS Chryſoſtomi, Patriarchæ Conſtantinopolitani, Encomium in Sanctos Machabæos*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Αὐγούστῳ α΄. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου, Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, Ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους Μακκαβαίους. Ὡς φαιδρὰ καὶ περιχαρὴς ἡμῖν ἡ πόλις, &c.

Secundò, & quidem à fol. 5 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 8 pag. 2 col. 2, *EJUSDEM Encomium ſecundum in Sanctos Machabæos*; cujus titulus & principium: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Τοῦ αὐτοῦ Ἐγκώμιον εἰς τοὺς αὐτοὺς ἁγίους β΄. Ἅπαντας μὲν οὖν ἐγκωμιάσαι τοὺς ἁγίους μάρτυρας οὐ δυνατὸν μιᾷ γλώττῃ, ἀλλὰ &c.

Tertiò, & quidem à fol. 8 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 9 pag. 2 col. 2, *EJUSDEM Encomium tertium in eosdem Sanctos Machabæos*; cujus titulus & principium: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς ἁγίους Μακκαβαίους Ἐγκώμιον γ΄. Καὶ τοῖς μάρτυσιν ὁρῶν τὴν τῶν ἔργων εὐφημίαν ὀφειλομένην, &c. Exſtant jam memoratæ S. *Joannis Chryſoſtomi Orationes tres encomiaſticæ in Sanctos Machabæos* Tomo quinto Operum ejusdem, ab *Henrico Savilio* Etonæ in Angliâ editorum A. 1612 in folio à pag. 633 uſque ad pag. 641, ſed tantùm græcè; græcè autem & latinè Tomo primo Operum ejusdem *Chryſoſtomi*, à R. P. *Frontone Ducæo* S. J. Pariſiis A. *1621* editorum in folio, à pag. 581 uſque ad pag. 589, & à pag. *622* uſque ad pag. *628*.

Quartò, & quidem à fol. 9 pag. 2 colum. 2, uſque ad fol. 26 pag. 1 col. 2, *FLAVII JOSEPHI Liber de Machabæis, ſive, de Imperio Rationis*; cujus titulus: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Μαρτύριον τῶν ἁγίων Μακκαβαίων ἐκ τῆς Ἰωσήπου ἱστορίας. Principium ejus ac finis impreſſis editionibus congruunt.

Quintò, & quidem à fol. 26 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 32 pag. 2 col. 2, S. *GREGORII Nazianzeni Encomium in eosdem Sanctos Machabæos*; cujus titulus & principium: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου Ἐγκώμιον εἰς τοὺς αὐτοὺς ἁγίους. Τί δαί; οἱ Μακκαβαῖοι· τούτων γὰρ ἡ παροῦσα πανήγυρις. &c. Vide Librum *tertium* Lambec. Comment. pag. 178.

Sextò, & quidem à fol. 32 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 41 pag. 2 col. 2, *Oratio encomiaſtica ſimul & hiſtorica de translatione venerandi Corporis Sancti Protomartyris Stephani in Urbem Conſtantinopolitanam*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Αὐγούστῳ β΄. Λόγος ἐγκωμιαστικὸς ἅμα καὶ ἱστορικὸς περὶ τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐλεύσεως τοῦ τιμίου λειψάνου τοῦ ἁγίου Πρωτομάρτυρος Στεφάνου. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ σωτὴρ πάντων τῶν ἐλπιζόντων ἐπ' αὐτὸν, ἓν ἔργον θέμενος τῆς αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς διὰ σώματος ἐπιφανείας τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν, &c. Meminit hujus Orationis *Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. *102*, ubi eam *Michaëli Pſello* attribuit. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die ſecundo Auguſti, & *Theodori Lectoris* Collectaneorum Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ librum ſecundum in fine.

Septimò, & quidem à fol. 41 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 45 pag. 1 colum. 2, *Vita S. DALMATI ſeu potiùs Dalmatii, Archimandritæ ſive Abbatis Conſtantinopolitani*; cujus titulus & principium: (1) Μηνὶ Αὐγούστῳ γ΄. Βίος ἐν συντόμῳ τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Δαλμάτου. Οὗτος ὁ ὅσιος (2) Δαλμάτος σχολάριος ὑπῆρχεν, στρατευόμενος ἐν τῇ δευτέρᾳ σχολῇ τῶν σχολαρίων ἐπὶ Θεοδοσίου τοῦ Βασιλέως, ζῶν εὐσεβῶς καὶ ἐνάρετος· &c.

 Memi-

(1) Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die tertio Auguſti. (2) Ita in hoc Codice manuſcripto Cæſareo conſtanter legitur: nempe Δαλμάτος, non autem Δαλμάτιος.

Meminit hujus S. *Dalmati*, ſeu potiùs (1) *Dalmatii*, Em. Card. *Baronius* in Notis ad Martyrologii Romani diem quintum Decembris. Vide etiam ejusdem doctiſſimi Cardinalis Annales Eccleſiaſticos Tomo V, A. C. 431, pag. 599 edit. Antverp. Plantinianæ. Vide Conciliorum Generalium & Provincialium editionem græco-latinam Colonienſem *Severini Binii* Tom. I. Part. II. pag. *289* & *290*.

Octavò, & quidem à fol. 45 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 48 pag. 2 col. 2, *Martyrium* S. *DOSÆ Presbyteri & S. JÆ Virginis in Perſide ſub Rege Sapore*; cujus titulus & principium: (2) Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Μαρτύριον ἐν συντόμῳ τῶν ἁγίων Μαρτύρων Δωσᾶ πρεσβυτέρου καὶ Ἴας τῆς παρθένου, μαρτυρησάντων ἐν Περσίδι. Ἐν τῷ πεντηκοστῷ τρίτῳ ἔτει τῆς βασιλείας Σαβωρίου, τοῦ Περσῶν Βασιλέως, ἀνῆλθεν ὁ αὐτὸς Σαβώριος εἰς τὰ κάστρα καὶ εἰς τὰ μεθόρια τῶν Ῥωμαίων, καὶ &c. Vide etiam *Menæa Græcorum*, ſed die 4. Auguſti; ut & *Martyrologium Romanum* eodem die.

Nonò, & quidem à fol. 48 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 53 pag. 2 col. 2, *Martyrium* S. *ELEUTHERII ſub Imp. Maximiano*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Αὐγούστῳ δ΄. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἐλευθερίου, μαρτυρήσαντος ἐπὶ Μαξιμιανοῦ βασιλέως. Ἡ τῶν μαρτυρικῶν ἀγώνων δόξα &c. Vide *Menæa Græcorum* eodem die quarto Auguſti; ut & *Martyrologium Romanum*.

Decimò, & quidem à fol. 53 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 59 pag. 2 col. 2, *Hiſtoria ſuppoſititia Martyrii* S. *EUSIGNII Antiocheni*, qui, cùm ſub *Imp. Conſtantio Chloro*, ejúſque filio *Imp. Conſtantino Magno*, ac porrò ſub hùjus quoque filio *Imp. Conſtantio*, integros *ſexaginta* annos cum ſingulari laude militâſſet, & A. C. 362 *centeſimum decimum* jam ætatis annum agens, *Imp. Julianum*, tanquam pietatis Imp. Conſtantini Magni atque veræ Religionis deſertorem, coram toto exercitu liberrimè redarguiſſet, ipſius juſſu *Cæſareæ in Cappadociâ* decollatus eſt; conſcripta ſub nomine *EUSTOCHII*, *Diaconi Eccleſiæ Antiochenæ*, quaſi ipſius S. *Euſignii cognati & comitis*, qui toti rei geſtæ ubique interfuerit. Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Μηνὶ Αὐγούστῳ έ. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου μάρτυρος ΕΥΣΙΓΝΙΟΥ. Ἐπὶ τῆς ὑπατείας Ἀρβητίωνος καὶ ΔΙΟΚΛΗΤΙΑΝΟΥ ἀνηρέθη ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΣ Καῖσαρ, &c. Plura, ſi placet, vide Lib. VIII. Comment. Lambec. pag. 104 & ſeqq.

Undecimò, & quidem à fol. 60 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 67 pag. 2 col. 1, S. *JOANNIS Chryſoſtomi Oratio in Transfigurationem Chriſti in monte Tabor, ex illius Expoſitione in Evangelium S. Matthæi deſumpta*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Αὐγούστῳ ϛ΄. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου ἐκ τῆς ἑρμηνείας τοῦ κατὰ Ματθαῖον εὐαγγελίου ὁμιλία εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐπειδὴ πολλὰ περὶ κινδύνων διελέχθη καὶ θανάτου &c. Vide etiam Librum *quartum* Lambec. Comment. pag. 134, & Em. Card. *Baronii* Annotationes in Martyrologium Romanum die ſexto Auguſti.

Duodecimò, & quidem à fol. 67 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 77 pag. 2 col. 1, *ANDREÆ*, *Archiepiſcopi Cretenſis*, patriâ quidem *Damaſceni*, cognomine autem *Hieroſolymitani*, ob monaſticam vitam Hieroſolymis initam, qui circa annum Chriſti 720 & 723 obiit, *Oratio in Chriſti Transfigurationem*; cujus titulus & principium: (3) Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀνδρέου Ἀρχιεπισκόπου Κρήτης ὁμιλία εἰς τὴν μεταμόρφω-

(1) Ita is rectiùs appellatur in Actis Concilii Epheſini. (2) Hoc eſt, *eodem die tertio Auguſti*. (3) Nempe die ſexto Auguſti.

μόρφωσιν τ̃ Κυρίε ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ. Ὅσοι τῇ κενώσει τοῦ Λόγου τῆς ἀλογίας περιαιρεθέντες τὸ κάλυμμα, &c. Exſtat ea græcè & latinè inter Opera *Andreæ Archiepiſcopi Cretenſis*, cum *Amphilochii Iconienſis* & *Methodii Patarenſis* Operibus, Pariſiis A. 1644 in folio edita, à pag. 38 uſque ad pag. 56.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 77 pag. 2 colum. 1, uſque ad fol. 80 pag. 2 col. 1, S. *BASILII*, *Seleuciæ in Iſauriá Epiſcopi*, qui A. C. 451 Concilio Generali Chalcedonenſi interfuit, *Oratio in Transfigurationem Chriſti*; cujus titulus & principium: (1) Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Τοῦ μακαριωτάτου Βασιλείου, Ἀρχιεπισκόπου Σελευκείας, λόγος εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ. Ἥλιος ἄρτι κατὰ γῆν ἐπαφιεὶς τὰς ἀκτῖνας, &c. Exſtat quidem hæc Oratio in *Laurentii Surii* Syntagmate de probatis Sanctorum Hiſtoriis die 6. Auguſti, ſed tantùm *latinè*; atque incipit ibi hoc modo: *Sol in terram modò emittens radios*, &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 80 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 83 pag. 2 col. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris *in Transfigurationem Chriſti*; cujus titulus & principium: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Λόγος εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ. Ἠκούσας ἀρτίως ἀγαπητὲ τοῦ Δεσπότου Χριςοῦ λέγοντος ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι εἰσί τινες τῶν ὧδε ἑςηκότων, &c. Vide Librum *quartum* Lambec. Comment. pag. 134, ubi hæc Oratio tribuitur S. *Joanni Chryſoſtomo*.

Decimo quintò, & quidem à fol. 83 pag. 2 colum. 1, uſque ad fol. 88 pag. 2 col. 2, S. *ANASTASII Sinaitæ*, *Patriarchæ Antiocheni*, qui A. C. 599 obiit, *Oratio in Transfigurationem Chriſti*; cujus titulus & principium: Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ. Ἀναςασίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀντιοχείας εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ. Ὁ φιλάνθρωπος Ἰησοῦς ἐπιφανεὶς τῷ κόσμῳ διδάσκαλος ἀγαθὸς, &c. Exſtat quidem hæc Oratio in Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum græco-latinæ Auctario novo *Combefiſiano*, Pariſiis A. 1648 duobus Tomis in folio edito, Tomi primi columnâ 865 & deinceps uſque ad columnam 882, deprompta ex Codice manuſcripto *Bibliothecæ Regiæ Pariſinæ*; ſed eſt ea ibi mutila in fine; quæ verò ibi deſunt, exhibet Illuſtris Lambecius Lib. VIII. Comment. ſuorum pag. 117.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 89 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 98 pag. 1 col. 1, *Certamen Sanctorum decem Martyrum Gregorii*, *Juliani*, *Marciani*, *Joannis*, *Jacobi*, *Alexii*, *Demetrii*, *Leontii*, *Photii*, *Petri*, & *beatæ atque venerandæ Mariæ Patriciæ*, *ſub Imp. Leone Iſauro*, *propter Imaginem Domini noſtri Jeſu Chriſti Conſtantinopoli in Portá æneá*; cujus titulus & principium: (2) Μηνὶ Αὐγούςῳ η΄. Ἄθλησις τῶν ἁγίων ι΄ μαρτύρων τ̃ Χριςοῦ Γρηγορίου, Ἰουλιανοῦ, Μαρκιανοῦ, Ἰωάννου, Ἰακώβου, Ἀλεξίου, Δημητρίου, Λεοντίου, Φωτίου, Πέτρου, καὶ τῆς ἁγίας καὶ σεβασμιωτάτης Μαρίας τῆς Πατρικίας, καὶ τῶν μαρτυρησάντων ἐν τοῖς χρόνοις Λέοντος τ̃ Ἰσαύρου διὰ τὴν ἐν τῇ χαλκῇ πύλῃ εἰκόνα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριςοῦ. &c. Agitur de iiſdem Sanctis Martyribus etiam in *Menæis Græcorum* & in *Martyrologio Romano*; ſed utrobique die *nono* Auguſti, & omittitur perperàm mentio primi Martyris, nempe S. *Gregorii*. Fuerunt enim *decem Martyres* præter S. *Mariam Patriciam*, quippe quæ re verâ fuit *undecima*.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 98 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 99 pag. 1 col. 2, *Epitome Hiſtoriæ obſidionis Urbis Conſtantinopolitanæ per Perſas* & (3) *Abăres ſeu Abăros*, *atque liberationis ejuſdem auxilio Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus titulus & principium:

[L] 3 Ἱςορία

(1) Nempe die ſexto Auguſti. (2) Menſis Auguſti die octavo. (3) Appellantur ii aliàs quoque Ἄβαρες, ſive *Avares*.

Tertiò, & quidem à fol. 56 pag. 1, uſque ad fol. 58 pag. 1, *NILI*, *Archiepiſcopi ſeu Patriarchæ Conſtantinopolitani*, *Oratio ſupplex ad Deum contra Barbarorum incurſionem*, *bellum inteſtinum*, *famem*, *peſtem*, *& mortem ſubitam*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Νείλου, Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ ἐλεήμονος, Εὐχὴ ἱκετήριος πρὸς Θεὸν, ἥτις προσήκει λέγεσθαι ἐπὶ βαρβάρων ἐπιδρομῇ, καὶ ἐμφυλίῳ πολέμῳ, καὶ λιμῷ, καὶ λοιμῷ, καὶ θανάτου πληγῇ. Δέσποτα Κύριε ὁ Θεὸς ὁ παντοκράτωρ, ὁ τοῦ μονογενοῦς Υἱοῦ Πατὴρ, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς καὶ τῆς ἀθανασίας· &c. In margine autem ibidem *Joannes Sambucus* manu ſuâ annotavit, *ſe iſtam Orationem in latinum tranſtuliſſe ſermonem*, *eamque verſionem*, *ſed abſque contextu græco*, *A. 1555 Patavii in lucem edidiſſe*. Exſtat ea editio impreſſa etiamnunc in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ*; & quidem quinque foliis in *quarto*, non autem in *folio*, ut non ſolùm *in Bibliothecâ Conradi Geſneri*, *à Joſiâ Simlero & Joanne Jacobo Friſio auctâ*, verùm etiam in R. P. *Philippi Labbæi* Diſſertatione Hiſtoricâ de Scriptoribus Eccleſiaſticis Tom. II. pag. 126 perperàm legitur. Dedicavit *Sambucus* illam editionem *Nicolao Olaho*, Archiepiſcopo Strigonienſi, Primati Hungariæ, Sanctæ Sedis Apoſtolicæ Legato nato, Summo Secretario & Cancellario Sereniſſimi Regis Romanorum Ferdinandi I. Vide Lib. VIII. Commentar. Lambecian. pag. 526, & ſeqq.

LVI.

QVINQVAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegans, & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *ACTA & CANONES variorum Conciliorum Generalium & Provincialium*, *cum ſubjunctis nonnullis diverſorum Sanctorum Patrum Scriptis Canonicis*; hoc ordine:

Primò,

(1) De aliis Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Codicibus manuſcriptis, qui olim itidem ad Cardinalem *Beſſarionem* pertinuerunt, & ſimiliter propriis ipſius Inſcriptionibus inſigniti ſunt, vide Librum *quartum* Lambecianorum Commentariorum pag. 84 & 139, item Librum *quintum* pag. 47.

Primò, & quidem fol. 1 pag. 1 & 2, *INDEX antiquus græcus totius Syntagmatis*; cujus titulus & principium: (1) Ἐκ ποίων Συνόδων τε καὶ Προσώπων, καὶ πόσων Κανόνων τὸ παρὸν ἠθροίσθη Σύνταγμα. Οἱ λεγόμενοι τῶν ἁγίων Ἀποστόλων διὰ Κλήμεντος Κανόνες πέ. &c. Quo finito Indice, ſequitur obſervatu digna *Annotatio, quòd nonnulla illorum Conciliorum non ſint collocata ordine chronologico, ſed potiùs reſpectu dignitatis & aliarum quarundam circumſtantiarum.*

Secundò, & quidem à fol. 2 pag. 1, uſque ad fol. 7 pag. 1, *CANONES Sanctorum Apoſtolorum octoginta quinque, anonymi cujuſdam antiqui Scholiaſtæ græci Annotationibus marginalibus & interlinearibus illuſtrati*; quorum titulus & principium: Κανόνες τῶν ἁγίων Ἀποστόλων. Α΄. Ἐπίσκοπος χειροτονείσθω &c. Plura de his *Canonibus*, eorumque Autore & autoritate, vide inprimis ac præcipuè Tomo primo Conciliorum editionis ultimæ Pariſinæ græco-latinæ R. P. *Philippi Labbæi* S. J. A. 1671 in folio, columnâ 25 & deinceps; item in *Joannis Baptiſtæ Cotelerii*, Societatis Sorbonicæ Theologi doctiſſimi, editione Pariſinâ græco-latinâ Operum Sanctorum Patrum, qui temporibus Apoſtolicis floruerunt, *Barnabæ, Clementis, Hermæ, Ignatii & Polycarpi*, pag. 126 & 375; nec non in R. P. *Franciſci Turriani* S. J. Procemio, Scholiis & Obſervationibus ad S. *Clementis* Apoſtolicarum Conſtitutionum Libros octo, & in *Joannis Cabaſſutii* Notitiâ Conciliorum Sanctæ Eccleſiæ cap. 4. Huc quoque pertinent *Joannis Zonaræ* & *Theodori Balſamonis* Syntagmata Canonum, cum eorum Commentariis græcis, Lutetiæ Pariſiorum typis Regiis *A. 1618* & *1620* græcè & latinè duobus Tomis in folio edita; ſed ea propter varios Græcorum errores cautè legenda ſunt.

Tertiò, & quidem à fol. 7 pag. 2, uſque ad fol. 10 pag. 1, *CONCILII NICÆNI Oecumenici ſive Generalis Primi*, quod A. C. 325 *Nicææ in Bithyniâ*, præſente ipſo *Imp. Conſtantino Magno, à trecentis octodecim* Patribus præcipuè adverſus (2) *Arium* hæreſiarcham, Presbyterum Alexandrinum, Chriſti Divinitatem impugnantem, celebratum eſt, *CANONES viginti*, ab anonymo quodam antiquo *Scholiaſte* græco Annotationibus marginalibus & interlinearibus illuſtrati; quorum titulus & principium: Κανόνες τῶν τιή ἁγίων Πατέρων, τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων ἐν ὑπατείᾳ Παυλίνου καὶ Ἰουλιανοῦ τῶν λαμπροτάτων, ἔτους χλς΄ ἀπὸ Ἀλεξάνδρου μηνὶ Δεσίῳ ἐννεακαιδεκάτῃ, πρὸ ιγ΄ καλανδῶν Ἰουλίων. Α΄. Εἴ τις ἐν νόσῳ ὑπὸ ἰατρῶν ἐχειρουργήθη, ἢ &c. Plura de eodem Concilio iiſdemque Canonibus vide Tomo ſecundo ſuprà citatæ editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ à col. 1 uſque ad col. 410.

Quartò, & quidem à fol. 10 pag. 2, uſque ad fol. 12 pag. 2, *CONCILII ANCYRANI, A. C. 314 Ancyræ in Galatiâ* Aſiæ Regione ab *octodecim* Epiſcopis in causâ lapſorum celebrati, *CANONES viginti quinque*, ab anonymo quodam antiquo *Scholiaſte græco* Annotationibus marginalibus & interlinearibus illuſtrati; quorum titulus & principium: Κανόνες τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ συνελθόντων μακαρίων Πατέρων, οἵτινες πρεσγενέστεροι μέν εἰσι τῶν ἐν Νικαίᾳ ἐκτεθέντων κανόνων· δευτερεύουσι δὲ διὰ τὴν τῆς οἰκουμενικῆς Συνόδου αὐθεντίαν. Α΄. Πρεσβυτέρους τοὺς ἐπιθύσαντας &c. Plura de eodem Concilio

(1) Idem *antiquus Index græcus* cum eâdem ſubjunctâ *Annotatione græcâ* de vero ordine Conciliorum chronologico, exſtat in *Gulielmi Voëlli* & *Henrici Juſtelli* Bibliothecâ Juris Canonici Veteris, Pariſiis A. 1662 duobus Tomis græcè & latinè in folio editâ, Tomi ſecundi pag. 793, 794, 795, & quidem ante *Photii* Patriarchæ Conſtantinopolitani Nomocanonem. (2) Hujus exſecranda in Chriſtum blaſphemia fuit talis: *Erat, quando non erat: &, Priuſquam naſceretur, non erat; &, ex non exiſtentibus factus eſt, non autem de Patris ſubſtantiâ genitus; ex tempore non autem ab æterno: haudquaquam Deus verus de Deo vero; ſed ex nihilo creatus; minor Patre; voluntate naturâque mutabilis.*

cilio iisdemque Canonibus vide Tomo primo ſuprà citatæ editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ à col. 1455 uſque ad col. 1480.

Quintò, & quidem fol. 13 pag. 1 & 2, CONCILII NEOCÆSAREENSIS, A. C. 314, vel proximo ſequente, *Neocæſareæ in Cappadociâ à tredecim* Epiſcopis celebrati, CANONES *quatuordecim*, anonymi cujusdam antiqui *Scholiaſtæ græci* Annotationibus marginalibus illuſtrati; quorum titulus & principium: Κανόνες τῶν ἐν Νεοκαισαρείᾳ συνελθόντων ἁγίων Πατέρων, οἵτινες δεύτεροι μέν εἰσι τῶν ἐν Ἀγκύρᾳ, τῶν δὲ ἐν Νικαίᾳ πρεσβύτεροι· διὰ δὲ σεβασμιότητα προτέτακται αὐτῶν ἡ ἐν Νικαίᾳ. Α΄. Πρεσβύτερος ἐὰν γήμῃ, &c. Plura de eodem Concilio iisdemque Canonibus vide Tomo primo ſuprà citatæ editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ à columnâ 1480 uſque ad colum. 1490.

Sextò, & quidem à fol. 14 pag. 1, uſque ad fol. 16 pag. 1, CONCILII GANGRENSIS, poſt Concilium Nicænum, vel anno Chriſti 326, vel non multò pòſt, *Gangræ in Paphlagoniâ à quindecim* Patribus adverſus *Euſtathium, Sebaſtianenſem in Armeniâ Epiſcopum*, vel, ut *Card. Baronius* & *Severinus Binius* arbitrantur, contra *Eutactum Monachum Armenum*, nuptias damnantem, celebrati, *Canones viginti*; quorum titulus & principium: Κανόνες τῶν ἐν Γάγγρᾳ συνελθόντων ἁγίων Πατέρων, οἵτινες μετὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ Σύνοδον ἐξετέθησαν. Κυρίοις τιμιωτάτοις ἐν Ἀρμενίᾳ συλλειτουργοῖς Εὐσέβιος, Αἰλιανὸς, Εὐγένιος, Ὀλύμπιος, Βιθυνικὸς, Γρηγόριος, Φιλητὸς, Πάππος, Εὐλάλιος, &c. Plura de eodem Concilio iisdemque Canonibus vide Tomo ſecundo ſuprà citatæ editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ à columnâ 414 uſque ad colum. 434.

Septimò, & quidem à fol. 16 pag. 2 uſque ad fol. 20 pag. 1, CONCILII ANTIOCHENI *primi*, A. C. *341 Antiochiæ in Syriâ à triginta* Epiſcopis celebrati, CANONES *viginti quinque*, anonymi cujusdam antiqui *Scholiaſtæ græci* Annotationibus marginalibus & interlinearibus illuſtrati; quorum titulus & principium: Κανόνες τῶν ἐν Ἀντιοχείᾳ συνελθόντων ἁγίων Πατέρων. Ἡ ἁγία καὶ εἰρηνικωτάτη Σύνοδος ἡ ὑπὸ τοῦ Θεοῦ συγκροτηθεῖσα ἐν Ἀντιοχείᾳ &c. Ἡ χάρις καὶ ἡ ἀλήθεια Ἰησοῦ Χριστοῦ &c. Α΄. Πάντας τοὺς τολμῶντας παραλύειν &c. Plura de eodem Concilio, iisdemque Canonibus, vide Tomo ſecundo ſuprà citatæ editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ à colum. 559 uſque ad col. 598.

Octavò, & quidem à fol. 20 pag. 2, uſque ad fol. 23 pag. 2, CONCILII LAODICENI, ſeculi poſt Chriſtum *quarti* anno incerto *Laodiceæ in Phrygiâ Pacatianâ à Nunechio* Phrygiæ Metropolitano & *triginta duobus* Epiſcopis ad collapſam Eccleſiæ diſciplinam reſtaurandam celebrati, CANONES *quinquaginta novem*, & ab anonymo quodam antiquo *Scholiaſte græco* Annotationibus marginalibus & interlinearibus illuſtrati; quorum titulus & principium: Κανόνες τῶν ἐν Λαοδικείᾳ τῆς Φρυγίας συνελθόντων μακαρίων Πατέρων. Ἡ ἁγία Σύνοδος, ἡ κατὰ Λαοδίκειαν τῆς Φρυγίας (1) Πακπανῆς συγκροτηθεῖσα ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν τῆς Ἀσιανῆς, ὅρους ἐξέθετο ἐκκλησιαστικοὺς, ὡς ὑποτέτακται. Α΄. Περὶ τοῦ, δεῖν κατὰ τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα τοὺς ἐλευθέρως καὶ νομίμως συναφθέντας δευτέροις γάμοις, &c. Plura de eodem Concilio, iisdemque Canonibus, vide Tomo primo ſuprà citatæ editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ à colum. *1495* uſque ad col. *1528*.

Nonò,

(1) Ita ibi clarè & expreſsè ſcriptum eſt pro Πακατιανῆς. Vide *Abrahami Ortelii* Theſaurum Geographicum in explicatione loci In Mauritaniâ Cæſareenſi, dicti *Paſſiana Matidia*.

Nonò, & quidem à fol. 24 pag. 1, uſque ad fol. 26 pag. 2, *CONCILII CONSTANTINOPOLITANI primi*, *Oecumenici autem ſive Generalis ſecundi*, *A. C. 381 Conſtantinopoli in Thraciâ* ſub *Imp. Theodoſio Magno à centum quinquaginta* Patribus præcipuè adverſus *Macedonium*, Patriarcham Conſtantinopolitanum, Divinitatem Spiritûs Sancti impugnantem, celebrati, *CANONES ſeptem*, ab anonymo quodam antiquo *Scholiaſte græco*, Annotationibus marginalibus & interlinearibus illuſtrati; quorum titulus & principium: Κανόνες τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει συνελθόντων ἐν ὑπατείᾳ Φλαβίου Εὐχερίου καὶ Φλαβίου Εὐαγρίου τῶν λαμπροτάτων πρὸ ἑπτὰ εἰδῶν Ἰουλίων. Προσφωνητικὸς τῆς αὐτῆς ἁγίας Συνόδου πρὸς τὸν εὐσεβέστατον Βασιλέα Θεοδόσιον τὸν μέγαν, ᾧ ὑπέταξαν οὓς παρ' αὐτῶν ἐκτεθέντας κανόνας. Τῷ θεοφιλεστάτῳ &c. Plura de eodem Concilio Oecumenico, iiſdemque Canonibus, vide Tomo ſecundo ſuprà citatæ editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ à columnâ 911 uſque ad colum. 978.

Decimò, & quidem à fol. 26 pag. 1, uſque ad fol. 29 pag. 2, *CONCILII EPHESINI*, *Oecumenici ſive Generalis tertii*, *A. C. 431 Epheſi in Joniâ* Aſiæ Minoris Regione ab Epiſcopis *pluſquam ducentis* adverſus (1) *Neſtorium* Patriarcham Conſtantinopolitanum celebrati, *CANONES novem*; quorum titulus, principium, & ordo eſt talis: Κανόνες τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Ἐφέσῳ συνελθόντων μετὰ τὴν ὑπατείαν Φλαβίου Θεοδοσίου τὸ ιγ', καὶ Φλαβίου Οὐαλεντινιανοῦ τὸ γ' τῶν αἰωνίων Αὐγούστων πρὸ ί καλανδῶν Ἰουλίων. &c. Plura de eodem Concilio, iiſdemque Canonibus, vide Tomo tertio ſuprà citatæ editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ à col. 1 uſque ad col. *1257*; præcipuè autem col. *445*, *690*, *801*, *802*, *803*, *804*. *805*, *806*, *807* & *808*.

Undecimò, & quidem à fol. 29 pag. 2, uſque ad fol. 34 pag. 2, *CONCILII CHALCEDONENSIS*, *Oecumenici ſive Generalis quarti*, A. C. 451 ſub *Imp. Marciano* in Eccleſia S. Euphemiæ *Chalcedone in Bithyniâ à ſexcentis triginta Epiſcopis* adverſus *Eutychen* Archimandritam ſive Abbatem Conſtantinopolitanum & *Dioſcorum* Patriarcham Alexandrinum, (2) duas in Chriſto naturas confundentes, CANONES *triginta*, ab anonymo quodam antiquo *Scholiaſte græco* Annotationibus marginalibus & interlinearibus illuſtrati; quorum titulus & principium: Κανόνες τῶν χλ' ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Χαλκηδόνι συνελθόντων ὑπατείᾳ Μαρκιανοῦ τοῦ αἰωνίου Αὐγούστου καὶ τοῦ δηλωθησομένου τῇ πρὸ ὀκτὼ (3) Καλανδῶν Νοεμβρίων. Κανὼν α'. &c. Plura de eodem Concilio, iiſdemque Canonibus, vide Tomo quarto ſuprà citatæ editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ à col. 1 uſque ad col. 1007; ſed præcipuè col. 77 & 755.

Duodecimò, & quidem à fol. 35 pag. 1, uſque ad fol. 40 pag. 1, *CONCILII SARDICENSIS*, A. C. 347 *Sardicæ in Thraciâ à trecentis ſeptuaginta ſex* Epiſcopis in causâ præcipuè S. *Athanaſii* Archiepiſcopi Alexandrini celebrati, CANONES *viginti unus*, ab anonymo quodam antiquo *Scholiaſte græco* Annotationibus marginalibus & interlinearibus illuſtrati; quorum titulus & principium: Κανόνες τῶν ἐν Σαρδικῇ συνελθόντων

(1) Is, negatâ communicatione idiomatum, duas in Chriſto conſtituit perſonas; nempe unam *Filii Dei*, alteram autem *filii Mariæ*: ideóque Chriſtum non *Deum*, vel Θεάνθρωπον, hoc eſt *Deum ſimul & Hominem*, ſed tantùm *Hominem* θεοφόρον ſive *Deiferum* appellandum eſſe aſſeruit; nec matrem ipſius Mariam vocandam eſſe Θεοτόκον ſive *Deiparam*, ſed tantùm Χριστοτόκον ſive *Chriſtiparam*. (2) Docuerunt enim, ex Deitate & carne humanâ unam factam eſſe naturam, ita ut caro in Deitatem fuerit converſa, ſecundùm hanc confeſſionis ipſius Eutychis formulam: *E duabus naturis genitum Chriſtum ante unionem profiteor; ſed poſt unionem non agnoſco niſi Divinam naturam, Divinúmque ejus corpus, nec nobis conſubſtantiale, nec iiſdem paſſionibus, quibus nos, obnoxium confiteor.* (3) In editione Pariſinâ Labbæanâ columnâ 78 τῇ πρὸ ὀκτὼ ἰδῶν Ὀκτωβρίων.

θόντων ἁγίων Πατέρων. Ἡ ἁγία Σύνοδος ἡ ἐν Σαρδικῇ συγκροτηθεῖσα ἐκ διαφόρων ἐπαρχιῶν ὥρισε τὰ ὑποτεταγμένα Κανόνα. α' Ὅσιος Ἐπίσκοπος πόλεως Κουρδούβης εἶπεν· οὐ τοσοῦτον ἡ φαύλη συνήθεια &c. Plura de eodem Concilio, iisdemque Canonibus, vide Tomo ſecundo ſuprà citatæ editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ à colum. 623 uſque ad col. 713; ſed præcipuè col. 627.


Decimo tertiò, & quidem à fol. 40 pag. 2, uſque ad fol. 89 pag. 2, *CONCILII CARTHAGINENSIS*, A. C. *418*, *419* & *423* ſub Pontificibus Romanis *Zoſimo*, *Bonifacio I* & *S. Cæleſtino I*, Præſide *Aurelio* Epiſcopo Carthaginenſi, celebrati, & *ducentorum ſeptendecim* Epiſcoporum ſubſcriptionibus confirmati, *CANONES decem*; quorum titulus & principium: Κανόνες τῶν ἐν Καρθαγένῃ συνελθόντων σιζ μακαρίων Πατέρων. (1) Μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν ἐνδοξοτάτων Βασιλέων (2) Ὀνωρίου τὸ δωδέκατον καὶ Θεοδοσίου τὸ ὄγδοον τῶν Αὐγούστων &c. Clauduntur autem hi Canones *Symbolo Nicæno*. Sequuntur deinde alia *Capitula centum triginta octo*. Ultimum autem eorundem Capitulorum eſt *Epiſtola Concilii Africani ad S. Cæleſtinum I Papam*. Plura de eodem Concilio iisdemque Canonibus & Capitulis vide Tomo ſecundo ſuprà citatæ editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ à col. *1576* uſque ad col. *1676*; ſed præcipuè columnâ *1589*.

Decimo quartò, & quidem à fol. 89 pag. 2, uſque ad fol. 90 pag. 2, *ex Actis CONCILII CONSTANTINOPOLITANI, A. C. 394 in cauſâ Agapii & Bagadii, eundem Epiſcopatum Boſtrenſem ſibi vendicantium, celebrati, EXCERPTA nonnulla*; quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν πραχθέντων ὑπομνημάτων ἐν Κωνσταντινουπόλει περὶ Ἀγαπίου καὶ Βαγαδίου, ἑκατέρου ἀντεχομένου τῆς Ἐπισκοπῆς Βόστρης. &c. Plura de eodem Concilio vide Tomo ſecundo ſuprà citatæ editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ colum. *1151*, *1152* & *1153*; item in ſuprà citato Syntagmate Canonum, à *Theodoro Balſamone*, Patriarchâ Antiocheno, collecto, & *Commentariis* illuſtrato, quod Pariſiis græcè cum interpretatione latinâ Gentiani Herveti A. *1620* in folio impreſſum eſt, pag. 761, 762 & 763.

Decimo quintò, & quidem à fol. 91 pag. 1, uſque ad fol. 120 pag. 1, *PSEUDO-CONCILII* (3) *CONSTANTINOPOLITANI Oecumenici ſive Generalis ſexti*, quòd A. C. 692, vel ſecundùm alios 707, ſub *Imp. Juſtiniano Secundo ſive Rhinotmeto*, *Conſtantinopoli in Trullo Imperatorii Palatii* celebratum fuit, & vulgò Σύνοδος Πενθέκτη ſive *Synodus Quinti-Sexta* appellatur, *CANONES centum & duo*, ab anonymo quodam antiquo *Scholiaſte græco* Annotationibus marginalibus & interlinearibus illuſtrati; quorum titulus & principium: Κανόνες τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐν τῷ Τρούλλῳ (4) τοῦ βασιλικοῦ παλατίου συνελθόντων ἁγίων Πατέρων ἐπὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ φιλοχρίστου ἡμῶν Βασιλέως. &c. Finito autem centeſimo ſecundo ſive ultimo Canone, ſequuntur Ὑπογραφαὶ ſive *Subſcriptiones*, majuſculis literis pereleganter exaratæ. Plura de eodem Concilio iisdemque Canonibus vide Tomo ſexto ſuprà citatæ editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ à colum. 1123 uſque ad colum. 1204, & à colum. 1316 uſque

(1) Vide *Joannis Zonaræ* Syntagma Canonum, Commentariis ipſius græcis illuſtratum, & Pariſiis A. 1618 græcè & latinè à Joanne Quintino in folio editum pag. 385. (2) A. C. 419. (3) Verum enim & genuinum *Concilium Conſtantinopolitanum Tertium, Oecumenicum autem ſive Generale ſextum*, celebratum fuit à menſe Novembri A. C. 680 uſque ad diem 16. Septembris A. 681 ſub *Imp. Conſtantino Pogonato* à 289 Epiſcopis contra hæreſin Monotheletarum. (4) In editione Conciliorum Pariſinâ Labbæanâ perperàm legitur *ἐν τῷ Τρούλλῳ βασιλικῷ παλατίῳ*. *Trullus* enim, ſeu potiùs *Trullum* pars fuit Palatii Imperatorii, ita dicta, quòd faſtigium ejus tectum & ornatum fuerit *trullo*, ſive fornice hemicyclico, qui vulgò Italicè dicitur *Cupola*.

uſque ad colum. 1324; item in ſuprà citato Syntagmate Canonum *Joannis Zonaræ* pag. 124 ac deinceps, & in Syntagmate Canonum *Theodori Balſamonis* pag. 355 ac deinceps. Vide etiam, ſi placet, notabile aliquod *Fragmentum Subſcriptionum quarundam Synodalium*, quod *Joannes Sambucus*, in *vetuſtiſſimâ chartâ Niliacâ* ſcriptum, *Patavii* A. 1553 comparavit, Lib. VIII. Comment. Lambec. pag. 408, & ſeqq. Quoniam autem *Subſcriptiones* iſtæ *Synodales majuſculis literis, absque accentibus* & *ſpiritibus*, vetuſtiſſimo illo Græcorum ſcribendi modo, exaratæ ſunt, exhibeo hic ſpecimen antiquiſſimæ ſcripturæ, nempe *tria Fragmenta*, vel Sacrorum Bibliorum, vel alterius alicujus materiæ Theologicæ, *ſimili Scripturâ græca in cortice exarata*, ex quibus tamen nullus congruus ſenſus elici poteſt.



Decimo ſextò, & quidem à fol. 120 pag. 1, uſque ad fol. 131 pag. 1, *CONCILII NICÆNI Secundi, Oecumenici autem ſive Generalis Septimi*, A. C. 787 ſub *Imp. Conſtantino VI & matre ejus Irene Nicææ in Bithyniâ à trecentis quinquaginta* Epiſcopis adverſus *Iconomachorum* hæreſin celebrati, *CANONES viginti duo*, ab anonymo quodam antiquo *Scholiaſte græco* Annotationibus marginalibus & interlinearibus illuſtrati; quorum titulus & principium: Κανόνες τῶν ἐν Νικαίᾳ Πατέρων συνελθόντων τὸ δεύτερον (1) ἔτει ϛσϟϛ´ τῆς τοῦ κόσμου κτίσεως, Ἰνδ. ιά, εὐσεβῶς βασιλευόντων Κωνσταντίνου καὶ Εἰρήνης τῆς αὐτοῦ μητρός. Κανὼν ά. Ὅτι δεῖ τοὺς θείους κανόνας κατὰ πάντα φυλάττειν. Τοῖς τὴν ἱερατικὴν λαχοῦσι ἀξίαν, &c. Hinc ſequitur fol. 127 pag. 1 *TARASII Patriarchæ Conſtantinopolitani Epiſtola ad S. Hadrianum I Papam contra Simoniam, cum ſubjunctis eò pertinentibus decem Teſtimoniis.* Plura de eodem Concilio, iisdémque Canonibus, vide Tomo ſeptimo ſuprà memoratæ editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ à col. 1 uſque ad col. 936; ſed præcipuè col. 593 & 629.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 131 pag. 1, uſque ad fol. 136 pag. 2, *PSEUDO-CONCILII CONSTANTINOPOLITANI, in duas Actiones diviſi, ideoque vulgò Primi & Secundi appellati*, in quo machinatione ſceleſtiſſimi *Photii*, qui, eunuchus

[O] & laicus

(1) Anno à creatione Mundi ſecundùm vulgarem ſupputationem Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ 6296. Indict. 11; anno autem Chriſti 787 die 24. Septembris.

& laicus exiſtens, Patriarchatum Conſtantinopolitanum per fraudem & vim invaſerat, *trecenti octodecim* Epiſcopi A. C. 861, *Conſtantinopoli in Templo Sanctorum Apoſtolorum*, S. *Ignatii*, veri & legitimi Patriarchæ Conſtantinopolitani, injuſtiſſimam depoſitionem, ſimul & *Photii* illegitimam intruſionem irritè confirmârunt, CANONES *ſeptendecim*; quorum titulus & principium: Κανόνες ἐκτεθέντες παρὰ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης ἐν Κωνσταντινουπόλει α΄ καὶ β΄ Συνόδου, τῆς συστάσης ἐν τῷ πανσέπτῳ ναῷ τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων. Κανὼν α΄ Πρᾶγμα σεμνὸν οὕτω καὶ τίμιον καὶ τοῖς μακαρίοις καὶ ὁσίοις πατράσιν ἡμῶν πάλαι καλῶς ἐπινοηθὲν, &c. Plura de eodem Pſeudo-Concilio iisdémque Canonibus vide in *Joannis Zonaræ* Syntagmate Canonum pag. 238 ac deinceps, & in *Theodori Balſamonis* Syntagmate Canonum pag. 549 ac deinceps; atque in Tomo octavo editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ colum. 735, 736, & à columnâ 1511 uſque ad colum. 1524.

Decimo octavò, & quidem à fol. 136 pag. 2, uſque ad fol. 137 pag. 2, *PSEUDO-*CONCILII *PHOTIANI*, *Oecumenici Quaſi* (1) *Octavi*; A. C. 879 à 383 *Epiſcopis Conſtantinopoli in Magnâ Eccleſiâ Sanctæ Sophiæ ſive Sapientiæ Dei Verbi celebrati*, in quo tempore *Papæ Joannis Octavi*, poſt obitum S. *Ignatii*, veri & legitimi Patriarchæ Conſtantinopolitani, reſtitutio *Photii* confirmata, *verum & genuinum Concilium Oecumenicum octavum* abrogatum, Autoritas S. Sedis Apoſtolicæ ſuppreſſa, & è Symbolo Fidei particula illa, *Filioque*, ſublata eſt, CANONES *tres*; quorum titulus & principium: Κανόνες ἐκτεθέντες παρὰ τῆς ἁγίας Συνόδου τῆς ἐν τῷ περιωνύμῳ ναῷ καὶ ἐπωνύμῳ (2) τοῦ Θεοῦ Λόγου συστάσης τὴν ἑβδόμην καὶ οἰκουμενικὴν Σύνοδον ἐπιβεβαιωσάσης, πᾶσαν δὲ σχισματικὴν καὶ αἱρετικὴν πλάνην ἀπελασάσης. Κανὼν α΄ &c. Plura de eodem Pſeudo-Concilo Oecumenico *Quaſi-Octavo*, iisdémque Canonibus, vide in *Joannis Zonaræ* Syntagmate Canonum pag. 260 ac deinceps, & in *Theodori Balſamonis* Syntagmate Canonum pag. 583 ac deinceps; ut & in Tomo octavo editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ col. 1525, 1526, & in Tomo nono à col. 324 uſque ad col. 331.

Decimo nonò, & quidem à fol. 137 pag. 2, uſque ad fol. 139 pag. 2, S. *DIONYSII Archiepiſcopi Alexandrini*, qui A. C. 265 obiit, *Epiſtola reſponſoria ad Baſilidem de diverſis Capitibus Canonicis*; cujus titulus & principium: Τοῦ μακαρίου Διονυσίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας. Διονύσιος Βασιλείδῃ τῷ ἀγαπητῷ μου υἱῷ καὶ ἀδελφῷ συλλειτουργῷ καὶ θεοπρεπεῖ. Ἐπέστειλάς μοι πιστότατε καὶ λογιώτατε υἱέ μου, πυνθανόμενος, καθ' ἣν ὥραν ἀπονηστίζεσθαι δεῖ τῇ τοῦ Πάσχα περιλύσει· τινὰς μὲν γὰρ &c. Eadem Epiſtola exſtat græcè & latinè in *Theodori Balſamonis* ſuprà citato Syntagmate Canonum, Pariſiis A. 1620 in folio edito, cum adjunctâ ejuſdem Theodori Ἑρμηνείᾳ ſive Expoſitione græcâ, pag. 879 & deinceps. Vide etiam editionem Conciliorum Pariſinam Labbæanam Tom. I, colum. 831.

Vigeſimò, & quidem à fol. 139 pag. 2, uſque ad fol. 145 pag. 1, S. *PETRI*, *Archiepiſcopi Alexandrini & Martyris*, qui A. C. 310 paſſus eſt, *Canones quindecim*, quorum *quatuordecim priores* deſumpti ſunt ex *Sermone ipſius de Pœnitentiâ*, & inſcribuntur atque incipiunt hoc modo: Τοῦ ἁγίου Πέτρου, Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, καὶ Μάρτυρος, Κανόνες φερό-

(1) Verum & legitimum *Concilium Conſtantinopolitanum Quartum, Oecumenicum autem ſive Generale Octavum*, celebratum à centum & duobus Epiſcopis à die 5. Octobris A. 869 uſque ad diem ultimum Februarii A. 870, eſt illud, in quo *S. Ignatius*, verus & legitimus Patriarcha Conſtantinopolitanus, ab exilio cum dignitate revocatus, Sedique Conſtantinopolitanæ reſtitutus, *Photius* autem cum ſuis Photianis exautoratus & anathemate damnatus eſt. (2) Ita quidem ibi ſcriptum eſt, ſed reverà legendum: τῆς τοῦ Θεοῦ Λόγου Σοφίας.

φερόμενοι ἐν τῷ περὶ μετανοίας αὐτοῦ λόγῳ. Κανὼν ά. Ἐπεὶ δ' οὖν τέταρτον ἤδη Πάσχα ἐπικατείληφε τὸν διωγμὸν &c. *Decimus quintus* autem ſive ultimus Canon, *ex ejuſdem Sermone in Sanctum Paſcha* deſumptus, inſcribitur ſeparatim ac incipit his verbis: Κανὼν ιέ. Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὸ Πάσχα. Οὐκ ἐγκαλέσει τις ἡμῖν παρατηρουμένοις τετράδα καὶ παρασκευὴν, &c. Iidem Canones exſtant græcè & latinè in ſuprà memorato *Theodori Balſamonis* Syntagmate Canonum Pariſino, cum ipſius Expoſitione græcâ, à pag. 887 uſque ad pag. 902. Vide etiam Librum *quintum* Lambec. Commentariorum pag. 156, & editionem Conciliorum Pariſinam Labbæanam Tom. I à col. 955 uſque ad col. 968.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 145 pag. 2, uſque ad fol. 147 pag. 1, S. GREGORII *Epiſcopi Neocæſareenſis, cognomine Thaumaturgi, Epiſtola Canonica de iis, qui in Barbarorum incurſione idolothyta comederant, & alia quædam peccata commiſerant;* cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ Κανονικὴ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νεοκαισαρείας τοῦ Θαυματουργοῦ περὶ τῶν ἐν τῇ καταδρομῇ τῶν Βαρβάρων εἰδωλόθυτα φαγόντων, ἢ καὶ ἕτερά τινα πλημμελησάντων. Οὐ τὰ βρώματα ἡμᾶς βαρεῖ, &c. Eadem Epiſtola, in Canones undecim diviſa, exſtat græcè & latinè in ſuprà memorato *Theodori Balſamonis* Syntagmate Canonum Pariſino, cum ipſius Expoſitione græcâ, à pag. 902 uſque ad pag. 916. Vide etiam editionem Conciliorum Pariſinam Labbæanam Tom. I à columnâ 837 uſque ad col. 842.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 147 pag. 1, uſque ad fol. 150 pag. 1, S. ATHANASII *Magni, Archiepiſcopi Alexandrini, Epiſtola Canonica ad Ammun Monachum*, cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου Ἐπιστολὴ πρὸς Ἀμμοῦν μονάζοντα. Πάντα μὲν καλὰ καὶ καθαρὰ τὰ τοῦ Θεοῦ ποιήματα, &c: & *ex ejuſdem S. Athanaſii Epiſtola feſtali trigeſimâ nonâ Fragmentum Canonicum*, quod inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς λθ' ἑορταστικῆς Ἐπιστολῆς. Ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ μὲν τῶν αἱρετικῶν ἐμνήσθημεν ὡς νεκρῶν· &c. Utrumque Scriptum exſtat græcè & latinè in ſuprà memorato *Theodori Balſamonis* Syntagmate Canonum Pariſino, cum ipſius Expoſitione græcâ à pag. 916 uſque ad pag. 922; & in editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomo ſecundo à col. *1703*, uſque ad col. *1712*.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 150 pag. 1, uſque ad fol. *164* pag. *1*, S. BASILII *Magni, Cæſareæ in Cappadociâ Archiepiſcopi, ad Amphilochium Iconienſem in Lycaoniâ Epiſcopum Epiſtolæ tres Canonicæ;* ab anonymo quodam antiquo *Scholiaſte græco* Annotationibus marginalibus & interlinearibus illuſtratæ; quarum prima inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ἁγίου Βασιλείου Ἐπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας Ἀμφιλοχίῳ Ἐπισκόπῳ Ἰκονίου περὶ κανόνων Ἐπιστολὴ πρώτη. Ἀνοήτῳ, φησὶν, ἐπερωτήσαντι σοφίαν &c. Eædem tres Epiſtolæ, in octoginta quinque Canones diviſæ, exſtant græcè & latinè in ſuprà memoratô *Theodori Balſamonis* Syntagmate Canonum Pariſino, cum ipſius Expoſitione græcâ, à pag. 925 uſque ad pag. *1016*; & in editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomo ſecundo à col. *1715* uſque ad col. *1758*.

Vigeſimo quartò, & quidem fol. 164 pag. 1 & 2, ex EJUSDEM *ad eundem Amphilochium Epiſtolâ, inter Epiſtolas miſcellaneas Tomi ſecundi Operum ipſius exſtantes trecenteſimâ nonageſimâ primâ, Fragmentum Canonicum de differentiâ ciborum contra Encratitas;* quod in præſtantiſſimo hoc Codice manuſcripto Cæſareo inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ αὐτοῦ ἐκ τῆς πρὸς τὸν αὐτὸν μακάριον Ἀμφιλόχιον γραφείσης

φείσης ἐπιςολῆς περὶ τοῦ (1) ἀγνοεῖν τὸν Κύριον τὴν ἡμέραν τοῦ τέλους καὶ τὴν ὥραν. Τοῖς δὲ κομψοῖς Ἐγκρατίταις πρὸς τὸ σεμνὸν αὐτῶν πρόβλημα, διὰ τί καὶ ἡμεῖς οὐχὶ πάντα ἐσθίομεν; &c. Vide Operum S. *Baſilii Magni*, Lutetiæ Pariſiorum typis Nivellianis A. 1618 græcè & latinè duobus Tomis in folio editorum, Tomum ſecundum pag. 780. Vide Lib. VIII. Comment. Lambec. pag. 416.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 164 pag. 2, uſque ad fol. 166 pag. 2, EJUSDEM *Epiſtola ad Diodorum Epiſcopum Tarſenſem adverſus eos, qui duas ſorores ducunt in matrimonium, & adverſus eas, quæ duobus nubunt fratribus*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Διόδωρον τὸν Ταρσοῦ κατὰ τῶν β' ἀδελφὰς γαμούντων, ἢ ἀδελφοῖς δυσὶ γαμουμένων. Ἀφίκετο ἡμῖν γράμματα τὴν ἐπιγραφὴν ἔχοντα Διοδώρου, τὰ δὲ ἐφεξῆς &c. Eadem Epiſtola exſtat græcè & latinè in ſuprà memorato *Theodori Balſamonis* Syntagmate Canonum, cum ipſius Expoſitione græcâ, à pag. *1017* uſque ad pag. *1022*, & in editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomo ſecundo à columnâ 1759 uſque ad colum. 1766.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 166 pag. 2, uſque ad fol. 167 pag. 1, EJUSDEM *Epiſtola ad Gregorium Presbyterum, ut mulierem cohabitantem à ſe dimittat*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς Γρηγόριον πρεσβύτερον, ὥστε χωρισθῆναι αὐτὸν τοῦ συνοίκου γυναικός. Ἐνέτυχόν σου τοῖς γράμμασι &c. Eadem Epiſtola exſtat græcè & latinè in ſuprà memorato *Theodori Balſamonis* Syntagmate Canonum, cùm ipſius Expoſitione græcâ, à pag. *1022* uſque ad pag. *1026*, & in editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomo ſecundo col. 1765 & col. 1766.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem fol. 167 pag. 1 & 2, EJUSDEM *Admonitio ad Chorepiſcopos, ne ſine ipſo fiant miniſtri præter Canones*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ τοῖς Χωρεπισκόποις, ὥστε μὴ γίνεσθαι χωρὶς αὐτοῦ ὑπηρέτας παρὰ τοὺς κανόνας. Πάνυ με λυπεῖ, &c. Eadem Admonitio exſtat græcè & latinè in ſuprà memorato *Theodori Balſamonis* Syntagmate Canonum, cum ipſius Expoſitione græcâ, pag. 1026 & 1027, & in editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomo ſecundo col. *1767* & *1768*.

Vigeſimo octavò, & quidem fol. 167 pag. 2, & fol. 168 pag. 1, EJUSDEM *Epiſtola ad Epiſcopos ſibi ſubjectos, ne pecuniis ordinent*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ πρὸς τοὺς ὑφ' ἑαυτὸν Ἐπισκόπους, ὥστε μὴ χειροτονεῖν ἐπὶ χρήμασι. Τὸ τοῦ πράγματος ἄτοπον &c. Eadem Epiſtola exſtat græcè & latinè in ſuprà memorato *Theodori Balſamonis* Syntagmate Canonum, cum ipſius Expoſitione græcâ, pag. 1028, 1029, & in editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomo ſecundo col. 1769 & 1770.

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 168 pag. 1, uſque ad fol. 169 pag. 2, *ex* EJUSDEM *Capite vigeſimo ſeptimo & vigeſimo nono Operis de Spiritu Sancto ad Amphilochium Fragmenta duo*; quorum primum inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ ἁγίου Βασιλείου ἐκ τοῦ κζ' κεφαλαίου τῶν περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος πρὸς τὸν μακάριον Ἀμφιλόχιον γεγραμμένων. Τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων &c. Exſtant duo hæc Fragmenta græcè & latinè in ſuprà memorato *Theodori Balſamonis* Syntagmate Canonum, cum ipſius Expoſitione græcâ, à pag. 1029 uſque ad pag. 1036, & in editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomo ſecundo à col. 1771 uſque ad col. 1776.

Trigeſimò,

(1) Notandum obiter eſt, in ipſo Codice manuſcripto ante verbum ἀγνοεῖν recentiori manu interlineariter additam eſſe particulam negativam μὴ; quia videlicet *S. Baſilius* reſponſo ſuo affirmat & demonſtrat, *Chriſtum* diem & horam conſummationis Mundi non ignorare, tanquam ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ.

Trigeſimò, & quidem à fol. 169 pag. 2, uſque ad fol. 171 pag. 1, *THEOPHILI Archiepiſcopi Alexandrini* Προσφώνησις ſive *Edictum*, *cum Theophania die Dominico inſtarent*; cujus titulus & principium: Θεοφίλου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, τῶν Θεοφανίων ἐπιστάντων ἐν Κυριακῇ, Προσφώνησις. Καὶ τὸ ἔθος καὶ τὸ πρέπον &c; *ejuſdem Commonitorium ad Ammonem*, *in Canones decem diviſum*; *ejuſdem Reſponſum Canonicum ad Aphyngium de Catharis hæreticis*; *ejuſdem Reſponſum Canonicum ad Agathum Epiſcopum*; *ejuſdem Reſponſum Canonicum ad Menam Epiſcopum*. Eadem ejusdem *Theophili* Scripta Canonica exſtant græcè & latinè in ſuprà memorato *Theodori Balſamonis* Syntagmate Canonum, cum ipſius Expoſitione græcâ, à pag. 1067 uſque ad pag. 1075, & in editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomo ſecundo à columnâ 1797 uſque ad column. 1804.

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 171 pag. 1, uſque ad fol. 172 pag. 1, *Reſponſa Canonica TIMOTHEI Archiepiſcopi Alexandrini*, *qui unus fuit trecentorum quinquaginta Sanctorum Patrum Concilii Conſtantinopolitani primi ſive Oecumenici ſecundi*, *ad varias Interrogationes à quibuſdam Epiſcopis & Clericis ipſi propoſitas*; quorum titulus & principium: Ἀποκρίσεις κανονικαὶ Τιμοθέου τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ἑνὸς τῶν ρν' ἁγίων Πατέρων τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει, πρὸς τὰς προσενεχθείσας αὐτῷ ἐπερωτήσεις παρά τινων Ἐπισκόπων καὶ Κληρικῶν. Ἐρώτησις α'. Ἐὰν παιδίον κατηχούμενον &c. Eædem Interrogationes & Reſponſiones Canonicæ exſtant græcè & latinè in ſuprà memorato *Theodori Balſamonis* Syntagmate Canonum, cum ipſius Expoſitione græcâ, à pag. 1059 uſque ad pag. 1067, & in editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomo ſecundo à col. 1791 uſque ad col. 1798.

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 172 pag. 1, uſque ad fol. 173 pag. 2, S. *ATHANASII Magni*, *Archiepiſcopi Alexandrini*, *Epiſtola Canonica ad Ammun Monachum*; de quâ vide plura ſuperiùs in eodem hoc Codice num. 22.

Trigeſimo tertiò, & quidem à fol. 173 pag. 2, & fol. 174 pag. 1, *EJUSDEM Epiſtola ad Rufinianum Epiſcopum*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Ἐπιστολὴ πρὸς Ῥουφινιανὸν Ἐπίσκοπον. Κυρίῳ υἱῷ καὶ ποθεινοτάτῳ συλλειτουργῷ Ῥουφινιανῷ Ἀθανάσιος ἐν Κυρίῳ χαίρειν. Σὺ μὲν, τὰ υἱῷ ἠγαπημένῳ πρέποντα, πρὸς πατέρα γράφεις· ἐγγίσαντα γοῦν σε &c. Eadem Epiſtola exſtat græcè & latinè in ſuprà memorato *Theodori Balſamonis* Syntagmate Canonum, cum ipſius Expoſitione græcâ, à pag. 923 uſque ad pag. 925, & in editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomo ſecundo à col. 1711 uſque ad col. 1716.

Trigeſimo quartò, & quidem à fol. 174 pag. 1, uſque ad fol. 176 pag. 1, S. *CYRILLI Archiepiſcopi Alexandrini Epiſtolæ quatuor Canonicæ*; quarum *prima ad Maximum Diaconum Antiochenum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ ἁγίου Κυρίλλου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας Μαξίμῳ Διακόνῳ Ἀντιοχείας ὑπομνηστικόν. Ἔμαθον παρὰ τοῦ ἀγαπητοῦ μονάζοντος Παύλου, ὅτι &c; *ſecunda ad Gennadium Presbyterum & Archimandritam*: *tertia ad Domnum Epiſcopum Antiochenum*: *quarta ad Epiſcopos in Lybiâ & Pentapoli*. Eædem quatuor Epiſtolæ exſtant græcè & latinè in Parte ſecundâ Tomi quinti Operum S. *Cyrilli*, à *Joanne Auberto*, Eccleſiæ Laudunenſis Canonico doctiſſimo, Pariſiis A. 1638 in folio editorum, pag. 191, 192, 209, 211. Duæ autem poſteriores exſtant etiam in ſuprà memorato *Theodori Balſamonis* Syntagmate Canonum, cum ipſius Expoſitione

græcâ, à pag. 1076 uſque ad pag. 1081; & in editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomo tertio à col. 1487 uſque ad col. 1492.

Trigeſimo quintò, & quidem à fol. 176 pag. 1, uſque ad fol. 178 pag. 1, *GENNADII Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui A. C. 471 obiit, & Concilii Conſtantinopolitani ſeptuaginta trium Epiſcoporum* (1) *A. C. 459 cum ipſo contra Simoniacas corruptelas celebrati, Epiſtola Encyclica ſive Circularis ad omnes Metropolitanos*; cujus titulus & principium: Ἐγκύκλιος Ἐπιστολὴ Γενναδίου τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως, καὶ τῆς σὺν αὐτῷ ἁγίας Συνόδου, πρὸς ἅπαντας τοὺς ὁσιωτάτους Μητροπολίτας. &c. Eadem *Epiſtola Synodica & Circularis* exſtat in ſuprà memorato *Theodori Balſamonis* Syntagmate Canonum à pag. 1084 uſque ad pag. 1087, & in editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomo quarto à col. 1025 uſque ad col. 1030. *Subſcriptiones octoginta unam* huic Epiſtolæ Synodicæ ac Circulari ſubjunctas vide Lib. VIII. Commentariorum Lambecianorum pag. 421.

Trigeſimo ſextò, & quidem à fol. 178 pag. 1 & 2, *Epiſtola Conſtantinopoli ſcripta ad Martyrium, Epiſcopum Antiochenum, quomodo recipiendi ſint hæretici ad Catholicam Eccleſiam ſe convertentes*; cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ γραφεῖσα ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως Μαρτυρίῳ Ἐπισκόπῳ Ἀντιοχείας περὶ τοῦ, ὅπως χρὴ δέχεσθαι τοὺς αἱρετικοὺς προσερχομένους τῇ ἁγίᾳ καὶ καθολικῇ ἐκκλησίᾳ. &c. Plura de eodem argumento vide Libri *quinti* Lambec. Comment. pag. 119 & deinceps.

Trigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 178 pag. 2, uſque ad fol. 183 pag. 1, S. *GREGORII, Nyſſeni in Cappadociâ Epiſcopi, Epiſtola Canonica ad Letoium Epiſcopum Melitenæ in Cappadociâ*; cujus titulus & principium: Ἐπιστολὴ Κανονικὴ τοῦ ἁγίου Γρηγορίου Ἐπισκόπου Νύσσης πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Λητόϊον Ἐπίσκοπον Μελιτηνῆς. Ἓν καὶ τοῦτο τῶν εἰς τὴν ἁγίαν ἑορτὴν συντελούντων &c. Eadem Epiſtola exſtat græcè & latinè in ſuprà memorato *Theodori Balſamonis* Syntagmate Canonum, cum ipſius Expoſitione græcâ à pag. 1036 uſque ad pag. 1059, & in editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomo ſecundo à col. 1775 uſque ad col. 1792.

Trigeſimo octavò, & quidem fol. 183 pag. 1 & 2, *ex* S. *GREGORII Nazianzeni Carminibus Fragmentum de Libris Canonicis Sacræ Scripturæ Veteris & Novi Teſtamenti*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου ἐκ τῶν ἐμμέτρων αὐτοῦ ποιημάτων. Ὄφρα δὲ μὴ ξείνῃσι νόον κλέπτοιο βίβλοισι· &c. Vide editionis Operum S. *Gregorii Nazianzeni* Pariſinæ græco-latinæ A. 1611 in folio Tomum ſecundum pag. 98; ubi illud Carmen incipit his verbis: Θείοις ἐν λογίοισιν ἀεὶ &c.

Trigeſimo nonò, & quidem à fol. 183 pag. 2, uſque ad fol. 184 pag. 2, *ex AMPHILOCHII, Iconienſis in Lycaoniâ Epiſcopi, Epiſtolâ Jambicâ ad Seleucum Fragmentum de Libris Canonicis Scripturæ Sacræ Veteris & Novi Teſtamenti*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Ἀμφιλοχίου Ἐπισκόπου τοῦ Ἰκονίου ἐκ τῶν πρὸς Σέλευκον Ἰάμβων. Πλὴν ἀλλ' ἐκεῖνο προσμαθεῖν μάλιστά σοι Προσῆκον· &c. Vide Operum *Amphilochii* editionem græco-latinam Pariſienſem A. 1644 in folio pag. 116 & 130: ut & Librum *quartum* Lambec. Comment. pag. 8 & 9.

Quadrageſimò, & quidem à fol. 183 pag. 1, uſque ad fol. 184 pag. 2, recentiori manu in margine, S. *CYRILLI Archiepiſcopi Alexandrini Capita ſive Anathematiſmi duodecim contra Neſtorium hæreſiarcham*; quorum titulus & principium: Τοῦ μακαριωτάτου Κυρίλ-

(1) Tempore *S. Leonis I Papæ*; qui electus eſt d. 10 Maji A. C. 440, & d. 11 Aprilis A. 461 obiit.

Κυρίλλου, Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, Κεφάλαια ιβ´ κατὰ Νεστορίου τοῦ δυσσεβοῦς καὶ τῶν ὁμοφρονησάντων αὐτῷ, ἅτινα ὡς κανόνες ἐμφέρονται ἐν τῇ ἁγίᾳ τρίτῃ καὶ οἰκουμενικῇ Συνόδῳ. Κεφάλαιον α´. Εἴ τις οὐχ ὁμολογεῖ Θεὸν εἶναι κατὰ ἀλήθειαν τὸν Ἐμμανουὴλ, &c. Vide Partem ſecundam Tomi quinti Operum S. *Cyrilli Alexandrini*, à *Joanne Auberto* Pariſiis A. *1638* in folio editorum, pag. 76, ubi iidem Anathematiſmi *Epiſtolæ S. Cyrilli ad Neſtorium* in fine adjuncti ſunt; ut & editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomum tertium columnâ 811 ac deinceps, ubi iidem exſtant *Anathematiſmi* cum eorum *Declarationibus*, *Objectionibus*, & *Defenſionibus*.

Quadrageſimo primò, & quidem à fol. 184 pag. 2, uſque ad fol. 185 pag. 1, S. *ANASTASII Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni, Demonſtratio hiſtorica, magnam & Angelicam eſſe Summi Sacerdotis dignitatem, nec Sacerdotem judicari poſſe à laico, ſed tantùm ab alio majori Sacerdote.* Ipſa tituli græci verba cum principio Narrationis ſunt hæc: Τοῦ ἁγιωτάτου Ἀναστασίου, Πατριάρχου Ἀντιοχείας, Ἀπόδειξις, ὅτι μέγα καὶ Ἀγγελικὸν τὸ Ἀρχιερατικὸν ἀξίωμα· ὅτι καὶ ἀδύνατον ἀνακρίνεσθαι Ἱερέα ὑπὸ λαϊκοῦ, ἀλλ᾽ ὑπὸ μείζονος Ἀρχιερέως, καθὼς καὶ οἱ κανόνες φασίν. Ἐν τῇ Ἐκκλησιαστικῇ Ἱστορίᾳ Φίλωνος τοῦ Φιλοσόφου εὑρόν τι τοιοῦτον· ὅτι περὶ ἐν τῷ καιρῷ τοῦ διωγμοῦ Ἐπίσκοπός τις &c. Vide etiam Librum *tertium* Lambec. Comment. pag. *196*, atque Librum *quartum* pag. *65, 168* & *169*.

Quadrageſimo ſecundò, & quidem fol. 185 pag. 2, *EJUSDEM Narratio ſacra de S. Gregorio Magno, primo ejus nominis Papâ Romano, qui* (1) *ob quatuor Libros Dialogorum, quos de Vitâ & Miraculis Patrum Italicorum, & de æternitate animarum compoſuit, vulgò cognominatur Dialogus.* Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Ἀναστασίου Διήγησις ἱερὰ περὶ τοῦ Πάπα Ῥώμης Γρηγορίου τοῦ Διαλόγου καὶ θαυματουργοῦ. Διηγήσατο ἡμῖν τίς Πρεσβύτερος ὀνόματι Πέτρος, ἐλθὼν ἀπὸ Ῥώμης περὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Γρηγορίου τοῦ Διαλόγου τοῦ Πάπα τῆς αὐτῆς πόλεως, ὅτι &c.

Quadrageſimo tertiò, & quidem à fol. 186 pag. 1, uſque ad fol. 200 pag. 2, S. *JOANNIS Damaſceni Epitome Panarii ſive Operis* (2) *S. Epiphanii, Conſtantiæ in Cypro Epiſcopi, adverſus Octoginta Hæreſes, cum Continuatione uſque ad ſuam* (3) *ætatem.* Inſcribitur ea ibi atque incipit hoc modo: Τοῦ μακαρίου ἘΠΙΦΑΝΊΟΥ Ἐπισκόπου Κύπρου Διήγησις σύντομος τῶν ἐκτεθεισῶν αἱρέσεων πασῶν ἤτοι δογμάτων, ὧν μητέρες τε καὶ πρωτότυποι καὶ ὀνομασαὶ τέσσαρες, ἐξ ὧν αἱ ἄλλαι πᾶσαι ἐφύησαν. Α´. Βαρβαρισμός· ὅστις καθ᾽ ἑαυτὸν &c. Edidit quidem hunc S. *Joannis Damaſceni* Librum doctiſſimus Societatis Sorbonicæ Theologus *Joannes Baptiſta Cotelerius* Lutetiæ Pariſiorum A. 1677 græcè & latinè in quarto, in Tomo primo Monumentorum Eccleſiæ Græcæ à pag. 278 uſque ad pag. 337; operæ pretium tamen fuerit, eam editionem cum pervetuſto hoc & ſpectatu digniſſimo Exemplari manuſcripto *Cæſareo* à capite ad calcem diligentiſſimè conferri. Conſule etiam ſuprà laudati *Cotelerii* ad eundem Librum pereruditas Notas à columnâ 757 uſque ad colum. 793. Vide Librum VIII. Comment. Lambec. pag. 426.

Quadrageſimo quartò, & quidem à fol. 200 pag. 2, uſque ad fol. 207 pag. 2, *TIMOTHEI, Presbyteri Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, Liber de Differentiâ Hæreticorum ad or-*

(1) Vide Librum *quartum* Lambecianorum Commentariorum pag. 208 & 209. (2) Floruit is ab A. C. 361 uſque ab A. 403, quo valdè ſenex obiit. (3) Fuit is ſtrenuus Catholicæ Fidei propugnator & defenſor adverſus *Imp. Leonem Iſaurum* ejusque filium *Conſtantinum Copronymum*, atque alios hæreticos *Iconoclaſtas*, & circa annum Chriſti 750 obiit.

ad orthodoxam Fidem Catholicam ſe convertentium; cujus titulus & principium: Τιμοθέε Πρεσβυτέρε τ̃ ἁγιωτάτης μεγάλης Ἐκκλησίας Κωνςαντινεπόλεως περὶ διαφορᾶς τῶν προσερχομένων τῇ ἀμωμήτῳ ἡμῶν πίςει. &c.

Quadrageſimo quintò, & quidem fol. 207 pag. 2, & fol. 208 pag. 1, ex S. GREGORII, *Nyſſeni in Cappadociâ Epiſcopi*, *Operibus Fragmentum contra Manichæos*; cujus titulus & principium: Πρὸς Μανιχαίες Γρηγορίε Νύσσης. Τί ἂν κακὸν κολαςέον; &c.

LVII.

QVINQVAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, in *folio*, conſtátque nunc foliis *ducentis quinquaginta quinque*, paginatim in binas columnas diviſis, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem fol. 1 pag. 1 colum. 1, *Commemoratio S. Symeonis Stylitæ Senioris* his paucis verbis: Μηνὶ Σεπτεμβρίῳ εἰς τὴν α΄. Λόγος εἰς τὸν ὅσιον Συμεῶνα τὸν Στυλίτην. Ζήτει εἰς τὸ ἕτερον βιβλίον. Hoc eſt: *Menſis Septembris die primo: Sermo in Sanctum Symeonem Stylitam. Hunc autem quære in aliquo alio Libro.* Plura vide ſuprà in recenſione Codicis manuſcripti *Hiſtorici Græci trigeſimi noni*, quippe qui *Magni Menologii Græcorum Menſem Septembrem* continet. Ibi enim jam memorati S. *Symeonis Vita* exſtat integra.

Secundò, & quidem à fol. 1 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 10 pag. 1 colum. 2, *Martyrium S. Martyris Mamantis*; cujus titulus & principium: (1) Μηνὶ τῷ αὐτῷ εἰς τὴν β΄. Μαρτύριον τ̃ ἁγίε Μάμαντος. Τοὺς τῶν ἁγίων Μαρτύρων πόνες, ἐκκλησίαν οἰκοδομοῦντες Θεῷ, καὶ πρὸς τὸν ὅμοιον τῆς φιλοχρίςε αὐτῶν μαρτυρίας ζῆλον τοὺς σπεδαίες ἕλκοντες, ἀναγκαίως τῇ θεωρίᾳ τ̃ Θεῦ λαῷ ἀναγινώσκωμεν, &c. Vide de eodem S. Martyre *Menæa Græcorum* eodem die ſecundo Septembris; *Martyrologium* autem *Romanum* die decimo ſeptimo Auguſti.

Tertiò, & quidem à fol. 10 pag. 1 colum. 2, uſque ad fol. 14 pag. 2 colum. 2, *Martyrium S. Martyris Nicetæ, filii Imp. Maximiani*: cujus titulus & principium: Μαρτύριον τ̃ ἁγίε Μάρτυρος Νικήτα. Ἐγένετο ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις βασιλεύοντος Μαξιμιανῦ τῦ Βασιλέως, ἦν ὁ υἱὸς αὐτῦ θεοσεβὴς καὶ ἠγαπημένος ὑπὸ τῦ Θεῦ. &c. In fine autem legitur, *eum decollatum eſſe die decimo quinto Septembris.*

Quartò, & quidem à fol. 15 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 20 pag. 2 colum. 1, *Martyrium Sanctæ Martyris Euphemiæ*; cujus titulus & principium: (2) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ις΄. Μαρτύριον τῆς ἁγίας τῦ Χριςῦ Μάρτυρος Εὐφημίας τῆς πανευφήμε. Ἐπὶ Διοκλητιανῦ Βασιλέως, ἀνθυπατεύοντος κατ᾽ ἐκεῖνον τὸν καιρὸν Πρίσκε &c. Vide *Menæa Græcorum* & *Martyrologium Romanum* eodem die decimo ſexto Septembris: item *Surii* de Probatis Sanctorum Hiſtoriis Tomum quintum eodem die; ubi ejuſdem S. *Euphemiæ* Acta Græca integra exſtant latinè, & attribuuntur *Symeoni Metaphraſtæ.*

Quintò, & quidem à fol. 20 pag. 2 colum. 2, uſque ad fol. 27 pag. 1 colum. 1, GEORGII *Rhetoris, qui idem eſt atque Georgius Chartophylax Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, ac poſteà, Metropolita ſive Archiepiſcopus Nicomediæ, Oratio in Conceptionem S. Joannis*

(1) Menſis Septembris die ſecundo. (2) Menſis Septembris die decimo ſexto.

Joannis Baptiſtæ, & in S. Zachariam atque S. Eliſabetham ejus parentes; cujus titulus & principium: (1) Μηνὶ τῷ αὐτῷ κγ'. Λόγος ε'. Γεωργίου Ῥήτορος ἐγκώμιον εἰς τὸν προφήτην Ζαχαρίαν καὶ εἰς Ἐλισάβετ τὴν προφῆτιν, ὅτε συνέλαβεν Ἰωάννην τὸν Πρόδρομον καὶ Βαπτιστήν. &c. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die vigeſimo tertio Auguſti.

Sextò, & quidem à fol. 27 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 35 pag. 1 col. 1, *Martyrium Sancti Martyris Dionyſii Areopagitæ, conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte;* cujus titulus & principium: (2) Μηνὶ Ὀκτωβρίῳ εἰς τὴν γ'. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Διονυσίου τοῦ Ἀρεοπαγίτου. Πάλαι μὲν ἐν τύποις ἦν τὰ τῆς πίστεως καὶ αἰνίγμασι, καὶ τὸ τῆς ἀληθείας φέγγος τὸ τῆς σκιᾶς νέφει συνεκαλύπτετο· ἐπεὶ δὲ &c. Exſtat hoc Martyrium Tomo ſexto *Aloyſii Lipomani*, Epiſcopi Veronenſis, de Vitis Sanctorum, eodem die tertio Octobris, fol. 309, 310, 311 & 312 editionis Romanæ A. 1558 in quarto, ſed tantùm *latinè*. Meminit ejuſdem Narrationis etiam *Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 128, atque eam ibi refert inter Vitas Sanctorum, de quibus ait, neminem dubitare poſſe, quin ab ipſo *Symeone Metaphraſte* conſcriptæ ſint. Vide quoque *Menæa Græcorum* eodem die tertio Octobris; *Martyrologium* autem *Romanum* die nono ejuſdem menſis.

Septimò, & quidem à fol. 35 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 37 pag. 2 colum. 1, *Martyrium Sanctæ Virginis ac Martyris Charitines, conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte;* cujus titulus & principium: (3) Μηνὶ Ὀκτωβρίῳ ε'. Μαρτύριον τῆς ἁγίας Μάρτυρος Χαριτίνης. Ἐκράτει ποτὲ τὰ τῆς ἀσεβείας, καὶ Βασιλεῖς ἐπὶ σὺν τὰ Χριστιανῶν φρονοῦντας ἐξέμαινεν· ἐπεστρατεύσαι δὲ &c. Exſtat hæc Narratio apud ſuprà memoratum *Aloyſium Lipomanum* latinè eodem die quinto Octobris. Vide quoque *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 126; atque inſuper conſule *Menæa Græcorum* & *Martyrologium Romanum* eodem die.

Octavò, & quidem à fol. 37 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 42 pag. 1 col. 2, *Vita & Pœnitentia Sanctæ Pelagiæ Antiochenæ, conſcripta à SYMEONE Metaphraſte;* cujus titulus & principium: (4) Μηνὶ τῷ αὐτῷ η'. Βίος καὶ μετάνοια τῆς ὁσίας καὶ μακαρίας Πελαγίας. Γυναικείαν ἀρετὴν τῆς τῶν ἀνδρῶν οὐδὲν ἀπολειφθεῖσαν πᾶσι διεξιέναι, λυσιτελὲς καὶ ὠφέλιμον· καὶ τοσούτῳ μᾶλλον &c. Exſtat hæc Narratio apud ſuprà memoratum *Lipomanum* latinè eodem die octavo Octobris. Vide quoque *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 125; atque inſuper conſule *Menæa Græcorum* & *Martyrologium Romanum* eodem die.

Nonò, & quidem à fol. 42 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 47 pag. 1 col. 2, *Martyrium Sanctorum Martyrum Eulampii & Eulampiæ, conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte;* cujus titulus & principium: (5) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ι'. Μαρτύριον τῶν ἁγίων Μαρτύρων Εὐλαμπίου καὶ Εὐλαμπίας. Ἄρτι τῆς θεογνωσίας εἰς πάντα τὸν κόσμον διατρεχούσης, καὶ τοῦ Σωτῆρος μὲν Χριστοῦ τοῦ μόνου Θεοῦ ἡμῶν σὺν ἑαυτοῦ μάρτυρας ἐπιγεωννῦντος καὶ ἐπαλείφοντος, &c. Exſtat hæc Narratio apud ſuprà memoratum *Lipomanum* latinè eodem die decimo Octobris. Vide quoque *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 125; atque inſuper conſule *Menæa Græcorum* eodem die; nec non *Martyrologium Romanum*.

(1) Menſis Auguſti die vigeſimo tertio. (2) Menſis Octobris die tertio. (3) Menſis Octobris die quinto. (4) Menſis Octobris die octavo. (5) Menſis Octobris die decimo.

Decimò, & quidem à fol. 47 pag. 1 colum. 2, uſque ad fol. 52 pag. 1 col. 1, *Martyrium S. Longini Centurionis*, *conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (1) Μηνὶ τῷ αὐτῷ ις΄· Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Λογγίνου τοῦ Ἑκατοντάρχου. Τοῦ Θεοῦ Λόγου, διὰ τὴν ἐκ τῆς παραχοῆς ἐπενεχθεῖσαν ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν ἔκπτωσιν, γενέσθαι καθ' ἡμᾶς εὐδοκήσαντος, καὶ σαυρὸν ἑκούσιον &c. Exſtat hæc Narratio apud ſuprà memoratum *Lipomanum* latinè eodem die decimo ſexto Octobris. Vide quoque *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 127; atque inſuper conſule *Menæa Græcorum* eodem die decimo ſexto Octobris; *Martyrologium* autem *Romanum* die decimo quinto Martii.

Undecimò, & quidem à fol. 52 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 56 pag. 2 col. 2, *SYMEONIS Metaphraſtæ Commentarius in Sanctum Apoſtolum & Evangeliſtam Lucam*; cujus titulus & principium: (2) Μηνὶ Ὀκτωβρίῳ ιη΄· Ὑπόμνημα εἰς τὸν ἅγιον Ἀπόστολον καὶ Εὐαγγελιστὴν Λουκᾶν. Εἰ καὶ δικαίου μνήμην μετ' ἐγκωμίων τελεῖσθαι, θεῖός τις ἀνὴρ καὶ σοφὸς τὰ θεῖα νομοθετεῖ, πόσον ἄρα τῷ Ἀποστόλῳ συνεισενεγκεῖν Χριστοῦ προσήκει τὴν εὐφημίαν. τοῦτον γὰρ &c. Exſtat hic *Commentarius* græcè & latinè Tomo ſecundo Operum *Oecumenii*, cum *Arethæ* Epiſcopi Cæſareæ Cappadociæ Explanationibus in Apocalypſin, Lutetiæ Pariſiorum A. 1631 à *Joannne Hentenio* duobus Tomis in folio editorum, à pag. 853 uſque ad pag. 860. Vide etiam *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 125; & *Menæa Græcorum* atque *Martyrologium Romanum* eodem die decimo octavo Octobris.

Duodecimò, & quidem à fol. 56 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 62 pag. 2 col. 2, *Martyrium Sancti Martyris Demetrii*, *conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (3) Μηνὶ Ὀκτωβρίῳ κς΄· Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Μεγαλομάρτυρος Δημητρίου. Εἶχε μὲν τὰ τῶν Ῥωμαίων σκῆπτρα Μαξιμιανὸς ὁ Ἑρκούλιος, πολὺς κατὰ Χριστιανῶν πνέων τε καὶ φερόμενος, &c. Exſtat hæc Narratio apud ſuprà citatum *Lipomanum* latinè eodem die vigeſimo ſexto Octobris. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die vigeſimo ſexto Octobris, & *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 126.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 63 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 70 pag. 1 col. 1, *Vita S. Luciani Martyris*, *conſcripta à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (4) Μηνὶ Ὀκτωβρίῳ ιε΄· Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου Μάρτυρος Λουκιανοῦ. Σαμόσατα πόλις τῆς Συρίας ἐστίν· Εὐφράτης τῇ πόλει παραρρεῖ. πατρὶς ἡ πόλις Λουκιανῷ. οὗτος τῶν εὐγεγονότων ἀνὴρ, &c. Exſtat hæc Narratio apud ſuprà laudatum *Lipomanum* latinè eodem die decimo quinto Octobris. Vide etiam *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 128.

Decimo quartò, & quidem à fol. 70 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 105 pag. 1 col. 2, *Vita & Martyrium Sancti Stephani Junioris*, *Abbatis Montis S. Auxentii*, *è regione Byzantii circa Bithyniam ſiti*, *qui A. C. 767. ſub ſceleratiſſimo Imperatore Iconomacho*, *Conſtantino Copronymo ſive Stercorario*, *ob ſanctarum Imaginum cultum crudeliſſimè occiſus eſt*, *& veritatem Catholicam ſanguine ſuo invictiſſimè atque glorioſiſſimè obſignavit*, *à SYMEONE Metaphraſte*, ut videtur, conſcripta; cujus titulus & principium: (5) Μηνὶ Νοεμβρίῳ κη΄. Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Στεφάνου τοῦ νέου. Θεῖον τι

χρῆμα

(1) Menſis Octobris die decimo ſexto. (2) Menſis Octobris die decimo octavo. (3) Menſis Octobris die vigeſimo ſexto. (4) Menſis Octobris die decimo quinto. (5) Menſis Novembris die vigeſimo octavo.

χρῆμα ἡ ἀρετὴ, καὶ πολλῶν ἀξία τῶν ἐγκωμίων, οὐ μόνον ὅτι φιλοτίμως οἶδε τοὺς ἐραστὰς ἀμείβεσθαι, ἀλλ' ὅτι καὶ &c. Exſtat Narratio Vitæ & Martyrii S. *Stephani Junioris* inter Opera S. *Joannis Damaſceni*, à *Jacobo Billio* edita, poſt tres ejus Orationes de Imaginibus, ſed tantùm *latinè*, ideoque eidem vulgò, ſed perperàm, attribuitur. Vide etiam *Menæa Græcorum* & *Martyrologium Romanum* eodem die vigeſimo octavo Novembris.

Decimo quintò, & quidem à fol. 105 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 115 pag. 2 col. 1, *Martyrium S. Catharinæ Virginis & Martyris, conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (1) Μηνὶ Νοεμβρίῳ κέ· Μαρτύριον τῆς ἁγίας Μεγαλομάρτυρος τῆς Χριστοῦ Αἰκατερίνης. Βασιλεύοντος τοῦ ἀσεβεστάτου Μαξεντίου, πᾶσα ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ τῆς βδελυρᾶς τῶν δαιμόνων ἀντεποιεῖτο θρησκείας· ἔτος γὰρ &c. Exſtat hæc Narratio apud *Laurentium Surium* Tomo ſexto de Probatis Sanctorum Hiſtoriis eodem die vigeſimo Novembris; ſed tantùm *latinè*. Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 125; ut & *Menæa Græcorum* & *Martyrologium Romanum* eodem ſuprà memorato die. Conſule inſuper Em. Card. *Baronii* Tomum tertium A. C. 307 num. 31 & deinceps.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 115 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 124 pag. 1 col. 1, *Vita S. Ambroſii, Epiſcopi Mediolanenſis, conſcripta à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (2) Μηνὶ Δεκεμβρίῳ ζ'· Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀμβροσίου. Οὐαλεντινιανὸς μετὰ τὴν τελευτὴν Ἰουλιανοῦ τὰ σκῆπτρα τῆς βασιλείας διαδεξάμενος, τὸν ἴδιον ἀδελφὸν Οὐάλεντα &c. Meminit hujus Vitæ *Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis p. 128. Vide etiam *Menæa Græcorum* & *Martyrolog. Romanum* eodem die 7. Decembris; atque inſuper conſule RR. PP. *Godefridi Henſchenii* & *Danielis Papebrochii* S. J. Tomum primum de Actis Sanctorum menſis Aprilis, pag. XXXVIII. ubi exſtat Exercitatio ſingularis de anno & die mortis S. Ambroſii, & pag. 320, ubi Acta ejuſdem S. *Ambroſii* à die *quarto Aprilis* rejiciuntur in diem *ſeptimum Decembris*.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 124 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 144 pag. 2 col. 1, *Martyrium Sanctorum Martyrum Menæ, Hermogenis, & Eugraphi, conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (3) Μηνὶ Δεκεμβρίῳ ί· Μαρτύριον τῶν ἁγίων Μαρτύρων, Μηνᾶ, καὶ Ἑρμογένους, καὶ Εὐγράφου. Μετὰ τὴν ἐπὶ γῆς τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ παρουσίαν, πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι πρὸς ἀγῶνας τοὺς μαρτυρικοὺς ἀπεδύσαντο· ἀπεδύετο δὲ καὶ ὁ μέγας Μηνᾶς μετὰ πάντων. ἐπεὶ γὰρ &c. Exſtat hoc Martyrium apud *Laurentium Surium* Tomo ſexto de Probatis Sanctorum Hiſtoriis, eodem die decimo Decembris, ſed tantùm *latinè*. Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 127; ut & *Menæa Græcorum* atque *Martyrologium Romanum* eodem die decimo Decembris.

Decimo octavò, & quidem à fol. 144 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 160 pag. 2 col. 2, *Martyrium Sanctorum Martyrum Euſtratii, Auxentii, Eugenii, Mardarii, & Oreſtis, conſcriptum à SYMEONE Metaphraſte*; cujus titulus & principium: (4) Μηνὶ Δεκεμβρίῳ ιγ'· Μαρτύριον τῶν ἁγίων μεγάλων Μαρτύρων Εὐστρατίου, Αὐξεντίου, Εὐγενίου, Μαρδαρίου, καὶ Ὀρέστου. Βασιλεύοντος Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ πᾶσα ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ τῆς ἀθέου τῶν εἰδώλων ἐπεπλήρωτο λατρείας, καὶ πάντες ἄνθρωποι &c. Exſtat hoc Martyrium Tomo ſexto ſuprà citati Syntagmatis *Suriani* de Probatis Sanctorum Hiſtoriis

(1) Menſis Novembris die vigeſimo quinto. (2) Menſis Decembris die ſeptimo. (3) Menſis Decembris die decimo. (4) Menſis Decembris die decimo tertio.

riis, eodem die decimo tertio Decembris, ſed tantùm *latinè*. Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 125; item *Menæa Græcorum* & *Martyrologium Romanum* eodem die.

Decimo nonò, & quidem à fol. 161 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 167 pag. 1 col. 2, S. JOANNIS *Chryſoſtomi, Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, Oratio panegyrica in* (1) *S. Philogonium, ex Cauſidico Epiſcopum Antiochenum, & acerrimum Arii hæreſiarchæ antagoniſtam*; quæ incipit his verbis: Ἐγὼ μὲν καὶ σήμερον παρεσκευαζόμην πρὸς τὰ τῶν αἱρετικῶν παλαίσματα ἀποδύεσθαι, καὶ τὸ λειπόμενον ὑμῖν &c. Vide de eadem Oratione Librum *quartum* Lambecianorum Commentariorum pag. 114, & Librum *quintum* pag. 19. Ejuſdem Orationis fit quoque mentio in Martyrologio Romano die vigeſimo Decembris. Conſule inſuper R. P. *Joannis Roberti* S. J. Elogia Sanctorum Quinquaginta Juriſperitorum, Leodii A. 1632 in 12mo edita, pag. 43, 44, 45.

Vigeſimò, & quidem à fol. 167 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 172 pag. 2 col. 2, *Vita S. Joannis, cognomine Calybitæ ſeu potiùs Calybetæ*, hoc eſt, *ſub tugurio habitantis, ab* ANONYMO *quodam Autore ſynchrono conſcripta*; cujus titulus & principium: (2) Μηνὶ Ἰανουαρίῳ ιέ. Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ ἐπιλεγομένου (3) Καλυβίτου. &c. Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 119 & 120; ubi hanc Vitam refert inter eas, quæ Autorum *incertorum*, non autem *Symeonis Metaphraſtæ* ſunt. Conſule quoque *Menæa Græcorum* eodem die decimo quinto Januarii; ut & *Martyrologium Romanum*.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 173 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 177 pag. 2 col. 2, *Martyrium S. Blaſii, Epiſcopi Sebaſtiæ in Cappadociâ*; cujus titulus & principium: (4) Μηνὶ Φευρουαρίῳ ιά, Μαρτύριον τοῦ ἁγίου Ἱερομάρτυρος Βλασίου. Ἡνίκα ὁ καιρὸς τῶν εἰδώλων ἐπεκράτει, καὶ πολλοὶ ἄνθρωποι πλάσμασι καὶ κτίσεσι προσεκύνουν, &c. Extat hoc Martyrium apud *Laurentium Surium* Tomo primo de Probatis Sanctorum Hiſtoriis, ſed, ſecundùm *Martyrologium Romanum, die tertio Februarii*, & tantùm *latinè*; attribuiturque *Symeoni Metaphraſtæ*. Vide etiam *Menæa Græcorum* eodem die undecimo Februarii; *Martyrologium* autem *Romanum* die tertio ejuſdem menſis. Plura de his Sanctis Martyribus, & de variis eorum *Actis Græcis ac Latinis*, ſi quis ſcire cupiat, is conſulat RR. PP. *Bollandi* & *Henſchenii* Tomum primum menſis Februarii, jam memorato die tertio.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 177 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 181 pag. 1 col. 1, S. JOANNIS *Chryſoſtomi Oratio in Zacchæum*; quæ incipit his verbis: Οἱ τῶν καλῶν ἐρῶντες, οὐδὲν ἀπέχουσι τῶν διψώντων· ὅσον γὰρ &c. Plura de hâc Oratione vide Libri IV. Lambec. Comment. pag. 92, 93 & 107.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 181 pag. 1 colum. 1, uſque ad fol. 184 pag. 1 col. 1, EJUSDEM *Oratio in Phariſæum & in Publicanum*; quæ, poſt ipſa S. Evangelii verba, Ἄνθρωποι δύο ἀνέβησαν uſque ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν ὑψωθήσεται, incipit his verbis: Καθάπερ, ἀδελφοὶ, νεφῶν συνδρομὴ &c. Vide Librum *quartum* Lambec. Comment. pag. 93, & Librum *quintum* pag. 26.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 184 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 187 pag. 2 col. 2, EJUSDEM *Oratio in Vanitatem Vitæ & Mortuos*; quæ incipit: Ὅσοι τὰ τοῦ βίου μάταια &c. Vide Librum *quartum* Lambec. Comment. pag. 94.

Vigeſi-

(1) Memoria hujus *S. Philogonii* celebratur tàm in Menæis Græcorum, quàm in Martyrologio Romano die vigeſimo Decembris. (2) Menſis Januarii die decimo quinto. (3) Appellatur is in Menæis Græcorum etiam alio cognomine ὁ διὰ Χριστὸν πτωχὸς, hoc eſt, *Propter Chriſtum Mendicus*. (4) Menſis Febr. die 11.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 188 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 194 pag. 2 col. 2, EJUSDEM *Oratio de Conſummatione ſeculi*; quæ incipit: Ὅτ' ἂν ἄρξομαι περὶ τῆς συντελείας λαλεῖν; &c. Vide Librum *quartum* Lambec. Comment. pag. 94.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 194 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 200 pag. 1 col. 1, S. BASILII *Magni, Cæſareæ in Cappadociâ Archiepiſcopi, Oratio in Ingreſſum Jejuniorum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου Ἀρχιεπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας λόγος εἰς τὴν παρείσβασιν τῶν νηστειῶν. Παρακαλεῖτέ, φησιν, Ἱερεῖς τὸν λαόν μου· λαλήσατε εἰς τὰ ὦτα Ἱερουσαλήμ· &c. Vide Librum *quartum* Lambec. Comment. pag. 95.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 200 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 208 pag. 2 col. 2, NECTARII *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Narratio, quam ob cauſam primo Sabbato ſanctorum Jejuniorum celebremus memoriam Sancti Martyris Theodori, cognomine* τοῦ Στρατηλάτου, *ſive Ducis exercitûs; cum annexâ Admonitione de conjungendis Jejunio & Eleemoſynâ*; quæ incipit his verbis: Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου Κύριε· &c. Vide Librum *quartum* Lambecianorum Commentariorum pag. 97, & Librum *octavum* pag. 86.

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 209 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 226 pag. 2 col. 2, *Vita S. Mariæ Ægyptiacæ*; cujus titulus & principium: Βίος καὶ πολιτεία τῆς ὁσίας μητρὸς ἡμῶν Μαρίας τῆς Αἰγυπτίας. Μυστήριον βασιλέως κρύπτειν, καλόν· τὰ δὲ ἔργα τοῦ Θεοῦ ἀνακηρύττειν, ἔνδοξον. οὕτω γὰρ εἶπεν ὁ Ἄγγελος τῷ Τωβὴτ &c. Plura de hâc Vitâ vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 128, ubi ea attribuitur *Sophronio Archiepiſcopo Hieroſolymitano*; quemadmodum etiam fit à *Leone Allatio* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 100. Sed contra hanc vulgarem opinionem vide differentem R. P. *Danielem Papebrochium* S. J. in Actis Sanctorum Antverpienſibus, Tomo primo menſis Aprilis; nempe die (1) ſecundo ejuſdem menſis, pag. 69 & 74. Ibidem quoque exſtat eadem Vita *latinè* pag. 76 & deinceps; item *græcè* in Appendice pag. XIII. & deinceps ex Codice manuſcripto Regis Galliæ, collato cum Codice manuſcripto Monachienſi Ducis Electoris Bavariæ.

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 227 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 232 pag. 1 col. 2, *Narratio S. Joannis cognomine* Ἐλεήμονος, *ſive Miſericordis, Archiepiſcopi Alexandrini, de Petro quodam divite & avaro Publicano, qui à ſummâ inhumanitate & truculentiâ ad ſummam erga pauperes miſericordiam & ſanctitatem vitæ divinitùs converſus eſt, deſumpta ex Vitâ jam memorati S. Joannis Eleemoſynarii, quam conſcripſit græcè* LEONTIUS *Neapoleos Cypri Epiſcopus*. Inſcribitur atque incipit ea Narratio his verbis: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Ἐλεήμονος εἰς Πέτρον τὸν τελώνην. Ἄξιον καὶ ἁρμόζον τῷ προειρημένῳ κεφαλαίῳ διηγεῖτο ἐπὶ πάντων ὁ ὅσιος. Εἶχον, φησὶν, τινὰ παραμονήτην εἰς τὴν ἐμὴν ἀποθήκην ἐν Κύπρῳ, &c. Plura de hâc Narratione vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 104.

Trigeſimò, & quidem à fol. 232 pag. 2 col. 1, uſque ad fol. 235 pag. 2 col. 2, S. JOANNIS *Chryſoſtomi Oratio in Divitem & Lazarum*; quæ incipit: Μέγιστόν ἐστι διδασκάλιον τὸ τῆς ἐκκλησίας στάδιον· &c. Plura de hâc Oratione vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 104 & 128.

P 3 *Trigeſi-*

(1) Tunc enim celebratur ejus memoria in *Martyrologio Romano*; in *Menæis* autem *Græcorum* die primo ejuſdem menſis Aprilis.

Trigeſimo primò, & quidem à fol. 236 pag. 1 col. 1, uſque ad fol. 204 pag. 1 col. 1, EJUSDEM *Oratio in Sanctam Crucem*; quæ incipit: Τοῦτό ἐστιν, ἀδελφοί, τὸ σημεῖον, ὅπερ ὁ Δεσπότης &c. Plura de hâc Oratione vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 106.

Trigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 240 pag. 1 col. 2, uſque ad fol. 245 pag. 2 col. 2, EJUSDEM *Oratio de Pœnitentiâ & compunctione*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος περὶ μετανοίας καὶ κατανύξεως. Εἴδετε τῇ προτέρᾳ κυριακῇ πόλεμον καὶ νίκην· πόλεμον μὲν τοῦ διαβόλου, νίκην δὲ τοῦ Χριστοῦ· &c. Vide Operum S. *Joannis Chryſoſtomi* editionem Græcam Savilianam, Tomi ſexti pag. 779.

LVIII.

QUINQVAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus* antiquus & bonæ notæ, in *folio*, principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *quadringentis ſeptendecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 269 pag. 2, MATTHÆI *Hieromonachi Syntagma Juris Canonici alphabeticum*; de quo vide plura in Codice XXXIVto, num. 1.

Secundò, & quidem à fol. 269 pag. 2, uſque ad fol. 304 pag. 2, *jam memorati Syntagmatis Juris Canonici Matthæi Hieromonachi Appendix*; quo continentur *Synopſis Nomocanonis S. Joannis Neſteutæ*; *Nicetæ Metropolitæ Heracleæ Reſponſiones ad Interrogationes Epiſcopi Conſtantini*; *Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani Canones Eccleſiaſtici*; *Joannis Epiſcopi Citri Reſponſa Canonica*; *Catalogus Officiorum Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*; *Imp. Leonis Sapientis Ordo Thronorum Eccleſiaſticorum, Patriarchatui Conſtantinopolitano ſubjectorum*; *Gloſſarium Juridicum Latino-Græcum, cujus principium*: Ἀδνούμιον, &c; *S. Cyrilli Anathematiſmi duodecim contra Neſtorium*; *Matthæi Hieromonachi Catalogi duo Officiorum Magnæ Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ*; de quibus omnibus ſuprà in recenſione præcedentium Codicum manuſcriptorum jam aliquoties actum eſt.

Tertiò, & quidem fol. 289 pag. 1 & 2, TABULA SYNOPTICA *ſeptem Conciliorum Oecumenicorum*, & *Excerptum de Gradibus Cognationis ex Inſtitutionibus Juſtinianeis*, ſed *abſque Schemate*: quod, licet promiſſum, injuriâ temporis tamen deeſt. Vide autem illud ſuprà in Codice XXIVto.

Quartò, & quidem à fol. 290 pag. 1, uſque ad fol. 417 pag. 2, CANONES *variorum Conciliorum*, *aliaque varia Scripta Canonica*; quorum jam ſuprà facta eſt mentio.

LIX.

QUINQVAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque nunc foliis *centum ſeptuaginta ſeptem*, quo continentur DIOGENIS *Laertii* Opera.

Sexage-

LX.

SEXAGESIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegans, & optimæ notæ, in *folio*, conſtátque foliis *ducentis viginti duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 220 pag. 2, *PLUTARCHI Chæronenſis, Philoſophi & Hiſtorici celeberrimi*, qui ſeculis poſt Chriſtum *primo* & *ſecundo* ſub Impp. *Domitiano*, *Nervâ*, & *Trajano* floruit, *Vitæ aliquot Parallelæ ſive Comparatæ Illuſtrium quorundam Virorum, Græcorum & Romanorum*: nempe *Phocionis Athenienſis*; cujus principium: Δημάδης ὁ ῥήτωρ, &c. & *M. Porcii Catonis Minoris*; cujus principium: Κάτωνι δὲ τῷ μὲν γένος &c. *Dionis Syracuſani*, & *M. Junii Bruti*; *L. Æmilii Pauli*, & *Timoleontis Corinthii*; *Q. Sertorii*, & *Eumenis Cardiani*; *Philopœmenis Megalopolitani*, & *Titi Quintii Flaminii*; *Pelopidæ Thebani*; comparavit autem hunc *Plutarchus* cum *M. Claudio Marcello*, qui Romæ quinquies fuit Conſul; ſed ea Vita in hoc Codice manuſcripto deeſt.

Secundò, & quidem fol. 221 pag. 1 & 2, *NOMINA Menſium ſecundùm Romanos, Ægyptios, Macedones, Cappadoces, Græcos propriè dictos, Hebræos, Bithynos, & Cyprios.*

Tertiò, & quidem fol. 222 pag. 1, *NOMINA græca Ventorum duodecim præcipuorum* cum adjunctâ eorundem *Explicatione*, & *Diagrammate* ad eandem materiam pertinente.

LXI.

SEXAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *folio*, conſtátque foliis *centum quinquaginta tribus*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 6 pag. 2, *ARCHIPPI, Proſmonarii ſive Cuſtodis Templi S. Michaëlis Archangeli Chonis ſive Coloſſis in Phrygiâ, Narratio Miraculi, ab eodem Sancto Archangelo ibi editi*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀρχίππου Προσμοναρίου τοῦ πανσέπτου ναοῦ τοῦ Ἀρχιστρατήγου τοῦ ἐν ταῖς Χώναις. Ἡ ἀρχὴ τῶν ἰαμάτων καὶ τῶν δωρεῶν καὶ χαρισμάτων τῶν δοθέντων &c. Plura de eâdem Narratione vide Libri *quarti* Lambecianorum Commentariorum pag. 129.

Secundò, & quidem à fol. 6 pag. 2, uſque ad fol. 14 pag. 2, S. *JACOBI Apoſtoli, cognomine Minoris & Fratris Domini, Protevangelium, ſive Narratio ſuppoſititia de Nativitate Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus principium: Ἐν ταῖς ἱστορίαις τῶν δώδεκα φυλῶν τοῦ Ἰσραὴλ &c.

Tertiò, & quidem à fol. 14 pag. 2, uſque ad fol. 19 pag. 2, S. *JOANNIS Chryſoſtomi Oratio in Beatam Suſannam*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου εἰς τὴν μακαρίαν Σωσάνναν. Ἥκομεν ὑμῖν εὐγνώμονες ὀφειλέται τοῦ λόγου· οὐχ ὅσον μὲν ὀφείλοντες ἀποπληροῦντες, ἀλλ᾽ ὅσον ἔχομεν ἀποδιδόντες. ἡ μὲν γὰρ προθυμία &c. Vide Operum S. *Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. V. pag. 703; ubi ea Oratio à *Savilio* refertur inter Scripta ἀμφιβαλλόμενα ſive dubia.

Quartò,

Quartò, & quidem à fol. 19 pag. 2, uſque ad fol. 27 pag. 1, ANDREÆ *Archiepiſcopi Cretenſis Oratio in Nativitatem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus principium: Εἰ μετρεῖται γῆ σπιθαμῇ, &c. Plura de eâdem Oratione vide Libri *quarti* Lambecianorum Comment. pag. 88.

Quintò, & quidem à fol. 27 pag. 1, uſque ad fol. 39 pag. 2, EJUSDEM *Oratio in Exaltationem S. Crucis*; cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀνδρέου Κρήτης Λόγος εἰς τὴν ὕψωσιν τοῦ τιμίου σταυροῦ. Σταυροῦ πανήγυριν ἄγομεν, καὶ τὸ τῆς ἐκκλησίας &c.

Sextò, & quidem à fol. 39 pag. 2, uſque ad fol. 43 pag. 2, EJUSDEM *Oratio in Obitum & Aſſumptionem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus principium: Μυστήριον ἡ παροῦσα πανήγυρις &c. Plura de eâdem Oratione vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 132 & 133, atque Libri *octavi* pag. 129.

Septimò, & quidem à fol. 43 pag. 2, uſque ad fol. 46 pag. 2, *Martyrium S. Nicephori Martyris Antiochiæ in Syriâ, à* SYMEONE *Metaphraſte conſcriptum*; cujus principium: Ἦν τις πρεσβύτερος ὀνόματι Σαπρίκιος οὕτω καλούμενος, &c.

Octavò, & quidem à fol. 46 pag. 2, uſque ad fol. 51 pag. 1, SYMEONIS *Metaphraſtæ Martyrium S. Blaſii, Epiſcopi Sebaſtiæ in Cappadociâ*; cujus principium: Ἡνίκα ὁ καιρὸς τῶν εἰδώλων ἐπεκράτει &c.

Nonò, & quidem à fol. 51 pag. 1, uſque ad fol. 55 pag. 1, EJUSDEM *Martyrium S. Nicetæ Gotthi*; cujus principium: Νικητικοὺς ἀγῶνας &c.

Decimò, & quidem à fol. 55 pag. 1, uſque ad fol. 60 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Vita S. Alexii*; cujus titulus & principium: Ἐγένετο ἀνὴρ εὐσεβὴς ἐν Ῥώμῃ ὀνόματι Εὐφημιανὸς, ἐπὶ Ὀνωρίου καὶ Ἀρκαδίου τῶν Βασιλέων Ῥώμης· &c.

Undecimò, & quidem à fol. 60 pag. 2, uſque ad fol. 63 pag. 1, SYMEONIS *Metaphraſtæ Martyrium S. Ananiæ*; cujus principium: Λουκιανοῦ τοῦ δυσσεβοῦς κατὰ τὴν ἑώας μέρη ἐν Βηθαγάρρῃ τῆς Ἐλευθεροπόλεως &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 63 pag. 2, uſque ad fol. 69 pag. 1, SYMEONIS *Metaphraſtæ Commentarius in S. Apoſtolum Thomam*; cujus principium: Πάλαι μὲν τὰς κατὰ γῆν διατριβὰς ἀνύοντες οἱ Ἀπόστολοι, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 69 pag. 2, uſque ad fol. 75 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Narratio Inventionis S. Crucis per S. Helenam Imp. Conſtantini Magni matrem*; cujus titulus & principium: Εὕρεσις τοῦ τιμίου καὶ ζωοποιοῦ Σταυροῦ. Ἐν ἔτει ἑβδόμῳ τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου Βασιλέως συνήχθη πλῆθος βαρβάρων &c. Edidit hanc Narrationem R. P. *Jacobus Gretſerus* S. J. *græcè* ex Codice quodam manuſcripto *Bibliothecæ Auguſtanæ* in Magno Opere de Sanctâ Cruce Tomi ſecundi columnâ 1703, editionis Ingolſtadienſis Ederianæ A. 1616 in folio; ſed tantùm uſque ad hæc verba incluſivè: ἀπέστειλε τὴν ἰδίαν μητέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, ἅμα στρατοπέδων, ἐπιζητῆσαι τὸν Σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ, καὶ οἰκοδομῆσαι τοὺς ἁγίους τόπους, - - -. Reliqua autem, quæ deinceps in hoc Codice manuſcripto *Cæſareo* ſequuntur, & integris ferè *quinque foliis* in folio conſtant, ea omnia ibi deſunt.

Decimo quartò, & quidem à fol. 75 pag. 1, uſque ad fol. 82 pag. 1, SYMEONIS *Metaphraſtæ Martyrium S. Demetrii*; cujus principium: Εἶχε μὲν τὰ Ῥωμαίων σκῆπτρα Μαξιμιανὸς, ὁ καὶ Ἑρκούλιος, πολὺς κατὰ Χριστιανῶν πνέων τε καὶ φερόμενος, &c.

Decimo

Decimo quintò, & quidem à fol. 82 pag. 1, uſque ad fol. 85 pag. 1, *ANONYMI cujuſdam Autoris Acta Sanctorum Confeſſorum Aſianorum Anargyrorum Coſmæ & Damiani, filiorum Theodotes, quorum memoria in Meneis Græcorum celebratur die primo Novembris.* Inſcribuntur ea ibi atque incipiunt hoc modo: Μηνὶ Νοεμβρίῳ α. Πράξεις τῶν ἁγίων καὶ θαυματουργῶν Ἀναργύρων Κοσμᾶ καὶ Δαμιανοῦ. &c. Plura de iiſdem *Aſianis Anargyris* vide Libri *quarti* Lambec. Commentar. pag. 133 & 134. Deſunt autem & hæc Acta in RR. PP. *Simonis Wangnereckii* & *Reinoldi Dehnii* S. J. ibidem memorato Syntagmate Hiſtorico de Tribus Sanctorum Anargyrorum *Coſmæ* & *Damiani* Paribus.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 85 pag. 2, uſque ad fol. 88 pag. 2, *ANONYMI cujuſdam incerti Autoris Martyrium S. Barbaræ*; cujus principium: Ἐν τοῖς καιροῖς ἐκείνοις, βασιλεύοντος Μαξιμιανοῦ, καὶ ἡγεμονεύοντος Μαρκιανοῦ, ἦν τις Τοπάρχης, ὀνόματι Διόσκορος, &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 89 pag. 1, uſque ad fol. 92 pag. 2, *ANDREÆ, Archiepiſcopi Cretenſis, Encomium in S. Nicolaum, Myrenſem in Lyciâ Epiſcopum*; cujus principium: Ἄνθρωπε τοῦ Θεοῦ καὶ πιστὲ θεράπον &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 93 pag. 1, uſque ad fol. 98 pag. 1, S. *EPHRÆMI Syri Oratio in Patriarchas Abrahamum, Iſaacum & Jacobum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἐφραὶμ Λόγος εἰς τοὺς προπάτορας Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακώβ. Ἀπῴκιζε ὁ Θεὸς τὸν δίκαιον Ἀβραὰμ ἐκ τῶν συγγενῶν αὐτοῦ, καὶ πάντων τῶν ἰδίων αὐτοῦ, &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 98 pag. 1, uſque ad fol. 106 pag. 1, S. *GREGORII Nazianzeni Oratio in Nativitatem Chriſti*; cujus principium: Χριστὸς γεννᾶται, δοξάσατε· &c. Plura de eâdem Oratione vide Libri *tertii* Lambecianorum Commentariorum pag. 179.

Vigeſimò, & quidem à fol. 106 pag. 2, uſque ad fol. 116 pag. 2, *ex Vitâ S. Baſilii Magni ſuppoſititiâ, quæ vulgò perperàm AMPHILOCHIO Iconienſi Epiſcopo attribuitur, Narrationes quorundam Miraculorum*, quarum *prima* inſcribitur atque incipit his verbis: Διήγησις τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀμφιλοχίου, Ἐπισκόπου γενομένου τοῦ Ἰκονίου, περὶ τῶν θαυμάτων τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου, Ἀρχιεπισκόπου τῆς Καισαρέων περιφανοῦς μητροπόλεως. &c.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 116 pag. 2, uſque ad fol. 120 pag. 1, S. *JOANNIS Chryſoſtomi Oratio in Sanctum Chriſti Baptiſma*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, τοῦ Χρυσοστόμου Λόγος εἰς τὸ ἅγιον Βάπτισμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἡ πηγὴ τῶν εὐαγγελικῶν διδαγμάτων &c. Vide Operum S. *Joannis Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. VII. pag. 350; ſed ibi ea Oratio inſcribitur Εἰς τὰ ἅγια Ἐπιφάνια, & refertur inter Scripta ψευδεπίγραφα, ſive ſuppoſititia.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 120 pag. 1, uſque ad fol. 125 pag. 2, *AMPHILOCHII Epiſcopi Iconii Oratio in Occurſum Chriſti*; cujus principium: Πολλοὶ τῶν μεγάλων ἀνθρώπων τὴν παρθενίαν θαυμάζουσιν· &c.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 125 pag. 2, uſque ad fol. 127 pag. 1, S. *EPHRÆMI Syri Oratio de Charitate & Pœnitentiâ*; cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πα-

πρὸς ἡμᾶς Ἐφραίμ τȣ̃ Σύρȣ Λόγος περὶ ἀγάπης καὶ μετανοίας. Ἀδελφοὶ, μηδὲν προτιμησώμεθα πλέον τῆς ἀνυποκρίτου ἀγάπης· πολλὰ γὰρ &c.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 127 pag. 1, uſque ad fol. 128 pag. 2, *ex* JOANNIS *Moſchi Limonario ſive Prato ſpirituali Caput ſeptuageſimum octavum, continens Narrationem ſtupendi Miraculi Puellæ mortuæ, quæ exſpoliatorem ſuum detinuit, nec eum relaxare voluit, donec is promitteret, ſe monachum futurum*; cujus titulus & principium: Περὶ τȣ̃ τυμβορύχου λόγος ὠφέλιμος ἐκ τȣ̃ Γεροντικȣ̃. Διηγήσατο ὁ Ἀββᾶς Ἰωάννης, ὅτι πρὸ ὀλίγων χρόνων ἦλθεν πρός με νεώτερός τις, λέγων μοι· ὅτι διὰ τὸν Θεὸν δέξαι με· &c. Vide *Vitas Patrum* à R. P. *Heriberto Roſweydo* S. J. editas, Lib. X. p. 82 & 84.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 129 pag. 1, uſque ad fol. 135 pag. 2, S. JOANNIS *Chryſoſtomi Oratio* εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν τῆς Θεοτόκου, καὶ κατὰ τȣ̃ δυσσεβȣ̃ς Ἀρείου, *ſive, in Annunciationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, & contra impium Arium*; cujus principium: Τῇ προτέρᾳ κυριακῇ τὴν ὀρθόδοξον ταύτην ἐκκλησίαν &c. Vide Operum S. *Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. VII. pag. 515; ubi *Savilius* expreſsè indicat, ſe Orationem illam accepiſſe ex Codice quodam manuſcripto *Cæſareo*, & ex alio aliquo Codice ejusdem *Bibliothecæ Cæſareæ* eandem emendâſſe. Refert autem eam inter Scripta ſuppoſititia.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 135 pag. 2 col. 2, uſque ad fol. 139 pag. 1, EJUSDEM *Oratio* εἰς τὸν Εὐαγγελισμὸν, *ſive, in Annunciationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus principium: Πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια, &c. Vide ſuprà memoratam Operum S. *Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. VII. pag. 537; ubi ea Oratio refertur inter Scripta ſuppoſititia.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 139 pag. 1, uſque ad fol. 142 pag. 2, EJUSDEM *Oratio* περὶ νηστείας καὶ ἐλεημοσύνης, *ſive, de Jejunio & Eleemoſynâ*; cujus principium: Καλὴ ἡ νηστεία, καλὴ καὶ ἡ τῶν θείων γραφῶν ἀνάγνωσις. καλὴ δέ ἐστιν, ὅταν &c. Vide ſuprà memoratam Operum S. *Chryſoſtomi* editionem græcam Savil. Tom. VI. p. 883.

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 143 pag. 1, uſque ad fol. 145 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris, qui rebus geſtis interfuit, Martyrium S. Theodori cognomine Tyronis vel Teronis*; cujus principium: Μαξιμιανὸς καὶ Μαξιμῖνος Βασιλεῖς ἐξαπέστειλαν εἰς πᾶσαν τὴν ἐπ' αὐτῶν βασιλείαν &c. In fine autem ob unius folii defectum pauca quædam deſunt.

Vigeſimo nonò, & quidem à fol. 146 pag. 1, uſque ad fol. 153 pag. 1, SYMEONIS *Metaphraſtæ Vita S. Symeonis Stylitæ, Primi ſive Senioris, ob unius folii defectum principio carens excluſivè uſque ad hæc verba*: Καὶ ταῦτα ἀκȣ́σας ὁ μακάριος, ἐξελθὼν ἐκ τῆς ἐκκλησίας, ἀπέρχεται εἰς ἔρημον τόπον, &c.

Trigeſimò, & quidem fol. 153 pag. 2, *ex Opere de Vitis Patrum Oratio de Charitate*; cujus titulus & principium: Ἐκ τȣ̃ Γεροντικȣ̃ λόγος ὠφέλιμος περὶ ἀγάπης. Φύγωμεν ἀδελφοὶ τὴν μνησικακίαν. οὐδὲν γὰρ χεῖρον &c.

LXII.

SEXAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto majori*, ſed vitioſiſſimè ſcriptus, & in medio mutilus, conſtátque nunc foliis *centum ſexaginta quinque*. Continentur eo hæc:

Primò,

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 6 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Hiſtoria Martyrii Sanctorum Quadraginta Martyrum Sebaſtenorum*; cujus principium: Κατὰ τοὺς χρόνους Λικινίου τοῦ Βασιλέως ἦν διωγμὸς μέγας κατὰ τῶν Χριστιανῶν, καὶ πάντες οἱ εὐσεβῶς ζῶντες ἐν Χριστῷ, ἠναγκάζοντο θύειν τοῖς εἰδώλοις, &c. Plura de eodem Martyrio vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 74 & 101. Eorundem Sanctorum Quadraginta Martyrum *Teſtamentum* vide ibidem græcè pag. 97, 98, 99 & 100, latinè autem in Appendice Libri *quinti* pag. 410, 411, 412 & 413.

Secundò, & quidem à fol. 6 pag. 1, uſque ad fol. 18 pag. 1, *Martyrium S. Georgii*, à SYMEONE *Metaphraſte conſcriptum*; cujus titulus & principium: Μηνὶ Ἀπριλλίῳ κγʹ. Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου Μεγαλομάρτυρος τοῦ Χριστοῦ Γεωργίου. Διοκλητιανὸς ὁ Ῥωμαίων Αὐτοκράτωρ ἀναξίως τῶν σκήπτρων ἐπιλαβόμενος, &c. Meminit hujus Martyrii *Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 125; ibique illud refert inter eas Sanctorum Vitas, quas indubitatè ipſius *Simeonis Metaphraſtæ* eſſe, aſſeveranter affirmat. Plura de S. *Georgio*, & de variis Martyrii ejus antiquis Actis græcis & latinis, vide apud ſuprà laudatos doctiſſimos Patres *Henſchenium* & *Papebrochium*, eruditiſſimè & accuratiſſimè de hoc argumento diſſerentes in jam citato Tomo tertio Menſis Aprilis à pag. 100 uſque ad pag. 163.

Tertiò, & quidem à fol. 18 pag. 1, uſque ad fol. 20 pag. 2, *Vita & Converſio S. Taiſiæ ſeu Thaiſiæ meretricis, ab* ANONYMO *quodam Autore conſcripta*; cujus titulus & principium: Βίος καὶ μετάνοια τῆς ὁσίας Ταϊσίας τῆς πόρνης. Ἀγαπητοί μου ἀδελφοὶ καὶ πατέρες, βούλομαι διηγήσασθαι ὑμῖν τὴν φαιδρὰν καὶ θαυμαστὴν μετάνοιαν τῆς μακαρίας Ταϊσίας, &c. Ejuſdem memoria celebratur etiam in *Menæis Græcorum* die octavo Octobris; ubi ſimiliter nomen Ταϊσία per T in primâ ſyllabâ; at in Vitis Patrum, à R. P. *Heriberto Rosweydo* S. J. editis, ubi ejuſdem Sanctæ Vita Libri primi pag. 374 & 375 *latinè* extat, ſcribitur nomen *Thaiſia*, per Th, ac ſi græcè ſcriptum fuerit Θαϊσία.

Quartò, & quidem à fol. 20 pag. 2, uſque ad fol. 29 pag. 2, ANDREÆ, *Archiepiſcopi Cretenſis, cognomento Hieroſolymitani, Oratio in Dormitionem ſive Aſſumptionem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus principium: Ὅστις τὸ σεπτὸν τοῦτο τῆς Θεοτόκου κατείληφας τέμενος, δεῦρό μοι λιπαρῶ &c.

Quintò, & quidem à fol. 30 pag. 1, uſque ad fol. 32 pag. 2, S. JOANNIS *Chryſoſtomi Oratio in Publicanum & Phariſæum*; cujus principium: Καθάπερ, ἀδελφοί, νεφῶν συνδρομὴ &c.

Sextò, & quidem à fol. 33 pag. 1, uſque ad fol. 39 pag. 1, EJUSDEM *Homilia ſive Oratio in Parabolam de filio prodigo*; cujus principium: Ἀεὶ μὲν τὴν τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίαν κηρύττειν ὀφείλομεν· &c. Plura de hâc Oratione vide Libri *quinti* Lambec. Comment. pag. 25.

Septimò, & quidem à fol. 39 pag. 1, uſque ad fol. 57 pag. 2, EJUSDEM *Oratio in principium ſanctæ Quadrageſimæ, & in expulſionem Adami ex Paradiſo, & de bonis atque malis mulieribus*; cujus principium: Πρόκειται ἡμῖν, ἀγαπητοί, πνευματικὴ τράπεζα &c. Plura de eâdem Oratione vide Libri *quinti* Lambec. Comment. pag. 114.

Octavò, & quidem à fol. 58 pag. 1, uſque ad fol. 60 pag. 1, EJUSDEM *Oratio de Jejunio*; cujus principium: Σήμερον, ἀγαπητοί, τὸν ἱερὸν προσκυνήσωμεν &c. Plura de eâdem Oratione vide Libri *quinti* Lambec. Comment. pag. 142.

Nonò, & quidem à fol. 60 pag. 2, uſque ad fol. 69 pag. 1, NECTARII *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani Narratio, quam ob cauſam primo Sabbato ſanctorum Jejuniorum celebremus memoriam Sancti Martyris Theodori*; cujus principium: Ὡς πολὺ τὸ πλῆθος τῆς χρηστότητός σου Κύριε· &c.

Decimò, & quidem à fol. 69 pag. 1, uſque ad fol. 82 pag. 1, *Narratio de ſanctis & venerandis Imaginibus, & cur primâ Dominicâ Quadrageſimæ annua earum celebretur memoria*; cujus titulus & principium: Διήγησις διαλαμβάνουσα περὶ τῶν ἁγίων καὶ σεπτῶν εἰκόνων, καὶ δι᾽ ὃ παρέλαβεν ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία ἐτησίως ποιεῖν τὴν ὀρθοδοξίαν τῇ πρώτῃ κυριακῇ τῶν ἁγίων νηστειῶν. Τοῦ Βασιλέως Θεοφίλου τὸ κατ᾽ ἐκεῖνο τοῦ καιροῦ, κατὰ συγχώρησιν Θεοῦ, τὴν αὐτοκρατορικὴν διέποντος ἀρχὴν, &c. Plura de eâdem Narratione vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 127.

Undecimò, & quidem à fol. 82 pag. 1, uſque ad fol. 85 pag. 1, *Hiſtoria Miraculi Imaginis Chriſti, à Judæis in Urbe Beryto A. C. 765 per ludibrium crucifixæ, ab* ATHANASIO *quodam ſynchrono conſcripta*; cujus titulus & principium: Κυριακῇ πρώτῃ τῶν νηστειῶν. Θαῦμα γενόμενον ἐν εἰκόνι τοῦ Χριστοῦ ἐν Βηρύτῳ. Ἀκούσατε πνευματικοί μου πατέρες καὶ ἀδελφοί· &c. Plura de eâdem Hiſtoriâ vide ſuprà in recenſione Codicis trigeſimi octavi, num. 12, ſed ibi ea in principio eſt multò auctior.

Duodecimò, & quidem à fol. 85 pag. 2, uſque ad fol. 87 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Oratio hiſtorica, habita in memoriam ingentis Miraculi, quod Conſtantinopoli contigit per Imaginem quandam Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, in Puteo Magnæ Eccleſiæ S. Sophiæ collocatam, quæ à Judæo gladio icta, copioſum effudit ſanguinem.* Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Κυριακῇ β΄. Τῆς ὀρθοδοξίας β΄. Θαῦμα γενόμενον ἐν τῇ Κωνσταντίνου πόλει ἐν εἰκόνι τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Δεσποτικῶν καὶ παραδόξων θαυμάτων ἀνάμνησιν μέλλων διηγήσασθαι ὑμῖν πνευματικοί μου ἀδελφοὶ, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 87 pag. 2, uſque ad fol. 89 pag. 2, S. JOANNIS *Chryſoſtomi Oratio de Charitate*, ob defectum unius vel plurium foliorum in fine mutila; cujus titulus & principium: Λόγος τοῦ αὐτοῦ Χρυσοστόμου περὶ ἀγάπης. Καλῶς εἶπεν ὁ Κύριος, ὅτι τὸ φορτίον μου ἐλαφρόν ἐστι· &c. Vide Operum S. *Joannis Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. VII. p. 522; ubi ea Oratio refertur inter Scripta ſuppoſititia. In margine autem indicat *Savilius* ibidem expreſsè, ſe eam accepiſſe ex Codice manuſcripto *Cæſareo*.

Decimo quartò, & quidem à fol. 90 pag. 1, uſque ad fol. 95 pag. 1, *Vita S. Petri Principis Apoſtolorum*, ob unius vel plurium foliorum defectum in principio mutila uſque ad hæc verba: - - -, ὅπη τὴν φιλόπτωχον Δορκάδα θανοῦσαν ἀνέστησεν· ἐν Καισαρείᾳ, τὸν ἑκατόνταρχον Κορνήλιον ἐθνικὸν ὄντα πρὸς τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν ἐξεκαλέσατο &c. De *Dorcade*, à S. *Petro* in *Joppe* reſuſcitatâ, cujus hîc fit mentio, vide Acta Apóſtolorum cap. 9; de *Cornelio* autem Centurione, ab eodem *Cæſareæ* baptizato, vide ibidem cap. 10.

Decimo quintò, & quidem à fol. 95 pag. 2, uſque ad fol. 106 pag. 1, S. JOANNIS *Chryſoſtomi Oratio de Patientiâ, & de mortuis non amarè deflendis*; cujus titulus & principium: Σαββάτῳ πρὸ τῆς ν΄. Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος περὶ ὑπομονῆς καὶ περὶ τοῦ μὴ πικρῶς πενθεῖν τοὺς τελευτῶντας. Φέρε σήμερον μάλιστα τῶν προτέρων ἡμερῶν &c. Vide Operum S. *Joannis*

nis Chryſoſtomi editionem græcam Savilianam Tom. *VI.* pag. 943; ubi ea Oratio refertur inter Scripta ἀμφιβαλλόμενα ſive dubiæ fidei.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 106 pag. 1, uſque ad fol. 114 pag. 1, S. EPHRÆMI *Syri Oratio de Pœnitentiâ & de Judicio extremo*; cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἐφραὶμ τοῦ Σύρου λόγος περὶ μετανοίας καὶ κρίσεως, καὶ εἰς τὴν δευτέραν παρουσίαν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἀγαπητοὶ, νυκτὸς καὶ ἡμέρας πρὸς τὴν ἐσχάτην ἀποβλέποντες ὥραν, &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 114 pag. 2, uſque ad fol. 119 pag. 1, EJUSDEM *alia Oratio de Pœnitentiâ & Judicio, & de Separatione animæ & corporis*; cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἐφραὶμ Λόγος ὠφέλιμος περὶ μετανοίας καὶ κρίσεως, καὶ περὶ χωρισμοῦ ψυχῆς καὶ σώματος. Ἀγαπητοὶ, τί ὄφελος εὕρομεν ἐν τῷ ματαίῳ βίῳ τούτῳ; &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 119 pag. 1, uſque ad fol. 121 pag. 1, DANIELIS *Abbatis Narratio, à Joanne Diacono quodam accepta, de puero aliquo Hebræo, à pueris Chriſtianis per luſum baptizato*; cujus titulus & principium: Ἐκ τοῦ Ἀββᾶ Δανιὴλ λόγος περὶ τῶν παιδίων τῶν χριστιανῶν, πῶς ἐβάπτισαν τοῦ Ἑβραίου τὸ παιδίον. Ἰωάννης τὶς Διάκονος διηγήσατό μοι, λέγων ὅτι &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 121 pag. 1, uſque ad fol. 123 pag. 1, *Narratio quædam ex Opere de Vitis Sanctorum Patrum*; cujus titulus & principium: Ἐκ τοῦ Πατερικοῦ λόγος περί τινος μεγάλου γέροντος ζητοῦντος χάρισμα παρὰ Θεοῦ, καὶ ὅτι κερδαλεωτέρα ἐστὶν πρᾶξις ὑπὲρ σημείων καὶ θαυμάτων. Γέρων τις ἐκάθητο ἐν ἀναχωρητικῷ τόπῳ χρόνους ἑβδομήκοντα, &c.

Vigeſimò, & quidem à fol. 123 pag. 1, uſque ad fol. 128 pag. 2, HESYCHII *Presbyteri Hieroſolymitani Oratio in Lazarum quatriduanum*, hactenùs, quod ſciam, nondum edita; cujus titulus & principium: Ἡσυχίου Πρεσβυτέρου Ἱεροσολύμων λόγος εἰς τὸν τετραήμερον Λάζαρον. Δεῖπνον ἡμῖν πολυτελὲς Λάζαρος σήμερον παρέθηκεν· δεῖπνον, ἐν ᾧ πάντα θαυμαστὰ, πολυανθῆ καὶ λαμπρὰ θείας &c. Meminit hujus *Heſychii Photius* Patriarcha Conſtantinopolitanus in Bibliothecâ ſuâ, ſive, Recenſione Librorum à ſe lectorum, capite ducenteſimo ſexageſimo nono, & capite ducenteſimo ſeptuageſimo quinto.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 128 pag. 2, uſque ad fol. 133 pag. 2, S. JOANNIS *Chryſoſtomi Oratio in Feſtum Palmarum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὰ βαΐα. Ἐκ θαυμάτων ἐπὶ θαύματα τοῦ Κυρίου ἡμῶν ἴωμεν ἀδελφοί· ἴωμεν δὲ ὡς ἐκ δυνάμεως εἰς δύναμιν. καθάπερ γὰρ ἐν ἁλύσει χρυσῇ &c. Plura de eâdem Oratione vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 128, ubi mentio fit iſtius exemplaris manuſcripti Cæſarei, quo ſe uſum eſſe indicat *Savilius* Tom. V. pag. 882 in margine. Hoc autem exemplar manuſcriptum, de quo in præſens agitur, non vidit *Savilius*; alioqui enim non præteriiſſet ſilentio notabilem lectionis varietatem in ipſo Orationis iſtius principio, & refertur à *Savilio* inter Scripta dubia.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 133 pag. 2, uſque ad fol. 144 pag. 2, EJUSDEM *Oratio in proditionem Judæ & in traditionem Myſteriorum*; cujus principium: Ὀλίγα ἀνάγκη σήμερον πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην εἰπεῖν· &c. Plura de eâdem

dem Oratione vide Libri *quarti* Lambecianorum Commentariorum pag. 108, 109 & 129.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 144 pag. 2, uſque ad fol. 149 pag. 1, *EJUSDEM Oratio in Beatum & juſtum Job*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὸν μακάριον καὶ δίκαιον Ἰώβ. &c. Vide Operum S. *Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. V, pag. 953; ubi ea refertur inter Scripta dubia.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 149 pag. 2, uſque ad fol. 162 pag. 1, S. *EPIPHANII*, *Conſtantiæ ſive Salaminis in Cypro Inſulâ Epiſcopi, Oratio in Sepulturam Chriſti & in Joſephum ab Arimathæâ*; cujus principium: Τί τοῦτο σήμερον; σιγὴ πολλὴ ἐν τῇ γῇ· &c. Plura de eâdem Oratione vide Libri *quarti* Lambecianorum Commentariorum pag. 70 & 129.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 162 pag. 2, uſque ad fol. 165 pag. 1, *AMPHILOCHII*, *Iconienſis in Lycaoniâ Epiſcopi, qui S. Baſilio Magno ſynchronus, circa annum Chriſti 393. obiit, Oratio hactenùs inedita de Virtute, & de malis hominibus atque Diabolis*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀμφιλοχίου Ἐπισκόπου Ἰκονίου περὶ ἀρετῆς, καὶ περὶ πονηρῶν ἀνδρῶν καὶ διαβόλων. Καλὸς ὁ βίος τῶν ἐναρέτων πάντοτε καθέστηκεν· τερπνὴ ἡ τῶν ἀγωνιζομένων κατάστασις &c. Edidit quidem *Franciſcus Combefis* Lutetiæ Pariſiorum A. 1644 græcè & latinè in folio Opera omnia Amphilochii, quæ reperiri potuerunt; ea tamen Oratio, de quâ in præſens hic agitur, ibi omninò deeſt.

LXIII.

SEXAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto majori*, ſed vitioſiſſimè ſcriptus, conſtàtque nunc foliis *centum triginta quatuor*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 12 pag. 2, *Vita & Converſatio S. Onuphrii Anachoretæ celeberrimi*, (1) *qui A. C. 370 obiit, & aliorum quorundam Patrum, eodem tempore eandem vaſtam Ægypti eremum ſolitariè incolentium, conſcripta à S. PAPHNUTIO, Anachoretâ ſynchrono, qui ipſum S. Onuphrium ſepelivit*. Inſcribitur ea ibi atque incipit his verbis: Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου καὶ θεοφόρου Πατρὸς ἡμῶν Ὀνουφρίου τοῦ Ἐρημίτου, καὶ ἄλλων Πατέρων, ὃν ἐγὼ Παφνούτιος Ἀναχωρητὴς γνῶναι κατ' οἰκονομίαν Θεοῦ ἀξιωθεὶς, φιλοθέοις ἀφηγησάμην ἀδελφοῖς, καὶ ἱστορεῖν ταῦτα τολμῶ. &c. Exſtat eadem Vita apud *Laurentium Surium* Tomo tertio de probatis Sanctorum Hiſtoriis die undecimo Junii, ſed tantùm *latinè*. In *Menæis* autem *Græcorum* colitur memoria S. *Onuphrii* die duodecimo Junii; ut & in *Martyrologio Romano*.

Secundò, & quidem à fol. 12 pag. 2, uſque ad fol. 38 pag. 1, *Vita & Converſatio S. Baſilii Junioris, Aſcetæ, conſcripta à GREGORIO ipſius diſcipulo*; cujus titulus & principium: Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ Νέου, συγγραφεῖσα παρὰ Γρηγορίου ταπεινοῦ καὶ φιλοχρίστου μαθητοῦ. Τῆς ἀκαταλήπτου Θεοῦ περὶ τὸ βρότειον γένος ὑπεραγάθου φιλανθρωπίας καὶ ἀγαθότητος σαφῶς καὶ βαθέως οἰκονομούσης, &c.

Venit

(1) Vide R. P. *Heriberti Roſweydi* S. J. Notas ad ejusdem Vitæ S. *Onuphrii* antiquam verſionem latinam, quæ exſtat in Libro primo de Vitis Patrum à pag. 99 uſque ad pag. 105.

Venit is *Conſtantinopolim* circa finem ſeculi poſt Chriſtum *noni* ſub *Imp. Baſilii Macedonis* filiis *Leone Philoſopho & Alexandro.* Ejusdem Vitæ fit etiam mentio Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 200. Vide etiam Lib. VIII. pag. 360.

Tertiò, & quidem à fol. 38 pag. 2, uſque ad fol. 39 pag. 2, S. EPHRÆMI *Syri Oratio de Pœnitentiá & Compunctione*; cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Ἐφραὶμ περὶ μετανοίας καὶ κατανύξεως. Ἀδελφοί μου ἀγαπητοὶ, ἕως καιρὸν ἔχομεν, κλαύσομεν &c.

Quartò, & quidem à fol. 39 pag. 2, uſque ad fol. 42 pag. 2, S. *EUSEBII Archiepiſcopi Alexandrini Encomium diei Dominicæ*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἁγίου Εὐσεβίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐγκώμιον εἰς τὴν ἁγίαν κυριακήν. Μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ἐν ἡμέρᾳ κυριακῇ καθεζομένου τοῦ ἁγιωτάτου Ἐπισκόπου Εὐσεβίου, &c. Plura de eodem *Diei Dominicæ Encomio* vide in recenſione Codicis ſexageſimi ſeptimi, num. 14.

Quintò, & quidem à fol. 42 pag. 2, uſque ad fol. 45 pag. 1, S. *JOANNIS Chryſoſtomi Oratio de Eleemoſyná*; cujus principium: Φησὶν ἡ θεία γραφή· ὁ ἐλεῶν πτωχὸν, δανείζει Θεῷ· &c. Vide Operum S. *Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. VII. pag. 520; ubi ipſe *Savilius* in margine expreſsè teſtatur, ſe eam Orationem accepiſſe ex Codice quodam manuſcripto *Cæſareo.*

Sextò, & quidem à fol. 45 pag. 1, uſque ad fol. 50 pag. 1, *ANONYMI cujuſdam Autoris Deſcriptio qualitatum boni Sacerdotis;* cujus titulus & principium: Περὶ καταστάσεων Ἱερέων. Δεῖ γὰρ πάντα Ἱερέα σπουδαῖον εἶναι καὶ ἄοκνον ἐν τοῖς θείοις μαθήμασιν, ἵνα, &c.

Septimò, & quidem fol. 50 pag. 2, & fol. 51 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Narratio de Exaltatione Sanctæ Crucis ſub Imp. Conſtantino Magno per matrem ipſius S. Helenam*; cujus titulus & principium: Ἡ ἀνύψωσις τοῦ Σταυροῦ. Δειμαμένη τινὰ ἡ μακαριωτάτη Ἑλένη ναὸν περικαλλῆ ἐν τῷ ἁγίῳ Γολγοθᾷ, &c.

Octavò, & quidem à fol. 51 pag. 2, uſque ad fol. 55 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Narratio fabuloſa græco-barbara de Actis & Viſionibus quibuſdam admirandis, quas vidit S. Joannes Apoſtolus & Evangeliſta, cùm primùm Chriſtus Petro & Jacobo apparuit.* Inſcribitur ea atque incipit his verbis: Διήγησις θαυμαστὴ περὶ τὰς πράξεις καὶ ὀπτασίας, ἃς εἶδεν ὁ ἅγιος Ἰωάννης ὁ Θεολόγος παρὰ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, πῶς ἐφάνη ἀπ' ἀρχῆς Πέτρῳ καὶ Ἰακώβῳ, καὶ ὅπου διηγεῖται τοῦ σταυροῦ τὸ μυστήριον. Ἐζήτησαν οὖν οἱ παρόντες τὴν αἰτίαν, &c.

Nonò, & quidem à fol. 56 pag. 1, uſque ad fol. 65 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris ſynchroni Narratio admiranda Miraculi, à Sancto Magno-Martyre Georgio editi in puerum Paphlagonem captivum, nomine Georgium, qui beneficio illius præter omnem ſpem ſervatus, & à captivitate Bulgaricâ liberatus eſt.* Inſcribitur ea ibi atque incipit his verbis: Διήγησις θαυμαστὴ περὶ τοῦ τερατουργηθέντος τῷ ἁγίῳ Μεγαλομάρτυρι Γεωργίῳ εἰς τὸν αἰχμαλωτισθέντα παῖδα Γεώργιον, καὶ ἐκ τοῦ παραδόξου ἀοράτως ἁρπαθέντα, τῇ αὐτοῦ πατρίδι ἀποκαταστήσαντι. Οἱ τῶν τοῦ Θεοῦ δωρεῶν ἀξιωθῆναι ἐπιποθοῦντες, τὰς τῶν ἁγίων μνήμας &c. Exſtat hæc Narratio *græcè* in RR. PP. *Henſchenii* & *Papebrochii* Appendice Tomi tertii de Actis Sanctorum Menſis Aprilis pag. XXXV, deſumpta ex Codice manuſcripto *Bibliothecæ Vaticanæ*, collata cum alio Manuſcripto *Bibliothecæ Ambroſianæ Me-*

næ Mediolanenſis, atque inſuper ſubjunctis Annotationibus illuſtrata. *Latinè* autem exſtat eadem Narratio in eodem Tomo tertiò ſub die vigeſimo tertio Aprilis, pag. 136 & deinceps, R. P. *Petro Poſſino* S. J. interprete, cum Annotatis itidem ſubjunctis; ubi inprimis obſervatu dignum eſt, quòd R. P. *Daniel Papebrochius* pag. 141 monet, *ſcriptam eſſe hanc Narrationem ſeculo poſt Chriſtum decimo circa annum 960 aut 970, cum adhuc viveret ſenex, cui adoleſcenti anno 918 contigerant, quæ narrantur.*

Decimò, & quidem à fol. 65 pag. 2, uſque ad fol. 68 pag. 2, *ANONYMI cujuſdam Autoris Narratio de quodam Principe Judæorum, nomine Theodoſio, qui tempore Imp. Juſtiniani Magni, argentario cuidam Chriſtiano, nomine Philippo, patefecit vetuſtiſſimum & à Judæis ſummo ſtudio occultatum Templi Hieroſolymitani Teſtimonium publicum de Servatore noſtro Jeſu Chriſto, quod is filius fuerit DEI viventis & Mariæ, ante & poſt partum Virginis.* Inſcribitur ea ibi atque incipit hoc modo: Κατάθεσις Ἰουδαίου τινὸς σοφοῦ, ὁμολογήσαντος, τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος εἶναι καὶ τῆς ἀχράντου Θεοτόκου καὶ ἀεὶ παρθένου Μαρίας, καὶ μετὰ τὸ γεννῆσαι αὐτὸν πάλιν παρθένου μεινάσης. Ἐν τοῖς χρόνοις τοῦ εὐσεβεστάτου Βασιλέως Ἰουστινιανοῦ &c. Plura de eâdem Narratione vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 158 & 175.

Undecimò, & quidem à fol. 68 pag. 2, uſque ad fol. 72 pag. 2, *ANONYMI cujuſdam Autoris Narratio de Melchiſedechò & Loto*; cujus titulus & principium: Περὶ τοῦ Μελχισεδὲκ καὶ περὶ τοῦ Λώτ. Οὗτος ὁ Μελχισεδὲκ λέγεται ἀπάτωρ, ἀμήτωρ, ἀγενεαλόγητος, ἀφομοιώμενος τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ. &c. Vide Operum S. *Athanaſii Magni*, Archiepiſcopi Alexandrini, editionem græco-latinam Pariſinam A. 1627 in folio, Tom. II. pag. 7, ubi eadem Narratio de Melchiſedechò perperàm jam memorato S. *Athanaſio Magno* attribuitur. Poteſt autem ea rectiùs attribui *Athanaſio* illi *Juniori*, cujus exſtant *Quæſtiones ad Antiochum*; præcipuè cùm ea ibi inſcribatur interrogativè. Vide etiam Librum *quartum* Lambec. Comment. pag. 202.

Duodecimò, & quidem à fol. 73 pag. 1, uſque ad fol. 79 pag. 1, *Martyrium Sanctæ Paraſceves, Virginis & Martyris, ab* ANONYMO *quodam Autore conſcriptum*; cujus titulus & principium: Μαρτύριον τῆς ἁγίας Μεγαλομάρτυρος Παρασκευῆς. Ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, τοῦ ἑλληνισμοῦ σφοδρῶς κατακρατοῦντος, κατῴκει ἐν κώμῃ τινὶ ἀνὴρ θεοσεβὴς, ὀνόματι Ἀγάθων, &c. In fine autem eorundem Actorum legitur, eam decollatam fuiſſe die decimo quarto Octobris ἐπὶ τῆς βασιλείας Ἀσκληπιοῦ. In *Martyrologio Romano* nulla hujus Sanctæ Martyris *Paraſceves* fit mentio. *Paraſceve* enim illa, quæ ibi die vigeſimo Martii memoratur, cum S. *Photinâ* ſorore, prorſus diverſa eſt. In *Menæis* autem *Græcorum* colitur ejus memoria die 26. Julii. Vide etiam *Philippi Ferrarii* Catalogum Generalem Sanctorum, qui in Martyrologio Romano non ſunt, ſed *die vigeſimo ſeptimo Julii*; ubi ejus fit mentio his verbis: *Romæ Sanctæ Paraſceves Martyris ſub Antonino.*

Decimo tertiò, & quidem à fol. 79 pag. 1, uſque ad fol. 92 pag. 1, *ANONYMI cujuſdam Autoris, ſynchroni ſive coævi Hiſtoria Vitæ & Martyrii S. Euſtathii, aliàs Placidi vel Placidæ dicti, & filiorum ejus Agapii & Theopiſti, atque uxoris ejuſdem Theopiſtes*, quæ inſcribitur atque incipit hoc modo: Βίος καὶ μαρτύριον τοῦ ἁγίου Εὐσταθίου, καὶ τῶν τέκνων αὐτοῦ Ἀγαπίου καὶ Θεοπίστου, καὶ τῆς γυναικὸς αὐτοῦ Θεοπίστης. Πρόκειται ἡμῖν τοῖς ἀνθρώποις καὶ ἐκ φύσεως οἰκεῖόν τι διδασκαλεῖον πρὸς τὴν τῶν ἀρετῶν κατόρθωσιν, &c. Plura de eodem Martyrio vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 130, Libri *quinti* pag. 25, & Libri *octavi* pag. 242 & 243.

Decimo quartò, & quidem à fol. 92 pag. 1, uſque ad fol. 109 pag. 2, S. JOANNIS *Chryſoſtomi Oratio de Pſeudo-Prophetis, & falſis Doctoribus, & atheis hæreticis; & de ſignis conſummationis, pauld ante mortem habita*; cujus principium: Ὀδυνηρὸς ὁ λόγος, καθ' ὅτι καὶ ἔσχατος, ὡς (1) μηδὲ δήλωται, ἀλλὰ καὶ πολλῆς χαρᾶς γέμων. ὀδυνηρὸς μὲν, &c. Plura de eâdem Oratione vide Libri *quarti* Lambec. Commentariorum pag. 86.

Decimo quintò, & quidem à fol. 109 pag. 2, uſque ad fol. 112 pag. 1, EJUSDEM *Oratio in ſecundum adventum Chriſti*; cujus principium: Μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς οὐρανοὺς, &c. Plura de eâdem Oratione vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 94.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 112 pag. 1, uſque ad fol. 117 pag. 2, EJUSDEM *Oratio de Pœnitentiá*; cujus principium: Εἴδετε τῇ προτέρᾳ κυριακῇ πόλεμον καὶ νίκην· &c.

Decimo ſeptimò, & quidem à fol. 117 pag. 2, uſque ad fol. 121 pag. 1, EJUSDEM *Oratio in vanitatem vitæ hujus Mundi*; cujus principium: Ὄντως τὰ τοῦ βίου μάταια &c.

Decimo octavò, & quidem à fol. 121 pag. 1, uſque ad fol. 125 pag. 2, CHRISTOPHORI *Archiepiſcopi Alexandrini Parænesis aſcetica & parabolica de vitâ humanâ*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Χριστοφόρου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας Παραίνεσις ψυχωφελὴς, φανεροῦσα, τί ὁμοιῶται ὁ βίος οὗτος, καὶ εἰς ποῖον τέλος καταστρέφει. Πάντας μὲν, ἀγαπητοὶ, ἐστὶ κατὰ καιροὺς Ἀρχιερεῖς τε καὶ Ποιμενάρχας ὁ δι' ἡμῶν καὶ ἐν ἡμῖν ἱεράρχων θεῖος λόγος εἰς νουθεσίαν ἡμῶν &c.

Decimo nonò, & quidem à fol. 126 pag. 1, uſque ad fol. 133 pag. 1, *Vita & Converſatio S. Euphroſynæ Virginis, & ſub ficto Smaragdi nomine Monachi, ac Patris ejus Paphnutii*; cujus titulus & principium: Βίος καὶ πολιτεία τῆς ὁσίας μητρὸς ἡμῶν Εὐφροσύνης, καὶ τοῦ πατρὸς αὐτῆς Παφνουτίου. Ἐγένετο ἐν τῇ Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλει ἀνὴρ ἔνδοξος ὀνόματι Παφνούτιος, &c. Plura de eâdem Vitâ vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 200 & 201.

Vigeſimò, & quidem à fol. 133 pag. 2, uſque ad fol. 134 pag. 2, S. JOANNIS *Chryſoſtomi Oratio in Sanctum Paſcha*; cujus principium: Εἴ τις εὐσεβὴς καὶ φιλόθεος ἀπολαυέτω τῆς καλῆς ταύτης πανηγύρεως· εἴ τις δοῦλος &c. Vide Operum S. Chryſoſtomi editionem græcam Savilianam Tom. V. p. 916; ubi ea refertur inter Scripta ἀμφιβαλλόμενα ſive dubiæ fidei.

LXIV.

SEXAGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, ſed principio mutilus, conſtátque nunc foliis *centum quinquaginta tribus*, & ad *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 124 pag. 2, *Conſtitutiones Apoſtolicæ per S. Clementem, principio & fine mutilæ*; de quibus in recenſione Codicis LXXIII. plura vide.

(1) Ita quidem ibi perperam eſt ſcriptum; re verâ autem legendum eſt, ὡς μοι δεδήλωται.

Secundò, & quidem à fol. 125 pag. 1, uſque ad fol. 153 pag. 1, NICOLAI (1) *Notarii Patriarchalis Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & Protoproëdri Syncellorum, ſimul etiam Nomophylacis Imperii Romanorum, cognomine Doxopatri, Expoſitio in S. Gregorii Nazianzeni Tetraſticha Jambica, & alia nonnulla ejuſdem Carmina.* Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Νικολάου τῆς Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Θεοῦ μεγάλης Ἐκκλησίας Πατριαρχικοῦ Νοταρίου, καὶ πρωτοπροέδρου τῶν Συγκέλλων, καὶ Νομοφύλακος τῆς τῶν Ῥωμαίων Βασιλείας, τοῦ Δόξα πατρὶ, Ἐξήγησις τῶν Τετραστίχων ἰαμβικῶν παραινετικῶν ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Γρηγορίου τοῦ Θεολόγου. Τὸ ἐπίγραμμα τῶν στίχων. Γρηγορίου πόνος εἰμὶ, τετραστίχων δὲ φυλάσσων &c. Plura de his Tetraſtichis, aliiſque S. *Gregorii Nazianzeni* Carminibus vide in Tomo ſecundo Operum ipſius, Pariſiis à Federico Morello A. 1611 græcè & latinè in folio editorum; & quidem in primis pag. 156, ubi ipſa illa exſtant *Tetraſticha*, & columnâ 1405 atque deinceps, ubi *Nicetæ, Epiſcopi Dadybrenſis, Commentarius in eadem Tetraſticha* latinè exhibetur, cum inſertis *Jacobi Billii* Scholiis. Sed de *Nicolai* iſtius Expoſitione, quæ in præſenti Codice manuſcripto *Cæſareo* exſtat, nulla prorsùs ibi fit mentio, quia & *Billio* & *Morello* fuit incognita.

LXV.

SEXAGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *quarto*, ſed miſerè lacerus, & in fine mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis novendecim*, olim ab *Augerio* de *Busbecke* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur GEORGII *Cedreni* Annales, ſeu Synopſis Hiſtoriarum ab Exordio mundi uſque ad Iſaacium Comnenum, cujus & vixiſſe temporibus videtur.

LXVI.

SEXAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegans, & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis & uno*, atque ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo CANONES ſive *Cantica ſacra in Sanctos totius menſis Aprilis*; nempe, quantum obiter & curſim nunc indicare licet, die Imo Aprilis in S. *Mariam Ægyptiacam*; d. II. in Sanctos Martyres *Amphianum* & *Ædeſium*; d. III. in S. *Nicetam*, Abbatem Monaſterii Medicienſis in Bithynia; d. IV. in SS. Martyres *Theodulum* & *Agathopodem*; d. V. in Sanctos Martyres *Claudium*, *Nicephorum*, *Diodorum*, *Victorem*, *Victorinum*, *Papiam* & *Sarapionem*; d. VI. in S. *Eutychium* Patriarcham Conſtantinopolitanum; d. VII. in S. *Georgium* Archiepiſcopum Mitylenæ ſeu Mytilenæ; d. VIII. in Sanctos Apoſtolos *Herodionem*, *Aabum*, *Rufum*, & eorum ſocios; d. IX. in S. *Eupſychium* Martyrem; d. X. in Sanctos Martyres *Terentium*, *Pompejum*, *Africanum*, *Maximum*, *Macarium*, & eorum ſocios; d. XI. in S. Martyrem *Antipam*, Epiſcopum Pergami in Aſiâ; d. XII. in S. Confeſſorem *Baſilium*, Epiſcopum Parii in Myſiâ minore; d. XIII. in S. Martyrem *Artemonem*; d. XIV. in S. Confeſſorem *Martinum*, Papam Urbis Romæ; d. XV. in Sanctos Apoſtolos *Ariſtarchum*, *Pudentem*, & *Trophimum*; d. XVI. in Sanctas Marty-

(1) Plura de his *Notariis Patriarchalibus* vide Libri ſeptimi Lambecianorum Commentariorum pag. 131 & 132.

Martyres *Agapen, Irenen* & *Chioniam*; d. XVII. in S. *Symeonem* Epiſcopum in Perſide, & in S. *Acacium* Epiſcopum Melitenſem in Cappadociâ; d. XVIII. in S. *Joannem* diſcipulum S. *Gregorii Decapolitæ*; d. XIX. in SS. Martyres *Leonidem*, *Chariessam*, *Nunechiam*, *Baſiliſſam*, & ſocios ac ſocias; d. XX. in S. *Theodorum Trichinatem* ſive *Piloſum*, Eremitam in Thraciâ propè Conſtantinopolim; d. XXI. in S. Martyrem *Januarium* & ſocios; d. XXII. in S. *Theodorum Syceotam*, Epiſcopum Anaſtaſiopolitanum in Galatiâ; d. XXIII. in S. Magnum Martyrem *Georgium*; d. XXIV. in S. *Sabam Stratelaten* ſive *Ductorem militum*; d. XXV. in S. *Marcum Evangeliſtam*; d. XXVI. in *Baſileum*, Epiſcopum Amaſeæ in Cappadociâ; d. XXVII. in S. Martyrem *Symeonem*, *Cognatum Domini*; d. XXVIII. in S. *Jaſonem*, unum ex ſeptuaginta Apoſtolis; d. XXIX. in Sanctos *Novem Martyres in Cyzico*, & in S. *Memnonem Thaumaturgum*, Epiſcopum Epheſi; d. XXX. in S. Apoſtolum *Jacobum*, fratrem S. Joannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, dicti Theologi. Clauditur denique totus ille menſis Aprilis hâc miniatâ ſubſcriptione:

Θεοῦ τὸ δῶρον, καὶ ΘΕΟΚΤΙ'ΣΤΟΥ πόνος·
Κἀνταῦθα δόξα τῇ σεβαστῇ Τριάδι.

hoc eſt ad verbum:

Dei hoc donum, THEOCTISTI labor:
Hic quoque gloria venerandæ Trinitati.

Ex quâ clauſulâ patet, *Theoctiſtum*, cujus hic fit mentio, Codicis iſtius Canonum ſive Canticorum ſacrorum in Sanctos menſis Aprilis vel *autorem*, vel *collectorem*, vel ſaltem *deſcriptorem* fuiſſe. At quis ille *Theoctiſtus*? Si veriſimili conjecturæ locus conceditur, haud alius is eſt, quàm *Theoctiſtus* ille, S. *Euthymii*, Archimandritæ ſive Abbatis in Palæſtinâ, (1) qui A. C. 472 obiit, ſocius familiariſſimus; de quo vide plura apud R. P. *Simeonem Wangnereckium* S. J. in Pietatis Græcorum Marianæ Prolegomenis num. 15. Forſan idem *Theoctiſtus* etiam autor eſt *Sententiarum paræneticarum*, quarum Libri *ſeptimi* Lambec. Comment. pag. 143. fit mentio.

LXVII.

SEXAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus* antiquus, in *quarto*, ſed vitioſiſſimè ſcriptus, & nonnullis locis mutilus, ac perperàm compactus, conſtátque nunc foliis *centum quatuordecim*, atque olim ad quendam *Joannem Corinthium* pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 4 pag. 1, *Vita S. Alexii*, *ab ANONYMO quodam Autore conſcripta*; cujus titulus & principium: Βίος καὶ πολιτεία τοῦ μακαρίου καὶ ὁσιωτάτου Ἀλεξίου, ἀνθρώπου τοῦ Θεοῦ. Ἐγένετο ἀνὴρ ἐν τῇ πόλει ὀνόματι Εὐφημιανὸς, &c. Plura de eâdem S. *Alexii* Vitâ vide in Appendice Libri *ſexti* Lambeciani Comment. pag. 305 & 306.

Secundò, & quidem à fol. 4 pag. 1, uſque ad fol. 19 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Narratio apocrypha & fabuloſa de Vitâ & converſatione Adami & Evæ*, *quæ falsò attribuitur Moyſi*, *ac ſi ea juſſu Dei per Michaëlem Archangelum tempore Legislationis divinæ in monte Sinai illi fuerit revelata.* Inſcribitur ea atque incipit hoc modo:

 Διήγη-

(1) Vide Lib. V. Lambecianorum Commentariorum pag. 177, atque ibi citatum locum Diarii Sacri Itineris Cellenſis.

Διήγησις καὶ πολιτεία Ἀδὰμ καὶ Εὔας, ἀποκαλυφθεῖσα ὑπὸ Θεοῦ Μωσεῖ τῷ θεράποντι αὐτοῦ, διδαχθεῖσα ὑπὸ Ἀρχαγγέλου Μιχαήλ. Αὕτη ἡ διήγησις Ἀδὰμ καὶ Εὔας. Μετὰ τὸ ἐξελθεῖν αὐτοὺς ἐκ τοῦ παραδείσου &c. Plura de eâdem Narratione vide Libri *quinti* Lambec. Comment. pag. 28.

Tertiò, & quidem à fol. 19 pag. 2, uſque ad fol. 24 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Narratio Miraculi, editi tempore Imp. Theodoſii Magni à S. Georgio Martyre; quomodo is Theopiſto agricolæ ejuſque uxori Euſebiæ, non ſolùm reſtituerit perditos boves, verùm etiam eosdem, tanquam conviva, inviſere dignatus ſit, & ex pauperrimis reddiderit valdè divites.* Inſcribitur ea ibi atque incipit his verbis: Θαῦμα παράδοξον γενόμενον ὑπὸ τοῦ ἁγίου Μεγαλομάρτυρος Γεωργίου. Ἀκούσατε ἀδελφοὶ παράδοξον θαῦμα. Ἐν τοῖς καιροῖς τοῦ εὐσεβεστάτου Θεοδοσίου τοῦ μεγάλου ἦν τις ἄνθρωπος ἐν Καππαδόκοις ὀνόματι Θεόπιστος, &c. Exſtat eadem Narratio græcè in RR. PP. *Henſchenii* & *Papebrochii* Appendice Tomi tertii de Actis Sanctorum Menſis Aprilis à pag. XXXIX. uſque ad pag. XLII, deſumpta ex Codice quodam manuſcripto *Bibliothecæ Ambroſianæ Mediolanenſis*, & jam memorati *P. Papebrochii* eruditis Annotationibus illuſtrata. Differt autem editio illa impreſſa non ſolùm magnâ & multiplici lectionum varietate ab hoc exemplari manuſcripto *Cæſareo*, verùm etiam in fine non mediocri laborat defectu, qui ex eodem Codice *Cæſareo* poteſt ſuppleri. Plura vide Lib. VIII. Comment. Lambec. pag. 355.

Quartò, & quidem à fol. 24 pag. 2, uſque ad fol. 50 pag. 2, *Variorum Autorum Quæſtiones, Reſponſiones & Definitiones Theologicæ miſcellaneæ de Fide*; quarum titulus & principium: Ἐρώτησις περὶ πίστεως. Τί πιστεύεις Χριστιανὲ καὶ πῶς; Ἀπόκρισις· Πιστεύω Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, τρία πρόσωπα, &c. Nominatim autem ibi nonnullæ ſunt *S. Joannis Damaſceni*; *S. Anaſtaſii Sinaitæ, Patriarchæ Antiocheni*; *S. Clementis, primi ejus nominis Pontificis Romani*; *S. Cyrilli Patriarchæ Alexandrini & Neſtorii Hæreſiarchæ*; *S. Damaſi I. Papæ*; *S. Baſilii Magni, Cæſareæ in Cappadociâ Archiepiſcopi* & *S. Maximi, Monachi ac Confeſſoris vel Martyris.*

Quintò, & quidem à fol. 50 pag. 2, uſque ad fol. 62 pag. 2, *Sententiæ variæ Politicæ, Ethicæ, & Aſceticæ, ex variorum Autorum Scriptis collectæ; præcipuè autem ex Operibus Philonis Judæi, ut fol. 56. pag. 1. nominatim indicatur.* Titulus earum Sententiarum generalis cum principio eſt talis: Γνῶμαι διάφοροι ἐκ διαφόρων ἐξηγητῶν καὶ λογογράφων. Περὶ τῶν ἐξουσιῶν. Πρέπει τοὺς ἡγεμόνας σωφρονεστέρους τῶν ὑπηκόων καὶ εἶναι καὶ λέγεσθαι, ἵνα, &c.

Sextò, & quidem à fol. 62 pag. 2, uſque ad fol. 74 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Græci Diſſertatio contra Latinos de Azymis, Jejunio Sabbati, Conjugio Sacerdotum, Oblatione Eucharistiæ & Quadrageſimâ*; cujus titulus & principium: Πρὸς Λατίνους περὶ ἀζύμων, σαββάτων νηστείας, γάμου ἱερέων, καὶ τελείας ἀναφορᾶς ἐπὶ τῆς μεγάλης τεσσαρακοστῆς. Εἰ σάρκα Θεοῦ &c.

Septimò, & quidem à fol. 74 pag. 2, uſque ad fol. 79 pag. 1, S. JOANNIS *Chryſoſtomi Oratio de Jejunio*; cujus principium: Σάλπιγγος ὑψηλότερα βοῶ τὴν φωνὴν αἰνιγμῶν, &c. Vide Operum S. *Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. VII. pag. 428; ubi *Savilius* in margine expreſsè indicat, ſe Orationem hanc accepiſſe ex quodam manuſcripto *Cæſareo.*

Octavò, & quidem à fol. 79 pag. 1, uſque ad fol. 81 pag. 1, *ex* EJUSDEM *Oratione in Sanctum Paſcha, & ex aliâ quâdam ejuſdem Oratione, Fragmenta de Jejunio.*

Nonò,

Nonò, & quidem à fol. 81 pag. 1, uſque ad fol. 82 pag. 1, S. *BASILII Magni & S. Athanaſii Magni Fragmenta duo de Jejunio*; quorum poſterius inſcribitur: Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου ἐκ τῆς πρὸς νέους διδασκαλίας περὶ νηστείας.

Decimò, & quidem à fol. 82 pag. 1, uſque ad fol. 85 pag. 1, S. *EPHRÆMI Syri Oratio de Continentiâ*; quæ inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἐφραὶμ περὶ ἐγκρατείας λόγος. Μακάριος ἀληθῶς καὶ τρισμακάριος ὁ ἐγκράτειαν φυλάξας, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 85 pag. 1, uſque ad fol. 86 pag. 1, *EJUSDEM Oratio de Correctione virtutis*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ περὶ κατορθώσεως ἀρετῆς. Πάντες οἱ τρόποι &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 86 pag. 1, uſque ad fol. 88 pag. 1, S. *NILI, diſcipuli S. Joannis Chryſoſtomi, & ex Præfecto Urbis Conſtantinopolitanæ Monachi ſive Aſcetæ, qui circa A. C. 400. obiit, Sententiæ de Temperantiâ*; quarum titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Νείλου περὶ σωφροσύνης. Σωφροσύνην τίκτει ἐγκράτεια· γαστριμαργία δὲ μήτηρ ἀκολασίας. Ἔλαιον τρέφει λαμπάδα λύχνου, &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 88 pag. 1, uſque ad fol. 90 pag. 2, *ex ATHANASII cujuſdam JUNIORIS, qui vulgò cum S. Athanaſio Magno, Archiepiſcopo Alexandrino perperàm confunditur, Quæſtionibus ad Antiochum Quæſtiones & Reſponſiones quinque de Adulterio & Scortatione*; quarum prima inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ ἁγίου Ἀθανασίου περὶ πορνείας κεφάλαιον (1) ϟε. Ἐρώτησις. Πόσαι μοιχεῖαι εἰσίν; Ἀπόκρισις· δύο· καὶ γὰρ ἡ γυνὴ ὕπανδρος &c. Plura de his *Quæſtionibus ad Antiochum* vide Libri *tertii* Lambec. Comment. pag. 96 & 97.

Decimo quartò, & quidem à fol. 90 pag. 2, uſque ad fol. 95 pag. 2, S. *EUSEBII Archiepiſcopi Alexandrini Reſponſum ad cujuſdam Alexandri Interrogationem de causâ colendi diem Dominicum abſtinentiâ à laboribus eo die prohibitis*; quod inſcribitur atque incipit his verbis: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Εὐσεβίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας, ὅτι οὐ δεῖ ἐργάζεσθαι τῇ ἡμέρᾳ τῆς Κυριακῆς οἱονοῦν ἔργον. Καθεζομένου τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Εὐσεβίου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας ἐν ἡμέρᾳ τῆς ἁγίας κυριακῆς μετὰ τὴν ἀπόλυσιν τῆς ἐκκλησίας, &c. Plura de eodem *Euſebio* vide Libri *quinti* Labecianorum Commentariorum pag. 22.

Decimo quintò, & quidem à fol. 95 pag. 2, uſque ad fol. 111 pag. 2, S. *ANASTASII Monachi ſancti Montis Sinai, Homilia in Pſalmum ſextum de Pœnitentiâ*; cujus titulus & principium: Ὁμιλία Ἀναστασίου Μοναχοῦ τοῦ ἁγίου ὄρους Σινᾶ εἰς τὸν ϛʹ ψαλμὸν περὶ μετανοίας. Πρέπουσαν τὴν τῶν νηστειῶν ἀρχὴν εἰλικρινοῦς μετανοίας &c. Plura de eâdem Homiliâ vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 96.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 111 pag. 2, uſque ad fol. 114 pag. 2, *ex S. EPHRÆMI Syri Doctrinâ Oratio de Pœnitentiâ, & futuro Judicio, & abſtinentiâ à voluptariâ vitâ*; cujus titulus & principium: Ἐκ τῆς διδασκαλίας τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἐφραὶμ, καὶ περὶ μετανοίας, καὶ τῆς μελλούσης κρίσεως, καὶ ἀποχῆς τρυφεροῦ βίου. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ Θεὸς ἡμῶν λέγει ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις· γρηγορεῖτε, ὅτι, ᾗ ὥρᾳ οὐ δοκεῖτε, ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἔρχεται· &c.

(1) In Operum S. *Athanaſii* editione Pariſinâ græco-latinâ Tom. II. pag. 368 legitur ϟδʹ ſive 94, non autem ϟεʹ ſive 95.

LXVIII.

SEXAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *quarto*, ſed ruinoſus, lacerus, & in principio mutilus, conſtátque nunc foliis *trecentis triginta tribus*, quo continentur:

Primò: *JOANNIS Zonaræ* Hiſtoria Byzantina.

Secundò: *GEORGII Acropolitæ*, natione Græci, officio Logothetæ Hiſtoria, ſed principio mutila, de rebus in Imperio Conſtantinopolitano geſtis ab A. C. 1203 uſque ad A. C. 1261. Hanc *Leo Allatius* in Paraſino Hiſtoriæ Byzantinæ Corpore græcè & latinè edidit.

Tertiò: S. *ISIDORI Peluſiotæ* Epiſtolæ CCCCXIV.

LXIX.

SEXAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *quarto*, ſed miſerè lacerus & ruinoſus, conſtátque nunc foliis *octoginta novem*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quò continentur:

Primò: *GEORGII Cedreni* Hiſtoriarum Fragmentum.

Secundò: *INCERTI* Odæ quædam ſacræ ſive Τροπάρια cum explicatione.

LXX.

SEPTUAGESIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, pervetuſtus, in *quarto*, ſed injuriâ temporis ruinoſus, mutilus, ac propter evanidam nimiúmque abbreviatam ſcripturam lectu difficillimus, conſtátque nunc foliis *trecentis ſedecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 16 pag. 2, *THEODORI Balſamonis*, *Patriarchæ Antiocheni*, *Epitome Canonica ſive Eccleſiaſtica Novellarum Conſtitutionum Imp. Juſtiniani I*; de quâ vide plura ſuperiùs in recenſione Codicis LVI, num. 70. Principium ejus eſt: Ἐκ τῶν μετὰ τὸν Κώδικα θείων νεαρῶν διατάξεων τοῦ τῆς θείας λήξεως Ἰουστινιανοῦ &c. In præſenti autem Codice additæ ibi ſunt anonymi cujuſdam Autoris ampliſſimæ *Annotationes marginales*, cum nonnullis aliis *Obſervationibus Eccleſiaſticis* in fine ſubjunctis.

Secundò, & quidem à fol. 17 pag. 1, uſque ad fol. 21 pag. 1, *INDEX antiquus græcus in Photii Patriarchæ Conſtantinopolitani Nomocanonem & Syntagma Canonum*; de quibus vide plura in Libri ſexti Lambec. Comment. Parte primâ, pag. 51 & 52, atque ſuprà in recenſione Codicis VII., num. 10.

Tertiò, & quidem fol. 20 pag. 2, in margine, *ANONYMI* cujuſdam Autoris Annotatio notabilis de Titulo & Dignitate *Chartophylacis*.

Quartò, & quidem fol. 21 pag. 1 & 2, *INDEX Officiorum Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*, *cum anonymi cujuſdam Autoris Annotationibus marginalibus*. Inſcribitur atque incipit is hoc modo: Τὰ Ὀφφίκια τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας. Ὁ μέγας Οἰκονόμος κρατεῖ τῶν κτημάτων τῆς Ἐκκλησίας. Ὁ μέγας Σακελλάριος &c.

Quintò,

Quintò, & quidem à fol. 21 pag. 2, uſque ad fol. 22 pag. 2, *PHOTII Patriarchæ Conſtantinopolitani Annotatio hiſtorica de Patriarchis, Sede ſuâ injuſtè pulſis*; cujus titulus & principium: Φωτίου Πατριάρχου. Πόσων ἐκβληθέντων Πατριαρχῶν τῇ τῶν κρατούντων πρὸς αὐτοὺς Βασιλέων ἀπεχθείᾳ, &c.

Sextò, & quidem à fol. 23 pag. 1, uſque ad fol. 29 pag. 2, & à fol. 38 pag. 1, uſque ad fol. 83 pag. 1, *JOANNIS Scholaſtici, Eccleſiæ Antiochenæ Presbyteri, & poſteà ab A. C. 564 uſque ad A. 578 Patriarchæ Conſtantinopolitani, Collectio Canonum Eccleſiaſticorum, in quinquaginta Titulos diviſa*; cujus inſcriptio & principium: Συναγωγὴ κανόνων, εἰς πεντήκοντα τίτλους διῃρημένη παρὰ τοῦ κυροῦ Ἰωάννου, τοῦ (1) ἀπὸ Σχολαστικῶν. Τίτλος α. Περὶ τῆς ὁρισθείσης τοῖς Πατριάρχαις ἐκ τῶν κανόνων τιμῆς, &c. Plura de eâdem Collectione Canonum vide Libri *ſexti* Lambec. Comment. Part. I. pag. 55, 56 & 66. In præſenti autem Codice adjunctæ ſunt iſti Collectioni anonymi cujusdam Autoris ampliſſimæ *Annotationes marginales*.

Septimò, & quidem à fol. 30 pag. 1, uſque ad fol. 34 pag. 1, *CONSTANTINI Harmenopuli, Nomophylacis & Judicis Theſſalonicenſis, qui circa annum Chriſti 1345 floruit, Leges Georgicæ ſive Ruſticæ, ex Jure Juſtinianeo excerptæ, & anonymi cujuſdam antiqui Scholiaſtæ Græci Annotationibus marginalibus illuſtratæ*; quarum titulus & principium: Νόμος γεωργικὸς κατ' ἐκλογὴν ἐκ τῶν Ἰουστινιανοῦ. Χρὴ τὸν γεωργὸν, τὸν ἐργαζόμενον τὸν ἴδιον ἀγρὸν &c. Plura de iiſdem Legibus Ruſticis vide Libri *ſexti* Lambecian. Comment. Parte primâ, pag. *14, 19, 31, 37* & *45*.

Octavò, & quidem à fol. 34 pag. 2, uſque ad fol. 37 pag. 2, *ex Imperatorum BASILII Macedonis, LEONIS Philoſophi ſive Sapientis & ALEXANDRI, Delectu Legum compendiario excerpta quædam*; quorum titulus & principium: Βασιλείου, Λέοντος καὶ Ἀλεξάνδρου. Νόμος ἐστὶ κοινὸν παράγγελμα, &c. Vide *Joannis Leunclavii* & *Marquardi Freheri* Jus Græco-Romanum Tom. II. pag. 82.

Nonò, & quidem à fol. 83 pag. 1, uſque ad fol. 86 pag. 2, *ANONYMI cujuſdam Autoris Epitome Hiſtoriæ Conciliorum*; cujus principium: Χρὴ γινώσκειν πάντα χριστιανὸν, ὅτι ἑπτὰ εἰσὶν αἱ ἅγιαι οἰκουμενικαὶ Σύνοδοι· καὶ ἡ μὲν πρώτη γέγονεν ἐν Νικαίᾳ &c. Plura de eâdem Epitome vide Libri *quinti* Lambec. Comment. pag. 46 & 47.

Decimò, & quidem à fol. 87 pag. 1, uſque ad fol. 90 pag. 1, *Expoſitio ſive Commemoratio Concilii Conſtantinopolitani; in Cauſâ unitionis Eccleſiæ circa quartas aliáſque illicitas nuptias celebrati A. C. 920 ſub Imp. Conſtantino Porphyrogenito & ſocero ejus Romano Lapeno*; cujus titulus & principium: Ἔκθεσις ἤτοι ἀνάμνησις τῆς γενομένης τῇ ἐκκλησίᾳ ἑνώσεως ἐπὶ Κωνσταντίνου καὶ Ῥωμανοῦ· τοῦ μὲν βασιλεύοντος, τοῦ δὲ τῷ τηνικαῦτα τῷ τοῦ Βασιλεοπάτορος ἀξιώματι διαπρέποντος. Ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς καὶ Θεὸς τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς &c. Plura huc pertinentia vide ſuprà in recenſione Codicis VII, num. 52.

Undecimò, & quidem à fol. 90 pag. 1, uſque ad fol. 92 pag. 2, *Excerpta quædam ex Actis Concilii Epheſini Oecumenici ſive Generalis tertii, A. C. 431 contra Neſtorium celebrati*: nempe primò, *S. CÆLESTINI Papæ Epiſtola ad S. Cyrillum Archiepiſcopum Alexandrinum*; quæ incipit: Τῇ ἡμετέρᾳ συγγνώμῃ τὰ διὰ τοῦ υἱοῦ ἡμῶν Ποσειδωνίου &c. & exſtat integra græcè ac latinè in editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomo III, à columnâ

(1) Verba hæc, ἀπὸ Σχολαστικῶν, interpretatur Vir doctiſſimus *Chriſtophorus Juſtellus* in Præfatione, editioni hujus Collectionis præfixâ, hoc modo: *Qui primùm in foro ex Scholaſticorum, hoc eſt, Advocatorum, numero fueras.*

à columnâ 345 uſque ad colum. 350: ſecundò, *THEODORETI Epiſcopi Cyrenſis contra S. Cyrilli Alexandrini Anathematiſmum nonum* Μέμψις *ſive Reprehenſio nona*, incipiens: Ἐνταῦθα σαφῶς, οὐ τὴν νῦν εὐσεβείας μόνον &c; & *S. Cyrilli* Ἀντίθεσις *ſive Reſponſio*, cujus principium: Φθάσας ἔφην, ὅτι τοῖς Νεστορίου βατταρισμοῖς &c; de quibus vide plura in ſuprà citato Conciliorum Tomo tertio à columnâ 891 uſque ad colum. 944.

Duodecimò, & quidem à fol. 92 pag. 2, uſque ad fol. 94 pag. 2, *MANUELIS* (1) *Patriarchæ Conſtantinopolitani Literæ, datæ tribus Monachis Marco, Nectario & Iſaacio, qui ad ipſum ex Calabriâ venerant, petituri, ut ſibi liceret Sacerdotale officium, quod per triennium interdictum fuerat, iterùm exercere.* Inſcribuntur illæ hoc modo: Τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Κυροῦ Μανουὴλ γράμμα ἐκδοθὲν αὐτῷ διὰ τοῦ Συναχηρείμ ἐκείνου τοῦ Πρωτασηκρήτης ἐγχωρεῖν τοῖς &c.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 95 pag. 1, uſque ad fol. 128 pag. 2, *PHOTII Patriarchæ Conſtantinopolitani Nomocanon, in Titulos quatuordecim diviſus, & Theodori Balſamonis Scholiis, atque alterius cujuſdam anonymi Autoris Annotationibus marginalibus illuſtratus*; cujus titulus & principium: Οἱ ιδʹ Τίτλοι, οἱ συναχθέντες παρὰ τοῦ Πατριάρχου κυροῦ Φωτίου. Τίτλος πρῶτος περὶ Θεολογίας καὶ ὀρθοδόξου πίστεως. Τῶν ἁγίων Ἀποστόλων κανὼν μθʹ καὶ νʹ, &c.

Decimo quartò, & quidem à fol. 129 pag. 1, uſque ad fol. 131 pag. 2, *LUCÆ Chryſoberga, Patriarchæ Conſtantinopolitani ab A. C. 1148 uſque ad A. 1166, Poema verſibus politicis de Diatâ moderatâ reſpectu Feſtorum & Jejuniorum totius anni*; quod inſcribitur hoc modo: Τοῦ μακαριωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου κυροῦ Λουκᾶ τοῦ Χρυσοβέργου περὶ Διαίτης &c. Compoſuit autem is illud Poëma *rogatu cujuſdam Fœminæ, priuſquam fieret Patriarcha.* Plura de eodem *Lucâ Chryſoberge* vide apud Card. *Baronium* Annalium Eccleſiaſticorum Tomo XII, in actis anni 1148, ubi de electione ejus agitur, & anni 1166, quo paulò poſt Concilium, Conſtantinopoli habitum, obiit. Conſule etiam Librum *quintum* Lambec. Comment. pag. 228 & 248.

Decimo quintò, & quidem à fol. 131 pag. 2, uſque ad fol. 133 pag. 2, *Annotationes quædam miſcellaneæ Hiſtoricæ & Canonicæ*; inter quas primum obtinet locum *Narratio* aliqua; cujus principium: Ὅτι Σεραπίων τις ἦν γέρων τὰ μὲν ἄλλα τίμιος ἀνήρ, &c.

Decimo ſextò, & quidem à fol. 133 pag. 1, uſque ad fol. 316 pag. 2, JOANNIS *Zonaræ, ex Aulæ Imperialis Conſtantinopolitanæ Magno Drungario Vigiliæ & Protoſecretario Aſcetæ ſive Monachi, qui circa annum Chriſti 1120 claruit, Syntagma ſacrorum Canonum cum Expoſitione ſuâ græcâ*; cujus titulus & principium: Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν κανόνων, τῶν τε ἁγίων Ἀποστόλων, καὶ τῶν οἰκουμενικῶν Συνόδων, ἀλλὰ μὴν καὶ τῶν τοπικῶν ἤτοι μερικῶν, καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων Πατέρων, πονηθεῖσα τῷ Μοναχῷ ΙΩΑΝΝΗ ΤΩ ΖΩΝΑΡΑ, τῷ γεγονότι Μεγάλῳ Δρουγγαρίῳ τῆς Βίγλας καὶ Πρωτασηκρῆτις. Ἡ δήλωσις τῶν λόγων σου φωτιεῖ καὶ συνετιεῖ νηπίους, &c. Optima hujus Operis editio eſt græco-latina illa in folio, quæ ſtudio & curâ *Joannis Quintini* Lutetiæ Pariſiorum A. 1618 typis Regiis, & ex Codice manuſcripto Bibliothecæ Regiæ, primùm in lucem prodiit.

Romæ

(1) Nondum mihi ſatis liquet, utrum hîc intelligendus ſit *Manuel* ille, *primus* ejus nominis Patriarcha, cognomine Philoſophus, qui Patriarchatum tenuit ab A. 1216 uſque ad A. 1222; an verò *Manuel ſecundus*, qui Patriarcha fuit ab A. 1240 usque ad A. 1254.

Notandum denique eſt, in folio quodam *membranaceo*, quod huic Codici chartaceo tegumenti inſtar præfixum eſt, exſtare *Indicem antiquum græcum Summorum Pontificum Romanorum*; qui inſcribitur atque incipit hoc modo: Πάπαι τῆς παλαιᾶς Ῥώμης. Πέτρος Ἀπόστολος ἔτη κβ'. Λῖνος &c.

LXXI.

SEPTUAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *folio*, ſed injuriâ temporis in principio & fine aliquot foliis mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis viginti ſex*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 95 pag. 1, ſuprà memorata S. *JOANNIS Damaſceni Hiſtoria de Sanctis Barlaamo & Joaſapho*, quæ ibi in principio quidem aliquot foliis mutila eſt.

Secundò, & quidem à fol. 96 pag. 1, uſque ad fol. 220 pag. 2, *Sancti THEODORI, Hegumeni ſive Præpoſiti Monaſterii Studitarum Conſtantinopoli*, qui anno Chriſti 826 die undecimo Novembris obiit, *Sermones Catechetici breves centum triginta quatuor*; quorum primus inſcribitur atque incipit his verbis: Περὶ τοῦ ἐναγωνίως διανύειν τὸν ὅλον ἡμῶν βίον. Ἀδελφοὶ καὶ Πατέρες, ἐπειδὴ ἠξιώθημεν χάριτι τοῦ Θεοῦ τὸ ἅγιον Πάσχα ἀποπληρῶσαι, &c. Exſtant quidem *Sermones* illi *Catechetici centum triginta* (1) *quatuor* in Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum Pariſinæ, A. 1654 in folio editæ, Tomo ſecundo à columnâ 603 uſque ad columnam 764; ſed *latinè* tantùm, interprete *Joanne Lævinejo Belgâ*, Canonico Antverpienſi; cujus etiam *Notæ & Obſervationes* ibidem additæ ſunt. Quod autem verſio illa latina multis laboret erroribus, abundè demonſtratur capite ſecundo Libri primi Rerum Variarum, quas ex adverſariis R. P. *Jacobi Gretſeri*, Societatis Jeſu Theologi, R. P. *Georgius Stengelius* ejuſdem Societatis ſelegit, & Ingolſtadii A. 1628 in octavo edidit. Plura de S. *Theodoro Studitâ ejuſque Scriptis* vide apud Card. *Baronium* Annalium Eccleſiaſticorum Tomo nono ab anno Chriſti 795 uſque ad annum 826 incluſivè; ubi ex ſuprà memoratâ S. *Theodori Vitâ*, à *Michaële* Monacho ſynchrono conſcripta, quæ *Romæ* in Bibliothecâ Vaticanâ adſervatur manuſcripta & hactenùs inedita, aliquot magna fragmenta exhibentur. Vide etiam *Menæa Græcorum* die undecimo Novembris; *Martyrologium* autem *Romanum* die duodecimo ejuſdem menſis. Conſulendus quoque eſt R. P. *Philippi Labbæi* S. J. Tomus ſecundus Diſſertationis Hiſtoricæ de Scriptoribus Eccleſiaſticis lit. T. pag. 402 & deinceps.

Tertiò, & quidem à fol. 220 pag. 2, uſque ad fol. 228 pag. 2, NAUCRATII *Monachi Studitæ, qui ſuprà memorati S. Theodori Præpoſiti ſeu Abbatis fuit* (2) *Oeconomus, & poſteà ejuſdem in Præpoſiturâ Monaſterii Studitarum Succeſſor, Epiſtola Encyclica ſive Circularis ad Fratres Patreſque Spirituales ab Iconomachis perſecutionem ſuſtinentes, & ubique diſperſos, de Obitu S. Theodori Abbatis, cum ſubjuncto ejuſdem Teſtamento.* Inſcribitur ea atque incipit his verbis: ΝΑΥΚΡΑΤΙΟΣ ΜΟΝΑΧΟΣ, ΣΥΝ ΤΗ ΔΙΑΘΗΚΗ. Τοῖς διὰ Κύριον δεδιωγμένοις, καὶ πανταχοῦ διεσπαρμένοις πνευματικοῖς ἀδελφοῖς καὶ πατράσι Ναυκράτιος ἁμαρτωλὸς Μοναχὸς, χωρὶς τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ρλδ' λόγων. &c. In fine autem eſt eadem Epiſtola ibi injuriâ temporis mutila. Reliqua igitur Epi-

(1) *Centeſimus trigeſimus quintus* Sermo, qui ibidem exſtat, eſt ſupernumerarius. (2) Vide Card. *Baron.* Annal. Eccleſiaſt. Tom. IX. A. C. 826. pag. 778. editionis Antwerpienſis.

ſtolæ iſtius pars deeſt; ſimul etiam totum S. *Theodori Teſtamentum*; quod olim quidem, ut ex ſuprà exhibito Titulo apparet, in eodem Codice manuſcripto exſtitit, ſed nunc ibidem deſideratur. Quod ſupereſt, exſtat hæc *Naucratii Epiſtola græcè & latinè* in Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum Græco-Latinæ Pariſinæ Auctario Novo Combefiſiano, Tomi ſecundi columnâ 855 & deinceps, cum Notis. *Teſtamentum* autem S. *Theodori* exſtat quidem in Magnæ Bibliothecæ Veterum Patrum Pariſinæ, A. 1654 in folio editæ, Tomo ſecundo à colum. 736 uſque ad col. 739, ſed tantùm *latinè*.

LXXII.

SEPTUAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, elegans, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum quadraginta*, quo continetur CONSTANTINI *Manaſſis* Chronica Synopſis verſibus politicis conſcripta, incipiens ab Orbe condito, uſque ad Imperium *Nicephori Botoniatæ*.

LXXIII.

SEPTUAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum nonaginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 184 pag. 2, *Conſtitutionum Apoſtolicarum, quæ vulgò S. CLEMENTIS, primo ejus nominis Papæ Romano, & S. Petri Principis Apoſtolorum diſcipulo, attribuuntur, Libri octo*; quibus folii 1 pag. 1 & 2, ſine ullo alio Titulo, tanquam *Proœmium*, præfixa eſt *Comparatio elegantiſſima & convenientiſſima Sanctæ Eccleſiæ Catholicæ cum Navi, ex Capite XIV & XV Epiſtolæ S. Clementis ad S. Jacobum Fratrem Domini deſumpta*; quæ abſque ullâ inſcriptione incipit his verbis: (1) Ἔοικε τὸ πρᾶγμα τῆς Ἐκκλησίας νηῒ μεγάλῃ, διὰ σφοδροῦ χειμῶνος ἄνδρας φερούσῃ ἐκ πολλῶν τόπων ὄντας, &c. Hinc ſequitur ipſe *Liber primus*; cujus titulus & principium: Καθολικὴ διδασκαλία περὶ λαϊκῶν. Βιβλίον α΄. Οἱ Ἀπόστολοι καὶ οἱ Πρεσβύτεροι πᾶσι τοῖς ἐξ ἐθνῶν &c. Cæterùm eſt profectò exemplar hoc manuſcriptum *Conſtitutionum Apoſtolicarum* ob venerandam vetuſtatem ſuam digniſſimum, ut editiones impreſſæ cum eo à capite ad calcem accuratè conferantur; & quidem imprimis propter ea, quæ ibi majuſculis literis in margine annotata ſunt. Plura de iiſdem *Conſtitutionibus Apoſtolicis*, & de ipſo S. *Clemente*, vide ſuprà in recenſione Codicis LVIti, num. 2, & in recenſione Codicis LVIImi, num. 1 & deinceps uſque ad num. 9.

Secundò, & quidem à fol. 185 pag. 1, uſque ad fol. 191 pag. 2, *Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ Gratiarum actio annua ob Catholicæ Fidei reſtitutionem, & everſionem hæreſeos Iconomachicæ*; cujus titulus & principium: Ἐποφειλομένη πρὸς Θεὸν ἐτήσιος Εὐχαριστία, καθ᾽ ἣν ἡμέραν ἀπελαβόμεθα τὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, σὺν ἀποδείξει τῶν τῆς Ἐκκλησίας δογμάτων, καὶ καταστροφῇ τῶν τῆς Ἐκκλησίας δυσσεβημάτων. Προφητικαῖς ἑπόμενοι ῥήσεσιν, &c. Scriptura hujus *Gratiarum actionis* antiqua quidem eſt, recentior tamen illâ, quâ ſuprà memoratæ *Conſtitutiones Apoſtolicæ* exaratæ ſunt. Continentur autem eâ Gratiarum

(1) Vide Operum S. *Clementis* editionem græco-latinam Pariſinam *Cotelerianam* A. 1672. in folio, pag. 538 & 539.

tiarum actione multiplex variorum nominum propriorum notitia, quæ Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Orientali, ſimul & Hiſtoriæ Imperii CPni, multum lucis afferre poteſt.

Tertiò, & quidem à fol. 192 pag. 1, uſque ad fol. 193 pag. 1, S. *THEODORI Studitæ Ordo aſceticus de quantitate & qualitate ciborum*; cujus titulus & principium: Τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Θεοδώρου τοῦ Στουδίτου περὶ τῆς τῶν ἐν βρώμασι ποσότητος καὶ ποιότητος. Χρὴ γινώσκειν, ὅτι τῇ πασχαλίᾳ μέχρι τῶν Ἁγίων πάντων &c.

Quartò, & quidem à fol. 193 pag. 2, uſque ad fol. 194 pag. 2, *Precationes ſacræ octo*; quarum *prima* incipit: Κύριε ὁ Θεὸς τῆς σωτηρίας ἡμῶν, ὁ ἐλεήμων καὶ οἰκτίρμων, &c.

LXXIV.

SEPTUAGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *quarto*, ſed principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *centum quinquaginta quatuor*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur GEORGII *Cedreni* Annalium fragmenta quædam Hiſtorica.

LXXV.

SEPTUAGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, *centum & ſedecim annorum* in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo *Pſeudo-Hiſtoria Concilii Ferrarienſis & Florentini, à Gennadio Scholario*, (1) *Monacho ſchiſmatico Græco, & Eccleſiæ Occidentalis perpetuo ac infenſiſſimo hoſte, qui ante Monachatum Georgius Scholarius appellatus fuerat, & ante expugnationem Conſtantinopoleos per Turcas obiiſſe videtur, malignè atque injurioſè conſcripta*; cujus titulus & principium: Γενναδίου Σχολαρίου τὰ ἐν τῇ Συνόδῳ πραχθέντα τῇ ὀγδόῃ ἱστορικῶς τῇ Φλωρεντίᾳ. Ἡ εἰς τὴν Φερράραν εἰσέλευσις, σὺν Θεῷ. Μετὰ δὲ τὸ σάββατον τῆς τυροφάγου, εἰσῆλθεν ὁ Πατριάρχης εἰς τὴν Φερράραν μετὰ τοῦ Βασιλέως, &c.

LXXVI.

SEPTUAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum triginta octo*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continetur ANONYMI Chronicon, incipiens ab initio regiminis Imp. *Diocletiani*, ſeu A. C. 284, & pertingens uſque ad Imp. *Nicephorum Botoniatem* ſeu A. C. 1078.

LXXVII.

SEPTUAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum quadraginta*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo CONSTANTINI *Manaſſis* Synopſis Hiſtorica verſibus politicis, à Creatione Mundi, uſque ad Imp. *Nicephorum Botoniatem*, qui cœpit imperare A. C. 1078.

(1) Plura de eo vide Libri quinti Lambec. Comment. pag. 223, 224 & 316.

LXXVIII.

SEPTUAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum ac quinque*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 20 pag. 2, *GEORGII Gemiſti Plethonis*, qui ſeculo poſt Chriſtum *decimo quinto* cum *Cardinale Beſſarione* floruit, *ex Diodori Siculi Bibliothecæ Hiſtoricæ Libro ſecundo Excerptum de Aſſyriorum & Medorum Regibus*; cujus titulus: (1) Τὸ παλαιὸν κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπερέχον ἐγχώριοι Βασιλεῖς, ὧν οὔτε πρᾶξις ἐπίσημος, οὔτε ὄνομα μνημονεύεται). &c. Plura huc pertinentia vide Libri *Primi* Lambec. Comment. pag. 134, 135, & Libri *Septimi* pag. 97, 98.

Secundò, & quidem à fol. 20 pag. 2, uſque ad fol. 42 pag. 1, *EJUSDEM ex Diodori Siculi & Plutarchi Chæronenſis Operibus Narratio compendiaria rerum geſtarum poſt pugnam Epaminondæ Ducis Thebanorum ad Mantineam, urbem Arcadiæ in Peloponneſo, cum Lacedæmoniis & Arcadibus, in quâ is victoriam quidem obtinuit, ſed ipſe adeò graviter vulneratus eſt, ut ex vulnere obierit, anno ante Æram Chriſtianam trecenteſimo ſexageſimo tertio.* Inſcribitur atque incipit ibi ea *Narratio* hoc modo: Πλήθωνος ἐκ τῶν Διοδώρου καὶ Πλουτάρχου περὶ τῶν μετὰ τὴν ἐν Μαντινείᾳ μάχην ἐν κεφαλαίοις διάληψις. Vide ſuprà citatam Operum *Diodori Siculi* editionem græco-latinam Rhodomannianam Lib. XV, pag. 397; & *Plutarchum* in Vitâ *Ageſilai* pag. 616, Tom. I. editionis græco-latinæ Francofurtenſis Wechelianæ A. 1620 in folio.

Tertiò, & quidem à fol. 42 pag. 1, uſque ad fol. 51 pag. 2, *EJUSDEM Excerpta quædam alia ex Diodoro Siculo*; quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν Διοδώρου παρασημειώσεις. Περὶ τὴν ἑκτὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα Ἀλέξανδρος, &c.

Quartò, & quidem à fol. 51 pag. 2, uſque ad fol. 67 pag. 1, *EJUSDEM ex* (2) *Appiani Alexandrini Hiſtoriarum Romanarum Libro de Bellis Syriacis Excerptum de Macedonicis Syriæ Regibus*; cujus titulus & principium: Πλήθωνος ἐκ τῶν Ἀππιανοῦ ἱστοριῶν, περὶ τῶν κατὰ Συρίαν Μακεδονικῶν Βασιλέων. Ἀλέξανδρος μὲν βασιλεὺς ἦν ἐπὶ Πέρσαις καὶ Σύροις, ὁ καὶ πάντων βασιλεὺς, ὁπόσων ἴσμεν. &c. Plura huc pertinentia vide Libri *primi* Lambec. Comment. pag. 134, & Libri *ſeptimi* pag. 98.

Quintò, & quidem à fol. 68 pag. 1, uſque ad fol. 78 pag. 1, *THEMISTII*, cognomine *Euphradæ* ſive *Eloquentis*, qui ſeculo poſt Chriſtum *quarto* ſub *Imp. Theodoſio Magno* ſive *Seniore* floruit, *Paraphraſis in Librum Ariſtotelis de Memoriâ, & Reminiſcentiâ*; cujus titulus & principium: Θεμιστίου Παράφρασις εἰς τὸ περὶ μνήμης καὶ ἀναμνήσεως Ἀριστοτέλους. Περὶ δὲ μνήμης καὶ τοῦ μνημονεύειν λεκτέον τί ἐστι, καὶ διὰ τίνα αἰτίαν γίνεται, καὶ &c. Plura huc pertinentia vide Libri *ſeptimi* Lambec. Comment. pag. 80.

Sextò, & quidem à fol. 78 pag. 1, uſque ad fol. 86 pag. 1, *EJUSDEM Paraphraſis in Ariſtotelis Librum de Somno & Vigiliâ*; cujus titulus & principium: Θεμιστίου Παράφρασις εἰς τὸ περὶ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως Ἀριστοτέλους. Περὶ δὲ ὕπνου καὶ ἐγρηγόρσεως σκεπτέον· τίνα τε τυγχάνει, καὶ ἐν ποίῳ μορίῳ τῆς ψυχῆς, &c.

Septimò,

(1) Vide Operum *Diodori Siculi* editionem græco-latinam Rhodomannianam pag. 90. (2) De Ætate & Scriptis hujus Autoris, qui ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* ſub *Imp. Antonino Pio* floruit, vide *Voſſium* de Hiſtoricis Græcis lib. 2. cap. 13.

Septimò, & quidem à fol. 86 pag. 1, uſque ad fol. 93 pag. 2, *EJUSDEM Paraphraſis in Librum Ariſtotelis de Inſomniis*, cujus titulus & principium: Θεμιστίου Παράφρασις εἰς τὸ περὶ ἐνυπνίων Ἀριστοτέλους. Μετὰ δὲ ταῦτα περὶ ἐνυπνίων ζητητέον καὶ πρῶτον, τίνι τῶν τῆς ψυχῆς φαίνεται, καὶ &c.

Octavò, & quidem à fol. 94 pag. 1, uſque ad fol. 96 pag. 2, *EJUSDEM Paraphraſis in Librum Ariſtotelis de Divinatione per ſomnum*; cujus titulus & principium: Θεμιστίου Παράφρασις εἰς τὸ περὶ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς Ἀριστοτέλους. Περὶ δὲ τῆς καθ' ὕπνον μαντικῆς &c.

Nonò, & quidem à fol. 97 pag. 1, uſque ad fol. 105 pag. 2, *GEORGII Gemiſti Plethonis Excerpta ex Libris* (1) *Claudii Æliani de proprietate animalium*; quorum titulus & principium: Πλήθωνος ἐκ τῶν Αἰλιανοῦ περὶ ζώων ἰδιότητος. Ὁ αἰτναῖος, οὕτω λεγόμενος, τῇ ἑαυτοῦ συννόμῳ οἱονεὶ γαμετῇ τινι συνδυασθεὶς κληρώσεται τὸ λέχος, &c. Vide Libri primi *Hiſtoriæ Animalium* caput decimum tertium, quo agitur *de Ætnæi piſcis caſtitate*.

Clauſulæ demùm loco notandum eſt, Codicem hunc manuſcriptum, cujus materiam hactenùs recenſui, illum ipſum eſſe, de quo *Joannes Jacobus Friſius* in editione ſuâ Bibliothecæ Geſnerianæ, & R. P. *Antonius Poſſevinus* in Appendice Apparatûs Sacri, perperàm referunt, eum continere *Gemiſti Plethonis Epitomen Hiſtoriarum Sicularum*. Quomodo autem hæc verba re verâ intelligenda & reformanda ſint, jamdudum luculenter demonſtravit in Appendice Libri primi ſuorum Commentariorum pag. 134 & 135. CL. D. Lambecius.

LXXIX.

SEPTUAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, optimæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum ſeptuaginta quatuor*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit, quo continetur MICHAELIS *Glycæ* Chronicon.

LXXX.

OCTOGESIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *quindecim*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur Vaticinia nonnulla Conſtantinopolitana à GENNADIO Patriarchâ explicata, cum figuris eleganter pictis.

LXXXI.

OCTOGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum nonaginta quatuor*, & primùm quidem ad *Georgium Comitem Corinthium*, deinde autem ad *Joannnem Sambucum*, ut ipſi ſolitis inſcriptionibus ſuis teſtantur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 106 pag. 2, *PHILONIS Judæi*, patriâ Alexandrini, de genere Sacerdotum, qui legatus à ſuis Romam miſſus eſt ad *Imp.*

(1) Floruit is præcipuè ſub *Imp. Hadriano*. Vide de eo, ejusq; Scriptis, *Voſſium* Lib. 2. de Hiſtoricis Gr. cap. 11.

Cajum Caligulam A. C. 40. & ſecundâ vice ad ſucceſſorem ipſius ac patruum *Imp. Claudium*, *Libri tres de Vitá Moyſis*, quorum primus inſcribitur atque incipit hoc modo: Φίλωνος περὶ τοῦ βίου Μωυσέως λόγος α΄. Μωσέως, τοῦ κατὰ μέν τινας νομοθέτου τῶν Ἰουδαίων, κατὰ δέ τινας νόμων ἱερῶν ἑρμηνέως, τὸν βίον ἀναγράφειν διενοήθην, &c. In fine autem Libri *tertii* ob unius folii defectum paucula aliquot verba deſunt. Vide *Philonis* Opera, Lutetiæ Pariſiorum A. 1640 græcè & latinè in folio edita, à pag. 602 uſque ad pag. 696.

Secundò, & quidem à fol. 107 pag. 1, uſque ad fol. 149 pag. 2, *EJUSDEM Liber de Vitá Viri civilis, ſive, Joſephi Patriarchæ*; qui in ſuprà citatâ Operum *Philonis* editione græco-latinâ Pariſinâ pag. 526 inſcribitur atque incipit hoc modo: Βίος Πολιτικοῦ, ὅπερ ἐστὶ περὶ Ἰωσήφ. Τρεῖς μὲν εἰσὶν ἰδέαι, δι' ὧν τὸ ἄριστον τέλος, μάθησις, φύσις, ἄσκησις. τρεῖς δὲ &c. In hoc autem Codice manuſcripto *Cæſareo* ob unius folii defectum titulus & exigua principii particula deſunt uſque ad hæc verba: - - - τοῖς ἀδελφοῖς ἀνέφηνεν. ᾤετο γὰρ ἥλιον καὶ σελήνην &c.

Tertiò, & quidem à fol. 150 pag. 1, uſque ad fol. 194 pag. 2, *EJUSDEM Liber de Vitá Abrahami, tanquam Viri per doctrinam perfecti, ſive, de Legibus non ſcriptis*; cujus titulus & principium: Φίλωνος βίος κατὰ διδασκαλίαν τελειωθέντος, ἢ νόμος ἀγράφων. Τῶν ἱερῶν νόμων ἐν πέντε βίβλοις ἀναγραφέντων &c. Vide ſuprà citatam Operum *Philonis* editionem græco-latinam pag. 349.

Quartò, & quidem ſparſim diverſis foliis atque paginis, ANONYMI cujuſdam antiqui Autoris *ad ſuprà memoratos Philonis Judæi de Vitá Moyſis, Joſephi & Abrahami Libros Annotationes quædam græcæ marginales.*

LXXXII.

OCTOGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum*. Continentur eo hæc:

Primò: ANONYMI cujuſdam Autoris Græco-barbari Portulanus, ſive, Liber Hydrographicus de Portubus & de Navigatione maritimâ ſecundùm eorum ſitum & diſtantiam.

Secundò: Recenſio græco-barbara Ducum Venetorum à Paulo Anaſtaſato, ſeu potiùs Anaſtaſio, qui vulgò appellatur *Paulutius Anafeſtus Heraclianus*, hoc eſt, ab anno Æræ Chriſtianæ, ſecundùm hujus Codicis manuſcripti Chronologiam, (alii enim aliâ hîc utuntur ſupputatione,) ſeptingenteſimo ſexto, usque ad *Petri Lundi* electionem & obitum, hoc eſt, ſecundùm præſentis Codicis Chronologiam, uſque ad annos Chriſti 1537 & 1540.

LXXXIII.

OCTOGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, ſed mutilus, aquâ marinâ hinc inde miſerè fœdatus, conſtátque nunc foliis *octoginta tribus*, olimque ad *Joannem Sambucum* pertinuit, quo continentur GREGORII *Hamartoli* Fragmenta Hiſtorica.

OCTO-

LXXXIV.

OCTOGESIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegans & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum viginti quatuor*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continetur eo *PALLADII*, *natione Galatæ*, *Helenopolitani in Cappadociâ Epiſcopi*, *Hiſtoria de Vitis Sanctorum Patrum ad Lauſum*, *Præpoſitum Sacri Cubiculi Imp. Theodoſii Junioris*; unde & vocatur *Lauſiaca*. Quæcunq; autem narrat, ea vel ſemet occulatum teſtem vidiſſe, vel ab aliis fide dignis accepiſſe, ipſe expreſsè proteſtatur in *Præfatione* ad jam memoratum *Lauſum*; quæ fol. 1 pag. 1 inſcribitur atque incipit his verbis: Ἀντίγραφον Ἐπιστολῆς γραφείσης ΛΑΥΣΩ, τῷ Πραιποσίτῳ παρὰ ΠΑΛΛΑΔΙΟΥ Ἐπισκόπου περὶ βίου διαφόρων Ἀσκητῶν καὶ ὁσίων Πατέρων. Μακαρίζω σου τὴν προαίρεσιν, &c. Primus hanc Hiſtoriam, ex Græco in *Latinum* ſermonem translatam, edidit *Gentianus Hervetus Aurelianenſis* Pariſiis A. 1555 in quarto; *Græcè* autem *Joannes Meurſius* ex Codice manuſcripto Bibliothecæ Palatinæ Heidelbergenſis Lugduni Batavorum typis Elzevirianis A. 1616 itidem in quarto. Conjunctim verò, nempe *græcè* ſimul atque *latinè*, exſtat eadem Hiſtoria in Magnâ Bibliothecâ Veterum Patrum Pariſinâ anni 1654 in folio, & quidem Tomi decimi tertii paginâ 893 atque deinceps uſque ad paginam 1055; nec ſolùm ex duabus ſuprà memoratis editionibus impreſſis, verùm etiam ex duobus Codicibus manuſcriptis Græcis Bibliothecæ Regiæ Pariſinæ adornata, & eruditis R. P. *Frontonis Ducæi* Notis illuſtrata. Sed & ab iſtâ *tertiâ* editione præſens exemplar manuſcriptum *Cæſareum* valdè diſcrepat. Vide Lib. VIII. Comment. Lambec. pag. 313.

LXXXV.

OCTOGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *quadringentis ſeptuaginta quatuor*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ ſuâ inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *HERODOTI* (1) *Halicarnaſſenſis*, qui, ut omnium Hiſtoricorum Græcorum Profanorum nunc exſtantium antiquiſſimus, à *Cicerone* in Libro primo de Legibus *Pater Hiſtoriæ* appellatur, & Seculo ante Chriſtum *quinto* ſub tribus Perſarum Regibus *Dario Hyſtaſpide*, *Xerxe* ſive *Ahaſvero*, & *Artaxerxe Longimano* floruit, *Hiſtoriarum Libri novem*, *totidem Muſarum nominibus inſcripti*: nempe *Clio* ſive Liber primus; *Euterpe* ſive Liber ſecundus; *Thalia* ſive Liber tertius; *Melpomene* ſive Liber quartus; *Terpſichore* ſive Liber quintus; *Erato* ſive Liber ſextus; *Polymnia* ſive Liber ſeptimus; *Vrania* ſive Liber octavus; & *Calliope* ſive Liber nonus. Quorum novem Librorum *primus* incipit, ut in editionibus impreſſis, hoc modo: Ἡροδότου Ἁλικαρνασσῆος ἱστορίης ἀπόδεξις ἥδε· ὡς μήτε τὰ γενόμενα ἐξ ἀνθρώπων τῷ χρόνῳ ἐξίτηλα γένηται, &c. Comprehendit verò totum illud Opus Hiſtoricum *Narrationem annorum ducentorum triginta quinque*; ab initio videlicet *Gygis*, *Lydorum Regis*, qui ſecundùm R. P. *Dionyſii Petavii* S. J. ſupputationem cœpit regnare anno ante Chriſtum 714, uſque ad annum ante eandem Æram Chriſtianam 479, quo contigerunt *uno eodem die celebres duæ Græcorum cum Perſis pugnæ*, *terreſtris* ſcilicet *ad Pla-*

teas

(1) *Halicarnaſſus Urbs* eſt *Doridis* in Aſiâ Minori ſive propriè dictâ ad Mare Ægæum. Utitur tamen *Herodotus* in ſcribendo præcipuè *Dialecto Ionicâ*.

tæas in Bœotiâ, & navalis ſub monte Mycale in Aſiâ. Cætera multò plura, huc pertinentia, de Vitâ, Scriptis, Stylo & Fide *Herodoti* vide in optimâ Operum ipſius editione græco-latinâ *Gothofredi Jungermanni*, Francofurti ad Mœnum apud Claudium Marnium & hæredes Joannis Aubrii A. 1608 in folio, cum ampliſſimis variorum veterum & recentiorum Autorum Prolegomenis, Teſtimoniis & Additionibus. Conſule etiam *Davidis Chytræi Chronologiam Hiſtoriæ Herodoti & Thucydidis*, Helmæſtadii typis Jacobi Lucii A. 1593 in quarto editam; & *Gerardi Joannis Voſſii* doctiſſimum Opus de Hiſtoricis Græcis Lib. I. cap. 3.

LXXXVI.

OCTOGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, ſed fine mutilus, conſtátque nunc foliis *centum viginti novem*, olimque ad *Joannem Sambucum* pertinuit, quo continetur MICHAELIS *Glycæ* Chronicon, ſeu Annales ab Orbe condito, uſque ad obitum Imp. *Alexii Comneni*, ſeu A. C. 1118.

LXXXVII.

OCTOGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *trecentis viginti novem*, ſed principio & fine mutilus, lacerus, & aquâ marinâ turpiter fœdatus, quo continentur MISCELLANEA Collectanea Hiſtorica, de quibus tamen mihi nondum ſatis liquet.

LXXXVIII.

OCTOGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis quinquaginta tribus*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 237 pag. 1, *SYNTAGMA ſacrorum Canonum cum Expoſitione græcâ Joannis Zonaræ*; quæ inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἐξήγησις τῶν ἱερῶν καὶ θείων κανόνων, τῶν τε ἁγίων καὶ σεπτῶν Ἀποστόλων, καὶ &c. Ἡ δήλωσις τῶν λόγων σε φωτιεῖ καὶ συνετιεῖ νηπίους &c.

Secundò, & quidem à fol. 238 pag. 1, uſque ad fol. 244 pag. 1, *ANONYMI cujuſdam incerti Autoris Narratio de Structurâ maximi Templi Conſtantinopolitani Sanctæ Sophiæ*; cujus titulus & principium: Περὶ τῆς οἰκοδομῆς τοῦ μεγίστου ναοῦ τῆς ἁγίας Σοφίας. Ἡ μεγάλη Ἐκκλησία, ἡ ἁγία Σοφία, οὕτως ἐκτίσθη. &c. Edidit quidem *Franciſcus Combefis* eandem ejusdem Anonymi Narrationem, cum Notis ſuis in ſuo Originum Rerumq; Conſtantinopolitanarum Manipulo, Pariſiis apud Simeonem Piget A. 1664 græcè & latinè in quarto, à pag. 243 uſque ad pag. 283; ſed adeò imperfectè, ut ea editio beneficio hujus antiqui Codicis, in ipſâ *Urbe Conſtantinopolitanâ* olim exarati, atque ibidem à *Busbeckio* comparati, plurimis locis, perperàm lectis, & multò adhuc pejùs in latinum ſermonem translatis, non ſolùm poſſit emendari ac corrigi, verùm etiam ſuppleri & augeri. Cujus aliquot ſpecimina vide Lib. VIII. Comment. Lambec. pag. 463 & ſeqq.

Tertiò,

Tertiò, & quidem fol. 244 pag. 1, *JOANNIS Philæ Tetraſticha duo in Beatiſſimam Virginem Deiparam & in S. Joannem Chryſoſtomum*; quorum *primum* inſcribitur atque incipit hoc modo: Τοῦ σοφωτάτου Φιλῆ τετράστιχον εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον. Ἁγνὴ κόρη ζῆς &c. Plura de eodem *Joanne Phile* vide Libri *quinti* Lambec. Comment. pag. 117 & 336.

Quartò, & quidem à fol. 245 pag. 1, uſque ad fol. 253 pag. 2, *FRAGMENTA quædam Evangelii S. Matthæi, & alia nonnulla miſcellanea; inter quæ etiam eſt Fragmentum aliquod Canonicum de gradibus nuptiarum.*

LXXXIX.

O*CTOGESIMUS NONUS* Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, elegans, & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *ducentis quinquaginta uno*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 213 pag. 2, *ARRIANI Nicomedienſis Libri ſeptem de Expeditione Alexandri Magni*; quorum *primus* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἀῤῥιανοῦ Ἀλεξάνδρου Ἀναβάσεως βιβλίον πρῶτον. Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, καὶ Ἀριστόβουλος ὁ Ἀριστοβούλου, ὅσα μὲν ταὐτὰ ἄμφω περὶ Ἀλεξάνδρου τοῦ Φιλίππου συνέγραψαν, &c.

Secundò, & quidem à fol. 214 pag. 1, uſque ad fol. 251 pag. 2, *EJUSDEM Hiſtoria Indica*, uno ſeparato Libro comprehenſa; cujus titulus & principium: ἈΡΡΙΑΝΟΥ ἸΝΔΙΚΗ. Τὰ ἔξω Ἰνδοῦ ποταμοῦ &c. Plura huc pertinentia vide in recenſione Codicis *quadrageſimi quinti*.

XC.

N*ONAGESIMUS* Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis viginti uno*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 310 pag. 2, *MATTHÆI Hieromonachi Syntagma Juris Canonici alphabeticum, cum Appendice, continente S. Joannis Neſteutæ, Nicetæ Metropolitæ Heracleæ, S. Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani, & Joannis Epiſcopi Citri Scripta quædam Canonica, nec non Imp. Leonis Sapientis Ordinem Thronorum Eccleſiaſticorum, & Gloſſarium Juridicum Latino-Græcum, à voce* Ἀδνέμιον *incipiens, ac denique Catalogum Officiorum Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*; de quibus omnibus in recenſione præcedentium aliquot Codicum jam actum eſt.

Secundò, & quidem à fol. 310 pag. 2, uſque ad fol. 314 pag. 1, *ATHANASII cujusdam Junioris, qui vulgò creditur eſſe Magnus ille Athanaſius Archiepiſcopus Alexandrinus, Quæſtiones & Reſponſiones quædam ſacræ ad Antiochum*; quæ ibi inſcribuntur atque incipiunt hoc modo: Ἀθανασίου τοῦ ἁγιωτάτου Ἀρχιεπισκόπου Ἀλεξανδρείας πρὸς Ἀντίοχον Δοῦκα κατὰ πεῦσιν καὶ ἀπόκρισιν περὶ διαφόρων κεφαλαίων. Ἐρώτησις. Πιστεύσαντες καὶ βαπτισθέντες εἰς Τριάδα ὁμοούσιον &c.

Tertiò, & quidem fol. 314 pag. 1, S. *BASILII Magni Præceptum ad Sacerdotem de divinâ Liturgiâ*; cujus titulus & principium : Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου παραγγελία πρὸς Ἱερέα περὶ τῆς θείας λειτουργίας. Σπούδαζον ὦ Ἱερεῦ σαυτὸν παραστῆσαι ἐργάτην ἀνεπαίσχυντον, &c.

Quartò, & quidem fol. 315 pag. 1 & 2, *TIMOTHEI Archiepiſcopi Alexandrini Fragmentum Canonicum*; cujus titulus & principium : Τοῦ ἁγίου Τιμοθέου Ἀλεξανδρείας περὶ τοῦ, πότε ἡ τετραδοπαρατήρησις καταλύεται. Τὸ τῆς τετράδος καὶ παρασκευῆς ἰδίωμα, &c.

Quintò, & quidem à fol. 316 pag. 1, uſque ad fol. 321 pag. 1, *Patriarchæ Antiocheni, & quidem, ut videtur, THEODORI Balſamonis, Reſcriptio ſive Epiſtola reſponſoria ad Archiepiſcopum Gradenſem ſive Aquilejenſem, quâ demonſtrat, eum non eſſe appellandum Patriarcham; ſimul etiam agit de Azymis.* Ipſa tituli verba ſunt hæc : Τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Ἀντιοχείας ἀντιγραφὴ πρὸς τὸν Ἀρχιεπίσκοπον Γραδαίνου &c.

XCI.

NONAGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *nonaginta uno*, quo continetur *CONSTANTINI Manaſſis* Chronicon, ſeu Synopſis Hiſtorica à creatione Mundi, usque ad Imperatorem Nicephorum Botoniatem, qui A. C. 1081. obiit.

XCII.

NONAGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus*, continet Faſciculum variarum Schedarum & miſcellanearum notarum ad editionem Lambecianam Originum & Antiquitatum Conſtantinopolitanarum *Georgii Codini* pertinentium.

XCIII.

NONAGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *nonaginta tribus*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continetur CONSTANTINI *Manaſſis* Chronicon ſeu Synopſis Hiſtorica.

XCIV.

NONAGESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *ſexaginta duobus*, quo continetur ANONYMI Hiſtorica narratio Conſtructionis ſplendidiſſimi Templi Coſtantinopolitani, S. *Sophiæ* appellati.

NONA-

XCV.

NONAGESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis viginti octo*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 140 pag. 2, XENOPHONTIS *Hiſtoriarum Libri ſeptem de Cyri Junioris, filii Regis Perſarum Darii, cognomine Nothi, Adſcenſu ſive Expeditione in Aſiam Superiorem contra fratrem natu majorem Regem Artaxerxen Mnemonem*; anonymi cujusdam antiqui *Scholiaſtæ Græci* Annotationibus marginalibus illuſtrati: quorum *primus* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ξενοφῶντος Ῥήτορος Κύρου ἀναβάσεως βιβλίον πρῶτον. Δαρείου καὶ Παρυσάτιδος γίνονται παῖδες δύο· πρεσβύτερος μὲν Ἀρταξέρξης, νεώτερος δὲ Κῦρος. ἐπεὶ δὲ &c. Interfuit huic Expeditioni ipſe *Xenophon*, & *Cyri Junioris* partes ſecutus eſt, cùm contra *Artaxerxi Mnemoni* faverent *Athenienſes*; idque illi poſtmodùm cauſa fuit exſilii. Incidit iſta *Cyri Expeditio*, ejusdemque interitus in prœlio, in annum ante Chriſtum *quadringenteſimum primum*.

Secundò, & quidem à fol. 141 pag. 1, uſque ad fol. 154 pag. 1, EJUSDEM Ἱππαρχικός, ſive *Liber de Magiſterio Equitum*; cujus principium: Πρῶτον μὲν θύοντα χρὴ αἰτεῖσθαι θεοὺς &c.

Tertiò, & quidem à fol. 154 pag. 1, uſque ad fol. 169 pag. 2, EJUSDEM *Liber* περὶ Ἱππικῆς ſive *de Re equeſtri*; cujus principium: Ἐπειδὴ, διὰ τὸ συμβῆναι ἡμῖν πολὺν χρόνον ἱππεύειν, οἰόμεθα ἔμπειροι ἱππικῆς γεγενῆσθαι, &c. Hinc igitur apparet, in hoc Codice manuſcripto *Cæſareo Librum de Re equeſtri Libro de Magiſterio Equitum* rectè *poſtponi*, contrà autem in editione græco-latinâ Francofurtenſi eidem perperàm *præponi*, ipſo *Xenophonte* expreſsè reclamante.

Quartò, & quidem à fol. 169 pag. 2, uſque ad fol. 182 pag. 1, EJUSDEM *Liber de Republicâ Lacedæmoniorum*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ Λακεδαιμονίων πολιτεία. Ἀλλ' ἐγὼ ἐννοήσας ποτὲ, ὡς ἡ Σπάρτη τῶν ὀλιγανθρωποτάτων οὖσα, &c. Elegantem hunc Librum ſcripſit *Xenophon*, ut gratiam rependeret *Lacedæmoniis*, qui ipſi ab *Athenienſibus* in exſilium pulſo incolendam dedere partem *agri Elei* in *Triphyliaco ſolo*. Eſt enim *Triphylia* tractus *Elidis* in *Peloponneſo*.

Quintò, & quidem à fol. 182 pag. 1, uſque ad fol. 303 pag. 1, EJUSDEM Ἀπομνημονευμάτων ſive *Memorabilium Socratis Dictorum & Factorum Libri quinque*; quorum *primus* incipit hoc modo: Πολλάκις ἐθαύμασα, &c.

Sextò, & quidem à fol. 303 pag. 1, uſque ad fol. 323 pag. 1, EJUSDEM *Sympoſion* ſive *Convivium*; quod incipit hoc modo: Ἀλλ' ἐμοὶ δοκεῖ τῶν καλῶν κἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔργα, οὐ μόνον τὰ μετὰ σπουδῆς πραττόμενα, ἀξιομνημόνευτα εἶναι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν ταῖς παιδιαῖς, οἷς δὲ &c.

Septimò, & quidem à fol. 323 pag. 2, uſque ad fol. 325 pag. 1, EJUSDEM Κυνηγετικὸς ſive *Liber de Venatione*; cujus principium: Τὸ μὲν εὕρημα θεῶν Ἀπόλλωνος καὶ Ἀρτέμιδος ἄγραι καὶ κύνες· &c.

Octavò, & quidem à fol. 326 pag. 1, uſque ad fol. 327 pag. 1, GEORGII *Gemiſti Plethonis Epiſtola quædam*; cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου διδασκάλου κυροῦ Γεωργίου τοῦ Γεμιστοῦ. Οὐκ ἦν παραπλήσια, ὦ θειότατε, τὰ τῶν πολεμίων τέλη &c. Videtur autem hæc Epiſtola ſcripta ad *Imp. Manuëlem Palæologum*; ad quem etiam exſtat ejuſdem generis alia: quam vide Libri *ſeptimi* Lambecianorum Commentariorum pag. 163.

Nonò, & quidem fol. 327 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Obſervatio de Phlebotomia ſive Venæ ſectionis ſalutaribus diebus*; cujus inſcriptio: Τέμνει ἀγαθὸν ἡμέραις ταύταις φλέβα.

Decimò, & quidem fol. 328 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Obſervationes de Exercitiis Rhetoricis*; quarum titulus & principium: Γυμνάσματα τῆς Ῥητορικῆς. Ἡ Ῥητορικὴ διαιρεῖται εἰς εἴδη τρία· εἰς τὸ συμβουλευτικὸν, &c.

XCVI.

NONAGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum quinquaginta quatuor*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 61 pag. 2, SIBYLLINORUM *Oraculorum Libri octo, cum Præfatione græcâ Marci Antonii Antimachi*; quæ abſque illius mentione inſcribitur atque incipit hoc modo: Οἱ Σιβυλλιακοὶ Χρησμοί. Εἰ τὸ περὶ τὴν ἀνάγνωσιν τῶν ἑλληνικῶν γραφῶν ἐκπονεῖν, &c. Edidit hæc *Sibyllina Oracula* accuratè & eleganter Lutetiæ Pariſiorum A. 1599 in octavo *Joannes Opſopæus* Brettanus cum eruditis Notis ſuis & verſione latinâ *Sebaſtiani Caſtalionis*, nec non cum *Imaginibus Sibyllarum* æri inciſis, & veterum Autorum Græcorum atque Latinorum de iis *Teſtimoniis*. Cæterùm quòd jam memorati *Sibyllinorum Oraculorum Libri octo* ſuppoſititii ſint, & verſus, ſi qui in iis ſuperſunt genuini, adeò interpolati & transformati ſint, ut ab adulterinis diſcerni nequeant, quodque hoc Opus ſeculo poſt Chriſtum *ſecundo* circa Imperatorum *Antoninorum Pii*, *Philoſophi* & *Commodi* tempora confictum eſſe videatur, indicavit CL. Lambecius, eaque repetiit Lib. VIII. Comment. pag. 45 & ſeqq. ſatis fusè in *Prodromo ſuo Hiſtoriæ Literariæ*, Lib. 1. cap. 4. §. 4.

Secundò, & quidem à fol. 63 pag. 1, uſque ad fol. 79 pag. 1, S. JACOBI *Apoſtoli*, cognomine *Minoris* & *Fratris Domini*, *Protevangelium* ſive *Narratio ſuppoſititia de Nativitate Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus titulus & principium: Τὸ Γενέθλιον τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν. Λόγος Ἰακώβου τοῦ Ἀδελφοθέου. Ἐν ταῖς ἱστορίαις τῶν δώδεκα φυλῶν τοῦ Ἰσραὴλ ἦν Ἰωακεὶμ, &c. Plura de hâc Narratione ſuppoſititiâ vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 130 & 131.

Tertiò, & quidem à fol. 79 pag. 2, uſque ad fol. 87 pag. 1, S. GERMANI, *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani*, qui circa annum Chriſti 740 obiit, *Oratio encomiaſtica in Sanctiſſimæ Virginis Deiparæ Præſentationem in Templo Hieroſolymitano*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν ΓΕΡΜΑΝΟΥ, Ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντινουπόλεως, Ἐγκώμιον εἰς τὴν παναγίαν Θεοτόκον, ὅτε προσηνέχθη ἐν τῷ ναῷ Κυρίου. Ἰδοὺ καὶ πάλιν ἑτέρα πανήγυρις τῆς μητρὸς τοῦ Κυρίου· ἰδοὺ πρόοδος τῆς ἀμωμήτου νύμφης· ἰδοὺ &c. Edidit quidem hanc Orationem *Franciſcus Combefiſius*, Monachus Dominicanus Pariſienſis, in Tomo primo Auctarii Bibliothecæ Patrum græco-latinæ Pariſinæ

à co-

à columnâ 1411 uſque ad colum. 1423; propter *variantes* tamen *lectiones* operæ pretium fuerit, eam editionem cum hoc Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ exemplari manuſcripto diligenter conferri. Vide etiam Librum *quartum* Lambec. Comment. pag. 129, ubi indicatur, eandem Orationem exſtare in Codice manuſcripto Theologico Græco CLImo, num. 25, non tamen ſub nomine *S. Germani, Archiepiſcopi Conſtantinopolitani*, ſed velut Autoris cujusdam *anonymi*.

Quartò, & quidem à fol. 87 pag. 2, uſque ad fol. 95 pag. 1, S. *JOANNIS Chryſoſtomi Oratio in Circumciſionem Chriſti & in S. Symeonem*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννου τοῦ Χρυσοστόμου λόγος εἰς τὴν περιτομὴν, καὶ εἰς τὸν Συμεῶνα. Οὐ μόνον φορεῖ σάρκα ὁ Κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἀλλὰ καὶ κατὰ νόμον περιτέμνεται, ἵνα &c. Vide Operum S. *Joannis Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. V. pag. 872, ubi ea habetur *dubiæ fidei*. Conſule etiam Librum *quartum* Lambec. Comment. pag. 111.

Quintò, & quidem à fol. 95 pag. 2, uſque ad fol. 101 pag. 1, *EJUSDEM Oratio in Annunciationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus principium: Πάλιν χαρᾶς εὐαγγέλια· &c. Vide ſuprà citatam Operum S. *Joannis Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. VII. pag. 537, ubi ea habetur pro *ſuppoſititia*.

Sextò, & quidem à fol. 101 pag. 2, uſque ad fol. 114 pag. 2, S. *GERMANI, Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, Oratio encomiaſtica in Obdormitionem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus principium: Ὁ χρεωστῶν πάντοτε τὸν ἴδιον εὐεργέτην ἀνυμνεῖ· &c. Vide Bibliothecæ Patrum græco-latinæ Pariſinæ Auctarium Tom. I. col. 1445.

Septimò, & quidem à fol. 114 pag. 2, uſque ad fol. 123 pag. 2, S. *JOANNIS Chryſoſtomi Oratio in decollationem S. Joannis Baptiſtæ & in Herodiadem*; cujus principium: Πάλιν Ἡρωδιὰς μαίνεται, &c. Vide Operum S. *Joannis Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. VII. pag. 545, ubi ea habetur pro *ſuppoſititiâ*.

Octavò, & quidem à fol. 123 pag. 2, uſque ad fol. 128 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in Transfigurationem Chriſti*; cujus principium: Δεῦτε φίλοι, καὶ σήμερον τῶν εὐαγγελικῶν ἀόκνως ἐφαψώμεθα θησαυρῶν, &c. Vide ſuprà citatam Operum S. *Joannis Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. VII. pag. 332, ubi ea habetur pro *ſuppoſititia*.

Nonò, & quidem à fol. 128 pag. 2, uſque ad fol. 151 pag. 1, S. *GREGORII Nazianzeni Oratio in Nativitatem Chriſti*, cujus principium: Χριστὸς γεννᾶται, δοξάσατε· Vide Operum S. *Gregorii Nazianzeni* editionem græco-latinam Pariſienſem, à *Jacobo Billio* adornatam, & typis Regiis A. 1609 duobus Tomis in folio impreſſam, Tom. I. pag. 613. Conſule etiam Librum *tertium* Lambec. Comment. pag. 179.

Decimò, & quidem à fol. 151 pag. 2, uſque ad fol. 154 pag. 2, *OFFICIUM Feſti Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, cognomine τοῦ Ἀκαθίστου, cujus titulus & principium: Ἀκολουθία τῆς Ἀκαθίστου. Τῇ ὑπερμάχῳ στρατηγῷ τὰ νικητήρια, &c; cum ſubjuncto *Canone*, qui inſcribitur atque incipit his verbis: Ὁ Κανὼν τῆς Ἀκαθίστου. Χριστοῦ βίβλον ἔμψυχον, ἐσφραγισμένην σε Πνεύματι, &c. Plura de Feſto τῆς Ἀκαθίστου vide Libro *tertio* Lambecianorum Commentariorum pag. 126 & 150. Conſule etiam *Menæa Græcorum* d. 10. Martii.

XCVII.

NONAGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *trecentis ſedecim*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 275 pag. 2, *MATTHÆI Hieromonachi Syntagma Juris Canonici, ſive omnium Materiarum ſacris Canonibus comprehenſarum, ordine alphabetico*; quod inſcribitur atque incipit, ut in Codice XXIVto, num. 10, niſi quòd pro τῷ ἐν Ἱερομονάχοις χυρῷ Ματθαίῳ, legitur ἐλαχίςῳ Ματθαίῳ.

Secundò, & quidem fol. 276, *CATALOGUS Officiorum Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ*; cujus titulus & principium: Τὰ τῆς Μεγάλης Ἐκκλησίας Ὀφφίκια. Ὁ μέγας Οἰκονόμος· &c.

Tertiò, & quidem à fol. 276 pag. 1, uſque ad fol. 281 pag. 2, *MATTHÆI Hieromonachi Synopſis Nomocanonis S. Joannis Neſteutæ ſive Jejunatoris, Patriarchæ Conſtantinopolitani*; cujus titulus & principium:

Ἐκ τοῦ Κανονικοῦ τοῦ ἁγίου Ἰωάννου τοῦ Νηςευτοῦ
Ἤμειψε ταυτὶ πρὸς σύνοψιν Ματθαῖος.

Ἀλλὰ γὰρ καὶ κατὰ τὸν Νηςευτὴν θεῖον Ἰωάννην, τὴν θεραπείαν &c. Vide etiam Codicem XXIVtum, num. 11.

Quartò, & quidem fol. 282 pag. 1 & 2, *NICETÆ Metropolitæ Heracleæ Reſponſiones ad Interrogationes cujuſdam Epiſcopi Conſtantini*; quæ inſcribuntur atq; incipiunt, ut in proximè præcedenti Codice XXIVto, num. 12.

Quintò, & quidem à fol. 282 pag. 2, uſque ad fol. 284 pag. 2, S. *NICEPHORI Patriarchæ Conſtantinopolitani Canones Eccleſiaſtici triginta ſex*, ut in Codice XXIVto, num. 13.

Sextò, & quidem à fol. 285 pag. 1, uſque ad fol. 292 pag. 1, ex *JOANNIS Epiſcopi Citri Reſponſis Canonicis ad Epiſcopum Dyrrachii Conſtantinum Cabaſilam Capita viginti quatuor; collecta & diſpoſita à Matthæo Hieromonacho*; quæ inſcribuntur, incipiunt, ac deſinunt, ut in Codice XXIVto, num. 14, niſi quòd ibi ſecundum aliam diviſionem numerantur *Capita triginta duo*.

Septimò, & quidem fol. 292 pag. 1, & fol. 293 pag. 2, *Imp. LEONIS Sapientis Ordo Thronorum Eccleſiaſticorum, Patriarchæ Conſtantinopolitano ſubjectorum*; ut in Codice XXIVto, num. 27.

Octavò, & quidem fol. 293 pag. 2, & fol. 294 pag. 1, *GLOSSÆ Juridicæ Latino-Græcæ*; ut ſuprà in Codice XXIVto, num. 31.

Nonò, & quidem à fol. 294 pag. 2, uſque ad fol. 295 pag. 2, S. *CYRILLI Archiepiſcopi Alexandrini Anathematiſmi duodecim contra Neſtorium hæreſiarcham*; ut ſuprà in Codice XXIVto, num. 19. In hoc autem poſteriori Codice ſubjuncta illis eſt ANONYMI *cujuſdam Appendix de Opinionibus hæreſiarcharum*; cujus titulus & principium: Δόξαι αἱρεσιαρχῶν. Ὁ Ἄρειος οὐχ ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα ἔλεγε, &c.

Decimò, & quidem fol. 296 pag. 1, *Excerptum ex S. BASILII Magni Epiſtolâ ad S. Cæſarium, & de Sanctâ Communione*; cujus titulus & principium: Ἐκ τῆς πρὸς Καισάρειον

σάξειον ἐπιστολῆς τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Βασιλείου τοῦ Μεγάλου, καὶ περὶ τῆς ἁγίας κοινωνίας. Τὸ δὲ ἀναγκάζεσθαι τινὰ, μὴ παρόντος Ἱερέως τὴν κοινωνίαν τῇ ἰδίᾳ χειρὶ λαμβάνειν μηδαμῶς εἶναι βαρὺ, &c.

Undecimò, & quidem fol. 296 pag. 2, *NOMINA & ordo duodecim Menſium apud Athenienſes, Græcos, Hebræos, Ægyptios & Romanos.*

Duodecimò, & quidem à fol. 297 pag. 1, uſque ad fol. 304 pag. 2, *Imp. ANDRONICI Palæologi Senioris Expoſitio ordinis Metropolium, Patriarchali Throno Conſtantinopolitano ſubjectarum, ſimul & Thronorum Epiſcopalium, qui unicuique ſubjecti ſunt.* Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Νέα Ἔκθεσις τῶν ὑποκειμένων Μητροπόλεων τῷ Ἀποστολικῷ καὶ Πατριαρχικῷ Θρόνῳ τῆς θεοφυλάκτου καὶ βασιλίδος τῶν πόλεων τῆς Κωνσταντινουπόλεως. ἐξετέθη δὲ ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Βασιλέως κυροῦ Ἀνδρονίκου τοῦ Παλαιολόγου τοῦ Γέροντος· ά, Ὁ Καισαρείας· β΄, Ὁ Ἐφέσου· γ΄, Ὁ Ἡρακλείας· δ΄, Ὁ Ἀγκύρας· &c. Plura huc pertinentia vide ſuprà in recenſione Codicis XXIVti, num. 2.

Decimo tertiò, & quidem à fol. 305 pag. 1, uſque ad fol. 313 pag. 2, *ANONYMI cujusdam Præpoſiti monaſtici Epiſtola ad perfectum quendam, & ſapientem Senem aſcetam de Quæſtionibus variis monaſticis, ad Jejuniorum præcipuè & Feſtorum annuorum obſervationem pertinentibus; ſimul & ejusdem Senis Reſponſio, cui integrum Calendarium Eccleſiaſticum in fine inſertum eſt.* Epiſtola interrogatoria inſcribitur hoc modo: Ἐπιστολὴ Προεστῶτος πρὸς Γέροντα τέλειον καὶ διακριτικὸν καὶ σοφὸν, ζητοῦσα περὶ δηλώσεως καὶ λύσεως ζητημάτων ἀναγκαίων εἰς ἀγωγὴν μοναχῶν ἐν καθίσασιν. &c.

XCVIII.

NONAGESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *quinquaginta quatuor*, quo continentur:

Primò: *ANONYMI* Miſcellaneæ nonnullæ Antiquitates Conſtantinopolitanæ.

Secundò: Varii *CATALOGI* Græci Librorum *Conſtantini Varini, Antonii Contacuzeni, Jacobi Marmorotæ, Joannis Suzi, Manuelis Eugeneici.*

XCIX.

NONAGESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *triginta quinque*, quo continentur *GEORGII Siceliotæ* & *CEDRENI* Fragmenta nonnulla Chronica.

C.

CENTESIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *nonaginta uno*, olim ab *Augerio* de *Busbecke* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur *INCERTI* Collectanea miſcellanea ad Antiquitates & Hiſtoriam Conſtantinopolitanam pertinentia.

CENTE-

CI.

CENTESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus & bonæ notæ, in *quarto*, ſed aliquot foliis in principio mutilus, conſtátque nunc foliis *centum quadraginta octo*. Continentur eo GREGORII *Cyprii* (1) *qui ante monachatum Georgius appellatus fuit, & A. C. 1283 circa initium Aprilis ab Imp. Andronico Palæologo Seniore Patriarcha Conſtantinopolitanus creatus eſt, atque in eâ Dignitate permanſit uſque ad annum Chriſti 1289, quo eam circa menſem Junium propter varias adverſitates ſponte ſuâ abdicavit, quique proximè ſequenti anno 1290 obiit*, EPISTOLÆ *centum nonaginta & una, cum incerti cujusdam Autoris ſynchroni, cujus nomen ob ſuprà memoratum aliquot foliorum defectum ignoratur, Præfatione, Vitam ſeu potiùs Laudationem ejus continente*; quæ mutila incipit hoc modo: - - λόγων δὲ ἐπεθύμει μὲν· ἐπεστρέφετο δὲ, ὡς ἥκιστα &c. Sequuntur deinde ipſæ *Epiſtolæ*; quarum *prima ad Protoſecretarium Manuëlem Neocæſareenſem* inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἐπιστολαὶ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ οἰκουμενικοῦ Πατριάρχου, κυρίου ΓΡΗΓΟΡΊΟΥ. Α'. Τῷ Νεοκαισαρείτῃ. &c. Digniſſimæ ſunt omnes illæ *Epiſtolæ*, ut tanquam eximium *Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ* Supplementum græcè & latinè in lucem proferantur, & quidem præcipuè ob *Georgij Pachymeris Hiſtoriam Imperii Andronici Palæologi Senioris*, quippe quæ beneficio harum Epiſtolarum innumeris ferè locis poteſt illuſtrari. Sunt enim inter eas multæ ad ipſum illum *Imp. Andronicum*; item ad *Georgium Acropolitam*, quem ſuum appellat Διδάσκαλον ſive *Magiſtrum*, ad *Meliteniotam Archidiaconum*, qui ſocius fuit Expatriarchæ *Joannis Becci* in carcere, ad *Holobolum Rhetorem*, qui Synodo contra *Beccum* interfuit, ad *Theodorum Muzalonem* Magnum Logothetam & Protoveſtiarium, ad *Nicephorum Chumnum* Muzalonis ſucceſſorem, ad *Theodoſium Saponopulum*, ad *Raulænam Protoveſtiariſſam*, quæ ipſum, jam Expatriarcham, in Monaſterio liberaliter ſuſtentavit, & ad complures alios, quorum ſuprà memoratus *Pachymeres* in Hiſtoriâ ſuâ frequenter meminit. Reperitur quoque ibi una, nempe *ſexageſima nona* ad ipſum illum *Georgium Pachymerem*, cujus titulus & principium: Τῷ Παχυμέρῃ. Δέσποτά μου σοφώτατε, ἀνέγνων τὸν λόγον πλεῖν ἢ τετράκις· ἔγνων δὲ οὐδ' εἰς ἅπαξ, &c. Omnium autem illarum *Epiſtolarum Inſcriptiones græcas*, unà cum earundem *initiis* ſingulatim exhibuit Celeberrimus Lambecius Lib. VIII. Comment. pag. 511, & ſeqq. quem Benevolus Lector dato otio conſulere poterit. *Epiſtolis* verò illis in eodem hoc Codice manuſcripto *Cæſareo*, à fol. 146. pag. 2, usque ad fol. 148 pag. 2. inſtar Appendicis ſubjungitur ejusdem Patriarchæ GREGORII CYPRII *Decretum aliquod Synodale*; cujus titulus & principium: Ἀπόφασις. Ἡ μετριότης ἡμῶν, σὺν ἅμα τῇ περὶ αὐτὴν ἱερωτάτῃ τῶν Ἀρχιερέων ὁμηγύρει, δῆλον ἅπασι διὰ τοῦ παρόντος καθίστησι γράμματος, ὅτι Ἐπισκόπους, Ἱερεῖς τε καὶ Διακόνους, τοὺς ἐν τῷ καιρῷ τῆς ἐκκλησιαστικῆς συγχύσεως διώκας ὁμολογουμένως ἀναφανέντας, ἢ &c. Quo finito Decreto, ſequitur *Formula ſolennis*, quâ eidem Patriarchæ *Gregorio* adverſarii ejus promiſerunt, ipſum publicè declaratum iri orthodoxum, & prorsùs liberum ab omni labe & ſuſpicione pravæ doctrinæ, ſi is priùs ſcripto polliceretur, ſe, poſt acceptum illud innocentiæ ſuæ teſtimonium publicum, ſine morâ Throno Patriarchali ſe abdicaturum eſſe. Narrat quidem totam illam rem prolixè & accuratè *Georgius Pachymeres* in Hiſtoriâ Imperii Andronici Palæologi Senioris Libri

ſecundi

(1) Vide R. P. *Petri Poſſini* S. J. Obſervationes Chronologicas in *Georgii Pachymeris* Hiſtoriam *Imp. Andronici Palæologi Senioris* pag. 565, 566, 606, 607 & 608. Romæ typis Barberinis A. 1666, & 1669 gr. & lat. duobus Tomis in folio editam.

ſecundi quinque integris capitibus, nempe ſexto, ſeptimo, octavo, nono & decimo, adeò ut etiam integram *Formulam abdicationis*, à *Gregorio* conſcriptam, & adverſariis traditam, jam memorato capiti nono ad verbum inſeruerit; *Formula* tamen *promiſſionis adverſariorum*, quæ in Codice hoc manuſcripto *Cæſareo* exſtat, ibi omiſſa eſt, ideóque ſupplendæ *Hiſtoriæ Pachymerianæ* causâ totam publicavit CL. Lambecius Lib. VIII. Comment. pag. 522, quem, ſi placet, conſule.

CII.

CENTESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum quinquaginta tribus*, & olim pertinuit ad *Arſenium* Archiepiſcopum Monembaſiæ in Peloponneſo atque *Georgium Comitem Corinthium*, ut ipſi propriis inſcriptionibus teſtantur; poſteà autem à *Joanne Sambuco* in *Italiâ* emptus eſt. Continetur eo *Sancti* JOANNIS *Damaſceni Hiſtoria de Sanctis Barlaamo & Joaſapho*; quæ ibi inſcribitur atque incipit hoc modo: Βιβλίον, ὁ Βαρλαάμ. Διήγησις ὠφέλιμος ἐκ τῆς ἐνδοτέρας τῶν Αἰθιόπων χώρας, τῆς Ἰνδῶν λεγομένης, πρὸς τὴν ἁγίαν πόλιν μετενεχθεῖσα διὰ Ἰωάννου Μοναχοῦ, ἀνδρὸς τιμίου καὶ ἐναρέτου Μονῆς τοῦ ἁγίου Σάβα. Ὅσοι Πνεύματι Θεοῦ ἄγονται, οὗτοι εἰσὶν υἱοὶ Θεοῦ, &c.

CIII.

CENTESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, principio ac fine mutilus, conſtátque nunc foliis *centum quadraginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 17 pag. 1, NICEPHORI *Calliſti* filii, cognomine *Xanthopuli*, *Acoluthia* ſive *Officium Feſti Dedicationis Templi Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, cognomine *Fontis* ſeu *ad Fontem*, uno circiter ſtadio à terreſtribus Urbis Conſtantinopolitanæ mœnibus diſſiti, cujus principium: Χαίροις ἡ ζωηφόρος Πηγὴ &c. Exſtat ibidem, inter alia *varia Cantica ſacra cum antiquis Græcis Notis muſicis*, ejuſdem quoque *Nicephori Canon*, qui inſcribitur atque incipit hoc modo: Ὁ κανὼν, οὗ ἡ ἀκροστιχίς· Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου. Ὠδὴ ά. Νῦν πηγάσαις μοι παρθένε Πηγὴ, χάριν διδοῦσα λόγου, ὡς ἀνυμνήσω σου πηγὴν, &c. Eidem Acoluthiæ inſertum etiam eſt ejuſdem Nicephori *Synaxarium* ſive *Narratio* ſuccincta de *origine, incremento* & *miraculis* iſtius *Templi*: quomodo nempe Leo, cognomine Macelles ſive Macellarius, nondum Imperator, ſed adhuc privatus, occaſione ſingularis ſuæ miſericordiæ erga cœcum aliquem à rectâ viâ aberrantem, Fontem quendam, Beatiſſimæ Virgini Deiparæ inde ab antiquo ſacrum, ſed longitudine temporis partim cæno, partim denſitate arborum obſtructum & obſcuratum, in umbroſo luco repererit, &, cùm à jam memoratâ Sanctiſſimâ Semper-Virgine, futuram promotionem ad Imperium Conſtantinopolitanum ſibi prædicente, monitus eſſet, ut cœci oculos limo cænoſo iſtius Fontis inungeret, viſum illi miraculosè reſtituerit; ideóque, poſtquam ad Imperiale Faſtigium evectus eſt, ſupra ipſum illum Fontem, non minùs miraculorum, quàm pellucidæ aquæ perenni ſcatebrâ exuberantem, primus Templum exſtruxerit, quod poſteà à *Juſtiniano Magno*, *Baſilio Macedone*, *Leone*

Sapiente, aliisq; ſequentibus Imperatoribus, propter plurima ibi edita miracula, diverſis temporibus amplificatum, exornatum atque reſtauratum eſt. Quandoquidem autem hæc Narratio varias non vulgares & vix alibi inveniendas Antiquitatum Conſtantinopolitanarum notitias continet, integram eam exhibuit Illuſtris Lambecius Lib. VIII. ſuorum Comment. pag. 57, & ſeqq. quò Benevolum Lectorem remitto.

Secundò, & quidem à fol. 17 pag. 1, uſque ad fol. 144 pag. 1, *EJUSDEM Nicephori Liber de Origine, Structurâ & Miraculis ſuprà memorati Templi Beatiſſimæ Virginis Deiparæ ad Fontem*, in fine paucis aliquot foliis mutilus; cujus titulus: Λόγος διαλαμβάνων τὰ περὶ τῆς συστάσεως τοῦ σεβασμίου οἴκου τῆς ὑπεραγίας Δεσποίνης ἡμῶν Θεοτόκου τῆς ἀειζώου Πηγῆς· ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτῷ τελεσθέντων ὑπερφυῶς θαυμάτων κατὰ μέρος διήγησις, ἀφ' οὗ συνέστη μέχρι τῆς σήμερον. συγγραφεὶς παρὰ Νικηφόρου Καλλίστου τοῦ Ξανθοπούλου. &c. Nec multo pòſt, nempe folii 19 pag. 2, ſequitur ibidem elegantiſſimum & lectu digniſſimum *Encomium Urbis Conſtantinopolitanæ.* Meminit hujus Libri ſui, hactenùs nondum editi, ipſe *Nicephorus* Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ lib. 15 cap. 26, ſimul & teſtatur, ſe, quæcunque de eodem Fonte ac Templo ibi breviter narrat, inde deſumpſiſſe. Hic igitur eſt ille præſtantiſſimus atque rariſſimus Codex manuſcriptus, cujus R. P. *Jacobus Gretſerus* S. J. in Obſervationibus ſuis ad *Georgii Codini* caput vigeſimum ſecundum de Conſtantinopolitanæ Magnæ Eccleſiæ & Aulæ Officiis, pag. 264 editionis Pariſienſis in Corpore Hiſtoriæ Byzantinæ in folio, mentionem facit velut UNICI *totius Europæ Exemplaris:* Quod autem exemplar hoc manuſcriptum Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ non ſit *unicum*, ut ipſe conjecturavit, *totius Europæ exemplar*, ſed etiam aliud ejuſdem Libri exemplar MStum adſervetur *Romæ in Bibliothecâ Vaticanâ*, indicavit CL. Lambecius in Animadverſionibus ſuis in *Georgii Codini* ſuprà citatum Librum de Ædificiis Urbis Conſtantinopolitanæ, numero marginali 116, paginâ autem 199; eoque exemplari manuſcripto *Vaticano* uſus eſt *Leo Allatius* in componendâ Diatribâ de Symeonum Scriptis, ubi ejuſdem Libri meminit paginâ octogeſimâ octavâ.

CIV.

CENTESIMUS QVARTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, elegans & bonæ notæ, in *quarto*, conſtatque foliis *centum ac ſedecim*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 10 pag. 2, *NICEPHORI Gregoræ*, qui Hiſtoriam ſuam Byzantinam uſque ad annum Chriſti 1341 perduxit, *Oratio de Beatiſſimæ Virginis Deiparæ Nativitate, Præſentatione in Templo & educatione;* cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου Νικηφόρου τοῦ Γρηγορᾶ Λόγος εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον, διαλαμβάνων τήν τε γέννησιν αὐτῆς καὶ τὴν εἰς τὰ ἅγια (1) εἴσοδον καὶ ἀνατροφήν. Ἀκούω Μωσέα τὸν μέγαν, τὸ ξένον ἐκεῖνο θαῦμα τῆς βάτου πάλαι περιεργάζεσθαι θέλοντα, &c. Meminit hujus Orationis *Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 82.

Secundò, & quidem à fol. 11 pag. 1, uſque ad fol. 18 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in Annunciationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*, cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Ἐμοὶ δὲ τῶν ζωγράφων πολλάκις

ἐκείνους

(1) In Codice manuſcripto Allatiano additum fuit τῶν ἁγίων.

ἐκείνους ἐπῄει θαυμάζειν καὶ τῶν ἀνδριαντοποιῶν, ὁπόσοι τῆς χειρονικῆς περιόδου τὸ τάχος μιμεῖσθαι διὰ τῆς τέχνης ἐθέλοντες, &c. Hujus quoque Orationis meminit *Leo Allatius* in Diatribâ de Symeonum Scriptis pag. 88.

Tertiò, & quidem à fol. 19, pag. 1, uſque ad fol. 52 pag. 2, *EJUSDEM Oratio encomiaſtica, prolixa & perelegans, in Imp. Conſtantinum Magnum*; quæ inſcribitur hoc modo: Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν ἐν Βασιλεῦσι μέγιστον καὶ ἅγιον Κωνσταντῖνον τὸν ἰσαπόστολον. Digniſſima eſt hæc Oratio, ut *Supplemento Corporis Hiſtoriæ Byzantinæ* aliquando inſeratur.

Quartò, & quidem à fol. 52 pag. 2, uſque ad fol. 61 pag. 2, *MAXIMI Planudis, Monachi Conſtantinopolitani*, qui circa annum Chriſti 1353 claruit, *Oratio in Sepulturam Chriſti, & in Beatiſſimæ Virginis Deiparæ Planctum funebrem*; cujus titulus & principium: Μαξίμου Μοναχοῦ τοῦ Πλανούδη εἰς τὴν θεόσωμον ταφὴν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὸν ἐπιτάφιον θρῆνον τῆς Θεοτόκου. Ἃ μὲν ἄν τις εἰκάσῃ τεκμήριον τὴν παροῦσαν ἔχων κλίσασιν. &c. Primus hanc Orationem græcè edidit *Andreas Wechelus* Lutetiæ Pariſiorum A. 1557; latinè autem verſa à *Joachimo Axonio Graviano* exſtat eadem in Tomo primo Auctarii Bibliothecæ Veterum Patrum; ut refert R. P. *Hippolytus Maraccius Lucenſis* in Bibliothecâ Marianâ, ſub literâ M, ubi agitur de *Maximo Planude*.

Quintò, & quidem à fol. 61 pag. 2, uſque ad fol. 90 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in Sanctos Apoſtolos Petrum & Paulum*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ εἰς τοὺς ἁγίους ἐνδόξους πανευφήμους καὶ κορυφαίους τῶν Ἀποστόλων Χριστοῦ Πέτρον καὶ Παῦλον. Ἐδόκει μοι λέγειν τι περὶ τῶν Ἀποστόλων προθυμουμένῳ, μηδὲν εἶναι πόνου πολλοῦ πρᾶγμα, μηδὲ χαλεπὸν ἐγχειρῆσαι, &c. De hâc Oratione, quam R. P. *Jacobus Gretſerus* S. J. perperàm ſub nomine S. *Gregorii Nyſſeni* edidit, ut & de vero ejus autore *Maximo Planude*, vide plura Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 54, 55, 56 & 57.

Sextò, & quidem à fol. 91 pag. 1, uſque ad fol. 104 pag. 2, *GREGORII Cyprij*, Patriarchæ Conſtantinopolitani, qui ante Patriarchalem dignitatem *Georgius fuit* appellatus, *Oratio in Sanctum Magnum Martyrem Georgium*; cujus titulus & principium: Γρηγορίου Πατριάρχου Κωνσταντινουπόλεως τοῦ Κυπρίου εἰς τὸν ἅγιον ἔνδοξον μεγαλομάρτυρα Γεώργιον. Ἔθος τοῦτο τῶν λόγοις ἀγωνιζομένων σχεδὸν ἑκάστῳ, τοὺς καθ' ἑαυτὸν ἀγῶνας μεγάλους οἴεσθαι ἀξιοῦν, καὶ λαμπροὺς καὶ δυσχερεῖς ἀνύσαι, &c. Meminit hujus Orationis *Leo Allatius* in Diatribâ de *Georgiis*, ubi de hoc *Georgio* ſive *Gregorio Cyprio* à pag. 420 uſque ad pag. 425 ſatis fusè agit; item in Diatribâ de *Symeonum* Scriptis pag. 87.

Septimò, & quidem à fol. 104 pag. 2, uſque ad fol. 116 pag. 1, *EJUSDEM Oratio in Sanctam Martyrem Marinam*; cujus titulus & principium: Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν ἁγίαν ἔνδοξον μεγαλομάρτυρα τοῦ Χριστοῦ Μαρίναν. Καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἄρα, ἧς ὁ Χριστὸς κεφαλή, παράδεισον κατανοοῦμεν &c. Meminit & hujus Orationis *Allatius* in ſuprà citatis duabus Diatribis.

CV.

CENTESIMUS QVINTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtatque nunc foliis *ducentis ſeptuaginta novem*, ſed principio & fine mutilus, miſerè lacerus, à blattis, tineis & aquâ marinâ, tùm etiam ipsâ vetuſtate fœdè depravatus; quo continetur NICETÆ *Acominati Choniatæ* Hiſtoria Conſtantinopolitana de Imperatoribus Græcis.

CVI.

CENTESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum* & *quinque*, quo continetur CONSTANTINI *Manaſſis* Chronicon verſibus politicis ſcriptum.

CVII.

CENTESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *decem*, & ad *Joannem Sambucum* olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 4 pag. 1, *ex* HIPPOLYTI *Thebani, qui circa finem ſeculi poſt Chriſtum decimi claruit, Syntagmate Chronologico Libellus de Genealogiâ Sanctiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus titulus & principium: ΙΠΠΟΛΥΤΟΥ ΤΟΥ ΘΗΒΑΙΟΥ ἐκ τοῦ Χρονικοῦ αὐτοῦ Συντάγματος περὶ Γενεαλογίας τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Ἀπὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ μέχρι τῆς τῶν Μάγων παρουσίας ἔτη δύο· &c. Primus hunc Libellum ex hoc Codice ſuo manuſcripto Græco latinè vertit, & in lucem edidit ipſe *Joannes Sambucus* Tirnavienſis Pannonius Patavii typis Gratioſi Perchacini A. 1556 in octavo, ſed tantùm *latinè*, cumque Illuſtriſſimis Liberis Baronibus *Joanni Friderico* & *Ferdinando Hoffmannis* Fratribus dedicavit. Poſteà autem *græcè* ſimul & *latinè* edidit eundem Libellum *Henricus Caniſius* J. C. & SS. Canonum in Academiâ Ingolſtadienſi Profeſſor ordinarius in Parte Primâ Tomi tertii Antiquæ Lectionis A. 1603 in quarto, & quidem ex Codice manuſcripto Bibliothecæ Bavaricæ Monacenſis. Plura de hoc *Hippolyti Thebani* Libello vide Libri tertii Lambec. Comment. pag. 45, 46, 47, 98, 99, Libri quarti pag. 150, Libri quinti pag. 109, 110, & Libri ſeptimi pag. 341.

Secundò, & quidem fol. 5 pag. 1, *Imp. M.* ANTONINI *Philoſophi Epiſtola ad Euximianum Pomplionem*, Præſidem Phrygiæ Minoris, quâ illi injungit, ut *Abercium Hierapoleos Epiſcopum*, ſanctitate vitæ & miraculis celeberrimum, filiæ ſuæ *Lucillæ* à cacodæmone liberandæ causâ, cum omni reverentiâ & honore quamprimùm ad ſe mittat. Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Ἀντωνίνου Αὐτοκράτορος ἐπιστολή. Ἀντωνῖνος Αὐτοκράτωρ Σεβαστὸς Εὐξενιανῷ Πομπλίωνι χαίρειν. Ἐγὼ εἰς πεῖραν τῆς σῆς ἀγχινοίας ἔργοις αὐτοῖς καταστάς, &c. Exſtat eadem *Epiſtola* in *Vitâ S. Abercii à Symeone Metaphraſte* græcè conſcriptâ, quam in Latinum ſermonem verſam R. P. *Laurentius Surius* Carthuſianus inſeruit Tomo quinto de probatis Sanctorum Hiſtoriis d. 22. Octobris, quo tàm à Græcis quàm Romanis memoria ejus colitur. Vide etiam Eminentiſſimi Cardinalis *Baronii* Annalium Eccleſiaſticorum Tomum ſecundum A. C. 163.

Tertiò, & quidem à fol. 6 pag. 1, uſque ad fol. 10 pag. 2, *Æſopicæ quædam Fabulæ*, in principio & fine mutilæ.

CVIII.

CENTESIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *triginta quatuor*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo *Acta* CONCILII *Ferrarien-*

tarienſis & Florentini; quorum principium, ut ſuprà in Codice XVII, eſt tale: Τὴν μὲν ἀπὸ Κωνσταντινουπόλεως ἐπὶ Ἰταλίας πρόοδον, ὡς προεῖπον οὖσαν, &c. Finis autem aliquantum diſcrepat.

CIX.

CENTESIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum ſeptuaginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 156 pag. 2, THEODORETI, *Cyri* Urbis in Provinciâ Syriæ *Auguſtâ Euphrateſiâ* dictâ, *Epiſcopi*, qui A. C. 431 Concilio Generali Epheſino interfuit, nec multò poſt Concilium Generale Chalcedonenſe, A. 451 celebratum, obiit, *Hiſtoria* Φιλόθεος *ſive Religioſa de Vitâ & Converſatione Sanctorum Dei-amantium Patrum Aſcetarum*; cujus titulus & principium: Θεοδωρήτου Φιλόθεος Ἱστορία, ἢ Ἀσκητῶν πολιτεία. Τῶν ἀρίστων ἀνδρῶν καὶ τῆς ἀρετῆς ἀθλητῶν καλὸν μὲν ἰδεῖν τοὺς ἀγῶνας, καὶ τοῖς ὀφθαλμοῖς τὴν ὠφέλειαν ἀρύσασθαι· ὁρώμενα γὰρ τὰ ἐπαινούμενα &c. Primus hanc *Theodoreti* Hiſtoriam in lucem edidit *Gentianus Hervetus* Aurelianenſis Pariſiis apud Bernardum Turriſanum A. 1555 in quarto, ſed tantùm *Latinè*, mutatoque titulo Φιλόθεος in Θεοφιλής. Quamvis autem utrumque adjectivum φιλόθεος & θεοφιλὴς ejusdem ſignificationis, & tàm fœminini quàm maſculini generis ſit, rectiùs tamen hæc Hiſtoria appellatur φιλόθεος, quia ipſe *Theodoretus* eam ſic inſcripſit; ut videre eſt in ejusdem *Hiſtoriâ Eccleſiaſticâ*, ubi eam aliquoties citat, & genuinum ſuum eſſe fœtum publicè profitetur. Nempe Lib. 1. cap. 7. Lib. 2. cap. 30. Lib. 3. cap. 24. Porrò quoque Lib. 4. cap. 25. Vid. plura Lib. VIII. Commentariorum Lambecianorum pag. 315 &c.

Secundò, & quidem à fol. 156 pag. 2, uſque ad fol. 172 pag. 1, EJUSDEM *Oratio de Divinâ Charitate*; cujus titulus & principium: Περὶ τῆς θείας ἀγάπης λόγος λα. Ἡλίκοι μὲν οἱ τῆς ἀρετῆς ἀθληταί, καὶ ὅσοι, καὶ οἵοις στεφάνοις λαμπρύνονται, σαφῶς διδάσκει τὰ περὶ αὐτῶν συγγραφέντα ἩΜΙ͂Ν διηγήματα· &c. Edidit hanc *Orationem latinè Gentianus Hervetus* in fine ſuprà memoratæ Hiſtoriæ de Vitis Sanctorum Patrum Aſcetarum, in triginta Capita diviſæ, cujus & ipſe *Theodoretus* in principio hujus Orationis meminit. Eſt itaque hæc Oratio ibi *Appendix* ſuprà memoratæ Hiſtoriæ Aſceticæ ſive Religioſæ: inter Opera autem omnia *Theodoreti*, à R. P. *Jacobo Sirmondo* græcè & latinè edita, exſtat ea in Tomo quarto pag. 680 & deinceps.

CX.

CENTESIMUS DECIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *duodecim*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur:

Primo: DANIELIS Prophetæ Viſio apocrypha.

Secundò: Alia Prophetia fabuloſa Græco-barbara.

CXI.

CENTESIMUS UNDECIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtatq; foliis *ducentis quinquaginta quatuor*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo *ARRIANI Nicomedienſis Libri ſeptem de Expeditione Alexandri Magni*, & ejusdem *Liber peculiaris de Hiſtoriâ Indicâ*; de quibus omnibus vide plura ſupra in Recenſione Codicum *quadrageſimi quinti*, & *quinquageſimi ſeptimi*.

CXII.

CENTESIMUS DUODECIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátq; nunc foliis *ducentis triginta*, & olim ad *Joachimum Camerarium*, poſteà ad *Joannem Sambucum* pertinuit, quo continentur JOANNIS *Tzetzis* Grammatici Variæ Hiſtoriæ verſibus politicis conſcriptæ.

CXIII.

CENTESIMUS DECIMS TERTIUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum ſeptuaginta quinque*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 20 pag. 2, *PLUTARCHI Chæronenſis Vita L. Æmilii Pauli*; de quâ vide plura ſuprà in recenſione Codicis ſexageſimi, num. 1.

Secundò, & quidem à fol. 20 pag. 2, uſque ad fol. 34 pag. 1, *GEORGII Gemiſti Plethonis ex Bibliotheca Hiſtorica Diodori Siculi Libro ſecundo Epitome de Aſſyriorum & Medorum Regno*; cujus titulus & principium: Γεωργίου τοῦ Γεμιστοῦ ἐκ τῶν Διοδώρου τοῦ Σικελιώτου ἱστοριῶν περὶ τῆς τῶν Ἀσυρίων τε καὶ Μήδων βασιλείας ἐπιτομή. Τὸ παλαιὸν κατὰ τὴν Ἀσίαν ὑπῆρχον ἐγχώριοι βασιλεῖς, &c. Plura huc pertinentia vide ſuprà in recenſione Codicis ſeptuageſimi octavi, num. 1.

Tertiò, & quidem à fol. 34 pag. 1, uſque ad fol. 38 pag. 1, *EJUSDEM alia duo Excerpta Hiſtorica*; quorum primum *de Alexandro Magno* incipit ſine ullâ Inſcriptione his verbis: Οἱ Μακέδονες δὲ ἐξέκαμνον ἤδη ταῖς γνώμαις πόνους τε ἐκ πόνων, καὶ κινδύνους ἐκ κινδύνων &c, alterum *de Hercule* hoc modo: Καὶ Πέρδικος δὲ ὁ σοφὸς, ἐν τῷ συγγράμματι τῷ περὶ τοῦ Ἡρακλέους, &c.

Quartò, & quidem à fol. 39 pag. 1, uſque ad fol. 148 pag. 2, *PLUTARCHI Chæronenſis Vitæ Parallelæ ſive Comparatæ Alexandri Magni & C. Julii Cæſaris*; quarum *prima* incipit: Τὸν Ἀλεξάνδρου βασιλέως βίον &c; *altera* autem: Τὴν Κίννα τοῦ μοναρχήσαντος θυγατέρα &c. Inſerta autem ſunt his duabus Vitis in medio *Excerpta tria Georgii Gemiſti Plethonis*: quorum primum *de Alexandro Magno* inſcribitur: Τὰ πάθη Ἀλεξάνδρου, ſive Paſſiones Alexandri; ſecundum: Περὶ τῆς Θετταλίας, ſive de *Theſſaliâ*; tertium: Θάνατος Παλαμήδους ἐκ λιθασμοῦ, ſive *Mors Palamedis ex lapidatione*.

Quintò,

Quintò, & quidem à fol. 149 pag. 1, uſque ad fol. 153 pag. 2, GEORGII *Gemiſti Plethonis Excerpta quinque*; quorum primum eſt *Hiſtoriarum Polybii Megalopolitani Prooemium Libri tertii*; cujus principium: Ὅτι μὲν ἀρχὰς ὑποτιθέμεθα τῆς αὐτῆς πραγματείας &c; ſecundum, *de Julio Cæſare*; cujus titulus & principium: Περὶ Γαΐου Ἰουλίου Καίσαρος. Καὶ Ἀντώνιος τὸν νεκρὸν εἰς τὴν ἀγορὰν προθέμενος &c; tertium, *de Tito Imp. Veſpaſiani filio*; cujus titulus: Δημηγορία Τίτου υἱοῦ Οὐεσπασιανοῦ· &c; quartum, cujus titulus: (1) Γεφύρωσις Ῥωμαίων, ſive, *Romanorum modus conſtruendi pontis*; quintum, *de duodecim Signis Zodiaci, & de ſeptem Climatibus*.

Sextò, & quidem à fol. 153 pag. 2, uſque ad fol. 168 pag. 2, EJUSDEM *Excerptum ex Libris Geographicis de Schematibus Terræ & Orbis habitabilis, reformatum*; quorum titulus & principium: Ἐκ τῶν γεωγραφικῶν βιβλίων περὶ τῶν τῆς γῆς καὶ τῆς οἰκουμένης σχημάτων ἐπιδιορθωθὲν παρὰ Γεωργίου Γεμιστοῦ τοῦ Πλήθωνος. Τὸ τῆς γῆς τῆς οἰκουμένης σχῆμα χλαμυδοειδὲς μέν ἐστιν· &c.

Septimò, & quidem à fol. 160 pag. 1, uſque ad fol. 172 pag. 1, EJUSDEM *Excerptum de Inſomniis*; cujus principium: Πόσοις τρόποις τὰ ἐν ὕπνοις φαινόμενα ἔπεισιν, &c.

Octavò, & quidem à fol. 172 pag. 2, uſque ad fol. 174 pag. 1, EJUSDEM *Excerptum ex Operibus Hiſtoricis Procopii Cæſareenſis*; cujus titulus & principium: Ἐκ τῶν Προκοπίου Καισαρέως. Διήγητο δὲ ὧδε τὸ Ῥωμαίων κράτος ἄνωθεν ἀπό τε Κωνσταντίνου καὶ τῶν αὐτοῦ παίδων· &c.

Nonò, & quidem à fol. 174 pag. 1, uſque ad fol. 175 pag. 1, LASCARIS *cujuſdam Scriptum de Itinere ſuo per Europam*; cujus titulus & principium: Λασκαρέως. Ἐγὼ περιελθὼν γῆν πολλὴν τῆς Εὐρώπης, &c.

CXIV.

CENTESIMUS DECIMUS QUARTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus, in *quarto*, principio & fine, ac nonnullis aliis locis mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis viginti tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 7 pag. 2, JOANNIS *Monachi & Presbyteri Eubœæ, qui circa A.C. 744. claruit, Oratio hiſtorica in Annunciationem S. Joachimi & S. Annæ, & in Nativitatem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus principium: Ὁ μέγας Ἀπόστολος Παῦλος, ὁ τῶν μεγάλων μυστηρίων ἐξηγητής, &c.

Secundò, & quidem à fol. 9 pag. 1, uſque ad fol. 19 pag. 1, S. JACOBI *Apoſtoli, cognomine Minoris & Fratris Domini, Protevangelium, ſive Narratio ſuppoſititia de Nativitate Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*.

Tertiò, & quidem à fol. 19 pag. 1, uſque ad fol. 22 pag. 1, PANTALEONIS *Presbyteri Monaſterii Byzantinorum Oratio in Exaltationem S. Crucis*; cujus titulus & principium: Πανταλέοντος Πρεσβυτέρου Μονῆς τῶν Βυζαντίων, λόγος εἰς τὴν ὕψωσιν τοῦ τιμίου Σταυροῦ. Πάλιν ὑψοῦται Σταυρός· πάλιν ἡ κτίσις ἀγάλλεται· &c. Edidit hanc Orationem græcè & latinè R. P. *Jacobus Gretſerus* S. J. in ſecundo Tomo Magni Operis de Sanctâ Cruce columnâ 1233, deſumptam ex duobus Codicibus manuſcriptis *Bibliothecæ Vatica-*

(1) Fragmentum hoc deſumptum eſt ex *Arriani* Libro quinto de Expeditione *Alexandri Magni* pag. 326. ſuprà citatæ editionis Amſtelodamenſis.

Vaticanæ & *Bibliothecæ Maximi Margunii, Epiſcopi Græci.* Vide etiam ibidem ejuſdem R. P. *Gretſeri* doctiſſimas Notas in Appendice Tomi tertii, colum. 2717 ſuprà memoratæ editionis Ingolſtadienſis in folio.

Quartò, & quidem à fol. 22 pag. 1, uſque ad fol. 41 pag. 1, *Martyrium S. Arethæ & ſociorum ejus, ab* ANONYMO *quodam* (1) *incerto Autore conſcriptum*; cujus titulus & principium: Μαρτύριον τȣ͂ ἁγίȣ Ἀρέθα καὶ τῶν σὺν αὐτῷ μαρτυρησάντων. Ἔτȣς πέμπτȣ τῆς βασιλείας Ἰȣςίνȣ τȣ͂ φιλοχρίςȣ βασιλεύσαντος Ῥωμαίων πολιτείας, ἐν ἰνδικτιῶνι δευτέρᾳ, &c. Plura de ejuſdem S. *Arethæ* Martyrio vide Libri *quinti* Lambecianorum Commentariorum pag. 130, 132, 133, 134, & Libri *octavi* pag. 254, 260 & 262; ubi agitur de aliâ ejuſdem Martyrii Narratione, quæ conſcripta eſt à *Symeone Metaphraſte.* Illa autem, de quâ in præſens hìc agitur, deſumpta eſſe videtur ex *Nonnoſi Hiſtoriâ Legationis ſuæ ſub Imp. Juſtiniano I, ſive Magno ad Homeritas*; cujus *Photius* Patriarcha Conſtantinopolitanus in recenſione Codicis tertii Bibliothecæ ſuæ meminit, ut Libri *quinti* Lambec. Comment. pag. 231 jam fuſiùs indicatum eſt.

Quintò, & quidem à fol. 41 pag. 1, uſque ad fol. 47 pag. 1, S. GERMANI *Archiepiſcopi Conſtantinopolitani, qui circa annum Chriſti 740 obiit, Oratio in Sanctiſſimæ Virginis Deiparæ Præſentationem in Templo Hieroſolymitano*; cujus titulus & principium: Γερμανȣ͂ Ἀρχιεπισκόπȣ Κωνςαντινȣπόλεως εἰς τὴν παναγίαν Θεοτόκον, ὅτε προσηνέχθη ἐν τῷ ναῷ τριετίζȣσα. Ἰδὲ πάλιν ἑτέρα πανήγυρις καὶ φαιδρὰ ἑορτὴ τῆς μητρὸς τȣ͂ Κυρίȣ· ἰδὲ πρόοδος τῆς ἀμωμήτȣ νύμφης· ἰδὲ &c.

Sextò, & quidem à fol. 47 pag. 1, uſque ad fol. 61 pag. 1, *Martyrium S. Catharinæ, Reginæ & Rhetoris, ab* ATHANASIO *ipſius ſervo conſcriptum*; cujus titulus & principium: Μαρτύριον τῆς ἁγίας Μεγαλομάρτυρος Αἰκατερίνης, τῆς Βασιλείας καὶ ῥήτορος. Ἔτȣς τριακοςȣ͂ πέμπτȣ βασιλεύοντος τȣ͂ ἀσεβȣ͂ς καὶ παρανόμȣ Μαξεντίȣ &c.

Septimò, & quidem à fol. 61 pag. 1, uſque ad fol. 66 pag. 1, ANDREÆ, *Archiepiſcopi Cretenſis, Encomium in S. Nicolaum, Myrenſem in Lyciâ Epiſcopum*; cujus principium: Ἄνθρωπε τȣ͂ Θεȣ͂ καὶ πιςὲ θεράπον &c.

Octavò, & quidem à fol. 66 pag. 1, uſque ad fol. 77 pag. 1, S. GREGORII *Nazianzeni Oratio in Nativitatem Chriſti*; cujus titulus & principium: Χριςὸς γεννᾶται, δοξάσατε· &c.

Nonò, & quidem à fol. 77 pag. 1, uſque ad fol. 89 pag. 1, S. BASILII *Magni Oratio adhortatoria ad Baptiſmum*; cujus principium: Ὁ μὲν σοφὸς Σολομὼν &c.

Decimò, & quidem à fol. 89 pag. 2, uſque ad fol. 107 pag. 2, S. JOANNIS *Chryſoſtomi Oratio in Pſalmum quinquageſimum, & in Davidem, cùm ad eum acceſſit Propheta Nathan, & de Pœnitentiâ*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννȣ τȣ͂ Χρυσοςόμȣ Λόγος εἰς τὸν πεντηκοςὸν Ψαλμὸν, καὶ εἰς τὸν Δαβὶδ, ὅτε εἰσῆλθεν πρὸς αὐτὸν Νάθαν ὁ Προφήτης, καὶ περὶ μετανοίας. Οἱ ζωγράφοι μιμȣ͂νται τῇ τέχνῃ τὴν φύσιν, &c. Plura de eâdem Oratione vide Libri *quarti* Lambecianorum Commentariorum pag. 101.

Undecimò, & quidem à fol. 108 pag. 1, uſque ad fol. 124 pag. 2, S. JOANNIS *Chryſoſtomi Oratio in Incarnationem Chriſti, & quòd unicuique climati præſunt Sancti Angeli*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννȣ Ἀρχιεπισκόπȣ Κωνςαντινȣπόλεως τοῦ Χρυσοςόμȣ λόγος εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τȣ͂ Κυρίȣ ἡμῶν Ἰησȣ͂ Χριςȣ͂,

(1) Vide *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 121.

Χριςȣ̃, καὶ εἰς τὸ, ὅτι ἑνὶ ἑκάςῳ κλίμακι ἐφεςήκασιν ἅγιοι Ἄγγελοι. Οὕτως ἐπεφάνη ἡμῖν ἡ τȣ̃ Χριςȣ̃ χάρις, &c. Vide Operum S. *Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. V. pag. 851, ubi ea Oratio à *Savilio* refertur inter Scripta dubiæ fidei. Conſule etiam Librum *quartum* Lambec. Comment. pag. 114.

Duodecimò, & quidem à fol. 124 pag. 2, uſque ad fol. 135 pag. 2, EJUSDEM *Oratio in mulieres, ad ſepulchrum Chriſti unguenta afferentes, & quod nulla inter Evangeliſtas ſit diſcrepantia circa Reſurrectionem Christi*; cujus principium: Φέρε δὴ περὶ τῆς τῶν Εὐαγγελιςῶν ἱςορίας &c. Vide Operum S. *Chryſoſtomi* editionem græc. Savilianam Tom. V. pag. 740, ubi *Savilius* expreſsè indicat, ſe eam Orationem accepiſſe ex Codice quodam MSto *Cæſareo*. Refert autem eandem inter Scripta ἀμφιβαλλόμενα ſive dubia.

Decimo tertiò, & quidem fol. 135 pag. 2, & fol. 136 pag. 1, *ex* S. EPIPHANII, *Conſtantiæ ſive Salaminis in Cypro Inſulâ Epiſcopi, Panario, ſive Opere adverſus Hæreſes, Fragmentum de Genealogiâ S. Joſephi, ſponſi Beatiſſimæ Virginis Deiparæ*; cujus titulus & principium: Ἐπιφανίȣ. Ὁ Ἰωσὴφ ἀδελφὸς ἦν τȣ̃ Κλωπᾶ. ἀμφότεροι γὰρ &c. Plura de eodem Fragmento vide Libri *tertii* Lambec. Comment. pag. 197 & 198.

Decimo quartò, & quidem à fol. 136 pag. 1, uſque ad fol. 137 pag. 1, *ex* SEVERI *Epiſcopi Antiocheni Monophyſitæ Operibus Fragmentum de Triduanâ Chriſti Sepulturâ, quomodo videlicet ea intelligenda & ſupputanda ſit*; cujus titulus & principium: Σεβήρȣ Ἀντιοχείας· Πῶς νοητέον τὴν τȣ̃ Κυρίȣ τριήμερον ταφήν. Ἑκάςην ἡμέραν ἀφ' ἑσπέρας &c. Plura de eodem *Severo Epiſcopo Antiocheno, ejusque ætate, hæreſi, variâ fortunâ, & Scriptis*, vide Libri *tertii* Lambec. Comment. pag. *143*, *144* & *145*. Notandum quoque eſt idem *Severi Antiocheni* Fragmentum de Triduanâ Chriſti Sepulturâ exſtare etiam inter *S. Anaſtaſii Sinaitæ* Quæſtiones & Reſponſiones ſacras, & eſſe ibi in editione Gretſerianâ Reſponſum centeſimum quinquageſimum ſecundum.

Decimo quintò, & quidem fol. 137 pag. 1, *ex* S. JOANNIS *Chryſoſtomi Operibus Fragmentum de blaſphemiâ in Spiritum Sanctum*; cujus principium: Πολλὰ γὰρ, φησὶ, κατ' ἐμȣ̃ εἰρήκατε, ὅτι πλάνος εἰμὶ καὶ ἀντίθεος· ταῦτα ȣ̃ν ἀφίημι ὑμῖν, καὶ &c.

Decimo ſextò, & quidem fol. 137 pag. 1 & 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Annotatio hiſtorica de origine nominis Samaritarum*; cujus titulus & principium: Πόθεν οἱ Σαμαρεῖται τὴν προσηγορίαν ταύτην ἐσχήκασιν. Ἐκ τῆς προκειμένης ἱςορίας &c. Vide Operum S. *Epiphanii* editionem græco-latinam Pariſienſem R. P. *Dionyſii Petavii* S. J. Tom. I. pag. 24, ubi in *Panario* agitur de Hæreſi Samaritarum.

Decimo ſeptimò, & quidem fol. 137 pag. 2, & 138 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Expoſitio in illud Proverbiorum Salomonis cap. 9. verſ. 1*: Ἡ Σοφία ᾠκοδόμησε ἑαυτῇ οἶκον· &c; cujus principium: Χριςὸς ἡ τȣ̃ Θεȣ̃ καὶ Πατρὸς σοφία καὶ δύναμις &c. Vide etiam Librum *tertium* Lambec. Comment. pag. 99.

Decimo octavò, & quidem fol. 138 pag. 1 & 2, *ex* HIPPOLYTI, *Epiſcopi Portuenſis & Martyris Expoſitione in Canticum Canticorum Fragmentum de Scriptis Salomonis Regis Hebræorum*; quod quia lectu dignum, nec nimis prolixum eſt, integrum exhibuit Illuſtris Lambecius Lib. VIII. ſuorum Commentariorum, pag. 390. Quem, ſi placet, conſule.

Decimo nonò, & quidem à fol. 138 pag. 2, uſque ad fol. 143 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam incerti Autoris Narratio de Inventione S. Crucis & Clavorum Chriſti per S. Helenam Imp. Conſtantini Magni matrem*; cujus titulus & principium: Ζήτησις καὶ εὕρεσις

τȣ̃ τιμίȣ Σταυρȣ̃ ἐν Ἱερȣσαλὴμ ὑπὸ Ἑλένης Βασιλίσσης. Ἐγένετο κατὰ τὸν καιρὸν &c. Exſtat quidem in R. P. *Jacobi Gretſeri* S. J. Tomo ſecundo Magni Syntagmatis de S. Cruce columnâ 1709 Narratio græca ejusdem argumenti & principii, ex *Bibliothecâ Auguſtanâ Vindeliá* deſumpta; ſed de reliquo valdè diverſa.

Vigeſimò, & quidem à fol. 143 pag. 2, uſque ad fol. 148 pag. 2, S. *JOANNIS Chryſoſtomi Oratio in Meſopentecoſten*; cujus titulus & principium: Τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἰωάννȣ Ἀρχιεπισκόπȣ Κωνςαντινȣπόλεως τȣ̃ Χρυσοςόμȣ Λόγος εἰς τὸν παραλυτικὸν· ἐλέχθη δὲ τῇ ἁγίᾳ Μεσοπεντηκοςῇ εἰς τὸ, Μὴ κρίνετε κατ᾽ ὄψιν. Ὥσπερ ἡ φαεσφόρος σελήνη &c. Vide Operum S. *Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. VII. pag. 272; ſed ibi ea Oratio à *Savilio* refertur inter Scripta ἐπιγραφόμενα ſive ſuppoſititia.

Vigeſimo primò, & quidem à fol. 148 pag. 2, uſque ad fol. 156 pag. 2, *EJUSDEM Oratio in Aſcenſionem Chriſti*; cujus principium: Φαιδρὸν μοι τὸ τῆς ἐκκλησίας θέατρον &c. Vide Operum S. *Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. VII. pag. 426; ubi *Savilius* expreſsè teſtatur, ſe eam Orationem accepiſſe ex Codice quodam manuſcripto *Cæſareo*. Refert autem eam inter Scripta ἐπιγραφόμενα ſive ſuppoſititia.

Vigeſimo ſecundò, & quidem à fol. 156 pag. 2, uſque ad fol. 167 pag. 1, *EJUSDEM Oratio in Sanctam Pentecoſten*; cujus principium: Μεγάλα, ἀγαπητοὶ, καὶ πάντα λογισμὸν ἀνθρώπινον ὑπερβαίνοντα τὰ σήμερον ἡμῖν δωρηθέντα παρὰ τȣ̃ φιλανθρώπȣ χαρίσματα. διὰ τȣ̃το &c. Vide Operum S. *Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. V. pag. 610.

Vigeſimo tertiò, & quidem à fol. 167 pag. 1, uſque ad fol. 188 pag. 1, SYMEONIS *Metaphraſtæ Martyrium S. Euſtratii & ſociorum*; cujus principium: Βασιλεύοντος Διοκλητιανȣ̃ καὶ Μαξιμιανȣ̃, πᾶσα ἡ τῶν Ῥωμαίων ἀρχὴ τῆς ἀθέȣ τῶν εἰδώλων ἐπεπλήρωτο λατρείας, &c.

Vigeſimo quartò, & quidem à fol. 188 pag. 1, uſque ad fol. 194 pag. 2, ANONYMI *cujusdam Autoris Vita, Converſatio, & Miracula Sanctorum Anargyrorum Aſianorum Coſmæ & Damiani, filiorum Theodotes*; quorum principium: Τοῦ Κυρίȣ ἡμῶν Ἰησȣ̃ Χριςȣ̃ βασιλεύοντος, πᾶσα πλάνη καὶ δαιμονικὴ λατρεία ἐλύθη. ἐγένετο δὲ &c. Plura huc pertinentia vide ſuprà in recenſione Codicis LXImi, num. 15.

Vigeſimo quintò, & quidem à fol. 195 pag. 1, uſque ad fol. 206 pag. 1, *Prophetia DANIELIS à Capitis tertii principio*: Ἔτȣς ὀκτωκαιδεκάτȣ Ναβȣχοδονόσορ ὁ Βασιλεὺς ἐποίησεν εἰκόνα χρυσῆν, &c, *uſque ad Capitis duodecimi ultima hæc verba*: τȣ̀ς δὲ αἰτίȣς τῆς ἀπωλείας αὐτȣ̃ ἐνέβαλεν εἰς τὸν λάκκον, καὶ κατεβρώθησαν παραχρῆμα ἐνώπιον αὐτȣ̃.

Vigeſimo ſextò, & quidem à fol. 206 pag. 1, uſque ad fol. 212 pag. 1, *Vita S. Alexij*; cujus principium: Ἐγένετο ἀνὴρ εὐσεβὴς ἐν τῇ Ῥώμῃ, ὀνόματι Εὐφημιανὸς, ἐπὶ Ὀνωρίȣ καὶ Ἀρκαδίȣ τῶν θειοτάτων Βασιλέων Ῥώμης· &c. Plura de eâdem Vitâ vide ſuprà in recenſione Codicis LXVII, num. 1, & Codicis LXI, num. 16. pag. 380.

Vigeſimo ſeptimò, & quidem à fol. 212 pag. 1, uſque ad fol. 217 pag. 1, *Vita S. Joannis Calybetæ, ab ANONYMO quodam Autore ſynchrono conſcripta*; cujus titulus & principium: Βίος Ἰωάννȣ τȣ̃ Καλυβήτȣ. Βίον καλὸν καὶ ἀμόλυντον καὶ ἐνάρετον ἀνδρὸς δικαίȣ καὶ τελείȣ βȣ́λομαι διηγήσασθαι τῇ ἡμῶν ὁμονοίᾳ· γεγονῶτος ἘΝ ΤΟΙ͂Σ ΧΡΟ΄ΝΟΙΣ ἩΜΩ͂Ν ἀνδρὸς καταφρονήσαντος τῶν τȣ̃ βίȣ πραγμάτων· &c.

Vigeſimo

Vigeſimo octavò, & quidem à fol. 217 pag. 2, uſque ad fol. 223 pag. 2, S. *JOANNIS Chryſoſtomi Oratio in Nativitatem S. Joannis Baptiſtæ;* cujus principium: Ἔυχαιρ© ἡμέρα ἑορτῆς καὶ πανδήμου χαρᾶς, ἐν ᾗ &c. Vide Operum S. *Chryſoſtomi* editionem græcam Savilianam Tom. VII. pag. 389; ſed ibi ea Oratio refertur inter Scripta ſuppoſititia.

CXV.

CENTESIMUS DECIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum nonaginta ſex*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 73 pag. 1, *AMPHILOCHII, Iconienſis in Lycaoniâ Epiſcopi, Narratio de Vitâ & Miraculis S. Baſilii Magni, Cæſareæ in Cappadociâ Archiepiſcopi;* cujus titulus: Ἀμφιλοχίου, Ἐπισκόπου Ἰκονίου, Διήγησις &c. Exſtat quidem hæc S. *Baſilii Vita* inter Opera *Amphilochii, à Franciſco Combeſis* Pariſiis A. 1644 græcè & latinè in folio edita, à pag. 155 uſque ad pag. 225; ſed ab illâ editione impreſſâ præſens hoc manuſcriptum Exemplar *Cæſareum*, non ſolùm *varietate lectionum*, notabiliter diſcrepat, verùm etiam *magnitudine;* & præcipuè in fine, ut ex ejus apographo ab Illuſtri Lambecio Lib. VIII. ſuorum Commentariorum aliquot foliis pag. 366 & ſeqq. fuſiùs exhibito, videre eſt. Nec dubitandum, quin præſens Codex Cæſareus is ille ipſe ſit, cujus *Joannes Jacobus Friſius* in Bibliothecâ Geſnerianâ, à ſe auctâ, meminit his verbis: *De Vitâ & Miraculis Baſilii Magni Libellus Amphilochii Epiſcopi Iconii in quarto exſtat manuſcriptus in Bibliothecâ Imperatoriâ.* Verumenimverò, quamvis & ibi *Vita* iſta S. *Baſilii Magni Amphilochio Iconienſi* expreſſè attribuatur, re verâ tamen non eſt illius, ſed alterius alicujus Autoris recentioris, qui ex S. *Gregorii Nazianzeni*, S. *Gregorii Nyſſeni*, (1) *Helladii Cæſareenſis in Cappadociâ Archiepiſcopi*, & aliorum diverſorum Scriptis *Vitam* S. *Baſilii* collegit, & ſub ſpecioſo *Amphilochii* nomine edidit, quoniam & is S. *Baſilio Magno* fuit familiariſſimus, ut ex *Libro de Spiritu Sancto*, quem S. *Baſilius* ipſi dedicavit, & ex *Canonicis* ejuſdem ad eundem *Epiſtolis* videre eſt. Hunc enim dolum Eminentiſſimi Cardinales *Cæſar Baronius* & *Robertus Bellarminus* jampridem rectè animadverterunt, & ſolidiſſimè demonſtrârunt: ille quidem in Notis ad Martyrologii Romani Kalendas Januarias, quibus ejuſdem S. *Baſilii* celebratur *Depoſitio*, & in Tomo quarto Annalium Eccleſiaſticorum A. C. 363 pag. *136* & *143* editionis Plantinianæ Antverpienſis, A. 369 pag. 226, & A. 378 pag. 385; hic autem in Libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis A. C. 380.

Secundò, & quidem à fol. 73 pag. 2, uſque ad fol. 118 pag. 2, *Magni Logothetæ Conſtantinopolitani*, CONSTANTINI *Acropolitæ Oratio in Sanctam Martyrem Theodoſiam, patriâ Conſtantinopolitanam, quæ ſub Imp. Leone Iſauro pro cultu ſacrarum Imaginum Conſtantinopoli paſſa eſt;* cujus titulus & principium: Τοῦ σοφωτάτου μεγάλου Λογοθέτου κυροῦ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙ´ΝΟΥ ΤΟΥ͂ ᾿ΑΚΡΟΠΟΛΙ´ΤΟΥ Λόγ© εἰς τὴν ἁγίαν

(1) Fuit hic *Helladius*, *S. Baſilii Magni diſcipulus*, & *ſucceſſor in Archiepiſcopatu Cæſareenſi*; meminitque Vitæ S. Baſilii Magni ab eo conſcriptæ *S. Joannes Damaſcenus* in Oratione primâ de Imaginibus pag. 756 editionis Pariſinæ Billianæ. Sed illa S. Baſilii vita, ab *Helladio* compoſita, nunc deſideratur, ejusque loco exſtat ſuppoſititia iſta ſub nomine *Amphilochii Iconienſis*.

ὁσιομάρτυρα Θεοδοσίαν. Γυναῖκα μὲν ἀνδρείαν &c. Plura de eâdem Oratione vide Libri *quarti* Lambec. Comment. pag. 63.

Tertiò, & quidem à fol. 119 pag. 1, uſque ad fol. 171 pag. 2, GREGORII *Cyprii, Patriarchæ Conſtantinopolitani*, *Oratio in Sanctum Magnum Martyrem Georgium*; cujus principium: Ἔθος τοῦτο τῶν λόγοις ἀγωνιζομένων &c. Plura de eâdem Oratione vide ſuprà Codice CIVto, num. 6. Quibus nunc addo, idem S. *Georgii Encomium*, à *Georgio ſive Gregorio Cyprio compoſitum*, à RR. PP. *Henſchenio* & *Papebrochio* ex Codice quodam manuſcripto *Bibliothecæ Vaticanæ græcè* editum eſſe in Appendice Tomi tertii de Actis Sanctorum menſis Aprilis, pag. XXV. & deinceps; verſionem autem *latinam* ejuſdem Encomii eidem Tomo inſertam eſſe die vigeſimo tertio Aprilis à pag. 123 uſque ad pag. 131. Operæ pretium autem forſan fuerit editionem illam cum Codice manuſcripto *Cæſareo*, de quo in præſens agitur, ut & cum altero iſto centeſimo quarto diligenter & accuratè conferri.

Quartò, & quidem à fol. 172 pag. 1, uſque ad pag. 196 pag. 2, ASTERII, *Amaſeæ in Ponto Epiſcopi orthodoxi, qui poſt Imperium Juliani Apoſtatæ circa annum Chriſti quadringenteſimum præcipuè floruit*, *Encomium in Sanctos Martyres*; cujus titulus & principium: Ἀστερίου Ἐπισκόπου Ἀμασείας Ἐγκώμιον εἰς τοὺς ἁγίους Μάρτυρας. Ἔστιν ὡς ἔοικεν καὶ παρὰ τῶν σφόδρα δυσμενῶν καὶ ἀδιαλλάκτων ἐχθρῶν ὠφεληθῆναι τὰ μέγιστα· καὶ τοῦτο δείκνυσιν &c. Edidit quidem hanc Orationem græcè & latinè *Franciſcus Combeſis* in Novi Auctarii Bibliothecæ Patrum græco-latinæ Tomo primo, à columnâ 181 uſque ad columnam 208, deſumptam ex *Bibliothecâ Cardinalis Columnæ*, exſcribente ac communicante R. P. *Jacobo Sirmundo* S. J. ſed, teſte Lambecio, Lib. VIII. Comment. 373, corruptam & depravatam.

CXVI.

CENTESIMUS DECIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, elegans & optimæ notæ, in *quarto*, conſtatque nunc foliis *ducentis quadraginta uno*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continentur HELIODORI, Emeſæ in Phœniciâ nati, (1) Libri decem dramatici de caſtis amoribus *Theagenis & Charicleæ* (2) Æthiopica inſcripti.

CXVII.

CENTESIMUS DECIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque foliis *centum & octo*. Continetur eo JOANNIS *Magiſtri*, cognomine *Canabutii*, ad *Principem Urbis* (3) *Æni in Thraciâ juxta* (4) *Hebri fluvii oſtium, & Inſulæ* (5) *Samothraces ſeu Samothraciæ in Mari Ægæo ſupra Lemnum*, *Commentarius epiſtolaris in* DIONYSII *Halicarnaſſenſis*, qui ſub (6) *Imp. Auguſto* floruit, locum ſingularem Libri primi Ἀρχαιολογίας Ῥωμαϊκῆς ſive Antiquitatum

(1) Demum evaſit *Tricæ* in Theſſaliâ *Epiſcopus*, quo tamen Epiſcopatu cedere maluit, quàm jam memoratum Drama amatorium ſupprimere. (2) Prodierunt ii in lucem græcè & latinè cum Notis *Hieronymi Commelini* Lugduni ad Rhodanum A. 1621. in octavo, apud viduam Antonii de Harſy. (3) Appellatur ea nunc vulgò *Ygnos*. Vide *Joannis Leunclavii* Pandecten Hiſtoriæ Turcicæ cap. 32. (4) Appellatur is nunc vulgò *Marica* vel *Meriza*. Vide eundem *Leunclavium* loco jam citato. (5) Vulgò nunc *Samandrachi*. (6) Vide *Voſſium* de Hiſtoricis Græcis lib. 2, cap. 3.

tum Romanarum *de Inſulá Samothrace & Diis Troicis.* Diviſus autem eſt totus ille Commentarius in *Capita nonaginta ſex*, *Proœmiúmque*, illis præfixum, inſcribitur atque incipit hoc modo: Ἰωάννου τοῦ Μαγίστρου πρὸς τὸν Αὐθέντην τῆς Αἴνου καὶ Σαμοθράκης. Τῷ ὑψηλοτάτῳ καὶ μεγαλοπρεπεστάτῳ μοι Αὐθέντῃ τῆς Αἴνου καὶ Σαμοθράκης. Τῆς δουλικῆς ταύτης καὶ ταπεινῆς ἀναφορᾶς πρὸς τὴν Αὐθεντίαν σου, ὑψηλότατε καὶ μεγαλοπρεπέστατε Αὐθέντα, οὐκ ἔστιν ἄλλη ἀρχὴ καὶ ὑπόθεσις εἰ μὴ ὁ ἱστορικὸς ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ὁ Ἁλικαρνασσεύς· &c. Multa certè in hoc *Commentario*, hactenùs, quod ſciam, *inedito*, obſervatu digna ſunt, quæ *Dionyſii Halicarnaſſenſis* Vitæ & Scriptis lucem non exiguam poſſunt afferre. Exſtat quidem illius mentio in Appendice pereruditæ Exercitationis doctiſſimi *Leonis Allatii* de Menſurâ temporum Antiquorum, & præcipuè Græcorum, à *Bartholdo Nihuſio* Coloniæ Agrippinæ A. 1645 in octavo editæ, ubi in *Catalogo Librorum Allatianorum*, editorum & nec dum editorum, p. 239 inter Libros nondum editos num. XLVI. memoratur *Joannes Canabutius de Inſulâ Samothraciâ, & Diis Troicis*; ſed, an illa editio poſteà plenè abſoluta fuerit, & unde Allatius cognomen illud *Canabutii*, quod in jam memorato Codice *Cæſareo* deeſt, deſumpſerit, id mihi prorsùs eſt incognitum. Ut igitur curioſi Librorum nondum editorum indagatores cognoſcant, quid Commentario iſto, non tantùm *generatim*, ſed & *ſpeciatim*, contineatur, exhibentur omnium *nonaginta ſex Capitum Lemmata* ſeu *Argumenta græcè*, ut ibidem minio in margine adſcripta ſunt, cum *verſione etiam latinâ*. Α΄ Τί φησι Πλάτων περὶ φιλοσοφούντων Βασιλέων. *I: Quid dicat Plato de Regibus philoſophantibus.* Β΄· Ὅτι εἰκόνες τοῦ Θεοῦ εἰσὶν οἱ Βασιλεῖς ἐπὶ τῆς γῆς. *II. Quòd imagines Dei ſint Reges in terrâ.* Γ΄· Τί ἔγραψεν Ἀλέξανδρος πρὸς τὸν διδάσκαλον αὐτοῦ Ἀριστοτέλην. *III. Quid ſcripſerit Alexander ad præceptorem ſuum Ariſtotelem.* Δ΄· Περὶ Λυκούργου, καὶ τί εἶπε πρὸς αὐτὸν τὸ τοῦ Ἀπόλλωνος εἴδωλον. *IV: De Lycurgo, & quid dixerit ipſi Idolum Apollonis.* Ε΄· Περὶ τῶν νόμων, ὅτι εὑρήματα σοφῶν ἀνθρώπων εἰσί. *V: De Legibus, quod hominum ſapientum inventum ſint.* ς΄· Ὅτι καὶ ἡ ἰατρικὴ εὕρημα τῆς φιλοσοφίας ἐστίν. *VI: Quòd etiam Medicina inventum Philoſophiæ ſit.* Ζ΄· Περὶ τῶν κοινῶς λεγομένων λεπτουργῶν καὶ λιθοξόων. *VII: De ſculptoribus ſubtilibus, vulgò dictis Lepturgis, & de lapicidis ſeu ſtatuariis.* Η΄· Περὶ τεκτόνων, τῶν κοινῶς λεγομένων (1) πελεκάνων. *VIII: De architectis, vulgò dictis Pelecanis.* Θ΄· Περὶ ναυτῶν, καὶ τοῦ ἀστέρος τῆς τραμουντάνας. *IX. De nautis & ſtellâ Tramontanæ.* Ι΄· Περὶ τῆς καταγραφῆς τῶν παραθαλασσίων τόπων, καὶ ἀκρωτηρίων, καὶ λιμένων. *X. De deſcriptione maritimorum locorum, & promontoriorum, & portuum.* ΙΑ΄· Περὶ τῆς μαγνῆτιδος λίθου, καὶ ὅπως δι' αὐτῆς ποιοῦσιν οἱ ναῦται τὰ λεγόμενα (2) βελόνια. *XI: De Magnete lapide, & quomodo per ipſum nautæ faciant vela.* ΙΒ΄. Ὅτι οἱ χειροτέχναι, τὰ μὲν ἔργα τῶν τεχνῶν ποιοῦσι· τὰς δὲ αἰτίας καὶ τὰς ἀρχὰς τῶν τεχνῶν οὐ γινώσκουσι. *XII: Quòd opifices opera quidem artium faciunt; cauſas autem & principia artium non intelligunt.* ΙΓ΄. Περὶ τῆς ἱερᾶς καὶ μυστικῆς τέχνης τῆς Χυμίας, ἣν λέγουσιν βαρβαρίζοντες Ἀρχυμίαν. *XIII: De ſacrâ & myſticâ arte Chymiæ, quam barbarè vocant Archymiam ſeu Alchymiam.* ΙΔ΄· Περὶ Κλεοπάτρας τῆς Βασιλίσσης Αἰγύπτου, καὶ Ἰουστινιανοῦ τοῦ Βασιλέως. *XIV: De Cleopatrâ Reginâ Ægypti, & Juſtiniano Imperatore.* ΙΕ΄. Ὅτι οὐδὲν τῶν πραγμάτων ἄχρηστον. *XV: Quòd nulla res ſit inutilis.* Ις΄· Ὅτι κατὰ

(1) Vide *Joannis Meurſii* Gloſſarium Græco-barbarum in explicatione vocis πελεκάνος. (2) Locus ſingularis, per quem ſuprà citatum *Meurſii* Gloſſarium augeri poteſt vocabulo βελόνιον pro velo.

τὴν ἁγίαν γραφὴν πάντα, ὅσα ἐποίησεν ὁ Θεὸς, εἰσὶ καλὰ λίαν, καὶ τὰ δοκοῦντα κακὰ καὶ ἄχρηστα, ὡς οἱ ὄφεις. *XVI: Quòd ſecundùm Sacram Scripturam omnia, quæ fecit Deus, ſint valdè bona, & quidem etiam ea, quæ videntur mala & inutilia, ut ſerpentes.* ΙΖʹ· Περὶ τῆς πατρίδος τοῦ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ, καὶ περὶ τῆς Ἰωνίας. *XVII: De Patriâ* DIONYSII *Halicarnaſſenſis, & de Ioniâ.* ΙΗʹ· Περὶ τοῦ, ποτὲ ἀπῆλθεν ὁ Διονύσιος εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ τί ἐποίησεν ἐκεῖ διατρίβων. *XVIII: De eo, quando Dionyſius commigravit Romam, & quid fecerit, ibi commorans.* ΙΘʹ· Τίνα ἔλεγον οἱ Ἕλληνες περὶ τῆς Ῥώμης, καὶ τῶν οἰκιστῶν αὐτῆς, καὶ πάντων τῶν Ῥωμαίων. *XIX: Quæ dixerunt Græci de Româ, ejusque habitatoribus, & omnibus Romanis.* Κʹ· Ὅτι ὁ Διονύσιος ἐναντία εὑρίσκε τὰ τῶν Ῥωμαίων πράγματα, παρὰ ἔλεγον οἱ Ἕλληνες. *XX: Quòd Dionyſius de rebus Romanis invenerit contraria iis, quæ dixerunt Græci.* ΚΑʹ· Διὰ ποίας αἰτίας ἦλθεν ὁ Διονύσιος εἰς τὸ γράψαι τὴν ἱστορίαν τῆς Ῥώμης. *XXI: Quibus de cauſis Dionyſius animum appulerit ad ſcribendam Hiſtoriam Urbis Romæ.* ΚΒʹ· Ὅτι βούλεται, ἵνα δείξῃ ὁ Διονύσιος, ὅτι οἱ Ῥωμαῖοι οὐκ ἦσαν Βάρβαροι, ἀλλὰ γένος Ἑλληνικόν. *XXII: Quòd Dionyſius voluerit demonſtrare, Romanos non fuiſſe Barbaros, ſed oriundos genere Græco.* ΚΓʹ· Ὅτι, καθὼς λέγει ὁ Διονύσιος, οἱ θεοὶ αὐτοῦ δικαίως ἐτίμησαν τὴν Ῥώμην διὰ τὴν ἀρετὴν καὶ τὴν δικαιοσύνην τῶν Ῥωμαίων. *XXIII: Quòd, ut ait Dionyſius, Dii ipſius gentiles meritò honorârint Romam propter virtutem & juſtitiam Romanorum.* ΚΔʹ· Ὅτι θερμὸς ἦν ὁ Διονύσιος εἰς τὴν πίστιν αὐτοῦ τὴν ἑλληνικήν. *XXIV: Quòd Dionyſius fervidus fuerit cultor Religionis ſuæ gentilis.* ΚΕʹ· Ὅπως οὐχ οἱ θεοὶ τοῦ Διονυσίου καὶ τῶν Ἑλλήνων ἐτίμησαν καὶ ηὔξησαν τὴν Ῥώμην, ἀλλ' ὁ τρισυπόστατος Θεὸς, ἐπειδὴ ἔμελλε πρώτη δέξασθαι τὸ μυστήριον τοῦ χριστιανισμοῦ διὰ τῆς διδαχῆς Πέτρου καὶ Παύλου, καὶ γενέσθαι κεφαλὴ τῆς Ἐκκλησίας Χριστοῦ. *XXV: Quomodo, non Dii Dionyſii & Græcorum honorârint & augmentârint Urbem Romam, ſed Summus Triunus Deus, quoniam illa prima ſuſceptura erat myſterium Chriſtianiſmi per doctrinam Petri & Pauli, & futura Caput Eccleſiæ Chriſti.* ΚϚʹ· Ὅτι διὰ τὴν χριστοκτονίαν ὠργισμένης ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἀντ' ἐκείνης ὁ Θεὸς τὴν Ῥώμην ἀνύψωσε· δι' ἧς καὶ ἠφάνισε καὶ διέφθειρεν αὐτὴν διὰ τῶν χειρῶν Οὐεσπασιανοῦ καὶ Τίτου, Βασιλέων καὶ στρατηγῶν Ῥώμης. *XXVI: Quòd Urbe Hieroſolymitanâ propter Chriſti necem Deo redditâ invisâ, illius loco Deus exaltaverit Romam; per quam eam quoque perdidit ac delevit manibus Veſpaſiani & Titi Imperatorum & Ducum Romanorum.* ΚΖʹ· Ὅτι ἡ Ῥώμη μέχρι τῆς σήμερον κεφαλὴ τοῦ κόσμου ἐστὶν διὰ τὴν Ἐκκλησίαν καὶ τὸ τοῦ Πάπα ἀξίωμα. *XXVII: Quòd Roma uſque ad hanc diem Caput Mundi ſit propter Eccleſiam & Dignitatem Papæ.* ΚΗʹ· Δευτέρα αἰτία, δι' ἣν ἦλθεν εἰς τὴν ἱστορίαν τῆς Ῥώμης ὁ Διονύσιος. *XXVIII: Secunda cauſa, propter quam ad ſcribendam Urbis Romæ Hiſtoriam acceſſit Dionyſius.* ΚΘʹ· Τρίτη αἰτία, δι' ἥντινα ἦλθεν ὁ Διονύσιος εἰς τὴν ἱστορίαν τῆς Ῥώμης. *XXIX: Tertia cauſa ſcribendæ Hiſtoriæ Urbis Romæ per Dionyſium.* Λʹ· Πρῶτος στόλος Ἑλλήνων εἰς Ἰταλίαν, ὃν ἤγαγεν Οἴνωτρος. *XXX: Prima claſſis Græcorum in Italiam, quam duxit Oenotrus.* ΛΑʹ· Δεύτερος στόλος Ἑλληνικὸς εἰς Ἰταλίαν τῶν καλουμένων Πελασγῶν. *XXXI: Secunda claſſis Græca in Italiam Pelaſgorum.* ΛΒʹ· Τρίτος στόλος Ἑλληνικὸς εἰς Ἰταλίαν, ὃν ἤγαγεν Εὔανδρος. *XXXII: Tertia claſſis Græca in Italiam, quam duxit Evander.* ΛΓʹ· Τέταρτος στόλος Ἑλληνικὸς εἰς Ἰταλίαν, ὃν ἤγαγεν Ἡρακλῆς. *XXXIII: Quarta claſſis*

Græca in Italiam, quam duxit Hercules. ΛΔ'· Διὰ τίνα αἰτίαν ἀπῆλθεν ὁ Ἡρακλῆς μέχρι τοῦ ἄκρου τῆς γῆς. *XXXIV: Quam ob cauſam Hercules profectus fuerit uſque ad extremitatem terræ.* ΛΕ'· Πῶς ἐτιμήθη ὁ Ἡρακλῆς ὡς Θεός. *XXXV: Quomodo cultus fuerit Hercules tanquam Deus.* Λϛ'· Ὅτι οἱ καταλειφθέντες εἰς Ἰταλίαν ὑπὸ Ἡρακλέους Ἕλληνες εἰς τὸν λεγόμενον Σατούρνιον, ὕστερον δὲ Καπιτώλινον, κατῴκησαν λόφον. *XXXVI: Quòd Græci ab Herculè in Italiâ relicti collem, primò Saturnium, poſteà autem Capitolinum dictum, inhabitaverint.* ΛΖ'· Ὅτι ἀπὸ τῆς κεφαλῆς, ἥτις εὑρέθη ἐν τῷ λόφῳ τούτῳ, κτιζομένου τοῦ ναοῦ ὑπὸ τοῦ ἐγγόνου τοῦ Ταρκυνίου, ὁ λόφος ἐκλήθη Καπιτωλῖνος. *XXXVII: Quòd à capite humano in hoc colle in fundamentis Templi, à (1) nepote Tarquinii Priſci Tarquinio cognominè Superbo exſtructi, invento, appellatus is fuerit Capitolinus.* ΛΗ'· Ἀπόφασις τοῦ μάντεως περὶ τῆς εὑρεθείσης κεφαλῆς ἐν τῷ Σατουρνίῳ λόφῳ ἐν τοῖς θεμελίοις τοῦ κτιζομένου ναοῦ. *XXXVIII: Sententia vatis de invento capite in Saturnio colle in fundamentis Templi exſtruendi.* ΛΘ'· Ὅτι ὁ λόφος ἔτος καὶ ἀπὸ γυναικὸς Ταρπηίας, ἥτις παρέδωκε τὸ ἐν αὐτῷ φρούριον τοῖς Σαβίνοις, Ταρπήϊος ὠνομάσθη. *XXXIX: Quòd hic collis etiam à fœminâ nominè Tarpeiâ, quæ Arcem in eo ſitam Sabinis prodidit, Tarpejus appellatus ſit.* Μ'· Ὅτι τὸ φανερὸν καὶ ὁμολογούμενον ἡ Ῥώμη ἀπὸ τῶν ἀπογόνων τῶν Τρώων ἐκτίσθη καὶ οἰκήθη. *XL: Quòd manifeſtum & in confeſſo ſit, Romam à poſteris Trojanorum conditam & habitatam fuiſſe.* ΜΑ'· Ὅτι ὁ βαρβαρισμὸς διὰ τὸ γένος καὶ τὴν γλῶσσαν λέγεται, οὐ διὰ τὴν πίστιν. *XLI: Quòd Trojani à Græcis Barbari appellentur reſpectu generis & linguæ, non autem religionis.* ΜΒ'· Ἀπόδειξις, ὅτι καὶ τῶν Τρώων τὸ γένος Ἑλληνικὸν ἦν. *XLII: Demonſtratio, quòd etiam Trojanorum genus fuerit Græcum.* ΜΓ'· Περὶ Ἄτλαντος τοῦ Βασιλέως τῆς Ἀρκαδίας, καὶ τῶν ἑπτὰ θυγατέρων αὐτοῦ. *XLIII: De Atlante Rege Arcadiæ, & ſeptem ejus filiabus.* ΜΔ'· Ὅπως ὁ Ζεὺς ἐποίησεν τὰς θυγατέρας τοῦ Ἄτλαντος ἀστέρας. *XLIV: Quomodo Jupiter Atlantis filias transformârit in ſtellas.* ΜΕ'· Ὅτι τὸ λεγόμενον (2) Ἑξάστερον, ἢ καὶ (3) Πουλία λέγεται, αἱ θυγατέρες τοῦ Ἄτλαντός εἰσι κατὰ τὸν μῦθον. *XLV: Quòd Sidus, dictum Sexſtellium, ſeu potiùs Septiſtellium, quod vulgò etiam Gallina glociens ſeu incubans vocatur, filiæ ſint Atlantis ſecundùm fabulam poëticam.* Μϛ'· Γενεαλογία τοῦ Δαρδάνου καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ. *XLVI: Genealogia Dardani & filiorum ejus.* ΜΖ'· Περὶ τοῦ μεγάλου κατακλυσμοῦ, ὅστις ἐγένετο εἰς τὴν Ἀρκαδίαν, καὶ ὅπως ἔφυγον ἐκεῖθεν οἱ Ἀρκάδες διὰ στέρησιν τῆς τροφῆς. *XLVII: De magno diluvio, quod accidit in Arcadiâ, & quomodo inde aufugerint Arcades propter defectum victûs.* ΜΗ'· Περὶ τῆς διαιρέσεως τῆς ὅλης γῆς εἰς Ἀσίαν, καὶ Λιβύην, καὶ Εὐρώπην. *XLVIII: De diviſione totius Orbis terrarum in Aſiam, Libyam, & Europam.* ΜΘ'· Περὶ τῆς Θρᾴκης, τίς ἐστιν. *XLIX: De Thraciâ, quænam ſit.* Ν'· Ὅτι ὁ Δάρδανος ἐξελθὼν ἀπὸ τῆς Ἀρκαδίας, κατήντησεν μετὰ τοῦ στόλου αὐτοῦ εἰς τὴν Σαμοθρᾴκην, καὶ ὅπως ὠνομάσθη τὸ νησίον τοῦτο Σαμοθρᾴκη. *L: Quòd Dardanus profectus ex Arcadiâ cum claſſe ſuâ, obviam habuerit Samothracen,*

(1) Ita *Dionyſius Halicarnaſſenſis* in Libro quarto. *Livius* autem lib. 1. cap. 55. vocat eundem *Tarquinium Superbum Tarquinii Priſci filium.* (2) Utitur eâ voce Ἑξάστερον in eodem argumento etiam *Aratus.* Vulgò autem dicitur *Septiſtellium*, germanicè, das Siebengeſtirn. Nam *ſeptem* illa eſſe feruntur, Quamvis ſint oculis hominum *ſex* obvia ſigna; & Tantùm apparet ſub opacâ *ſeptima* nube. Vide *Philippi Cæſii* Cœlum Aſtronomico-Poëticum ſub ſigno Tauri, ubi de *Plejadibus* ſeu *Virgiliis* ſatis fusè agitur. (3) Πουλία græco-barbarè *Gallina*, à voce Gallicâ *Poule*, quæ *Gallinam* ſignificat. Addendum ergò hoc vocabulum eſt *Joannis Meurſii* Gloſſario Græco-barbaro. Similiter etiam idem Sidus germanicè appellatur die Gluckhenne.

thracen, & quomodo hæc Inſula appellata fuerit Samothrace. ΝΑʹ. Περὶ Νυμφῶν, τίνες εἰσὶν, καὶ πόσα γένη τέτων εἰσὶν, καὶ ὅτι γένη δαιμόνων εἰσὶν, ἃ καλῦσιν οἱ κοινοὶ βαρβαρίζοντες Νεραΐδας. *LI: De Nymphis, quænam ſit, & quot genera earum ſint, & quòd genera ſint dæmoniorum, quæ vulgus barbarè vocat Neragidas, cùm appellare eas deberet Nereidas.* ΝΒʹ. Τίνα συνήθειαν εἶχον οἱ Ἕλληνες, καὶ ὅπως τοὺς προτετιμημένους ἀνθρώπους ἐκάλων Ἥρωας, τὰς δὲ προτετιμημένας γυναῖκας Νύμφας. *LII: Quam conſuetudinem habuerint Græci, & quomodo præſtantiſſimos viros appellârint Heroas, præſtantiſſimas autem fœminas Nymphas.* ΝΓʹ. Τί ἐποίησαν οἱ Ἀθηναῖοι παραγινομένε τὲ Καίσαρος εἰς τὰς Ἀθήνας. *LIII: Quid fecerint Athenienſes adveniente Cæſare Athenas.* ΝΔʹ. Ὅτι οἱ Ἕλληνες καὶ Δάρδανος ὀλίγον χρόνον ποιήσαντες εἰς τὴν Σαμοθράκην, οἱ πλείονες πάλιν ἐπέρασαν εἰς τὴν ἀνατολήν. *LIV: Quòd Græci & Dardanus exiguum tempus in Samothrace commorantes, plurimi rursùs trânſierint in Orientem.* ΝΕʹ. Περὶ τὲ θανάτε Ἰάσε τὲ ἀδελφῦ Δαρδάνε ὑπὸ κεραυνῦ εἰς τὴν Σαμοθράκην. *LV: De morte Jaſi fratris Dardani, fulmine icti in Samothrace.* Νϛʹ. Περὶ τὲ Ἑλλησπόντε, τίς ἐςι, καὶ ἱςορία, ὅπως ἐκλήθη Ἑλλήσποντος. *LVI: De Helleſponto, quis ſit, & hiſtoria, quomodo appellatus fuerit Helleſpontus.* ΝΖʹ. Ὅπως ἐμερίσθησαν ὁ Δάρδανος καὶ ὁ υἱὸς αὐτὲ Ἰδαῖος. *LVII: Quomodo Dardanus & filius ejus Idæus à ſe invicem ſegregati ſint.* ΝΗʹ. Τίς ἐςι ἡ Φρυγία καλεμένη. *LVIII: Quænam ſit Regio, quæ appellatur Phrygia.* ΝΘʹ. Ὅτι ὁ Ἰδαῖος κατῴκησεν εἰς τὰ ὄρη τῆς Φρυγίας, ἅτινα ὠνόμασεν Ἰδαῖα. *LIX: Quòd Idæus inhabitârit montes Phrygiæ, quos appellavit Idæos.* Ξʹ. Πῶς ὀνομάζεσι σήμερον οἱ Τοῦρκοι τὰ Ἰδαῖα ὄρη. *LX: Quomodo appellent hodiè Turci montes Idæos.* ΞΑʹ. Περὶ τῆς μητρὸς τῶν ἑλληνικῶν θεῶν τῆς Ῥέας, καὶ περὶ τὲ ἀνδρὸς αὐτῆς Κρόνε, καὶ τῶν υἱῶν αὐτῶν καὶ τῶν θυγατέρων. *LXI: De Matre Deorum gentilium Rheá ejusque marito Saturno, eorumque filiis ac filiabus.* ΞΒʹ. Ὅτι ὁ Ἥφαιςος λατινικῶς λέγεται Βελικάνος. *LXII: Quòd Hephæſtus latinè dicatur Vulcanus.* ΞΓʹ. Μερισμὸς τῆς βασιλείας τὲ Κρόνε ὑπὸ τῶν υἱῶν αὐτὲ. *LXIII: Diviſio Regni Saturni inter ipſius filios.* ΞΔʹ. Διὰ τί λέγεται Πλέτων ὁ Ἅδης. *LXIV: Cur Pluto appelletur Ades.* ΞΕʹ. Τίς ἐςιν ἡ δύναμις τῆς θεᾶς τῆς Ἑςίας καὶ τῆς θεᾶς τῆς Δημήτρας. *LXV: Quænam ſit potentia Deæ Veſtæ & Deæ Cereris.* Ξϛʹ. Ὅτι βαρβαρωθὲν ἡ πυρεςία πῦρ τῆς Ἑςίας λέγεται. *LXVI: Quòd ignis Veſtæ barbarè appelletur Pyroſtia.* ΞΖʹ. Περὶ τὲ Δαρδάνε, ὅπως κατῴκησεν εἰς τὸν Ἑλλήσποντον, καὶ ἔκτισεν καὶ πόλιν Δάρδανον. *LXVII: De Dardano, quomodo habitaverit in Helleſponto, & condiderit Urbem nomine Dardanum.* ΞΗʹ. Ὅτι καὶ ἀπὸ τὲ Δαρδάνε καὶ ἀπὸ τῦ Τεύκρε ἡ χώρα τῶν Τρώων οἰκισθεῖσα, ποιεῖ τοὺς Τρῶας καὶ τὰ ἀπόγονα αὐτῶν Ἕλληνας εἶναι. *LXVIII: Quòd & à Dardano & à Teucro Regio Trojanorum inhabitata, Trojanos effecerit poſteros Græcorum.* ΞΘʹ. Ἑτέρα αἰτία, δι' ἣν μνημονεύει τῆς ΣΑΜΟΘΡΑΚΗΣ ὁ Διονύσιος. *LXIX: Altera cauſa, ob quam Dionyſius Halicarnaſſenſis mentionem facit SAMOTHRACIÆ.* Οʹ. Περὶ τῆς ἁρπαγῆς τῆς Ἑλένης ὑπὸ Ἀλεξάνδρε τὲ Πάριδος. *LXX: De raptu Helenæ per Alexandrum cognomine Paridem.* ΟΑʹ. Περὶ τῆς κατασκευῆς τῦ ξυλίνε ἵππε, δι' ὃ ἔλαβον τὴν Τρῳάδα οἱ Ἕλληνες. *LXXI: De conſtructione equi lignei, per quem ceperunt Troadem Græci.* ΟΒʹ. Περὶ τῦ πατρὸς τῦ Πριάμε τῦ Λαομέδοντος, ὅπως ἀπέθανεν εἰς Μιτυλήνην.

τυλήνην. *LXXII: De patre Priami Laomedonte, quomodo obierit in Mitylene.* ΟΓ'· Περὶ τ̃ Αἰνείε, ὅπως ἀνέβη εἰς τὴν ἀκρόπολιν τ̃ Τρωάδος, ὡς ἐνόησεν, ὅτι εἰσήλθοσαν οἱ Ἕλληνες εἰς τὴν Τροίαν. *LXXIII: De Ænea, quomodo aſcenderit in Acropolin ſive Arcem Troadis, poſtquam cognovit Græcos jam ingreſſos eſſe Trojam.* ΟΔ'· Φυγὴ τοῦ Αἰνείε ἀπὸ τ̃ ἀκροπόλεως μετὰ ἀσφαλείας ἐπὶ τὰ ὄρη τὰ ὑψηλὰ τ̃ Τρωάδος. *LXXIV: Fuga Æneæ ex Arce cum munitione in montes Troadis altiſſimos.* ΟΕ'· Συμβίβασις Ἑλλήνων καὶ τοῦ Αἰνείε, καὶ χρησμὸς, ὃν ἔλαβε παρὰ τῶν θεῶν ὁ Αἰνείας περὶ ἀποδημίας αὐτοῦ. *LXXV: Tranſactio Græcorum & Æneæ, & Oraculum, quod accepit à Diis Æneas de ſuâ migratione.* Ος'. Ἄφιξις τοῦ Αἰνείε εἰς Λαρεντὸν τῆς Ἰταλίας· ἔνθα ἔφαγον ὁ στρατὸς τὰς τραπέζας αὐτῶν, ἤγουν τὰ ὑποστρωμένα σελίνα. *LXXVI: Adventus Æneæ Laurentum Italiæ; ubi comedit exercitus menſas ſuas, nempe ſubſtratum apium.* ΟΖ'· Περὶ τῆς χοίρε, ἥτις ἔτεκε τριάκοντα εἰς τὸν τόπον, ὃν ἔμελλε κτίσαι τὴν πόλιν ὁ Αἰνείας κατὰ τὸν χρησμόν. *LXXVII: De ſue, quæ triginta porcellos peperit eo loco, ubi Æneas ſecundum Oraculum conditurus eſſet Urbem.* ΟΗ'· Περὶ Λατίνε τοῦ Βασιλέως τῆς χώρας Λατίνων. *LXXVIII: De Latino, Rege Regionis Latinorum.* ΟΘ'· Συμβίβασις Λατίνε καὶ Αἰνείε, καὶ κτίσις τοῦ Λαϊνίε. *LXXIX: Tranſactio Latini & Æneæ, & ædificatio Lavinii.* Π'· Κτίσις μετὰ τριάκοντα χρόνες τῆς Ἄλβας Λόγγας. *LXXX: Ædificatio Albæ Longæ poſt triginta annos.* ΠΑ'· Ὅτι ὁ ἱστορικὸς Καλλίστρατος ἔγραψεν κεχωρισμένην ἱστορίαν περὶ τῆς ΣΑΜΟΘΡΑΚΗΣ νήσε. *LXXXI: Quòd Hiſtoricus Calliſtratus peculiarem ſcripſerit Hiſtoriam de Inſulâ Samothrace.* ΠΒ'· Περὶ τῶν Θεῶν καὶ τῶν παλλαδίων, ἃ ἔδωκεν ἡ Ἀθηνᾶ πρὸς Χρυσὴν τοῦ Δαρδάνε γυναῖκα. *LXXXII: De Diis & Palladiis, quæ donavit Minerva Chryſæ, Dardani uxori.* ΠΓ'· Περὶ τῶν ναῶν τῆς Ἀθηνᾶς καὶ τοῦ Ἄρεως, πῶς ἐκτίζοντο παρὰ τῶν Ἑλλήνων. *LXXXIII: De Templis Minervæ & Martis, ubi exſtructa fuerint à Græcis.* ΠΔ'· Ὅτι ὁ Δάρδανος ἔκτισε ναὸν εἰς τὴν ΣΑΜΟΘΡΑΚΗΝ, καὶ ἔθηκε τοὺς θεοὺς καὶ τὰ παλλάδια. *LXXXIV: Quòd Dardanus ædificaverit Templum in Samothrace, & collocârit ibi Deos & Palladia.* ΠΕ'· Ὅπως ἐξῆλθεν ἀπὸ τῆς ΣΑΜΟΘΡΑΚΗΣ ὁ Δάρδανος, καὶ κατέλιπεν ἐκεῖ τὸν Σάμωνα μετ' ὀλίγων ἀνθρώπων. *LXXXV: Quomodo diſceſſerit Dardanus ex Samothrace, & reliquerit ibi Samonem, Mercuri filium, cum paucis hominibus.* Πς'· Ὅπως οἱ Σαμοθρακῖται εἶχον καύχημα καὶ τιμὴν εἰς τοὺς ἄλλους Ἕλληνας διὰ τοὺς θεοὺς τούτους, καὶ τὰς ἑορτὰς αὐτῶν, καὶ τὰ μυστήρια, ἅπερ οἱ λοιποὶ Ἕλληνες οὐκ ἐγίνωσκον. *LXXXVI: Quòd Samothraces habuerint gloriam & honorem apud cæteros Græcos propter hoſce Deos Troicos, & Feſta eorum, & Myſteria, quæ reliqui Græci ignorabant.* ΠΖ'. Χρησμὸς, ὃν ἔλαβεν ὁ Δάρδανος περὶ τῆς πόλεως, ἣν ἔκτισε, καὶ περὶ τῆς τιμῆς τῶν θεῶν καὶ τῶν παλλαδίων. *LXXXVII: Oraculum, quod accepit Dardanus de Urbe, quam condidit, & de honore Deorum Troicorum & Palladiorum.* ΠΗ'· Ὅτι ὁ Ἶλος ὁ υἱὸς τοῦ Τρωὸς ἔκτισε τὸ Ἴλιον, καὶ ἔκτισεν ἐν αὐτῇ ἀκρόπολιν, καὶ ναὸν, καὶ μετεκόμισεν ἀπὸ τῆς Δαρδάνε τοὺς θεοὺς καὶ τὰ παλλάδια, καὶ κατέθηκεν εἰς τ̃ Ἴλιον. *LXXXVIII: Quòd Illus filius Trois condiderit Ilium, & exſtruxerit in eo Acropolin ſive arcem, & Templum, & transtulerit ex urbe Dardano Deos & Palladia, & collocârit in Ilio.* ΠΘ'· Περὶ τῆς κλοπῆς τοῦ παλλαδίε ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως τοῦ Ἰλίε ὑπὸ Διομήδες καὶ Ὀδυσσέως. *LXXXIX: De furto Palladii ex arce Ilii, à Diomede & Ulyſſe commiſſo.* Ϟ'· Τί γράφει ὁ

φησὶ ὁ ποιητὴς Ἀρκτῖνος περὶ τοῦ κλαπέντος παλλαδίου ὑπὸ Διομήδους καὶ Ὀδυσσέως, ὅτι ὑπῆρχε σκευαστὸν, καὶ οὐ τὸ πρωτότυπον. XC: *Quid ſcribat Poëta* (1) *Arctinus de Palladio, à Diomede & Ulyſſe furtim ablato, quòd nempe fictum fuerit, & non Prototypum ſive originale.* ϛα΄ Ὅτι οἱ Σαμοθρᾶκες τιμῶσι τοὺς θεοὺς τούτους περισσότερον τῶν ἄλλων Ἑλλήνων. XCI: *Quòd Samothraces colant hoſce Deos magis quàm alii Græci.* ϛβ΄ Περὶ τοῦ ναοῦ τῆς Ἑστίας, ὅστις ἦν εἰς τὴν Ῥώμην, ὅτι οὐκ ἔκτισεν αὐτὸν ὁ Ῥωμύλος διὰ τὴν αἰτίαν τῆς μητρὸς αὐτοῦ, ἀλλ' ἔκτισεν αὐτὸν ὁ Νομᾶς Πομπίλιος· καὶ ἱστορία περὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ τοῦ πάππου, καὶ τοῦ θείου αὐτοῦ. XCII: *De Templo Veſtæ in Urbe Roma, quòd illud non exſtruxerit Romulus propter matris ſuæ infamiam, ſed Numas Pompilius; ſimul & Narratio de Romuli matre, avo materno Numitore ejúsque fratre Amulio.* ϛγ΄ Ὅπως περιέθαλπε τὸν Ῥῶμον καὶ τὸν Ῥωμύλον ἡ λύκαινα, βρέφη ὄντα. XCIII: *Quomodo Remum & Romulum, adhuc infantes recens natos, foverit lupa.* ϛδ΄ Μάχη τοῦ Ῥώμου καὶ τοῦ Ῥωμύλου μετὰ τῶν ποιμένων τοῦ πάππου αὐτῶν. XCIV: *Pugna Remi & Romuli cum paſtoribus ſui avi Numitoris.* ϛε΄ Ἀναγνώρισις Ῥώμου καὶ Ῥωμύλου πρὸς τὸν πάππον αὐτῶν. XCV: *Recognitio Romuli per avum ſuum Numitorem.* ϛϛ΄ Ὅτι ὁ Νομᾶς ἔκτισε τὸν ναὸν τῆς Ἑστίας εἰς τὴν Ῥώμην. XCVI: *Quòd Numa ædificaverit Templum Veſtæ in Urbe Roma.* Hinc denique ſequitur *Epilogus* ſive *Concluſio* totius Commentarii, incipiens hoc modo: Καὶ οὕτως παυόμεθα καὶ ἡμεῖς τὸν περὶ τούτων λόγον, &c; deſinens autem his verbis: εἰς τοῦτο γὰρ μόνον παρ' οὐδενὸς μεμφθήσομαι, καθόσον προθύμως ὁρισμὸν ἵνα τῆς ὑψηλοτάτης Αὐθεντίας σου ἐκπεπλήρωκα. Hoc eſt: *Eatenùs enim à nemine culpabor, quatenùs Excellentiſſimæ Dominationis tuæ præſcriptum promptè implevi.* Hucuſque igitur accuratè recenſui, quid *Joannis Canabutii Commentario de Inſula Samothrace & Diis Troicis* ſecundùm *nonaginta ſex Capita*, in quæ is diviſus eſt, ſpeciatim contineatur.

CXVIII.

CENTESIMUS DECIMUS OCTAVUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, bonæque notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *triginta duobus*; quo continetur *INCERTI* Narratio Hiſtorica de Templo Conſtantinopolitano, *S. Sophiæ* appellato, quomodo illud exſtructum ſit & exædificatum.

CXIX.

CENTESIMUS DECIMUS NONUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum viginti quinque*, & ad *Stephanum Nigrum Mediolanenſem* olim pertinuit, ut ipſe ſuâ manu paginâ primâ indicat. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 93 pag. 1, ANONYMI cujuſdam Autoris græco-barbari *Epitome Hiſtoriæ Veteris Teſtamenti à Creatione Mundi uſque ad Regnum Davidis*; cujus principium: Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν· &c.

Secundò,

(1) Is eſt *Arctinus Mileſius*, quem *Suidas* Lexicographus teſtatur Homeri fuiſſe diſcipulum.

Secundò, & quidem à fol. 93 pag. 1, uſque ad fol. 105 pag. 2, Διάλεξις, ſive *Diſputatio inter Judæum & Chriſtianum*; cujus principium: Ἐρώτησεν ὁ Ἰουδαῖος τὸν Χριστιανὸν &c.

Tertiò, & quidem à fol. 106 pag. 1, uſque ad fol. 107 pag. 2, *Expoſitio quarundam Parabolarum Chriſti*; cujus principium: Εἶπεν ὁ Κύριος τὴν παραβολὴν ταύτην· ὁμοιώθη ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν γυναικὶ, ἥτις εἶχεν ἀμνάδας δέκα, καὶ &c.

Quartò, & quidem à fol. 108 pag. 1, uſque ad fol. 115 pag. 2, S. JOANNIS *Apoſtoli & Evangeliſtæ Apocalypſis ſuppoſititia, in quâ etiam agitur de Anti-Chriſto.* Inſcribitur ea atque incipit hoc modo: Ἀποκάλυψις τοῦ ἁγίου ΙΩΑΝΝΟΥ τοῦ Θεολόγου, καὶ περὶ τοῦ Ἀντιχρίστου. Μετὰ τὴν ἀνάληψιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ παρεγγυόμην ἐγὼ ΙΩΑΝΝΗΣ μόνος ἐπὶ τὸ Θαβὼρ, &c.

Quintò, & quidem à fol. 116 pag. 1, uſque ad fol. 125 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Carmen græco-barbarum de ſecundo Chriſti Adventu*; cujus titulus & principium: Δευτέρα παρουσία διὰ στίχου. Τὰ μέλλονα γίνη ἀνάστασις &c.

CXX.

CENTESIMUS VIGESIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, ſed fine mutilus, conſtátque nunc foliis *nonaginta*, olim ab *Augerio Busbeckio* comparatus *Conſtantinopoli*, quo continetur SYNTIPÆ Philoſophi Hiſtoria fabuloſa è Syriaco translata.

CXXI.

CENTESIMUS VIGESIMUS PRIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, mediocriter antiquus, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *viginti tribus*, & ad *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ex ipſius propriâ manu videre eſt, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò: PALLADII, ut videtur, *Galatæ*, *Helenopolitani in Cappadociâ Epiſcopi*, Epiſtola de Indiæ gentibus & Bragmanibus; nec non Excerpta duo de *Dandamo*, Brachmanum Magiſtro primario, & de ipſo Alexandro Magno.

Secundò: S. JOANNIS *Chryſoſtomi* Homilia ſive Oratio in Annunciationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ.

Tertiò: Ex S. BASILII *Magni* Expoſitione in Pſalmum primum Davidis Fragmentum de Peſte ſeu Peſtilentiâ.

Quartò: ANONYMI *cujuſdam Autoris* Fragmentum Explicationis in Prophetam Eſaiam, cap. 52, verſ. 13. Ecce intelliget puer meus, & exultabitur & glorificabitur valdè.

CXXII.

CENTESIMUS VIGESIMUS SECUNDUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque nunc foliis *centum octoginta tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 2, uſque ad fol. 32 pag. 2, *DIONYSII Alexandrini*, non *Alexandriæ in Ægypto* aut *Syriâ*, ſed (1) in *Regione Saſianâ ad Sinum Arabicum inter Tigrim & Eulæum fluvios nati*, & vulgò dicti *PERIEGETÆ*, quem, ut *Plinius* Hiſtoriæ Naturalis lib. 6. cap. 27 refert, *Imp. Auguſtus*, cùm *C. Cæſar*, *filius ejus adoptivus major in Armeniam ad Parthicas Arabicasque res iturus eſſet, ad commentanda omnia in Orientem præmiſit*, *Periegeſis* ſive *Deſcriptio Sitûs Orbis terrarum verſibus hexametris*, *cum antiqui cujusdam anonymi Autoris Paraphraſi græcâ* hactenùs, quòd ſciam, nondum editâ, & ab *Euſtathii Archiepiſcopi Theſſalonicenſis Commentario in eandem Periegeſin* omninò diversâ. Exſtat autem ibi primo loco, nempe folii 1 pag. 2, *Vita Dionyſii græcè*, ab anonymo quodam Autore conſcripta, & ab aliis ejusdem Vitæ narrationibus aliquantùm diſcrepans. Sequitur deinde ipſum illud *Poëma Geographicum*, inſcribitúrque ac incipit, unà cum ſuprà memoratâ *Paraphraſi* ſuâ græcâ hoc modo:

ΔΙΟΝΥΣΙΌΥ ̓ΟΙΚΟΥΜΈΝΗΣ ΠΕΡΙΗΓΗΣΙΣ.

Ἀρχόμενος γαῖάν τε καὶ εὐρέα πόντον ἀείδειν &c.

Optima hujus Poëmatis *Dionyſii* editio eſt illa *Henrici Stephani*, quæ *græcè* & *latine* cum Commentario græco ſuprà laudati *Euſtathii*, & ſubjunctis *Pomponii Melæ Deſcriptione Sitûs Orbis*, *Æthici Coſmographiâ*, & *C. Julii Solini Polyhiſtore*, & variis variorum Autorum recentioribus Annotationibus, Lutetiæ Pariſiorum A. 1577. in quarto adornata & publicata eſt.

Secundò, & quidem fol. 32 pag. 2, *ANONYMI* cujusdam Autoris *Obſervatio de duodecim Ventis*; cujus principium: Ἰστέον ὅτι ἄνεμοί εἰσι δώδεκα· &c.

Tertiò, & quidem fol. 32 pag. 2, *ANONYMI* cujusdam Autoris *Fragmentum ſive Excerptum Hydrographicum Navigationis per Pontum Euxinum à Boſphoro Thracio usque ad Boſphorum Cimmerium*; cujus principium: Ἕως τοῦ ἱεροῦ Διὸς Οὐρίου ἤτοι στόματος ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ λεγομένου πενταστομίου τοῦ Ἴστρου, ποταμοῦ τοῦ πόντου, στάδια &c. Illuſtrandi hujus Fragmenti causâ conſulendus præcipuè eſt, *Arriani Periplus Ponti Euxini ad Imperatorem Adrianum*, cum eruditiſſimo Commentario *Joan. Guilielmi Stuckii Tigurini.*

Quartò, & quidem à fol. 33 pag. 1, uſque ad fol. 103 pag. 1, *JULII Alexandrini*, vel ſub ficto nomine, *Apomaſaris*, *Introductio ſynoptica in Aſtrologiam Apoteleſmaticam*, ſive *Doctrinam de Prædictionibus natalitiis*, *in Capita centum quinquaginta ſex diviſa*; cujus titulus & principium: Παύλου Ἀλεξανδρέως εἰς τὴν Ἀποτελεσματικὴν ἐν συνόψει, καὶ (2) μαΐστορος τοῦ Ἀπομάσαρ. Τάδε ἔνεστιν ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ μαΐστορος τοῦ Ἀπομάσαρ. Κεφάλαιον α΄ περὶ κοσμικῶν ἀποτελεσμάτων. β΄ Περὶ &c. Plura de Julio Alexandrino huc pertinentia, vide Libri Septimi Lambec. Comment. pag. 90, 91, 255 & 256; ut & pag. 264 & 265, ubi agitur de ſuppoſititio *Apomaſare*.

Quintò, & quidem à fol. 104 pag. 1, uſque ad fol. 143 pag. 2, & à fol. 144 pag. 1, uſque ad fol. 177 pag. 2, ÆSCHYLI *Athenienſis*, *celeberrimi Poëtæ Tragici*, qui Olympiadis LXXXI anno I, ſive anno ante Æram Chriſtianam vulgarem 456, obiit, *Tragœdiæ duæ*: nempe Προμηθεὺς δεσμώτης ſive *Promotheus vinctus*, cujus principium: Χθονὸς μὲν εἰς τηλουρὸν ἥκομεν πέδον &c; & Ἐτεοκλῆς ἢ Ἑπτὰ ἐπὶ Θήβαις, ſive *Eteocles* vel *Septem ad Thebas*,

(1) Vide *Ger. Joan. Voſſi* Opus de Hiſtoricis Græcis lib. 2. cap. 3, ubi de hujus *Dionyſii* ætate, patriâ & ſcriptis doctè & accuratè agit. (2) Μαΐστωρ græco-barbarè, pro διδάσκαλος ſive *magiſter*.

Thebas, cujus principium: Κάδμου πολῖται, χρὴ λέγειν τὰ καίρια· &c. Adjectæ autem ſunt utrique Tragœdiæ *antiqui cujuſdam Scholiaſtæ Græci Annotationes interlineares ſimul & marginales.*

Sextò, & quidem à fol. 178 pag. 1, uſque ad fol. 183 pag. 2, *AGATHEMERI, Orthonis filii, Hypotypoſis ſive Expoſitio compendiaria Geographiæ*; cujus titulus & principium: (1) Ἀγαθημέρου τοῦ Ὄρθωνος Γεωγραφίας ὑποτύπωσις. Ἀναξίμανδρος ὁ Μιλήσιος, ἀκουστὴς Θάλεως, πρῶτος ἐτόλμησε τὴν οἰκουμένην ἐν πινάκι γράψαι· μεθ' ὃν Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος &c. Eſt autem Opuſculum hoc ibi mutilum. Integrum verò illud, *in Libros duos* diviſum, *græcè & latinè*, cum pereruditis *Notis*, primus ex bibliothecâ privatâ V. CL. *Joannis Jacobi Chifletii* in lucem edidit Doctiſſimus *Samuel Tennulius* Amſtelodami apud Joannem Raveſteinium A. 1671 in octavo, ibidemque aſſerit, *Agathemerum* (2) hunc vixiſſe *ſub finem Imperii L. Septimii Severi, & poſt illius mortem*, circa annos videlicet Æræ Chriſtianæ vulgaris 210 & 220.

CXXIII.

CENTESIMUS VIGESIMUS TERTIUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, conſtátque foliis *centum viginti tribus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 95 pag. 2, *Vita & Converſatio S. Andreæ, cognomine* διὰ Χριστὸν σαλοῦ, *hoc eſt, propter Chriſtum ſtulti, ſeu potiùs, ſtultum ſe ſimulantis, qui ſeculo poſt Chriſtum quinto ſub Impp. Leone Thrace & Zenone Iſaurico claruit, ampliſſimè conſcripta ab Autore ſynchrono*, NICEPHORO, *Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Sanctæ Dei Sophiæ ſive Sapientiæ Presbytero*; cujus titulus & principium: Βίος καὶ Πολιτεία τοῦ ὁσίου Πατρὸς ἡμῶν Ἀνδρέου, τοῦ διὰ Χριστὸν σαλοῦ, συγγραφεὶς παρὰ Νικηφόρου Ἱερέως τῆς ἁγιωτάτης Μεγάλης Ἐκκλησίας τῆς ἐν τῇ Βασιλίδι τῶν πόλεων, τῆς ἐπωνύμου τοῦ Θεοῦ Σοφίας. &c. Cæterùm digniſſima eſt hæc Hiſtoria, ut in latinum ſermonem tranſlata, græcè ſimul & latinè proferatur in publicum.

Secundò, & quidem à fol. 97 pag. 1, uſque ad fol. 123 pag. 2, *BARLAAMI, Monachi Calabri, Demonſtratio contra Legatos Pontificis Romani de Proceſſione Spiritûs Sancti ex ſolo Patre, in Capita duodecim diviſa*; cujus titulus & principium: Βαρλαὰμ μοναχοῦ πρὸς τοὺς τοῦ Πάπα πρέσβεις ἀπόδειξις, ὅτι ὑποκειμένου ἐκ μόνου τοῦ Πατρὸς ἐκπορεύεσθαι τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, οὐδὲν ὅλως ἀδύνατον ἕπεται, οὐδέ τι τῶν ὁμολογουμένων τῇ ἐκκλησίᾳ ἀναιρεῖται δογμάτων. Ὁ θεῖος Ἀπόστολος ἐν τῇ πρὸς Γαλάτας ἐπιστολῇ &c. Plura de eâdem Demonſtratione, ut & de ipſo *Barlaamo* & aliis ejus Scriptis, vide Libri *tertii* Lambecianorum Commentariorum pag. 194, Appendicis Libri *quarti* pag. 326 & 327, atque Libri *quinti* pag. 181 & 182.

(1) Vera hæc eſt hujus nominis ſcriptura, nempe Ἀγαθημέρου ſive *Agathemeri*, non autem Ἀγαθημερῶς ſive *Agathemeris*. (2) Vide *Ger. Joan. Voſſii* Opus de Scientiis Mathematicis cap. 69. §. 15, ubi *Agathemerum* hunc refert inter Autores ætatis incertæ.

CXXIV.

CENTESIMUS VIGESIMUS QUARTUS Codex MStus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, recentiq; manu ſcriptus, in *quarto*, conſtátq; nunc foliis *ſeptuaginta octo*, olimq; ad Bibliothecam Viri CL. *Davidis Hoëſchelii* pertinuit, quo GEORGII *Piſidæ*, Diaconi & Chartophylacis Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, & CYRILLI *Monachi* Breviarium Chronographicum ex variis Hiſtorjis concinnatum, ab Orbe condito, uſque ad *Conſtantinum*, Imp. *Leonis Sapientis* continetur, filium, cum interpretatione Latinâ è regione poſitâ.

CXXV.

CENTESIMUS VIGESIMUS QUINTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *quarto*, ſed difficilis lectu, & in principio atque alibi mutilus, conſtátque nunc foliis *ducentis triginta quinque*, & ab *Augerio Busbeckio*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim fuit comparatus *Conſtantinopoli*. Continentur eo DIPLOMATA *ducenta & unum, pertinentia ad Originem, Incrementum, Privilegia, Donationes & Contractus Liberi Imperialis Monaſterii Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, in monte Lembo apud Urbem Smyrnam in Ioniâ ad Mare Ægæum ſiti, &* τῆς Λέμβου *vel* τῶν Λέμβων, *hoc eſt Lembi vel Lemborum cognominati*; quorum *primum*, in principio mutilum, eſt *Imp. Joannis Ducæ*, cognomine *Batatzæ*, datum anno Mundi 6736 ſive anno Chriſti 1228, habétque hanc ſubſcriptionem: Ἰωάννης, ἐν Χριστῷ τῷ Θεῷ πιστὸς Βασιλεὺς καὶ Αὐτοκράτωρ Ῥωμαίων Ὁ ΔΟΥΚΑΣ. Digniſſimus profectò eſt totus hic præſtantiſſimus & rariſſimus Codex, ut à capite ad calcem diligentiſſimè perluſtretur, & omnia eo comprehenſa Diplomata à verbo ad verbum ſtudioſiſſimè perlegantur, & accuratè conſiderentur. Quod licet abſque magni laboris tædioſâ longitudine non potuerit fieri, eam tamen moleſtiam utilitas inde proventura ubertim compenſabit, poſtquam res ipſa teſtabitur, tàm profanam quàm eccleſiaſticam Imperii Romani Orientalis Hiſtoriam beneficio iſtorum Diplomatum incredibiliter illuſtratum iri; & quidem potiſſimùm reſpectu Chronologiæ aliarúmque hiſtoricarum circumſtantiarum, quæ jam memoratis Diplomatibus fideliter inſertæ ſunt. Minimè etiam dubium eſt, quin hic ipſe Codex olim in ipſo *Monaſterio apud Smyrnam* conſcriptus, & ad perpetuam memoriam ibi adſervatus fuerit; ut ſatis clarè apparet folii 87 pag. 1, ubi in Inſcriptione Diplomatis *Metropolitæ Urbis Smyrnæ* legitur: Τὸ ἐκδόσεως ἔγγραφον, ὅπερ ἐγεγόνει τῇ ΠΑΡΟΥΣΗ, βασιλικῇ μονῇ τῶν Λέμβων παρὰ τοῦ Μητροπολίτου Σμύρνης, &c.

CXXVI.

CENTESIMUS VIGESIMUS SEXTUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *chartaceus*, antiquus, & bonæ notæ, in *quarto*, ſed in principio & fine mutilus, conſtátque nunc foliis *centum triginta ſeptem*, & ad *Sebaſtianum Tengnagelium*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc:

Primò, & quidem à fol. 1 pag. 1, uſque ad fol. 2 pag. 2, *Fragmentum Martyrii S. Barbaræ*, principio & fine mutilum.

Secundò,

Secundò, & quidem à fol. 3 pag. 1, uſque ad fol. 10 pag. 2, *Martyrium S. Nicetæ Gothi, qui ab Athanarico Rege ob Catholicam fidem igne combuſtus eſt, cujuſque memoria celebratur die decimo quinto Septembris.* Deeſt autem in hoc Codice principium ejus ob defectum unius vel plurium foliorum.

Tertiò, & quidem à fol. 10 pag. 2, uſque ad fol. 18 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Narratio fabuloſa de Morte Abrahami Patriarchæ, & de corporali ejuſdem Tranſlatione in Cœlum per Michaëlem Archangelum*; quæ inſcribitur atque incipit hoc modo: Διήγησις περὶ τῆς (1) θανῆς τοῦ Ἀβραὰμ, ὅτε ἀπέστειλεν Κύριος ὁ Θεὸς τὸν Ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἦρεν αὐτὸν σωματικῶς εἰς τὰ ἐπουράνια. Ἐγένετο ἡνίκα ἔφθασεν ἡ θανὴ τοῦ Ἀβραὰμ, &c. Plura de Commentitiâ Patriarchæ *Abrahami Analepſi* ſive *Aſſumptione*, necnon ejuſdem *Revelationis* ſuppoſititio Libro vide R. P. *Benedicti Pererii* S. J. doctiſſimum Commentarium in Geneſin; & Lib. VIII. Comment. Lambec. pag. 275.

Quartò, & quidem à fol. 18 pag. 1, uſque ad fol. 23 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Narratio de S. Joanne Apoſtolo & Evangeliſtâ*; cujus titulus & principium: Εἰς τὴν μετάστασιν τοῦ ἁγίου Ἀποστόλου καὶ Εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου τοῦ Θεολόγου. Βασιλεύοντος τῶν Ἰουδαίων Ἀγρίππου, &c.

Quintò, & quidem à fol. 23 pag. 2, uſque ad fol. 38 pag. 2, *cujuſdam Autoris Narratio de Martyrio & Manifeſtatione Reſurrectionis Sanctorum Septem Puerorum, Epheſi dormientium*; cujus titulus & principium: Μαρτύριον καὶ φανέρωσις τῆς ἀναστάσεως τῶν ἁγίων ἑπτὰ παίδων, τῶν ἐν Ἐφέσῳ ὑπνωσάντων. Βασιλεύοντος Δεκίου ἐν Καρθαγένῃ, &c. Vide *Martyrologium Romanum* die 27 Julii, & ibidem Em. Cardinalis *Baronii* Notas.

Sextò, & quidem à fol. 39 pag. 1, uſque ad fol. 48 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Narratio de Captivitate Urbis Hieroſolymitanæ ſub Rege Chaldæorum Nebucadnezare*; cujus titulus & principium: Διήγησις περὶ τῆς αἰχμαλωσίας τῶν Ἱεροσολύμων. Ἐγένετο ἡνίκα αἰχμαλωτίσθησαν οἱ υἱοὶ Ἰσραὴλ ὑπὸ τοῦ Βασιλέως τῶν Χαλδαίων, &c.

Septimò, & quidem à fol. 48 pag. 1, uſque ad fol. 56 pag. 1, *Martyrium S. Theodori* τοῦ Στρατηλάτου *ſive Ducis exercitûs, conſcriptum ab* ABGARO *Notario, qui rebus geſtis interfuit*; cujus principium: Ὥσπερ φαίνει ὁ ἥλιος &c.

Octavò, & quidem à fol. 56 pag. 1, uſque ad fol. 65 pag. 1, ANONYMI *cujuſdam Autoris Narratio alicujus Miraculi S. Theodori Tyronis*; cujus titulus & principium: Θαῦμα καὶ διήγησις τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου Μεγαλο-μάρτυρος Θεοδώρου τοῦ (2) Τύρωνος περὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, τῆς αἰχμαλωτισθείσης ὑπὸ τοῦ δράκοντος. Οἱ μὲν εἰς τὸν φιλάνθρωπον Θεὸν τὰς ἐλπίδας ἐκτιθέμενοι, &c.

Nonò, & quidem à fol. 65 pag. 1, uſq; ad fol. 75 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Vita & Converſatio S. Nicolai, Myrenſis in Lyciâ Epiſcopi*; cujus titulus & principium: Βίος καὶ πολιτεία τοῦ ἐν ἁγίοις Πατρὸς ἡμῶν Ἀρχιεράρχου καὶ θαυματουργοῦ Νικολάου Μύρων τῆς Λυκίας. Εὐλογητὸς εἶ Κύριε ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστὲ, ὁ θαυμαστὰ τέρατα καὶ ἀόρατα ἔργα ποιῶν, &c.

Decimò, & quidem à fol. 76 pag. 1, uſque ad fol. 82 pag. 2, ANONYMI *cujuſdam Autoris Narratio Miraculi à S. Nicolao, Myrenſi in Lyciâ Epiſcopo, editi, quo Imp. Conſtantini Magni tres innocentes Stratopedarchæ ab injuſto ſupplicio liberati ſunt*; cujus principium:

(1) Θανὴ, *Mors*, græco-barbarè pro Θάνατος. Vide *Meurſii* Gloſſarium Græco-barbarum. (2) Ita ibi clarè & expreſsè ſcriptum eſt; nempe Τύρωνος in primâ ſyllabâ per υ, non autem Τήρωνος per η.

cipium : Ἐν τοῖς καιροῖς τῆς βασιλείας ἀκαταστασία ἐγένετο ἐν τῇ Φρυγίᾳ ὑπὸ τῶν Ταϊφάλων, καὶ ἀπηνέχθη τῷ εὐσεβεῖ Βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ περὶ αὐτῶν. εὐθέως οὖν ἐξαπέστειλεν τρεῖς στρατοπεδάρχας ἅμα τοῖς ὑπ' αὐτῶν στρατιώταις, Νεποτιανὸν, καὶ Οὐρσὸν, καὶ Ἑρπιλιῶνα, &c.

Undecimò, & quidem à fol. 83 pag. 1, uſque ad fol. 94 pag. 1, S. *JACOBI Apoſtoli, cognomine Minoris & Fratris Domini, Protevangelium, ſive Narratio ſuppoſititia de Nativitate Beatiſſimæ Virginis Deiparæ;* cujus principium : Ἐν ταῖς ἱστορίαις τῶν δώδεκα φυλῶν τοῦ Ἰσραὴλ ἦν Ἰωακεὶμ, πλούσιος σφόδρα καὶ &c.

Duodecimò, & quidem à fol. 94 pag. 1, uſque ad fol. 116 pag. 2, *Acta & Miracula Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, quomodo Romæ ſub Imp. Nerone paſſi ſint, ab ANONYMO quodam Autore conſcripta, ſed in fine ob defectum unius vel plurium foliorum mutila;* quorum titulus & principium : Πράξεις καὶ θαύματα τῶν ἁγίων καὶ πανευφήμων Ἀποστόλων Πέτρου καὶ Παύλου, πῶς ἐν Ῥώμῃ ἐμαρτύρησαν ὑπὸ Νέρωνος. Ἐγένετο μετὰ τὸ ἐξελθεῖν τὸν ἅγιον Παῦλον &c.

Decimo tertiò, & quidem fol. 117 pag. 1, & fol. 126 pag. 1, *Martyrium S. Suſannæ, filiæ Artemii Sacerdotis Idolorum, ab ANONYMO quodam incerto Autore conſcriptum:* cujus titulus & principium : Βίος καὶ πολιτεία τῆς ἁγίας καὶ ἐνδόξου ὁσιομάρτυρος Σωσάννης. Κατὰ τοὺς καιροὺς τῆς βασιλείας Μαξίμου &c. Vide *Martyrologium Romanum* d. 20. Septembris, & *Leonis Allatii* Diatribam de Symeonum Scriptis pag. 121.

Decimo quartò, & quidem à fol. 126 pag. 1, uſque ad fol. 137 pag. 2, *Martyrium S. Hypatii, Gangrenſis in Paphlagoniâ Epiſcopi;* cujus titulus & principium : Μαρτύριον τοῦ ἁγίου καὶ ἐνδόξου Ἱερομάρτυρος Ὑπατίου Ἐπισκόπου Γαγγρῶν. Κατὰ τοὺς καιροὺς ἐκείνους βασιλεύοντος Θελκιανοῦ ἐν τῷ Βυζαντίῳ, &c.

CXXVII.

CENTESIMUS VIGESIMUS SEPTIMUS Codex manuſcriptus *Hiſtoricus Græcus* eſt *membranaceus*, pervetuſtus & optimæ notæ, in *quarto*, ſed tribus foliis in principio mutilus, conſtâtque nunc foliis *centum quinquaginta duobus*, & ad *Joannem Sambucum*, ut ipſe ſolitâ propriæ manûs inſcriptione teſtatur, olim pertinuit. Continentur eo hæc :

Primò, & quidem fol. 1 pag. 1 & 2, *INDEX antiquus græcus eorum, quæ continentur toto Codice.*

Secundò, & quidem à fol. 2 pag. 1, uſque ad fol. 36 pag. 1, *ex GELASII Cyziceni, Cæſareæ Palæſtinæ Epiſcopi, qui ſub Imp. Zenone Iſaurico anno Chriſti 476 vixit, Libro ſecundo Hiſtoriæ Actorum Sancti Concilii Nicæni primi Fragmentum valdè notabile à Capite duodecimo uſque ad Caput vigeſimum tertium.* Continentur inſigni illo Fragmento *Diſputationes à Leontio Cæſareæ in Cappadociâ Epiſcopo, Eupſychio Epiſcopo Tyanenſi, Euſebio Cæſareæ in Palæſtinâ Epiſcopo, Protogene Epiſcopo Sardicenſi, & Macario Epiſcopo Hieroſolymitano, cum Arianis, inter quos præcipuè Phædo Philoſophus, palàm habitæ.* Vide Hiſtoriæ iſtius Gelaſianæ editionem græco-latinam, curâ & ſtudio *Roberti Balforei Scoti*, Aquitanici Collegii Burdegalæ Gymnaſiarchæ, Lutetiæ Pariſiorum typis Frederici Morelli A. 1599 in octavo impreſſam, à pag. 95 uſque ad pag. 155 : atque editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomum ſecundum à columnâ 109 uſque ad colum. 284, ſed præcipuè colum. 184 & 220.

Tertiò,

Tertiò, & quidem à fol. 36 pag. 1, uſque ad fol. 47 pag. 2, *ex Actis Concilii Epheſini primi, Oecumenici autem ſive Generalis tertii, Epiſtola* S. COELESTINI I. *Papæ ad Clerum & Populum Conſtantinopolitanum*; cujus titulus & principium: Ἐκ τῶν πεπραγμένων τῇ ἐν Ἐφέσῳ πρώτῃ Συνόδῳ, ἥτις ἐστὶ οἰκουμενικὴ τρίτη. Ἐπιστολὴ Κελεστίνου Ἀρχιεπισκόπου Ῥώμης πρὸς τὸν Κλῆρον καὶ τὸν λαὸν Κωνσταντινουπόλεως. &c. Vide editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomum tertium à columnâ 363 uſque ad colum. 374.

Quartò, & quidem à fol. 47 pag. 2, uſque ad fol. 60 pag. 1, *ex Actis Concilii Chalcedonenſis Epiſtola* S. LEONIS I *Papæ ad Flavianum Patriarcham Conſtantinopolitanum contra Eutychen hæreſiarcham ejusque hæreſin, Columna Orthodoxiæ dicta*; cujus titulus & principium: Ἡ πρὸς τὸν ἐν ἁγίοις Φλαβιανὸν ἐπιστολὴ τοῦ ἁγίου Λέοντος Πάπα Ῥώμης, ἡ στήλη τῆς ὀρθοδοξίας· ἥτις καὶ περιέχει οὕτως. Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ Φλαβιανῷ Λέων. Ἀναγνόντες τὰ γράμματα τῆς ἀγάπης τῆς σῆς, ἅπερ οὕτω βραδύτατα γεγενῆσθαι θαυμάζομεν, &c. Vide editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomum quartum columnâ 343 ac deinceps.

Quintò, & quidem à fol. 60 pag. 1, uſque ad fol. 71 pag. 2, *Exemplar Epiſtolæ* S. LEONIS I *Papæ ad Imp. Leonem Thracem, cognomine Magnum, Seniorem, & Macellarium*; cujus titulus & principium: Ἴσον ἐπιστολῆς τοῦ αὐτοῦ ἁγιωτάτου Λέοντος Πάπα Ῥώμης πρὸς Λέοντα Βασιλέα. Τῷ ὑπερενδόξῳ καὶ γαληνοτάτῳ υἱῷ Αὐγούστῳ Λέοντι Λέων Ἐπίσκοπος. Epiſtola hæc, quod ſciam, non exſtat in editione Conciliorum Pariſinâ Labbæanâ. Hactenus enim eam ibi invenire non potui.

Sextò, & quidem à fol. 71 pag. 2, uſque ad fol. 75 pag. 2, *Exemplar Epiſtolæ* QUINTIANI *Epiſcopi Arculianorum ad Petrum Cnapheum ſive Fullonem, Epiſcopum Antiochenum*; cujus titulus & principium: Ἴσον ἐπιστολῆς Κυντιανοῦ Ἐπισκόπου Ἀρκουλιανῶν πρὸς Πέτρον Ἐπίσκοπον Ἀντιοχείας. Πολυτρόπως καὶ πολυμερῶς ἐξένευσας, ἀγαπητὲ, τῆς ἀληθείας, τἀναντία πράττων τοῦ δεσποτικοῦ μυστηρίου, &c. Vide Syntagma Canonum cum *Joannis Zonaræ* Commentariis Lutetiæ Pariſiorum A. 1618 græcè & latinè in folio editum, à pag. 553 uſque ad pag. 556, & editionis Conciliorum Pariſinæ Labbæanæ Tomum quartum à columnâ 1097 uſque ad colum. 1104.

S. CONCILII Nicæni ſecundi, Oecumenici *autem ſive* Generalis ſeptimi, *A. C. 787. celebrati, contra* Iconomachorum *hæreſin,* Definitio Fidei Catholicæ, *exſtat pag. 282. num. 25.* Canones viginti duo; *part. 2. pag. 23. num. 2.* *Iterum part. 5. pag. 24. num. 39.* *Ejuſdem Concilij* Acta integra; *pag. 56. Cod. XXIX.* *Ejuſdem* Canones; *Cod. LVI. num. 16.* cum Anonymi Annotationibus marginalibus & interlinearibus.

CONCILII Sardicenſis, *A. C. 347.* Sardicæ in Thraciâ à trecentis ſeptuaginta ſex Epiſcopis, in causâ præcipuè S. Athanaſij *celebrati,* Epiſtola ad Eccleſiam Alexandrinam pro S. Athanaſio, *& altera EJUSDEM* Epiſtola ad omnes Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopos itidem pro S. Athanaſio, *exſtant pag. 10. num. 60. & 61.* Canones; *part. 2. pag. 23. num. 2.* *Ejuſdem Concilij* Argumenta Canonum; *part. 5. pag. 22. num. 15.* *Ejuſdem Concilij* Canones viginti unus, cum Anonymi Notis marginalibus & interlinearibus; *pag. 103. num. 12.*

CONCILII Sirmienſis, *A. C. 357. celebrati,* Confeſſio Fidei coram Imp. Conſtantio; *exſtat pag. 13. num. 93.*

CONCILIORUM Toletanorum Teſtimonia, de Proceſſione Spiritus Sancti ex Patre & Filio, *exſtant pag. 280. num. 13.*

CONSTANTINI *Grammatici* Verſus in laudem Dioptræ, & autoris ejus Philippi Solitarij, *exſtant pag. 288. num. 6. Iterum pag. 322. num. 2.*

CONSTANTINI Acropolitæ, Magni Logothetæ Conſtantinopolitani, Oratio in S Martyrem Theodoſiam, patriâ Conſtantinopolitanam, quæ ſub Imp. Leone Iſauro, pro cultu Sacrarum Imaginum, Conſtantinopoli paſſa eſt, *exſtat pag. 387. num. 17. & part. 5. pag. 163. num. 2.*

CONSTANTINUS Africanus; *vide,* CONSTANTINUS Rheginus.

CONSTANTINUS Aſyncritus; *idem atq;* CONSTANTINUS Rheginus *ſeu* Africanus.

Ex CONSTANTINI Chartophylacis Solutionibus Quæſtionum Canonicarum Excerpta quædam, *exſtant pag. 137. num. 7.*

CONSTANTINI Deſpotæ Novella, *dictata à Magiſtro* Theodoro Decapolitâ; *exſtat part. 2. pag. 9. num. 11.*

CONSTANTINI Harmenopuli, Nomophylacis & Judicis Theſſalonicenſis, *qui circa A.C. 1345. floruit*, Expoſitio Fidei Orthodoxæ; *exſtat pag. 393. num. 1.* Liber de Sectis, ſive, de Opinionibus hæreticorum, qui ſingulis temporibus exſtiterunt; *pag. 394. num. 2.* Epitome ſacrorum & divinorum Canonum; *pag. 395. num. 8.* Lexicon ordine alphabetico; *pag. 398. num. 33. Ejuſdem* Leges Georgicæ ſive Colonariæ, è Jure Juſtinianeo excerptæ; *part. 2. pag. 10. num. 15. pag. 13. num. 8.* Ex *ejuſdem* Promptuario Juris Fragmentum quoddam; *pag. 11. num. 22.* Leges Georgicæ *ſive* Ruſticæ; *pag. 32. num. 5. Ejuſdem* Prochiron Legum, *ſive*, Promptuarium Juris in Libros ſex diviſum; *pag. 26. num. 1.* Narratiuncula de tribus Tomis Synodicis, ſub Impp. Conſtantino Porphyrogenito, Manuele Comneno, & Michaële Palæologo compoſitis, in quibus anathemate percutiuntur, quicunque contra Imperatores ſeditionem excitant, & per vim aut inſidias Imperium invadere nituntur, ut & eorundem adjutores & conſcij; *pag. 27. num. 3. Ejuſdem* Epitome ſacrorum & divinorum Canonum; *num. 4.* Expoſitio Fidei Orthodoxæ; *num. 5.* Liber de Sectis; *num. 6.* Catalogus Officiorum Aulæ Imperatoriæ Conſtantinopolitanæ; *num. 7. item pag. 16. num. 9.* Catalogus Officiorum Magnæ Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ S. Sophiæ; *pag. 28. num. 9.* Prochiron Legum, *ſeu*, Promptuarium Juris; *pag. 15. num. 2. Iterum pag. 21. num. 1.* Ecloga Legum Georgicarum ex Jure Juſtinianeo; *pag. 16. num. 3. Iterum pag. 21. num. 2.* Diſſertatio de Jejunij quadrageſimalis, aliorumq; nonnullorum ſolennium Jejuniorum origine ac ratione; *num. 4.* Epitome divinorum & ſacrorum Canonum, ab Anonymo quodam Autore, (*forſan* Philotheo, *Patriarchâ Conſtantinopolitano*,) ſuppleta & Scholijs marginalibus illuſtrata; *num. 5.* Liber de Fide Orthodoxâ & Hæreſibus; *num. 6. Iterum pag. 21. num. 3. Ejuſdem* Lexicon Polyonymum alphabeticum; *part. 4. pag. 120. num. 2. Ejuſdem* Epitome ſacrorum & divinorum Canonum; *part. 5. pag. 53. num. 24. Ejuſdem* Expoſitio Orthodoxæ Fidei; *num. 25. Ejuſdem* Liber de Hæreſibus ſive Sectis; *num. 26. Ejuſdem* Catalogi duo Officiorum Magnæ Eccleſiæ & Aulæ Conſtantinopolitanæ; *num. 28. Ejuſdem* Prochiron Legum; *pag. 60. num. 12. Ejuſdem* Epitome Decretorũ Impp. Conſtantini Porphyrogeniti, Manuelis Comnẽi, & Michaëlis Palæologi contra deficientes, &, affectatâ tyrannide, inſidias vel mortem Imperatoribus molientes; *pag. 60. num. 13. Ejuſdem* Epitome ſanctorum & divinorum Canonum; *pag. 61. num. 20. Vide etiam Lit. P. ubi agitur de PHILOTHEO, Patriarchâ Conſtantinopolitano. Ejuſdem* Leges Georgicæ ſive Ruſticæ, ex Jure Juſtinianeo excerptæ, & Anonymi Annotationibus marginalibus illuſtratæ; *pag. 135. num. 7.*

CONSTANTINI Laſcaris, Byzantini, *qui ſeculo poſt Chriſtum* decimo quinto *floruit*, Expoſitio Prophetiæ ſive Vaticinij Coſroæ, Regis Perſarum, de Imperio Romano, *exſtat pag. 305. num. 25. Ejuſdem* Grammatica, *ſeu*, de octo partibus Orationis Liber; *part. 4. pag. 109. Cod. CXCI. Ejuſdem* Epitome Grammaticæ Græcæ; *pag. 127. Cod. CCXXX.*

Imp. CONSTANTINUS Magnus *cæpit imperare poſt mortem Patris ſui, Imp.* Conſtantij Chlori, *A. C. 306. debellato* Maxentio *Tyranno*, *libertatem Religionis Chriſtianæ publicavit A. C. 312.* S. Concilio Nicæno *Oecumenico ſive Generali primo interfuit A. C. 325.* Conſtantinopolim *dedicavit A. C. 330. obijt A. C. 337. EJUS* Epiſtola ad Eccleſiam Alexandrinam *exſtat pag. 8. num. 51.* Epiſtola ad omnes Epiſcopos & Populos, quâ jubet, ut Ariani deinceps vocentur Porphyriani, & ſcripta Arij publicè comburantur, & ut morte multetur, ſi quis dolo malo ea occultaverit, *exſtat pag. 9. num. 52.* Epiſtola ad Arium, ejuſque Socios, *exſtat pag. 9. num. 53.* Epiſtola ad Eccleſiam Nicomedienſem, contra Euſebium Nicomedienſem, & Theognium, *exſtat pag. 9. num. 54.* Epiſtola ad Theodotum, *exſtat pag. 9. num. 55.* Fragmentum Epiſtolæ ad S. Athanaſium, *exſtat pag. 10. num. 70.* Epiſtola prima ad Populum Eccleſiæ Alexandrinæ, pro S. Athanaſio, *exſtat pag. 11. num. 71.* Epiſtola ad S. Athanaſium, pro ipſius Innocentiâ, *exſtat pag. 11. num. 75.* Epiſtola ad Joannem, S. Athanaſij calumniatorem, *exſtat pag. 11. num. 77.* Epiſtola pro S. Athanaſio ad Epiſcopos Tyri congregatos, *exſtat pag. 12. num. 88.* Epiſtola ſecunda ad Populum Eccleſiæ Alexandrinæ, *exſtat pag. 12. num. 89.* Donatio S. Sylveſtro I. Papæ facta; *pag. 326. num. 4.* Eadem Donatio ſecundùm editionem Conſtantini Harmenopuli *exſtat part. 2. pag. 16. num. 7. Iterum pag. 27. num. 2. Eadem* Donatio *exſtat part. 5. pag. 63. num. 33.*

CONSTANTINI Manaſſis, *qui circa annum Chriſti 1150. ſub* Imp. Manuele Comneno *floruit*,

floruit, Synopſis Hiſtorica verſibus politicis, à creatione mundi uſque ad Imp. Nicephorum Botoniatem, *qui cæpit imperare A. C. 1078. & A. C. 1081. obijt, exſtat part. 3. pag. 47. num. 3. Idem* Chronicon *exſtat part. 4. pag. 83. num. 2. Ejuſdem* Monodia in Aſtroglenum Amicum, imò potiùs Paſſerem ſuum; *num. 3. Ejuſdem* Opuſculum, verſibus de Aſtris, Planetis, & Zodiaco Circulo conſcriptum, *ibidem num. 4. Ejuſdem* Chronicon; *pag. 96. Cod. CLXXIII. num. 2. Iterum* Verſibus Politicis; *part. 5. pag. 81. Cod. XLI. Iterum pag. 138. Cod. LXXII. Iterum pag. 139. Cod. LXXVII. Iterum pag. 156. Cod. CVI. Iterum pag. 146. Cod. XCI. Iterum pag. 146. Cod. XCIII.*

Ex Imp. CONSTANTINI Porphyrogeniti, *qui cæpit imperare A. C. 912 & obijt A. C. 959.* ſexaginta Libris Baſilicorum univerſi Juris Romani, Ecloga & Synopſis alphabetica major, *exſtat part. 2. pag. 3. num. 1. item pag. 12. num. 1. Ejuſdem* Novellæ *quædam* Conſtitutiones *exſtant part. 2. pag. 4. num. 2. & 4. Ejuſdem* Delectus Legum compendiarius; *pag. 12. num. 3. & pag. 8. num. 4. & pag. 10. num. 13. & pag. 34. Cod. XVIII. Ejuſdem* Novellæ *quædam*; *pag. 9. num. 11. pag. 11. num. 19. & 23.* Ex Baſilicis Juris Fragmenta quædam; *pag. 24. num. 5. 9. & 12. Ejuſdem* Liber Tacticus, terrâ mariqùe pugnantium Ordinationem continens, *exſtat part. 4. pag. 35. num. 5.* Ex *Ejuſdem* Geoponicorum, ſive, Commentariorum de Agriculturâ Libro primo & ſecundo Excerpta quædam Aſtrologica ſeu Apotelesmatica; *pag. 140. num. 1. Ejuſdem* Argumentum Tomi Unitionis Eccleſiæ in causâ quartarum Nuptiarum; ſimul & Narratio, quomodo Imp. Leo Sapiens quartas nuptias contrahere auſus fuerit, & quâ ratione per Tomum Unitionis eæ abolitæ ſint; *part. 5. pag. 61. num. 15. Vide etiam L. C. ubi agitur de Concilio CONSTANTINOPOLITANO, A. C. 920. celebrato. Ejuſdem* Oratio hiſtorica, narrationem continens de Non-manufactâ Imagine Chriſti Edeſſenâ, per quem, & quando, & quâ de causâ fuerit miſſa ad Abgarum, Edeſſenorum Regem, & quomodo ſingulari Providentiâ Divinâ *A. C. 944. d. 16. Auguſti* in Urbem Conſtantinopolitanam translata ſit; *pag. 89. num. 39.*

Imp. CONSTANTINI, *vel* Quarti *ejus nominis, cognomine* Pogonati, *vel* Septimi, *cognomine* Porphyrogeniti, Geoponica, *ſive* Commentariorum de Agriculturâ Libri viginti, ex varijs antiquis Autoribus collecti, *exſtant part. 3. pag. 52. Cod. XLVI. Ejuſdem* Geoponica, *ſive* Commentarij de Agriculturâ, *exſtant part. 4. pag. 70. num. 1.*

CONSTANTINI Rhegini, *Roberti Guiſcardi, Nortmannorum, Apuliæ, Calabriæ & Siciliæ Ducis*, Protoſecretarij, *qui A. C. 1072. factus eſt* Monachus Caſinenſis, *& aliàs à patriâ ſuâ* Conſtantinus Africanus *appellatur*, Opus Medicum, de omnium ferè morborum, qui homini accidere poſſunt, cognitione & curatione, inſcriptum Viatica peregrinantis, in Libros ſeptem diviſum, & ex Syriaco in Græcum verſum, *exſtat part. 3. pag. 31. num. 1. Iterum pag. 42. num. 1. Iterum pag. 53. num. 2.* Ex *Ejuſdem* Libro de Urinis Fragmentum; *pag. 31. num. 2. Iterum pag. 42. num. 1.* Antidotarium, ex Latinâ in Græcam Linguam translatum; *pag. 32. num. 3. Iterum pag. 42. num. 1.*

CONSTANTINI Siculi Carmen Anacreonticum alphabeticum, ſuper periculo parentum, & fratrum ſuorum in mari, *exſtat pag. 374. num. 4.*

CONSTANTINI Tarſitæ, Epigrammata in laudem Libri S. Joannis Chryſoſtomi de Virginitate, & in laudem Pandectæ Sacræ Scripturæ S. Antiochi, Monachi Palæſtini Lauræ S. Sabæ, *exſtant pag. 171. num. 9.*

CONSTANTINI *Varini* Librorum Græcorum Catalogus *exſtat part. 5. pag. 151. num. 2.*

Imp. CONSTANTIUS, *Imp.* Conſtantini Magni *filius, cæpit imperare poſt mortem Patris A. C. 337. & obijt A. C. 361.* Epiſtolæ EJUS tres ad S. Athanaſium, Archiepiſcopum Alexandrinum, *exſtant pag. 10. num. 62.* Epiſtola ad Epiſcopos & Presbyteros Eccleſiæ Catholicæ, pro S. Athanaſio, *exſtat pag. 10. num. 64.* Epiſtola pro Eodem S. Athanaſio ad Populum Alexandrinum, *exſtat pag. 10. num. 65.* Epiſtola pro Eodem S. Athanaſio ad Neſtorium, & eâdem formâ ad Auguſtamnicæ, Thebaidis, & Libyarum Præſides, *exſtat pag. 10. num. 66.* Epiſtola ad Neſtorium, Præfectum Ægypti, *exſtat pag. 12. num. 91.* Epiſtola ad S. Athanaſium, diverſa à tribus ſuprà memoratis, *exſtat pag. 12. num. 91.* Epiſtola ad Concilium Ariminenſe, *exſtat pag. 13. num. 93.* Epiſtola ad S. Athanaſium, diverſa à quatuor ſuperioribus; Epiſtola ad Alexandrinos; Epiſtola contra Frumentium, Epiſcopum Axumeos, ad Tyrannos ejus loci, Aizanam & Sazagam; *exſtant pag. 13. num. 34.* Donatio, S. Sylveſtro I. Papæ facta, ſecundùm editionem Conſtantini Harmenopuli; *part. 2. pag. 16. num. 7. item pag. 27. num. 2.*

CON-

CONSTANTINOPOLITANORUM Clericorum Conteſtatio publica, contra Neſtorium Hæreſiarcham, *exſtat pag. 111. num. 10. Ejuſdem Cleri* Epiſtola ad S. Concilium Epheſinum Generale III. *exſtat pag. 112. num. 21.*

CONSTANTINOPOLITANÆ Eccleſiæ Gratiarum actio annua ob Catholicæ Fidei reſtitutionem, & everſionem hæreſeos Iconomachicæ, *exſtat part. 5. pag. 138. num. 2.*

CONSTANTINOPOLITANA varia Oracula & Vaticinia *exſtant part. 3. pag. 34. num. 3.*

CONSTANTINOPOLITANI Patriarchæ Stylus Epiſtolaris; *Vid. Anonymos.*

CONTIANUS; *vide*, GABRIEL.

CONVIDIUS Anteceſſor; *vide*, CUBIDIUS; *vide*, JOANNES.

COORUM Reſcriptum ad Artaxerxem, Regem Perſarum, pro Hippocrate, *exſtat part. 3. pag. 35. Cod. XXIV. Vid. etiam* HIPPOCRATES.

COSMAS, *cognomine* Indicopleuſtes, *ſive*, Navigator Indicus, *ſcripſit* Diſſertationem contra Cœli rotunditatem ſphæricam, *quæ exſtat pag. 326. num. 2.*

COSMAS Hieroſolymitanus, *qui circa annum Chriſti 750. floruit. Ejus* Enarratio metrica ſingulorum Pſalmorum totius Pſalterij Davidici, *exſtat pag. 133. Cod. LIII. Eadem* Ἔκφρασις carmine Jambico *exſtat pag. 353. num. 6. Videtur hic idem eſſe atque* Coſmas Magnus.

COSMAS, Epiſcopus Majumenſis, *qui* S. Joannis Damaſceni *fuit æqualis*, Canon paracleticus ad Chriſtum, *exſtat pag. 162. num. 6.* Canones, ſive, Cantica Eccleſiaſtica, cum Expoſitione ſingulis Troparijs ſubjunctâ; *pag. 374. Cod. CCLXVI.*

COSMÆ, ſub Imp. Romano Seniore Magiſtri Officiorum, *Sententiæ duæ de colonis exſtant part. 2. pag. 5. num. 2.* Novella *ab eodem, ſub nomine* Imp. Romani Senioris, *compoſita*; *pag. 9. num. 11.*

COSMÆ Magni Teſtimonium, de Aſſumptione Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, *citatur pag. 435. num. 16. Videtur hic idem eſſe atque* Coſmas Hieroſolymitanus.

COSMAS quidam *ſcripſit* Sermonem paræneticum ſive admonitorium ad peccatorem quendam contumacem; *qui exſtat part. 5. pag. 27. num. 58.*

CRATETIS Thebani, Philoſophi Cynici, *qui ſeculo ante Chriſtum* quarto *floruit*, Epiſtolæ ſeptem *exſtant pag. 398. num. 29.*

CRATEVÆ, *cognomine* Rizotomi, *Magiſtri artis Herbariæ præſtantiſſimi, qui ſeculo ante Chriſtum* quinto Hippocrati *fuit ſynchronus*, Fragmenta quædam Botanica, ex Herbario ipſius deſumpta, *exſtant part. 3. pag. 9. num. 1. item pag. 20. num. 1.*

CRISPINI Lampſaceni Vita S. Parthenij, Epiſcopi Urbis Lampſaci in Aſiâ ad Helleſpontum, *qui ipſius fuit Magiſter, & ſub Imp.* Conſtantino Magno *floruit*, *exſtat part. 5. pag. 7. num. 14.*

CRITODEMI Apotelesmatica *exſtant part. 4. pag. 63. Cod. CVIII. num. 2.*

CUBIDIUS *Anteceſſor*; *vide*, JOANNES.

CUCUZELES; *vide*, JOANNES.

CYDONIUS; *vide*, DEMETRIUS.

S. CYPRIANUS, Epiſcopus Carthaginenſis & Martyr; *vide*, CONCILIUM Carthaginenſe tertium.

S. CYRILLUS, Archiepiſcopus Alexandrinus, *qui A. C. 431.* S. Concilio Epheſino *adverſus* Neſtorium *Hæreſiarcham, nomine* S. Cæleſtini *Papæ præfuit, & A. C. 444. vel 445. obijt. EJUS* Commentariorum in Exodum Libri tres, *exſtant pag. 14. num. 104. Unà cum* Commentarijs in Levitum, Numeros, & Deuteronomium, *exſtant pag. 14. num. 105. 106. & 107. Idem* citatur *aliquoties in* Catenâ in Geneſin, *quæ exſtat pag. 20. Cod. VII.* Ex *Ejuſdem* duodecim contra Neſtorium Capitibus, Anathematiſmus nonus cum Antirrheſi ſive contradictione Theodoreti, Epiſcopi Cyrenſis, & Apologiâ S. Cyrilli, *exſtat pag. 22. num. 5. Ejuſdem* Catecheſis decima quinta, ad illuminatos *exſtat pag. 23. num. 10.* Liber ſecundus de rectâ Fide ad Imperatrices, Oratio de Incarnatione Dei Verbi, Epiſtola ad Monachos Ægypti, & Epiſtola ad Neſtorium Hæreſiarcham; *pag. 37. num. 3.* Epiſtolæ duæ ad Neſtorium Hæreſiarcham; *pag. 110. num. 1. & 3.* Epiſtola ad S. Cæleſtinum, primum ejus nominis Pontificem Romanum; *pag. 111. num. 4.* Epiſtola ad Monachos Conſtantinopolitanos; *num. 6.* Epiſtolæ tres ad Joannem, Epiſcopum Antiochenum, ad Juvenalem, Epiſcopum Hieroſolymitanum, & ad Acacium, Epiſcopum Berœenſem; *num. 8.* Epiſtola ad Clericos Conſtantinopolitanos; *num. 11.* Liber ad Imp. Theodoſium II. de rectâ in Chriſtum fide; *num. 12.* Epiſtola ad Clerum Populumque Conſtantinopolitanum contra Neſtorium; *num. 13.* Exemplum Sacræ Epiſtolæ Imperatoriæ ad S. Cyrillum; *exſtat pag. 112. num. 16.* Epiſtolæ duæ ad Comarium & Potamonem

monem Epiſcopos, nec non ab Epheſo ad Patres Monachorum; *pag. 112. num. 18.* Epiſtolæ duæ ad Clerum Populumque Conſtantinopolitanum, & ad Epiſcopos, Theopemptum, Potamonem, & Danielem; *pag. 113. num. 29.* Homiliæ quinq; contra Joannem, Epiſcopum Antiochenum, & Neſtorium; *num. 31.* Apologeticus ad Imp. Theodoſium Juniorem; *num. 34.* Epiſtola ad Joannem, Epiſcopum Antiochenum, & Synodum ibidem congregatam; *pag. 114. num. 37.* Epiſtolæ quatuor ad Clerum & Populum Alexandrinum; *num. 39.* Homilia de Paulo, Epiſcopo Emeſeno, & de Incarnatione Dominicâ; *pag. 115. num. 46.* Epiſtola ad Evoptium, contra Theodoreti, Epiſcopi Cyrenſis, impugnationem duodecim Anathematiſmorum; *num. 48.* Duodecim Anathematiſmi contra Neſtorium, eorumque Declaratio coram S. Concilio Epheſino, ut & eorundem Defenſio adverſus Theodoreti, Epiſcopi Cyrenſis, Reprehenſiones; *num. 49.* Epiſtolæ quatuor, ad Valerianum, Epiſcopum Iconij, ad Eulogium Presbyterum, ad Acacium, Epiſcopum Melitenæ, & ad Succeſſum, Epiſcopum Diocæſareæ Iſaurienſis Provinciæ; *num. 50.* Epiſtola ad Joannem, Epiſcopum Antiochenum, cæteroſque Epiſcopos Orientales de Pace; *num. 55.* Teſtimonia de duabus in Chriſto naturis, ex Epiſtolis *ipſius* ad Neſtorium, & Joannem, Epiſcopum Antiochenum *deſumpta*; *pag. 116. num. 57.* Explicatio Verborum Chriſti apud S. Matthæum, De die autem illo vel horâ nemo ſcit, neque Angeli, neque Filius, niſi Pater; *pag. 118. num. 70.* Explicatio primi verſûs Capitis ſecundi Cantici Canticorum, Ego flos campi, & lilium convallium; *num. 71.* Oratio in Feſtum Purificationis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ; *pag. 147. num. 17. Eidem S. Cyrillo attribuitur* Expoſitio in Prophetam Eſaiam, *quæ exſtat pag. 179. Cod. C.* Fragmentum in varia Veteris & Novi Teſtamenti Cantica Sacra; *pag. 235. Cod. CLIX. Ejuſdem* Expoſitio compendiaria Orthodoxæ Fidei; *pag. 243. num. 6.* Ex *Ejus* Dialogo ad Hermiam de Conſubſtantiali Trinitate Fragmentum; *pag. 280. num. 10.* Fragmenta quædam ex varijs Ejus Operibus; *pag. 291. num. 1. Citatur aliquoties* in Catenâ in Eſaiam Prophetam; *pag. 326. num. 1.* Expoſitio compendiaria Orthodoxæ Fidei; *pag. 355. num. 12.* Sententia notabilis de vero Deum adorandi modo in Spiritu & veritate; *pag. 362. num. 2.* Diſputatio cum Neſtorio Hæreſiarchâ; *pag. 418. num. 30.* Ex *Ejuſdem* Libro ſecundo de Sacrificio Agni exſtat Fragmentum; *pag. 438. num. 14.* Quæſtiones & Reſponſiones de Fide Orthodoxâ; *pag. 440. num. 10.* Ex *Ejuſdem* Operibus Fragmentum de tempore Sacræ Cœnæ Chriſti, *exſtat part. 2. pag. 17. num. 16.* Ex Epiſtolâ ad Domnum, & ex Epiſtolâ ad Epiſcopos Libyæ & Pentapoleos Fragmenta; *pag. 24. num. 4.* Homilia in Nativitatem Chriſti; *pag. 28. num. 12.* Ex *Ejus* Opere contra Imp. Julianum Apoſtatam Fragmentum; *part. 3. pag. 23. num. 14. Ejuſdem* Lexicon; *part. 4. pag. 131. Cod. CCXLIV.* Ex *Ejuſdem* Opere contra Imp. Julianum Apoſtatam Excerpta quædam; *pag. 124. num. 9. Ejuſdem* Epiſtolæ duæ Canonicæ ad Domnum, Epiſcopum Antiochenum, & ad Epiſcopos in Libyâ & Pentapoli; *part 5. pag. 23. num. 29. Ejuſdem* Anathematiſmi duodecim contra Neſtorium Hæreſiarcham; *pag. 26. num. 49. Iterum pag. 51. num. 19. Iterum pag. 110. num. 40. Iterum pag. 150. num. 9. & quidem cum Anonymi Appendice de Opinionibus Hæreſiarcharum. Ejuſdem* Expoſitio Orthodoxæ Fidei; *pag. 50. num. 9. Ejuſdem* Epiſtolæ quatuor Canonicæ, ad Maximum, Diaconum Antiochenum, ad Gennadium, Presbyterum & Archimandritam, ad Domnum, Epiſcopum Antiochenum, & ad Epiſcopos in Libyâ & Pentapoli; *pag. 109. num. 34. Ejuſdem* Quæſtiones & Reſponſiones quædam Theologicæ; *pag. 132. num. 4. Ejuſdem* Homilia in Sanctiſſimam Virginem Deiparam, Epheſi contra Neſtorium habita; *pag. 178. num. 12.*

S. CYRILLUS, Archiepiſcopus Hieroſolymitanus, *qui A. C. 386. obijt. Ejus* Catecheſes tàm Extemporaneæ ad illuminatos, quàm Myſtagogicæ ad recens baptizatos, *exſtant pag. 47. num. 5.* Oratio in Occurſum Chriſti, & in S. Symeonem, *ſive*, in Feſtum Purificationis Beatiſſimæ Virginis Deiparæ; *pag. 206. num. 36.* Hiſtoria Eccleſiaſtica & Myſtagogica, ſive Explicatio Vocabulorum & Rituum Eccleſiaſticorum; *pag. 315. num. 9.* Quæſtiones & Reſponſiones de Orthodoxâ Fide; *pag. 417. num. 8. Ejuſdem* Oratio in Occurſum Chriſti, & Purificationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, & in Symeonem Juſtum; *part. 5. pag. 6. num. 7.*

CYRILLI, Monachi ſynchroni, Hiſtoria Vitæ S. Sabæ, *celeberrimi in Palæſtinâ Abbatis, qui A. C. 531. d. 5. Dec. obijt,* Georgio Abbati Lauræ Novæ dedicata, *exſtat part. 5. pag. 57. num. 3.*

Ex CYRILLI Monachi, S. Sabæ, *celeberrimi in Palæſtinâ* Abbatis, *qui A. C. 531. die 5. Decemb. obijt*, diſcipuli, Hiſtoriâ Euthymiacâ, de Vitâ & rebus geſtis S. Euthymij, Abbatis Palæſtini, *qui A. C. 472. mortuus eſt, exſtat* Fragmentum in Locis Communibus aſceticis, *qui continentur pag. 167. Cod. LXXXIV. Ejuſdem* Hiſtoria Vitæ S. Sabæ Abbatis, Georgio Abbati Lauræ Novæ dedicata; *part. 5. pag. 57. num. 3.*

CYRILLI *Monachi* Breviarium Chronographicum, cum Interpretatione Latinâ, *exſtat part. 5. pag. 174. Cod. CXXIV.*

CYRILLI *alicujus, ut videtur*, Lexicon, *exſtat part. 4. pag. 115. Cod. CCXII.*

D.

DAMASCII, Philoſophi, *qui* Marini, *Succeſſoris* Procli *in Scholâ Athenienſi fuit diſcipulus, & ſub Imp.* Juſtiniano I. *ſive* Magno *floruit*, Supplementum Scholiorum Olympiodori in Platonis Alcibiadem primum *exſtat part. 4. pag. 10. num. 1.*

S. DAMASI, primi ejus nominis Pontificis Romani, *qui A. C. 367. electus eſt, & A. C. 384. obijt*, Teſtimonium de Proceſſione Spiritûs Sancti ex Patre & Filio, deſumptum ex ipſius Confeſſione Fidei Catholicæ, miſsâ ad Paulinum, Epiſcopum Antiochiæ, *exſtat pag. 280. num. 13. Ejuſdem* Profeſſio Fidei Catholicæ, & Anathematiſmi duodecim adverſus diverſas hæreſes; *part. 5. pag. 26. num. 51. Ejuſdem* Definitiones Theologicæ miſcellaneæ; *pag. 132. num. 4.*

DANIELIS Abbatis Narratio, *à Joanne Diacono quodam accepta*, de puero aliquo Hebræo, à pueris Chriſtianis per luſum baptizato, *exſtat part. 5. pag. 125. num. 18.*

DANIELIS, Monachi Rhaitheni, Hiſtoria Vitæ Joannis Climacis, Abbatis Montis Sina, *exſtat pag. 179. Cod. XCIX. item pag. 306. num. 2. Iterum pag. 312. num. 4.*

DANIEL, quartus ex quatuor Prophetis Majoribus, *floruit obijtq́; ſeculo ante Chriſtum* ſexto. *Ejus* ſuppoſititia Viſio ultima, per Methodium, Patarorum in Lyciâ Epiſcopum divulgata, *exſtat part. 2. pag. 17. num. 12. Ejus* Prophetia à principio Capitis tertij, uſque ad finem Capitis duodecimi; *part. 5. pag. 162. num. 25.*

DATIANEBIS Liber de Actionibus Specialibus, *exſtat pag. 7. num. 5.*

DAVIDIS, Monachi, compendiaria & perſpicua Declaratio hæreſeos Barlaami & Acyndini, *exſtat pag. 310. num. 16.*

DAVID, Philoſophus; *vide*, NICETAS.

DAVID, Rex & Propheta Hebræorum, *floruit obijtq́; ſeculo ante Chriſtum* undecimo, *& relinquit* Pſalterium, centum quinquaginta *conſtans* Pſalmis, cum uno ſupernumerario. In Pſalterium Catena, ex varijs Antiquis Autoribus collecta, *exſtat pag. 140. Cod. LIX.* Pſalterium *in* quinq; Libellos *ſeu* Partes *diviſum, cum* brevi Expoſitione *ſingulis verſibus ſubjunctâ; pag. 228. Cod. CLII.* Pſalterium, cum Euſebij Pamphili Prolegomenis & Hypotheſibus ſive Argumentis ſingulorum Pſalmorum; *pag. 260. num. 2.* Pſalterium, in viginti Sectiones, *καθίσματα appellatas*, diviſum; *pag. 260. Cod. CLXXVII.* Pſalterium cum verſione Latinâ; *pag. 326. Cod. CCXXVII.* Pſalterium; *pag. 331. Cod. CCXXXIV.* Pſalmi aliquot; *pag. 333. num. 3.* Pſalterium ſine ullâ Expoſitione, cui in fine annexa ſunt Cantica ſacra; *pag. 337. Cod. CCXLI.* Pſalmi aliquot; *pag. 374. num. 3.* Pſalterium, cum brevi Expoſitione ſingulis verſibus ſubjunctâ; *pag. 401. Cod. CCXCIV.* In Pſalterium Catena, ex varijs antiquis Autoribus collecta; *pag. 402. Cod. CCXCVII.* Pſalterium, cum Anonymi Commentario marginali; *pag. 403. Cod. CCXCVIII.* In Pſalterium, ejuſque Appendicem, varia Veteris & Novi Teſtamenti Cantica ſacra complectentẽ, Catena ex varijs antiquis Autoribus collecta, *cujus compilatorem credidit* Joannes Sambucus Nicetam, Metropolitam Heracleenſem; *pag. 403. Cod. CCXCIX.* Pſalterium, cum Origenis Expoſitione ſingulis verſibus ſubjunctâ; *pag. 424. Cod. CCCXI.* Pſalterium minutiſſimis Literis ſcriptum, cum Verſione latinâ è regione appoſitâ; *pag. 442. Cod. CCCXXVII.* In Pſalterium Davidicum Procemia duo; *pag. 448. num. 3.* Idem Pſalterium, cum ſubjunctis Canticis ſacris variorum Autorum; *num. 7. Ejuſdem* Viſio apocrypha; *part. 5. pag. 157. Cod. CX.*

DEMETRII Chalcondylis, *qui ſeculo poſt Chriſtum* decimo quinto *floruit*, Inſtitutiones Grammaticæ Græcæ, *exſtant part. 4. pag. 139. Cod. CCLXXIV. num. 1.*

DEMETRII Chryſoloræ, Epigramma funebre in Theodorum Deſpotam Laconiæ, fratrem Imp. Manuelis Palæologi, *exſtat part. 4. pag. 56. num. 7. Ejuſdem* Erotemata Grammaticæ; *pag. 163. Cod. CCCXLVII.*

DEMETRII Conſtantinopolitani, Orneoſophicum, ſive Opus de Accipitrum educatione & curâ, in Libros duos diviſum; *exſtat part. 3. pag. 46. num. 1.*

DEMETRII Cydonij Theſſalonicenſis, *qui A. C. 1355. cum* Imp. Joanne Cantacuzeno *monaſterium ingreſſus eſt*, Epiſtola ad Nicolaum Cabaſilam *exſtat pag. 309. num. 9.* Syngramma de Proceſſione Spiritûs Sancti pro Latinis contra Græcos, diviſum in Capita quadraginta unum; *pag. 362. num. 1.* Apologia pro S. Thomâ Aquinate, contra Nilum Cabaſilam, Archiepiſcopum Theſſalonicenſem; *pag. 363. num. 2.* Epiſtola ad Amicum quendam, communi-

municationem proximè præcedentis Libri à ſe petentem; *num. 3.* Epiſtolæ tredecim; *num. 4.* Oratio, quâ demonſtratur, metum mortis eſſe irrationalem; *pag. 366. num. 16.* Oratio in Annunciationem Beatiſſimæ Virginis Deiparæ; *num. 17.* Epiſtola ad Nicolaum Cabaſilam; *pag. 369. num. 32.*

DEMETRIUS Phalereus, *Philoſophus Græcus Peripateticus, qui ſeculo ante Chriſtum* tertio *floruit. Ejus* Opuſculum de Elocutione *exſtat part. 4. pag. 37. num. 2.*

DEMETRII Triclinij, Scholia in Heſiodi Theogoniam, *exſtant part. 4. pag. 21. num. 8.*

DEMOCRATI Epiſtolæ *exſtant part. 4. pag. 36. num. 5.*

DEMOCRATIS Philoſophi Sententiæ quædam *exſtant pag. 334. num. 3.*

DEMOCRITI Abderitæ, *qui ſeculo ante Chriſtum* quinto *floruit*, aliorumque Veterum Sapientûm Sententiæ, *exſtant part. 3. pag. 41. num. 9. Ejuſdem* Myſtica & Phyſica ſuppoſititia, ad Chryſopœiam ſive Artem faciendi auri pertinentia; *part. 3. pag. 15. num. 4. item pag. 19. Cod. III.*

DEMOSTHENIS, Oratoris Athenienſis, *qui anno ante Æram Chriſtianam 322. veneno ſibi necem conſcivit,* Orationes cum Notis interlinearibus & marginalibus, *exſtant part. 4. pag. 33. Cod. XLVIII. Ejuſdem* Orationes variæ; *pag. 41. num. 1.* In *Ejus* Orationes *XVIII. exſtant* Ulpiani Commentaria Græca; *part. 4. pag. 16. Cod. XX. Ejuſdem* Orationes; *pag. 59. Cod. CI. Ejuſdem* Orationes quædam, Notis marginalibus hinc inde illuſtratæ; *pag. 62. Cod. CV. Ejuſdem* Oratio de Coronâ; *pag. 78. num. 1. Ejuſdem* Olynthiacæ; *pag. 105. num. 1. Ejuſdem* Oratio Olynthiaca ſecunda, cum Libanij Sophiſtæ Hypotheſi ſive Argumento; *pag. 107. Cod CLXXXVIII. num. 4.*

S. DIADOCHI, Photices in Veteri Epiro ſive Illyrico Epiſcopi, *qui circa A. C. 390. floruiſſe creditur,* Capita centum aſcetica, de Perfectione ſpirituali, *exſtant pag. 164. num. 1.* Capita centum aſcetica de Perfectione ſpirituali, cum Definitionibus decem Procemij loco præfixis; *pag. 173. num. 1. & pag. 184. num. 4.* Capita aſcetica decem de Perfectione ſpirituali; *pag. 268. num. 12.* Capita centum de Perfectione ſpirituali; *pag. 286. num. 17. Iterum pag. 377. num. 2.* Sententia notabilis de vero DEUM adorandi modo in Spiritu & veritate; *pag. 362. num. 2.* Quæſtiones & Reſponſiones ſacræ triginta octo; *num. 3.* Aliud aliquod Caput aſceticum; *num. 4.* Ex *Ejuſdem* Capitibus aſceticis Excerpta quædam; *pag. 412. num. 16.*

DIÆRETA; *vide*, GEORGIUS.

DIDYMUS Alexandrinus, *ab infantiâ licet cæcus, ob multa tamen, quæ conſcripſit, egregia Opera, & quòd* S. Hieronymum *in Ægypto habuerit diſcipulum, percelebris, qui circa A. C. 393. obijt*, citatur *aliquoties in* Catenâ in Geneſin, *quæ exſtat pag. 20. Cod. VII.* Liber contra Manichæos *exſtat pag. 127. Cod. XLIV. Citatur in* Commentario marginali in quatuor Evangeliſtas, *qui exſtat pag 232. Cod. CLIV.* Fragmentum in varia Veteris & Novi Teſtamenti Cantica ſacra; *pag. 235. Cod. CLIX.*

DIDYMUS, *Didymi Salſamentarij filius*, Alexandrinus, *Ariſtarchus & Grammaticus, floruit ſub* Auguſto Imperatore, *cognomento* Chalcenterus, *quaſi æneis inteſtinis præditus, ob aſſiduum laborem & indefeſſum ſcribendi ſtudium. Ejuſdem* Epitome Parœmiarum ſive Proverbiorum *exſtat part. 4. pag. 106. Cod. CLXXXV.*

DIOCLIS Caryſtij, Medici dogmatici, *qui ſeculo ante Chriſtum* quinto *floruit*, Epiſtola prophylactica ad Antigonum Regem, de morborum præſagijs, & eorundem extemporaneis remedijs; *exſtat part. 3. pag. 25. num. 3. Iterum pag. 37. num. 5. Iterum pag. 44. num. 10.* Epiſtola ad Antigonum Regem, de tuendâ ſanitate; *pag. 51. num. 3.*

DIODORUS Siculus, *qui ſub Impp.* C. Julio Cæſare & Auguſto *vixit. Ejus* Bibliothecæ Hiſtoricæ Liber Primus & Quintus *exſtat part. 5. pag. 98. Cod. L.* Ex *Ejuſdem* Bibliothecæ Hiſtoricæ Libro ſecundo Excerptum, de Aſſyriorum & Medorum Regibus, Georgij Gemiſti Plethonis, *exſtat pag. 140. num. 1. Iterum pag. 158. num. 2.* Ex *Ejuſdem* Operibus Narratio compendiaria rerum geſtarum poſt pugnam Epaminondæ, Ducis Thebanorum, ad Mantineam, Georgij Gemiſti Plethonis; *num. 2.* Ex *Eodem* Excerpta quædam Georgij Gemiſti Plethonis; *num. 3. Vide Lit. G. ubi agitur de* GEORGIO Gemiſto Plethone, *& Lit. P. ubi agitur de* PHOTIO, Patriarchâ Conſtantinopolitano.

DIODORUS, Epiſcopus Tarſenſis, *qui A. C. 370. adhuc vivebat*, citatur *in* Catenâ in Geneſin, *quæ exſtat pag. 20. Cod. VII.*

DIOGENES Laërtius, *qui ſeculo poſt Chriſtum* ſecundo *ſub* Imp. Antonino Pio *floruit.* Ex *Ejuſdem* Libris decem de Vitis Philoſophorum, Anonymi Collectio Apophthegmatum & Sententiarum inſigniorum *exſtat part. 4. pag. 124. num. 3.* Ex *Ejuſdem* Libris decem de Vitis,

Vitis, Dogmatibus, & Apophthegmatibus illuſtrium veterum Philoſophorum Græcorum, Excerpta quædam *exſtant part. 4. pag. 64. num. 7. Ejuſdem* Opera; *pag. 118. Cod. LIX.*

DIOGENIS Sinopenſis, Philoſophi Cynici, *qui ſeculo ante Chriſtum* quarto *floruit*, Epiſtolæ tres *exſtant pag. 398. num. 29.* Epiſtolæ variæ; *part. 4. pag. 49. num. 3.*

DIOGENIANI Heracleotæ Pontici, *qui ſub Imp.* Hadriano *floruit*, Proverbia aliquot *exſtant part. 4. pag. 101. num. 32.*

DIONIS Pruſæenſis, *ob Eloquentiam cognominati* Chryſoſtomi, *Sophiſtæ ac Philoſophi, qui ſeculo poſt Chriſtum* ſecundo *ſub* Imp. Trajano *potiſſimùm floruit*, Orationes *ſeu* Declamationes Rhetoricæ *exſtant part. 4. pag. 10. Cod. XII. Ejuſdem* Orationes ſeptendecim *exſtant, pag. 64. num. 9.* Excerpta ex reliquis Ejuſdem Dionis Chryſoſtomi ſcriptis *exſtant pag. 65. num. 10. Ejuſdem* Oratio de Regno & Tyrannide; *num. 11. Ejuſdem* Oratio inſcripta Philoctetes; *num. 12. Ejuſdem* Orationes duæ; *pag. 121. Cod. CCXXIII. num. 1.*

DIONYSIUS Alexandrinus, *non* Alexandriæ *in* Ægypto *aut* Syriâ, *ſed in* Regione Suſianâ ad Sinum Arabicum *inter* Tigrim *&* Eulæum fluvios *natus, & vulgò dictus* περιηγητὴς, *floruit ſeculo poſt Chriſtum* ſecundo. *Ejuſdem* Carminis heroici de ſitu Orbis habitabilis Fragmenta quædam *exſtant part. 4. pag. 111. Cod. CXCVIII. Ejuſdem* Periegeſis ſive Deſcriptio ſitûs Orbis terrarum verſibus hexametris, cum Anonymi Paraphraſi græcâ, hactenùs, quod ſciam, nondum editâ, *exſtat part. 5. pag. 172. num. 1.*

S. DIONYSII, Archiepiſcopi Alexandrini, *qui A.C. 265. obijt*, Epiſtola Apologetica ad S. Dionyſium, Pontificem Romanum, *exſtat pag. 13. num. 95.* Epiſtolæ duæ ad Theodoſium Monachum, & Urſenuphium Lectorem; *pag. 220. Cod. CXXXV.* Ex *Ejus* Epiſtolâ ad Baſilidem de diverſis Capitibus *exſtat* Fragmentum Canonicum; *part. 2. pag. 24. num. 4. Ejuſdem* Epiſtola Reſponſoria ad Baſilidem de diverſis Capitibus Canonicis; *part. 5. pag. 22. num. 23. Iterum pag. 106. num. 19.*

S. DIONYSIUS Areopagita, *qui* Athenis *A.C. 50. à* S. Paulo Apoſtolo *ad Chriſtianam Religionem converſus, &* primus Urbis Athenienſis Epiſcopus *creatus eſt. Ejus* Opera, cum Scholijs S. Maximi, Monachi & Martyris, nempe Liber de Divinis Nominibus, Liber de Cœleſti Hierarchiâ, Liber de Eccleſiaſticâ Hierarchiâ, Liber de Myſticâ Theologiâ, & Epiſtolæ decem, *exſtant pag. 149. Cod. LXV. Eadem* S. Dionyſij Opera, *unà* cum *iiſdem* S. Maximi Scholijs, *exſtant etiam pag. 191. 192. Cod. CX. Anonymi* Expoſitio græca difficiliorum quorundam vocabulorum, ad Hierarchiam Eccleſiaſticam pertinentium, *quibus* S. Dionyſius Areopagita *in ſuis ſcriptis utitur*; *ſimul &* Recenſio deperditorum Operum *ejuſdem* S. Dionyſij, *quorum ipſe in ſcriptis ſuis, quæ ad nos pervenère, meminit*; Interpretatio alphabetica, hactenùs, quod ſciam, inedita, difficiliorum quorundam vocabulorum, *quibus* S. Dionyſius Areopagita *in Operibus ſuis utitur*; *pag. 192. Cod. CX.* Libri duo de Cœleſti Hierarchiâ, & de Divinis Nominibus, nec non Epiſtolæ decem, unà cum Scholijs S. Maximi; *pag. 237. Cod. CLXII.* Fragmenta quædam; *pag. 356. num. 18.* Ex *Ejuſdem* Capite quarto de Hierarchiâ Eccleſiaſticâ, quo agitur de Sacro Chriſmate, Excerptum, cum Anonymi Expoſitione; *pag. 358. num. 1.* Fragmenta quædam aſcetica; *pag. 378. num. 13.* Ex *Ejus* Operibus Fragmenta quædam; *part. 2. pag. 21. num. 16. Ejuſdem* Excerptum de Cæremonijs funeralibus, in exequijs piè defunctorum uſitatis; *part. 5. pag. 29. num. 69.*

DIONYSII *Comitis* Epiſtola, in cauſâ S. Athanaſij, *exſtat pag. 12. num. 85.*

S. DIONYSIUS, Corinthiorum Epiſcopus, *qui circa A.C. 170. obijt*, citatur *in Anonymi Teſtimonio de* S. Dionyſio Areopagitâ, *quod exſtat pag. 191. Cod. CX.*

DIONYSIUS Halicarnaſſæus, *Hiſtoricus, qui ſeculo poſt Chriſtum* primo, *tempore Imp.* Auguſti *floruit. Ejus* Ars Rhetorica *exſtat part. 4. pag. 37. num. 1. Idem* de Compoſitione Nominum; *pag. 129. Cod. CCXXVII. num. 3.* In *Ejuſdem* locum ſingularem Libri primi Antiquitatum Romanarum de Inſulâ Samothrace, & Dijs Troicis, Commentarius Epiſtolaris Joannis Magiſtri, cognomine Canabutij, *exſtat part. 5. pag. 164. Cod. CXVII.*

DIONYSIUS Longinus, *ſeculo poſt Chriſtum* tertio Zenobiæ, Palmyrenorum Reginæ, & Porphyrij Philoſophi *Præceptor*; *vide Lit. H. ubi agitur de* HERMOGENE.

DIONYSII Thracis Interrogationes Grammaticæ & Rhetoricæ; *exſtant part. 4. pag. 48. Cod. LXXIX.*

DIONYSIUS *Uticenſis*; *vide Lit. C. ubi agitur de Imp.* CONSTANTINO, *vel Pogonato, vel Porphyrogenito.*

Ex DIOSCORIDIS Anazarbenſis, *qui ſeculo ante Chriſtum* primo, ſub Impp. C. Julio Cæſare & Auguſto *floruit*, Libris quinque de Materiâ Medicâ,

Medicâ, nec non ex Cratevæ, Pamphili Alexandrini & Claudij Galeni Operibus collecta Deſcriptio Plantarum, ſeu Excerpta Botanica ordine alphabetico, *non ſolùm* antiquiſſimis characteribus *exarata*, *ſed* figuris Plantarum *inſuper* ad vivum depictis, *effigie* Julianæ Aniciæ, *Iconiſmo* Pavonis, *atque Imaginibus quatuordecim* Illuſtrium *veterum* Medicorum Græcorum *magnificè exornata*; *exſtant part. 3. pag. 9. num. 1.* Fragmenta quædam de Herbis; *pag. 20. num. 1.* *Ejuſdem* de Materiâ Medicâ Liber primus, & Libri ſecundi Capita priora viginti ſex, cum Anonymi antiquis Græcis Scholijs marginalibus, & cum variantibus Lectionibus ex duobus vetuſtis Codicibus MStis Bibliothecæ Venetæ Cardinalis Beſſarionis, & ex tertio quodam Nicolai Leonici, propriâ Petri Victorij manu in margine adſcriptis; *pag. 25. num. 1.* *Ejuſdem* Præfatio in Libros quinque de Materiâ Medicâ; *pag. 26 num. 4.* *Item* Deſcriptio Plantarum ſecundùm Alphabeti ſeriem ſuppoſititia; *pag. 26. & 27. num. 4.* Libri quinque de Materiâ Medicâ integri, ut ipſe eos compoſuit; *pag 27. num. 6.* Alphabetum Medicum Empiricum ſuppoſititium; *pag. 29. num. 7.* Ex *Ejuſdem* Libris quinque de Materiâ Medicâ Lexicon Botanicum, ab Anonymo ordine alphabetico collectum; *pag. 39. num. 4. Iterum pag. 40. num. 4.* *Ejuſdem* Suppoſititium Alphabetum Medicum Empiricum; *pag. 44. num. 2. Iterum pag. 55. num. 5.* *Ejuſdem* Præcepta ſalutaria Medica; *part. 4. pag. 99. num. 13.*

DIPLOMATA ducenta & unum, pertinentia ad Originem, Incrementum, Privilegia, Donationes, & Contractus Liberi Imperialis Monaſterij Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, in monte Lembo apud Urbem Smyrnam in Ioniâ ad mare Ægæum ſiti, & Lembi vel Lemborum cognominati, quorum primum ab Imp. Joanne Ducâ, cognomine Batatze, A.C. 1228. datum eſt, *exſtant part. 5. pag. 174. Cod. CXXV.*

DOROTHEI, Archimandritæ *ſive* Abbatis, *qui ſeculo poſt Chriſtum* ſexto *floruiſſe creditur*, variæ Doctrinæ Aſceticæ *exſtant pag. 264. num. 14. 15. 16.* Doctrinæ Aſceticæ decem; *pag. 380. Cod. CCLXXV.* Doctrinæ aſceticæ decem; *pag. 380. Cod. CCLXXVI.* Doctrinæ Aſceticæ novendecim; *pag. 389. num. 3.* Doctrinæ Aſceticæ ſeptem; *pag. 411. num. 6.*

DOROTHEI *cujuſdam, qui vulgò* Epiſcopus Tyri *appellatur*, Synopſis hiſtorica de duodecim Chriſti Apoſtolis, alijſque ſeptuaginta ejuſdem Diſcipulis, & de Prophetis Veteris Teſtamenti, *exſtat pag. 121. num. 84.* Chronologia Epiſcoporum & Patriarcharum Byzantinorum à S. Stachy *uſq. ad ſuam ætatem*, *unà cum* Continuatione ejuſdem Chronologiæ, *per alium quendam* Anonymum *Autorem uſq. ad Patriarcham* Coſmam, *qui antea fuit* Hieroſolymitanus Monachus; *num. 85.* Libellus de duodecim Chriſti Apoſtolis, & alijs ſeptuaginta Diſcipulis; *pag. 405. num. 4.*

DOROTHEI, Sidonij, Apoteleſmatica *exſtant part. 4. pag. 63. Cod. CVIII. num. 2.*

DOXOPATRA; *vide*, JOANNES.

DUCAS; *vide*, *Imp.* JOANNES.

DUCAS; *vide*, MANUEL.

E.

ELIÆ Ecdici, *incertæ ætatis Autoris*, Capita aſcetica ducenta quadraginta quatuor, *exſtant pag. 283. num. 3. & pag. 377. num. 1.*

S. EPHREM, EPHRÆM, *ſive* EPHRAIM, *cognomine* Syrus, Niſibi *in* Meſopotamiâ *natus*, Edeſſæ *autem*, *quæ ejuſdem regionis Urbs eſt*, Diaconus, *qui A.C. 378. obijt.* *Ejus* Oratio in meretricem, ungentem Chriſtum, *exſtat pag. 17. num. 9.* Oratio Panegyrica in omnes Sanctos Martyres Chriſti, qui per totum terrarum Orbem paſſi ſunt; *pag. 19. num. 24.* *Idem* citatur *in* Catenâ in Geneſin, *quæ exſtat pag. 20. Cod. VII.* *Ejus* Homilia de Antichriſto *exſtat pag. 23. num. 11.* Oratio de Pœnitentiâ; *pag. 28. num. 43.* Oratio in ſecundum Adventum Chriſti; *pag. 201. num. 2.* Oratio Panegyrica de Vitâ Joſephi Patriarchæ; *pag. 203. num. 17.* Inſtitutio quædam aſcetica; *pag. 222. num. 3.* Vita S. Ephræmi, ab Anonymo compoſita; *pag. 238. num. 1.* Sermones Parænetici quinquaginta ad Monachos; *num. 2.* Capita centum ad Monachos; *num. 3.* Sermo de Divinâ retributione ad propriam animam; *num. 4.* Sermo de Exercitatione ſpirituali Vitæ religioſæ atque monaſticæ; *num. 5.* Sermo adhortatorius ad Fratres; *pag. 239. num. 6.* Sermo, quòd non ſit ridendum, ſed potiùs lugendum; *num. 7.* Sermo in quotidiè peccantes, & quotidiè pœnitentes; *num. 8.* Sermo de Renunciatione, & de Beatitudinibus atque miſerijs; *num. 9.* Sermo de Animâ tempore tentationis; *num. 10.* Sermo de Judicio extremo, & de Compunctione; *num. 11.* Sermo de Patientiâ; *num. 12.* Sermo de Beatitudine; *num. 13.* Sermo de Compunctione; *num. 14.* Sermones duo in ſecundum Adventum Domini noſtri Jesu Chriſti;

num. 15. & 16. Sermo aſceticus; *num. 17.* Sermo de Fide in illud, Qui in modico fidelis eſt, & in multo erit; *pag. 240. num. 18.* Sermo de Virginitate, & quòd Juvenes non debent bibere vinum; *num. 19.* Sermo de Pœnitentiâ & Patientiâ; *num. 20.* Sermo de Pœnitentiâ; *num. 21.* Sermo ad correctionem eorum, qui vitiosè vivunt, & honores appetunt; *num. 22.* Sermo de Virtutibus & Vitijs per oppoſitionem; *num. 23.* Inſtitutio, ſive Catecheſis ad Monachos; *num. 24.* Precatio ad Deum; *num. 25.* Sermo in Antichriſtum; *num. 26.* Sermo de Pœnitentiâ; *num. 27.* Sermo de Compunctione & ſalute animæ; *num. 28.* Inſtitutio per Interrogationem & Reſponſionem, nempe quomodo blaſphemetur Deus, &c. *pag. 241. num. 29.* Sermo de Charitate & dilectione; *num. 30.* Sermo de Pſalmis, & quòd non ſit citharizandum; *num. 31.* Sermo de Jejunio; *num. 32.* Sermo de his, quæ præſens hæc noſtra vita in ſe continet; *num. 33.* Sermo de Timore animæ; *num. 34.* S. Ephræmi Teſtamentum; *num. 35.* Oratio de Compunctione; *pag 244. num. 15.* Precatio ad Deum cum Confeſſione; *num. 16.* Ex *Ejuſdem* Opuſculo de Beatitudinibus animæ Fragmentum; *num. 17.* Oratio de Operatione Diaboli; *pag. 263. num. 10.* Capita quædam ſelecta ex ejuſdem Libro de Virtutibus & Vitijs per oppoſitionem; *pag 264. num. 17.* Alia quædam Oratio; *pag. 265. num. 21.* Fragmentum ex *Ejus* Oratione de extremo Judicio; *pag. 291. num. 1.* Fragmenta quædam aſcetica; *pag. 378. num. 13.* *Ejus* Homiliæ aliquot *exſtant part. 4. pag. 134. Cod. CCLVIII. num. 2.* *Ejuſdem* Opuſcula varia triginta quatuor; *part. 5. pag. 70. num. 23.* *Ejuſdem* Oratio in Patriarchas, Abrahamum, Iſaacum, & Jacobum; *part. 5. pag. 121. num. 18.* *Ejuſdem* Oratio de Charitate & Pœnitentiâ; *num. 23.* *Ejuſdem* Oratio de Pœnitentiâ & de Judicio extremo; *pag. 125. num. 16.* *Ejuſdem* Oratio alia de Pœnitentiâ, & Judicio, & de Separatione animæ & corporis; *num. 17.* *Ejuſdem* Oratio de Pœnitentiâ & Compunctione; *pag. 127. num. 3.* *Ejuſdem* Oratio de Continentiâ; *pag. 133. num. 10.* *Ejuſdem* Oratio de Correctione Virtutis; *num. 11.* Ex *Ejuſdem* Doctrinâ Oratio de Pœnitentiâ, & futuro Judicio, & Abſtinentiâ à voluptuariâ vitâ; *num. 16.*

EPICTETI, celeberrimi Philoſophi Stoici, *qui ſeculo poſt Chriſtum* primo *floruit*, aliorumque veterum Sapientûm Sententiæ *exſtant part. 3. pag. 41. num. 9.* *Ejus* Enchiridion, ſive Manuale Philoſophiæ Stoicæ; *part. 4. pag. 26. num. 2.* *Iterum* cum Simplicij Commentario; *pag. 129. Cod. CCXXXIV.*

S. EPIPHANIUS, Conſtantiæ *ſive* Salaminis *in* Cypro Inſulâ Epiſcopus, *floruit ab A. C. 361. uſque ad A. C. 403. quo valdè ſenex obijt.* *Ejus* Oratio in Sepulturam Chriſti, & in Joſephum de Arimathæâ, habita in Sancto & Magno Sabbato, *exſtat pag. 18. num. 14.* Explanatio Verborum Epiſtolæ primæ S. Pauli ad Corinthios, Spiritus enim omnia ſcrutatur, etiam profunda Dei; *pag. 118. num. 68.* *Ut &* Explicatio Verborum Chriſti apud S. Matthæum, De die autem illo vel horâ nemo ſcit, neque Angeli, neque Filius, niſi Pater; *num. 69.* Fragmentum de Menſuris & Ponderibus; *pag. 137. num. 10.* Oratio in Sepulturam Chriſti; *pag. 203. num. 22.* Phyſiologus, *ſive*, Excerpta ex Libris Ariſtotelis, Phyſiologi, *ſive*, Exploratoris naturæ animalium *per excellentiam appellati*, cum Explicatione & applicatione Theologicâ; *pag. 214. num. 6.* Recenſio viginti duorum Operum Hexaëmeri creationis Mundi; *pag. 273. num. 19.* Fragmentum ex *Ejuſdem* Panario de S. Joſepho, Sponſo Beatiſſimæ Virginis Deiparæ, & de ejuſdem Liberis ex primâ Uxore Salome; *pag. 274. num. 23.* Liber *Ejuſdem* ſuppoſititius de Vitis Prophetarum, eorumque obitu & ſepulturâ; *num. 24.* Liber de duodecim Gemmis in veſte Aaronis; *pag. 289. num. 13.* Fragmenta quædam ex Ejus Panario, ſive, Opere adverſus hæreſes; *pag. 291. num. 1.* Oratio in ſecundum Adventum Chriſti, & de Anti-Chriſto; *pag. 347. num. 3.* Orationes quatuor, de Charitate, de actione bonorum Operum, de non revertendo ad Gentilium Opera, & de Pœnitentiâ; *pag. 349. num. 22.* Oratio de Joſepho Patriarchâ ſecundùm Librum Moyſis; *pag. 350. num. 26.* Oratio de ſecundo Adventu Chriſti, & de Conſummatione ſeculi, & de Separatione hominum in die extremi Judicij; *num. 30.* Fragmentum de Menſuris & Ponderibus; *pag. 393. num. 5.* Liber de duodecim Gemmis in Rationali Summi Sacerdotis Hebræorum; *part. 3. pag. 38. num. 8.* *Iterum pag. 42. num. 3.* Phyſiologus, ſive, Excerpta ex Libris Ariſtotelis de Animalibus, cum Expoſitione & Applicatione Theologicâ; *pag. 41. num. 6.* *Ejuſdem* Libellus de Menſuris & Ponderibus, *exſtat part. 4. pag. 100. num. 22.* *Ejuſdem* Phyſiologus, *ſive*, Excerpta ex Libris Ariſtotelis, Phyſiologi ſive Exploratoris Naturæ per excellentiam dicti, de Naturâ animalium, cum Expoſitione & Applicatione Theologicâ; *pag. 143. Cod. CCXC.*

Ejuſdem

Ejuſdem Oratio in Sepulturam Chriſti, & in Joſephum de Arimathæâ; *part. 5. pag. 126. num. 24.* Ex *Ejuſdem* Panario Fragmentum de Genealogiâ S. Joſephi, Sponſi S. Virginis Deiparæ; *pag. 161. num. 13.*

EPIPHANII *cujuſdam* Quæſtiones variæ ex Sacrâ Scripturâ, Anonymo cuidam Sancto Viro propoſitæ, & ad illas jam memorati Sancti Viri Reſponſiones, *exſtant pag. 219. num. 4.*

EPRUS, Medicus Syrus, *filius* Zaphar, *nepos* Elgzezar; *vide Lit. C. ubi agitur de* CONSTANTINO Rhegino *ſeu* Africano.

EROTIANI Lexicon in Hippocratem ad Andromachum, Imp. Neronis Archiatrum, *exſtat part. 3. pag. 49. num. 2.*

ESAIÆ Abbatis Capita decem aſcetica *exſtant pag. 268. num. 14. In eodem Codice, num. 23. pag. 269. exſtant etiam ESAIÆ* Presbyteri & Anachoretæ Capita tria aſcetica de Novitijs, de Monocellitis, & de iis, qui habitare volunt in Cœnobio. Capita viginti duo de Aſceſi, ſive, Exercitatione ſpirituali, & de Quiete; *pag. 284. num. 8.* Fragmenta quædam aſcetica; *pag. 378. num. 13.*

ESAIAS, primus quatuor Prophetarum Majorum, *floruit ſeculo ante Chriſtum* octavo, ſequenti *autem ſeculo, juſſu Regis* Manaſſis, *ſerrâ ligneâ in duas partes diſſectus eſt. Ejus* Prophetia, *cum* Andreæ Presbyteri ampliſſimâ Catenâ, *exſtat pag. 43. num. 2. Ejus* Prophetia *exſtat pag. 174. num. 1.* Expoſitio in Prophetam Eſaiam, *quæ* S. Cyrillo, Archiepiſcopo Alexandrino, *attribuitur, exſtat pag. 179. Cod. C.* Prophetiæ *Ejus* Fragmentum, cum Anonymi Catenâ marginali; *pag. 326. num. 1.* Canticum *Ejus exſtat in* Appendice Pſalterij Davidici; *pag. 337. Cod. CCXLI.*

ESDRAS, Sacerdos Legis divinæ Teſtamenti Veteris peritiſſimus, *floruit ſeculo ante Chriſtum* quarto, *& ſcripſit duos Libros, qui exſtant pag. 42. Cod. XXIII. Ejus* Suppoſititia Recenſio dierum infauſtorum cujuſque menſis; *part. 3. pag. 38. num. 9.*

EVAGRII Monachi, *patriâ* Cappadocis, *vulgò autem cognominati* Pontici, *qui ſeculo poſt Chriſtum* quarto, *priusquam ex Clerico fieret Monachus, à* S. Gregorio Nazianzeno Conſtantinopoli Diaconus *fuit ordinatus,* Apophthegmata veterum Patrum, *exſtant pag. 244. num. 10.* Fragmenta quædam aſcetica; *pag. 378. num. 13.*

EVAGRII *cujuſdam* Hiſtoria ſuppoſititia Vitæ & Martyrij S. Pancratij, Diſcipuli S. Petri Apoſtoli, & ab eodem ordinati Epiſcopi Tauromenij in Siciliâ, cujus diſcipulus & comes ipſe Autor hujus Narrationis fuiſſe fingitur, *exſtat part. 5. pag. 12. num. 38.*

EUCHOLOGIUM, *ſive* Rituale Græcorum, continens Ritus & Ordines variorum Officiorum Eccleſiaſticorum, cum Benedictionibus & Orationibus, cuilibet perſonæ, ſtatui, vel tempori congruis, *exſtat pag. 329. Cod. CCXXXII. item pag. 374. Cod. CCLXVII. Iterum pag. 391. num. 2. Iterum pag. 413. num. 2. Iterum part. 5. pag. 110. num. 36.*

EUCLIDIS, Geometræ, Platonici Philoſophi, *qui minimùm ſeptuaginta ſex annis poſt mortem* Socratis, *Alexandriæ in Ægypto ſub* Ptolemæo, Lagi filio, *floruit,* Elementorum Geometricorum Libri quindecim, cum elegantiſſimis Diagrammatibus, & Anonymi Scholijs græcis marginalibus, *exſtant part. 4. pag. 24. num. 1. Ejuſdem* Optica, in Theoremata ſeptuaginta unum diviſa, & neceſſarijs Diagrammatibus, atque Anonymi Scholijs græcis marginalibus illuſtrata; *num. 2. Ejuſdem* Phœnomena cum Diagrammatibus eò pertinentibus, & Anonymi Scholijs græcis marginalibus; *num. 3. Ejuſdem* Lemmata varia; *num. 4.* In Eum Prolegomena Procli Lycij, *Diadochi Platonici, exſtant pag. 34. num. 3. Ejuſdem* Elementorum Geometricorum Libri decem priores; *pag. 37. num. 2. Ejuſdem* Elementorum Libri ſex priores, ſecundùm editionem Theonis Alexandrini, cum Anonymi cujuſdam antiqui Autoris Prolegomenis, ex Procli Diadochi Platonici Commentarijs compendiosè deſumptis; *pag. 80. num. 7.*

EUDEMII *Rhetoris* Lexicon *exſtat part. 4. pag. 77. Cod. CXXXII.*

EUDOXIUS, Archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, Arianus, *qui ſub Imp.* Conſtantio *A. C. 359. Sedem Eccleſiæ* Conſtantinopolitanæ *per vim occupavit.* Excerpta, ex *Ejus* Oratione de Incarnatione Dei Verbi, *exſtant pag. 119. num. 77.* Fragmenta quædam *exſtant* in Commentario in varia Veteris & Novi Teſtamenti Cantica Sacra; *pag. 135. Cod. CLIX.*

EUDOXUS; *vide Lit. H. ubi agit. de* HIPPARCHO.

EUGENICUS; *vide,* MARCUS.

EUGENII *cujuſdam* Secretum Medicum *exſtat part. 3. pag. 18. num. 27. & pag. 19. Cod. III.*

EUNOMIUS; *vide Lit. M. ubi agitur de* MATHUSALA Monacho.

EVODII Monachi Scripta contra Saracenorum hæreſin, *citantur pag. 120. Cod. XL. num. 81.*

EUPSYCHII, Epiſcopi Tyanenſis, Diſputatio cum Arianis, in Concilio Nicæno primo habita, *exſtat part. 5. pag. 176. num. 2.*

EURIPIDIS, Poëtæ Tragici, *qui ſeculo ante Æ. C.* quinto *floruit*, Hecuba, Oreſtes & Phæniſſæ, cum Scholijs interlinearibus & marginalibus, *exſtant part. 4. pag. 72. Cod. CXIX. Ejuſdem* Tragœdiæ, Hecuba & Oreſtes; *pag. 82. Cod. CXLIII. Ejuſdem* nonnullæ Tragœdiæ; *pag. 92. Cod. CLXI. Ejuſdem* nonnullarum Tragœdiarum Fragmenta; *pag. 93. Cod. CLXIII. Ejuſdem* Hecuba, Oreſtes *&* Phæniſſæ; *pag. 111. Cod. CXCVII. Ejuſdem* Hecuba; *pag. 117. Cod. CCXVIII. num. 2. Ejuſdem* Hecuba & Oreſtes; *pag. 130. Cod. CCXLII. num. 1. Ejuſdem* Fragmenta quædam; *pag. 143. Cod. CCLXXXIX. Ejuſdem* Hecuba & Oreſtes; *pag. 146. Cod. CCCII. num. 1. Iterum pag. 105. Cod. CLXXX.*

EUSEBIANORUM ſeptem diverſæ Confeſſiones Fidei, *exſtant pag. 13. num. 93.*

EUSEBII, Epiſcopi Alexandrini, Oratio de Jejunio quadrageſimali, *exſtat pag. 348. num. 15.* Oratio de memoriâ Sanctorum; *pag. 349. num. 21. Ejuſdem* Encomium Diei Dominicæ; *part. 5. pag. 117. num. 4. Ejuſdem* Reſponſum ad cujuſdam Alexandri Interrogationem de cauſâ colendæ Diei Dominicæ, abſtinentiâ à laboribus, eo die prohibitis; *pag. 133 num. 14.*

EUSEBIUS, Emeſenus *in Phœniciâ* Epiſcopus, *Arianus, qui circa A. C. 360. obijt, citatur in* Catenâ in Geneſin, *quæ exſtat pag. 20. Cod. VII. Ejuſdem* Oratio contra Judæos; *pag. 390. num. 4. Ejuſdem* Homiliæ *ſive* Orationes tres, quarum *prima*, de S. Joannis Baptiſtæ, poſt decollationem ſuam, deſcenſu ad inferos & prædicatione Adventûs Chriſti; *ſecunda*, de proditione Judæ; *tertia*, in Diabolum & Infernum poſt proditionem Chriſti per Judam, *exſtant pag. 420. num. 4.*

94. *Ibn Ruſchad* ſive *Averrois* Commentarius in *Rhetoricam* & *Poëticam Ariſtotelis*, ex *Arabicâ* in *Hebræam* Linguam translatus à R. *Todros* anno *Æræ Judaicæ* 5097. ſeu A. C. 1337. *Averroës* autem abſolvit hunc Commentarium anno *Hegiræ Muhammedicæ* 570. Codex præſtantiſſimus, antiquo charactere *Africano*, partim in *membranâ*, partim in *chartâ* exaratus *Avenione* anno Æræ Judaicæ 5120. ſeu A. C. 1460. in 4to.

95. R. *Salomonis B. Abraham Avogador* Tractatus *de Spherâ*, Hebraicè, *membranaceus* & *chartaceus*. 4to.

96. R. *Abrahami bar Chijah Hiſpani* Tractatus de *Spherâ Mundi*, Hebraicè ſcriptus A. Æræ Judaicæ 5232. ſeu A. C. 1472. & inſcriptus, צורת הארץ *Thurath haaretz*, hoc eſt, *Figura terræ*, in 4to, partim in *membranâ*, partim in *chartâ*. Eod. Cod. *Muhammedis Alphargani* Iſagoge in *Aſtronomiam*, verſa *Hebraicè* à R. *Jacob Antoli*. Item, R. *Abraham Aben Ezra* Liber *Aſtrologicus*, inſcriptus ראשית חכמה ſive *Principium Sapientiæ*. Item, Anonymi cujuſdam *Tabulæ Aſtronomicæ*, Hebraicè. Item, Anonymi Opuſculum de *Eclipſibus Solis & Lunæ*, Hebraicè. Item, Incerti Tractatus *de Animâ*, Hebraicè. Item, Avicennæ Liber de Cœlo & Mundo, Hebraicè. Inſcriptio Libri

hæc eſt : ספר השמים והעולם לאבןסינה Item, *Ariſtotelis Phyſiognomia* ad Alexandrum Magnum. Item, *Epiſtola* quædam R. *Moſche Ben Majemon* ad filium, quæ multò emendatior eſt excuſa, Hebraicè.

97. R. *Levi* Opus Aſtrologicum Hebraicum à Tractatu ſive *Portá* 36tâ; uſque ad *quadrageſimam*, excerptum ex antiquis monumentis *Indorum*, *Perſarum*, *Ægyptiorum*, *Meſſalah*, *Ebu Maſer*, *Albatani*, *Eltzophi*, *Elehendi*, *Aben Ezra*, *Alfargani*, *Jechiæ B. Abi Mantzor*, *Abrahami Elzarkal*, *Elgazali*, *Elandruzgeri Iſraëlitæ*, & aliorum. Liber rarus & magni pretij, elegantiſſimo antiquo charactere exaratus in *membraná*, in 4to. Utinam eſſet integer!

98. Quatuor Evangelia Linguâ *Slavonicá* ſcripta, in *chartâ*, 4to.

99. Anonymi cujuſdam Hebræi *Praxis Medica*, ſive, Methodus medendi omnibus morbis, diviſa in capita 150. & elegantiſſimo antiquo charactere *Hebraico* exarata in *membraná*, in 4to. Eod. Cod. Anonymi cujuſdam Hebræi Tractatus de *Chirurgiâ*, continens capita 60. Hebr. Item, Tractatus de *Judicio urinarum*, continens capita 39. Hebr. Item, Tractatus brevis de *Pulſibus*, continens capita 20. Hebr. Item, Tractatus brevis de *Conſervandá ſanitate*, continens tria folia. Item, R. *Jehudæ Ben Jacob Regimen ſanitatis*, continens folia octodecim. Item, *Aben Sina*, ſive *Avicennæ* Cantica, translata ex *Arabicis* in *Hebræos* verſus, Anno Æræ Judaicæ 5022. A. C. 1262. unà cum luculento *Comentario* in eadem Cantica, Hebr.

100. Libellus de *Geomantiâ*, *Turcicè*. 4to, in *chartá*.

101. Acta Apoſtolorum & Epiſtolæ S. Pauli Linguâ *Slavonicá* conſcriptæ. 4to, in *chartâ*.

102. بوستان *Boſtan*, ſive, *Hortus* aut *Pomarium*, Poëma *Perſicum* morale, Autore سعدي *Scheich Saadi*, Poëta apud *Perſas* nobiliſſimo, Perſicè. 4to, in *chartâ*.

103. Sexternio decimus tertius Capitulorum ex *Alcorano*, *Arabicè*. 4to, in *chartâ*.

104. مقدمة قطب الدين Liber Turcicus de Legalibus Muhammedanorum, Authore *Cutbud-din, filio Muhammedis*. 4to, in *chartâ*.

105. *Hebraica* quædam Fragmenta miſcellanea. 4to, in *chartâ*.

106. الجزو الثالث *Tertia* pars, ſeu Sexternio quorundam Capitulorum ex *Alcorano*, *Arabicè*. 4to, in *chartâ*.

107. *Thores*, Patriarchæ *Armeni*, Commentarius in SS. Evangelia, Linguâ *Armená*; floruit is A. C. 1054. 8to, in *chartá*.

108. القران Alcoranum *Arabicum*. 4to, in *chartá*.

109. القران Alcoranum *Arabicum*. 4to, in *chartá*.

110. Miſcellanea quædam *Hebraica*. 4to, in *chartâ*.

111. Libellus de *Intentione vultûs ad DEUM*, Autore *Murade Beg*, Interprete *Soleymanni* Imperatoris, Turcicè & Latinè. in 4to, & *chartá*.

112. ىلي برادر Liber *Turcicus*, *Deliburazer* dictus, ſine mutilus, ſed obſcœnus eſt : 8to, in *chartâ*.

113. R. *Moſche Ben Majemon* Opuſculum de *Sanitate tuendâ* ad *Sultanum Ægyptium*, charactere quidem ſcriptum *Hebraico*, ſed Linguâ *Arabicâ*, A. Mundi 5017. A. C. 1257. 4to, in *chartâ*. Item, R. *Abrahami Aben Ezra* Opuſculum Aſtrologicum de *Nativitatibus* & *Genituris*, *Hebraicè*.

114. الجزو العشرون Sexternio *vigeſimus*, ex Capitibus *Alcorani*, Arabicè. 4to, in *chartâ*.

115. Libellus elegans, *Perſicus Moralis*, partim Verſu, partim *proſâ* ſcriptus. 8to, in *chartâ*.

116. مراح ارواح لاحمد بن علي بن مسعود Grammatica *Arabica Achmedis B. Aly*, *B. Meſud*, & *duæ* aliæ Grammaticæ. 4to, in *chartâ*.

117. Capita multa ex *Alcorano* collecta, *Turcicè* 8to, in *chartâ*.

118. القران Alcoranum Arabicum incompactû & multis partibus mutilum. 4to, in *chartâ*.

119. *Averrois* Compendium in Libros *Ariſtotelis* de *Generatione* & *Corruptione*, & in *parva Naturalia*, verſum ex *Arabicâ* in *Hebræam* Linguam à R. *Moſche Tabon* B. R. *Samuel*, B. R. *Jehudah*. 4to, in *chartá*.

120. الجزو السادس عشر *Decimus ſextus* Sexternio quorundam Capitulorum ex *Alcorano*, *Arabicè*. 4to, in *chartá*. Cui hæc Inſcriptio præfixa eſt :

STRIGONIO CAPTO
A. C. M. D. XCV.
LIBER HIC A JOB-HARTMANNO
BARONE ENENKELIO
INTER SPOLIA CASTRORUM
TURCICORUM EXPUGNATORUM
ACQUISITUS
ET BIBLIOTHECÆ SUÆ
ILLATUS
AN. M. D. XCVI.

121. Obſervationes Orthographicæ & Grammaticæ *Arabicæ*. 4to, in *chartâ*.

122. رسالة علم حساب Tractatus *Turcicus* de *Arithmeticá*, ſine mutilus : Item, aliud Scriptû *Arabicum* pariter mutilum. 4to, in *chartâ*.

123. Di-

123. Dictionarium parvum *Arabico-Turcico-Latinum*, cum hâc Inſcriptione:

PER DOMINUM NOSTRUM
RUDOLPHUM IMP.
RECEPTO STRIGONIO
CIↃ. IↃXCVI.
JOBUS HARTMANNUS
ENENKEL LIBER BARO
HUNC LIBRUM AB INTERITU
VINDICAVIT.

4to, in *chartâ*.

124. *Ibn Ruſchad* ſive *Averroïs* Epitome *Almageſti*, ſive, Magnæ Conſtructionis *Ptolemæi* Alexandrini, *Hebraicè*. Vertit illam ex *Arabicâ* Linguâ *R. Jacob B. R. Aba Mori*, *B. R. Simſon*, *B. R. Antoli* anno Æræ Judaicæ 4991. ſeu A. C. 1231. Eod. Codice: *Ali Ali Ibn Elbitam* Arabis Opuſculum de *Spherâ*, ſive Introductio in *Aſtronomiam*. Tranſtulit id ex *Arabico* in *Hebræum* Sermonem *R. Salamon*, Medicus. Eod. Cod. *Euclidis Elementorum Geometricorum Libri ſeptem*, verſi ex Linguâ *Arabicâ* in *Hebræam* à *R. Jacob B. Mechir*, *ſeu Machir*. Notabile autem eſt, quòd hic Interpres in Proœmio conqueritur, *multos Libros Judaicos periiſſe*, *ideoq; Chriſtianos Judæis imperitiam ſcientiarum objicere*. Chartaceus in quarto.

125. شرح الفرايض Liber *Arabicus*, explicans ea, quæ de lege ſunt, aut præcipiuntur. 4to, in *ch.*

126. القران Alcoranum Muhammedis *Arabicâ* Linguâ elegantiſſimè ſcriptum, ſignisque aureis diſtinctum & exornatum. 4to, in *chartâ*.

127. Libellus *Turcicus*, continens *Hiſtoriolam* verſu expreſſam, fine mutilam. 4to, in *chartâ*.

128. Libellus *Turcicus*, tractans nonnulla *Genethliaca*, fine mutilus. 4to, in *chartâ*.

129. Liber *Turcicus*, collectanea continens, primò Tractatum de Scriptura قرمه Kyrma dicta, in Regiſtris & Rationarijs uſitata, tùm de Canonibus Imperij: Item, Exempla formulasq; diverſarum Epiſtolarum, Carmina ſeu Poëmata variorum, &c. 4to, in *chartâ*.

130. القران Alcoranum Arabicum, cum hâc Inſcriptione:

STRIGONIO
A CHRISTIANIS CAPTO
SUB AUSPICIIS RUDOLPHI II.
IMP. CÆS. AUG.
AN. M. D. XCV.
LIBER HIC TURCICUS
JOB-HARTMANNO BARONI
ENENKELIO DONATUS
AN. SEQUENTE

A
DN. WOLFACACIO, BARONE
DE ALTHAN, EQUIT.
CCC. GERM. DUCTORE,
COGNATO SUO.

131. تذكرة الشعرا Liber *Turcicus*, elegantiſſimè ſcriptus, enumerans celebriores *Poëtas*, qui in *Oriente* floruerunt, addito cuique proprio encomio. 4to, in *chartâ*.

132. Libellus *Turcicus*, continens nonnulla Selecta Carmina. 8to, in *chartâ*.

133. *Ebubecher ben Taphil Arabis* Tractatus Philoſophicus reconditæ eruditionis, de *Vitâ Anachoretæ* ſive *Solitarij*, cum Commentario cujuſdam *Philoſophi Hebræi*. Citantur in hoc Opere multi *peregrini* Autores. Codex rarus & inventu difficilis, antiquo charactere Hebraico in chartâ. 4to.

134. מחזור ſive *Machzor*, hoc eſt, *Cyclus* vel *Reditus in circulum*, ſive antiquum *Rituale* & Liber precum Hebræorum, quo *Judæi* præcipuè utuntur in Feſtis Majoribus. Quæ quidem preces ferè omnes conſtant *rhythmo*, & adeò difficili Sermone conceptæ ſunt, ut à paucis *Judæorum* nunc intelligantur. Codex rarus, pretioſus, & induſtriæ ſimul ac ſummæ elegantiæ, antiquo vetuſto charactere, cum punctis vocalibus & accentibus exaratus in *membranâ*, in 4to.

135. Lexicon Biblicum *Hebraicum* antiquiſſimi Autoris, *R. Menachem Ben Semek*, cujus Inſcriptio מחברת מנחם בן סרוק 4to, in *chartâ*. Eod. Codice: Opuſculum quoddam *Morale*, Hebr. Eod. Cod. *Abrahami Aben Ezræ* Liber Aſtrologicus, inſcriptus, *Principium Sapientiæ*, Hebr.

136. *Aben-Sina*, ſive, *Avicennæ* Canon *primus*, Interprete R. *Nathan Bagad Hamathi*, *filio Elitzeris*, Hebraicè. 4to, in *chartâ*. Eod. Cod. Commentarius in quædam Capita *primi* Canonis *Avicennæ*. Item, *R. Abraham ben R. Jehudah* Tractatus de *Urinis*. Item, Tractatus cujuſdam *Judæi* Germani de *Urinis*. Item, *Incerti* Hebræi Tractatus de *Compoſitione Medicamentorum*. Item, *Anonymi* Tractatus de *Pulſibus*. Item, *Anonymi* Tractatus *de diverſis experimentis Medicis*. Item, *Anonymi* Nomenclatura quorundam *ſimplicium*. Omnia *Hebraicè*. 4to, in *chartâ*.

137. Liber *Perſicus* Politicus, terſè & eleganter ſcriptus, ad imitationem & explicationem alterius Libri, in India olim compoſiti, *Perſicè* انوار سهيلي enwari ſuheiſi, *Turcicè* همايون نامه humajun name, quaſi Speculum Regum dicti, de formando ſcilicet Principe. 4to, in *chartâ*.

138. القران Alcoranum *Arabicum* initio & fine mutilum. 4to, in *chartâ*.

139. Incerti Hiſtoria *Turcica* fabuloſa & copioſa. 4to, in *chartâ*.

140. قرق وزير حكايتي Hiſtoria fabuloſa *de Odio novercali*, per Dialogum quadraginta Veſirorum dicta, in quo colloquuntur *Rex, Regina, & Veziri* ſive Conſiliarij Regis, continens 40. *Fabulas*, à Reginâ Regi recitatas in convictionem Principis, privigni ſui, quem accuſaverat falsò violentiæ, quâ uti voluerat ad violandum paternum thorum; Nec non 40. *Hiſtorias* ſeu Relationes, à 40. Veziris ſeu Conſiliarijs Regis adductas, ad confutandas calumnias, à Reginâ privigno objectas, è *Perſicâ* in *Turcicam* Linguam traducta, & in 40. noctes diviſa. 4to, in *chartâ*.

141. Hiſtoria miſcella *Arabicè* ſcripta, continens *Mundi* creationem, *Califarum* ſive Succeſſorum *Muhammedis*, & *Ægypti* Sultanorum ſeriem, aliaque cùm Hiſtorica, tùm Ethica. Elegans Liber, illuſtratus Notis marginalibus Latinis CL. *Tengnagelij*. 8vo, in *chartâ*.

142. الجزو الخامس Quintus Sexternio, ſeu Pars ex Capitibus *Alcorani Arabici*. 8to, in *chartâ*.

143. انشا Formulare Epiſtolarum *Turcicarum*, pulchrè ſcriptum in 4to, & in *chartâ*.

144. شاه وكدا Hiſtoria fabuloſa de Rege & de Paupere, Carmine *Turcico* conſcripta, ſive Liber *Schah Cheda*. 4to, in *chartâ*.

145. انوار سهيلي Liber *Perſicus*, eleganti ſtylo & manu conſcriptus, Politico-Moralis, de formando Rege ſive Principe, per Exempla, Sententias & Fabulas, ingenioſè olim à quodam Sapiente Indiæ compoſitus, ſubinde ex Indico idiomate in *Arabicum*, & ex hoc in *Perſicum* idioma traductus, ac demum ex *Perſico* ſimul & *Arabico* in *Turcicum* elegantiſſimè tranſlatus, cum Titulo هايون نامه humajun name. 4to, in *chartâ*.

146. كلستان *Guliſtan*, ſive, *Roſetum*, *Gentio* Interpreti *Roſarium Politicum* dictum, Liber *Perſicus* moralis & ſententioſus, in Perſiâ celeberrimus. 4to, in *chartâ*.

147. الجزو الثاني *Secundus* Sexternio, ſive Pars quorundam Capitulorum ex *Alcorano*, quæ in *Muhammedorum* Templis recitari ſolent, Arabicè. 4to, in *chartâ*.

148. Liber *Turcicus*, continens Tractatum de Præcellentia *Feriæ ſextæ Muhammedanis* ſacræ, & de peculiari cultu Dei, eo die à *Muhammede* ſuis Sectatoribus præcepto: Subinde quædam *amuleta* ſeu Orationes præſervativas: tùm *Copias* formasque *Epiſtolarum*, & Exempla Inſcriptionum Literarum ad Matronas, Viroſq;, cum alijs *Collectaneis*, Carminibus, &c. Sub finem videre eſt Tractatus de arte divinandi ex *Alcorano*, poſt quæ variæ extant varijs ex ſcriptis Collectiones. 4to, in *chartâ*.

149. *Dictionarium*, ſive Explicatio vocum difficiliorum *Arabicarum*, in *Meſnevi*, Scriptore Perſâ, & in *Guliſtan* ſive Roſeto, Libro morali apud *Perſas* celeberrimo, occurrentium, *Arabicè & Perſicè*. Item, Dictionariolum *Arabico-Turcicum*. 4to, in *chartâ*.

150. محبي غزلري Libellus *Turcicus* verſuum amatoriorum, vulgò *Ghazal* dictorum, Autore *Muhybbi*, fine mutilus. 4to, in *chartâ*.

151. شاهدي لغتي Dictionarium *Turcico-Perſicum* Carmine conſcriptum, Autore *Sciahidi*. 4to, in *chartâ*.

152. عشق نامه لعبد المجيد Liber *Turcicus* Doctrinalis ſeu Theologicus, Autore *Abdul-Megid*. 4to, in *chartâ*.

153. Liber *Arabicus*, ex Tractatibus Medicinalibus *Avicennæ* excerptus. 4to, in *chartâ*.

154. *Alcoranum* Muhammedis *Arabicum*, eleganter ſcriptum in *chartâ*. 4to.

155. Libellus *Hebraicus*, varias Judaicorum Contractuum formulas continens. 4to, in *chartâ*.

156. كلشن راز Poëma *Turcicum* Doctrinale, fine mutilum. 4to, in *chartâ*.

157. Sexternio, ſeu Pars *viceſima* quorundam Capitulorum ex Alcorano. 4to, in *chartâ*, *Turcicè*.

158. Volumen MStum Genealogicum *Turc-Arabicum* elegantiſſimè ſcriptum, ac olim propter immanem longitudinem convolutum in ſpiras, jam verò ſpeciali loculamento aut involucro circa finem Voluminis concinnè inſertum, quod biennio antequam famoſiſſimum illud Ungariæ Caſtellum *Villek* expugnaretur, Dn: *Vitus Marchtalerus Suevus*, tùm temporis in *Ungariâ* militans, in direptione Templi Muhammedani (*Meſgidam* vocant,) nactus fuit, & poſtea operâ Dni *Wilhelmi Schikarti*, Polyhiſtoris Tubingenſis, examinatum, illuſtratum, bonoque rei Literariæ publicatum fuit, ſub nomine *Tarich*, h. e. Serie Regum *Perſiæ, &c.* Tubingæ A. C. 1628. 4to, in *chartâ*.

159. شرح الكافيه Expoſitio Grammaticæ Arabicæ, Kiafie dictæ. 4to, in *chartâ*.

160. كتاب فصول حل وعقد اصول خرج ونقد Liber *Turcicus*, complectens Hiſtorias & Cauſas Tranſlationis Regnorum variorum ab una ad

ad alteram Domum, familiámve regnatricem. 4to, in *chartâ*.

161. *Preces Hebraicæ*, elegantiſſimo antiquo charactere exaratæ in *membranâ*. 4to.

162. ديوان عبدالباقي *Abd Elbaki*, Poëtæ apud *Mahummedanos* celeberrimi, Poëmata, eleganter exarata. Floruit ſub Sultano *Suleymanno*. 4to, in *chartâ*.

163. Codex *Caballiſtus*, *Hebraicè* ſcriptus. in 4to, & *chartâ*.

164. القران Alcoranum *Arabicum*, initio & fine mutilum. in 4to, & *chartâ*.

165. Libellus, continens diverſa Poëmata *Perſico-Turcica*. 8to, in *chartâ*.

166. نجاتي *Negiati*, Perſici Poëtæ, elegantiſſima Poëmata, Linguâ *Perſicâ*, *Arabicâ*, & *Turcicâ* mixtis. 8vo, in *chartâ*.

167. Liber *Poëmatum Perſicorum*, initio mutilus. 8vo, in *chartâ*.

168. جوهر الذات لعطار Getvheruzzar ſi Attar, id eſt, Poëmata *Perſica* Attari de Eſſentia. Liber eſt pretioſus, in chartâ bombycina charactere tenui & pereleganti exaratus, *Moralia* & *Theologica* tractans. 8to, in *chartâ*.

169. Opuſcula quædam *Aſtronomica* & *Philoſophica*, *Arabicè*. in 8to, & *chartâ*.

170. فضايل الاوقات Incerti Tractatus de *Excellentiâ ſingulorum menſium*, & certorum in unoquoque dierum privilegiatorum, *Arabicè*, in 8to, & *chartâ*.

171. القران Alcoranum *Arabicum*, nitidè ſcriptum, initio mutilum. 8vo, in *chartâ*.

172. Miſcellanea nonnulla *Hebraica*, partim impreſſa, partim manuſcripta. 4to, in *chartâ*.

173. *Ariſtotelis* Libri duo de *Demonſtratione*, cum Commentario *Averrois*, *Hebraicè*. 4to, in *membranâ*, antiquo charactere *Hiſpanico*.

174. كلستان *Guliſtan*, ſive *Roſetum* Linguâ *Perſicâ*. Liber Moralis terſè nitideque ſcriptus. 4to, in *chartâ*.

175. لغت حليمي Dictionarium *Perſico-Turcicum*, Autore *Lateph-alla*, *filio Joſephi Halimi*, eleganter ſcriptum. 4to, in *chartâ*.

176. قواعد فرس ولغت رستم مولوي Liber, continens primò Grammaticam *Perſicam*, *Arabicè* explicatã, tùm Dictionarium rhythmicum *Ruſtemi* Perſico-Turcicum. 4to, in *chartâ*.

177. Elegantia Poëmata *Turcica*. 4to, in *chartâ*.

178. Variorum miſcellanea Collectanea, Fragmenta nonnulla *Alcorani*, amuleta, Cabaliſtica, Mandata Regia, Decreta Judicialia, item, nonnulla *Hebraica*. 4to, in *chartâ*.

179. كلستان Guliſtan, *Roſarium Politicum*, *Perſicè*, fine mutilum. 8to, in *chartâ*.

180. Miſcellanea quædam partim *Arabica*, partim *Syriaca*, vetuſtate detrita & lacera. *Aſceti* cujuſdam Scriptoris, (qui videtur eſſe *S. Ephræm Syrus*,) Inſtitutio ad *Monachos*. Pſalmi quidam, *Arabicè*. Vita S. *Georgij*, *Martyrú*. Sententiæ Apocryphæ SS. *Joannis*, *Andreæ*, *Thomæ*, *Marci*, *Lucæ*, *Matthæi*, *Petri*, *&c.* Hymnus in S. *Georgium*, Martyrem, & in S. *Barbaram*. Hymnus in B. Virginem *Mariam*. *Lockmanni* Sapientis Præcepta ad filium. Carmen de *Vitijs* & de *Pœnis inferni*. Hymnus in Nativitatem *Chriſti*. Nota dierum malè auſpicatorum ſingulis menſibus, & *Prognoſticon* ſingulorum annorum, à *Daniele*, *Prophetâ* editum, apocryphum. Hymni aliquot in B. Virginem *Mariam* Linguâ *Syriacâ*. Fragmentum duorum foliorum de *Planetis*, *Syrè*, cum alijs Fragmentis. in 8to, & *chartâ*.

181. Colloquia *Perſico-Turcica*, Studioſis illarum Linguarum perutilia. Item, Profeſſio Fidei *Turcicæ*. in 8to, & *chartâ*.

182. النحو De Syntaxi *Arabica*, tum aliquot Capitula *Alcorani*, cum aliquot Orationibus præſervativis, cum ſequenti *Inſcriptione*:

In Victorioſiſſimo illo, Divini Numinis Clementiâ, Chriſtianorum conflictu contra Turcas ad Albam regalem 3. die Novem. 1593. feliciter obtento, Steffanus Schupman Goritienſis, occiſo Turco, ex ſpolijs hunc Librum, ſanguine conſperſum, Hieronymo Beck à Leopoldſtorf. D. D.

8to, in *chartâ*.

183. ديوان حافظ شيرازي *Haphitz Scirazi*, Poëtarum *Perſicorum* celeberrimi, Poëmata *Perſica* eruditiſſima & elegantiſſima. 8tavo, in *chartâ*.

184. كلستان *Guliſtan*, ſeu *Roſarium Politicum*, Perſicè. 8to, in *chartâ*. Opuſculum morale elegantiſſimum.

185. القران *Alcoranum Arabicum* elegantiſſimâ manu exaratum, quod CL. *Tengnagelio* donavit Eruditiſſimus pariter ac Generoſiſſimus Dns Baro *Enenkelius*. 8to, in *chartâ*.

186. Alphabetum *Turcicum*, vulgò *Elif ſuppareſi*. 8to, in *chartâ*.

187. Liber *Sinenſis*, quem R. P. *Joannes Gruber*, S. J. ex *Chinâ* redux, Sacræ Cæſareæ Majeſtati humillimè obtulit. 8to, in *chartâ*.

188. فال قران Ars divinandi ex Literis obvijs *Alcorani*. in 8to, & *chartâ*.

189. Grammaticæ *Hebraicæ* Erotemata. 8to, in *chartâ*.

190. Dictionariolum *Arabico-Turcicum* verſu compoſitum, initio mutilum.

191. Anonymi Liber, continens varias Orationes præſervativas *Arabicas*, *Turcicè* expreſſas. 8to. in *chartâ*, cum ſequenti Inſcriptione:

DEO CONSERVATORI, CUJUS FAVORE AUXILIOQUE DN. RUDOLPHUS AUSTR. IMP. SEMPER AUGUSTUS, ITALICUS, HISPANICUS, PANNONICUS, TURCICUS, DACICUS, ANNO JHV CIƆIƆXCV. ARCES STRIGONIAS RECEPIT,
HEIC FELICITER EXPUGNATIS CAPTISQ. HOSTIUM CASTRIS,
JOBUS HARTMANNUS ENENKEL,
LIBER BARO AUSTR.
HUNC LIBRUM
BIBLIOTHECÆ SUÆ A MILITARI
VIOLENTIA VINDICAVIT.

192. Capitula *Alcorani* exigui momenti.

193. تواريخ ال عثمان Hiſtoria *Turcicâ* Linguâ ab origine ſtirpis *Othomannicæ*, uſque ad Imp. *Bajazidem II.* ſive, annum Hegiræ 896. carmine & proſâ. 8to, in *chartâ*.

194. نصر الدين خواجه *Naſradini* Facetiæ *Turcicæ*. 8to, in *chartâ*.

195. رسالات كمال باشا *Chemal Baſſæ* varia Opuſcula, *Arabicè*, tenui charactere ſcripta. 8to, in *chartâ*.

196. القران Alcoranum *Arabicum*. 8to, in *chart*.

197. Libellus Precationum *Arabicarum*, & Capitula nonnulla ex *Alcorano*. 8to, in *chartâ*.

198. Capita aliquot *Alcorani*, & Precationes præſervativæ, ſed ſuperſtitioſè *Turcicè* expoſitæ. 8to, in *chartâ*.

199. تحفة العشاق Colloquia, *Perſicè* & *Turcicè*. Elegans Libellus ad diſcendam Linguam *Perſicam*. Eod. Cod. De *Peregrinatione Mechanâ*, Libellus: Dictionariolum in *Chuliſtan*: Aliud Dictionariolum *Arabico-Turcicum*. 8to, in *ch*.

200. مراح الارواح Grammatica *Arabica* Ahmedis bin Ali bin Meſud. 8to, in *chartâ*.

201. Liber, continens primò nonnulla Capita *Alcorani*, tum inſtar amuletorum Orationes *Arabicas*, ſuperſtitioſas incantationes, & Cabaliſticas figuras *Turcicè* expoſitas. Nonnulla, imò multa folia Libri ſunt inverſo ordine compacta.

202. Libellus, continens aliquot Capita *Alcorani*, initio & fine mutilus. in 8to, & *chartâ*.

203. القران Alcoranum *Arabicum*, pulchrè ſcriptum, initio mutilum. 8to, in *chartâ*.

204. ا ب ت Elif ſupparaſi, id eſt, *Abecedarium Turcico-Arabicum*. in 8to, & *chartâ*.

205. Libellus, continens *Capitula* & *preces* ſeu laudes Dei, ſingulis hebdomadæ diebus recitandas ex *Alcorano* excerptas, Arabicè: Item, *Calendarium Turcicum*, rarum & mirandum Opuſculum, quod complectitur non ſolùm *Feſta Muhammedanorum*, ſed & *Chriſti*, B. Virginis *Mariæ*, aliorumque Sanctorum. in 8to, & *chartâ*.

206. Libellus, de *requiſitis Legalibus ad Orationem Sacram* ritè perficiendam, Arabicè. in 8to, & *chartâ*.

207. Capita nonnulla *Alcorani* terſè ſcripta, Libellus initio mutilus, *Turcicè*. in 8to, & *chartâ*.

208. القران Alcoranum *Arabicum*. 8to, & in *chartâ*.

209. القران Alcoranum *Arabicum* nitidè ſcriptum & pretioſum. 8to, in *chartâ*.

210. القران Alcoranum *Arabicum*.

211. Liber Precationum ex *Alcorano* ac aliunde excerptarum, quas amuleti loco adhibent Mahometani ad vitanda varia mala. Subeſt explicatio *Turcica*: initio autem mutilus eſt Liber.

212. Dictionariolum *Arabico-Turcicum*, ſive Explicatio vocum difficiliorum ex Formulari Epiſtolarum excerptarum.

213. Libellus, continens elegantia Poëmata *Perſica*, nec non Tractatum de bonis moribus, *Perſicè*. 8to, in *chartâ*.

214. Miſcellanea quædam, *Arabicè* & *Turcicè* ſcripta à captivo quodam in Germaniâ. 8to, in *chartâ*.

215. عجايب مخلوقات De Mirabilibus rerum creatarum Libellus elegans & jucundus.

216. مجمع Libellus Collectionum *Turcicarum*. 8to, in *chartâ*.

217. Capitula aliquot *Alcorani*, & Orationes præſervativæ ac ſuperſtitioſæ *Turcicè* expoſitæ.

218. Poëmata *Perſica* & *Turcica*. 8to, in *chartâ*.

219. شاه وكدا Hiſtoria fabuloſa, verſu compoſita.

220. Opuſculum de Ineffabili ac Glorioſiſſimo Dei Nomine Τετραγραμμάτον, contra Hoſtes Catholicæ Fidei, ad Sac. Cæſ. Majeſt. FERDINANDUM II. Imp. compoſitum à R. P. F. *Chryſoſtomo à Capranicâ*, Romanæ Provinciæ Actuale Definitore, & Epiſcopo Firminiæ. Ratisbonæ A. C. 1622. in *membranâ*, Hebraicè & Latinè.

221. Libellus *Turcico-Arabicus*, continens amuleta & varia Capita *Alcorani* eò ſpectantia. in 8to, & *chartâ*.

222. داستن Dictionariolum Verborum *Perſico-Turcicorum*, cum altero Dictionario لغت فرشته dicto, ſed fine mutilo.

223. Mo-

223. Monita, Literæ & Apophthegmata *Arabica*, Liber pervetuſtus 8to, in *chartâ*.

224. Dictionarium *Arabico-Latinum*, cum alijs Collectaneis. 12mo.

225. Capitula *Alcorani*, & Orationes præſervativæ, in fine mutilæ, incompact. 12mo.

226. Miſcellanea Collectanea *Arabica*, cum Notis CL. Dni *Tengnagelij*. 12mo, in *chartâ*.

227. Sylloge nonnullorum Collectaneorum Grammaticæ *Hebraicæ*, conſcripta manu *Corraducij*. 12mo.

228. Libellus, *Syriaco* charactere ſcriptus. 12mo.

229. Nonnulla Capita *Alcorani Arabici*. 12mo.

230. Experimenta quædam *Medica* & *Magica*, Linguâ partim *Hebræâ*, partim *Arabicâ*, charactere *Hebraico*. 12mo.

231. Libellus *Hebraicus Cabaliſticus*, *Jezirah* inſcriptus, & Patriarchæ *Abrahamo* attributus, quem Rudolphus *Coraducius*, U. J. D. ſuâ manu deſcripſit, Pat. Ant. A. C. M. D. LXXXIII. in 12mo, & *chartâ*.

232. حرز Liber Amuletorum *Arabicus*.

233. Capita aliquot *Alcorani*. Invocatio Nominum Dei, & Orationes præſervativæ, *Turcicè* expoſitæ.

234. Capita multa ex *Alcorano*, additis ſub finem invocationibus & precibus *Arabicis*.

235. Aliquot Orationes præſervativæ, *Turcicè* expoſitæ.

236. Libellus quarundam Precationum *Hebraicarum*. 12mo, in *chartâ*.

237. Libellus precatorius *Hebraicus*. 12mo, in *membranâ*.

238. Libellus, continens Invocationem Nominum Dei, & preces ſuperſtitioſas *Turcicè* expoſitas.

239. Orationes præſervativæ aut ſuperſtitioſæ *Arabicæ*, *Turcicè* expoſitæ.

240. Capita certa *Alcorani*, & Orationes præſervativæ, ac variæ figuræ *Cabaliſticæ*.

241. Nonnulla Capita *Alcorani*, aliæque Precationes præſervativæ.

242. القران Alcoranum *Arabicum*, pulcherrimo tenuiſſimoque charactere *Bagdadi* exaratum à *Jacuto Muſtazino*, anno Hegiræ Muhammedicæ 655. in 12mo, & *chartâ*.

243. Liber membranaceus precum ſuperſtitioſarum ac magicarum, Linguâ & charactere *Æthiopico* ſive *Abyſſino* conſcriptarum: ſeu potiùs, (ut CL. Dno *Lambecio* A. C. 1676. indicium fecit Nobiliſſimus & Ampliſſimus Dns *Jobus Ludolphus*, Sereniſſimi Principis FRIDERICI, Ducis Saxo-Gothani, Conſiliarius & Rationum Ducalium Director digniſſimus, quo nemo hâc noſtrâ ætate in *Rebus Æthiopicis* verſatior eſt, & in ipsâ Linguâ exercitatior,) *Hiſtoria apocrypha de liberatione Matthiæ Apoſtoli Beryti è carcere & vinculis ferreis, per Orationem quandam Beatiſſimæ Virginis Deiparæ Mariæ; ſimul etiam Colloquium Chriſti Servatoris noſtri, cum jam memoratâ Beatiſſimâ Matre ſuâ, de multis ſuperſtitioſis & abſurdis Nominibus, quibus virtus ſingularis adſcribitur.* Principium iſtius Codicis ex verſione CL. Dni *Ludolphi*, tale eſt: *In Nomine Patris & Filij & Spiritûs Sancti, unici Dei. Hæc Oratio Dominæ noſtræ, Mariæ Virginis, quam oravit in Urbe Beryto, & ſoluta fuerunt omnia ferrea vincula, & liberavit Matthiam Diſcipulum, & crediderunt cives Urbis. Oratio ejus & preces ejus ſint nobiſcum, & cum omnibus Chriſtianis, Amen.* Plura, ſi placet, vide Lib. VIII. *Lambec. Comment.* pag. 643. 644. Specimen verò Linguæ & Scripturæ pervetuſti hujus Codicis *Æthiopici* ſive *Abeſſinici*, æri inciſum hîc ſub Literâ (C) adjungo.

244. Alcoranum *Arabicum*, elegantiſſimo charactere exaratum. 12mo, in *chartâ*.

245. Libellus *Arabicus*, continens remedia, (ſed pleraque ſuperſtitioſa,) contra varios morbos & alia mala.

246. Capita certa *Alcorani*, & Precationes nonnullæ præſervativæ, amuletorum inſtar, *Perſicè* conſcriptæ, quem Librum CL. *Tengnagelio* donavit *Petrus Paſmannus*, ex Patre Societatis JESU, Archiepiſcopus *Strigonienſis*, ac demùm *Cardinalis*.

247. Amuleta varia, & Preces præſervativæ, *Turcicè* expoſitæ.

248. Libellus Orationum præſervativarum *Turcicè* expoſitarum, cum certis Capitibus *Alcorani*.

249. Libellus Precum & Capitulorum *Alcorani*, amuletorum, &c.

250. Libellus Precum & Capitulorum *Alcorani*.

251. Capita nonnulla *Alcorani*, & Orationes præſervativæ *Turcicè* expoſitæ, cum varijs ſuperſtitioſis figuris.

252. Orationes ſuperſtitioſæ, amuleta, & aliquot Capita ex *Alcorano*.


253. Enchiridion Precum & Capitulorum Alcorani, *Arabicè*.

254. Variæ Orationes præſervativæ, *Turcicè* explicatæ.


255. & 256. Capita nonnulla *Alcorani*, Orationes præſervativæ, *Turcicè* explicatæ, cum figuris ſuperſtitioſis, &c. incompact.

257. Amuleta varia, & Preces præſervativæ, *Turcicè* expoſitæ.









258. Codex membranaceus, continens quatuor Sancta Evangelia, *Syriaco* charactere minutoq; elegantiſſimè ſcriptus à *Moyſe Syro*, & ad finem perductus A. C. M. D. LIIII. cum ſequenti Dedicationis formulâ:

Divo Ferdinando, Romanorum Imperatori deſignato, Hungarorum, Bohemorumq; Regi, Auſtriæ Orient. Occidentaliſq; Archiduci, Domino Clementiſſimo, Moſes, ex Meſopotamia Syrus, Patriarchatu Antiochenus, patriâ Meridinenſis, S.

QUum nobis non ſolùm, ut Philoſophi communiter ferè affirmant, nati ſimus, ſed etam patriæ & amicis, Sereniſſime Rex, nullâ aliâ ratione chariſſimæ meæ patriæ Syriæ cumulatiùs prodeſſe me poſſe exiſtimavi, quàm ſi eam ab ignorantiæ tenebris, quibus propter Librorum Sacrorum penuriam involuta penitùs eſt, vindicarem, hoc eſt, Evangelia Sacroſancta noſtrate Sermone, quo Chriſtus ipſe, atque eâ ætate Syri Judæique omneis vulgò utebantur, conſcripta, characteribus ſtañeis multiplicarentur, atque meâ operâ in Syriam importarentur; ſic enim fore judicavi, patriam meam non modò in Catholica Religione confirmari, ac adverſus Mahometanorum ac Neſtorianorum hæreſes Sacris Codicibus munitam retineri faciliùs poſſe, verùm etiam in reliqua vita ad ſummi Chriſtianique Imperij faſceis, quas Tibi Septemviri Principes proximè à fratre Auguſtiſſimo deſtinarunt, pronifſimis animis inclinari.

Ve-

Verùm poſtquam in ea cogitatione ingentia terrarum mariumque ſpatia emenſus, ipſamque Italiam chalcographicis artibus clariſſimam alioquin ingreſſus neminem inveniſſem, qui laboranti Syriæ mihique, tanquam voluntario ejus Legato, opem ferret, Tu, Rex Deo dilecte, occaſione divinitùs oblatâ nobis obtigiſti, qui & impenſis & ſollicitudine Regia eſurientes Nos Evangelico pane, quoad Deus noſtram ſimplicitatem ſub alas Romanæ Eccleſiæ & Imperij congregaverit, ſuſtentares, noſtraque imò Chriſti Servatoris noſtri Lingua Codices Evangelicos typis in tuo Regno excuſos, Syrorum Aſſyriorumque florentiſſimis olim Regnis communicares. Ut verò interea, dum tantæ hujus atque inauditæ molis apparatus, qui nunc in promptu ferè eſt, abſolvitur, Majeſtati Tuæ Regiæ otij mei ratio conſtaret, ſcripſi hoc Evangeliorum Syriacorum Enchiridion meâ manu, quem Tibi, Rex à Deo coronate, offero humili atque ad Sanctiſſima Mandata Tua abjecto animo, rogoque devotâ clementiæ tuæ mente, ut Syros meos, quâ cœpiſti, benignitate juvare pergas, facies enim non ſolùm Chriſto Deo, cujus Verba Sacratiſſima, qualia ipſe Divino ore ſuo, labijsque cœlum ſpirantibus eloquutus eſt, noſtro orbi inſeris, atque Chriſtianæ Reip. univerſæ, quod à condito orbe nulli unquam Regum facere contigit, promulgas, rem procul dubio gratiſſimam, ſed etiam Syrorum animos erga te, genusque tuum excelſum ita eriges, ut quàm plurimi omine non ita vano exiſtimaturi ſint, redemptionis ſuæ ſpem atque initium à Virtute Tua ad eos profectum eſſe; Quæ opinio quantum ad res Chriſtianas in Aſia benè aliquando gerendas faciat, & ſacrorum bellorum tempora jam olim præterita nobis declarant, & Majeſtas Tua pro ſingulari prudentia conjicere facile poteſt. Deus Opt. Max. faxit, ut Chriſtianæ Reipubl. diu incolumis ſuperſis. Wiennæ X. Auguſti M.D.LIIII.

259. Libellus, continens Capita aliquot *Alcorani*, & varias Orationes præſervativas, aliasq; ſuperſtitiones, tùm artem divinandi ex *Alcorano*.

260. Libellus Orationum præſervativarum *Turcicè* expoſitarum, cum certis Capitibus *Alcorani*.

261. Libellus Precum Linguâ *Armenâ*.

262. Libellus Precum ſuperſtitioſarum *Turcicè* explicatarum, cum hâc Inſcriptione:

STRIGONIO RECEPTO
AN. DNI CIↃ. IↃXCV.
HIC LIBELLUS TURCICUS
CAPTUS BIBLIOTHECÆQUE
DICATUS
A
JOBO HARTMANNO ENENKELIO
ALBRECHTSBERGIO, LIBERO
BARONE HOHENECCIO
AUSTRIO.

263. & 264. Orationes præſervativæ, aut amuleta *Turcicè* expoſita.

265. Variæ Orationes præſervativæ, & Invocationes Nominũ Dei, cũ *Turcicis* expoſitionibus.

266. Caput unum *Alcorani*, cum Oratione in fine *Arabicâ*.

267. Calendarium Linguâ *Slavonicâ* ſcriptum.

268. Alcoranum *Arabicum* nitidiſſimo charactere exaratum.

269. Orationes præſervativæ *Turcicè* expoſitæ, cum figuris ſuperſtitioſis.

270. Libellus Precum *Arabicarum*, cum Explicatione *Turcicâ*.

271. Fragmenta Precum ſuperſtitioſarum, *Turcicè* expoſitarum, incompacta.

272. Libellus Precum & ſuperſtitionum *Turcicarum*, ab initio incognito mihi idiomate, charactere tamen *Arabico* explicatarum.

273. Libellus Precum & amuletorum cum figuris & explicatione *Turcicâ*, nec non ſequenti *Germanicâ* Inſcriptione:

Als man zalt 1529. Jahr
Diß Büchlin erobert war
Zu Wien vor der groſſen Statt/
Als der Türck die belegert hatt/
In deß Türcken Veldläger dauß
In einem öden verprenten Hauß/
Darin Türcken gelegen ſind/
Nach dem ſy wider abzogen ſind/
Durch ein Landsknecht zart
Mir Johan Traberger verkaufft wart/
Als ich in der Statt Wienn gelegen
Und ſambt andern hab helffen verwaren.

274. Capita aliquot *Alcorani Arabici*.

275. Capita aliquot *Alcorani*, cum Orationibus præſervativis *Turcicè* expoſitis.

Recenſionis
Codicum Manuſcriptorum Cæſareorum
Linguarum Orientalium
FINIS.

CANDIDO LECTORI.

ET hactenùs quidem eâ, quâ fieri potuit, fide & diligentiâ Codices MStos Cæſareos *Linguarum Orientalium* recenſui; adjutus præcipuè in hâc Conſignatione elaborandâ, ex Mandato CÆSAREO, promptiſſimâ operâ Illuſtris & Generoſi Domini *Franciſci à Meſgnien Meninski*, SS. Sepulchri Equitis Hieroſolymitani, SACRÆ CÆSAREÆ MAJESTATIS Conſiliarij Aulico-Bellici, Linguarumque Orientalium Interpretis Primarij, Domini & Amici mei colendiſſimi, cujus exquiſitam in Linguis Orientalibus Scientiam, longoq; annorum uſu ſolidatam, nec non humaniſſimam in hiſce meis conatibus inſerviendi promptitudinem, non poſſum non quin honoris & grati animi ergò publicâ hac deprædicatione ſuo merito mactem. Cùm verò ingens inſuper copia Codicum MStorum impreſſorumque *Sinenſium* in Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ aſſervetur, eorum autem ſpecialem & accuratum *Indicem* jam quidem, propter exercitati in hâc Linguâ Interpretis defectum, qui auxiliares mihi ſubminiſtraret operas, Curioſo *Lectori* exhibere non valeam, nonnulla tamen rariſſima, nec non ſpectatu ac conſideratu digniſſima *Rei Literariæ & Pictoriæ Sinenſis* monumenta in anteceſſum breviter indicabo, quæ inter præcipua ſunt:

Imò, Tabula ex octo philyris ſubtiliſſimæ chartæ Sinenſis coagmentata, longitudinem habens ſeptem ulnarum, latitudinem autem duarum ulnarum cum dimidiâ, quâ continetur *Iconiſmus utriusque Hemiſphærij Cæleſtis*, cum adjunctis *characteribus Sinicis*.

IIdò, Tabula ex ſex philyris ſubtiliſſimæ chartæ Sinenſis coagmentata, longitudinem habens quinque ulnarum cum dimidiâ, latitudinem autem duarum ulnarum cum dimidiâ, quâ continetur *Iconiſmus totius Orbis terrarum*, varijs coloribus eleganter illuminatus & diſtinctus, cum adjunctis *characteribus Sinicis*.

IIItiò, *Vita Chriſti*, in ſubtiliſſimâ chartâ Sinenſi *Imaginibus Sinicis* expreſſa, & adjunctâ explicatione *Sinicâ* illuſtrata.

IVtò, *Confucij*, Principis Philoſophiæ Sinenſis, *Scientia Politico-Moralis*, Sinicis impreſſa characteribus, cum adjunctâ *latinâ pronunciatione ſingulorum characterum*, & *Verſione ſingulorum verborum literali*, à R. P. *Proſpero Intorcettâ Siculo, Procuratore Sinicæ Miſſionis Societatis Jeſu*, in lucem edita *Goæ* An. 1669. in folio.

Vtò. *Quatuor* magnæ Tabulæ ex ſubtiliſſimâ chartâ Sinenſi, quibus continentur *Imagines variarum avium Sinicarum*, vivis coloribus elegantiſſimè depictarum.

VItò, Vita, miracula, & res geſtæ meritiſſimi noſtri SALVATORIS *Sinicis* Imaginibus elegantiſſimè expreſſa.

VIImò, INNOCENTIA VICTRIX, ſive Sententia Comitiorum Imperij *Sinici*, pro Innocentiâ *Chriſtianæ Religionis*, lata Juridicè per Annum 1669. & juſſu R. P. *Antonij de Govvea*, Societatis Jesu ibidem Vice-Provincialis, *Sinico-Latinè* expoſita, in Quam-Cheu metropoli Provinciæ Quam-Tum in Regno Sinarum, Anno Salutis humanæ M. DC. LXXI. Vide prolixiùs hæc tractantem CL. *Lambecium*, Lib. V. *Comment.* pag. 418. & 419. nec non Lib. VII. pag. 348. 349. & ſeqq.

VIIIvò, Liber Organicus Aſtronomiæ apud *Sinas* reſtitutæ, ſub Imperatore Sino-Tartarico, Cam Hy appellato, Autore P. *Ferdinando Verbieſt*, Flandro-Belgâ Brugenſi, è Societate Jesu Academiæ Aſtronomicæ in *Regiâ Pekinenſi* Præfecto. Anno Salutis M. DC. LXVIII. Continet Liber iſte Organicus duos Tomos in folio, & variorum Inſtrumentorum & machinarum Mathematicarum Iconiſmos, nitidiſſimæ & tenuiſſimæ chartæ ſericæ miro artificio impreſſos. Compactura Librorum eſt pulcherrima & pretioſiſſima.

IXnò, Obſervationes Aſtronomicæ, ſive, Aſtronomia Europæa, ſub Imperatore *Tartaro-Sinico Cam Hy*, ex umbrâ in lucem revocata, à P. *Ferdinando Verbieſt*, Flandro-Belgâ Brugenſi, è Societate Jesu, Academiæ Aſtronomicæ in *Regiâ Pekinenſi* Præfecto. Anno Salutis M. DC. LXVIII.

Xmò, Compendium Latinum, proponens XII. poſteriores figuras Libri Obſervationum, nec non priores VII. figuras Libri Organici.

XImò, Imago *Xunchi*, Regis Tartarorum & Sinarum, quam, ſecundùm authenticam *Tabulam pictam*, quæ Sacratiſſimo Potentiſſimoque Imperatori Noſtro LEOPOLDO I. ante aliquot annos ex ipſo *Sinarum* Regno transmiſſa fuit, ſummâ diligentiâ & fide delineatam, ærique inciſam ſub Literâ (D) exhibeo; Eſtque ibi inprimis notatu dignum, inter habitûs Regij pretioſiſſima ornamenta, præcipuum obtinere locum *Draconem barbatum & cornutum*, cumque Regis ac Regni Sinici proprium Inſigne eſſe, quemadmodum *Aquila* Inſigne eſt Imperatoris & Imperij Romano-


D
治 順
XVN CHI
REX
TARTARORVM
AC
SINARVM.


E
通政司
湯若望
R.P. Ioannes Adamus
Schall, Colonienſis,
Regis Chinenſis
Monitor, Socᵗᵉ IESV,
ætatis anno 75.



Fœminæ duæ SINENSES ſive CHINENSES,







Tabulare præſentans PLANTAM MARINAM RETIFORMEM, *quâ Fœminæ Sinenſes et Americanæ pro flabello utuntur.*

G









BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE III NAPOLI





Imago pulli gallinacei bicipitis.

Germanici. Cauſa autem, cur *Sinenſes* illud Inſigne ſibi elegerint, eoque in publicis monumentis religioſiſſimè utantur, hæc eſt, quòd, ſecundùm vulgarem quandam fabulam, unus ex antiquis eorum Regibus, tali inſidens *Draconi cum barbâ longâ & cornibus*, qualis hîc in Schemate pectorali habitûs Regij cernitur, in aërem aſcenderit. Quâ de re vide plura Lib. VII. Comment. *Lambec.* pag. 396.

XIImò, Imago R. P. *Joannis Adami Schall*, Colonienſis, è Societate Jesu, *Xunchi*, Regis Tartarorum & Sinarum, Monitoris, & Supremi Rerum Aſtronomicarum Præſidis, quam, ſecundùm authenticam *Tabulam pictam*, quæ SAC. CÆS. MAJEST. ante aliquot annos ex ipſo *Sinarum* Regno transmiſſa fuit, ſummâ diligentiâ & fide delineatam, æriquè inciſam ſub Literâ (E) exhibeo. Cæterùm, quod attinet ad *Inſigne Gruis* in Schemate pectorali R. P. *Joannis Adami Schall*, id ei ab ipſo Rege *Xunchi* honoris causâ fuit conceſſum, æquè ac Titulus *præſtantis & arcanæ Legis Doctoris*. Et certè ſive is conſideretur ut *Theologus Chriſtianæ Legis obſervantiſſimus*, ſive ut *fideliſſimus Regis Monitor & vigilantiſſimus Conſiliarius Intimus*, ſive ut *Supremus Rerum Aſtronomicarum Præſes*, ſive ut *Vir ſummâ vitæ & morum conſtantiâ, obſervatione boni ordinis, & tolerantiâ laboris eminentiſſimus*, rectiſſimè ac meritiſſimò *Inſigne Gruis* illi competit. Quâ de re vide plura apud *Joannem Pierium Valerianum*, Hieroglyphicorum Libro decimo ſeptimo, & *Philippum Picinellum Mediolanenſem*, Mundi Symbolici Libro quarto, cap. 41. & *Comment. Lambec.* Lib. VII. pag. 397.

XIIItiò, Multæ elegantiſſimæ Tabulæ pictæ *Sinenſes* authenticæ, ex quibus ſpeciminis loco bonâ fide delineatam, æriquè inciſam ſub Literâ (F) exhibeo *Imaginem veſtitûs Sinici muliebris*, quâ præſentatur Fœmina aliqua Illuſtris *Sinenſis*, potionem ex herbâ *Thee* decoquens in vaſe aurei coloris, quod artificioſiſſimo *Tripodi focario* ejuſdem coloris impoſitum eſt; adſtante *Puellâ*, & focum *flabello* excitante. Conſule Lib. VIII. *Comment. Lambec.* pag. 655. & ſeqq.

XIVtò, Planta marina retiformis, in Oceani *Atlantici* parte *Sinenſi* & *Americanâ* potiſſimùm naſcens, quâ puellæ *Sinenſes* in decoquendâ ex herbâ *Thee* potione focum excitant. Eam, ſecundùm veram ſuam magnitudinem verumque conſpectum, excepto ſolo colore, nonnullis locis *purpuraſcente*, qui à chalcographo non magis, quàm in alijs coloratis Imaginibus, potuit diſtinctè & ad vivum repræſentari, è regione accuratè delineatam, æriquè inciſam ſub Literâ (G) exhibeo. Plura, ſi placet, vide Lib. VIII *Comment. Lambec.* pag. 659.

XVtò, Rariſſimus & Incomparabilis Codex MStus *Mexicanus*, qui continet ANTIQUOS ANNALES MEXICANOS PICTOS, meris *Literis* & *Figuris Hieroglyphicis* coloratis conſtantes, & *ſexaginta quinque unius oblongi Voluminis complicati Tabulis* comprehenſos: Pretioſiſſimum hoc novi Orbis monumentum, & multas ob cauſas Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſi maximè conveniens, SAC. CÆS. MAJEST. humillimè oblatum fuit, nomine Sereniſſimi Principis ac Domini, Domini JOANNIS GEORGII, Ducis Saxoniæ-*Eiſenacenſis*, à Domino *Joanne Jacobo Schmidt, JCto*, Serenitatis ipſius Conſiliario Aulico, & in Aulâ Cæſareâ Legato digniſſimo. Horum *Annalium Mexicanorum* primam Tabulam, debitæ humillimæ gratiarum actionis loco, ad perpetuam Sereniſſimi iſtius Principis memoriam, pro ſpecimine hîc æri inciſam, ſub Literâ (H) exhibeo.

Cùm hactenus nonnulla rara ad *Res Sinenſes* pertinentia monumenta recenſuerim, coronidis loco nonnullos *Rerum Naturalium* Iconiſmos, aliorumque curioſorum ſpectaculorum Imagines ijs annecto, ut B. L. uno quaſi intuitu eas perluſtrare poſſit, quas Cl. Dns *Lambecius* ſparſim ſuis *Commentariorum* Libris inſeruit. Nempe Imaginem *pulli gallinacei bicipitis*, Græcij in Styriâ A. C. 1645. nati, ſub Literâ (I.)

Juxta portam Orientalem *Aulæ Sanctæ Crucis*, quæ in Urbe Wiennenſi ſita, ad Monaſterium Ciſtercienſe Sanctæ Crucis in Auſtriâ Inferiore pertinet, & vulgò appellatur *der Heiligen-Creutzer-Hoff*, contigua quædam eſt domus, quæ *Baſiliſci*, in profundo quodam puteo ibi olim reperti, & terrâ obruti, *Imagine* partim *lapideâ*, partim *ferreâ*, ſupra januam inſignita eſt. Imaginem illam ita ruditer partim è lapide, partim è ferro fabrefactam, accuratiſſimè delineatam, & æri inciſam, è regione hujus paginæ ſub Literâ (K) exhibeo; eſtque ibi inprimis notandum, *Coronam capitis* & *Caudam ferreas* eſſe, reliquum autem totum corpus *lapideum*, & *pennis ac plumis nigris* exornatum. *Longitudo* totius animalis ab extremitate roſtri lapidei, uſque ad extremitatem caudæ ferreæ, æqualis eſt ſubjunctæ lineæ majori octuplicatæ; *altitudo* autem ab extremitate coronæ ferreæ, uſque ad extremitatem pedum lapideorum, æqualis eſt alteri ſubjunctæ lineæ minori, itidem octuplicatæ.

Linea longitudinis octuplicanda:

Linea altitudinis octuplicanda:

Hic

Hic igitur eſt ille *Baſiliſcus*, cujus *Wolfgangus Lazius* Rerum Wiennenſium lib. 3. cap. 6 pag. 131. editionis Baſileenſis, Joannis Oporini A. 1546. in folio, de varijs Urbis Wiennæ locis, aliquo eventu vel picturâ inſignioribus, agens, meminit his verbis: *Sunt & loca quædam intra Viennæ mœnia, aliquo eventu vel picturâ quâdam inſigniora, & vulgò cognita: Ad montanas veteres ædes, vulgò Berghof, quam primam Viennæ poſitam fuiſſe domum exiſtimant; in Aureo colliculo; ad Acutum angulum; in Cedente Burgo; ad Portam Beurer, hodiè Peiler; ad Turriculam; in Axungiæ promptuario, vulgò Schmergrub; in Torculari; in Longo cellario; in Alto ponte; ubi Tartarus ſagittas ejaculatur; ubi Lupus ad anſeres concionem habet; ubi Lupus cum vaccâ aleam ludit; ad Æſtatis perſonam, itemq; Hyemis; ad Æthiopem; ad cœleſtinum caputium; ad Ferreum pyrum; ad Albam roſam; ad Pulchram portam; ad Nucis viridis arborem; ubi Truncus viſitur ferro concluſus; ubi Gigantis crus appenſum eſt; Leporina domus; Judæorum domus; ad Tergeminos; ad Umbellam; ad cœleſtinum Lupum; ad Auream anatem; ad Rubram Crucem; ubi BASILISCUS repertus; in Limi foſſâ, vulgò Leymgruben; ad Provinciæ coronam; & alia id genus pleraq; ædificia, quibus vel appenſa, vel pictura, vel alius quispiam eventus nomenclaturas inditas ad poſteritatem transmiſit.* Hæc *Lazius*. Cæterùm, quo tempore *Baſiliſcus* ille ibi repertus fuerit, patet ex antiquâ Inſcriptione Germanicâ, quæ ſub eo in pariete ejuſdem domûs exſtat his verbis:

Anno Domini M. CC. XII.

Ward erweldt Kayſer Fedrich der II. Unter ſeinem Regiment iſt von einem Hann entſprungen ain Baſiliſc, welcher obſtehender Figur gleich; und iſt der Brunn voll angeſchüttet worden mit Erden, darinnen ſolligs Thier gefunden worden iſt: ohne Zweiffel, weil ob ſeiner gifftigen Aigenſchafft viel Menſchen geſtorben und verdorben ſeynd.

Renovirt A. 1577. durch den Hauß-Herrn, Hans Spannring, Buchhandler.

Hoc eſt ad Verbum:

Annò Domini M. CC. XII.

Eligebatur Imperator Fridericus II. Sub illius Imperio eſt à quodam Gallo ortus Baſiliſcus, qui fuit ſuprà ſtanti figuræ ſimilis; & eſt puteus ille totus oppletus terrâ, in quo iſtud animal repertum fuit: ſine dubio, quia ob ejus venenatam proprietatem multi homines mortui ſunt & perierunt.

Renovatum A. 1577. per Dominum domûs, Joannem Spannring, Bibliopolam.

Ut ergò ex jam exhibitâ antiquâ Inſcriptione liquet, repertus fuit ille *Baſiliſcus* inter annum Chriſti 1212. quo *Imp. Fridericus II.* d. 8. Decembris, contra *Imp. Ottonem IV.* à *Papâ Innocentio III.* excommunicatum electus eſt, & annum 1250. quo idem *Imp. Fridericus* d. 13. Decembris, S. *Luciæ* Sacro, obijt. Vid. Lib. VII. *Comment. Lambec.* pag. 400. & ſeqq.

Propter ſimilitudinem materiæ adjungo Imaginem *Baſiliſci*, quæ Libri tertij *Ephemeridum Medico-Phyſicarum Germanicarum* Obſervationi centeſimæ vigeſimæ octavæ, à Doctiſſimo *Georgio Wolfgango Wedelio*, Ducali *Saxo-Gothano*, Medico inſerta, & hîc è regione ſub Literâ (L) æri inciſa eſt. Vid. Lib. VII. *Comment. Lambec.* pag. 308.


Monſtroſum Dentem vetuſtiſſimi *Gigantis* OG, *Regis Baſan*, pendentem *Libras quinque minùs quadrante*; Miſſus is fuit Menſe Julio anni 1678. *Conſtantinopoli Vindobonam* ſive *Wiennam Auſtriæ ad* SAC. CÆS. MAJESTATEM, & vænalis EIDEM oblatus fuit pro *mille Aureis*, ſive *bis mille Imperialibus*, cùm alioqui non ſolùm ob ſtupendam magnitudinem, verùm etiam ob præſumptam rariſſimam antiquitatem, æſtimatus eſſet *decem millibus Imperialium*. Traditur enim is inter fabricandum repertus fuiſſe in *Palæſtinâ* apud *Urbem Hieroſolymitanam*, in ingenti aliquâ ſubterraneâ ſpeluncâ, unà cum *Sepulchro quodam Giganteo*, & hâc Inſcriptione *Chaldaicâ*: HIC JACET GIGAS OG. Quod ſi verum eſſe concedatur, ſequitur, Dentem hunc eſſe celeberrimi iſtius OG, REGIS BASAN, quem *Moyſes* ſeculo ante Chriſtum decimo quinto debellavit & occidit; ut ipſe refert Numerorum cap. 21. verſ. 33. 34. 35. & Deuteronomij cap. 3. verſ. 1. ac deinceps uſque ad verſ. 11. Cæterùm, quid IPSA SAC. CÆS. MAJESTAS de ſuprà memorato *Dente* judicaverit, ſatis inde patet, quòd eum ſine ullâ licitatione remiſerit *Conſtantinopolim*. Iconiſmus hujus monſtroſi Dentis, æri fideliter inciſus, hîc exhibetur ſub Literâ (M.)

Item, *Dentem molarem, viginti octo Uncias*, ſive *Libras duas minùs quatuor Uncijs pendentem*, de quo cùm mihi prorſùs incompertum ſit, unde, quando, & quomodo is in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream* pervenerit, hoc tantùm ſine ullâ aſſeveratione ſimpliciter refero, eum antiquâ & vulgari famâ pro *dente alicujus Gigantis* haberi. Vide Lib. VI. *Comment. Lambec.* pag. 311. Iconiſmum ejus, ſecundùm veram magnitudinem ſuam & duplicem formam, hîc è regione, æri fideliter inciſum, ſub Literâ (N) exhibeo.

Huc

Imago Baſiliſci Wiennæ ſub Imp: Friderico II. in puteo quodam reperti.

K




Imago Baſiliſci Wedeliani.

L.



NAPOLI


MONSTROSI DENTIS VETVSTISSIMI GI-
GANTIS OG, REGIS BASAN
quinq pendentis libras minus quadrante, qui olim in ſpelunca
quadam confinij Urbis Hieroſolymitanæ repertus eſt C. 1678
menſe Iulio Conſtantinopoli Vindobonam ſive Viennam
Auſtriæ ad S. CÆS. MAIESTATEM
miſſus eſt, duplex Imago, ſecundum Veram
magnitudinem ſuam et duplicem aſpectum
Ioannes Loſcher depinxit.
Nicolaus Haett ſculpſit.


VI

Dens molaris Viginti octo uncias pendens.

N



N



NAPOLI

Dens molaris viginti trium unciarum.



NAPOLI



Iconiſmus Frumenti cum ſpicâ in capſulâ rotundâ, quod A. C. 1674 fuit 329 annorum.



Huc quoque pertinet *Dens* ille *viginti trium Unciarum*, itidem pro *Giganteo* habitus, qui A. C. 1644. *Crembſæ* in Auſtriâ Inferiore inter muniendum ſub terrâ inventus eſt, & in peculiari Tabulâ, hîc inferiùs appoſitâ, æri inciſus ſub Literâ (O) exhibetur.

Quales ſint *veræ & genuinæ Mandragoræ*, ſatis ſuperq; apparet ex figuris antiquiſſimi Codicis manuſcripti *Dioſcoridiani*, quæ in Parte Tertiâ, paginâ ſeptimâ & octavâ, hujus Catalogi fideliter depictæ & æri inciſæ, exhibitæ ſunt. In præſens autem exhibeo hîc etiam duas *artificioſas* ſive *fictas* & ſuppoſititias, nec ſolùm nudas, verùm etiam veſtitas, ſub Literâ (P) quales ad *Pſeudo-Chymiæ* aliarumque artium illicitarum uſum ab impoſtoribus doloſè ſolent fingi, & impiè præparari. Adſervantur nunc illæ curioſitatis causâ in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi*, poſtquam paucis abhinc annis fortuitò in meam venerunt poteſtatem; ſuperiori enim Seculo pertinuerunt ad *Imp. Rudolphi II. Cimeliarchium Phyſicum.* Quod porrò ad earundem veſtitum attinet, *interula* ſive *ſubucula*, quæ vulgò *induſium* ſeu *camiſia* vocatur, ex *ſubtiliſſimâ embryi humani pelliculâ* eſt, una cum *capitio* ſeu tegmine capitis; *tunica* autem ex *panno holoſerico nigro.*

Adſervatur etiam in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Capſula rotunda, plena frumenti cum ſpicâ*, quod anno milleſimo, ſexcenteſimo, ſeptuageſimo quarto, jam fuit *annorum trecentorum viginti novem*, & inde à *die vigeſimo octavo Februarij* jam egit annum *trecenteſimum trigeſimum.* Cujus rei teſtandæ, & ad perpetuam poſteritatis memoriam propagandæ causâ, *operculo* iſtius *Capſulæ* etiamnunc affixa eſt antiqua hæc publicæ autoritatis ſchedula germanica: *Anno 1551. den 28. Februarij, zeigt Matthæus Ebner an, daß dieſes Korn damals alt geweſen ſey zwey hundert und ſechs Jar.* Hoc eſt: *Anno 1551. die 28. Februarij, indicavit Matthæus Ebner, frumentum hoc tunc temporis jam fuiſſe ducentorum & ſex annorum.* Natum ergò eſt hoc frumentum anno Chriſti *milleſimo, trecenteſimo, quadrageſimo quinto*; ubi autem, & quam ob cauſam, priuſquam in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream* pervenit, adeò ſtudioſè ac diligenter fuerit conſervatum, nondum potui inveſtigare. An fortè illud fuit collectum ex *prodigioſâ* aliquâ *Pluviâ frumentariâ*, cujuſmodi non paucas diverſis temporibus ac locis contigiſſe, varijs Hiſtoriarum monumentis eſt proditum? Ego enim nec affirmare id auſim, nec refellere; ſed hoc tantùm nunc addo, *Capſulam* illam *rotundam*, quâ jam memoratum *frumentum* continetur, re verâ multo majorem eſſe, quàm ea repræſentatur in Tabulâ æneâ, è regione hîc appoſitâ ſub Literâ (Q) idemque de ipſo etiam *frumento* ac *ſpicâ* ſimiliter intelligendum eſſe.

CATALOGI Linguarum Orientalium
FINIS.

CATALOGI *AUGUSTISSIMÆ* BIBLIOTHECÆ CÆSAREÆ VINDOBONENSIS MANUSCRIPTÆ GRÆCÆ, NEC NON LINGUARUM ORIENTALIUM APPENDIX,

Quâ continentur

QUINQUE Selectiſſima ADDITAMENTA, ad Recenſionem Codicum MStorum ſpecialem pertinentia, totumq; hoc Opus illuſtrantia.



ADDITAMENTUM I.

Continet Explicationem Tituli æri inciſi, & huic Operi in initio præfixi, cum Inſcriptione:

ΨΥΧΗΣ ἸΑΤΡΕΙ͂ΟΝ.

PRimum & præcipuum in hoc *Titulo* obtinet locum Sacratiſſimus Potentiſſimuſque Imperator Romanorum ac Dominus noſter LEOPOLDUS I. ſedens in *Solio Imperiali*, tanquam ad utrumque tempus, & *Bellorum* & *Pacis*, æquè præparatus. *Secundum* obtinet locum PALLAS, *Sapientiæ & Armorum Præſes*, quæ SAC. CÆS. MAJESTATI genu flexa offert *Catalogum* Codicum MStorum Græcorum, Linguarumq; Orientalium *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis*, cum *Inſcriptione*, ΨΥΧΗ͂Σ ἸΑΤΡΕΙ͂ΟΝ, hoc eſt, MEDICINA ANIMÆ, ſive ANIMÆ OFFICINA MEDICA. Deſumpta autē ea eſt ex *Diodori Siculi* Bibliothecæ Hiſtoricæ Libro primo, quippe ubi is refert *Oſymandyen*, inter antiquiſſimos Ægyptiorum Reges celeberrimum, primum omnium *Bibliothecam ſuam* Inſcriptione ſuprà memoratâ inſigniviſſe. *Tertium* obtinent locum *duæ* illæ *Perſonæ*, dextro ſiniſtroque CÆSARIS lateri adſtantes, per quas alluditur ad *Symbolum Cæſareum*, CONSILIO ET INDUSTRIA. *Senex* enim ille *togatus*, per quem ſignificatur CONSILIUM, annititur CÆSARI perſuadere, ut oblatum humillimè à *Pallade Catalogum* clementiſſimè accipiat: *Fœmina* autem cum *Horologio arenario*, per quam ſignificatur INDUSTRIA, pollicetur *diligentiſſimam* inchoati Operis *continuationem*, ſed ſimul etiam *non exiguum tempus* ad illud accuratè elaborandum & rectè abſolvendum opus eſſe indicat. *Quartum* obtinet locum FAMA, quæ cum *clangore tubæ* ex *nubibus* devolat, tanquam S. CÆS. MAJESTATIS *Capiti* impoſitura *Coronam immortalis Gloriæ*, ob *Auguſtiſſimæ Bibliothecæ* olim demortuæ & ſqualore ac ſitu ſepultæ jam verò feliciter reſtauratæ novam *vitam*, novam *celebritatem* & novum *uſum*. *Quintum* obtinent locum *Cupidines*, juxta *Solij Imperialis baſin* varijs *Mathematicis exercitijs* ſe oblectantes, per quos SAC. CÆS. MAJESTATIS ſingularis amor erga eaſdem *Scientias*, ut & cætera Ejuſdem *univerſalis Philomathia* qualitercunque innuitur.

ADDITAMENTUM II.

In quo

De Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſis Origine, Incremento, Dignitate, Ædificio, & felici Reparatione per CL. *Lambecium* agitur.

JAm primùm omnium ſatis conſtat, omnes ex *Auguſtiſſimâ Domo* AUSTRIACA oriundos Imperatores, inde à RUDOLPHO I. uſque ad noſtram ætatem, ingeneratâ quadam benignitate ac philomathiâ maximos fuiſſe eruditionis & eruditorum amatores, eorumque ex numero MAXIMILIANUM I. non tantùm geſſiſſe res magnas, verùm etiam, ad imitationem primi Romanorum Imperatoris, *C. Julij Cæſaris*, rerum à ſe geſtarum Commentarios conſcripſiſſe. Sub hujus Patre, FRIDERICO, qui A. C. 1440. cœpit imperare, & reverà *Quintus* illius nominis fuit Romanorum Imperator, (uti id ipſum ſolidè demonſtrat CL. *Lambecius* in *Diario Sacri Itineris Cellenſis*, pag. 217. & ſeqq.) vulgò autem *Tertius* appellatur, revixerunt bonâ fide humaniores Literæ in Germaniâ, partim inventione *Typographiæ* circa jam memoratum annum 1440. partim verò inſtauratione ſtudij *Linguæ Græcæ* per *Rudolphum* præcipuè *Agricolam*, Diſcipulum *Theodori Gazæ*, qui, *Conſtantinopoli* à *Muchammedo II.* A.C. 1453. d.29. *Maij* expugnatâ, unà cum alijs quibuſdam eruditis Græciæ exulibus, in *Italiam* ſe contulit. Cùm igitur Imp. MAXIMILIANUS I. A.C. 1493. Patri FRIDERICO in Imperio ſucceſſiſſet, nec multò pòſt in primis *Comitijs*, A.C. 1495. *Auguſtæ*

guſtæ Vangionum, ſive, *Wormatiæ* celebratis, Tribunal Imperij Romano-Germanici, quod *Camera Imperialis* vulgò dicitur, *Auguſta Nemetum*, ſive, *Spiræ* fundaſſet, atque inſuper in iiſdem Comitijs ſapientiſſimè decreviſſet, ut Septem-Viri in ſuâ quisque ditione *publicas Scholas*, ſive *Academias* inſtituerent, præcipua deinceps cura Ipſius fuit, ut manuſcriptorum Libraria ſupellex, inde ab Imp. RUDOLPHO I. cùm à cæteris vel *Imperatoribus*, vel *Archiducibus Auſtriacis*, tùm inprimis à Patre FRIDERICO, *Æneæ Sylvij* potiſſimùm, & *Georgij Purbachij* adminiculo collecta, & qui poſt inventionem *Typographiæ*, & expugnationem *Conſtantinopoleos*, vel Græci, vel Latini Libri, tàm impreſſi, quàm manuſcripti, acceſſiſſent, in formam juſtæ *Bibliothecæ* redigerentur. Quâ quidem in re operâ præcipuè uſus eſt Viri Clariſſimi, *Conradi Celtis*, primi inter Germanos ab Imp. FRIDERICO, qui *Tertius* vulgò cognominatur, Poëticâ laureâ donati, quem Ipſe in Inclytâ *Academiâ Vindobonenſi* Eloquentiæ & Poëſeos Profeſſorem primarium conſtituit, ut apparet ex Conſtitutione Ejus *de Honore & Privilegijs Poëtarum* A. C. 1501. promulgatâ, quæ exſtat Tom. 3. Syntagmatis Conſtitutionum Imperialium à *Melchiore Goldaſto* editi. Obijt autem *Conradus Celtes Vindobonæ* A. C. 1508. d. 4. Februarij, relictâ inſigni, ut temporibus illis, *Bibliothecâ privatâ*, quæ poſtmodùm magnâ ex parte in *Cæſaream* transfuſa eſt. Mortuo *Conrado Celti* ſucceſſit in adminiſtratione Bibliothecæ Cæſareæ Diſcipulus ipſius, *Joannes Cuſpinianus*, ſive, *Spieshamer*, *Sueinfurtenſis*, relictis ingenij monumentis clariſſimus, cujus conſilio & operâ Imp. MAXIMILIANUS I. qui eum *Conſiliarii* atque *Hiſtoriographi ſui* titulo, & inſuper *Præfecturâ Senatûs Vindobonenſis* ornavit, in difficillimis negotijs uſus eſt, adeò ut ſæpè in multam noctem de graviſſimis Imperij rebus cum eo collocutus ſit. Tanta enim, præter eximiam facundiam, in *Cuſpiniano* fuit prudentia, fides, & tenacitas ſilentij, ut vigilantiſſimus Imperator fidiſſimo illius pectori reconditiſſima quæque tutò committere potuerit. Sub hoc itaque plurimùm crevit *Bibliotheca Cæſarea* acceſſione non exigui numeri inſignium Codicum manuſcriptorum, partim quidem ex *Monaſticis* quibuſdam Auſtriacæ ditionis *Bibliothecis*, quæ ſpeciali CÆSARIS juſſu eâ de cauſâ perveſtigatæ, partim verò ex reliquijs *Regiæ Bibliothecæ Budenſis*, à Sereniſſimo Hungariæ Rege, MATTHIA CORVINO, qui A. C. 1490. obijt, ingentibus & plusquam Regijs ſumptibus olim inſtitutæ, quæ A. C. 1526. cùm *Solimannus*, Turcarum Tyrannus, poſt *Ludovici*, Regis Hungariæ, interitum, *Budam* occupâſſet, miſerè direpta varièque diſtracta eſt. Poſt *Cuſpiniani* porrò obitum, qui in memorabilem illum incidit A. C. 1529. quo jam memoratus Turcarum Tyrannus *Solimannus* d. 22. Septembris *Vindobonam* fruſtrà cœpit obſidere, præcipuam deinceps *Bibliothecæ Cæſareæ* curam geſſit Ampliſſimus & Doctiſſimus Vir, Dn. *Gaſpard Nydpruck*, cujus varia Opuſcula Juridica MSta, nec non variorum ſuperioris Seculi doctorum Virorum Epiſtolæ ad eundem ſcriptæ in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* adſervantur. Obijt is Bruxellis d. 26. Septembris, A. C. 1557. Circa idem quoque tempus eâdem *Bibliothecâ Cæſareâ* plurimùm uſus eſt V. CL. *Wolfgangus Lazius*, Imp. FERDINANDI I. Conſiliarius & Hiſtoriographus, Scriptis editis, & adhuc ineditis immortali laude digniſſimus, qui obijt A. C. 1565. d. 19. vel 20. Junij, ut ex ejus *Epitaphio*, quod *Vindobonæ* in vetuſtiſſimâ S. *Petri* Eccleſiâ exſtat, elucet, & hanc *Inſcriptionem* continet: MAGNIFICO, NOBILI, CLARISSIMO, ATQUE SUMMA ERUDITIONE ORNATISSIMO VIRO, DOMINO WOLFGANGO LATZIO, VIEN. PHILOSOPHIÆ ATQUE MEDICINÆ DOCTORI, ET PROFESSORI PRIMARIO, CELEBERRIMI ARCHIGYMNASII VIENNENSIS RECTORI ET SUPERINTENDENTI CÆSAREO, ET EJUSDEM SACRÆ CÆSAREÆ MAJEST. FERDINANDI, SANCTISSIMÆ MEMORIÆ, CONSILIARIO ET HISTORICO PERITISSIMO, DEFUNCTO ANNO DOMINI M.D.LXV. DIE XIX. JUNII, POSITUM M.D.LXXXVI. Præclaram ille reliquit *Bibliothecam*, in quâ quicquid rarum & eximium fuit, id omne poſt ipſius mortem in *Bibliothecam Cæſaream* fuit translatum, ut etiamnunc videre eſt. *Lazij* ætate egregio aucta fuit incremento *Bibliotheca Cæſarea*, translatis in eam plerisque tàm manuſcriptis, quàm impreſſis Voluminibus inſignis Bibliothecæ Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi Domini *Joannis Fabri*, Epiſcopi Vindobonenſis, qui die 21. Maij A. C. 1541. vitæ, inter acerrimas velitationes pro Catholicâ Eccleſiâ tranſactæ, beatiſſimum finem impoſuit. Candidus profectò ille Vir fuit, & religioſus; cujus rei ſi alia non extarent argumenta, ſola ſufficeret *Inſcriptio* Codicibus *Bibliothecæ Cæſareæ* paſſim inſerta, quâ ſolenniter teſtatur, *ſe illos emiſſe, non ex eâ pecuniâ, quæ proveniſſet ex reditibus & cenſibus Epiſcopatûs, ſed ex eâ, quam honeſtiſſimis laboribus ſuis aliunde accepiſſet.* Nec multò pòſt acceſſit quoque numeroſa Bibliotheca *Joannis Dernſchwan de Hradiczin*,

quam in varijs regionibus ſummo ſtudio collegerat, Librique eò pertinentes præfixis ipſius *inſignibus* ac *nomine* etiamnunc ſunt conſpicui. Alia porrò longè major *Bibliothecæ Cæſareæ* obtigit felicitas, poſteaquam Generoſiſſimus ac Doctiſſimus Vir, Dn. *Augerius Busbeckius*, natione *Belga*, patriâ *Cominensis*, accerſitu Romanorum Regis, FERDINANDI I. *Vindobonam* commigravit. Is enim in duabus ſuis præcipuis Legationibus, *Conſtantinopolitanâ* & *Amaſianâ*, quæ elegantiſſimo ſtylo Literis ab ipſo conſignatæ ſunt, incredibili diligentiâ & impensâ magnum comparavit numerum variorum Codicum manuſcriptorum, quos ex *Aſiâ* & *Graciâ Europæâ* in Auſtriam reverſus, *Bibliothecæ Cæſareæ Vindobonenſi* conſecravit, & Imp. MAXIMILIANO II. obtulit. Superſunt illi etiamnunc ſalvi & incolumes, nec admirandâ tantùm vetuſtate ſuâ & argumenti dignitate nos delectant, verùm etiam *manu Busbeckianâ*, quâ tanquam peculiari ſuo charactere in fronte & calce ad hunc modum notati ſunt. *Augerius de Busbecke comparavit Conſtantinopoli.* Verumenimverò, ut humana omnia viciſſitudini obnoxia ſunt, ſic *Bibliothecæ* etiam *Cæſareæ* non idem ſine nube fluxit tenor. Quamvis enim Imp. MAXIMILIANUS II. qui Patri FERDINANDO I. A. C. 1564. in Imperio ſucceſſit, amore erga eruditionem & eruditos nulli Majorum ſuorum ceſſerit, accidit tamen, partim abſentiâ *Busbeckij*, varijs Legationibus, alijsque negotijs publicis impliciti, partim verò alijs cauſis, quæ longinquitate temporis nobis ſunt incognitæ, ut *Bibliotheca Cæſarea* per integrum circiter *decennium* minori curâ, quàm olim, fuerit tractata, donec tandem A. C. 1575. ſpeciali Imperatoris MAXIMILIANI II. Decreto, Pragæ d. 15. Junij promulgato, V. CL. *Hugoni Blotio* J.U.D. *Delphis Batavis* oriundo, Præfectura illius conceſſa eſt. Tum demùm velut à ſtirpibus lætiùs feraciùsque renata *Bibliotheca* intra biennij ſpatium tantam acquiſivit dignitatem ac gloriam, ut ingenioſiſſimus ille Criticorum ſui ævi Princeps, *Juſtus Lipſius*, eâ de causâ Imp. MAXIMILIANO II. in Præfatione editionis C. *Cornelij Taciti* inſigni & perennaturo encomio congratulatus ſit. Sub *Blotio* igitur *Bibliotheca Cæſarea*, quæ aliquamdiu quaſi ſepulta fuerat, bonâ fide revixit, nec numero tantùm Librorum plurimùm aucta fuit, ſed meliori etiam ordine in novos redacta *Catalogos*, ſecundùm certam numerorum ſeriem benè diſpoſita fuit. Quare non injuriâ is primus omnium *Bibliothecarij Cæſarei* uſus eſt titulo, quem, ante illum, nec *Celtes*, nec *Cuſpinianus*, nec *Nydpruckius*, nec *Lazius*, nec *Busbeckius* uſurpaverant. Ex hoc ergo tempore *Bibliotheca Cæſarea* longè lateque inclaruit, & præcipuè quidem ſub Imp. RUDOLPHO II. qui Patri MAXIMILIANO II. A. C. 1576. d. 12. Octobris defuncto, in Imperio ſucceſſit, &, ut vulgò notiſſimum eſt, omnes Majores ſuos *eruditâ curioſitate* ſuperavit, multis maximi pretij incrementis in dies magis ac magis locupletata eſt: Præter plurimos enim tàm MStos, quàm Impreſſos Libros, qui ſparſim & disjunctè, vel à Viris doctis *Cæſari* donati, vel magno pretio coëmpti fuerunt, acceſſit tunc illi integra, nec minùs exquiſita, quàm numeroſa Bibliotheca V. CL. *Joannis Sambuci*, *Pannonij Tyrnavienſis*, qui Imp. MAXIMILIANI II. & RUDOLPHI II. *Conſiliarius* fuit & *Hiſtoriographus*, & A. C. 1584. Idibus *Junij apoplexiâ Vindobonæ* obijt. Fuit autem *Sambucianæ* huic *Bibliothecæ* adjunctus magnus numerus *Nummatum*, *Statuarum*, aliorumque ejus generis *monumentorum*. Sub *Blotianâ* autem *Præfecturâ* complures Viri docti, tùm præcipuè *Jacobus Friſius*, *Joannes Leunclavius*, *Bibliothecâ Cæſareâ* plurimùm uſi ſunt, ſed ingratos ſe nonnulli præbuerunt. Cùm verò *Hugo Blotius*, propter nimiam in commodandis Libris facilitatem, & inde profectam complurium Codicum amiſſionem, nec non religionis profeſſionem in non leve odium in Aulâ incurriſſet, factum eſt, ut illi, tanquam in adminiſtrandâ Bibliothecâ Cæſareâ *prodigo*, *Curator* datus fuerit *Richardus Streinius*, Baro Auſtriacus in Schwartzenau, S. C. M. Conſiliarius Intimus, & Sacri Fiſci Præfectus, absque cujus conſenſu *Blotius* deinceps ne unum quidem Librum cuiquam commodare potuit. Ephoria autem ſive Inſpectio Baronis *Streinij* duravit uſque ad annum milleſimum, ſexconteſimum, quo ille in arce *Freideck* anno ætatis 63. obijt. Reliquit autem inſignem *Bibliothecam*, quæ poſtea in *Cæſaream* transfuſa eſt. Defuncto autem A. C. 1608. *Hugoni Blotio* eodem anno in Præfecturâ Bibliothecæ Cæſareæ ſucceſſit V. CL. Sebaſtianus *Tengnagelius*, J. U. D. natione *Belga*, patriâ *Buranus*. Fuit is Vir candidus & humanus, laboris, ultrà quàm credibile eſt, patiens, amantiſſimus boni publici, ſolidiſſimèque doctus, & variarum linguarum cognitione, ac rerum tàm divinarum, quàm humanarum notitiâ inſtructiſſimus. Hic, ſuperſtite adhuc *Blotio*, (ſub quo *Curator Bibliothecæ Cæſareæ* fuerat,) novum confecit Bibliothecæ *Indicem*, ordine Alphabetico ſecundùm nomina Autorum, integris *quinque* Voluminibus in folio conſtantem, quem inchoavit A. C. 1602. abſolvit autem ſummâ animi corporisque contentione A. C. 1605. Poſt mortem verò *Blotij* primùm quidem operam dedit, ut egregia ejus *Bibliotheca privata* in *Cæſaream* transferretur, deinde ſeparavit *manuſcriptos* Codices totius Bibliothecæ Cæſareæ à Libris *impreſſis*, quibus uſque ad illud tempus permixti fuerant, & non tantùm Librorum *impreſſorum* novum compoſuit Catalogum ſecundùm continuam numerorum ſeriem, verùm etiam

Manu-

Manuſcriptorum Codicum peculiares confecit *Indices*, ſecundùm diverſitatem *Linguarum*, varietatemque *argumenti*, & ordinem *numerorum*, quibus ſinguli Codices notati ſunt. Auxit denique totam *Bibliothecam* tàm multiplici, ſelecto ac pretioſo additamento, ut *Busbeckio* & *Sambuco* hâc ratione non tantùm non cedat, verùm etiam cum iiſdem de palmâ poſſit contendere. Univerſalis enim illi familiaritas & amicitia interceſſit cum pleriſque doctis Viris, qui à principio hujus *Seculi*, uſque ad annum 1636. quo ipſe obijt, præ cæteris claruerunt, nec ſolùm in *Belgio, Germaniâ, Galliâ, Hiſpaniâ, Italiâ*, & *Europæo Turcici Imperij tractu*, ſed & in *Aſiâ* & *Africâ* rariſſimos quoſque Libros per eoſdem indagavit, & ſumptu plusquam privato vel coëmit archetypos, vel ex archetypis deſcribi curavit. Quorum multorum rarorumque manuſcriptorum Codicum, velut *Latinorum, Græcorum, Hebraicorum, Arabicorum, Turcicorum, Perſicorum, Syriacorum, Armeniacorum, Æthiopicorum, &c.* felici acceſſione meritò jam *Auguſtiſſima Bibliotheca Cæſarea* gloriatur, ut copiam & varietatem ſelectiſſimarum *Editionum Claſſicorum* Autorum, numerum *autographarum Epiſtolarum* Doctiſſimorum Virorum hujus Seculi, multitudinem *Catalogorum manuſcriptorum* Codicum in diverſis Illuſtribus Bibliothecis latitantium jàm ſileam. Cæterùm, præterquam quòd *Sebaſtianus Tengnagelius Præfectus* fuerit *Bibliothecæ Cæſareæ*, conſtituit inſuper eundem Sacra Cæſarea Majeſtas *Præfectum Senatûs Vindobonenſis*, qui Linguâ vernaculâ der Anwald deß Stadt-Raths zu Wienn / vel aliquantò breviùs, der Stadt-Anwald appellatur, & Principis loco Senatui præſidens, curam præcipuè gerit, ne quid in Ipſius præjudicium agatur concludaturque. Hanc igitur *duplicem Præfecturam*, *Bibliothecæ* videlicet *Cæſareæ*, & *Senatûs Vindobonenſis*, non minùs lubens ſuſcepit, quàm fideliter ac probè adminiſtravit. *Hiſtoriographi* autem munus, quod illi non multò poſt demandatam Bibliothecæ Præfecturam oblatum fuit, conſtanter recuſavit ſuſcipere, tanquam periculoſum nimis, & nimis arduum. Utramque verò *Præfecturam* cùm per *viginti octo* annos laudabiliter adminiſtrâſſet, obijt A. C. 1636. d. 4. Aprilis, ætatis ſuæ *ſexageſimo tertio*. Epitaphij ejus, quod orientali parieti Baſilicæ Cathedralis *S. Stephani* etiam nunc extrinſecùs affixum cernitur, Inſcriptio hæc eſt: SEBASTIANUS TENGNAGEL, JURECONSULTUS, NATIONE BELGA, PATRIA GELDER, DOMO BURANUS, IMPP. RUDOLPHI II. MATTHIÆ, FERDINANDI II. A. A. A. CONSILIARIUS, BIBLIOTHECARIUS, SENATUSQUE VIENNENSIS PRÆFECTUS, VIR DISERTUS, LINGUARUM QUINDECIM PERITUS: VIS SCIRE QUARUM: HEBRAICÆ, SYRIACÆ, CHALDAICÆ, PERSICÆ, ARABICÆ, TURCICÆ, ÆTHIOPICÆ, GRÆCÆ, LATINÆ, ITALICÆ, GALLICÆ, HISPANICÆ, GERMANICÆ, BELGICÆ, ANGLICÆ: SED HEU! TOT LINGUAS IN UNO VIRO MAXIMO PHOEBI ET MUSARUM MOERORE SERA MORS INTERCLUSIT PRID. NON. APRIL. AN. M. DC. XXXVI. ÆTATIS EJUS AN. LXIII. JACET HIC CUM CONJUGE URSULA BLOTIA, NATA UNGELTERIN A TEISSENHAUSEN, SVEVA, IDIBUS MAIIS AN. M. DC. XXVIII. DEFUNCTA. ABI LECTOR, ET HORUM MANIBUS ÆTERNA GAUDIA APPRECARE. Poſt mortem *Tengnagelij* ſatisfactum ſine morâ fuit ipſius voluntati de ſelectiſſimâ Bibliothecâ ſuâ plusquàm quater mille rariſſimorum tàm manuſcriptorum, quàm impreſſorum Voluminum in *Auguſtiſſimam Bibliothecam Cæſaream* transferendâ; cujus quidem rei ſpecialem curam eruditiſſimo fideliſſimoque Amanuenſi quondam ſuo ac Vice-Bibliothecario, Dno *Joanni Michaëli Metzlero*, poſteà Senatori Wiennenſi, moribundus inſtantiſſimè demandaverat. Ut verò acceſſione *Bibliothecæ Tengnagelianæ Cæſarea* tunc vehementer aucta fuit, ſic contra eodem tempore graviſſimum accepit detrimentum amiſſione præſtantiſſimæ *Bibliothecæ Coraducianæ*, quæ *Tengnagelij* temporibus ab Illuſtriſſimi Viri, *Rudolphi Coraducij*, Sac. Rom. Imperij ſub Imp. RUDOLPHO II. *Vice-Cancellarij*, hæredibus empta, & *Bibliothecæ Cæſareæ* adjuncta fuerat: Hæc enim poſt mortem *Tengnagelij* ab Imp. FERDINANDO II. donata fuit *Domui Profeſſæ Patrum Societatis Jeſu Vindobonenſi*: quam alienationem *Tengnagelius*, quoad ipſe ſuperſtes fuit, pro ſingulari ſuo erga *Bibliothecam Cæſaream* amore omnibus modis ac rationibus conſtantiſſimè impediverat. Præfectura verò *Bibliothecæ Cæſareæ*, quæ obitu *Tengnagelij* vacare cœperat, commiſſa fuit 17. Maij A. C. 1636. Nobiliſſimo & Experientiſſimo Viro, Dn. *Wilhelmo Rechbergero*, Sac. Cæſ. Maj. Conſiliario & Archiatro, qui propter ingraveſcentem ætatem ſuâ ſponte *Bibliothecarij* munus A. C. 1651. depoſuit; ſuccedente

dente in ejus locum Reverendiſſimo Dn. *Matthæo Mauchtero*, SS. Theologiæ Doctore, & Cathedralis Baſilicæ Vindobonenſis Canonico. Hic Vir celeberrimam *Bibliothecam Fuggerianam* à Magnifico Viro, Dno *Raymundo Fuggero*, Impp. CAROLI V. & FERDINANDI I. Conſiliario fundatam, & à filio ejus, *Joanne Jacobo Fuggero*, ut & à nepote ejus, Generoſiſſimo pariter ac omnigenæ eruditionis amantiſſimo Barone *Philippo Eduardo Fuggero*, magnificentiâ & impensâ prorſus Regiâ auctam atque exornatam, juſſu Glorioſiſſimi Imp. FERDINANDI III. ab Illuſtriſſimo Comite, *Alberto Fuggero*, A. C. 1655. *quindecim millibus florenorum*, ſive *decies mille Imperialibus* emit, & A. C. 1656. *Auguſtâ Vindelicorum* in *Bibliothecam Cæſaream* tranſtulit. Continet ea, ſecundùm primam quidem & ſubitaneam deſignationem, quæ CÆSARI A. C. 1655. *Auguſtâ Vindelicorum* fuit tranſmiſſa, (13828.) *tredecies mille & octingenta viginti octo Volumina*; ſecundùm accuratiorem verò ſupputationem minimùm (15000.) *quindecim Voluminum millia*. Certò quoque conſtat, eam ante graviſſimum hujus ſeculi bellum Germanicum (80000.) *octoginta millibus florenorum*, & poſt illud (40000.) *quadraginta florenorum millibus* potuiſſe divendi, ſed propter certas cauſas *Sacræ Cæſareæ Majeſtati* (15000.) *quindecies tantùm mille florenis* addictam fuiſſe. Pleriſque Libris elegantiſſimè compactis extrinſecùs impreſſum eſt nomen *Philippi Eduardi Fuggeri*, hiſce tribus Literis ſingularibus aureis: P. E. F. Cùm verò Reverendiſſimus Dus *Mauchterus* A. C. 1663. d. 26. Maij *Bibliothecæ Cæſareæ Præfecturâ* ſponte ſe abdicâſſet, Illuſtris Dus *Petrus Lambecius* Hamburgenſis, J. U. D. & in Gymnaſio patrio *Rector, Hiſtoriarumq́ Profeſſor*, (quem vel malignitas fati, vel potiùs præcipitanter & incautè, adeoque infelici ſidere A. C. 1662. d. 18. Januarij Hamburgi contractum matrimonium, eò Virum redegerat, ut alterutrum ipſi neceſſariò eligendum fuerit, nempe vel reliquum vitæ tempus cum maximo rei Literariæ damno in continuâ conſumere inquietudine ac mœrore, vel priſtinam tranquillitatem voluntario exilio recuperare,) ut ipſemet Lib. 1. Comment. pag. 2. loquitur, illi ſolenniter ſurrogatus, & plenariam *Bibliothecæ Cæſareæ* adminiſtrationem per traditionem clavium nactus eſt, (cùm à die 27. Novembris A. C. 1662. ſub *Præfecturâ Mauchterianâ* ad *Vicarias* tantùm ſupplendas *vices* hactenùs admiſſus fuerit,) adeoque poſt incertam illam longamque oberrationem bonâ fide cum Muſis poſtliminiò redijt in gratiam. Cui celeberrimo, deque *Bibliothecâ Cæſareâ*, nec non *Re Literariâ* meritiſſimo Viro quantum Eruditus orbis debeat, prolixiùs enarrarem, niſi animus mihi eſſet, peculiari Diatribâ illud ſuo tempore ſpeciali proſequi, & relicta ingenij monumenta, vaſtique Commentariorum ſuorum Libri id abundè demonſtrâſſent. Cùm verò CL. Lambecius Vindobonæ menſe Aprili A.C. 1680. morbo hydropico obijſſet, ego indignus, & ob luem peſtiferam ab Aulâ Cæſareâ abſens, ab Invictiſſimo & Auguſtiſſimo Romanorum Imperatore, LEOPOLDO I. Dno Dno Meo longè Clementiſſimo, (quem Deus ſoſpitet & Victorijs cumulet,) adjutus inſigni Patrocinio Illuſtriſſimi & Excellentiſſimi Dni; Dni JOANNIS MAXIMILIANI, S. R. I. Comitis de LAMBERG, Aurei Velleris Equitis, Intimæ admiſſionis Conſiliarij, & Supremi Aulæ Imperatoriæ Præfecti, &c. Mecænatis mei olim Incomparabilis, (cujus pijs manibus æternam requiem apprecor,) nec non ſuffultus peculiari benevolentiâ & commendatione Reverendiſſimi Patris, *Chriſtophori Stettingeri*, Societatis Jesu Religioſiſſimi, & de Catholicâ Eccleſiâ optimè meriti Sacerdotis, & CÆSARI à Sacris Confeſſionibus, & Conſcientiæ digniſſimi arbitri, (quem meritò honoris & grati animi causâ hîc publicè nomino,) Lambecij in Præfecturâ Auguſtiſſimæ Bibliothecæ Cæſareæ Succeſſor Pragæ clementiſſimo Decreto deſignatus ſum d. 20. Maij A. C. 1680. Cùm verò hactenus breviter *originem, augmenta & acceſſiones Imperatoriæ Bibliothecæ*, nec non Illuſtriſſimos celeberrimoſque Illius Præfectos ac *Bibliothecarios* recenſuerim, paucis etiam Illius *ſedem, conclavia* ac *cubicula* perſtringam. Quod autem *ædificium*, in quo collocata eſt, attinet, id profectò tale eſt, ut, quemadmodum olim *M. Lollius* in *Galbam*, eruditione & eloquentiâ clarum, ſed gibboſo corpore deformem, per jocum dixit; *Ingenium Galbæ malè habitare*; ſic ſummo jure de *Bibliothecâ Cæſareâ* dici poſſit, eam pro dignitate ſuâ non habitare ſatis commodè. Jam primùm enim varijs *incendij periculis* maximè obnoxia eſt, partim propter multos *caminos*, qui ex *Cameræ Aulicæ*, ſupra quam ſita eſt, infimâ & mediâ contignatione educti, omnes per eam tranſeunt; partim verò etiam propter *tabulata lignea*, quibus fornicum loco ſupernè tecta eſt. Deinde, quamvis *locus*, ubi collocata eſt, per ſe quidem ſatis amplus & vaſtus ſit, reſpectu tamen multitudinis Librorum reverâ *anguſtiſſimus* eſt, adeò ut non tantùm parietes *repoſitorijs* ſive *loculamentis*, à pavimentis tecto tenùs exſtructis, circumquaque oppleti ſint, & quicquid inter parietes medij eſt ſpatij, in varia diſtinctum *ambulacra*, & altiſſimis loculamentorum ſubſtructionibus occupatum ſit, verùm etiam ne ita quidem Libri omnes ordine ſtare poſſint. Præterea, ex octo illis, quibus *Bibliotheca* conſtat, *conclavibus*, pleraque *obſcura* & *humida* ſunt, nec libero fruuntur aëris tranſitu, ideóque parùm ad uſum & conſervationem Librorum ſunt idonea. Ut autem *obſcuritate* potiſſimùm labo-

laborant *conclavia poſtica*, ſic quæ *antica* ſunt, & in viam publicam habent proſpectum, adeò *obnoxia* ſunt *pulveri*, ut ferè quotidie purganda ſint. Huc deniq; accedit *Sphariſterij*, quod è regione ſitum eſt, *vicinitas*, non tantùm *tadioſa*, propter obſervatoris ludi & ludentium vociferationem, verùm etiam *periculoſa* & *noxia*, propter pilas inde evolantes, quæ plerumque tanto impetu feneſtras *Bibliotheca* excutiunt, ut fragmenta vitri longè latéque diſſipentur. Ratione ergò *adificij*, tanquam *corporis Bibliotheca*, lubens ac ultrò concedo, duabus illis rebus, quibus mulierculæ, vel pueri, vel illiterati aut ſemidocti homines præſtantiam Bibliothecarum metiri ſolent, nempe ſpecioſâ amplitudinis uno intuitu comprehenſibilis extenſione, & affectato externæ pulchritudinis ornatu, *Cæſaream* noſtram longè ſuperari à multis *Bibliothecis*, quæ alioquin indignæ ſunt, ut cum eâ comparentur: quod verò ad *animam* ejuſdem, hoc eſt, *Libros ipſos*, & reliquam eò pertinentem literariam ſupellectilem attinet, optimâ fide conteſtor, & conſtanter affirmo, illam *nulli* earum *Bibliothecarum*, quæ nunc in Orbe terrarum præcipuæ habentur, vel *numero & praſtantiâ Librorum*, vel *varietate Linguarum* cedere, cùm illa A. C. 1670. ſecundùm *ſupputationem Lambecianam* Lib. III. Commentariorum, pag. 293. plus quàm *decem millia* Librorum *Manuſcriptorum*, & plus quàm *nonaginta millia* Voluminum *Impreſſorum* tùm temporis complexa ſit, ut reliquas intereà factas acceſſiones ad calculum non redigam. Quæ verò *præſenti adificio Bibliotheca Cæſarea* deſunt, ea abundè compenſabuntur *novo* iſto latiſſimo & vaſtiſſimo *Ædificio*, quod jam potiorem partem abſolutum, ac ſitum eſt in loco commodo ac peramœno, nempe in contiguâ *Palatij Imperialis* areâ, *exercitationi Equeſtri* deſtinatâ, ubi ſupra Urbis murum ex horto penſili tàm ſeptentrionem versùs in Urbem, quàm in meridionalem ſuburbanam regionem liberrimus utrinque ac latiſſimus proſpectus eſt. Faxit DEUS, ut brevi, permittente id temporum & Felicitatis publicæ ſtatu, tutum, ſufficiens, & magnificum tanto theſauro literario receptaculum *novum* hoc *Ædificium* præbere, & *Muſæ* cum *mortuis* in ampliores & decentiores Sedes migrare feliciter poſſint. Bibliothecæ verò Cæſareæ *Inſcriptio* in perpetuam inſtaurationis ejus memoriam à Dno *Lambecio* hæc eſt:

QUOD BONUM, FELIX, ET FAUSTUM SIT;

AUGUSTISSIMAM

BIBLIOTHECAM CÆSAREAM

VINDOBONENSEM,

A Glorioſiſſimo Romanorum Imperatore, MAXIMILIANO I. partim quidem ex MAIORUM ſuorum librariâ ſupellectile, partim verò ex pecuniâ ſuâ & ſacro Fiſco, circa Annum Æræ Chriſtianæ M.CCCC.XCV. fundatam: deinde autem non tantùm ſubſequentium IMPERATORUM diligentiâ & impenſis, verùm etiam magnâ parte Librorum Sereniſſimi Regis Hungariæ,

MATTHIÆ CORVINI;

Nec non Clariſſimorum Virorum, CONRADI CELTIS, JOANNIS CUSPINIANI, JOANNIS FABRI, Epiſcopi Vindobonenſis, JOANNIS DERNSCHWAMMII, WOLFGANGI LAZII, JOANNIS SAMBUCI, AUGERII BUSBECKII, RICHARDI STREINII, HUGONIS BLOTII, TYCHONIS BRAHE, SEBASTIANI TENGNAGELII, & PHILIPPI EDUARDI FUGGERI, præſtantiſſimis Bibliothecis, alijsque varijs maximi pretij Acceſſionibus adeò locupletatam, ut nunc minimùm OCTOGINTA MILLIBUS ſelectiſſimorum tàm MANUSCRIPTORUM, quàm IMPRESSORUM VOLUMINUM in omni Facultatum, Scientiarum & Artium genere conſtans, NULLI totius Terrarum Orbis Bibliothecæ, vel numero & præſtantiâ Librorum, vel varietate Linguarum cedat,

SACRATISSIMUS ROMANORUM IMPERATOR, AC DOMINUS NOSTER,

LEOPOLDUS I.

DIVI FERDINANDI III. FILIUS, CÆSAR AUGUSTUS,

Ne priùs ſitu ac ſqualore interiret, quàm in Novum ac Commodius Ædificium transferretur, Ipſe proprio motu curavit repurgari, inſtaurari, & in eum ſtatum reſtitui, ut & DEO OPT. MAX. & Ævo noſtro, & Poſteritati omnimodâ & prorsùs incredibili utilitate poſſit inſervire,

ANNO ÆRÆ CHRISTIANÆ M.DC.LXIII.

Plura ſi Erudito Lectori hoc de argumento legere placuerit, conſulat Librum primum *Commentariorum Lambecianorum*, ex quo pleraque huc pertinentia depromſi.

ADDITAMENTUM III.

De pervetuſto *gentili Sarcographo lapideo*, qui cum æneis nonnull[is] *Antiquitatum funebrium* reliquijs, & Inſcriptione Laminæ æneæ inciſâ, *Vi[n]dobonæ* A.C. 1662. d. 28. Jan. cùm fundamenta *Novæ Appendicis* Palatij Cæſarei aperirentur, fortuit[e] inventus eſt, cum *Antiquitatum* in eo, & juxta eum inventarum delineatione, *ſeptem* laminis æneis inciſâ.

JUxta *portam Urbis Vindobonenſis meridionalem*, quæ antiquo Palatio Cæſareo occidentem verſùs proximè adhæret, & vernaculo quidem ſermone **das Burgthor** appellatur, latinè verò *Palatina* ſive *Auguſtalis* vocanda eſt, pars olim fuit veterum Urbis mœnium, quæ *anticam aream Palatinam* ſive *Auguſtalem*, vulgò **der Burgplatz** dictam, meridiem verſùs clauſit, donec Sacratiſſimus Imperator ac Dominus Noſter LEOPOLDUS decrevit, ut dirutâ illâ veteris muri parte, novum exſtrueretur Ædificium, quod antiquo adjunctum Palatio Cæſareo, non tantùm utilitati inſerviret *Domûs Auguſtæ*, verùm etiam jam memoratæ *areæ Palatinæ* ſplendorem augeret & magnificentiam. Cùm igitur A. C. 1662. d. 28. *Januarij*, erutis veterum murorum fundamentis, foſſores altiùs in terram penetrâſſent, invenerunt ſub ipsâ antiquorum mœnium baſi *arcam lapideam* ruditer elaboratam, & operculo tectam quadrangulari & oblongo, ac ſupernè faſtigiato, cæteraque integram, præterquam quòd defectu unius ex quatuor operculi angulis, qui tamen non potuit inveniri, aliquantulùm aperta eſſet. Intrinſecùs plena fuit *terra*, ordinariæ quidem, ſed duræ & compactæ, & tanquam artificio atque induſtriâ complanatæ, ſub quâ inventa fuerunt *Oſſa humani alicujus corporis*, non tamen naturali ordine, ſed promiſcuè collocata. Præter hæc Oſſa repertum fuit in eâdem ſepulchrali arcâ *parvum involucrum rotundum & oblongum ex puro auro*, operculo i[tem] dem aureo ab utrâque parte clauſum, intra quod aliud fuit *involucrum ex ære*, & intra æreum aliud ex *argento*, & intra argenteum denique tenuiſſima *lamina aurea*, ſtrictiſſimè convoluta, & Inſcriptionem continens tantâ ſubtilitate exaratam, ut vix ægrè beneficio accuratiſſimi Microſcopij qualiacunque literarum incognitarum veſtigia appareant. Inventum inſuper fuit in eâdem arcâ *parvum numiſma æreum*, unà cum *urnulâ vitreâ* cæruleâ, æneæ thecæ incluſâ, & *cultro ferreo*, rubigine non tantùm obducto, ſed ferè conſumpto. Ex lateribus arcæ internis tria fuerunt plana, quartum autem *repoſitorium* habuit tanquam reclinandi capitis causâ, ex ipſo lapide exciſum, cujus latitudo unius palmi, altitudo autem eſſet dimidij. Extra arcam in nudâ jacuit terrâ *Caput Satyricum ex ære*, ſupernè & infernè apertum, oculiſque perforatis, unà cum *duabus catenulis æreis*; Item, *Numiſma æreum*, unà cum *parvâ Galeâ æneâ*, in duas partes diffractâ, *pateráq; æneâ*, majori ex parte injuriâ temporis conſumptâ, & *urceolo æneo*, præ cæteris omnibus rebus elegantiſſimè fabrefacto. Ex his igitur Vindobonæ veteris recèns inventis Antiquitatibus, *Arca* quidem *lapidea* ab ijs, qui hujuſmodi vetera monumenta nec amârunt, nec æſtimârunt, tanquam nullius momenti res, per ludibrium fuit contuſa & disjecta; quæcunque verò tàm intra, quàm extra arcam inventa fuerunt, & ſuprà enumerata ſunt, ea interceſſione hominum prudentiorum maximâ ex parte manſerunt integra, & in *Pinacothecâ* olim *Archiducali*, jam autem *Cæſareâ* etiam nunc aſſervantur. In gratiam igitur Curioſorum & antiquorum ruderum amantium reſidua veteris illius monumenti Fragmenta, brevi adjectâ aut *Explicatione*, aut *Conjecturâ*, ſecutus veſtigia CL. *Lambecij*, Lib. I. Coment. pag. 80. & ſeqq. nec non *æri inciſis figuris*, recenſebo. Ex ijs reliquijs, quæ *intra Arcam* inventæ fuerunt, ſuperſunt

I. *Oſſa humani corporis ferè omnia*, quæ quidem ſingulari quâdam materiâ *contra corruptionem* videntur eſſe illita, & adeò adhuc robuſta ſunt, ut *Caput* etiamnunc dentes ſuos ſolidiſſimè infixos retineat.

II. *Involucrum aureum*, cujus à reliquis interioribus involucris ſeparati, formam & magnitudinem repræſentat appoſitæ Tabulæ I. Figura 4.

III. *Involucri aurei operculum aureum*, quod exhibetur Tab. I. Figurâ 5.

IV. *Involucri argentei & involucri ærei Fragmenta*: Utrumque enim fuit fractum, cùm evolvendæ laminæ aureæ causâ aperiretur. Quomodo autem hæc duo interiora Involucra exteriori quidem aureo Involucro incluſa, aureæ verò laminæ circumvolutæ fuerint, id apparet ex Tab. I. Figurâ 6. quippe ubi Litera a denotat *primum Involucrum aureum*, b, *Involucrum æreum*, c, *Involucrum argenteum*, d, *Laminam auream convolutam*.

V. *La-*

EC.

anuli
à, Vi.
r, fortuit

em versus
erò Pala-
m aream
acratiſſi-
te, no-
tati in-
magni-
s, foſſo-
dam ru-
teraque
otuit in-
l duræ &
à humani
repertum
culo it.
am aliud
& Inſcri-
opij qua-
arcâ per-
, rubigi-
a, quar-
jus lati-
pricum
, Item,
x parte
refacto.
, qui hu-
, per lu-
erunt, &
runt ate-
atum igi-
agmenta,
t. pag. 80.
e fuerunt,

ruptionem
nè infixos

magnitu-

cùm evol-
a exterior
ex Tab. I
, c, lite-

V. Ib



Digitized by Google

Antiquitates Ethnicæ in pervetuſto gentili Sarcographo lapideo A.C. 1662. Wiennæ inventæ, Tabulisq' I, II, III, et IV notatæ.



Tab. III



Capitis Satyrici ænei imago à dextrâ parte exhibita


Tab: IV.



Capitis Satyrici ænei imago à ſiniſtrâ parte exhibita.

ab: VIII.

Numiſma P. Papirii CAR... Urbis ROMÆ & Senatq...



CARBONIS, Capite
turi atq; Secespitâ inſignitum.



NAPOLI

V. *Lamina aurea* à triplici Involucro ſeparata, *cum Inſcriptione* quâdam, quæ continet obſcura nonnulla & confuſa incognitorum quorundam characterum veſtigia, de quorum verâ lectione nihil certi pronunciare poſſum: Quomodo Vir doctiſſimus, R. P. *Athanaſius Kircherus*, S. J. Inſcriptionem hanc legendam cenſuerit, apparet ex ipſius Epiſtolâ ad Sereniſſimum b. m. Archiducem, *Leopoldum Guilhelmum*, olim miſsâ, cujus exemplum vide, ſi placet, Lib. I. *Commentariorum Lambecianorum*, pag. 90. & 91. Ipſa verò *Inſcriptio*, quemadmodum nunc ab Involucris ſuis ſeparata & expanſa cernitur, exhibetur Tab. I. Figurâ 7.

VI. *Fragmenta Urnulæ vitreæ cæruleæ*, quæ licet fracta fuerit, cùm ex thecâ ſuâ æneâ eximeretur, integra tamen repræſentatur Tab. I. Figurâ 2. *Urnula hæc vitrea* ſine dubio ex illo *urnularum lacrymatoriarum* genere, quarum *Janus Jacobus Boiſſardus* Antiquitatum Romanarum Lib. 2. meminit. Eodem quoque pertinet *Urnula lacrymarum*, quæ inventa eſt in ſepulchro *M. Tullij Ciceronis*, in *Zacyntho* Inſulâ A. C. 1544. reperto.

VII. *Theca ænea*, cui incluſa fuit Urnula vitrea cærulea. Qualis autem ea fuerit, priuſquàm Urnulæ eximendæ causâ aperiretur, apparet ex Tab. I. Figurâ 3.

VIII. *Parvum Numiſma æreum*, cujus *antica* pars ſine dubio pertinet ad *Imp. Antoninum Caracallam*, qui unà cum fratre P. *Septimio Getâ*, poſt mortem Imp. Lucij Septimij Severi, imperare cœpit A. C. 211. *Poſticâ* parvi hujus numiſmatis parte continetur *figura militaris ſtans*, *quæ dextrâ tenet globum*, *ſiniſtrâ verò haſtam*. Plura, ſi placet, vide Lib. I. *Comment. Lambec.* pag. 89. Parvi hujus numiſmatis tàm antica, quàm poſtica pars exhibetur Tab. I. Fig. 10. & 11.

IX. *Culter ferreus rubiginoſus*, cujus magnitudinem & formam repræſentat Tabulæ VII. Fig. 4. Qui culter ferreus ſine dubio eſt *Seceſpita*, apud veteres Romanos in Sacrificijs uſitatum Inſtrumentum. Veriſimile autem eſt, fuiſſe *Seceſpitam* hanc defuncti oſſibus in arcâ ſepulchrali adjunctam tanquam *Symbolum Sacerdotij*, uti in antiquo numiſmate *P. Cornelij Lentuli Spintheris*, quod exſtat apud *Fulvium Urſinum* inter numiſmata *Gentis Corneliæ*. Aliud quoq; ejuſdem ferè generis numiſma, *Seceſpitâ* inſignitum, quod ad *P. Papirium Carbonem* pertinet, & apud *Fulvium Urſinum* inter *Papiriæ Gentis* numiſmata non reperitur, exſtat in *Jacobi Stradæ* manuſcripto *Numiſmatum Conſularium* Syntagmate, quod in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ* adſervatur. Ipſa jam memorati Numiſmatis figura, ſecundùm accuratiſſimam *Jacobi Stradæ* delineationem, hæc eſt, quæ exhibetur Tab. VIII. De ijs verò rebus, quæ *extra arcam* inventæ fuerunt, ſuperſunt:

I. *Parva galea ænea*, in duas partes fracta, quæ tamen integra exhibetur Tab. I. Figurâ 1. Minimè autem dubitandum eſt, quin *parva* illa *galea* peculiarem ſuam habuerit *baſin*, & *lucerna* fuerit *bilychnis*, ſed quæ ſtaret tantùm, non verò eſſet *penſilis*. *Oleo* enim infundendo foramen *coni*, *ellychnijs* autem duobus inſerendis duo, quæ *oculis* reſpondent, foramina inſervijſſe probabile eſt.

II. *Numiſma æreum mediocris magnitudinis*, cujus tàm *antica*, quàm *poſtica* pars repræſentatur Tab. I. Figurâ 8. & 9. Æreum hoc Numiſma majus ſine dubio etiam pertinet ad *Imp. Antoninum Caracallam*: Præterquam enim, quòd nominis Antonini haut obſcura ſuperſunt veſtigia, ſatis hoc apparet ex collatione aliorum veterum Numiſmatum, in quibus itidem *Antonini Caracallæ Caput, diademate radiato ornatum*, cernitur; nempè apud *Octavium de Strada* in Opere de Vitis Imp. Romanorum, Francof. ad Mœnum A. C. 1615. in fol. edito, & apud *Levinum Hulſium* in Serie Numiſmatum Imp. Romanorum Francof. A. C. 1603. in 8vo editâ. Ut igitur tàm ex *nomine Antonini*, quàm *vultu* rectè colligitur, numiſma illud, quod juxta antiquam illam *arcam lapideam* fuit repertum, ad *Caracallam* pertinere, ſic quoque id confirmatur *poſticâ* ejuſdem Numiſmatis parte; utpote quâ repræſentatur *fæmina ſedens*, *quæ detrâ tenet pateram*, *ſiniſtrâ autem Cornucopiæ*. Vide *Adolphum Occonem* in Syntagmate Numiſmatum Impp. Romanorum pag. 374. & 376. Item Lib. I. *Comment. Lambec.* pag. 85. & 86.

III. *Caput Satyricum æneum*, *ore ridenti*, *oculis perforatis*, *auribus caprinis*, *intrinſecùs concavum*, *ſupernè atque infernè apertum*, *& foraminum quorundam adminiculo ſuſpenſioni aptum*, cujus triplex coniſmus ſive Imago, nempe tàm ab anticâ, quàm dextrâ & ſiniſtrâ parte, tribus totidem Tabularum, IIdæ nimirum, IIItiæ & IVtæ Figuris exhibetur. Quod *Caput Satyricum* ſine dubio *Lucerna* fuit *penſilis*, cujuſmodi multæ exſtant in Opere eruditiſſimo V. CL. *Fortunij Liceti*, de reconditis antiquorum Lucernis, Utini A. C. 1652. in fol. edito. Perſuaſiſſimum igitur habeo, *Caput* hoc *Satyricum*, licet nunc infimâ parte mutilum & apertum ſit, antiquitùs tamen peculiarem ſuam habuiſſe *baſin*, & *Lucernam* fuiſſe *bilychnem*, quæ non tantùm *catenularum* adminiculo ſuſpendi, verùm etiam per ſe ſtare poſſet. *Foramen* rotundum & ſatis amplum, quod in ſummo *vertice* eſt, inſervijt infundendo *oleo*; *oculi* autem duo *perforati* inſervierunt inſerendis duobus *ellychnijs*.

IV. *Catenulæ duæ æneæ*, ad jam memoratum *Caput Satyricum* ſine controverſiâ pertinentes Tab. VII. Fig. 1. & 2. exhibentur.

V. Urceolus Pontificalis æneus, elegantiſſimi artificij, ſed amiſſione pedis mutilus, cujus anſa ſupernè cygnum refert, infernè autem in caput humanum deſinit, ut apparet ex duplici ejus Imagine, quæ Tab. V. & VI. repræſentatur.

VI. *Patera ænea*, vetuſtate magnam partem conſumpta, quam Tab. VII. Figura 3. exhibet. *Urceolus* autem & *Patera* ſine dubio *vaſa* ſunt *Pontificalia*, quorum uſus apud antiquos Romanos fuit in *Sacrificijs*.

VII. *Particula tubuli vel involucri alicujus ænei*, quæ Tab. VII. Figurâ 5. expreſſa eſt. Eo igitur, ut jam narravi, modo ſe habent reſidua Fragmenta antiqui illius monumenti ſepulchralis, ([illegible] veriſimile videtur, *Ethnici cujuſdam Sacerdotis*, ſub *Imp. Antonino Caracallâ* mortui) A. C. 1662. [illegible] ipſis veterum *Vindobonæ* mœnium fundamentis inventi, de quibus unusquiſque pro ſuo lubit[illegible] vinare & judicare poterit.

ADDITAMENTUM IV.


In quo nonnulla antiqua & rara NUMISMATA exhibentur, & explicantur.

QUandoquidem ſuprâ, *Additamento ſecundo*, mentionem feci duorum rariſſimorum elegantiſſimorumque MStorum Voluminum celeberrimi Antiquarij *Jacobi Strada*, de *Antiquis Numiſmatibus Conſularibus*, temperare mihi non poſſum, quin adhuc ex aliis illius hactenùs ineditis, pulcherrimè propriâ Autoris manu exaratis, penicilloque adumbratis Operibus (quorum adhuc *Octo* in *Auguſtiſſimâ Bibliothecâ Cæſareâ Vindobonenſi* aſſervantur,) nonnulla ſpeciminis loco repræſentem *antiqua Numiſmata*, quorum intuitu perſpiciatur, quanta reliquorum omnium magnitudo ſit & elegantia. Horum *primum*, Literâ (R) notatum, pertinet ad *C. Petilium*, ſive, Petillium; nempe vel ad illum, cognomine *Balbum*, qui Conſul fuit cum *M. Fabio Ambuſto* A. U. C. ſecundùm *Varronem*, 396. & de *Gallis* atque *Tiburtinis* triumphavit; vel ad illum, qui A. U. C. 398. Tribunus Plebis fuit, & primus legem tulit de *Ambitu*; vel ad illum, cognomine *Libonem*, qui Conſul fuit cum *M. Valerio Corvino* ſecundùm Conſule A. U. C. 410. vel ad illum, qui *Dictator* fuit rei gerendæ aut clavi figendi causâ A. U. C. 443. & Magiſtrum Equitum habuit *M. Foslium*; vel denique ad illum, patre Conſulari natum, cui A. U. C. 451. *P. Sempronio Sopho*, *& P. Sulpitio Saverrione* Coſs. in petitione Ædilitatis Curulis *Cn. Flavius*, infimæ conditionis homo, à factione plebejâ prælatus eſt, ut refert *Plinius Hiſtoriæ Naturalis* Lib. 33. Cap. 1. Ad unum certè ex his *Petilijs*, ſive *Petillijs*, Numiſma illud pertinet, eoque nomine rarum, quoniam nec apud *Fulvium Urſinum*, nec apud *Abrahamum Gorlæum*, nec apud quenquam alium ejus generis Auctorem, quod ego ſciam, reperitur. *Secundum* Numiſma antiquum Græcum, Literâ (S) notatum, exhibet Imaginem ANTINOI, ab Imp. *Hadriano* adamati, quod *Smyrnæi* & *Perinthij* in ejuſdem *Antinoi* honorem cu[illegible]derunt. Ejus Explicationem, ex autographis veterum Numiſmatum Voluminibus *Jacobi de Strada* excerptam, hîc ſubjungo: *In unâ parte: Antinous juvenis vultu decoro & venuſto videt[illegible] capillis, pectoretenùs nudus, nullo ornatu, ſiniſtrorſùm intentis oculis. Circa ipſum eſt Inſcri[illegible] ejuſmodi:* ΑΝΤΙΝΟΟϹ. ΟϹΤΙΑΙΟϹ. ΜΑΡΚΕΛΛΟϹ. ΟΙΕΡΕΤΟΤΟΙ. *In alterâ parte:* [illegible] *effigies, adoleſcentis & mulieris, repræſentantur; quæ ſe manibus tenent, quaſi ſtipulatâ manu fœdus [illegible] amicitiam facientes. Utraque effigies coronam turritam geſtat in capite: quâ re ſignificari duas Civitates hâc figurâ monemur. Adoleſcens autem ſatis decorâ & ſpecioſâ facie, turritâ coronâ, ut dixi, in capite ornatus eſt, ſiniſtrorſùm verſùs mulierem intuetur, tunicâ ſuccinctâ ſupra genua indutus, levâ man[illegible] bipennem acuminatam in humero ſiniſtro jacentem tenet, dextrâ porrectâ mulieris manum complectitur ocreis militaribus pedes ornatos habet; dextro pedi roſtrum navis adhæret. Per adoleſcentem Civitat[illegible] Smyrnenſium ſignificatur, quod Literæ ipſi à tergo duplici lineâ ſculptæ indicant, quæ ita ſonant:* ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ. *Alterâ effigies, quam mulieris diximus eſſe, ſic ſe habet. Mulier venuſtiſſimam faciem & juvenilem admodùm habet; tunicata & patagiata eſt, patagijsq; ora collecta in lævo cubitu; ipſum caput corona turrit[illegible] ambit; dextrorſùm inſpicit adoleſcentem, cujus manum dexteram ſuâ dexterâ porrectâ tenet; ſiniſtrâ temonem ſive gubernaculum navis tenet, & pedi dextro quoq; navis roſtrum imminet. Monemur autem hanc figuram ſignificare Civitatem Perinthum, quod & Literæ à tergo mulieris ſculptæ teſtantur,* ΠΕΡΙΝΘΙ. *Inter utriuſque capita leguntur hæ Literæ,* ΟΜΟΝΟΙΑ, *tribus in lineis ſculptæ, quarum primam occupant hæ Literæ,* ΟΜΟΝ, *alteram* ΟΙ, *& infimam Litera unica* Α. *Sub pedibus duæ Literarum lineæ leguntur: in priori* ΕΠ. ΜΕΝΕΚΑ, *in inferiori* ΕΘΤΣ. Hæc *Jacobus de Strada*. Ubi notandum eſt, *duas* illas ab ipſo exhibitas Numiſmatis iſtius *Inſcriptiones Græcas* valdè mendoſas eſſe, & reformari

debere

appendice n:176.

Patena ænea, Vetustate magnam partem ...ſumpta





Catenulæ duæ æneæ ad caput Satyriam pertinentes

4 Culter ferreus, sive Secespita rubiginosa




5 Particula tubulj vel involucrj alicujus ænei



NAPOLI

Antiquitates Ethnicæ, in pervetuſto gentili ſarcographo lapideo A. [illegible]2. *Wiennæ inventæ, Tabulisq; V, VI, VII, notatæ,*

Tab. V.



Urceolus Pontificialis æneus amiſſione pedis mutilus cujus anſa ſupernè cygnum refert.

Tab. VI.



Urceolus Pontificialis æneus, cujus anſa infernè in caput humanum deſinit.

dl appendice

Digitized by Google

Numisma C. PETILII. Capite Urbis Romæ et Cervo insignitum.



R





Imago ANTINOI â Smyrnæis et Perinthiis in ejus honorem cuſa.

NAPOLI


ΟΜΟΝΟΙΑ
ΠЄΡΙΝΘΙΩΝ
Effigies Adoleſcentis et Mulieris ſe manibus tenentium.
ЄΠΙ ΜЄΝЄΚΡΑ
ΤΟΥ·C.

Digitized by Google




